John Adams
Library,

IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF No
ADAMS
103.1





Tho: Fauconberge

Jer. Gridley
John Adams.

DN. ROBERTI

# MARANTÆ

CLARISSIMI AC
CELEBERRIMI IC.

*PRAXIS, SEV*

## DE ORDINE IVDICIORVM
TRACTATVS,

Vulgo

SPECVLVM AVREVM, ET LVMEN
ADVOCATORVM

Dictus,

Cui, vltra additiones PETRI FOLLERII, IC. clariſſimi, poſtrema hac editione, aliæ inſuper ex celeberrimis noſtri temporis Practicis, plus quam ducentis in locis, adiectæ, & hoc ſigno [] incluſæ ſunt,

Studio, & opera

IOANNIS RVLANDII. IC.

*In fine etiam ſubditæ ſunt Diſputationes quæſt. legalium, cum Repetitione l. is. poteſt. ff. de acquir. hæred. & l. ſi act. ff. de procu.* SINGVLARIA ITEM ET IVRIS NOTABILIA, *cum declarationib. ad varias leges, & §§. eiuſdem* ROBERTI MARANTÆ

Item PRACTICA IVDICIARIA canonica, & ciuilis, &c. cum Differentijs Iuris Cæſarei, Pontificij, & Regni Siciliæ. IOANNIS de ARNONO.

*Præmiſſo Indice ſingulorum Tractatuum locupletiſſimo.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Geruuinum & Engelbertum Gymnicum.

ANNO M.DC.L.

ADAMS 103.1

# INDEX ALPHABETICVS IN PRACTICAM AVREAM D. ROBERTI MARANTÆ VENVSINI.

## A.


ABBATIS maior eſt poteſtas in monachum regularem quam Epiſcopi in clericum ſecularem, part 6 de appell. nu.335. pag.426

Ablatiuus abſolutus importat conditionem, part. 6. de cit.nu 57.circa medium. 247

Abolitio criminis quid, & qualiter, & à quo concedatur, & quis ſit abolitionis effectus, part.6. de inquiſit. num 83 222

Abſens, quando poſſit per proclama citari, part 6.de cit. nu.10. 253

Abſentis in bona cum eſt facienda miſſio, debent eius cōſanguinei per publicum proclama citari, ibid.nu.107 ibid

Abſolutio ſimpliciter conceſſa, à pluribus excommunicationibus, ad omnes refertur, part. 4. diſtinct 9. numer.7 119

Abſolutione à iuramento conceſſa per iudicem eccleſiaſticum poteſt iudex laicus de eius nullitate cognoſcere. part. 4 diſt.11 nu.68. 159

Abſolutus de crimine, non poteſt amplius accuſari, niſi ſententia abſolutoria lata eſſet ab obſeruatione iudicij, par.6.de inquiſit.nu 52. 217

Abſolutus per tranſactionem, quando poſſit iterum accuſari, ib.nu.55.

Abſolutus in foro animæ, poteſt iterum accuſari in foro terreſtri, ib.nu 87. 223

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij fertur etiam in cauſa appellationis, cum iudex cauſæ principalis protulit ſententiam ſuper proceſſu inualido, part.5.n.51. 203

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quando ferenda ibid. nu 52 & 53. ib.

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quando habeatur pro definitiua, ib.nu.54. ibid.

Abſolutoriam ab obſeruatione iudicij eſſe interlocutoriam, part.6.de ſententia, nu 33. 366

Accidens quod ſit, part. 2.nu.30. 8

Accidentalia iudiciorum, & contractuum quæ dicantur. part.2.num.30. & an per partes tolli poſſint, ib nu. 44. 10

Accuſator agens mere criminaliter, non poteſt æſtimare iniuriam, ſed iudex tantum, parte quarta diſtinct.1. nu 11 37

Accuſator non admittitur in Regno, niſi ſuam vel ſuorū iniuriam proſequatur. part.4.diſtinct. 9 nu.57.58 fol 105. & part.6. de inquiſ.nu.59. 219

Accuſator colludens ſeu præuaricans cum accuſato, qualiter puniatur, & quando præſumatur colluſio, par.6.de inquiſ nu.77. 221

Accuſator conſanguineus, pro iniuria conſanguinei, vſq; ad quem gradum admittatur, in d.part. 6. de inquiſ. n 62 & nu. 72. 220

Accuſator non comparens vel deſiſtens ante, vel poſt litem conteſtatam, qualiter puniatur, ibidem numero 80. 221

Accuſator ſi ſe abſentet, qualiter iudex procedere debeat ib.nu 81. 222

Accuſator deſiſtere poteſt, ante quam reus compareat, cū non vertitur intereſſe fiſci ib.nu.82. ib.

Accuſator ad inſtantiam Rei tenetur exprimere diem commiſſi criminis in libello, part.6.de libello oblat.nu. 14. 26

Accuſatore ſuperueniente, an & quando ceſſet inquiſitio part 6.de inquiſit. nu.38.cum plurib. ſequen & nu.39. 215

Accuſatore remittente iniuriam, pendente accuſatione, an poſſit iudex procedere, indultu principis præcedente, ib.n. 56. 217

Accuſatore mortuo, iudex accuſationem proſequitur ex officio, contra accuſatum, ib.nu.180. 233

Accuſatus, an, & quando poſſit reaccuſare accuſatorem, eiuſque filios, parentes, aut fratres part. 4.diſt.6.nu. 58.& 54. 103

Accuſatus, de ſola iniuria, ob homicidium, an poſſit iterum accuſari de eodem homicidio, ad pœnam legis Cor. Et quid in alijs delictis, part.6. de inquiſit. numero 90.& 91. 223

Accuſatus ab vno, an & quando, pendente accuſatione, vel ea finita, poſſit ab alio de eodem crimine accuſari, ib.nu.94.95. 224

Accuſatus, & punitus coram iudice Eccleſiaſtico, an poſ-
ſit

*ſit iterum accuſari, & puniri in iudicio ſeculari, & e contra ib nu. 97.* 225

*Accuſatus de crimine, qui fuit contumax. poteſt iterum de eodem crimine accuſari: & opponere nequit, quod alias fuerit accuſatus. ib. nu 98.* ibid.

*Accuſatus de crimine, non expreſſa qualitate, quæ crim. grauabat, an poſſit iterum accuſari, cum illa qualitate, vt grauius puniatur. ib nu 100.* ibid.

*Reliqua vide infra in lit. T. in verbo tranſigentibus.*

*Accuſare poteſt conſanguineus pro iniuria facta conſanguineo criminaliter tantum, non autem ciuiliter ad æſtimationem, niſi ſolus pater, maritus. part. 6. de inquiſition. nu. 60.* 218

*Accuſari quis ſæpius non poteſt de eodem crimine. Fallit in pluribus caſibus ib. nu. 49.* 216

*Accuſari poteſt abſolutus, à tertio, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, & accuſationem ab alio inſtitutam ignorat ib. nu 54.* 217

*Accuſari an poſſit ab alio, qui tranſegit de crimine cum vno accuſatore. ib. nu 55. 56 & 57.* ib.

*Accuſari quis poteſt de crimine, de quo per viam exceptionis cognitum fuit. Idem ſi primo fuit cognitum per viam denunciationis Euangelicæ. ibidem numero 85. 86.* 222

*Accuſari poteſt de crimine, qui fuit abſolutus à ſacerdote in foro pœnitentiæ. ib. nu. 87.* 223

*Accuſari quis nequit pluries de eodem crimine, ab eodem, ſed à tertio ſic, cum non fuit ſufficienter punitus, alias nec à tertio. ibidem nu. 92. 93. & 94. 223. & 224*

*Acta iudicii an fieri poſſint in die feriato. part 4. diſtin. 16. nu 81. cum ſeqq fol 181 Et de actor. edit. nu. 36. & ſequ. ntib.* 348

*Acta facta in curiis nundinarum in die feriato ad honorem Dei an valeant. dict. diſt. 16. nu. 87. cum plur. ſeq. vſq; ad fin.* 182

*Acta quæ pereant, inſtantia perempta part. 6. num. 59.* 204

*Acta facta in vna inſtantia, an fidem faciant in alia Et an publicari poſſint coram iudice ſecundæ inſtantiæ. ib. & nu. 56.* 203

*Acta, non ſolum ordinaria, ſed etiam probatoria, in cauſa criminali per lapſum inſtantiæ, pereunt. ibid num. 57.* ibid.

*Acta, quænam pereant finita inſtantia, aliter, quam per lapſum temporis ibid nu. 62.* ibid.

*Acta iudicii voluntarii, veniunt apell. actorum par. 6. de factorum editio nu. 5.* 344

*Acta iudicii & acta litis, ſiue cauſæ, quæ dicantur part. 5. de inſtant nu 55.* 203

*Acta geſta, & monumenta, quomodo inter ſe differant. part 6. de actor edit. nu. 15.* 345

*Acta iudicii vt plenam fidem faciant quæ requirantur. ib. nu 16 & ſeqq.*

*Acta per notarium, & priuatum ſcribi debent nec poſſunt per alium proſequi ib. nu 21.* 346

*Acta in iudicio ſcribi debent, per notarium, à Rege creatum, vel per duos ſcriptores priuatos, de iure communi, & quid ſeruetur in Regno. ib. nu. 22.* ib.

*Acta ſcripta per priuatum in loco, vbi priuatus actorum magiſter eſſe conſueuit, an faciant publicam fidem. & an iſte communis error ius faciat. ibidem num. 24. 26.* 347

*Acta reciproca, ſcripta per priuatum, per alteram partem impugnari non poſſunt. ib. nu. & iiſdem.*

*Acta iudicii in ſcriptis celebrari debent, alias non valent, niſi in caſibus breuioribus. ib. nu. 29.* 348

*Acta iudicii an per teſtes probari poſſint nu 30.* ib.

*Acta coram iudice, non requirunt teſtes, ſecus coram arbitro. ib. 31.* ibid.

*Acta ante publicationem, publicam fidem non habent. ibid. nu. 33.* ibid.

*Acta voluntariæ iuriſdictionis die feriato exerceri poſſunt ib. nu. 39.* ibid.

*Acta pia, & requirentia celeritatem, fieri non poſſunt die feriato. ib. nu. 41.* ib.

*Acta die, non nocte fieri debent, maxime ſententia. Et quid, ſi conſuetudo eſſet in contrarium. ibid. num. 50. 349*

*Acta iudicii, locum, menſem, diem, & annum continere debent, alias non valent. in d part 6 de actorum edit. nu. 51.* ib.

*Acta omnia regulariter ſunt edenda, alias poteſt appellari, & non edens præſumitur in dolo. ibid. num. 53. ibid.*

*Acta non tenetur edere notarius ſine ſalario. ibid. num. 53.* 350

*Acta debent edi cuicunque prætendenti intereſſe, etiamſi non ſint ad eius inſtantiam celebrata: ſecus in inſtrumentis ib. nu. 61.* ib.

*Acta ſumptibus petentis edi debent, fallit in libello. ib. nu. 62. & 63.* ib.

*Acta originalia non debent edi parti nec iudici appellationis, ſed ſolum copia, ſub pœna falſi. ib nu. 64* ib.

*Acta edi debent cum die, & conſule, loco, & tempore ib. nu 65.* ib.

*Acta ſemel edita poſſunt millies peti, iterum edi: ſecus in inſtrumento, quia regulariter non editur, niſi ſemel. ib. nu 66.* ib.

*Acta voluntariæ iuriſdictionis, & reſpicientia litis ordinationem. poſſunt in omni loco expediri, etiam non ſolito parte 5 de ſententia. ibidem numero. 86. & 87. 172*

*Acta debent fieri in illa die & hora qua facta eſt citatio, alias ſi fiunt ante, vel poſt terminum, non valent, niſi citatus ſit contumax ib. nu. 89* ib.

*Actorum appellatione quæ ſcriptura veniant. Et quid requiratur. part. 6. de actor. edit. nu 5.* 343

*Actorum genus triplex reperitur ib nu 14.* 345

*Actorum editio, eſt ſpecies defenſionis. ibidem num 54. 349*

*Actorum editio per notarium, iudice mandante, fieri debet. non aliter ib. nu. 55.* ib.

*Actis deperditis, & aliis de nouo confectis ſi prima ponea repe-*

*reperiantur, quibus potius debeat fides adhiberi, & ſecundum quæ debeat iudicari. ib nu. 52.* ib.

*Actus vitiatur ex ordinis peruerſione; in procem. num. 5. cum plur. ſeq.* 1

*Actus quando dicatur factus in figura iudicii, part. 2. n. 27.* 7

*Actus omnes voluntariæ iuriſdictionis poſſunt expediri die feriato, ad honorem Dei, contentioſa non itẽ. part. 4. diſt. 15 num. 86.* 182

*Actus expediri poteſt ſine citatione, quando periculum eſt in mora part. 6. de citatio num. 15.* 242

*Actus celebratus vltima die termini, parte non citata, valet. ſi terminus ſtatutus eſt ab homine, ſecus ſi à lege. ib nu. 18.* ib.

*Actus, qui in conſequentiam tangit præiudiciũ alicuius, & non principaliter, eo non citato, fieri poteſt ib. num. 30* 244

*Actus poteſt expediri, contra eum, qui doloſe latitat, ne poſſit citari, eo non citato, ib. num. 36.* ib.

*Item contra eum cui certum eſt nullam defenſionem competere, ib nu 37.* ib.

*Actus omnes iudiciarii expediri poſſunt in feriis meſſium & vindemiarum. parte 6 de actorum editio. numero 49* 349.

*Actus quando dicatur celebratus in ſcriptis part. 6. de appell. nu. 368* 399

*Actor qui ſimul ciuiliter, & criminaliter agere vult, quomodo libellum formare debeat. parte 4 num. 28,* 40.

*Actor reconuentus, an poſſit renunciare ſuæ conuentioni ad impediendam reconuentionem parte 4. diſtinct. 6. num 55.* 102

*Actor, perempta inſtantia, debet in expenſas condemnari. part. 5. nu. 59.* 204

*Actor ſi ſemiplene probauit, ſi ei iuramentum ſuppletorium, propter abſentiam non poſſit deferri, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii. ib. nu. 53.* 203

*Actor qui porrexit libellũ, & litem non proſequitur, reo inſtante, poteſt per edictum citari. part. 6. de citatio n. 87.* 252.

*Actor contumax qualiter puniatur part. 6. de contumacia num 37.* 262

*Actor non iurans de calumnia, cadit ab actione reus vero nolens iurare, habetur pro confeſſo. part. 6. de iuram calum num. 6* 300

*Actor ſequitur forum Rei, in cauſa reſtitutionis: Fallit in Clerico, & eccleſ part. 4 de appell nu 113.* 396

*Actori non reſpondenti reconuentioni denegatur audientia ſuper ſua conuentione part 1 diſt 6. nu 6.* 92

*Actio ex delicto, oritur ciuiliter ad intereſſe, & criminaliter ad pœnam. part. 4. diſt. 5 nu 4. & 7.* 35 & 36

*Actio legis Aquiliæ nõ datur ex culpa leuiſſima, in omittendo. part 1 diſt. 4. nu. 90.* 54

*Actio criminalis ciuili præiudicat, ratione maioritatis. part 4 diſt 20. num 5. fol. 18. Reliqua vide infra in litera H. in verb. Homicidio, & in litera I. in verb. iniuriarum.*

*Actio perſonalis quæ dicatur, quæ realis, & quæ mixta. par. 4 diſt. 3. nu 1.* 59

*Actio pignoratitia an dicatur realis, vel perſonalis & in quo differat ab hypothecaria, & quæ dicatur directa, quæ contraria. ib. nu. 60.* 66

*Actio in factum poteſt dari etiam ad recuperandam poſſeſſionem part. 4 diſt 7. nu. 42.* 111

*Actio ad exhibendum, ſummaris expeditur. part 4. diſt. 9. nu. 180.* 142

*Actio familiæ erciſcundæ, impeditur per exceptionẽ, quod agens non ſit hæres part. 4. diſt. 20. nu. 9.* 187

*Actio communi diuidundo impeditur per exceptionem quod res non ſit communis. ib nu. 10.* ib.

*Actioni hypothecariæ contra tertium poſſeſſorem præſcribitur per decem annos: ſecus vbi agitur conditione ex l. fi. C. de acq poſſ. part. 4. diſt. 7. nu. 60.* 113

*Actionem, nec exceptionem naſci ex compromiſſi ſententia, & quando emologata tacite vel expreſſe dicatur: & quid in arbitratore part. 6. de appellat. num 262.* 417.

*Actiones in rem ſcriptæ, an dicantur mixtæ part 4. diſt. 3. nu. 2.* 60

*Actiones præiudiciales, quæ dicantur abſolutæ, & quæ reſpectiuæ. part 4. diſt. 20. nu. 1 & per totum* 185

*Actio ciuilis & criminalis, quando cumulentur. diſt. 1. num. 6.* 35

*Actio realis, qualiter intentetur d part. 4 diſtinct. 3. n 3.* 60

*Actio in rem vtilis, quando & quibus detur. ib n 12 13. & ſeq.*

*Actio perſonalis aduerſus quem detur. ib n 27.* 62

*Actio in rem debet concludere, quod res reſtituatur, non ſic in perſonali ib. num. 31.* ib.

*Actio in rem, ſtatim, lata ſententia, habet executionem ib nu. 32 Et quid in perſonali num. 35.* ib.

*Actio perſonalis nunquam intentatur ad æſtimationem ib nu. 34. ſecus in reali nu 33.* ib.

*Actio realis etiam fructuum æſtimationem continet ib. n 36 perſonalis regulariter non item. n 37.* 63

*Actio perſonalis, & realis quomodo differant. ib. nu. 41.* 64

*Actiones mixtæ, tribus modis dicuntur. part. 4. diſt 1. n. 2.* 183

*Actio familiæ herciſcundæ, cui & quando competat, & quæ requirantur, ib nu 3.* ib.

*Actio communi diuidundo, quando competat, & cui & quæ requirantur. ib. nu 4* 184

*Actio finium regundorum, ad quid competat, ib num. 5. ib.* ib.

*Actionem habens ad commodum alicuius, poteſt cogi ad agendum, d part 4. diſt 21 nu 13.* 189

*Actiones actiuæ quando quærantur nobis per inſtitorem di. 2. part. 4 nu. 3.* 151

*Actor volens deſiſtere à conuentione, ne reconueniatur non poteſt, part. 4. diſt. 6. nu 17.* 91

*Actor poteſt reconuenire Reum, ſuper re non comprehenſa in reſcripto, ib. nu. 18.* ib.

*Actor pupilli qualiter concipiat libellum, part. 6. de libelli oblat. nu. 8.* 264
*Acta facta noctu in foro mercatorum, an valeant. part. 6. de except. nu. 85.* 96
*Adminiſtrator loci pii condemnatus, qui appellat, compellitur ad reddendum rationes, appellatione pendente, in 6. part. ver appell. nu. 198.* 407
*Aduocatus dari poteſt pupillis, & miſerabilibus perſonis ex officio Iudicis, & ſimiliter furioſis. part. 6. de inquiſit. n. 192.* 235
*Aduocatus, vt nec procurator reſpondentis poſitionibus adeſſe debent, quando illis reſpondetur part. 6. de poſit. nu. 15.* 309
*Aduocatus poteſt intereſſe examinationi ruſtici, vel idiotæ ne propter ſuam ſimplicitatem decipiatur, ibid. num. 16.* ib.
*Aduocatus non poteſt eſſe Iudex in eadem cauſa, ſed in alia ſic part. 6. de appell. nu. 42.* 389
*Aduocati & procuratores calumnioſi poſſunt per Iudicem inquiri, & iis interdici, ne poſtulent, part. 6. de inquiſit. nu. 182.* 234
*Æditio qualiter fiat, part. 6. de actorum edit. numero 12.* 345
*Ædi an debeant inſtrumenta, relata in inſtrumento producto, ib. nu. 7.* ib.
*Ædi ante omnia an debeant inſtrumenta relata in libello, ib. nu. 8.* ib.
*Æditio librorum Romæ exiſtentium, quibus expenſis fieri debeat, par. 6. de teſt. product. nu. 64.* 324
*Ædi an debeat liber factori, & quid de libro Gabellarii, ib. nu. 42. 43.* 321
*Ædi an debeat tagliola? ſeu tacca. ib. nu. 41.* ib.
*Æqualitas inter ſocios, an conſideretur, nedum reſpectu numeri pecudum, ſed etiam bonitatis, part. 4. diſt. 4. nu. 36.* 74
*Æquitas in quo conſiſtat, in curia mercatorum. part. 4. diſt. 9. nu. 150.* 139
*Æquitas ſemper haberi debet præ oculis, ibid. numero 157.* 140
*Affectus hodie ex generali conſuetudine non punitur, niſi ſequatur effectus, part. 4. diſt. 1. nu. 70.* 46
*Agens ad ſucceſſionem, & fundans ſe, quod filius ſuper uixit patri, hoc probare debet, alias ſuccumbit, in proœm. nu. 15. in fin.* 2
*Agens ex teſtamento, vt hæres, & ſuccumbens propter teſtamentum inualidum, poteſt in cauſa appellationis agere ab inteſtato part. 6 de appell. nu. 163.* 404
*Agens ad debitum, poteſt condemnari ad reſtitutionem pignoris, licet hoc non ſit petitum, part. 6. de ſent. num. 63.* 369
*Agens via ordinaria in iudicio, non poteſt recurrere ad executionem, part. 6. de inſtrumentorum product. nu 31.* 334
*Agens in nana cauſa, & probans de alia obtinet in regno, part. 4 diſt 9. nu. 17.* 120
*Agens ſine actione poteſt ex officio Iudicis repelli, part. 6. de inq. nu. 99.* 235
*Agens ſine actione, ſi obtinet ſententiam pro ſe, an valeat ſententia part 6. de ſententia, nu. 68* 370
*Agens actione perſonali quid in libello probare & deducere habeat, & quid agens actione realiter, part 4. diſt. 3. nu. 47.* 64
*Agi poteſt ex delicto, ciuiliter, & criminaliter ſcilicet, ad intereſſe, & ad pœnam part. 4. diſt. 1. nu. 7.* 36
*Agere, quando quis compellatur, dicta par. 4. diſt. 21. num. 1.* 18
*Agi an poſſit ex eodem delicto criminaliter, ex quo prius actum fuit ciuiliter, & econtra, part. 6. de inquiſi. nu. 89.* 223
*Agi an poſſit criminaliter, ex delicto commiſſo, per culpam ſine dolo, part. 4. diſt 1. n. 79. cum plur. ſeq.* 49
*Agenti ex contractu in foro mercatorum: an obſtet exceptio obſcuritatis, par. 6. de except. nu. 66.* 293
*Agricola, an dicatur mercator? part. 4. diſt. 8. nu. 65.* 128
*Agrimenſor, an per iudicem mitti poſſit ad menſurandum, parte non citata, part. 4. diſt. 17. num. 12.* 184
*Alapam dans Officiali, mortis pœnam incurrit, part. 4. diſt. 1. nu. 71.* 46. & 47
*Alienatio rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate, valet cum cedit in fauorem Eccleſiæ part. 4. diſt. 16. nu. 46.* 176
*Alimentorum cauſa, eſt ſummaria, part. 4. diſt. 9. nu. 198.* 144
*Allegationes iuris, an debeant edi part. 6. de actor. edit. nu 58.* 347
*Allegans contraria, non auditur, part 4 diſtinct. 27 nu. 4.* 186
*Ancilla vendita ſub pacto, ne proſtituatur, alias ſit libera emptore pactum non obſeruante, poteſt iudex inquirere, & illam exhiberi facere, vt ad libertatem perueniat part. 6. de inquiſit. nu. 131.* 230
*Andreas Matthæus de Sarno, de S. Seuerino fuit optimæ ſcientiæ part. 6 de except. nu. 70.* 294
*Angariari, an & quando poſſit quis per iudicem in perſona vel in bonis pro ſeruitio part. part 6. de executio. nu 25. cum ſeq.* 439
*Antiquiores clerici, & doctores, primum locum habere debent, in proœm. nu 8.* 3
*Apoſtolica lex, quæ dicatur part. 3. nu. 31. & 32.* 17
*Apoſtolica lex, eſt hodie in obſeruantia. & legi ciuili præfertur in deciſionibus cauſarum, ib. nu. 71.* 22
*Apoſtoli expenſis appellantis dari debent par. 6. de appell. num. 224.* 411
*Apoſtoli, vnde dicantur, ib. nu. 226.* ib.
*Apoſtoli an ſint petendi in extraiudiciali appellatione, ib. nu. 227.* ib.
*Apoſtoli per appellantem intra quot dies, iure communi, & Regni petendi, ibid num. 219. cum ſequent. & num. 418.* 438
*Apoſtolorum petitioni poteſt Iudex ſtatuere breuiorem terminum, de iure canonico, intra quem ſi non petantur, appellatio ſit deſerta, ib. nu. 223.* 411
*Apoſtolorum plures ſpecies, ib. nu. 225.* ib.
*Apocha mercatoris ſigillata tantum, an probet. ib de teſt. product. nu. 67.* 325


*Appel-*

*Appellari an poſſit à ſententia boni viri, part. 6. de compromiſſ. nu. 35.* 304

*Appellatur à ſententia collegii, ad ſuperiorem, dict. part. 6. de teſtium product. nu. 89.* 328

*Appellatio quid, & quid prouocatio. part. 6. de appell. nu. 1. 2. & 6.* 385. & 386

*Appellatio friuola, ſeu fruſtratoria, & temeraria, quæ dicatur, ib. nu. 347* 423

*Appellatio qualiter fiat, ib. nu. 117. & 129.* 397. & 398

*Appellatio, nomen appellantis, & appellati, & ſententiam, à quo appellatur, continere debet, ibid. nu. 130.* 398

*Appellatio facta, non expreſſo nomine Iudicis, ad quem, vt ſi quis ſimpliciter dicat: appello ad iudicem competentem valet, ib. nu. 132.* 399

*Appellatio coram Iudice à quo præſentari debet intra dies 10. ſi eius copia haberi poteſt, alias poteſt interponi coram perſonis, vel coram Iudice, ad quem, eiuſque practica, ib. nu. 133.* ib.

*Appellatio poteſt præſentari Iudici, etiam non ſedenti pro tribunali, & in omni loco, imo ſoli actorum magiſtro, ib. nu. 134.* ibid.

*Appellatio fit etiam per verba, ſubmitto me protectioni talis iudicis, nu. 135.* ib.

*Appellatio à diffinitiua, poteſt viua voce incontinenti fieri ex interuallo verò, niſi in ſcriptis, ib. nu. 136. ibid. Et quando dicatur fieri in continenti, & quando ex interuallo, ib. nu. 137.* ib.

*Appellatio in ſcriptis, qualiter, & quando dicatur fieri, & an ſufficiat comparere in iudicio, & notario dicere: ſcribe qualiter ego appello à tali ſententia, ex tali cauſa, ib. nu. 139.* 400

*Appellatio viua voce, quæ incontinenti fit, debet fieri Iudice præſente, & pro tribunali ſedente, alias non valet. ib. nu. 140.* ib.

*Appellatio ſemper poteſt fieri in cauſis breuioribus viua voce, etiam ex interuallo, ib. nu. 143.* 401

*Appellatio à diffinitiua, ex nouis actis poteſt iuſtificari, ib. nu. 161.* 404

*Appellatio à diffinitiua, cauſas grauaminis continere debet in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita à lege, vel ab homine, ib. nu. 155.* 403

*Appellatio à ſententia lata in cauſa conuentionis, non impedit iudicium procedere in cauſa reconuentionis, de qua tam cito liquere non potuit, part. 4. diſt. 6. nu. 11. 92. & 93*

*Appellatio extraiudicialis, in quibus differat à iudiciali, d. part. 4. diſt. 6. nu. 27.* 95

*Appellacio extraiudicialis, an requirat expreſſionem cauſæ grauaminis, par. 6. de appell. nu. 158.* 444

*Appellatio extraiudicialis quæ fit in cauſa beneficiali, habet vim citationis, & eſt mirabilis effectus, ib. nu. 279.* 421

*Appellatio qualibet, eſt communis vtriuſque partis, in tantum, quod licet appellatus non poſſit per ſe appellare, poteſt tamen appellationi aduerſarii inhærere, ibid. nu. 282.* ibid.

*Appellatio admiſſa à iudice cum clauſula, ſi & in quantum, an habeatur pro admiſſa, vel non admiſſa, ib. nu. 211.* 409

*Appellatio hodie intra 10. dies fieri debet, ſiue fiat à diffinitiua, ſiue ab interlocutoria, & à quocunq; grauamine, & actu etiam extraiudiciali, ib. nu. 214.* ib.

*Appellatio etiam poſt 10. dies fieri poteſt cum ſententia grauamen ſucceſſiuum continet. ib. nu. 216.* 410

*Appellatio præſentari poteſt, etiam die feriato, ad honorem Dei, ib. nu. 217.* ib.

*Appellatio nomine alterius ſine mandato facta, ratificari debet per dominum intra 10. dies, à die ſcientiæ, alias non valet. ib. nu. 218.* ibid.

*Appellatio extraiudicialis, an requirat cauſæ expreſſionem part. 6. de appell. nu. 157.* 404

*Appellatio à grauamine illato, & inferendo, fieri poteſt. ib. nu. 4.* 385

*Appellatio à diffinitiua, ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo. Idem pendente decennio dato ad appellandum, ib. nu. 160. & 174.* 404. & 405

*Appellatione viua voce facta, cum reſeruatione appellandi in ſcriptis, ſi appellatur in ſcriptis quæ nam proſequenda ſit, ib. nu. 144.* 401. cum ſeq.

*Appellatio non ligat manus Iudicis, in omnibus caſibus, in quibus appellare non licet, ibidem numero 183.* 416.

*Appellatio à poſſeſſorio, non tardat executionem, ib. nu. 184. ib vt nec appellatio à decreto affirmatiuo, ib. nu. 185 pag. ead. & nu. 321. pag. 425. Nec appellatio Iudicis in ſyndicatu, ib. nu 151.* 402

*Appellatio non eſt permiſſa, à pronuncia de exequendo, ib nu. 260.* 417

*Appellatio licet tertio fieri non poſſit, poteſt tamen de nullitate dici, & ſuccumbens in iſta nullitate, poteſt iterum appellare, tanquam à nouo grauamine, ibidem nu. 283.* 421

*Appellatio non permittitur à ſententia præfecti prætorio, ib nu. 256* 417

*Appellatio ad ſuperiorem, valet, omiſſo medio, ſi non opponitur. ib. nu 373.* 430

*Item quando extat conſuetudo, ib. nu 374.* ib.

*Item, quando medius eſt inhabilis, vel ſuſpectus, ib. nu. 375* ib.

*Appellatio debet fieri ad ſuperiorem proximum, non remotiorem omiſſo medio, ib. nu. 368.* 429

*Appellatio per ſcholarem poteſt fieri ad Principem, omiſſo medio & ab omni grauamine appellare poteſt, ib. nu. 372.* 430

*Appellatio fit ad Papam à ſententia arbitrorum electorum in caſu ſuſpicionis, vel quando Epiſcopus litigat cum ſuo ſubdito, ib. nu 376.* ibid.

*Appellatio ab iniuſto decreto decurionum fit ad Capitaneum ciuitatis, ib. nu 395.* 432

*Appellatur ad Epiſcopum à Iudice Laico, pronunciante ſe competentem in caſu ſpirituali, ibidem numer. 397.* ibid.

*Appellatio ab interlocutoria deuoluit cauſam principalem*

lem coram Iudice appellationis cum pronunciando bene appellatum interlocutoriam retractat.part 4.diſt. 6.nu 26. 95

Appellatio ab interlocutoria, lata in poſſeſſorio, de iure ciuili admittitur fieri, à diffinitiua non item, eiuſque ratio, part. 6. de appell. n. 305. cum tribus ſeq. 424

Appellatio ab interlocutoria ſemper in ſcriptis fieri debet d. part. 6. de appell. nu. 138. fol. 400. & verſ. ſentent. num. 18. 364

Appellatio ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, fit, ſicut à diffinitiua, viua voce, incontinenti, & ſine expreſſione cauſæ grauaminis, ib nu. 151. 402

Appellatio ab interlocutoria, continere debet cauſas grauaminis in ſpecie nominatas, & non in genere, nec relationem ad proceſſum, & coram Iudice à quo omnes cauſæ exprimi debent etiamſi notoriæ ſint, in d. part. 6. de appell. nu. 153. ib.

Appellatio ab interlocutoria valet ſine cauſa grauaminis, cum cauſa illa in mero iure conſiſtit, ib. de appellat. nu. 156. 403

Appellatio ab interlocutoria iuſtificatur tantum ex eiſdem cauſis antiquis, niſi nunc ſuperueniant, nu. 159. & 165. vel ad eas appellans per iudicem à quo non ſit admiſſus, nu. 166. Item ſi appellatio ab interlocutoria, contineat grauamen irreparabile, vt habeat vim deffinitiuæ, nu. 169. & 170 fol. 405. ſed à diffinitiua, etiam ex nouis. ib. nu 159. & ſeqq. 404

Appellatio ab interlocutoria contra contumacem, poteſt ex nouis cauſis, & ex nouis probationibus iuſtificari, ib. nu. 168. 405

Appellatio ab interlocutoria, non ſuſpendit manus Iudicis inferioris ante inhibitionem, & poteſt procedere vſque ad diffinitiuam, parte non citata, ib. num. 172. ibid Niſi cum iudex à quo detulit appellationi. ib. nu. 209. 409

Appellatio ab interlocutoria, ſuſpendit executionem, cum ſententia continet grauamen irreparabile, ib. nu. 212. ibid.

Appellatio ab interlocutoria non eſt permiſſa de iure ciuili, ſecus de iure canonico ib. nu 303. 423

Appellatio ab omni interlocutoria eſt permiſſa, in omnibus caſibus, in quibus non eſt permiſſum appellare à diffinitiua, & quæ ſit ratio, ib. nu. 366. 429

Appellatio ab interlocutoria efficitur deſerta, ſi ea non admiſſa appellans non appellet iterum à non admiſſione, ib. nu. 421. 435

Appellatio in factis notoriis non impedit executionem, part 6. de appell. nu. 286. 406

Appellatio in factis notoriis, non admittitur, niſi inſeratur cauſa rationabilis, ib. nu. 233. 423

Appellatio à iure prohibita, non ſuſpendit effectum ſententiæ, niſi appellans aliquam iuſtam cauſam allegaret ib nu 283. 406

Appellatio non conceditur in crimine falſæ monetæ, ibid. nu. 294 423. in crimine raptus virginis. ib. nu. 295. ib Nec latroni inſigni, & famoſo, vel alicuius factionis auctori ib. nu. 296. ibid. Nec in crimine læſæ maieſtatis, ib. numero 297. ibid. Nec in crimine Simoniæ ib. numero 298 ibid. Nec condemnato de hæreſi. ib. nu. 299. ibid.

Appellatio in cauſa poſſeſſorii, non habet effectum retardandæ executionis, de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ib. nu. 305. cum tribus ſeqq 224. Niſi cum eius grauamen reparari nequit in petitorio. Item quo ad fructus & expenſas, & intereſſe, impedit executionem, ib. nu. 309. ibid.

Appellatio à ſententia in poſſeſſorio lata quando admittatur part. 4. diſt. 9. nu. 44. 123

Appellatio in poſſeſſorio valet, cum quis iniuſte, & ſine cauſa priuatur poſſeſſione. Item cum eſt magni præiudicii, vt quia ſit difficilis probatio in petitorio, & tunc ſuſpendit executionem, ib. nu. 311. ib.

Appellatio in poſſeſſorio valet cum miſſus in poſſeſſionem lucratur fructus, ib. nu. 308. ibid.

Appellatio fieri nequit ab actu, quem quis ſemel approbauit ib. nu 317. 425

Appellatio non admittitur in caſibus requirentibus celeritatem. ib. nu. 330. 426

Appellatio friuola ab omni actu eſt prohibita, & qui friuole appellat, poteſt vt contumax excommunicari, aliasq; pœnas patitur. ib. nu. 345. 247

Appellatio generalis ab omni grauamine, quod poſſet alicui irrogari, non valet. ib. nu. 354. 427

Appellatio non permittitur ab actu, ſecundum leges facto, ibid. nu. 356. 429

Appellatio non eſt permiſſa à decreto, quo quis fuit habitus pro confeſſo, ex eo, quod noluit ſe examinari vt principalem. ibid. nu. 358. 428

Appellatio in cauſa feudali, an dicatur deſerta ob non perſecutionem intra 50. dies, ſecundum conſtit. Regni, part. 1. nu. 89. 24

Appellatio, cum deſerta pronuntiatur, citatio partis non requiritur, part. 6. de appell nu. 203. 408

Appellatio, an dicatur deſerta per lapſum anni primi, ſeu primi fatalis, vt poſſit iudex ſententiam exequi, an vero debeat expectare ſecundum annum? ibidem, nu. 231 412

Appellatio deſerta efficitur, etiam elapſo termino, breuiato per iudicem ad proſequendum, ib. nu. 235. 413

Appellatio deſerta, ob decurſum fatalium, per impetrationem reparari nequit ib. nu. 239. 415

Appellatio cenſetur deſerta eo ipſo, quod appellans litigat coram Iudice à quo, cum facit actum incompatibilem cum appellatione, ib. nu. 341. 422. 427. & 435

Appellatio in dubio debet pronunciari non deſerta, ib. nu. 408. 433

Appellatio efficitur deſerta ſi appellans non præſentet proceſſum Iudici ad quem, intra 50. dies. Verum in ſacro conſilio eſt ſtylus ex eiuſdem actis, etiam poſt 50. dies. nu. 411. ib.

Appellatio in cauſis beneficialibus, non efficitur deſerta lapſu termini, dati à iudice, nec vnquam eſt deſerta, quo ad iudicem. ib nu. 415. 434

Appellatio non efficitur deſerta per lapſum 50. dierum.

*cum appellans ſuam fecit diligentiam, & per Iudicem ſtetit, ſed ceſſante impedimento, deſeritur, ſi non ſolicitet. ibid. num. 419* ibid.

*Appellatio, an, & quando efficiatur deſerta ob non petitionem Apoſtolorum ibid. num. 416.* ibid.

*Appellatio deſerta efficitur, appellante non comparente, in die ſtatuto per Iudicem, ad recipiendum apoſtolos, etiam ſi Iudex non venerit ad locum. ibid. numer. 420.* ibid.

*Appellatio cenſetur deſerta, eo ipſo, quod appellans aliquid contra aduerſarium innouat, & quia ipſum ſpoliat. ibid. num. 422.* 435

*Appellatio efficitur deſerta eo ipſo, quod appellans accipit terminum ad ſoluendum ibid. num. 423.* ibid.

*Appellationis proſequendæ tempus, an conſenſu partium prorogari poſſit. ibid. de appell. num. 236.* 413

*Appellationis interponendæ tempus 10. dierum, prorogare non poſſunt partes, neque iudex. ibid. n. 241.* 415

*Appellationis cauſa incipit ab apertura proceſſus, vnde in ea non requiritur libellus, nec litis conteſt. ibid. numer. 245.* 416

*Appellationi poteſt tacite, & expreſſe renunciari, etiam intra 10. dies, nec poteſt deinde vlterius appellare. ibid. num 341.* 427

*Appellationi renunciare non poteſt, nolente appellato ibid. num. 344.* ibid.

*Appellationem deſertam eſſe, quis Iudex pronunciet? ibid. num. 409.* 433

*Appellatione deſerta, quæ practica ſeruetur in Regno, circa literas obtinendas, & decretum pro executione. ibid. num. 202.* 408

*Appellatione deſerta, poteſt peti reſtitutio in integrum intra quadriennium, per illas perſonas, quibus datur reſtitutio, ibid. num. 413.* 434

*Appellatione deſerta, fit executio, ac ſi nunquam eſſet appellatum ibid. num. 199* 407

*Appellationem eſſe deſertam, poteſt Iudex pronunciare ex officio, abſque exceptione. ibid. num. 409.* 433

*Appellationem tenetur Iudex admittere, alius punitur. ibid. num. 399.* 432

*Appellatio an, & quando ſuſpendat iuriſdictionem Iudicis à quo, & an ea pendente Iudex vel pars, & quibus caſibus innouare poſſit. ibid. num. 173 & ſeqq.* 405

*Appellatione pendente, poteſt Iudex compellere litigantem ad cauendum. ibid num. 175.* ibid.

*Appellatione pendente capi poteſt debitor de fuga ſuſpectus. ibid num. 177.* 406

*Appellatione pendente, à ſententia excommunicationis, poteſt Iudex à quo excommunicationem publicare, & excommunicatũ priuare fructib. n. 178. & 179.* ibid.

*Appellatione manifeſte friuola, & fruſtratoria, contra leges interpoſita, poteſt iudex innouare, & procedere ad executionem. ibid. num. 182.* ibid.

*Appellatione pendente poteſt Iudex ſequeſtrare fructus. ibid num. 188* 407 *Et carceratum detinere. ibid. numer. 189* ibid. *Et excommunicatum abſoluere. ibid. num. 191.* ibid.

*Appellatione pendente poteſt iudex innouare pro appellatione. ibid. num. 192.* ibid.

*Appellatione pendente, poteſt Iudex beneficium ſequeſtrare. ibid. num. 193.* ibid. *Item attentata per appellantem reparare. ibid. num. 194.* ibid. *Item ponere ſubſtitutum in beneficium, in contumaciam beneficiati, reſidere nolentis ibid. numer. 195.* ibid *Et ſumma attentare omnia illa, quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ appellationis. ibid. num. 196.* ibid.

*Appellatione pendente, poteſt fieri taxatio expenſarum ibid. num 197.* ibid. *Et adminiſtrator loci pii, compelli ad reddendum rationem. ibid. num. 198.* ibid.

*Appellatione deſerta, fit executio, ac ſi nunquam eſſet appellatum. ibid. num. 199.* ibid.

*Appellatione pendente, poteſt Iudex à quo ſtatuere terminum appellanti ad proſequendum, & qualem terminum, & ad quid poſſit illum ſtatuere. ibid. num 205.* 408.

*Appellatione pendente poteſt Iudex examinare teſtes ſenes, & valetudinarios, ad perpetuam rei memoriam num. 206.* ibid.

*Appellationum tempora, inducta per conſtit. Regni ſcilicet 50. dierum, an ſeruentur, quando appellatur ab interlocutoria. ibid. num. 228. vbi tenet, quod non.* 411.

*Appellationum tempora breuiari poſſunt per Iudicem à quo, & per Iudicem ad quem. ibid num. 205.* 408

*Appellationum tempora in proſequendo, quæ ſint, & quid ſeruetur de iure communi, & quid per conſtitutionem Regni. ibid. num. 228.* 411

*Appellationum tempora inducta per conſtitutionem Regni, non procedunt in curia eccleſiaſtica. ibid. num. 229.* 412.

*Appellationum tempora an poſſint de conſenſu partium prorogari ibid. num. 236.* 413

*Appellationum tempora an ſuſpendantur pro compromiſſum. ibid. num. 242.* 415

*Appellationum tempora quandoque prorogari petuntur, & quandoque reparari, & qualiter differant iſta duo verba num 239* ibid

*Appellari an poſſit à ſubdelegato ad Principem delegantem omiſſo ſubdelegante n 378 fol. 431. & 386.* ibid.

*Appellatur ad Iudicem Eccleſiaſticum cum Iudex laicus ſimul cum clerico ſententiam tulit. part. 4. diſt. 9. & part. 6. de appell. ſt num 392.* 432

*Appellari poteſt à diffinitiua ſententia, etiam ſi ſit iuſte lata part. 6. de appel n 159.* 404

*Appellari poteſt à ſententia, qua pronunciatur, appellationem eſſe deſertam ibid. num. 201.* 401.

*Appellari debet intra decem dies, etiam à ſententiis, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, vt deuoluatur cauſa ad ſuperiorem, alias ſolum habet locum querela ibid. num. 214.* 409

*Appellare debet intra 10. dies is, qui deſcribitur in libello collectarum, alias ſuam perdit immunitatem, & tenetur ſoluere. ibid. num. 325.* 411.

*Appellare debet iure digeſtorum, & C. in cauſa propria intra biduum, in aliena, intra triduum. ibid. n. 214.* 409

b

*Appel-*

*Appellari poteſt ab omnibus Iudicibus, nec iniuriam facit Iudici appellans. ibid. num. 246.* 416
*Appellari poteſt à ſententia Iudicis prorogati, vel dati de conſenſu partium. ibid. num. 256.* 417
*Appellari an poſſit à ſententia arbitri, & quid in arbitratore. ibidem numero 270. cum pluribus ſequen.* 419
*Appellari poteſt ad Papam: ab omnibus ſententiis, ſupremorum Iudicem, manifeſtam iniquitatem continentibus ibid. num. 276.* 420
*Appellari poteſt à Vicariis ſupremorum Iudicum, quamuis ab ipſis principalibus appellari nequeat. ibid. num. 277.* ibid.
*Appellari poteſt non ſolum ab actibus iudicialibus, ſed etiam extraiudicialibus, factis tam à Iudice, quam à parte. ibid. num. 278.* ibid.
*Appellari poteſt tertio: quando per tertiam ſententiam infertur nouum grauamen. ibid. numer 281. pag. 421. Appellari item poteſt tertio, de nullitate dici: & ſi ſuccumbit in nullitate poteſt iterum appellare. ibid. num. 283.* ibid.
*Appellari poteſt à ſententia ſequeſtri. ibid. numer. 307. 424. Et à poſſeſſorio, de iure canonico. numer. 306.* ibid.
*Appellari an poſſit in poſſeſſorio, quando magnum eſt praiudicium, vt quia eſt difficilis probationis in petitorio, & an tunc ſuſpendat executionem. ibid. nu. 305.* ibid.
*Appellari poteſt à poſſeſſorio mixto. ibid. numer. 314.* 425
*Appellari poteſt à ſententia lata dolo vel culpa Iudicis, ſupra poſſeſſorio ibid num. 315.* ibid.
*Appellari poteſt, quando de poſſeſſorio tractatur per viam contractus, & non per momentaneum iudicium. ibid. num. 316.* ibid.
*Appellari poteſt à correctione, per Clericum ſecularem. ibid. num. 334.* 426
*Appellari poteſt à Iudice, habente poteſtatem iudicandi ſecundum ſuum arbitrium ibidem numer. 364.* 429
*Appellatur à quocunque Principe ad Papam, omiſſo medio, de iure Canonico, ſed de iure ciuili non appellatur ad Principem, omiſſo medio. ibidem numer. 369.* 430
*Appellatur ad legatum Papa, & etiam ad Patriarcham, omiſſo medio ibid. num. 371.* ibid.
*Appellari ad ſuperiorem, omiſſo medio, quando poſſit. ibid. num. 375. & ſeqq.* ibid.
*Appellari poteſt à Vicario Principis, ad ipſum Principem ibid. num. 383. fol. 431. Et à delegato Epiſcopi, ad eius Vicarium. ibid. num 385.* ibid.
*Appellatur ad delegantem à ſententia delegati, & non ad alium ſuperiorem. ibidem numer. 385. ibid. Quid autem de ſubdelegato ibidem numer. 387.* 432
*Appellatur ad Decuriones ciuitatis, quando abeſt Iudex appellationis ibid. num. 389.* ibid.
*Appellatur ad delegantem laicum, quando cauſam commiſit Epiſcopo, non autem ad Papam. ibid. num. 391.* ibid.
*Appellari poteſt ad magnam curiam Vicaria, ab omnibus ſententiis omnium Iudicum ordinariorum Regni, & etiam à delegato Regis. ibid. num. 377. & 398.* ibid.
*Appellari poteſt à Vicario ad Epiſcopum, in his, qua ſunt ei ſpecialiter conceſſa, non de iure communi. part. 4. diſt. 5 num. 16.* 81
*Appellari poteſt ab immoderata taxatione expenſarum. part. 6. de execut. num. 22.* 339
*Appellari non poteſt à Vicario generali, ad Epiſcopum. Secus à Vicario foraneo, & rurali, in 4. part. 5. diſtin. numer. 15 pag. 81. & d. part. 6. de appellat. numer. 381.* 431
*Appellari non poteſt ad Papam à ſubdelegato, quando ſubdelegans aliquid ſibi reſeruauit, ſed debet appellari ad proximum ſubdelegantem. Et hoc procedit, ſi excipiatur; alias ſecus. part. 6. de appellat. numer. 370.* 430
*Appellari non poteſt ad delegantem, qui ob ſuam ſuſpicionem delegauit. ibid. num. 387.* 432
*Appellari non poteſt à ſententia Principis non recognoſcentis ſuperiorem. ib d. numer 248. 416. Nec à ſententia præfecti prætorio. ibid numer. 250. ibid. Nec à ſententia ſacri concilij. ibidem numer. 251. ibid. Nec à ſenatoribus. ibid numer 253. 417. Nec à ſententia Ducis Venetiarum. ibid. numer. 254 ibid Nec ab Epiſcopo prorogato ibid. num 255. ibid Nec à iudicio ſortis. ibid. numer. 257 ibid. Nec à mero executore ibidem num. 259. ibid. Nec ab arbitri ſententia. ibid. numer. 270. pag. 419. Quod limita. vt ibid. num. 247. 420. Nec à Iudice, qui reuocauit grauamen, quod fuerat comminatus. ibid num. 275.* ibid.
*Appellare non poteſt tertio ſuper eiſdem grauaminibus, qui in duplici appellatione ſuccubuit. ibid. num. 280.* 421
*Appellare non poteſt verus contumax ibid numer. 284. & 286. ibid. Nec notorie criminoſus. ibid. numer. 287. 407. Nec conuictus, & ſponte confeſſus, ſecus ſi ſit conuictus, ſed non confeſſus, vel confeſſus, non tamen ſponte, ſed formidine tormentorum ibid. numer. 292. 422. Nec condemnatus, pro debito publico, ſeu fiſcali, niſi quando fiſcus tractat de lucro. ibid. numer. 300.* 423
*Appellare non poteſt Officialis pro malo geſtu, à ſuo iudice condemnatus. ibid. numer. 30. ibid Nec Officialis in ſyndicatu condemnatus. ibid. numer. 302.* ibid.
*Appellari non poteſt in cauſa, vbi de decima agitur ibid. num. 304.* 324
*Appellari non poteſt à Iudice, retardante cauſam expedire, ſed ſolum datur recurſus per viam querela ibid. numer. 127.* 597

Appellari non poteſt, cum creditor hypothecaria agit, & qualiter ibid.num.318. 425

Appellari non poteſt à ſententia lata in Saluiano interdicto. ibid numer.320. ibid Nec à decreto aſſiſtentiæ: Item in omnibus decretis affirmatiuis, ad effectum retardandæ executionis, ſed poteſt de nullitate dici, & quæ ſint iſta decreta ibid.numer.321. ibid. Nec à pronunc. a de aperiendo teſtamento, vel de mittendo ſcriptum hæredem in poſſeſſionem ibid. numer. 322 ibid. Nec à ſententia lata in interdicto, quorum bonorum. ibid.num.323. ibid. Nec à nominatione publici muneris, vtilitate priuati. Secus, ſi eſt publicum etiam vtilitate: quia poteſt appellare. ibid. num. 324. ibid. Nec in cauſis minimis, & breuioribus: & præſertim in Regno, in cauſis duarum vnciarum, ibid.num.326. 426. Nec à ſententia excommunicationis, vel interdicti ibid.num.351.428. Nec à ſententia abſolutoria, lata in cauſa criminali, ex mero officio, vel ad denunciam. ibid.num.328.426. Nec à ſententia tortura, in caſu, quo conſtat per vnum teſtem de viſu, & publicam famam. ibid. numer. 329. ibid. Nec à condemnatione ſuper actione ad exhibendum. ibidem numer. 331. ibid.

Appellari non poteſt cum cauſa deciſa eſt per iuramentum delatum, vt relatum ibid numer.332. ibid. Nec à correctione Abbatis, per clericum regularẽ ibid. numer. 333. ibid. Nec cum cauſa commiſſa eſt per principem, appellatione remota, & qualiter hoc procedat, ibid. num. 336 cum quatuor ſeq. 4. ibid. Nec à iuramento in litem, de iure ciuili. Secus de iure Canonico ibid. num.350.428. Nec à ſententia nulla ibid.num.352. ibid. Nec à mandato, vt quis in ſua Eccleſia reſideat. ibid.num.355.429. Nec à breuitate termini ad probandum, in cauſa feudali. ibid. num.357. ibid Nec conuictus de furto manifeſto. ibid.num 359. ibid. Nec de crimine punitus, legitima pœna, quia confeſſus eſt delictum ibid. num.360 ibid. Nec à mandato facto, vt quis declaret, an ſcriptura ſit ſua. ibid. num.361 ibid. Nec à reuocatione delegationis cauſa. ibid. num 362. ibid. Nec ab eo, cui eſt commiſſa cauſa, ſecundum eius conſcientiam. Et quid ſi cauſa committatur arbitrio alicuius ibid.num.363. ibid.

Appellari non poteſt ab omni actu, à lege in poteſtate iudicis relicto, & non in neceſſitate. ibid.numer. 365. ibid.

Appellari non poteſt à Vicario, ad eum, qui eum dedit, ſed ad ſuperiorem ipſius dantis. ibidem. numer. 380. 431

Appellari non poteſt ab executione, niſi modus exequendi excedatur. part.6. de execut. num.55. 442

Appellans in caſu prohibito, deuoluit quidem cauſam, ad iudicem ad quem, vt ſi videat grauamen, poſſit illud corrigere, non tamen ligat Iudicem, à quo part 6 de appell. num 118. 397

Appellans apoſtolos inſtanter petere debet, alias non valet appellatio, ſed hodie in Regno id non requiritur. ibid. num.131. 399

Appellans ad vnum Iudicem poteſt variare, & appellare ad alium intra 10. dies, & prima appellatio reuocata cenſetur ibid.num.146. 402

Appellans producere non poteſt teſtes ſuper eiſdem articulis, ſed ſolum ſuper nouis, dependentibus à veteribus, & ſolum ſuper re, in cauſa principali deducta, non autem ſuper alia. ibid.num.162. 404

Appellãs eandem rem, ex noua cauſa proſequi poteſt. ibid. num.163. ibid.

Appellans ab interlocutoria, non eſt vlterius citandus ad actus, quos facit Iudex, procedens ad ſententiam, ante quam ei inhibeatur. ibid.num.170. 405

Appellans ab interlocutoria, nouas probationes producere poteſt ſuper cauſa antiqua, expreſſa in appellatione probationem in facto requirente. ibid.n.164. 404

Appellans à diffinitiua, poteſt in eadem appellatione deducere grauamen ſibi illatum per interlocutoriam, etiam ex nouis cauſis ibid.num.167. 405

Appellans, inter 10 dies, apoſtolos petere debet de iure communi. Secus, per conſtitutionem regni ibid.num. 219. 410

Appellans impeditus proſequi, an debeat proteſtari de impedimento, vt prorogetur ei tempus. ibid.num.230. 412

Appellans temere, & friuole, iniuriam Iudici facere dicitur, ſecus ſi iuſte. ibid.num.346. 427

Appellans, qui nihil produxit in cauſa principali, non audiuur, niſi refectis expenſis. ibidem numer.345. ibid.

Appellans impeditus à Iudice, qui noluit intra terminum literas expedire, poteſt appellationem proſequi, poſt terminum decurſum. ibid.num.414. 434

Appellans quos actus implere debeat, vt appellatio non efficiatur deſerta ibid.num.417. ibid.

Appellatus an cauſam appellationis proſequi poſſit, ſi appellans non proſequatur, & intra quod tempus. part. 6. de appell num.242. 416

Arbiter, qui vt arbitrator procedere poterat, ſi cœpit procedere vt arbiter, & poſtea inordinate proceſſit, an proceſſus valeat? part. 4. diſt 9 num.205 145

Arbiter, & arbitrator quomodo differant. part. 4. diſt.14. num.13. 168

Arbiter iuris quis dicatur ibid eodemque folio, & an ab eius ſententia appelletur. part.6. de appellation. numer. 272. 420

Arbiter poteſt ſibi eligere locum honeſtum, vbi curiam regat part 6 de ſententia.num.80. 371

Arbiter ſententiam ſuam non exequitur, ſed Iudex ordinarius. part.6 de executi. num. 5. 437

Arbitri quando plures ſunt, non poteſt vnus ſine alio procedere, part 4. diſt 5 num.31. 84

Arbitri iuris, an habeant ordinariam, vel delegatam poteſtatem, & ad quem appelletur ab eis part.4. diſt. 6. num.22. 99

Arbitri poſſunt eligi per Iudicem, quando partes ſunt diſcordes. part.6 de compromiſſ. num 11. 302

Arbitri electi, ſecundum regiam prag. dicuntur arbitri

iuris, & qualiter ab eis appellatur, & ad quem, in ead. part de appell. num. 273. 410

Arbitri eliguntur, quando Epiſcopus cum ſubdito ſuo litigat, & ab eis ad Papam appellatur. Item, quando appellatur ab arbitris electis, de recuſati ne ſuſpecti. ibid. num. 376. 430

Arbitrorum ſententiæ, hodie in Regno reuideri poſſunt, per Iudicem loci, via reclamationis ibid. numer. 274. 420

Arbitrorum ſententia, an, & quando ſit emologabilis, & an producat actionem, & an ab ea appelletur. Et quid in arbitratore vel arbitro iuris, & de intellectu l. cum antea. C. de arbit. ibid numer. 262. & 271. 417. & 420

Arbitrorum tres ſpecies. parte 3. diſtin 14. numer. 2. 158

Arbitratoris, non arbitri ſententia ſubiacet reductioni ad arbitrium boni viri part. 6. de appellatio. num. 267. 419

Arbitraria pœna, vide infra, in litera P. in verb pœna arbitraria.

Archidiaconus abſente Epiſcopo, Vicarius eſt Epiſcopo, ipſo iure, part 4 diſt. 5 num 7.

Aromatarii committentes fraudem in arte, qualiter puniantur. ead. part. diſt. 11. num. 50. 157

Argumentum de emphyteuſi ad feudum, valet: & e contra, part. 3. num. 87. 24

Argumentum à contrario ſenſu, non ſumitur in vſibus feud. ibid. num. 91. ibid.

Argumentum de perſonis ad res, & econtra, validum eſt part. 4. diſt. 1. num 24. 39

Argumentum de pacto ad ſtatutum, an valeat? ead. part. diſt 16 num. 88. & 94. 182. & 183

Arrha facit rem deſinere eſſe integram, & quando, & an ſi partem pœnituat, poſſit agi ad intereſſe? par. 4. diſt. 4. n. 49. 75

Articulus, poſitio, & capitulum, quid ſint, & qualiter inter ſe differant. part. 6. de poſitio. numer. 1. 2. 3. 307

Articulus repulſæ dicitur impertinens, in articulis principalibus, & ideo non debet admitti, niſi ex ſola cauſa inimicitiæ. part. 6. de teſtium repulſa. numer. 8. 354

Articulans non cenſetur fateri quod narrat in articulis. Secus in poſitionibus. part. 6. de poſitio. numer. 7. 302

Aſſaſſinus clericus ipſo iure cenſetur degradatus, & punitur per Iudicem laicum. part. 4. diſt. 11 numer. 76. 160

Aſſiſtentia contra tertium poſſeſſorem patitur conditione ex lege. final. C. de acquir. poſſ. & peti poteſt vſque ad 10 annos. Secus, quando agitur hypothecaria ead. parte. diſtinct. 7. numero 60. 13

Aſſiſtentia vigore inſtrumenti, quando & qualiter petatur, & quæ actio cenſeatur intentata, & quis ſit eius effectus. part. 6. de inſtrumentorum product. numer. 30. & 31. 333. & 334

Atteſtationes non publicatæ, non probant, ne ſemiplene quidem. ead. part. de actorum edit. numer. 34. 348

Atteſtationes teſtium ante publicationem edi non debent parti ibid. num. 56.

Attentata reuocantur per viam querelæ, in caſu. quo non ligantur manus iudicis, per appellationem. ead. part. de appel. num. 117. 397

Attentata, quænam reuocentur in appellatione iudiciali, & extraiudiciali. ibid. num. 401. 433

Attentata vt reuocentur, debet appellatio eſſe intimata Iudici, & parti; nam attentata ab ignorantibus appellat. non reuocantur, & reuocatio parte citata fieri debet ibid. numer. 402. ibid.

Attentata duplici via reuocantur. ibidem. numer. 400. 432.

Attentatorum reuocatio petitur vſque ad concluſionem in cauſa. ibid. num 403. 433

Attentatorum reuocationem petens, non repellitur per exceptionem excommunicationis, nec per exceptionem proprietatis. ibid. num. 404. ibid.

Attentatus appellatione pendente, tenetur ad fructuum reſtitutionem. ibid. num 406. ibid.

Auctor laudatus quis dicatur, & ad quem effectum ei lis denuncietur. part. 6. de auctoris laudat. numer. 1. 266

Auctor quando, & quo tempore litis laudari debeat. ibid. num 5 268

Auctor cum eſt laudatus in iudicio, & datus terminus ad denunciandum, an interim debeat in cauſa ſuperſedere? ibid. num. 8. ibid.

Auctor laudatus non poteſt ex ſua perſona declinare forum. ibid num. 10. ibid. Et an teneatur ſubminiſtrare expenſas pendente iudicio, ante rem euictam. ibid. num 13. 269

Auctori laudato, qualiter fiat denuntiatio, ibid. num. 12. ibid.

Auctorem auctoris ſui an quis poſſit laudare, & an teneatur de euictione ſine ceſſione. ibid. numer. 9. 268

Auctor an laudari poſſit coram arbitro. part. 6 de auctoris laudat. numer. 2. 267. Item, an habeat locum coram arbitris iuris. part. 4. diſt. 6. numer. 21. 94

## B.

BALLÆ lanarum ſignatæ ſigno meo, an præſumantur meæ. part. 6. de teſt. product. numer. 62. 324

Bannum hodie æquiparatur pœnæ relegationis, & hoc procedit, vbi bona non publicantur. part. 4. diſt. 2. num. 7. 58

Bannum ſententia interlocutoria dicitur. part.6. de ſententia.num.30. 365
Bannum & mulcta æquiparantur.num.32. 366
Banna quæ faciunt Officiales in principio ſui officij.an ſint ſufficientia, vt iudex inquirere poſſit, in caſibus à iure permiſſis.part.6.de inquiſ.num 31. 213
Banna facta ab Officialibus ſub certura pœna, an valeant. part.6.de quæſtionib.num.3. 355
Reliqua vide infra in litera P in verb. Pœna banni.
Baro in terra Demanij Regis, poteſt exercere iuriſdictionem inter ſuos ſubditos ſine licentia Officialis illius loci. Secus in terra Baronis part.6 de citatione.num. 41. 245
Baro non poteſt exigere iuramentum fidelitatis à vaſallis ſine mandato, vel literis Regis, alias priuatur feudo. part.6 de iurament.num.42 341
Barones regni habent iuriſdictionem à Rege, ſeruatam cum priuilegio primarum, & ſecundarum cauſarum, & ideo reuocant prorogationes, factas per eorum vaſallos, in alios iudices.part.4 diſtinct.12.num.26.165.& 166
Barones indebite angariant vaſallos, ſine ſalario, tam in perſona, quam in bonis.in 6. part. verſic.executio.num. 27. 440
Beneficium, vide infra in litera P in verb.poſſeſſorium. & litera T.in verb.titulum.
Blaſphemare dicitur, qui iurat per viſcera Chriſti, vel per alia membra.d.part 6 de iuramen.num.54. 342
Bona vacantia applicantur fiſco, ſed contradictor comparens, auditur, & datur ei copia inquiſitionis, ſeu defenſionis, in ead.part.6.de inquiſ.num.15. 212
Bona tutoris non poſſunt capi pro condemnatione pupilli, niſi pro expenſis.part.6.de execut.num.38. 441
Bona minus damnoſa, an in executione capi debeant. ibid. num 11. ibid.
Bona vxoris an capi poſſint pro debito viri, & econtra. ibid.num.53. 444
Bonorum poſſeſſio Carboniana, vel ventris nomine, cum agnoſcenda eſt, aduerſarij interi per proclama citari debent.part.6.de citat. nu.110. 254
Boues aratorij & alia inſtrumenta ad agriculturam deputata non poſſunt pro executione ſententiæ capi, in eadem part.de execut.num.31. 440

C.

CALCVLATORES ſententiam ferre poſſunt, parte non citata.part.6.de citatione. numer.24. 243
Calumniator, etiam nomine accuſante. poteſt ex officio iudicis inquiri & puniri.in ead.part.de inquiſ nu.157. 232
Calumniæ iuramentum, Require infra in litera I.in verb. iuramentum calumniæ.
Campana importat vim citationis, & in die Veneris ſancta, in qua non pulſantur campanæ, an poſſit citari vniuerſitas ad ſonum tabellæ.part.6.de citatione.nu.111. 112.113.114. 254
Campſor recipiens literas vitiatas, & ſoluens, an liberetur.part.6.de teſtium product.num.54. 322
Candelarij, facientes candelas cum mixturis, qua pœna plectantur.part.4.diſt.11.num.35. 154
Canonica lex, de hac vide infra, in litera L.in verbo, Lex Canon.
Canonicum ius, Require infra, in litera I.in verb.Ius Canonicum.
Canonicum idem eſt, quod regula, inde ius Canonicum quaſi regulatum.part.3.num.75. 22
Canon an præferatur dictis Sanctorum, & Theologorum, in deciſionibus cauſarum, ibid.num.77.& 78. ibid.
Canonicus primo creatus, præfertur alijs. in proœm. numer.9. 2
Capitalis cauſa, quæ dicatur, & quæ non capitalis.part. 4. diſtinct 2 n.1.cum plur ſeq. 57
Capitalis ſeu capitis pœna à lege, vel ſtatuto impoſita, de minori intelligitur.ibid.n.3. ibid.
Capitale iudicium, Require in Litera I.in verb.Iudicium capitale.
Cap t.quoniam contra de probat.quomodo intelligatur. part.6.de actor.edit.n.23. 346
Capit.de teſtantes non tollit ſolennitates ſententiæ, ſed proceſſus tantum.part.6.de ſententia.n.16. 363
Capitulum, ſede vacante, non ſuccedit in iuriſdictionem delegati.par.4.diſtinct 5.n.71 89
Capitulum Eccleſiæ, an & quando reſtituatur in integrum part.6.de appellat.n.89. 393
Capitulum eſt nomen generale, & poteſt poſitionem, & articulum comprehendere. part. 6. de poſitione, num.2. 308
Captura perſonæ in ciuilibus, an & quando fieri poſſit, & quid in criminalibus?part.6.de citat.nu.58.cum duob. ſeq. 247
Capi poteſt perſona, vt bona ſua indicet pro executione ſententiæ part.6.de execut.num.23. 439
Captus pro vna cauſa, an poſſit pro alia recommendari. part.4.diſtinct.9.num.129. 136
Carceratus, an & quando ſit fideiuſſoribus relaxandus in criminalibus.part.6.de ſatiſdat.num.10. 277
In cauſis carceratorum die feriato proceditur.part.6.de actorum edit.num.48. 349
Carceratus condemnatus appellans nihilominus detinetur.part.6.de appellat.num 189. 407
Carceratus ad ſuperiorem mittendus, ipſius carcerati expenſis, cum cuſtodibus mitti debet. ibid.numer.190. ibid.
Carceratus ſemper poteſt appellare, quia ſemper grauatur. ibid num.216. 414
Carceratus ad inſtantiam vnius, an poſſit recommendari ad inſtantiam alterius.dict. part. 4.diſtinct.9.num. 128. 136
Carceratus, qualiter liquidet inſtrumentum, part.6. de inſtrum product.num 6. 310
Cauſa, quæ & vnde dicatur.part 5.num.66. 67. 205
Cauſa in quo differat à lite, controuerſia, negotio, & occaſione, ibid.num.68. ibid.



Can-

Cauſa accidentalis quæ ſit part.1.nu.30. 8

Cauſa ardua, & ſubtilis, non eſt groſſo iudici, & imperito committenda, part 6. de appellat. nu.67. 391

Cauſa capitalis, quæ dicatur, & quæ non part. 4. diſtin.2. nu.1. cum plur. ſeq. 57

Cauſa poteſt dici capitalis, inſpecta aptitudine, vbi venit pœna arbitraria. part. 4. diſt.1. nu.52. 43

Cauſa ciuilis, quæ dicatur, & quæ criminalis, ibid. nu.2.3. 34. & 35.

Cauſa ciuilis, & non criminalis dicitur, vbi ad priuationem officij agitur, niſi pœna iſta imponeretur per ſtatutum, ibid. n.32 33. 40. & 41

Cauſa ciuilis dicitur, vbi agitur de adulterio ad ſolam tori ſeparationem, & poteſt in ea procurator interuenire ibid. nu.34. ibid.

Cauſa dicitur ciuilis, cum per viam inquiſitionis ad priuationem beneficij propter crimen, nulla præcedente occaſione, nec exceptione, agitur, ibid. nu 35. ibid.

Cauſa ciuilis dicitur, quando opponuntur crimina contra teſtes, ad repellendum à teſtimonio, ibid. num. 37. ibid.

Cauſa dicitur ciuilis, quando pœna applicatur fiſco ex contractu illicito Secus, ſi ex delicto, ibid. nu. 39. 42

Cauſa ciuilis in regno poteſt incipere ab articulis, part. 4. diſtin.9. nu.18 pag.120 & part. 6 de poſit. nu. 4. 308.

Cauſæ ciuiles, in regno omnes ſunt ſummariæ, ideo procedit libellus ineptus part.4 diſtinct.9. nu. 14. 120

Cauſa criminalis dicitur, quando pœna venit irroganda in corpus, vel pœna pecuniaria fiſco. in ead. part. 4. diſtinct.1. nu 17. 37

Cauſa criminalis dicitur, cum de tutore ſuſpecto agitur, ibid. nu 18. 38

Cauſæ criminales in quibus differant à ciuilibus, ibid. nu. 41. 42

Cauſa efficiens quæ dicatur, part.2. nu.21 7

Cauſa feudalis per quæ iura decidatur in Regno, part. 3. nu. 86. 24

Reliqua vide infra in verb. Feudalis cauſa

Cauſa finali ceſſante, ceſſat effectus, part.2. numer. 31 & 32. 8

Cauſa finalis dicitur propriè cauſa, non autem aliæ cauſæ, & eſt cauſa omnium cauſarum, ibid. nu. 36. 9

Cauſa formalis, quæ dicatur, part 2. nu 22. 25. & 26. 7

Cauſa formalis in ſententia principaliter conſideratur multipliciter, part. 6 de ſententia, nu.115.116.117.118. 119 120 121. 379

Cauſa ſi eſt commiſſa per ſuperiorem decidenda intra tres menſes, an illis elapſis dicatur perempta inſtantia, part.5 num. 27 199

Cauſa cœpta coram ordinario, non poteſt inferior à Principe ad ſe aduocare. part. 4. diſtin.16. nu. 60 179

Cauſa materialis quæ dicatur. part. 2. nu 16. 7

Cauſa materialis in ſententia conſideratur, & quæ ſit, part.6 de ſententia, nu.58 368

Cauſa meri & mixti imperij, an poſſit delegari, part. 4. diſtinct.5 nu. 67. 89

Cauſæ mixtæ quæ dicantur: & an regia pragmatica, diſponens, quod in cauſis ciuilibus, vel mixtis procedatur ſine figura iudicij, habeat locum, vbi pœna applicatur fiſco, & parti: part. 4. diſtin.1. num. 94. 55

Cauſa ordinaria an poſſit fieri ſummaria, conſenſu partium part. 4. diſtin. 9. num.213. 146

Cauſa parua vel magna dicitur, ſecundum perſonarum conditionem part.6. de iuramint, num.8. 337

Cauſa ad ordinarium ſpectans, ſi alteri delegetur per Principem, cenſetur ordinarius priuatus iuriſdictione ſuper illa cauſa, & mortuo delegato, non reuertitur cauſa ad Ordinarium, ſed ad Principem part. 4. diſt.16. num.58. & 59. 179

Cauſa qualibet ſufficiens ad remouendum procuratorem, vel arbitrum, ſufficit ad remouendum iudicem. part.6. de appellat. num.73. 391

Cauſæ ſpirituales ſunt ciuiles & criminales, & quæ dicantur. part. 4. diſtin.13 num. 4. & 5. 166

Cauſæ ſpiritualibus annexæ quæ dicantur. ibid. nu. 8. 167

Cauſa ſubſtantialis quæ ſit. part.1. num.27. 7. & 8

Cauſa ſummaria quot modis dici poſſit part. 4. diſtinct. 9. num 2. 118

Cauſa ſummaria non requiritur concluſionem. ibid. n.23. 121

Cauſa principalis cum eſt ſummaria, omnes eius articuli ſunt ſummarij. ibid. num 40. 122

Cauſa ſummaria ab ordinaria, quomodo cognoſcatur. ibid. num.41. 123

Cauſa ſummaria, an ſit omnis cauſa eccleſiaſtica, vbi agitur de electione præbendæ, ſeu alio beneficio eccleſiaſtico. ibid num.42. ibid.

Cauſa poſſeſſorij an ſit ſummaria, & an in ea requirantur plenæ probationes & aliæ ſolennitates. parte 4. diſtinct.6. num. 46. pag.101. & dict. diſtinct. 9. num. 43. 123

Cauſa ſummaria, an, & quando requirat plenas, & quãdo ſemiplenas probationes. ibid. num. 46. 124

Cauſa, quæ in curia mercatorum ventilatur, dicitur ſummaria ibid. nu. 48. fol.124. Item cauſa alimentorum. ibid. nu.168. fol.141. Item cauſa vſurarum. ibid. num. 166. ibid.

Cauſa omnis contra confeſſum, eſt ſummaria part. 4. diſt. 9. nu.169. Item cauſa contra religioſos. ibid. num.170. Et in qua de monachatu agitur. ibid num.171 142

Cauſa matrimonialis, eſt ſummaria. ibid nu.172. ibid. Et cauſa reſtitutionis dotis. ibid. num.173. Et cauſa decimarum. ibid. nu.174. Et omnis cauſa executiua. ibid. nu.175. Et cum tertius venit ad impediendam executionem. ibid. num.177. ibid.

Cauſa dicitur ſummaria, cum præſentantur inſtrumenta ſecundum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ in Regno. ibid. num.176. 142

Cauſa omnis, quæ contra abſentem agitur, ſummaria dicitur. ibid. num.177. ibid.

Cauſa dicitur ſummaria, vbi agitur ad exhibendum. ibid. nu.180. Item cum agitur contra tributorum debitores. ibid nu 181. ibid. Et contra gabellarios indebite exigentes. ibid. nu.182. 143

*Cauſa eſt ſummaria, cum quis mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto, ibid nu. 183.* ibid.

*Cauſa dicitur ſummaria, cum legatarius petit ſatiſdationem ab herede ibid. num. 184. ibid. Item cum agitur, an actio ex teſtamento proponatur actioni praiudiciali. ibid. num. 185. ibid. Item cum examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam ibid nu. 186.* ibid.

*Cauſa naufragorum ſummaria dicitur, & expeditur leuato velo, & in ea poteſt iudex ex officio procedere. ibid. nu 187.* ibid.

*Cauſa ſummaria dicitur, vbi de ſalario ſeu mercede laboris agitur. ibid. nu. 197.* 144

*Cauſa eſt ſummaria, cum agitur de probando impedimento, ad obtinendam ſecundam dilationem. ibid. nu. 198.* ibid.

*Cauſa dicitur ſummaria, cum agitur de leuibus delictis, & criminibus. ibid. nu. 199.* ibid.

*Cauſa ſummarie expeditur, cum agitur de crimine leſa maieſt. ibid. nu. 200. ibid. Item cum agitur de dando tutore, aut curatore pupillo per iudicem. ibid. num. 201.* ibid.

*Cauſa ſummaria, ſi per partes agitetur via ordinaria, an videatur receſſum à via ſummaria, de conſenſu partium. ibid. nu 203.* ibid.

*Cauſam ſummariam committere poteſt ſolus Princeps, & non inferior. ibid. nu. 2.* 118

*Cauſam committi ſummarie ſupplicans, ſi princeps dicat: audiat talis, & iuſtitiam faciat: an ſummarie impetraſſe videatur. ibid. nu. 4.* ibid.

*Cauſæ breues & modica ſumme ſunt ſummaria ibid. nu. 189. pag. 143. & qua dicantur breues, modica, & magna ibid.*

*Cauſa pauperum, & miſerabilium perſonarum ſunt ſummaria, & expediuntur de plano, & ſine ſportularum ſolutione: & miſerabiles perſona trahunt aduerſarios ſuos coram Imperatore, & laicos coram iudice Eccleſiaſtico. ibid. nu. 193.* ibid.

*Cauſa voluntaria iuriſdictionis in omni loco, etiam in itinere, deambulando expediri poſſunt. part. 6 de ſentent. nu. 86.* 372

*Cauſa in qua agitur de vita, & militia, aquiparatur feudali, & ſuper ea non compromittitur ſecundum pragmaticam. part. 6. de compromiſſ. nu. 23.* 363

*Cauſa tutele compromitti non poteſt, etiam ſtante pragmatica, quod cauſa omnes compromittuntur. ibid. nu. 30.* ibid.

*Cauſa criminalis dicitur, cum agitur ex crimine infamãte. etiamſi agatur ciuiliter. part. 4 diſt. 1. nu. 3.* 35

*Cautela pro libellante vt in eodem libello poſſit petere aſtimationem, & ſatiſfactionem iniuria part. 4. diſtin. 1. nu 22.* 39

*Cautela pro iudice, vt dilatio, qua dari non debebat, valeat. part. 6. de dilat nu. 12* 306

*Cautela quomodo poſſit reſpondere debitor, à quo petitur pecunia mutuata, cum non poteſt probare reſtitutionem. in eadem parte. de confeſſion. num. 28.* 313.

*Cedenti bonis, ſunt veſtes relinquenda in ead. part. de execut. nu. 29* 440

*Caremonia dicuntur ſacrificia Iudaorum. part. 3. nu. 63.* 21

*Certi condictio, quando competat, part. 4. diſtinct. 3. nu 46* 64

*Ceſſio occaſione ſocietatis, an dicatur ex cauſa neceſſaria, d. part. 4. diſt. 4. nu. 33.* 73

*Citatio, eſt iuris naturalis, nec poteſt etiam per Principem omitti, part. 6. de citat. nu. 3.* 240. *& part. 4. diſt. 16. num. 12.* 172

*Citatio omiſſa reddit actum ipſo iure nullum, ead. part. 4. diſt 16. nu. 12.* ibid.

*Citatio in ſingulis actibus iudiciariis fieri debet, part. 6. de citat. nu. 4.* 240

*Citatio eius fieri non debet, qui ſi praſens eſſet, actum impedire non poſſet. ibid nu. 5.* ibid.

*Citatio in omnibus actibus, qui expediuntur per iudicem ante citationem partis, in cauſa principali, non requiritur. ibid. nu. 7.* 241

*Citatio partis, non requiritur in concedenda venia vocandi parentes, vel patronos in ius. ibid. nu. 8.* ibid.

*Citatio partis non requiritur in ſententia Principis ſeu Imperatoris, vel ſacri conſilii. ibid nu. 10.* ibid.

*Citatio non requiritur in proceſſu faciendo, contra debitorem ſuſpectum de fuga, ibid. nu. 14.* 242

*Citatio non requiritur, vbi periculum eſt in mora ibid. nu. 15.* ibid.

*Citatio non requiritur in ſententia lata pro abſente, in cauſa criminali, & vbi proceditur ſine figura iudicii. ibid. nu. 16. 17. ibid. Nec in actu, qui fit vltima die termini. ibid. nu. 18. 242. Nec in probatione, que ſoli iudici concludit. ibid. num. 20. 243. Nec in actu expediendo, ſecundum conſcientiam. ibid. nu. 21.* ibid.

*Citatio haredis, vel alterius non requiritur, cum data eſt arbitraria poteſtas executori teſtamenti, diſtribuendi ad pias cauſas, ſeu eligendi pauperes, in tali electione. ibid. nu 22.* ibid.

*Citatio partis, nec eius praſentia requiritur in relatione agrimenſoris, miſſi per iudicem ad menſurandum. ibid. nu. 23.* ibid.

*Citatio partis non requiritur in iuramento deferendo, ſuper taxatione, vel liquidatione rerum ablatarum. ibid. nu. 25.* ibid.

*Citatio partis non requiritur, cum examinantur teſtes de damno, ſeu furto in ſyluis paſſo. ibid. num 26 ibid. Et cum in domo mulier honeſta examinatur. ibid. nu. 27. ibid. Et in examinatione teſtis, cuius dicto neceſſario ſtandum eſt ibid n. 28. 244. Et in examinatione teſtis, de cuius morte, vel receſſu tenetur ibid. nu 29.* ibid.

*Citatio eius, de cuius praiudicio principaliter non agitur, ſed per conſequentiam, non requiritur. ibid. num. 30. & 31.* ibid.

*Citatio non requiritur, cum iudex prodigo adminiſtratione vult interdicere. ibid. nu 31* ibid.

*Citatio fideiuſſoris non requiritur in ferenda ſententia, contra principalem. ibid. nu. 32.* ibid.


C. ſo...

*Citatio partis non requiritur in taxatione expenſarum, contra contumaciam. part. 6. de citat. num. 34.* 244

*Nec in dando tutore ſine inquiſitione. ibid. nu. 35. ibid.*

*Citatio eius, qui latitat, ne citetur, non requiritur. ibid. num. 36.* ibid.

*Citatio non requiritur, cum certum eſt, aduerſario nullam competere defenſionem. ibid. num. 37.* ibid.

*Citatio tertij poſſeſſoris, non requiritur in captura facienda, vigore pacti de capiendo, cum adiectione precarij. ibid. num. 38.* ibid.

*Citatio, à quo iudice fieri poſſit. ibid. num. 39. Et per quem fieri debeat. ibid. num. 42.* ibid.

*Citatio an poſſit fieri per iudicem extra ſuum territorium. ibid. num. 40.* 245

*Citatio poteſt per iudicem committi priuato, item famulo ſuo; imo etiam ipſi principali litiganti, & quid ſeruetur in regno. ibid. num. 44. & 45.* ibid.

*Citatio fieri poteſt, etiam per actorum magiſtrum, habentem iudicis commiſſionem. ibid. num. 47.* 246

*Citatio tria extrema requirit, commiſſionem iudicis, nuncij executionem, & relationem. ibid. num. 51.* ibid.

*Citatio in ciuilibus valet ſine commiſſione, ex generali conſuetudine. ibid. num. 52.* ibid.

*Citatio realis capturam perſonæ importat. ibid. nu. 58.* 247

*Citatio realis fieri poteſt etiam in ciuilibus, cum debitor eſt ſuſpectus de fuga. ibid. num. 59.* ibid.

*Citatio realis ſine iudicis commiſſione fieri non poteſt. ibid. num. 61.* ibid.

*Citatio verbalis, quæ dicatur, & quæ continere debeat. ibid. num. 63.* ibid.

*Citatio ſine certo die, an, & quando valeat. ibid. num. 65.* 248

*Citatio an debeat continere horam, in quo quis comparere debet. ibid. num. 66.* ibid.

*Citatio, an & quando valeat ſine cauſa. ibid. nu. 69.* 249

*Citatio an, & quando continere debeat verbum* peremptorie. *ibid. num. 72.* 250

*Citatio per literas vt valeat, quid continere debeat. ibid. num. 73.* ibid.

*Citatio an, & quando de neceſſitate requirat ſcripturam. ibid. num. 74.* ibid.

*Citatio extra prouinciam ſine ſcriptis facta, non valet. ibid. num. 80.* 251

*Citatio ad domum, & non perſonaliter, ſine ſcriptis, non valet. ibid. num. 81.* ibid.

*Citatio per edictum quomodo fiat, & in quibus caſibus locum habeat. ibid. num. 82. cum ſeqq.* ibid.

*Citatio cum fieri non poteſt, quia citandus in domo ſua latitat, ne citari poſſit, tunc poteſt affigi edictum in ianua domus eius, & perinde habetur, ac ſi perſonaliter citatus eſſet. ibid. num. 68.* 252

*Citatio per edictum, quanto tempore debeat manere affixa. ibid. num. 96.* ibid.

*Citatio per proclama quæ dicatur, & in quibus caſibus fieri poſſit. ibid. num. 97. cum ſeqq.* 253

*Citatio per proclama contra certam perſonam, in quo loco fieri debeat. ibid. num. 100.* ibid.

*Citatio per campanam ſeu tubam, quando locum habeat. ibid. nu. 111. & ſeq.* 254

*Citatio, vt quis compareat die Lunæ, Martis, & Mercurij, an ſit vna vel plures. ibid. num. 117.* ibid.

*Citatio generalis ad totam cauſam, vt quis compareat ſingulis diebus, & horis, vſque ad ſententiam, an valeat. ibid. num. 118.* ibid.

*Citatio facta die feriato, non valet, etiamſi fieret, vt compareat die non feriato. ibid. num. 119. ibid. Niſi in cauſa, quæ die feriato expediri poteſt. ibid. num. 121.* 255

*Citatio an valeat, quando dies termini cadit in diem feriatum, & an teneatur citatus tunc comparere die ſequenti vel præcedenti. ibid. num. 120.* ibid.

*Citatio poteſt fieri per Principem die feriata ad honorem Dei. ibid. num. 122.* ibid.

*Citatio in quo loco per nuncium fieri debeat, & an poſſit fieri domi; & in qua domo; & quid in apotheca, vel in porticu ſeu ſtabulo. ibid. num. 124. 125.* ibid.

*Citatio vt valeat, quid ſeruare debeat nuncius, cum commiſſa eſt, vt fiat perſonaliter, vel in domo. ibid. nu. 126.* ibid.

*Citatio an fieri poſſit in Eccleſia. ibid. nu. 129.* 256

*Citatio vbi fieri debeat, cum citandus domum certam non habet. ibid. num. 130.* ibid.

*Citatio non requiritur eius, qui appellauit ab interlocutoria, vnde iudex à quo, poteſt procedere vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, eo aliter non citato. part. 6. de appell. num. 172.* 405

*Citatio partis non requiritur, cum appellatio pronunciatur deſerta. ibid. num. 203.* 408

*Citatio requiritur in executione ſententiæ per appellantem deſerta. part. 6. de execut. num. 16.* 438

*Citatio non requiritur in executione facienda ſuper eadem re, ſuper qua lata fuit ſententia, niſi fiat appellat. deſerta. ibid. num. 17.* ibid.

*Citatio requiritur in executione, quæ fit contra cõdemnati ſucceſſorem, vel per iudicem in officio ſucceſſorem. ibid. num. 18.* ibid.

*Citatio partis in taxatione expenſarum requiritur. ibid. num. 21.* 439

*Citatio an debeat præcedere libellum. part. 6. de libell. nu. 25.* 265

*Citationum ſex ſunt ſpecies. in ead. part. de citat. num. 50.* 246

*Citatur per edictum, qui doloſe latitat, & impedit ne citatio verbalis, vel per literas, poſſit ad ſe peruenire. ibid. num. 84.* 251

*Citari debet vnuſquiſq; prætendens intereſſe in iudicio, alias non valet actus, qui fit ſine citatione. ibid. n. 2.* 240

*Citari an debeat, qui præſens eſt in iudicio. ibid. num. 12.* 242

*Citari debet in ſcriptis perſona illuſtris, & clariſſima. ibid. num. 76.* 250

*Citari debet pars, cum producuntur inſtrumenta, vel ſcriptura in iudicio, alias non probant. part. 6. de inſtrument. product. num. 35.* 334


Cita-

Citatus ob vnam cauſam, comparens an teneatur reſpondere in alia. ead. part. 6. de citatione. nu. 13. 242

Citatus, qui ſtatim comparuit, & iterum diſceſſit, vel dixit ſe nolle comparere, non eſt vlterius citandus. ibid. nu 19. 243

Citatus coram iudice incompetenti, an teneatur comparere. ibid. nu. 39. 244

Citatus quantum temporis habeat ad comparendum, & quid ſeruetur in Regno. ibid. nu. 67. 249

Citatus in quo loco teneatur comparere, & quæ requirantur, vt locus ſit habilis, ad comparendum, & arctet citatum ibid. nu. 131. 256

Citatus ad maius tribunal, excuſatur in curia minori. in part 6. de contumac. nu. 4. 258

Citatio quomodo concipi debeat in remedio l. diffamari. part. 4 diſt. 21. nu. 21. 190

Citatio non requiritur in curia nundinarum. part. 4. diſt. 9. nu. 164. 141

Citationis defectus, quomodo opponatur. ibid. num. 15. 172

Citatus præſumitur, qui longe aberat, & poſtea reperitur in iudicio ibid nu. 14. ibid.

Citari ad releuandum an poſſit, interpoſito primo, & ſecundo decreto. part. 6. de contumacia. nu. 13. 260

Ciuis deſerens patriam periclitantem, eius perdit priuilegia. part. 3. nu. 42. 19

Ciuiles leges in decretis inſertæ, non debent ſeruari, vt Canones. ibid nu. 38. 18

Reliqua vide infra, in litera L. verb. lex ciuilis.

Clariſſima perſona, vide ſupra eadem litera C. verb. citari.

Clauſula, appellatione remota ſolus Princeps vtitur in reſcriptis, non autem delegatus Principis. part. 6. de appellat. nu. 336. 426

Clauſula, appellatione remota. nihil operatur in præiudicium tertii. ibid nu 339. 427

Clauſula, appellatione remota, qui ſint effectus, & quid operetur ibid. nu. 338. ibid.

Clauſula compromiſſi; quod procedatur de iure & de facto. quid importet. part. 4. diſtinct. 14. numer. 6. 168.

Clauſula; & proteſtatur de expenſis; quid importet in libello. part. 6. de libell. nu. 18. 265

Clauſula; fiat vt petitur. in reſcripto poſita, quid importet. part. 4. diſtin 9. nu. 6. 118

Clauſula; non ſe aſtringens, quid operetur. part. 6. de libell nu. 17. 265

Clauſula, omni meliori modo, &c. Et peto mihi ius & iuſtitiam adminiſtrari. quid operetur in libello. ibid nu. 15. & 16. ibid.

Clauſula poſita per principem in reſcripto; audiat talis, & iuſtitiam faciat. quid importet. part. 4. diſtinct. 9. nu. 4. 118

Clauſula, quod ſi non omnes, &c. appoſita in reſcripto, quid importet. part. 4. diſtinct. 14. nu. 5. 171

Clauſula, rato manente pacto. quid operetur in compromiſſis. part. 6. de appellat. nu. 263. 418

Clauſula, ſaluo iure impertinentium. quid operetur. part. 6. de poſit. nu. 23. 309

Clauſula, ſi & in quantum. quid operetur. part. 6. de appellat num. 211. 409

Clauſula, ſine figura iudicii. quid importet. part. 4. diſti. 9. nu. 8. 119

Clauſula, ſola facti veritate inſpecta. quid importet. part. 4. diſt. 9. nu. 32. cum ſeqq. 122

Clauſula in medio poſita, an referatur ad omnia capitula. part. 3. nu. 110. & 112.

Clauſula, ex certa ſcientia. an operetur, vt contrarium non poſſit probari. part. 6. de appellation. num. 27. 393

Clericus, tutor an poſſit dari per iudicem laicum. part. 4. diſt. 11. nu. 65. 158

Clericus in poſſeſſorio retinendæ, poteſt coram laico conueniri. ibid nu. 77. 160

Clericus auctor laudatus an conueniatur coram iudice ſeculari. ibid. nu. 78. ibid.

Clericus negotiator tenetur ad gabellas. ibid. num. 80. 161

Clericus reconueniri poteſt coram iudice laico. part 4. diſt. 6. nu. 53. 102

Clericus ſuccumbens coram iudice laico, poteſt per eum condemnari ad expenſas ibid nu. 54. pag. ead. & diſtin. 8 nu. 5. 115

Clericus noctu inuentus in proſtibulo, vel alio crimine capi poteſt per familiam iudicis ſecularis, & duci ad epiſcopum part. 4. diſtinct. 8. num. 4. ibid.

Clericus tam in ciuili, quam in criminali, & tam in actione reali, quam perſonali, debet conueniri coram Eccleſiaſtico iudice, & trahens ipſum coram iudice laico, à ſuo iure cadit; coram quo etiam ſponte conueniri non poteſt. eadem part. 4. diſtinct. 11. num. 2. 149.

Clericus, cum eſt debitor ſimul cum laico, an ambo conueniantur coram Epiſcopo ibid nu. 21. 152

Clericus delinquens ſimul cum laicis, facit, vt etiam laici mittantur ad iudicem eccleſiaſticum. ibid. num. 22. ibid.

Clericus citari poteſt coram iudice laico, ſi ſua putauerit intereſſe ibid. nu. 61. 158

Clericus ſequeſter electus per iudicem laicum, poteſt per eum compelli, vt ſequeſtrum reſtituat. ibid. num. 62. ibid.

Clericus non incedens in habitu, & tonſura, captus per familiam iudicis laici, non remittitur ad Epiſcopum; & eum percutiens, non eſt excommunicatus. ibid. num. 69. 70. 159

Clericus degradatus poteſt puniri per iudicem ſecularem. ibid nu. 76 fol. 160. Et quomodo fiat degradatio. ibid. nu. 76 & parte 4. diſtinct. 11. num. 72. 159

Clericus degradatus verbaliter, retinet priuilegium clericale, donec actualiter degradetur. ibid nu. 72. ibid.

Clericus, pro quibus criminibus poſſit deponi, vel degradari. ibid. nu. 74 remiſſiue. 160

Clericus ratione feudi, quod tenet à laico, ſortitur forum indi-

iudicis ſecularis. Idem quando eſt auctor laudatus. ibid. nu. 75. ibid.

Clericus puniri poteſt per iudicem ſecularem, de aſſaſſinio. ibid nu. 76. ibid.

Clericus non poteſt expreſſe conſentire in iuriſdictionem alterius Epiſcopi, abſque conſenſu ſui Epiſcopi: ſed tacite poteſt prorogare, ſcilicet, contrahendo, vel delinquendo part. 4. diſtinct. 12. nu. 24. 165

Clericus beneficiatus abſens, & non reſidens quomodo citetur, & non comparens ad reſidendum, perdat beneficium part. 6. de citatione. nu. 91. 252

Clericus contra clericum coniunctum an poſſit petere compromiſſum, ſecundum pragmat. regiam. part. 6. de compromiſſ nu. 28. 303

Clericus falſum deponens coram iudice laico, non poteſt per eum puniri, & quid econtra, an laicus per iudicem Eccleſiaſticum part. 6. de accuſat. incident. nu. 4. 352

Clericus, etiam de mandato ſui Epiſcopi, non poteſt puniri neque torqueri per iudicem laicum. ibid. nu. 5. ibid.

Clericus regularis non poteſt appellare à correctione Abbatis. part. 6. de appellat. nu. 333. 426

Clericus ſecularis appellat à correctione. ibid. num. 334. ibid.

Clericus non poteſt pro debito perſonaliter capi. part. 6. de execut. nu. 56. 442

Clerici coniugati, an gaudeant priuilegio fori. part 4. diſt. 11. nu. 5. 149

Clerici actiue gaudent ſtatutis laicorum. part. 6. de compromiſſ. nu. 27. 363

Clericorum appellatione, quo ad forum, qui veniunt. part. 4. diſt. 11. nu. 3. 149

Clericorum famuli, & ſeruientes, an coram iudice eccleſiaſtico conueniendi. ibid nu. 4. ibid.

Coadiutor qui dari ſolet in inquiſitionibus, an ſit de ſubſtantia, & ad quem effectum detur part. 6. de inquiſit. nu. 104. 226

Collectas ſoluere tenetur exemptus, qui ſe deſcribi patitur in libro ſoluentium collectas: ſi intra decem dies non appellet part. 6. de appell. nu. 325. 426

Collegia, in quibus ſunt clerici, & laici, coram quo iudice conueniantur. part. 4. diſtin. 11. nu 23. 153

Collegia non pia non reſtituuntur, excepto collegio ſcholarum. part. 6. de appell. nu. 90. 393

Collegium mercatorum, an poſſit facere ſtatuta. part. 4. diſtin. 9. nu. 70. 129

Colluſio inter accuſatorem, & accuſatum, non facit ceſſare inquiſitionem part 6. de inquiſ nu. 45. 216

Colluſio, quomodo probetur. ibid nu. 45 in fin. & num. 51. 53. ibid.

Compaternitas eſt iuſta cauſa recuſationis iudicis part. 6. de appellat. nu. 71. 391

Compenſatio locum habet, cum debitum eſt liquidum, non aliter. Item ceſſat, cum debetur ſpecies. part 4. diſt. 6. nu. 2. 91

Compenſatio locum habet, vbi eſt debitum naturaliter tantum. ibid. nu. 2. ibid.

Compenſatio fit de liquido ad illiquidum, cum per confeſſionem facta eſt liquidatio. ibid. nu. 3. ibid.

Compenſatio an impediat executionem ſententiæ. part. 6. de execut. nu. 64. 443

Compromiſſum poteſt fieri per Procuratorem, ſine ſpeciali mandato: ſtante ſtatuto, quod cauſæ debeant compromitti. Idem in tutore. part. 4. diſtinct 14. num. 4. & nu. 8. 168

Compromiſſum an poſſit fieri per Prælatum, de rebus eccleſiæ, & an tranſeat ad ſucceſſorem. ibid. numer. 5. ibid.

Compromiſſum non valet, niſi ex die, quo arbitri illud acceptarunt. ibid. nu. 7. ibid.

Compromiſſum in Regno, inter quos fiat. part. 6. de compromiſſ. nu. 1. 301

Compromiſſum quod fit inter affines, ex forma ſtatuti, habet locum etiam inter maritum, & vxorem, & inter ſponſum & ſponſam ibid. nu. 2. 3. ibid.

Compromiſſum à ſtatuto inductum, etiamſi millies expiret, millies renouari debet. Et quid ſeruetur in Regno. ibid. num. 3. ibid.

Compromiſſum ſecundum pragmaticam an fiat inter conſanguineos ſpurios. ibid. nu. 5. pag. 301. & num. 20. 21. 302

Compromiſſum fit ſecundum pragmaticam Regiam, etiam cum auctor laudatus eſt coniunctus, licet principalis litigator conuictus non ſit. ibid. nu. 7. ibid.

Compromiſſum, ſecundum Regiam pragmaticam, poteſt fieri etiam inter minores, & etiam per filiumfamilias, qui non poſſ[illegible]ligare ſine conſenſu patris, ex forma ſtatuti. & etiam per mulierem, ſine Mundualdo. ibid. nu. 9. 10. 11. ibid.

Compromiſſum fit per ſolum iudicem, eligentem arbitros, diſcordantibus partibus. ibid. nu. 12. ibid.

Compromiſſum, ſecundum pragmaticam Regiam fit altera parte illud petente, ſed non aliter. ibid. num. 18. ibid. Et fit ſolum in cauſis ciuilibus, vel mixtis, non autem criminalibus. ibid. nu. 14. ibid.

Compromiſſum, ex Regiæ pragmaticæ forma, non fit, cum affinitas eſt diſſoluta per mortem. ibid. numer. 15. ibid.

Compromiſſum prædictum ceſſat inter priuignum & nouercam, mortua parte ibid. nu. 16. ibid.

Compromiſſum fieri non poteſt, altera parte inuita, habente exceptionem litis finitæ, vel ſcripturam iuratam. ibid. nu. 17. 18. 19. ibid.

Compromiſſum an fieri debeat, ſi ſpurius petat compromiſſum, contra alium ſpurium ſibi coniunctum. ibid. nu. 21. 303

Compromiſſum non fit in cauſa feudali, etiam inter coniunctos. ibid. nu. 22. ibid. Nec in cauſa, in qua agitur de vita militis. ibid. nu. 23. ibid.

Compromiſſum, quod fieret cum cedente coniuncto, non fit cum ceſſionario non coniuncto ibid nu. 24. ibid.

Compromiſſum, ſecundum Regiam pragmaticam, non fit inter conſanguineos legitimatos. ibidem numer. 27. ibid.


Com-

*Compromiſſum ſecundum pragmaticam Regiam, non poteſt petere laicus contra clericum coniunctum, ſed clericus contra laicum petere poteſt. ibid. nu. 26.* ibid.

*Compromiſſum, ſecundum Regiam pragmaticam, petere non poteſt clericus contra clericum coniunctum. ibid. nu. 28.* ibid.

*Compromiſſum non fit de articulo iuris, niſi quando eſſet probabiliter dubius. ibid. nu. 29. ibid. Nec in cauſa dandi tutelam. ibid. nu. 30.* ibid.

*Compromiſſum non petitum in cauſa principali non poteſt peti in cauſa appellationis. ibid. nu. 31.* ibid.

*Compromiſſum non fit in cauſis mixti imperii. ibid. nu. 32.* ibid.

*Compromiſſum ſecundum Regiam pragmaticam fit inter affines, coniunctos per legitimum matrimonium, non per ſimplicem fornicationem. ibid. nu. 33.* ibid.

*Compromiſſum non fit ſecundum pragmaticam, quando altera tantum ex partibus læderetur. ibid. num. 34.* ibid.

*Compromiſſum factum cum ſtipulatione, & pœna, non indiget emologatione, & quid, ſi ſit appoſita clauſula,* rato manente pacto. *vel iuramento, & quid in arbitratore, & an producat actionem part. 6. de appellat. num 268.* 419

*Compromiſſum bene clauſulatum, prout hodie fit à Notariis in Regno, viget, niſi laudum manifeſtam contineat iniquitatem ibid. nu. 269.* ibid.

*Compromiſſo læſus vltra dimidium poteſt intentare remedium* l. 2 C. de reſcind. vend. *etiamſi arbitramentum emologaſſet. part. 4. diſt, 14. nu. 8.* 168

*Compromiſſum an poſſit fieri de rebus ſpiritualibus. part. 4. diſt. 13. nu. 11.* 167

*Computus redditus an peti poſſit, vt iterum reddatur. part. 6. de except. nu. 71.* 295

*Compenſatio, an & quando fiat, ſi in libro mercatoris continetur, ſe eſſe creditorem, & debitorem. part. 4. diſtinct. 9. nu. 146.* 138

*Concluſio non requiritur in cauſis ſummariis. ead. part. 4. diſt. 9 nu. 23.* 121

*Concluſio in ordinariis, an ſit de ſubſtantia proceſſus. d. diſtinct. 9. nu. 24. pag. ead. & part. 6. de concluſ. nu 9.* 358.

*Concluſio in cauſa quomodo fiat de iure communi, & Regni, & quid importet. ead. part. de concluſione. num. 1.* 357.

*Concluſione facta in cauſa, poteſt allegari in iure. ibid. nu. 2.* ibid.

*Concluſione facta in cauſa, admittitur probatio per confeſſionem, & per rei euidentiam, & loci aſpectum. ibid. nu. 5. & 6.* 357. 358

*Concluſione facta in cauſa, poteſt fieri interrogatio ad inſtantiam partis, ſummarie. ibid. nu. 7.* ibid.

*Concluſione facta in cauſa admittitur probatio ad defenſionem Rei. in criminalibus. ibid nu. 8.* ibid.

*Condemnatio in expenſis, an dicatur interlocutoria, vel diffinitiua. part. 6. de ſententia. numero 36.* 366.

*Condemnatus de crimine Simoniæ, non appellat. part. 6. de appellat. nu. 298.* 423

*Condemnatus pro debito publico, ſeu fiſcali, non appellat, niſi quando fiſcus tractat de lucro. ibid. nu. 300.* ibid.

*Condemnatus de malegeſtis in officio, à proprio iudice non appellat ibid. nu. 301.* ibid.

*Condemnatus ſuper actione ad exhibendum, non appellat. ibid. nu. 331.* 426

*Condictio triticaria, datur etiam ad poſſeſſionem, & eſt remedium recuperandæ, & quando locum habeat part. 4. diſtinct. 6. nu. 39.* 110

*Condictio incerta, ad recuperandam poſſeſſionem dari poteſt ibid. nu. 40.* ibid.

*Condictio indebiti, datur etiam ad poſſeſſionem recuperandam ibid. nu. 41.* 111

*Condictio incerti quando competat. part. 4. diſt. 3. nu. 44.* 54.

*Condictio ex* l. ſi me & Titium. ff. ſi certum petat. *habet locum pro recuperanda poſſeſſione. ibid. num. 44.* ibid.

*Condictio ex* l. ſi coloni. C. de agric. & cen. *Item ex* l. authoritatem. C. vnde vi. *Et ex* l. meminerint. C. eod. *datur ad recuperandam poſſeſſionem, & quæ requirantur, vt competant. ibid. num. 45. 47. & 48.* ibid.

*Item, condictio ex* l. ſi quis condictionis. C. locati *ibid. num. 49. Et condictio ex* l. inuaſor. C. vnde vi. *nu. 50. Et ex* l. ſi quis in tantum. C. eod. nu. 51. *ibid.*

*Item, condictio ex* l. conductore. C. locati. & l. non ab re. C. vnde vi. *ibid. nu. 52.* 112

*Condictio ex* l. cum à te. ff. de vi & vi armat. *eſt remedium poſſeſſorium recuperandæ. ibid. nu. 53.* ibid.

*Item, condictio ex* l. fin. C. vnde vi. *ibid. nu 54.* ibid.

*Condictio ex* l. fin. C. de acquirend. poſſeſſ. *eſt remedium recuperandæ, & quando habeat locum, & quæ vtilitas reſultet ex ea. ibid. nu. 58.* 113

*Condictio ex* c. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. *eſt remedium recuperandæ. ibid. nu. 55.* 112

*Item, condictio ex* c. frequens. de reſtit. ſpol. lib. 6. *ibid. nu. 56.* ibid.

*Condictio ex* can. reintegrandæ. 3. qu. 1. *eſt remedium recuperandæ, & eſt plenius cæteris, & quando locum habeat ibid nu. 58.* ibid.

*Confeſſio extraiudicialis, parte abſente facta, facit plenam probationem in curia mercatorum, de æquitate canonica. part. 4. diſt. 9. nu. 49.* 124

*Confeſſio extraiudicialis, parte abſente, ſemiplene probat, ſed parte præſente. plene. in 6 part. de confeſſ. num. 2. & 12.* 311

*Confeſſio extraiudicialis, in criminalibus facit iudicium ad torturam. ibid. nu. 3.* ibid.

*Confeſſio extraiudicialis, quibus caſibus plene probet. ibid. nu. 2. 15. 16. & 17.* 311. & 312

*Confeſſio facta coram iudice incompetente, facit iudicium coram competente. part. 6 de inquiſit. num. 103.* 226

*Confeſſio inquiſiti, an validet ineptam inquiſit. part. 6. de inquiſ. nu. 208.* 236

*Confeſſio in tortura, ratificari debet extra tormenta cum breui termino, ad producendum defenſiones. in part. 6. de quaſtion. nu. 15.* 357

*Confeſſio facta in poſitionibus reuocari non poteſt, niſi de errore doceatur. & quando, & qualiter hoc procedat. part. 5. de poſit nu. 6. 8. 9.* 308. & 309

*Confeſſio facta, parte praſente, in quam pluribus caſibus non facit plenam probationem part 6. de confeſſ. nu. 4. cum ſeqq.* 311

*Confeſſio per verba diſpoſitiua, vel enunciatiua non probat niſi ſit iurata. ibid. nu. 4.* ibid.

*Confeſſio probata per teſtes contra inſtrumentum in ſcriptis, non nocet. ibid. nu. 5.* ibid.

*Confeſſio ſine cauſa non plene probat, niſi fiat ad liberandum ibid. nu. 6.* ibid.

*Confeſſio Pralati non nocet Eccleſia, niſi aliter veritas probetur, ibid. nu. 7.* ibid.

*Confeſſio inter perſonas prohibitas, eſt ſuſpecta, & non probat. ibid. nu. 8.* ibid.

*Confeſſio ex cauſa mutui, non probat intra biennium. ibid. nu. 9.* ibid.

*Confeſſio calore iracundia facta non nocet, niſi detur perſeuerantia. ibid. nu. 10.* ibid.

*Confeſſio parte abſente, probata per vnum teſtem, nullam facit probationem. ibid. nu. 13.* ibid.

*Confeſſio probari debet per duos teſtes, de eadem confeſſione deponentes ibid nu. 14.* ibid.

*Confeſſio abſente parte, acceptata per aliquem, nomine abſentis, plene probat ibid. nu. 18 & 19.* 312

*Confeſſio, parte abſente, facta, valet de iure canonico. ibid. nu. 19.* ibid.

*Confeſſio facta in apocha, parte abſente. valet. ibid. nu. 20. ibid.*

*Confeſſio iudicialis habet vim ſententia, & ſuperat omne genus probationis. ibid. num. 21. ibid. Et tollit omnem praſumptionem iuris & de iure. ibid. num. 22. ibid.*

*Confeſſio poſt concluſionem in cauſa, plene probat ibid. nu. 23.* ibid.

*Confeſſio facta in proceſſu inualido, ſufficiens eſt ad condemnandum ibid nu. 24.* 313

*Confeſſio ſe referens ad inſtrumentum inualidum, an probet. ibid. nu. 25.* ibid.

*Confeſſio qualificata, an, & quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte repudiari. ibid num. 27. ibid. & parte 6. de teſtium repulſ. nu. 60.* 324

*Confeſſio aliquando fit ſimpliciter, aliquando conditionaliter. ibid. nu 27.* ibid.

*Confeſſio, vt iudicialis dicatur, an neceſſario coram iudice, pro tribunali ſedente, fieri debeat. ibid. num. 30.* 314

*Confeſſio coram arbitro, vel arbitratore recepta, an dicatur iudicialis, vel extraiudicialis, & an coram iudice fidem faciat, & qualiter. ibid. num. 31. ibid.*

*Confeſſio dubia interpretatur in fauorem confitentis. ibid. nu. 32.* ibid.

*Confeſſio etiam in die feriato, poteſt in iudicio recipi part. 6 de actor. edit. nu. 44.* 348

*Confeſſio coram iudice incompetente non inducit prorogationem. part. 4. diſtin. 12. nu. 13.* 104

*Confitens occidiſſe aliquem ad ſui defenſionem, idque non probans non punitur pœna ordinaria, ſed mitius. part. 6. de confeſſ. nu. 29.* 314.

*Confeſſus occidiſſe hominem non habetur ſtatim pro veridico, niſi primo mittatur ad locum, ad inquirendum, an ibi homo ſit occiſus. part. 6. de inquiſ. nu. 18. 212.*

*Confeſſus, vt quis habeatur, ob non reſponſionem poſitionibus quia requiratur. part. 6. de contumac. num. 10. 11. & 12 fol. 259. & ead. part. de appellat. num. 318.* 429

*Confeſſus & conuictus non appellat. quid autem ſi eſt confeſſus tantum. part. 6. de appell. nu. 292.* 422

*Confeſſus in ciuilibus habetur pro condemnato. Secus in criminalibus. part. 6 de confeſſ. nu. 26.* 313

*Coniunctus agens pro iniuria coniuncti, quid in libello obſeruare debeat. part. 6. de inquiſit nu. 66.* 219

*Coniunctus vltra ſextum gradum, volens agere pro iniuria coniuncti, non admittitur. ibidem numer. 72. 220*

*Reliqua vide ſupra, in litera A. in verb. accuſator, & accuſare, in litera A. & in verb compromiſſum, & infra, in verb. conſanguineus.*

*Conſanguineus accuſare poteſt de iniuria conſanguinei criminaliter tantum, non autem ciuiliter, niſi ſolus pater & maritus. part. 6. de inquiſition. nu. 60. & 65. 218. & 219.*

*Conſanguineus vſque ad quem gradum admittatur ad accuſandum, & proſequendum ſuorum iniuriam. ibid. nu. 62.* 218.

*Conſanguineus, vel affinis alterius partis reiicitur à iudicando. part. 6 de appell. nu 29.* 389

*Conſilium cum à Iuriſperito eſt requirendum, debet iudex formare punctum ſeu cauſam in praſentia vtriuſqui partis, & illius datur copia partibus ibid. nu. 8. 9. 386*

*Conſuetudo an induci poſſit contra ius gentium, vel diuinum. part. 3. num 46. fol. 19. & part. 4. diſtinct. 16. nu. 89.* 182

*Conſuetudo dicitur lex municipii, & omnes de ciuitate illam ſeruare tenetur part 3. nu. 111.* 28

*Conſuetudo generalis non indiget probatione. ibid nu. 119. 31.*

*Conſuetudo eſt notoria obſeruantia temporis, cuius non extat memoria in contrarium, & habet vim legis, & priuilegii. ibid nu. 126.* 30

*Conſuetudo notoria eſt, qualibet ex inſpectione plurium inſtrumentorum, & ſufficit eam tantum allegare. ibid. nu. 129.* 31

*Conſuetudo nulla eſt fortior, & melior, quam qua iuri communi eſt conformis. ibid. nu. 130.* ibid.

Con-

*Conſuetudo dubia interpretari debet ſecundum ius commune, non autem ſecundum ius municipale. ibid. num. 130.* ibid.

*Conſuetudo multum attenditur in pœnis irrogandis part. 4 diſt. 2. num. 10.* 58

*Conſuetudo, vel ſtatutum an poſſit tollere ius gentium, vel diuinum. d. part. 4. diſt. 16. num. 89.* 182

*Conſuetudo, an poſſit inducere, quod valeant acta facta die feriato ad honorem Dei. Et quid in curiis nundinarum part. 4. diſt 16. num. 90. cum ſeq.* ibid.

*Conſuetudo inducere poteſt, vt appelletur ad ſuperiorem omiſſo medio part. 6. de appellat. numer. 374.* 430

*Conſuetudines feudorum, an præferantur iuri communi, in cauſis feudalibus. part 3. num. 90 & 91.* 24

*Conſules Romani, quando creati, & quare ſic dicantur. part. 3. num. 21.* 15

*Conſules Mercatorum, an poſſint citare per edictũ. part. 4. diſt. 9 num. 108.* 134

*Contractus poteſt quandoque celebrari, cum perſona incerta. part 2. num 5.* 5

*Contractus mulieris in Regno Siciliæ, contrahentis nomine proprio, non valet ſine Mundualdo. part. 3 num 124. fol. 30. & part. 4. diſt 16. num. 38.* 175

*Contraria allegans, non auditur. part. 4. diſt. 20. num. 4.* 186

*Controuerſia quæ dicatur. & in quo differat à cauſa. par. 5 num. 68* 205

*Contumacia quomodo, & quando accuſetur in Regno, & quando circumducatur citatio. part. 6. de citat. nu. 68.* 249

*Contumaciæ quotúplex. part. 7. de contumac. numer 8.* 259

*Contumacia auctoris, quomodo puniatur. ibid. n. 37.* 262

*Contumax condemnari poteſt ad expenſas ſine alia citatione. part 6 de citat. num. 34.* 244

*Contumax in ciuili, qui tranſigit, euitat pœnam contumaciæ; ſecus in criminali. part. 6. de inquiſit. num. 79.* 221

*Contumax in cauſa criminali, poteſt iterum, & pluries de eodem crimine accuſari. ibid. num. 98.* 225

*Contumax pro eadem cauſa in duobus iudiciis poteſt bis puniri, in num. 98.* ibid.

*Contumax in Regno, condemnatur ad tertiam partem mobilium. part. 6. de citat. num. 67 & 68.* 249

*Contumax vt quis dici poſſit, quæ requirantur, & quid ſeruetur in Regno. part. 7. de contumacia n. 1.* 258

*Contumax reputari non poteſt aduerſa valitudine, ſua, vel ſuorum conſanguineorum, impeditus. ibid. num. 23* ibid.

*Contumax citatus ad maius tribunal, excuſatur ibid. num. 4.*

*Contumax excuſatur propter paupertatem. ibid. num. 5.* ibid.

*Contumax vnde dicatur. ibid num. 7* 259

*Contumax, quas pœnas patiatur ibid. n 9. cum ſeq.* ibid.

*Contumax poteſt mulctari. Quid autem in ficto contumace, & quid ſeruetur in Regno. ibid. num. 9. & de citat. num. 128.*

*Contumax patitur miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto. Eſt autem in electione actoris, ſi vult potius terminum ad probandum, in contumaciam, quam primum decretum de contumac. ibid. num. 10.* 259

*Contumax non patitur aliquem actum contra ſe, niſi altera parte inſtante. ibid. num. 15.* 260

*Contumax non auditur, niſi refectis expenſis. ibid num. 16.* 251

*Contumax poteſt perſonaliter capi, & carcerari. ibid. nu. 18.* ibid.

*Contumax verus non appellat. ibid. num 19.* ibid.

*Contumax in non reſpondendo poſitionibus, vel in nolendo iurare de calumnia, habetur pro confeſſo. ibid. num. 20.* ibid.

*Contumax poteſt excommunicari. ibid. num. 21.* ibid.

*Contumax petens reuocari primum decretum, tenetur ſatiſdare, etiamſi poſſideat immobilia. ibid. n. 22.* ibid.

*Contumax in non parendo Iudici, perdit beneficium iuratoriæ cautionis ibid num. 23.* ibid.

*Contumax vaſallus, qui citatus dixit: nolo venire, ſtatim perdit feudum ibid. num 24.* ibid.

*Contumax in cauſa criminali, qua pœna afficiatur ibid. num. 25.* ibid.

*Contumax non allegat litis pendentiam. ibid. n. 26.* 262

*Contumax qui recuperat poſſeſſionem ex primo decreto, non poteſt vlterius declinare forum, dato, quod aliàs haberet declinatoriam exceptionem. ibid. n. 27* ibid.

*Contumax torqueri poteſt. Et quomodo & quando, & ad quid ibid num. 29.* ibid.

*Contumax habetur pro præſente in ſuum præiudicium. ibid. num. eod.* ibid.

*Contumax patitur ſequeſtrationem fructuum. ibid. n. 31.* ibid.

*Contumax nolens reſpondere coram Iudice, habetur pro negante, vel confitente, prout ei maius eſt præiudicium. ibid. num. 32.* ibid.

*Contumax poteſt expignorari. ibid. num. 33.* ibid.

*Contumax, cum habetur pro confeſſo, efficitur etiam infamis, & teſtificari non poteſt. ibid num. 34.* ibid.

*Contumax excommunicatus, perſeuerans in contumacia per annum, efficitur ſuſpectus de hæreſi, verum ſi pro hæreſis crimine fuit citatus, & poſtea excommunicatus, quia contumax, elapſo anno, habetur pro conuicto & vt hæreticus puniri poteſt. ibid. numer. 35.* ibid

*Contumax pro delicto, pro quo non poteſt fori iudicari, quam pœnam patiatur. ibid. num. 36.* ibid.

*Contumax verus perdit beneficium appellandi, & ſupplicandi part. 6 de appell. n. 267.* 422

*Contumax verus, quis dicatur, & quis fictus ibid. num. 285. & 288.* 421

*Contumax peremptorie citatus, ad ſententiam audiendam, non auditur appellans. ibid. num. 286.* 422

*Contumax verus appellat à condemnatione expenſarum Quid in taxatione. ibid. num. 291.* ibid.

Contumaci à Iudice denegatur audientia, non ſolum in cauſa illa in qua eſt contumax, ſed etiam in alia par. 6. de contum. num. 17.

Contumax in remedio l. diffamari, an debeat citari. par. 4. diſt. 21. num. 25.

Contumax, an poſſit opponere fori declinatoriam. part 6. de except. num. 2. 280

Conuenticula licita, & illicita eſſe poſſunt, & qualiter puniantur, & in dubio ſemper præſumuntur illicita. part. 6. de inquiſit. num. 130. 230

Conuentus volens laudare auctorem ſuum, an debeat audiri, & an poſſit agere contra ipſum de euictione. par. 6. de auctor. laudat num. 9. 268

Conuictus, & ſponte confeſſus non appellat. Secus, ſi ſit conuictus, ſed non confeſſus, vel confeſſus, non tamen ſponte, ſed formidine tormentorum. part. 6. de appellat. num. 291. 422

Conuictus de furto manifeſto, appellare non poteſt. ibid. num. 359. 429

Copia articulorum parti dari debet, non autem interrogatoriorum part. 6 de poſit. num. 19. 305

Copia inſtrumenti non effectualiter præſentati in actu, an poſſit peti & qualiter. part. 6. de actor. edit numer. 3. 344

Copia atteſtationum dari non debet ante publicationem. ibid num. 56. 349

Copia interrogatoriorum parti dari non debet. ibid. num. 57. ibid.

Copia allegationum iuris, an debeat dari parti. ibid. num. 58. ibid.

Copia libelli, ſumptibus actoris dari debet. ibid. num. 63. 350

Creditor agere poteſt pro aſſiſtentia contra tertium poſſeſſorem, vigore precarii, vſque ad 30. annos. part. 4. diſt. 7. num 60. 113

Creditor poſterior poteſt citari facere anteriores per proclama, quando rem hypothecatam vult vendere, & quit talis citatio operetur. part. 6. de citat. numer. 104. 253

Creditor poſterior offerens priori debitum, an poſſit cogere eum, vt cedat ſibi actiones. part. 6. de inſtrument. produc. num. 16. 332

Curator ad litem, an debeat cauere. part. 4. diſtinct. 16. numer. 57. 179

Creditor, qui elegit viam vrbanius agendi in iudicio, non poteſt vlterius extra iudicium via executiua agere. part. 6. de inſtrum produc. num. 31. 334

Crimen commiſſum per ſolam culpam ſine dolo an puniatur. part 4. diſt. 1. num. 86. cum ſeq. 54

Crimen poculi amatorii, vel vt mulier faciat abortum, licet ſola culpa commiſſum, punitur pœna mortis ibid. num. 79. 49

Crimen commiſſum contra eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas dicitur publicum, & quilibet poteſt accuſare, & Iudex poteſt ex officio inquirere. ibid. num. 63. 219

Crimen de quo cognoſcitur per viam exceptionis non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria ibid. num. 85. 222

Crimen commiſſum per conſpirationem, poteſt inquiri ex officio, & qua pœna puniatur ibid. num. 128. 230

Crimen vſurarum eſt publicum, & poteſt in Regno Iudex ex officio inquirere contra vſurarium, & etiam quilibet de populo admittitur ad accuſandum de tali crimine ibid. num. 126. 229

Crimen lenocinii, eſt maius adulterio. ibid. num. 169. 233

Crimen falſæ monetæ, poteſt per Iudicem inquiri & puniri vltimo ſupplicio, & publicatione bonorum. ibid. numer. 185. 234

Crimen ſacrilegii, & plagii poteſt per Iudicem inquiri ex officio. ibid. num. 195. 235

Crimen læſæ maieſtatis in iudicio deductum expeditur ſummarie. part. 4. diſt. 9. num. 200. 144

Criminalis pœna, an locum habeat, vbi habet locum legis Aquiliæ actio. part. 4. diſt. 1. num. 90. 54

Criminalis actio ciuili præiudicat, ratione maioritatis. ead. part. diſt. 20. num. 5. 186

Criminoſus capi poteſt ſine citatione præcedente. part. 6. de citat. num. 14. 142

Culpa lata non æquiparatur dolo in criminalibus. part 4. diſt. 1. num. 76. 47

Culpa leuis an faciat delictum puniri. ibid num. 86 54

Culpa in faciendo, differt à culpa in omittendo ibid num. 87. ibid.

Culpa leuiſſima an criminaliter puniatur. ibid num. 89. ibid.

Culpa cum ſimpliciter fit mentio, de leui intelligitur. ibid. num. 88. ibid.

Cumulatio duarum actionum, quæ electione tolluntur, quando admittatur part. 4. diſt. 1. num. 29. ibid.

Cumulatio iudicii ciuilis, & criminalis, an poſſit fieri. ibid. num. 30. ibid.

Curator ad Litē pupillo qualiter dari debeat, vt Iudicium valeat. part. 4. diſt 16. num. 56. 178

Curatorem dat Iudex eccleſiaſticus minori laico, litiganti coram ſe part. 4. diſt. 11. num. 13. 151

Curatorem ad litem dat Iudex laicus clerico minori, litiganti coram ſe, ibid. num. 64. 158

Cuſtos carceris punitur morte, ſi eius lata culpa carceratus aufugit. part. 4. diſt. 1. num. 81. 49

Cuſtos carceris, & cuſtos arcis æquiparātur. ibid. n. 81 ibid

## D.

DAMNATVS per viam inquiſitionis, non punitur pœna ordinaria à lege inducta, ſed mitiori, & arbitraria, niſi conſtet de crimine per confeſſionem. part. 4 diſt. 10 num. 6. 147

Damnatus, de raptu virginis, appellare non poteſt. part. 6. de appell. num. 295. 423

Damnum paſſus, in loco remoto poteſt ibi examinare teſtes ſuper damno, ſine aliqua vocatione partis, & talis examinatio valet. part. 6. de citation. numer 26. 243

Datio in ſolutum in aliqua parte plus debito facta, in totum

tum vitiat. Fallit in tenuta, vigore pacti executiui data, & cum actum eſt actione reali. part. 6. de executio. num. 20. 439
Debitor duorum inſolidum, ſi poſtea promiſerit per aliam ſcripturam vni tantum, an iſtud debitum debeat communicari cum nominato in prima ſcriptura part. 4. diſt. 9 num 96. 132
Debitor laicus ſimul cum clerico, non conuenitur coram Epiſcopo, quando cauſa eſt diuidua. part. 4. diſt. 11. numer. 24. 153
Debitor fugitiuus capi poteſt, etiam die feriato ad honorem Dei, ead part. 4. diſt 16. num. 92. fol 183. & part. 6. de actor. edit. num. 43. 348
Debitor non ſoluens in termino inſtrumenti, cui fuit per creditorem prorogatus terminus poſt accuſationem, ſi non ſoluit in tempore prorogato, & iterum accuſetur, tenetur bis ſoluere pœnam part. 6. de inquiſit. num. 99. 225
Debitor, ex pacto in inſtrumento appoſito capi poteſt ad inſtantiam creditoris, ex ſola inſtrumenti oſtenſione facta iudici, ſine alia citatione præcedente. part. 6. de citat. num. 11. 241
Debitor de fuga ſuſpectus, capi non poteſt, ſine citatione præcedente part. 6. de citat num. 14. 242
Debitor ſuſpectus de fuga capi poteſt pendente appellatione part. 6. de appellat. num 177. 406
Debitor vergens ad inopiam, tenetur ſatiſdare, idem ſi impetret moratoriam part. 6. de ſatiſd. num. 22. & 23. 278
Debitor qui non poteſt probare ſolutionem mutui, in ſecreto ſoluti, qualiter reſpondere debeat poſitionibus, in quibus creditor petit mutuum ſibi reſtitui. part. 6. de confeſſ. num 28. 313
Debitor publicus conuinctus, non appellat. part. 6. de appell. num. 300. 423
Debitor non habens bona ſufficientia, carceratur part. 6. de execut. num. 9. 437
Debitor fiſcalis ſine alia executione bonorum, perſonaliter capitur. ibid. num. 12. 438
Decimas non ſoluentes, compelluntur officio Iudicis ad ſoluendum, etiam nemine petente. part. 6. de inquiſit. num. 196. 225
Decimarum cauſa eſt ſummaria. part. 4. diſt. 9. num. 174. 142
Decretorum liber an numeretur inter leges canonicas, & ſit authenticus, & à quo ſit conditus part. 3. num. 34. 17
Decretorum liber quo tempore compilatus, & quo tempore liber Decretalium. ibid. num. 39. Et quam authoritatem habeat. ibid. num. 35. 18
Decretum iniuſtum contra ius litigatoris, eſt ipſo iure nullum; Quod ſecus eſt in ſententia. part. 4. diſt. 16. num. 75. 181
Decretum primum & ſecundum, quid ſit: & quid iuris tribuant quando interponuntur, intra quod tempus, & in quibus cauſis. part. 6. de contumac. numer. 12. 259
Decretum ſuper alienatione rerum minoris, die feriato interponi non poteſt. part. 6. de actor. edit. numer. 42. 348
Decretum primum, & ſecundum fiunt pro menſura debiti part. 6. de contumac. num. 14. 260
Decretum an habeat vim diffinitiuæ, vel interlocutoriæ. part. 6. de ſentent. num. 29. 365
Decreti primi miſſio ſummarie expeditur part. 4. diſt. 9. num. 183. 143
Defenſio inducta de iure naturali, non poteſt tolli per principem: ſecus in ea, quæ eſt inducta de iure poſitiuo, prout eſt appellatio. part. 6 de appell. num 340 427
Delegatus Iudex quis dicatur, & quomodo dignoſcatur, & differat ab Ordinario part. 4 diſt. 5. n. 4. cum ſeqq. 80
Delegatus, à quibus conſtitui poſſit ibid num. 23. 83
Delegatus regulariter ſubdelegare non poteſt, ſed fallit in delegato principali. ibid. num. 25. ibid.
Delegatio quando liberet debitorem. part. 6. de teſtium product. num 49. 322
Delegatus Principis quando non poſſit ſubdelegare. part. 4. diſt. 5. num. 27. 83
Delegatus quando poſſit minuere tempus, quod datur induciis. ibid. num. 46. 86
Delegatus quibus caſibus teneatur citare cum inſerto tenore reſcripti. ibid. num. 60. 87
Delegatus non poteſt abſoluere ab obſeruatione iudicii, ante litem conteſtatam, nec facere præceptum diffinitiuum. ibid num. 29. 84
Delegati iuriſdictio prorogari non poteſt, nec extenditur vltra perſonas contentas in reſcripto part. 4. diſt. 5. num. 34. ibid.
Delegatus qui non eſt vere delegatus, ſi faciat proceſſum contumaciæ diffinitiuum, non valet; ſecus in Ordinario ibid. num. 40. 85
Delegatus non poteſt reuocare ſententiam ſecundi decreti ſicut Ordinarius. ibid. num. 41. ibid.
Delegatus an poſſit indiſtincte vt ſuſpectus recuſari, & quid de Ordinario. ibid num. 42. ibid.
Delegatus, vt ſuſpectus recuſatus, an poſſit cauſam alteri committere, & quid in Ordinario ibid. num. 43. ibid.
Delegatus in delegando, an poſſit ſententiam ſibi reſeruare, vt ſit Ordinarius. ibid. num. 44. ibid.
Delegatus, an & quando poſſit ſuam ſententiam exequi. ibid num. 45 & part. 6 de execut. num. 4. 86
Delegatus non poteſt minuere, nec augere tempus, quod datur iudicatis. ibid. num. 46. ibid.
Delegatus non venit appellatione magiſtratus, ſed tantum Ordinarius. ibid. num. 49. ibid.
Delegatus Papæ, poteſt ſubdelegare cauſam ſuo non ſubdito, etiam ſuo ſuperiori, dummodo ſit in dignitate conſtitutus. Secus eſt in Ordinario. ibid. num. 50. ibid.
Delegatus qui nulliter pronunciauit, non poteſt iterum pronunciare, ſecus eſt in Ordinario ibid. num. 51. ibid.
Delegatus poteſt etiam interlocutoriam reuocare. Fallit cum ſe non Iudicem pronunciauit. ibid. numer 52. 53. 87

*Delegatus non ſubdelegat, ne vnum quidem articulum iuriſdictionalem, niſi ſit ad vniuerſitatem cauſarum. Secus in ordinario. ibid. num. 54.* ibid.

*Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt vniuerſam ſuam delegationem ſubdelegare. ibid n. 55* ibid.

*Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quis dicatur ibid. num. 56.* ibid.

*Delegatus non poteſt citare per edictum, niſi ſit delegatus Principis. ibid. num. 57.* ibid.

*Delegatus inferioris à Principe, non poteſt aliquem perſonaliter capere d. diſt. 5. num. 58.* ibid.

*Delegatus citare debet cum inſerto tenore ſuæ delegationis. ibid. num. 59. ibid. alias non valet citatio. part. 6. de citat. num. 75.* ibid.

*Delegatus etiam à Principe, non poteſt ſubdelegare, cum poteſtate ſubdelegandi, niſi hoc faciat ſciente, & patiente Ordinario. Secus eſt in Ordinario. ibid num. 63.* 88

*Delegatus non poteſt ſententiam ſuam dubiam interpretari, in Ordinario ſecus. ibid. num. 64.* ibid.

*Delegatus, qui non poteſt exequi, non poteſt ſibi taxationem expenſarum reſeruare. ibid. num. 65.* ibid.

*Delegatus an, & quando cognoſcat de cauſis meri & mixti imperii. ibid. num. 66.* ibid.

*Delegatus Principis ſubdelegat etiã cauſas meri & mixti imperii ibid. num. 68.* 89

*Delegatus principis non ſubdelegat quando induſtria perſonæ eſt electa, nec quando ea ſunt delegata, quæ Principi reſeruata ſunt. ibid. num. 69.* ibid.

*Delegatus Papæ, demandare non poteſt poteſtatem abſoluendi, nec præiudicandi, nec prouidendi eccleſiis de prælatis. Secus eſt in Ordinario ibid. num. 72.* ibid.

*Delegatus non poteſt inſtituere præſentatum in eccleſia patronata. ibid num. 73.* ibid.

*Delegatus an poſſit multare. ibid. num. 74.* ibid.

*Delegatus, non dicitur is, cui commiſſa eſt cauſa in qua alias erat Ordinarius, ſed in cauſa illa remanet Ordinarius, & ſolum iuriſdictio eius excitata dicitur. ibid. num. 77.* ibid.

*Delegatus, ſi procedat ante præſentationem reſcripti delegatorii, proceſſus eſt nullus, parte opponente. part. 4. diſt. 16. num. 8.* 171

*Delegatus ſi ſit impetratus per literas ſurreptitias proceſſus eſt nullus. Idem ſi non ſeruet formam reſcripti delegatorii. ibid. num. 73.* 181

*Delegatus cui commiſſa eſt teſtium receptio, non poteſt eorum atteſtationes publicare part. 6. de publicat. num. 6* 351

*Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, debet ferre ſententiam in loco tribunalis delegantis. Delegatus vero ad vnam cauſam poteſt ad hoc ſibi eligere locũ quem vult, etiam in camera ſua part. 6. de ſentent num. 72. & 73.* 370. & 371

*Delegatus ad vnam cauſam, poteſt in quolibet loco, etiam extra iuriſdictionem delegantis, procedere, ſine aſſenſu Domini illius loci: Ordinarius non item. ibid n. 75.* ibid.

*Delegatus ad petitionem vnius partis, poteſt per alteram recuſari ſed non per eam quæ eum impetrauit part. 6. de appell. num 53. & 75.* 390

*Delegatus à delegante ſuſpecto, ſi præſentauit, non appellatur ad delegantem, ſed ad Superiorem delegantis. ibid num. 387. & 388.* 432

*Delegati iuriſdictio, vt impediatur ſit coaceruatio plurium ſummarum, diuerſis actionibus in eodem libello cumulatarum. Secus in Ordinario part. 4 diſt. 5. num. 37. & 38.* 85

*Delegati iuriſdictio expirat per mortem delegantis, re integra, & quando dicatur res integra. Secus in Ordinario. ibid. num. 61.* 88

*Delegati iuriſdictio non ſuſpenditur per excommunicationem delegantis. Secus eſt in vicario, ſi excommunicetur Epiſcopus. ibid. num. 75.* 89

*Delegati iuriſdictio prorogari non poteſt. part. 4. diſt. 6. num. 29.* 96

*Delegato mortuo, cauſa non reuertitur ad Ordinarium, ſed ad Principem delegantem part. 4. diſt. 16. num. 59.* 179.

*Delegati ſi plures ſunt, non poteſt vnus ſine alio procedere, alias proceſſus eſſet nullus. Secus in Ordinariis. Fallit vbi in reſcripto eſſet clauſula;* quod ſi non omnes, &c. *Item fallit in Delegato ad vniuerſitatem cauſarum part. 4 diſt. 5. num 31.* 84

*Delegati, cum plures ſunt, vno mortuo, omnium iuriſdictio expirat. Secus in Ordinariis. d. diſt. 5. numer. 35.* ibid.

*Delegati plures cum clauſula, vt omnes, vel vnus procedere poſſit, ille qui incipit debet finire, alias alii nulliter procedunt. part. 4. diſt 16. num. 6.* 171

*Delegata iuriſdictio non tranſit ad capitulum, ſede vacante. d. diſt. 5. num. 71.* 89

*Delegati iuriſdictio non cohæret territorio part. 6. de ſentent num. 77.* 371

*Delegata iuriſdictio poteſt prorogari de loco ad locum. ibid. num. 76.* ibid.

*Delegata cauſa principali, cenſetur etiam delegata acceſſoria, & connexa part. 4. diſt. 6. num 31.* 96

*Delegata cauſa per Superiorem, cenſetur auocata ab Ordinario. part. 4. diſt. 16. num. 58.* 179

*Delegati poſſunt cauſa meri, & mixti imperii de iure Canonico. part. 4. diſt. 5 num. 67.* 89

*Delictum mali exempli commiſſum lata culpa, non punitur pœna mortis: part 4. diſt. 1. num. 79.* 49

*Delictum leui culpa commiſſum, an puniatur. ibid. num. 86.* 51

*Delictum ſi ſit tale, de quo poſſit ex officio inquiri, Iudex poteſt inquirere, non obſtante, quod offenſus egerit ciuiliter ad vindictam. part. 6. de inquiſit. numer. 96.* 225

*Delinquens pœna arbitraria punitur, cum lex non ſtatuit aliam pœnam certam part. 6. de inquiſit. n 121.* 229

*Delinquentes cum plures ſunt, quorum vnus eſt clericus, an omnes poſſunt declinare forũ Iudicis ſecularis. par. 4. diſt. 11 num. 22 & 23.* 152

Denun-

Denunciatio Euangelica operatur, vt quis poſſit recuperare illud, ad quod nulla ei competebat actio, de iure ciuili part. 6. de denunciat. num. 5. 236

Denunciatio criminis à viro bono facta, ſufficiens eſt indicium ad inquirendum de infamia denunciati, qua inuenta, de crimine inquiritur. part. 6. de inquiſit. num. 26. 213

Denunciatio quotuplex ſit. part. 6. de denunciat. numer. 1. Et in quo differat ab accuſation. numer. 2. 236

Denunciatio iudicialis priuata, quæ dicatur. ibid. num. 3. ibid.

Denunciatio Euangelica quæ, & vnde dicatur. ibid. num. 4. Et quando locum habeat num. 5. ibid.

Denunciatio Canonica quæ dicatur, & quando habeat locum. ibid. num. 7. 237

Denunciatio auctori laudato qualiter fiat. part. 5. de auctoris laudat. num. 12. 269

Denunciatio litis, cui fieri debeat, ſi debitor ſit mortuus, nullo hærede ſuperſtite. part. 6. de auctor. laudat. num. 24. 270

Depoſitarius reſtituens depoſitum iuſſu Iudicis, an ſit liberatus. part. 4. diſt. 9. num. 148. 138

Dictum ſocii criminis, non eſt ſufficiens ad inquirendum fama non præcedente. part. 6. de inquiſit. numer. 23. 212.

Dicto vnius ſtatur de voluntate partium. part. 6. de Actor. edit. num. 28. 347

Dicta ſanctorum Patrum, poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum, ceſſante depoſitione ſummi Pontificis. par. 3. num. 36. 18

Dies commiſſi criminis, an debeat poni in libello accuſatorio. part. 4. diſt. 16. num. 65. fol. 179. & part. 6. de libel. num. 13. 264

Dies feriata, quæ acta fieri poſſint. part. 4. diſt. 16. num. 84. 182.

Die feriato, omnes actus voluntariæ iuriſdictionis fieri poſſunt. d. diſt. 16. num. 86. ibid.

Diffamare quid ſit. part. 4. diſt. 21. num. 2. 188

Diffamatio qualiter probetur. ibid. num. 22. 190

Dignior & maioris dignitatis, in conſilio primam vocem habere debet, in proœm. num. 8. 1

Dignior, & maior cenſetur primo nominatus. part. 3. num. 117. 29

Dilatio, quomodo & quando detur. part. 6. de dilat. num. 1. 305

Dilatio omnis eſt peremptoria, & non datur, niſi ſemel in cauſa ciuili, nec poteſt prorogari, ſecus in cauſa criminali ibid. num. 2. & num. 4. ibid.

Dilatio noua datur, quando ſuperuenerunt nouæ probationes, & ſtatur iuramento petentis dilationem, quod ei de nouo ſuperuenerunt probationes ibid. n. 6. ibid.

Dilatio noua datur, cum cauſa examinatur in conſiſtorio Principis. ibid. num. 7. Et cum litigans impeditur facto aduerſarii ibid. numer. 8. Item cum additur aliquid de nouo, in libello. ibid. numer. 9. Item cum actio cumulatur. ibidem numer. 10. ibid.

Dilatio noua peti poteſt, cum in iudicio emergit noua exceptio, vel aliud incidens ibid. num. 11. ibid.

Dilatio, quæ dari non debet, ſi detur, altera parte præſente, & non contradicente, valet. ibidem numer. 12. 306

Dilatio data abſenti non currit, niſi à die quo fuit intimata. ibid. num. 14. ibid.

Dilatio, quæ datur in cauſis, quanta eſſe debeat. ibid. numer. 15. ibid.

Dilatio probatoria, ſemper eſt communis vtrique parti, & eſt continua, & non vtilis, niſi cum feriæ abſorberent totam, vel maiorem partem. ibid. numer. 18. ibid.

Dilationem legalem, poteſt Iudex breuiare & prorogare. part. 6. de dilat. num. 16. 306

Dilationem breuiorem recipiens contradicere & proteſtari debet, alias ſibi præiudicat, ſi vero proteſtetur, prodeſt, vt poſſit aliam obtinere. ibidem numer. 17. ibid.

Dilatione pendente, quando conquieſcat officium Iudicis. part. 4. diſt. 16. num. 69. 180

Dilatione pendente, iudicium factum, eſt ipſo iure nullum part. 4. diſt. 16. num. 68. ibid.

Dilationes plures dari poſſunt, cum eſt iuſtum impedimentum. part. 1. & 6. de dilat. num. 5. 305

Diſcipuli an obligent magiſtrum eorum. part. 4. diſt. 22. num. 8. 192

Diuortium eſt permiſſum hodie inter Iudæos, ſecundum l. Moſaicam part. 3. num. 58. 21

Doctor ille præfertur alii, qui fuit prius doctor creatus, in proœm. num. 9. 2

Doctor non carceratur pro debito. part. 6. de execut. num. 45. fol. 441. Nec pro inſtrumento liquidato. part. 6. de inſtrument. product. num. 4. 330

Dolus quot modis committatur. part. 6. de except. num. 21. 282

Dolus auctoris, an noceat ſingulari ſucceſſori. ibid. num. 24. ibid.

Dolus ſocii, an noceat conſociis. ibid. num. 26. ibid.

Dolus an cenſeatur remiſſus, inquietatione generali ibid. num. 28. ibid.

Dominium qualiter probetur. part. 4. diſt. 3. numer. 49. 65

Donatio, de eo quod plus valet, &c. an excludat remedium l. 2. de reſ. ven. de appell. num. 85. 392

Domeſticus, vide infra in litera F. in verb. Familiaris.

Dominium qualiter probetur in rei vendicatione, & quid ſi agatur petit. hæreditatis, vel actione hypothecaria, part. 4. diſt. 3. num. 48. 65

Donatio in qua incerta eſt perſona donatarii, ſed euentu futuro venit certificanda. tenet. part. 2. num. 5. 5

Dotem an teneatur mercator ſtatim reſtituere, non expectato anno. part. 4. diſt. 9. num. 81. 130

Dotis cauſa, cum agitur ad reſtitutionem, eſt ſummaria. part. 4. diſt. 9. num. 173. 142

Ducis Venetiarum ſententia in appellabilis. part. 6. de appell. num. 254. 403

E.

ECCLESIA reſtituitur in integrum, tam in contractibus, quam Iudiciis; & qualiter. part.6. de appell. num 88.393. Etiam contra aliam Eccleſiam. ibid.
Eccleſia reſtituitur etiam adverſus præſcriptionem 50 annorum. Et contra omnem lapſum temporis. ibid.
Edictum quo quis citatur quanto tempore in loco affixum eſſe debeat part.6. de citat. num.96. 252
Emancipatio fieri poteſt etiam coram notario. part.4. diſt. 8. num 4. 185
Emancipationi ſi renunciet filius, non ſubintrat patriam poteſtatem. ibid. num.5. ibid.
Emologatio, an & quando habeat locum in ſententia arbitri, & quid in arbitratore part.6. de appellat. n. 261. cum ſeqq. 417.
Emptio & venditio quando dicatur perfecta. par.4. diſt. 4. num. 37. 74
Emptio per teſtes qualiter probetur. ibid. num. 48. 75.
Emptio & venditio, quando dicitur perfecta in rebus quæ pondere, vel menſura conſiſtunt. ibid. num. 52. 76
Emptio, qualiter ſolo conſenſu perficiatur ibid n.38. 74
Emptorum quis præferatur, ſi vnus emit à diſcipulo, alter à domino ibid. num. 43. 75
Emptore agente redhibitoria, ſi pendente iudicio res ſit effecta ſana, an procedat iudicium. ibid num. 60. 77
Emptorum mercium, quis præferatur ibid. num. 65. 78
Emptorum vno offerente precium, & inſtante, vt pars rei emptæ, in communi tradatur, an is repellatur ibid. numer. 67. 78
Emptio mercium probatur per famam part.6. de teſt. product. num. 77. 327
Emptor an poſſit denunciare litem auctori auctoris ſui. part.6. de laudat. num. 18. 270
Emptor, non defendens cauſam, facta denunciatione, an agat de euictione. ibid. num. 17. ibid.
Epiſcopus æquiparatur Duci, Comiti, vel Baroni. part. 4. diſt. 5. num. 13. 81
Epiſcopus volens electum in beneficio confirmare, edictum in valuis eccleſiæ exponere debet contra ſua intereſſe putantes. part.6. de citat. num. 92. 252
Epiſcopus expulſus, per proclama in aliena diœceſi, poteſt expulſores citare, & contra eos, & eorum fautores procedere part.6. de ſentent. num. 84. 371
Epiſcopus poteſt in quolibet loco ſuæ diœceſis, curiam regere & citare part.6. de ſentent. num. 78 ibid.
Epiſcopo litigante cum ſuo ſubdito, eliguntur arbitri, à quorum ſententia appellatur ad Papam. part.6. de appell. num 376. 430
Epiſcopus ciuitatis adiri poteſt ſi Iudex iniuſtitiam faciat. ibid. num. 390. 432
ab Epiſcopo prorogato non appellatur. ibid. numer. 250. 416
Error communis in notario putatiuo, an faciat ius. par.6. de act. ed t. num. 24. 346
Euangelica denunciatio, quære ſupra, in litera D. in ver. denunciatio Euangelica.
Euicta re per hypothecariam emptor agit ad intereſſe, & iam ſine denunciatione. part.6. de auctor. laudat. num. 4. 267
Exceptio ſpolii oppoſita, debet probari intra terminũ dierum quindecim, & quid operetur eius oppoſitio. part. 4. diſt.6. num. 50. 101
Exceptio nullitatis ſententiæ, vel proceſſus ex defectu Iudicis cauſata, ſemper poteſt opponi, etiam ſtante ſtatuto, quod contra ſententiam nulla opponatur exceptio. part.4. diſt. 16. num. 7. 171
Exceptio falſi procuratoris opponi poteſt ante, & poſt ſententiam, ad annullandum Iudicium. ibid. numer. 20. 173.
Exceptio, quod ſine actione agatur, impedit proceſſum. part. 4. diſt. 20. num. 15. 187. Item exceptio legitimationis perſonæ ibid. num. 16. ibid. Item exceptio contra perſonam Iudicis. ibid. num. 17. ibid.
Exceptio legitimationis perſonæ poteſt ante omnia opponi, etiam in ſummariis part.6. de except. num. 3. 4. & 5. 185
Exceptio male agis, quia ante diem agis, opponi poteſt ante, & poſt litem conteſt. & quid importet. ibid. num. 6. ibid.
Exceptio intentionis, & facti, dilatoria dicitur, & ante litem conteſt. opponitur ibid. num. 7. ibid.
Exceptio hoſtica, quæ dicatur, & quando locum habeat. ibid num. 19. 182
Exceptio recuſationis Iudicis, ante litem conteſt. opponi debet, & ante omnes dilatorias exceptiones, ſed ſi de nouo ſuperuenerit, poteſt in quacunque parte iudicii opponi, etiam poſt concluſionem part.6. de appell. num. 26. 388
Exceptioni recuſationis renunciatum cenſetur ab eo, qui poſt recuſationem litigat coram iudice recuſato. ibid. num. 75. 391
Exceptio requirens altiorem indaginem, quæ incontinenti probari non poteſt, non impedit executionem ſententiæ. part.7. de execut. num. 63. 443.
Exceptiones dilatoriæ ante lit. conteſt. opponi debent. part. 6. de except. num. 8. 281
Exceptio dilatoria opponi poteſt poſt litem conteſt. cum facto aduerſarii ſuperuenit ibid. num 9. ibid.
Exceptio dilatoria, quæ reddit proceſſum retro nullum, opponi poteſt etiam poſt litem conteſt. ibid. nu. 10. ibid.
Exceptiones dilatoriæ tripliciter conſiderantur. ibid. num. 1. 280
Exceptio doli, contra quem opponatur. ibid. num. 22. 282 Et an poſſit opponi contra contractum confirmatum, propter dolum adhibitum. ibid. num. 25. ibid.
Exceptioni doli, an poſſit renunciari. ibid num. 27. 284
Exceptio ſimulationis, qualiter opponatur. ibid. n. 32 286.
Exceptio ſimulationis, an competat, ſi debitum ex vna cauſa conuertatur in aliam. ibid. num 33. ibid.
Exceptio metus fundatur ſuper æquitate, & eſt in rem, & opponitur inter mercatores. ibid num. 34. ibid.
Exceptio non numeratæ pecuniæ, an inter mercatores opponi poſſit, ibid num. 35. ibid.

Exce-

*Exceptio periurii, an repellat agentem. ibid. num. 36.* 287
*Exceptio rei iudicatæ opponi poteſt inter mercatores ibid. num. 45.* 290
*Exceptio acceptilationis, an poſſit opponi inter merc. ibid. num. 47. ibid. Item Exceptio renunciationis litis. ibid. num. 48. ibid. Et exceptio pacti de non petendo ibid. numer. 59. ibid. Item Exceptio iuris vel ſtatutorum obſtantium. ibid. num 52.* ibid.
*Exceptiones procuratoriæ non opponuntur inter mercator. ibid. num. 54.* 291
*Exceptio legitimationis perſonæ opponitur inter mercat. num. 55. ibid. Item Exceptio excommunicationis. ibid. num. 60.* 292
*Exceptio, quod non competat directa actio, an inter mercatores locum habeat? ibid. num. 63. ibid. Item Exceptio non ſoluta gabellæ. ibid. num. 64.* ibid.
*Exceptio nouationis, ſeu delegationis inter mercatores quando locum habeat. ibid. num. 67.* 293
*Exceptio erroris calculi, an inter mercatores locum habeat, & an obſtet rei iudicatæ ibid. num. 68.* ibid.
*Excapitum qualiter probetur. part. 6. de product. num. 71.* 325
*Excuſſio, an habeat locum inter mercat. ibid. de except. num. 40.* 288
*Exempla qualiter probent. part. 6. de actor. edit. num. 6.* 344.
*Executio ſententiæ latæ contra principalem, an fieri poſſit contra fideiuſſorem. part. 6. de teſt. product. nu. 91.* 318
*Exceptionem opponens poſt litem conteſtatam, quæ ante opponi debebat, punitur ad vnam libram auri, ſi eſt aduocatus part. 6. de except. num. 11.* 282
*Exceptiones peremptoriæ quæ, & vnde dicantur. ibid. numer. 12.* ibid.
*Except. peremptoriæ, quando requirunt altiorem indagi nem reſeruantur ad merita, & quid operetur iſta reſeruatio. ibid. num. 14. 15. & 16.* ibid.
*Except. peremptoriæ vſque ad quod tempus opponi poſſint, & quid ſeruetur in Regno. ibid. num 17.* 283
*Exceptio litis pendentiæ non impedit ſententiæ executionem part. 6. de execut. num. 59.* 442
*Exceptiones litis finitæ, quandoque ſunt declinatoriæ, & quandoque peremptoriæ. part. 6. de except. numer. 13.* 282
*Exceptiones litis finitæ intra quod tempus probari debeant. ibid. num. 16.* ibid.
*Exceptiones quanam opponi poſſint, poſt ſententiam. ibid. num. 18.* 283
*Exceptiones quanam, quæ impediant proceſſum ad vlteriora part. 4. diſt. 20 per tot.* 185
*Exceptio excommunicationis quare infra, in ver. Excommunicationis exceptio.*
*Excommunicatio ſuperueniens poſt mandatum, non inhabilitat ipſum mandatum, & tenent acta, ſi non opponatur part. 4. diſt. 16. num. 42.* 176
*Excommunicati nis exceptio impedit proceſſum. & intra octo dies probari debet. part. 4. diſt. 20. numer. 14.* 187.
*Excommunicationis exceptio eſt anomala, & in quacunque parte iudicii poteſt opponi, ſed in continenti probari debet part. 6. de except. num. 5.* 182
*Excommunicationis exceptio, non obſtat petenti reuocationem attentatorum, part. 6. de appellat num. 404.* 433
*Excommunicationis ſententia die feriato ferri poteſt par. 6. de actor edit. num. 47.* 349
*Excommunicationis ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam. part 6. de ſentent. num. 151.* 377
*Excommunicatus laicus perſeuerans in excommunicatione, poteſt puniri per Epiſcopum part. 4. diſt. 11. num. 26.* 153
*Excommunicatus perſeuerans in contumacia per annum efficitur ſuſpectus de hæreſi part. 6. de contumac. num. 35.* 262
*Excommunicatus, beneficiis, fructibus, & diſtributionibus quotidianis priuari debet, etiamſi appellet. part 6. de appellat. num. 179. 406. An autem appellatio ab excommunicatione aliquid operetur. ibid. numer 180. cum ſeqq.* ibid.
*Excommunicatus appellare poteſt à declinatoria Iudicis. ibid.* ibid.
*Excommunicatus abſolui poteſt, appellatione pendente. ibid. num. 191.* 407
*Excommunicati Iudicis ſententia eſt nulla part. 6. de ſentent. num. 99.* 373
*Excommunicari poteſt laicus ab ipſemet Prælato, cuius bona occupauit, part. 4. diſt. 11. num. 26.* 153
*Executio fit cum ſatiſdatione, pendente ſupplicatione par. 6. de appell. num. 16.* 388
*Executio an, & quando ſuſpendatur per reſtitutionem in integrum part. 6. de execut. num. 58.* 442
*Executio ſententiæ fit, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam. Et fit per Iudicem, qui eam tulit ſi eſt Ordinarius: Secus ſi eſt delegatus; & dummodo ſit valida: ſecus ſi eſt nulla, quia non meretur executionem. part. 6. de execut. num. 1. 3. 4. 5.* 436 & 437
*Executio ſententiæ arbitri, non fit per arbitrum, ſed per Iudicem ordinarium, etiamſi ſit arbiter iuris. ibid numer. 5.* ibid.
*Executio ſententiæ à qua fuit appellatum per quem Iudicem fiat. ibid num. 6.* ibid.
*Executio ſententiæ qua ordine fiat, & quid, ſi peruertatur ordo* l. a D. Pio. §. in venditione. ff. de re iud. *an valeat. ibid num. 8. 9. 10.* ibid.
*Executio cum fit, an, & quando bona minus damnoſa capi debeant ibid num. 11.* 438
*Executio cum fit pro debito fiſcali poteſt capi perſona, ſine alia excuſſione bonorum. ibid. num. 12. ibid.*
*Executio cum fit in actione hypothecaria, non ſeruatur ordo* §. in venditione. *ibid num 13.* ibid.
*Executio cum fit auctoritate ſententiæ interlocutoriæ, non ſeruatur ordo* d. § in venditione *ibid. numer. 14.* ibid.
*Executio contra pupillum, primo in nominibus debitorum fieri debet ibid num. 15.* ibid.

Executio ſententiæ cum fit, an & quando requiratur partis citat num.16.17 & 18. ibid.
Executio ſententiæ in ciuilibus, qualiter fiat. ibid. num.19. ibid.
Executio cum fit, adiudicatio fieri debet pro menſura debiti, alias ſi fiat plus debito, vitiatur in totum, fallit in tenuta, quæ datur, vigore pacti executiui. Item cum agitur actione reali, ibid. num.20. 339
Executio ſententiæ cum fit, poteſt nuncius incipere à captura perſonæ, vt indicet bona, in quibus vult exequi. ibid. num.23. ibid.
Executio in criminalibus contra damnatum ad mortem vel ad membri mutilationem, quomodo fiat. ibid. num. 25.26. ibid.
Executio non poteſt fieri in lecto, veſtibus, & ſupellectilibus domus, niſi cum alia bona non extant. ibid. num. 28. 440
Executio non poteſt fieri in bobus aratoriis, & inſtrumentis agriculturæ: & quid ſi debitor alia bona non habeat ibid. num.31. ibid.
Executio ſententiæ non poteſt fieri contra tertium non nominatum in iudicio. ibid. num.32. ibid.
Executio inſtrumenti poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem, non citatum, & negotio non liquidato, cum continet precarium, & pactum de capiendo. ibid. num.33. ibid.
Executio pro debito, vel delicto patris, non poteſt fieri in peculio profectitio filii, nec pro delicto filii in peculio aduentitio, nec etiam in caſtrenſi. An autem pro de relicto patris poſſit capi vſusfructus aduentitiorum ibid. numer.34.35.36.37. ibid. & 441
Executio pro condemnatione pupilli, non fit in bonis tutoris, niſi pro expenſis. ibid. num.38. ibid.
Executio expenſarum litis agitatæ cum procuratore, an & quando fiat contra procuratorem, vel dominum. ibid. num 40. ibid.
Executio non fit in bonis monaſterii, pro debito monachi, niſi ſint bona quæſita monaſterio, per medium ipſius monachi. ibid. num.43. ibid.
Executio fieri non poteſt in ſtipendiis, nec in armis militum, neque etiam doctorum. ibid. num.45. ibid.
Executio non fit in libris ſcholarium, niſi cum non habent alia bona ibid. num.46. ibid.
Executio in fructibus beneficii, pro debito Clerici, non poteſt fieri, niſi non habeat alia bona ibid. nu.49.50. ibid.
Executio pro debito vaſalli defuncti, an fiat in fructibus feudi contra ſucceſſorem. ibid. num.50. ibid.
Executio an fieri poſſit in viis publicis, & theatris, & aliis ſimilibus, pro vniuerſitatis debito ibid. num.51. 442
Executio an & quando fiat in bonis mariti, pro debito vxoris, vel econtra ibid. num.52. ibid. & num.53 ibid.
Executio ſententiæ, vſque ad triginta annos peti poteſt. ibid. num.54. ibid.
Executio in perſonam, non fit contra perſonas priuilegiatas. ibid. num.56. ibid.
Executio impeditur per exceptionem nullitatis, niſi coram inferiori Iudice opponatur. ibid. num.57. ibid.
An autem impediatur per exceptionem litis pendentiæ. ibid. num.59. ibid.
Executio in criminalibus ſuſpenditur ob excellentiam delinquentis in arte ſua, & cum delictum eſt antiquum. Item quando carcerem habuit pro delicto. ibid. numer. 60. ibid.
Executio non impeditur per exceptionem requirentem altiorem indaginem, quæ in continenti probari non poteſt. ibid. num.63. 443
Executio ſententiæ, an impediatur per denunciationem Euangelicam, nec per exceptionem compenſationis. ibid. num.64. ibid.
Executio fieri poteſt contra latronem inſignem, etiam die feriato. part.6. de actor. edit. num.38. 348
Executio fit contra tutorem propter expenſas, quando iniuſte pro pupillo litigauit. part.6. de execut. numer.39. 441
Executor teſtamenti, cui datum eſt arbitrium diſtribuendi, & eligendi pauperes, poteſt id facere, ſine citatione hæredum, vel alterius. part. 6. de citat. numer. 22. 243
Executor poteſt quis per Iudicem conſtitui in propria cauſa, ibid num.45. 245
Executori ad capienda bona fiſco delata, vel ad exigendas pecunias fiſcales, non creditur ſine literis. ibid. num.77. 250
Exequi ſententiam ſuam non poteſt Iudex prorogatus. part.4. diſt.12. num.19. 165
Exemplum ſcripturæ in actis regiſtratæ non facit fidem niſi ſit collationatum, parte præſente, vel citata. par.6. de actor. edit. num.4. 344
Exiticii vel exules ciuitatis, citati ad inſtantiam creditorum, non tenentur comparere, & ideo non valet proceſſus factus contra eos in contumaciam. part. 4. diſt.16. num.61. 179
Exercitor nauis, & obligatur, & agit ex contractibus magiſtri nauis, & ſubſtituti ab eo. part.4. diſt.22 num.17. 193
Expenſarum condemnationem non tenetur Iudex facere, niſi ſint petitæ. part.6. de libell. num.18. 265
Reliqua vide ſupra, in litera C. in ver. condemnatio expenſarum.
Expenſarum taxatio, vide infra, in litera T. in ver. taxatio expenſarum.
Expenſas funerales ſi quis fecit ſcholari mortuo, poteſt pro illis retinere libros. part.4. de execut. num.47. 441
Experti miſſi per Iudicem ad menſurandum, vel ad aliquam differentiam per aſpectum loci, poſſunt referre ſine citatione partis, licet in eorum electione requiratur citatio partis part.6. de citat. num.23. 243
Extraordinarium iudicium, quod dicatur, & quot modis. part.4. diſt.9. per tot. 118

F.

FALSAM monetam cudentes puniendi ſunt vltimo ſupplicio, ſine appellandi remedio. part. 6. de appell. num.294. 423

Falſa

*Falſa an reddatur ſubſcriptio, ſi dicatur, Titius, & ſocii, ſi vnus tantum ſit ſocius. part. 4. diſtinct. 9. num. 79.* 130
*Falſum teſtem vel ſcripturam producens in iudicio, poteſt interrogari: an ea velit vti? & poſtea accuſatus, quomodo puniatur part. 6. de inſtrument. product. nu. 38.* 334
*Falſificantes ceram, & alia vtenſilia, quæ vendunt, poſſunt puniri etiam per iudicem eccleſiaſticum temporaliter part. 4. diſtin. 11 nu. 40.* 155
*Falſus Procurator, quis dicatur. part. 4. diſt. 16. nu. 21.* 173
*Fama inquiſitionem præcedere debet, alias non valet inquiſitio. part. 6. de inquiſit. nu. 19. cum ſeqq. vſque ad nu. 31.* 212
*Fama non habens originem ab honeſtis perſonis, & fide dignis, nihil operatur. ibid. nu. 21.* ibid.
*Familia recuſatur vt ſuſpecta ex ſuſpicione ſui domini. part. 6. de appellat. nu. 31.* 389
*Familiaris vel domeſticus quis dicatur, & quæ familiaritas ſufficit ad recuſandum iudicem. ibid nu. 27. ibid.*
*Famuli, & ſeruientes clericorum, an gaudeant priuilegio fori ſicut ipſi clerici part. 4. diſtinct. 11. nu. 4.* 149
*Fatale primum & ſecundum quod, & vnde dicatur. part 6. de appell nu 232.* 413
*Feriæ inductæ ad honorem Dei, quæ ſint, & qui actus in iis celebrari poſſint. part. 4. diſt. 16. nu. 82.* 182
*Feriato die ad honorem Dei, poteſt Notarius facere inſtrumenta. Item poſſunt fieri omnes actus voluntariæ iuriſdictionis. d. diſt. 16. nu. 85.* ibid.
*Feriæ ad honorem Dei, an per conſuetudinem vel ſtatutum tolli poſſit, ita vt acta facta illis diebus, valeant. ibid. nu. 87. & 94.* ibid & 183
*Feriæ inductæ ad honorem hominum, & feriæ meſſium, & vindemiarum, non ſeruantur in Regno, & quæ hodie ſeruentur. part. 4. diſtinct. 9. num. 19.* 120
*Feriatis diebus iudicium factum, eſt nullum d. diſtinct. 16. nu. 82.* 182
*Feudalis cauſa, per ius canonicum potius, quam per ius ciuile decidi debet. part. 3 num. 88.* 24
*Feudalis cauſa laici cognoſcitur per iudicem eccleſiaſticũ, cum feudum tenetur ab eccleſia. Item econtra, quando feudum tenetur à laico, ſortitur forum iudicis ſecularis part. 4. diſt. 11. nu. 7.* 150
*Feudalis cauſa compromitti non poteſt, etiam inter coniunctos. Item in qua agitur de vita, & militia. part. 6. de compromiſſ. nu. 22. & 23.* 303
*Feudales cauſæ per quæ iura decidantur in Regno Siciliæ. part. 3. nu 85.* 24
*Feudorum iura, & vſus præferuntur iuri communi, dummodo ſint rationabiles, alias ſecus. Item quando caſus expreſſe deciditur per vſus feudorum; alias non ſumitur in eis argumentum à contrario ſenſu. ibid nu. 91. 92.* ibid.
*Feudorum vſus ſeruatur etiam in feudis Eccleſiaſticis, ibid. num. 93.* ibid.
*Feudatarius citatus qui dixit: nolo venire, perdit feudum. part. 6. de contum. nu. 24.* 261
*Feudatario mortuo, an poſſit fieri executio in fructibus ſucceſſoris in feudo part. 6. de execut. num. 50.* 441
*Fideiuſſor de iudicato ſoluendo patitur executionem ex eodem proceſſu agitato contra principalem. part. 6. de citatione nu. 32.* 244
*Fideiuſſor de præſentando ſtatim incidit in pœnam, cum reus fuerit requiſitus, etiam abſque requiſitione ipſius fideiuſſoris. part. 6. de ſatiſdat nu. 5.* 276
*Fideiuſſor de præſentando non tenetur iurare in ciuilibus, nec ipſe, nec principalis ibid num. 6.* ibid.
*Fideiuſſor de iudicato ſoluendo coram Ordinario, tenetur ſoluere quod eſt iudicatum per ſuum delegatum. ibid. num 12.* 277
*Fideiuſſor de non offendendo, non tenetur ab pœnam, ad quam fuit condemnatus principalis, qui ob eius contumaciam habitus fuit pro confeſſo. ibid. nu. 14.* 278
*Fideiuſſor de expenſis in caſu ſuccumbentiæ, non tenetur ad expenſas, ad quas fuit actor condemnatus per emptæ inſtantiæ. ibid. nu. 17.* ibid.
*Fideiuſſor non obligatur, niſi primo obligetur principalis. ibid. num. 26.* 279
*Fideiuſſoris citatio non requiritur in ſententia ferenda contra principalem part. 6. de citatione. nu. 32.* 244
*Fideiuſſores de præſentando quot, & quales eſſe, & à quo, & quando recipi debeant. part. 6. de ſatiſd nu. 7.* 276
*Fideiuſſores in criminalibus pro quanta pœna in Regno recipi debeant. ibid. num. 8* ibid.
*Fideiuſſoribus datis, an & quando ſit relaxandus reus in criminalibus ibid. num 10.* 277
*Fideiubere, an & quando poſſit vnus inquiſitus, pro alio, quæ appellatur fideiuſſio Vicaria. Et quid ſeruetur in Regno. ibid. num. 9.* 276
*Fideiubere pro proximo in periculo conſtituto quis poteſt, non obſtante iuramento, per ipſum, de non fideiubendo, præſtito. part. 6. de iurament. nu. 30.* 342
*Fideiuſſionem de iudicat ſoluendo, quis præſtare teneatur part. 6. de ſatiſdat. num. 11.* 277
*Fideiuſſoribus pro euictione, an debeat lis denunciari in d. part. 6. de laudat. num. 6.* 268
*Fides emptionis, quando dicatur habita part. 4. diſtin. 4. num. 46.* 75
*Fideiuſſionis materia, vide infra, in litera S. in verb. Satiſdatio.*
*Filius prius torquetur, quando de eodem crimine pater & filius ſunt rei. in proœm. num. 14.* 2
*Filius prius mortuus præſumitur, cum pater, & filius, vel mater, & filius, in eodem conflictu, bello, aut naufragio moriuntur. ibid. num. 15.* ibid.
*Filiusfamilias agens, vel conuentus in iudicio, ſine conſenſu patris, facit iudicium eſſe nullum, & poteſt opponi, tam ante, quam poſt ſententiam. part. 4. diſtin. 16. num. 60.* 175
*Filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio, tanquam Procurator alterius ibid. num. 35.* ibid.
*Filiusfamilias litigare poteſt ſuper ſpirituali negocio. ibid. num. 36.* ibid.
*Filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio, cum iudicium tendit*


dit

dit ad eius fauorem, quia valet, etiam ſi ſit minor part. 4. diſtinct. 16. nu. 31. 175
Filiusfamilias, vbi non quæritur vſusfructus patri, libere poteſt agere. part. 4. diſt. 16. nu 31. ibid.
Filiusfamilias, ſi in aduentitiis agit ſine conſenſu patris, & obtinet, iudicium eſt validum. ibid. num. 33. ibid.
Filiusfamilias mercator, an poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris part. 6 de except. nu. 61. 292
Filiumfamilias quem eſſe, quis probare debeat. part. 6. de inſtrument. product. nu. 8. 351
Filiofamilias conuento in iudicio criminali, etiam cum conſenſu patris, non valet iudicium, cum eſt minor. part 4. diſtinct. 16. nu. 79. 181
Filius renuncians emancipationi, non intrat patriam poteſtatem part 4. diſtin. 18. nu. 5. 185
Filius iniuriam patri vel matri inferens, poteſt ex iudicis officio inquiri & puniri. part. 6. de inquiſ. nu. 165. 232
Filiusfamilias, etiam ſine conſenſu patris, poteſt compromittere, ex forma Regiæ pragmaticæ. part. 6. de compromiſſ nu. 10. 362
Filio condemnato, non fit executio in peculio aduentitio, etiam ſuper proprietate, quæ eſt tota filii. part. 6. de execut. nu. 35. 440
Filii naturales tantum, non excluduntur per filias legitimas & naturales à ſucceſſione patris. de iure Longobar. part. 3. nu. 127. 30
Fiſcus cum tractat de lucro, condemnatus pro debito publico, ſeu fiſcali, non appellat part. 6. de appellat. num. 300. 423
Fiſcus, auctor laudatus an poſſit declinare forum. part. 6. de laudat. nu. 11. 269
Fœmina teſtimonium, & infamis æquiparantur. part. 4. diſtin 1. nu. 42. 42
Fœminæ an ſint idoneæ teſtes. ibid. nu. 43. ibid.
Frater ſi lucretur de pecunia communi, an teneatur communicare lucrum. part. 4. diſtinct. 4. nu. 27. 70
Fraus quid ſit, & quot modis committatur part 4. diſtinct. 11. num. 29 40. & ſequentibus fol. 153. 154. & 155
Fraus in quantitate, quando committatur. ibid. num. 47. p. 156. & quid in qualitate. ibid. nu. 48. ibid.
Fraus committitur per eum, qui remouet ſignum à ſacco, vt ignoretur pondus. ibid. nu. 52. 157
Formalibus actuum, quæ reſpiciunt fauorem publicum, non poteſt renunciari, nec ea tolli poſſunt per partes. part. 2 nu. 38. & 39 cum ſeq.
Frater proprio nomine non agit ciuiliter pro iniuria fratris, ſed criminaliter tantum. part. 6. de inquiſit. nu. 68. & 65. 218. & 219
Furtum, an dicatur hodie crimen priuatum, cum ſit alterata pœna per capitula Regni. part. 6. de inquiſit. nu. 205. 235
Fur manifeſtus, condemnatus de furto, non poteſt appellare. part. 6. de appell. nu. 359. 429
Furioſus iudex eſſe non poteſt. part. 6 de ſentent. num. 98. 373
Fuſtigationis pœna, an dicatur capitalis, & in quibus ſeruetur. part. 4. diſt. 2. nu 5. & 9. 57 & 58

G.

GABELLÆ cum exiguntur, vel collecta ſeu tributa fiſcalia, nullus iuris ordo ſeruatur. Idem, quando agitur contra gabellarios, indebite opprimentes. part. 4. diſtin. 9. nu 181. & 182. 142. & 143
Gentium ius, quid ſit, & à quo introductum. part. 3. nu. 8.

H.

HÆREDITATIS petitio, an ſit actio mere realis, vel perſonalis in rem ſcripta part. 4. diſtinct. 3. nu. 61. 66
Hæreditatis petitio non datur ei, qui aliquando poſſeſſionem habuit, & cecidit ab ea part. 4. diſtinct. 7. nu. 6. 106
Hæreditarius petitione agens non tenetur probare dominium. part. 4. diſtinct. 3. nu. 58. 61
Hæreditatis petitio. vide infra in verb. petitio.
Hæres ſi fecerit inuentarium, & creditores dicant plus eſſe in bonis, quam ſit in eo ſcriptum, iudex, inſtantibus creditoribus inquirit, & accipit probationes de demo hæreditatis, ſeruos torquendo. part. 6. de inquiſ. nu. 145. 231
Hæres antequam adeat hæreditatem, poteſt citari facere creditores per proclama, vt compareant ad oſtendendum inſtrumenta debiti. part. 6. de citatione. nu. 108. 253
Hæres ſatiſdare tenetur, de ſoluendo legato in diem, vel ſub conditione. part. 6. de ſatiſdat. nu. 24. 279
Hæres mercatoris, an conueniatur coram iudice mercantiæ. part. 4 diſt. 9. nu. 93 132
Hæres, qui recipit pecuniam pro morte patris, an teneatur creditoribus ſoluere. ibid nu. 138. 137
Hæres mercatoris, an obligetur ex contractu inſtitoris, præpoſiti per eius patrem. part. 4. diſtinct. 22. noua. nu. 14. 193
Hæredes duo, quorum alter eſt clericus, alter laicus, ambo conueniri debent coram Epiſcopo, etiam ſi plures ſint laici, quam clerici. part. 4. diſtinct. 11. num. 21 152
Hæretici qua pœna ſint afficiendi. part. 6. de inquiſit. num. 187. 234
Hypothecaria agens quid probare habeat. part 4. diſtin. 3. nu. 59. fol. 65 Et petitorio, non poſſeſſor. agere cenſetur. part. 6. de appell. nu 309. 424
Hypothecaria actio, contra tertium poſſeſſorem, impeditur per exceptionem excuſſionis, vbi non eſt precarium conſtitutum. part. 4. diſt. 20. nu 11. 187
Homicidium per culpam commiſſum, pœna arbitraria punitur, & dicitur crimen extraordinarium, & ponitur exemplum in eo, qui excedit modum temperandi iuſtum calorem iræ part. 4. diſtinct. 1. num. 77. 49
Homicidio commiſſo oritur criminalis accuſatio ad pœnam, ac etiam actio in factum ad intereſſe. ibid nu 4. 35

*Hoſpitalibus piis datur reſtitutio in integrum. part. 6. de appellat. nu. 90.* 393

I.

IDIOTA, *vel ruſticus reſpondent poſitionibus præſente ſuo aduocato, vel procuratore. part. 6. de poſit. nu. 16.* 309

*Ignoranti ſententiam contra ſe latam non currunt decem dies ſtatuti ad appellandum. part. 6. de appellat. num. 215.* 409

*Imperium fuit translatum à populo Roman. in principem. Et an idem populus poſſit imperium auocare. part. 3. nu. 26 & 27* 16

*Imperio vacante appellatur ad Papam, omiſſo medio. part. 6. de appell. nu. 388.* 432

*Imperator per Papam deponi poteſt part. 3 nu. 26.* 16

*Imperator, eſt dominus mundi, & in legibus condendis æquiparatur Deo ibid. nu. 119.* 29

*Imperator in cauſa propria, iudex eſſe non debet, ſed debet illam delegare. part. 6. de appell. nu. 33.* 389

*Imperatoris poteſtas à Deo procedit part. 3. nu. 30.* 17

*Imperator an ſententiam ferre poſſit ſine citatione. part. 6. de citat. nu. 10.* 241

*Impedimenti probandi cauſa dicitur ſummaria, quia vt plurimum probatur per iuramentum part. 4. diſtin. 9. nu. 198.* 144

*Impeditus, vide infra in verb. inſtantia.*

*Impubes iudex eſſe non poteſt. part. 6. de ſentent. num. 98.* 373

*Incerti udo perſonæ, quæ tamen eſt certæ per rerum naturam, non vitiat actum. part. 2. nu. 4. 5.* 4. & 5

*Indebiti condictio, vide ſupra in litera C. in verb. condictio indebiti.*

*Indicia non dicuntur ea, quæ ſunt capta ex proceſſu informatiuo, niſi fuerint repetita, parte citata. part. 6. de inquiſ. nu. 8. in fin.* 211

*Indicia purgata ſunt, reo in tortura non confitente. part. 6. de quæſt nu 16.* 357

*Indictionis omiſſio vitiat inſtrumentum. part. 6. de inſtrument. product. nu. 41.* 334

*Indictionis omiſſio an vitiet libellum criminalem. part. 6. de libell. nu. 12.* 264

*Infirmitas conſanguineorum excuſat à contumacia part. 6. de contumac nu. 3* 258

*Ingrediens poſſeſſionem ex decreto iniuſto, punitur de vi turbatiua part 4. diſt. 16. nu. 76.* 181

*Inhibitio Superioris quando liget vel non liget manus iudicis part. 6. de appell. nu. 207.* 408

*Inhibitio, an & quando poſſit fieri iudici laico, per iudicem eccleſiaſticum. part. 4 diſt. 11. nu. 55.* 157

*Inimicitia eſt iuſta cauſa ſuſpicionis iudicis part. 6. de appellat. nu. 35.* 389

*Inimicitia ad recuſandum iudicem cauſatur ex lite, quã quis habet cum eodem iudice, tanquam priuato, ibid. nu. 37* 390

*Inimicus de iure canonico repellitur ab accuſando, ſecus de iure ciuili. part. 6 de inquiſ. nu. 53.* 216

*Inimicus meus dicitur, qui copulat parentelam, vel amicitiam, cum inimico meo part. 6. de appell. nu 37.* 389. *Et qui me non vult mittere ad oſculum pacis, maxime in Eccleſia. ibid. nu. 48.* 390. *Et qui me non ſalutat. ibid. nu. 50.* ibid.

*Inimicus reconciliatus redditur ſuſpectus in iudicando, & à teſtimonio repellitur. ibid nu. 64.* ibid.

*Iniuria facta vni, omnibus eius conſanguineis facta cenſetur, & eo iniuriam remittente, an nihilominus conſanguinei accuſare poſſint. part. 6 de inquiſ nu. 58. & 60.* 217 & 218

*Iniuria, quæ fit diuinæ religioni, vel patriæ propria appellari poteſt, & quilibet poteſt eam proſequi, tanquam propriam. ibid. nu. 63* 219

*Iniuriam filii an pater poſſit remittere, ita vt nec filius, nec frater eius de ea agere poſſit. ibid. num. 67. & 71.* 219. & 220

*Iniuria atrox, & enormis, quæ dicatur, & quæ leuis. ibid. nu. 75.* 221

*Iniuria remiſſa in foro animæ, an nihilominus iniurians accuſari poſſit à remittente. ibid. nu. 88.* 223

*Iniuria illata clerico, eſt crimen publicum, & quilibet poteſt accuſare, & iudex ex officio inquirit. ibid. nu. 142.* 231

*Iniuria facta clerico, dicitur facta Deo. ibid. nu. 143.* ibid.

*Iniuriarum agens pro conſanguinei iniuria, quomodo libellum concipere debeat. part. 6. de inquiſit. num. 66.* 219

*Iniuriarum actione non poteſt agere conſanguineus offenſi, pendente accuſatione facta per offenſum. ibid. nu. 95.* 244. *Nec etiam iniuriam æſtimare, ſed ſolus offenſus. ibid. nu. 65.* 219

*Iniuriam in libello æſtimans, poteſt addere clauſulam, ſi iudex non punierit reum ſufficienter, quod reſeruet ſibi ius petendi ſatisfactionem. part. 4. diſtinct. 1. nu. 25.* 39

*Iniuriarum actione poteſt agi ciuiliter, & criminaliter, & quando part 4. diſt. 1. nu. 4.* 35

*Iniuriarum accuſatio criminalis, non datur in Regno de iniuria verbali. part. 4. diſt. 1. nu. 12.* 37

*Iniuria ſi ſit illata viduis, Eccleſiaſticis perſonis, & aliis miſerabilibus, poteſt contra iniuriantem ex officio procedi, ibid. nu. 13.* ibid.

*Iniuriarum actio an tollatur per ſalutationem. ibid. nu. 97. fol. 55. Et quanto tempore duret ibid. nu. 99.* 56

*Iniuriarum actione an teneatur, qui verum dixit. ibid. num. 98.* 55

*Iniuriarum actio quando, & cui denegetur. ibid. nu. 100. cum plur. ſeqq.* 56

*Iniuriarum actio non competit, niſi vbi effectualiter eſt facta, & dicta iniuria. ibid. nu. 106.* ibid.

*Iniuriarum actio non competit, cum facto ſit iniuria. ibid. nu 107.* 57

*Incudes, & malleum, non veniunt in generali obligatione. part. 4. diſtinct. 9. nu. 124.* 135

*Iniuriarum æſtimatio qualiter fiat, & quomodo ſecundum conſtitutionem Regni. ibid diſt. 1. nu. 11.* 37

Iniuriarum actione cum agitur, pars æſtimat, & iudex taxat, mediante iuramento actoris, & cui debeat pœna applicari part. 4. diſt. nō. 1. nu. 10. 36
Iniuriarum actio ad ſatisfactionem iniuriæ, vel honoris reſtitutionem, an ſit ciuilis vel criminalis. part. 4. diſt. 1. nu. 17. & 19. 37. & 38
Iniuriarum actione an teneatur opponens crimina contra teſtes, ſi illa non probet. Et quid, ſi proteſtatur, quod non animo iniuriandi. part. 6. de teſtium repulſ. nu. 15. 355
Innocentii dicta ſuper Decreta non ſunt authentica, nec habent vim legis, ſed ſunt velut gloſſæ. part. 3. nu. 37. 38
Inquiſitio generalis fit, cum reus eſt certus ſaltem per rerum naturam. part. 2. nu. 5. 5
Inquiſitio non poteſt fieri per iudicem, pro delicto culpa commiſſo, abſque dolo, niſi ſit lata culpa. part. 4. diſtin. 1. nu. 91. 54
Inquiſitio prohibetur, niſi in caſibus à iure expreſſis, quod intellige de ſpeciali inquiſitione. Secus in generali part. 6. de inquiſit. nu. 9. 210
Inquiſitio generalis, quæ dicatur, quomodo, & qualiter fiat & ad quem effectum ibid. nu 7. ibid.
Inquiſitio ſpecialis contra certam perſonam, qualiter, & quot modis fiat. ibid. nu 12. 211
Inquiſitio vt valeat, quot requirantur, ibid. nu. 16. cum plur ſeqq. 212
Inquiſitio ſpecialis non procedit, niſi primo conſtet. delictum eſſe commiſſum, & qualiter conſtare debeat, & quam diligentiam debeat adhibere iudex ibid. nu. 17. ibid.
Inquiſitio non poteſt fieri, niſi præcedat fama publica, & vehemens, quæ ex actis apparere debet, nec à malevolis orta. ibid. nu. 18. & 19. ibid.
Inquiſitio formatur, extantibus indiciis, ſine fama. ibid. nu. 22. 221
Inquiſitio formata de mandato Principis, valet, fama non præcedente. ibid. num. 25. 213
Inquiſitio formata, non præcedente infamia, valet cum facta eſt denunciatio per aliquem probum virum. ibid. nu 26. ibid Et cum inquiſitus fuit præſens, & non contra dixit. ibid. nu 27. ibid.
Inquiſitio fit contra Officialem, in ſyndicatu non præcedente fama ibid. nu 28. ibid.
Inquiſitio generalis formatur, fama non præcedente. ibid. nu. 29. ibid Item inquiſitio ſpecialis quam præceſſit inquiſitio generalis, ibid. nu 30. fol. 213. Et quæ fit non ad puniendum, ſed ad corrigendum pro animæ ſalute. ibid. nu. 32. ibid. Item inquiſitio ex neceſſitate officii formata ibid. nu. 33. 214
Inquiſitio delicti non commiſſi dolo, vel lata culpa, ſed per leuem aut leuiſſimam culpam, non valet. ibid. nu. 34. ibid.
Inquiſitio locum & tempus commiſſi criminis continere debet. ibid. nu. 35. ibid.
Inquiſitio ſine ſolennitatibus l. libellorum. ff. de accuſat. valet, cum inquiritur de crimine commiſſo contra diuinam maieſtatem, & crimine læſæ maieſtatis. ibid. nu. 36. ibid.
Inquiſitio omnes delicti ſpeciales circumſtantias continere debet, cum loco & tempore, nec ſufficit dicere, quod ſit ſolitus furari, blaſphemare, & ſimilia facere. ibid. num. 37. ibid.
Inquiſitio antequam fiat, debet iudex citare offenſum, an velit comparere ad accuſandum, alias ſuperueniente accuſatore, ceſſat inquiſitio. ibid. nu. 38. 215
Inquiſitio vigore ſtatuti pacta, non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem, & remedium ordinarium dicitur. ibid. nu 93. ibid.
Inquiſitio quibus caſibus permittatur de iure communi, & per capitula Regni. ibid nu. 40. ibid.
Inquiſitio non ceſſat, inquiſito procurante, vt ab aliquo accuſetur coram alio iudice, vt impediatur inquiſitio. ibid. num. 41. ibid.
Item, quando offenſus prius interrogatus, dixit ſe nolle accuſare ibid num. 42. ibid.
Inquiſitio non impeditur per ſuperuenientem accuſatorem, cum ex parte rei nihil fuit oppoſitum ibid. nu. 45. 216
Inquiſitio non ceſſat, cum accuſans prius denunciat iudici, vt procedat ad inquirendum contra aliquem, quem poſtea accuſauit. ibid num 44. ibid.
Item, cum iudex videt accuſationem ſuſpectam de colluſione ibid. num. 45. ibid.
Inquiſitio non tollitur, ſi accuſator fuit cauſa promouendi inquiſitionem. ibid. num. 46. ibid.
Inquiſitio de iure canonico, ſemper eſt remedium ordinarium, & non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem. ibid. num. 48. ibid.
Inquiſitio fieri non poteſt de crimine, de quo alias quis fuit accuſatus, vel inquiſitus, & legitime abſolutus. ibid. nu. 49. ibid. Niſi forte ſententia abſolutaria lata ſit per colluſionem, & præuaricationem. ibid. num. 50. ibid.
Item, quando prius lata fuit abſolutoria ab obſeruatione iudicii. ibid. nu. 52. ibid.
Item, cum quis accuſatur ab alio tertio. ibid. nu. 52. ibid.
Item, quando cauſa criminalis eſſet deciſa per tranſactionem. ibid. nu. 55. 217
Inquiſitio vel accuſatio fieri poteſt de crimine, de quo per viam exceptionis cognitum fuit. ibid. nu 85. 222
Inquiſitio fieri poteſt de crimine, de quo primo cognitum fuit, per viam denunciationis Euangelicæ. ibid. nu. 86. ibid. vel de quo alias fuit actum ciuiliter. ibid. nu. 96. 225
Inquiſitio ab incompetenti iudice facta, non valet. ibid. num. 103. 226
Inquiſitio an detur copia repertorum, & capitulorum. part. 6. de inquiſit. nu 8. & ſeq. 210
Inquiſitio cum fit per iudicem, ſolet dari coadiutor, & an hoc ſit de ſubſtantia, & ad quem effectum detur. ibid. nu. 104. ibid.
Inquiſitio regulariter non fit in ciuilibus, ad commodum priuatorum. Fallit in multis caſibus. ibid. nu. 105. ibid.

In-

Inquiſitio poteſt fieri in crimine vſurarum, etiam ad commodum priuati. part. 6 de inquiſ. nu. 110. 227
Inquiſitio in quibus caſibus fieri poſſit ex officio, ſine accuſatore. ibid. nu. 106. 107. vſque ad finem. ibid.
Inquiſitio poteſt fieri ex officio iudicis, de omni crimine, quod committitur per conſpirationem, ſeu conuenticulum. ibid nu. 128. fol. 230. Item de blaſphemia Dei, & quilibet poteſt accuſare. ibid. nu. 144. 231
Inquiſitio generalis non ſufficit ad deueniendum ad ſpecialem, niſi in caſibus, in quibus ſpecialiter inquiri poteſt, & non fit niſi ſemel in anno. ibid nu. 147. ibid.
Inquiſitio procedit ex officio iudicis de crimine læſæ maieſtatis perpetrato contra perſonam Principis, vel eius collaterarium. ibid nu. 175 233
Inquiſitio contra ſocios criminis, quibus caſibus permittatur. ibid. nu. 178. ibid.
Inquiſitio an fieri poſſit iudicis ex officio in crimine priuato, puta furto, vel iniuria, & quid ſeruetur in Regno. ibid nu 204. 235
Inquiſitio poteſt fieri de omni crimine, de iure canonico. ibid. nu. 206. 236
Inquiſitio criminoſorum, expenſis fiſci fieri debet ibid nu. 207. ibid.
Inquiſitio inepta an validetur per confeſſionem. ibid. nu. 208. ibid.
Inquiſitionis cauſa, an dicatur ciuilis, vel criminalis. part. 4. diſt. 1. nu. 35. 41
Reliqua vide infra, in verb. iudex inquirit.
Inquiſiti, an & quando poſſint ſimul fideiubere, & quid ſeruetur in Regno. part. 6. de ſatiſdat. nu. 9. 276
Inſtantia perempta, poteſt iudex ferre abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, & actorem condemnare in expenſis. part. 4. diſtinct. 16. nu. 40. 178
Inſtantia cauſæ, quæ dicatur part. 5. nu. 2. 196
Inſtantia, quando in cauſis currere incipiat. ibid. n. 3. ibid.
Inſtantia, quando incipiat currere in cauſis, in quibus lis non conteſtatur. ibid. nu. 4. ibid.
Inſtantia cauſarum quanto tempore duret. ibid. nu. 5. 197
Inſtantia inchoata cum laico defuncto, an tranſeat in clericum ei ſuccedentem part. 4. diſtin 11. nu. 79. 160
Inſtantia, an pereat de iure canonico. part. 4 diſtin. 16. nu. 41. fol. 176. & part. 5. nu. 14. 197
Inſtantia currit, & perit, etiam vbi proceditur per inquiſit. ibid. part 5. nu. 6. ibid. Et per officium iudicis nobile. ibid. nu. 7. ibid. Et in cauſis executiuis, & inſtrumentalibus, in quibus parata eſt executio. ibid. nu. 8. ibid.
Inſtantia currit etiam coram iudice delegato. ibid nu. 9. ibid.
Inſtantia perit coram arbitro, cui non eſt tempus præfixum ibid. nu. 10. Non coram arbitratore. ibid. nu. 11. ibid.
Inſtantia cœpta cum defuncto non tranſit ad hæredem. ibid nu 12. Sed cœpta cum laico, non tranſit in clericum hæredem. ibid nu 13. ibid.
Inſtantia in conſiſtorio Principis, nunquam perit, & quid ſeruetur in ſacro conſ. Neap. ibid nu. 15. ibid.
Inſtantia non perit triennio, quando iudex habet liberum arbitrium in procedendo, & ſententiando. ibid. nu. 16. 298
Inſtantia per ſtatutum, & per reſcriptum Principis breuiari poteſt ibid. nu. 17. ibid.
Inſtantia breuiata, ſi petatur dilatio vltra metas inſtantiæ, an poſt illam peremptam poſſit ſententia ferri ibid. nu 18. ibid.
Inſtantia à Principe prorogari poteſt ibid. nu. 19. ibid.
Inſtantia in cauſis Eccleſiarum nunquam perit, etiam ſi ventiletur coram iudice laico. ibid. nu. 21. ibid.
Inſtantia breuior triennali tempore, in reſcripto delegatorio præfixa, poteſt conſenſu partium prorogari ibid. part. 5. nu. 26. 299
Inſtantia breuiari poteſt per inferiorem à Principe, delegantem cauſam decidendam, inter breue tempus, & quid importet talis breuiatio. ibid nu. 27. ibid.
Inſtantia durat vltra triennium, mortuo iudice prope finem triennii. ibid. nu. 28. ibid.
Inſtantia, nunquam perit in emergentibus ante litem conteſtatam. ibid. nu. 29. ibid.
Inſtantia non currit litigatori, facto aduerſarii impedito. ibid. nu. 30. ibid.
Inſtantia, an currat impedito facto iudicis, vel tertii ibid. nu. 31. ibid.
Inſtantia, cum per Principem reſtituitur, dicitur inſufflatio, & an tunc debeant refici expenſæ. ibid. nu. 32. & 33. ibid.
Inſtantia lapſa, facto iudicis ipſo iure reſtituta cenſetur nec neceſſe eſt adire Regem, vel ſacrum conſilium pro inſufflatione. ibid. nu. 34. ibid.
Inſtantia perempta reſtituitur abſque refectione expenſarum illis perſonis, quibus reſtitutio in integrum de iure conceditur. ibid. num. 35. ibid.
Inſtantia non perit triennio, cum lite pendente, litigator effectus eſt familiaris illius Officialis coram quo lis agitur: num ſucceſſor expectari debet ibid. nu. 37. 201
Inſtantia non currit, in cauſa, in qua eſt Princeps conſultandus, quia reſponſio Principis expectari debet. ibid nu. 38. ibid.
Inſtantia non currit, durante inhibitione ſuperioris, vel Epiſcopi. ibid. nu. 39. Nec currit impedito agere iuris impedimento. ibid nu 40. ibid.
Inſtantia an currat quam diu proceſſus eſt penes conſultorem. ibid. nu. 41. ibid.
Inſtantia in cauſa feudali durat per annũ. ibidem. 42. ibi.
Inſtantia cauſæ clerici deuoluta ad iudicem laicum propter impedimentum Epiſcopi, quanto tempore duret. ibid. nu. 43. ibid.
Inſtantia perempta poſſunt innouari omnia acta, de conſenſu partium. ibid. nu. 45. ibid.
Inſtantia perempta reſtaurari poteſt altero de quatuor modis ibid. nu. 46. 202
Inſtantia perempta non perit cauſa, neq; ius partis, ſed actor poteſt cauſam de nouo incipere, & nouam inſtantiam fabricare, refectis expenſis in cauſa ciuili. Secus in criminali. ibid nu. 47. & 48. ibid.

In-

Inſtantia euaneſcit tam per lapſum temporis, quam per abſolutoriam ab obſeruatione iudicii.ib.num.49.ibid.

Inſtantia perempta, quæ acta pereant, & quid in criminalibus.ib.nu.55.& 57. 203.& 204

Inſtantia perempta poteſt ferri ſententia, ſi ex proceſſu appareat confeſſio rei.ibid.nu.58.& 59. 204

Inſtantia perempta ſi cauſa incipiatur de nouo poſſunt opponi omnes exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ, ac ſi nunquam iudicium fuiſſet intentatum.ib.nu.61. ibid.

Inſtantia perempta per abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, an omnia acta pereant ibid nu.62. ibid.

Inſtantia cauſæ principalis vel appellationis, an ſuſpendatur per compromiſſum part.6. de appellat.numer.237. 414.

Inſtantia cauſæ appellationis, maioris eſt præiudicii quam cauſæ principalis, ibid nu.238. ibid.

Inſtantiæ tempus poteſt per partes breuiari pa.5.n.22. 199

Inſtantiæ tempus per compromiſſum non poteſt prorogari. ibid.nu.24. ibid.

Inſtantiæ prorogatio non firmatur etiam iuramento ibid. nu.23. ibid.

Inſtitorem alicui apothecæ præpoſitum volens reuocare, edictum apothecæ præfigere debet, ne quis cum illo contrahat, part.6 de citat.nu.90. 252

Inſtitor an obliget dominum part.4.diſt.9.nu 105. 133

Inſtitor, quis dicatur.pars 4.diſt.22.nu.1. 191

Inſtitor poteſt eſſe maſculus, & fœmina, puer, vel ſeruus. ibid.nu.2. ibid.

Inſtitor quando obligetur proprio nomine.ib nu.4. 192

Inſtitor, an ſemper obliget præponentes.ib.nu.5.& 9. ibid.

Inſtitor præpoſitus à pluribus ſociis ex æqualibus partibus, qualiter obliget præponentes.ib.nu.10. 193

Inſtitor, an poſſit habere fidem de precio.ib.nu. 12. ibid.

Inſtitor contrahens extra conditiones adiectas in eius inſtitutione an obliget dominum.ibid.nu.15. ibid.

Inſtitor an obliget dominum de euictione, & redhibitoria ibid.nu.16. ibid.

Inſtrumentum ſecundum formam ritus, an poſſit præſentari in curia nundinarum par.4.diſt.9.nu 133. 137

Inſtrumentum ad commune lucrum, & ex capitum, an poſſit liquidari part.6 de inſtr.product.nu.3. 330

Inſtrumentum, an poſſit liquidari contra filiumfamilias. ib.nu.7 ibid.& contra promittentem inſtitorio nomine.ibid.nu.10. 332

Inſtrumentum cancellatum & quod non eſt publicum an liquidari poſſit.nu.11 & 12. ibid.

Inſtrumentum cum præſentatur ſecundum formam ritus, cauſa dicitur ſummaria par.4.diſt.9 nu.176.142.& non requiritur citatio partis in præambulo faciendo. par.6 de citat.nu 9. 241

Inſtrumentum ſecundum formam ritus, qualiter præſentetur, & quæ pacta ſoluatur per debitorem, & quæ per creditorem. Et quando exuetur dicta pacta.part. 6. de inſtr.product.nu.2. 330

Inſtrumentum ſecundum formam ritus, poteſt præſentari etiam contra mulierem, & iſto caſu carceratur mulier pro debito.ibid nu.20. 353

Inſtrumentum, vt præſentari poſſit ſecundum formam ritus, iuramentum, & pœnam continere debet, & liquidum debet eſſe.ibid.nu.21. ibid.

Inſtrumentum ſecundum formam ritus poſt.20. annos præſentari non poteſt.ibid.nu.23. ibid.

Inſtrumentum ſecundum formam ritus præſentari non poteſt contra hæredem debitoris, ſed creditoris hæres illud præſentare poteſt ib.nu.24. ibid.

Inſtrumentum continens debitum valoris vltra vnciam, præſentatur ſecundum formam ritus.ib.nu.25. ibid.

Inſtrumentum ſecundum formam ritus non poteſt præſentari per procuratorem.ib.nu.27. ibid.

Inſtrumentum, non confectum ſecundum formam conſt. inſtrumentorum robur, an poſſit liquidari, ſi acceptetur per partem.ib.nu.13 331

Inſtrumentum allegatum falſum, an debeat exequi.ibid. nu.14. 332

Inſtrumentum productum in principio cauſæ & parte non citata an probet.ib.nu.44.& 45. 335

Inſtrumentum ſecundum formam ritus non præſentatur contra debitorem, qui contraxit per procuratorem, & non iurauit ipſe debitor, ſed procurator. ibid.num.28. 333.

Inſtrumentum ſuper aſſiſtentia impetranda, quando & qualiter præſentetur.ibid.nu.30. ibid.

Inſtrumentum, vt fidem faciat, in membrana ſcribi debet. Secus in ſcriptura priuata & quæ continere debeat.ib.nu.32. 334

Inſtrumentum falſum producens, ſimpliciter reſpondere debet an velit eo vti.ib nu 38. ibid.

Inſtrumentum, vt fidem faciat, locum celebrati contractus, vel inſtrumenti continere debet ib.nu.39. ibid.

Inſtrumentum carens ſigno Notarii in eo apponi conſueto, non valet ib.nu.40. ibid.

Inſtrumentum an plus quam ſemel edi debeat par.6.de actor.edit.nu.66. 350

Inſtrumenti copia collationata poteſt in actis relinqui, retento originali par.6 de actor.edit.nu.3. 344

Inſtrumenti executio non poteſt fieri contra tertium non nominatum in inſtrumento, nec etiam peti à non nominato.par.6.de execut.nu.32. 440

Inſtrumenti executio poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem non citatum, & negotio non liquidato, cum continet precarium, & pactum de capiendo, ibid. num. 33. ibid.

Inſtrumento præſentato, ſecundum formam ritus, ſi debitor ſit contumax, poteſt de perſona capi par.6. de inſtr. product.nu.29. 333

Inſtrumenta vſque ad quod tempus produci poſſint in iudicio.ib.nu 47. 335

Inſtrumenta duo ſi reperiantur in eadem charta, præſumitur prius illud, quod præcedit in ordine ſcripturæ. pars.3.nu 108. 27

Inſtrumenta & ſcripturæ productæ in iudicio, an dicantur eſſe de actis.par.6.de actor.edit.nu.3. 344

Inſtrumentorum appellatione venit omnis ſcriptura inſtruens cauſam.par.6.de inſtr.product.num.1 329


Inter-

*Interdictum* quorum bonorum *tam eſt vtile, quam directum, & quando locum habeat part. 4. diſt. 7. nu. 2. 3. & ſeq.* 106

*Interdicto hoc agens, quid narrare, & probare debeat. par 4. diſt. 7 n. 4 & 5. fol. 106. & an in libello modum turbationis declarare teneatur. par. 4. diſt 9. num. 47.* 224.

*Interdictum quorum legatorum, eſt poſſeſſorium adipiſcendæ, & quando habeat locum. ib nu. 10.* 107

*Interdictum Saluianum, eſt poſſeſſor. adipiſcendæ, & quãdo, & contra quos locum habeat ib. nu 11.* ibid.

*Interdictum retinendæ, datur etiam pro iuribus incorporalibus ib. nu 27.* 109

*Interdictum* vnde vi, *quando habeat locum, & quæ requirantur in eo. par. 4. diſt 7. nu. 29. & ſeqq.* ibid.

*Interdictum* vnde vi, *competit pro iuribus incorporalibus, & annuis præſtationibus. ib. nu. 30. & an detur ei, qui ſuſpicatur poſſe repelli ib nu. 31.* 110

*Interdictum* vnde vi, *datur ſolum intra annum vtilem. ib nu 32. & competit deiecto poſſidenti tempore ſpolii. ib. nu. 33. ſed non datur contra ſingularem ſucceſſorem ſed contra vniuerſalem, & datur hæredi, & non poſſidenti. ib. nu. 36.* ibid.

*Interdictum* vnde vi, *datur ſpoliato, qui vere poſſidebat tempore ſpolii, ſecus ſi tantum detinebat. ib. nu. 38.* ibid

*Intereſſe lucri ceſſantis, qualiter conſtare debeat. part. 4. diſt. 3. nu. 38.* 63

*Intereſſe quomodo probetur, & quando licite petatur. par. 6. de teſt. product. nu. 59. 70.* 325

*Intereſſe quando peti poſſit. par. 4. diſt 3. nu. 40.* 63

*Intereſſe poteſt peti ex nouo iudicio per mercatorem, cuius merces fuerunt ſequeſtratæ, ſi ſequeſtrum fuerit reuocatum. part. 4. diſt. 9. nu 147.* 138.

*Interlocutoria per quam finitur officium iudicis, habet vim diffinitiuæ. part. 6. de ſentent. num. 43. 367. Item quæ definit aliquem articulum ſubſtantialem cauſæ principalis. ibi. nu. 44. Item quæ continet aliquid dari, vel fieri. ib. nu 45.* ibid.

*Reliqua vide infra, litera S. in verb. ſententia interlocutoria.*

*Interrogatio poteſt fieri poſt concluſ. in cauſa, ad inſtantiam partis, in ſummariis, part. 6. de concluſ. in cauſ. num. 7.* 318

*Interrogationi reſpondere non tenetur, qui per aliquam exceptionem poteſt iudicium euitare part. 6. de interrog. nu. 4* 274. *Item, qui interrogatur de iuribus ipſius rei, etiam ſi interrogetur de negocio principali. ibid nu. 5. 6.* ibid.

*Interrogationi crimino ſæ ſeu continenti turpitudinem, an & quando quis teneatur reſpondere ib nu. 7. 9.* ibid.

*Interrogationi; an agens rei vendicatione ſit dominus? non tenetur quis reſpondere ib. nu 13.* ibid.

*Interrogationes, an, quando, & qualiter fiant in iudiciis. ib nu. 1 2 3.* 273

*Interrogationes in iudiciis fiunt officiõ iudicis, tam ante, quam poſt litis conteſtationem & conuictus de mendacio priuatur poſſeſſione, ib. nu 3.* ibid.

*Interrogare, an, & quando poſſit iudex principalem vel teſtes, ex officio, vel ad inſtantiam partis, poſt concluſ. in cauſa, & quid in ſummariis. par. 4 diſtinct. 9. num. 28. 30. 31. pag. 121. & 122. & part. 6. de inquiſit. num. 184.* 234

*Interrogari an poſſint creditores, vel legatarii ad hæredis inſtantiam, an hereditas ſit ſoluendo part. 6. de interrog. nu. 12.* 274

*Interrogatus non fatetur, ſed ponens, & propterea poſt litem conteſt. fieri debent poſitiones, & non interrogationes. ibid nu. 6.* ibid.

*Interrogatus de crimine, propter quod remouetur à beneficio, tenetur reſpondere. ib. nu. 8.* ibid.

*Interrogatus cum iuramento, an commiſerit delictum, ſi neget, & mendacium dicat, periurus non dicitur. ibid. nu. 9.* ibid.

*Interrogatus ſuper eo, quod alias fuit iuramento deciſum, reſpondere non tenetur, ib. nu. 10.* ibid.

*Interrogatus de facto alieno in facto proprio, an teneatur reſpondere. ibid. nu. 11.* ibid.

*Interrogatus de propoſito ſuo in mente retento, & de impertinentibus ad cauſam. Item an poſſideat bona, vel mala fide? Item de eo, quid in iure conſiſtit, non tenetur reſpondere. ib nu. 14. 15. 16. 17.* ibid. & 275.

*Interrogatoria, quomodo & quando præſententur par. 6. de interrog nu. 1.* 273

*Interrogotoria teſtibus, ad quem effectum fiant: & an debeat dari terminus ad illa producendum, & quid ſi iudex omiſit teſtes ſuper illis interrogare. ibid. nu. 18. 19.* 275

*Interrogatoriorum copia parti dari non debet. ibid. part. 6. de interrog. nu. 20.* ibid.

*Inuentarium, cum eſt faciendum per hæredem, fit citatio per proclama. part. 6. de citat. nu. 98.* 253

*Inuentario confecto per hæredem, ſi creditores dicunt plus eſſe in bonis, poteſt iudex ex officio inquirere. part. 6. de inquiſ. nu. 145.* 231

*Iudæus iurans ſuper contractu inualido, an confirmet contractum par. 3. nu. 56.* 20

*Iudæus non compellitur ad obſeruantiam iuris in compromiſſo oppoſiti ib. nu. 52.* ibid.

*Iudæus per legem ſuam iurans, ad iuramenti obſeruantiam compellitur, & contraueniens, puniri poteſt de periurio. ib nu. 53.* ibid.

*Iudæus non poteſt iurare per Euangelia, neque per Chriſtum, & iurans compellitur ad obſeruantiam iuramenti ib. nu 54. & 55.* ibid.

*Iudæi ſeruant etiam hodie, legem Moſaicam, & ſecundum eam viuunt, & illa deficiente. ſeruant ius commune, etiam in deciſionibus cauſarum, ib. n. 49. plur. ſeqq.* 19.

*Iudæi iurant ſuper leg Moyſi: & ſuper Chriſti præceptis. ibi. nu. 50. ibid & quo ad ſpiritualia, non ſunt ſubiecti Eccleſiæ ib nu. 59.* 21

*Iudæi an gaudeant immunitatibus Chriſtianorum? ibid. nu. 61.* ibid.

*Iudæorum compromiſſum mandatur executioni, ſine alia emologatione. part. 6. de appell nu. 265.* 418

*Iudæis licet facere actus ſecundum eorum ritus, qui in contemptum fidei Chriſtianæ non tendunt, alias Chriſtianorum immunitates perdunt. part. 3. num. 60.* 21

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit contra laicum detentatorem alicuius rei Eccleſiæ, vel clerici. Item de legatis piis contra laicum part. 4 diſt. 11. nu. 6.* 149

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſis ſpiritualibus, etiam contra laicos. ibid. num. 7. fol. 150. Item de cauſis miſerabilium perſonarum, etiam laicorum. ibid. num. 9.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus punit laicum de blaſphemia Dei. ibid. nu. 10.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos, cum iudex ſecularis negligit iuſtitiam facere. ibid. nu. 11. ibid. Item cum laicus detinet alienum debitum cum peccato. ibid. nu. 12.* 151

*Iudex eccleſiaſticus dat curatorem litis minori laico, litiganti coram ſe. ibid. nu. 13.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit inter laicos, ratione iuramenti de eius validitate. Item requiri poteſt, vt moneat iudicem laicum, vt cauſam expediat ibid. nu. 14. & 17.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de pace fracta ibid. num. 15. Et reſtituit eccleſiam, quæ nulliter contraxit cum laico. ibid. nu. 16.* 152

*Iudex eccleſiaſticus aditur, cum petitur reductio à compromiſſo facto in laicum, & clericum. ibid. nu. 18.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus compellit laicum executorem teſtamenti cum clerico ordinatum. ibid. nu. 19.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus poteſt punire laicum, perſeuerantem in excommunicatione. ibid. nu. 25. fol. 153. Et procedere contra ſpoliantem eccleſiam, vel Prælatum, ibid. nu. 26.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicos in omnibus concernentibus animam ibid. nu. 27.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus punire poteſt aromatarium aliosque laicos vendentes merces falſificatas. ibid. nu. 28.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus poteſt excommunicare teſtes laicos, nolentes deponere coram iudice ſeculari. ibid. nu. 54.* 157. *Et inhibere iudici ſeculari, ne procedat ſuper incidenti ſpirituali ibid. nu. 55.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus compellit laicum litigantem in foro ſuo, ad obſeruantiam iuris canonici. ibid. nu. 56.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus cognoſcit in Regno, de cauſa ſuſpicionis iudicis ſecularis. ibid. nu. 57.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus poteſt ſequeſtrare corpus mortuum vſurarii, donec hæres caueat de reſtituendis vſuris. ibid. nu. 58.* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus debet & poteſt pœnam illam irrogare, quæ magis timetur, & cuius irrogatione ceſſet delinquentem ceſſaturum à delinquendo. part. 6. de inquiſit. nu. 115* 228

*Iudex eccleſiaſticus inquirere poteſt de quolibet matrimonii impedimento, ad finem [illegible] ſeparandi. ibid. nu. 136* ibid.

*Iudex eccleſiaſticus inquirit contra tenentes bona quæ debentes diſtribui pauperib. vel ad pias cauſas. ibid. nu. 134.* 232.

*Iudex tam eccleſiaſticus, quam ſecularis poteſt inquirere ex officio in omnibus cauſis piis, & concernentibus animam. ibid. nu. 135.* 230

*Iudex eccleſiaſticus poteſt breuiorem terminum ſtatuere parti, ad petendum, & recipiendum apoſtolos, quam de iure communi, quo elapſo, ſententia tranſit in rem iudicatam. part. 6. de appell. nu. 223.* 411

*Iudex inquirere poteſt ad denunciam Officialis, non præcedente fama. part. 6. de inquiſ. nu. 24.* 212

*Iudex quo caſu inquirere poſſit contra vſurarium. ibid. nu. 106. Et quid in Regno. ibid. nu. 110.* 217.

*Iudex ex officio poteſt inquirere de omni delicto per conſpirationem commiſſo. ibid. nu. 118.* 230

*Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum, ex officio procedit ibid. nu. 132.* ibid.

*Iudex poteſt procedere in his, quæ notorie ei liquent ex actis, etiam parte non petente. ibid. nu. 134.* ibid.

*Iudex ex officio poteſt inquirere de iuribus Principis. ibid. nu. 137. fol. 231. & applicare pecuniam fiſco. ibid. num. 138.* ibid.

*Iudex poteſt ex officio inquirere ad maius ſcandalum vitandum. ibid. num. 139. Et generaliter contra omnes malefactores, in prouincia, vel ciuitate, quam regit, vt eam malis purget hominibus. ibid. nu. 140. fol. eod. Et de omni notorio crimine ibid. nu. 162.* 232.

*Iudex ex officio inquirit de omni crimine, & iniuria, commiſſa contra Eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, & de omni crimine in Eccleſia commiſſo. ibid. nu. 141.* 231

*Iudex inquirit in cauſa naufragii, & in omnibus cauſis ab eo dependentibus, & contra surripientes bona naufragorum, & inquiſitio talis fit leſuato velo. ibid. num. 146.* ibid.

*Iudex inquirit in cauſa ſuſpecti tutoris, & inuentum ſuſpectum ab officio remouet, ibid. nu. 147.* ibid.

*Iudex inquirit contra producentem ſcripturam falſam in iudicio, & poteſt eum ex ſola ſuſpicione punire, niſi probet illam eſſe veram. ibid. nu. 148.* ibid.

*Iudex poteſt incidenter inquirere contra teſtes deponentes falſum, vel vacillantes in iudicio, & poteſt illos ex officio punire. ibid. nu. 150.* ibid.

*Iudex de quolibet delicto commiſſo coram ſe, incidenter inquirere poteſt. ibid. num. 151 & 158. Item de iuribus eccleſiæ & eccleſiaſtico beneficio. ibid. nu. 152.* ibid.

*Iudex per inquiſitionem procedere poteſt, in caſibus, in quibus accuſator excuſatur à præſumpta calumnia. ibid. num. 153.* 232

*Iudex ex officio inquirit de probitate vitæ, de idoneitate & meritis alicuius eligendi, promouendi, vel ordinandi. ibid. nu. 155.* ibid.

*Iudex inquirit de omni crimine, vbi interuenit accuſator, qui colludit ſeu præuaricatur. ibid. nu. 156.* ibid.

*Iudex inquirit contra calumniatorem, etiam nemine accuſante ibid. num. 157.* ibid.

*Iudex ex officio inquirit de iniuria facta Scholari, quod eſt ſpeciale in priuato crimine ibid. nu. 159.* ibid.

*Iudex quando inquirat de delicto commiſſo in officio per ſuum Officialem. ibid. nu. 236.* ibid.


*Iudex.*

*Iudex inquirit contra iniuriantes eius Officiales vel famulos, ſi crimen eſt notorium. ibidem numer. 161.* ibid.

*Iudex ſpecialiter inquirit de omni crimine, ſuper quo primo generalis inquiſitio praceſſit. ibid. num 163.* ibid. *Item de inimicitiis & guerris, quæ vigent in ciuitate inter particulares ciues, ex quibus poteſt turbari pax publica ibid. num. 164.* ibid.

*Iudex poteſt cogere ſubditos ad faciendam pacem. ibid. numer eod.* ibid.

*Iudex inquirit contra filium, qui impias manus in parentes iniecit, vel eos contumelia affecit. ibid. num. 165.* ibid.

*Iudex inquirit cõtra carceris cuſtodem, pretio corruptum. ibid. 116. Item contra lenones, qui nituntur mulieres ad luxuriam allicere. ibid. num. 167. Item de crimine lenocinii ſine accuſatore. ibid. num. 166. & 168.* 233.

*Iudex an poſſit ex officio procedere in crimine adulterii ſine accuſatore ibid. num 170.* ibid.

*Iudex inquirit cõtra quemcunque, inuentum in flagranti crimine. ibid. num. 171.* ibid.

*Iudex in Regno, inquirit contra omnes homines malæ vitæ. ibid. num. 172.* ibid.

*Iudex veniens in ciuitatem vel prouinciam, edictum facere poteſt, vt omnes ſentientes ſe offenſos, compareant, ad querelandum & teſtes deponendum. ibid. num 173.* ibid.

*Iudex inquirit etiam de crimine læſæ maieſtatis, perpetrato cõtra perſonam Principis, vel ſuorum collateralium. ibid num. 175. Item contra famoſos latrones. ibid numer 176. Et contra inobedientes, & turbantes eius iuriſdictionem, & contra rebelles & contumaces, ad pœnas legitimas, & mulctas imponendas. ibid. num. 177.* ibid.

*Iudex ordinarius ſententiam in loco ſolito ferre debet. Secus eſt in delegato. part. 6. de ſenteat. numer. 71. & 72.* 370

*Iudex delegatus ad vnam cauſam, an poſſit procedere & ſententiare in loco extra iuriſdictionem delegantis. ibi. num 75.* 371

*Reliqua de iudice delegato, vide ſupra, in litera D. in ver. delegatus.*

*Iudex habens limitatam iuriſdictionem, acceſſorie & incidenter de cauſa diuerſæ ſpeciei cognoſcere poteſt. part. 4. diſt 6. num 34.* 97

*Iudex competens quis dicatur, & quis incompetens, & ex quibus cauſis cognoſcatur. part. 4. diſt 8. numer. 2.* 114

*Iudex incompetens reſpectu cauſæ principalis, poteſt eſſe competens, quo ad acceſſorias, quia ad expenſas poteſt condemnare ibid num. 3.* ibid.

*Iudex non cogitur pronunciare ſuper incidenti, in cauſis ſummariis [illegible] ed, poteſt illud decidere, vna cum principali, part. 4. diſt. 9. num. 26.* 121.

*Iudex ferre poteſt ſententiam diffinitiuam ſtatim, vbi ſolum de crimine facti ſpecie procedatur, ibid. num. 35.* 122.

*Iudex ſecularis quibus caſibus poſſit ſuam iuriſdictionem exercere contra clericos. part. 4. diſt. 11. num. 59.* 157

*Iudex laicus ſe intremittit contra clericum, ſpoliantem laicum ſua poſſeſſione. ibid. num. 63.* 158

*Iudex laicus compellit creditorem laicum, ad remittendum iuramentum turpiter receptum à debitore. ibid. num. 66.* ibid.

*Iudex laicus cognoſcit de cauſa ſpirituali inter Iudæos. ib. num. 67.* ibid.

*Iudex laicus non poteſt etiam de mandato Epiſcopi, torquere, vel verberare clericum. ibidem numer. 74.* 160.

*Iudex laicus, propter impedimentum Epiſcopi, non poteſt cognoſcere de cauſa clerici, coram eo conuenti. part. 5. num. 44.* ibid.

*Iudex prorogatus non poteſt ſententiam ſuam exequi. part. 4. diſt. 12. num. 19.* 202

*Iudex quilibet, tam ordinarius, quam delegatus, poteſt de reſtitutione in integrum cognoſcere, & illam concedere. part. 5. num. 36.* ibid.

*Iudex poſt peremptam inſtantiam quam ſententiam ferre poſſit. ibid. num 49. & 60.* 202 & 204.

*Iudex quomodo procedere debeat, cum accuſator ſe abſentat. part. 6. de inquiſit. num. 81.* 222.

*Iudex poteſt interdicere adminiſtrationem prodigo, ſine alicuius citatione ibid num 31.* 244.

*Iudex qui tulit ſententiam interlocutoriam, à qua ſuccumbens appellauit. poteſt vſque ad diffinitiuam procedere, ſine citatione partis, antequam ei inhibeatur. ib. num. 33.* ibid.

*Iudex in dando tutore pupillo, vel furioſo ſine inquiſitione, poteſt decretum ſuum interponere, ſine alicuius citatione. ibid. num. 35.* ibid.

*Iudex an poſſit citare ſubditum ſuum, exiſtentem extra eius territorium ibid. num. 40.* 245

*Iudex an iuriſdictionem exercere poſſit in alieno territorio inter ſubditos ſuos ibid. num. 41.* ibid.

*Iudex poteſt dare licentiam parti, capiendi poſſeſſionem aduerſarii, conſtituendo eum executorem in cauſa propria ibid. num. 45.* ibid.

*Iudex pro tribunali ſedens, poteſt monere partem, vt tali die coram ſe compareat. ibid. num. 48.* 246.

*Iudex inquirit contra ſocios criminis, in caſibus in quibus licita eſt interrogatio de ſociis. part. 6. de inquiſit. num. 178.* 233

*Iudex ex forma conſtitutionum Regni inquirit de homicidiis, & damnis clandeſtinis, cum nullus accuſator apparet. ibid. num. 179.* ibid.

*Iudex cauſam proſequitur ex officio contra accuſatum, accuſatore mortuo ibid. num. 180.* ibid.

*Iudex inquirit ex officio ſuper neceſſitate ciuitatis & ciuium ſubditorum, & compellit dominos ad vendendum frumentum, & annonas, tempore careſtiæ. ibid. num. 181.* 234

*Iudex ex officio inquirit contra Aduocatos & Procuratores calumnioſos, & eis poteſt interdicere ne poſtulent. ibid. num. 182.* ibid.

Iudex inquirit de defenſionibus Rei in criminalibus, ex officio, etiamſi Reus ſe non defendat, & ad hoc Iudex tenetur. ibid. num. 183. ibid.

Iudex inquirit de facto, etiam teſtes producendo, in omnibus caſibus, in quibus procedere poteſt ad diffinitiuam ſententiam contra abſentem, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus. ibid. num. 184. ibid.

Iudex hodie in Regno poteſt ſupplere in facto, pro reo abſente, & probationes producere, nec pro hoc redarguitur, vt ſuſpectus, etiam in ciuilibus. ibid. ibid.

Iudex inquirit de crimine falſæ monetæ, etiam nemine accuſante. ibid. num. 185. ibid.

Iudex inquirit de crimine hæreſis, ad inſtar criminis læſæ maieſtatis ibid. num. 187. ibid.

Iudex inquirit in caſibus ciuilibus, partes interrogando cum æquum ei videtur ibid. num. 188. ibid.

Iudex inquirit de veritate inſtrumenti, producti in iudicio ibid. num. 189. ibid.

Iudex inquirit & interrogat de conditione teſtium, & de eorum inimicitiis, & aliis circumſtantiis. ibid. num. 190. ibid.

Iudex inquirit ad denunciam Officialis, ad hoc deputandi, ibid. num. 191. ibid.

Iudex inquirit ex officio, in dando Aduocato pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis. ibid. num. 192. 235

Iudex inquirit de contemptu, & contumacia Procuratoris, negotia abſentis adminiſtrantis. ibid. num. 193. ibid.

Iudex inquirit ex officio contra Procuratorem, vt de mandato doceat, ibid. num 194. ibid.

Iudex inquirit de crimine ſacrilegii, & plagii. ibid. num. 195. ibid.

Iudex ex officio inquirit contra non ſoluentes decimas, & eos compellit ad ſoluendum, etiam nemine petente. ib. num 196. ibid.

Iudex inquirit de idoneitate tutoris. ibid. numer. 197. ibid.

Iudex inquirit ad faciendum ſepelire defunctum. ibid numer. 198. ibid.

Iudex inquirit contra agentem ſine actione, & cui non competit ius agendi, & poteſt eum ex officio repellere à limine iudicii. ibid. num. 199. ibid.

Iudex habens literas arbitrales, ex officio procedit in criminibus capitalibus, & in cauſis miſerabilium perſonarum, ibid. nu 200. ibid.

Iudex inquirit contra frequentatores tabernarum, & homines deambulantes per plateas bene veſtitos, ſine arte quos ad triremes, ad tempus condemnare debet, & alios de quibus ibid. num. 202. ibid.

Iudex an poſſit inquirere ex officio in crimine priuato, ib. num. 204. ibid.

Iudex ſecularis poteſt inquirere de omni crimine iure Canonico, ibid nu. 206. 236

Iudex an poſſit ſine ſcriptis ſententiam pronunciare de conſenſu partium, part. 2. nu. 41. 9

Iudex arbitratur pœnam, ſecundum qualitatem perſonæ, loci & dignitatis, cum pœna iuris petitur, qui punitis, part. 4. diſtinction. 1. numer. 26. 37

Iudex in pœnis arbitrariis an & quando poſſit imponere pœnam mortis naturalis, ibid. nu. 59. & 60. cum plur. ſeq. 44

Iudex quando in arbitrariis debeat mitiorem pœnam eligere, ibid. num. 69. 46

Iudici hodie omnis pœna eſt arbitraria, etiam à iure determinata, ibid num. 82. 49

Iudex non puniens exercentem priuatum carcerem, punitur pœna criminis læſæ maieſtatis. ibid nu 80. ibid.

Iudex per inquiſitionem non procedit pro delicto, culpa commiſſo, niſi dolus vel lata culpa interueniat, ibid. nu. 91. 54

Iudex Ordinarius quis dicatur, & quis delegatus, & in quibus differant, parte. 4. diſt. 5 nu. 1 80

Iudex videns inſtantiam perire, poteſt ex officio ad ſententiam citare part. 6. de citat nu. 116. 254

Iudex denegare poteſt audientiam contumaci, non ſolum in illa cauſa, in qua eſt contumax, verum etiam in omnia alia. part. 6. de contumac. nu. 17. 261

Iudex mandare poteſt colonis, & inquilinis, contumacis, ne ei reſpondeant de penſionibus; & ne quis eorum agros colat, ibid. nu. 28. 262

Iudex vbicunque æquitas ſuggerit, poteſt regulariter partem interrogare, ad inſtantiam alterius partis, part 6. de interrog nu. 3. 273

Iudex ſi ſine cauſa det breuiorem dilationem, litigans debet contradicere, & proteſtari, ne cenſeatur renunciare iuri ſuo, parte 6. de dilat. numer. 17 306

Iudex habens aliunde plenas probationes, peccat mortaliter torquendo reum, part. 6. de quæſtionib. numer 11 356

Iudex cautus clam interponit decretum de torquendo reum, ne detur materia appellandi, ibid nu 14. 357

Iudex poſtquam pronunciauit, non poteſt ſententiam diffinitiuam, circa principale negocium, corrigere, nec aliquid illi addere, vel diminuere, part. 6. de ſentent nu. 21. 361

Iudex per ſe ſententiam legere debet, & non per alium, niſi ſit perſona illuſtris, vel Epiſcopus, ibid. num. 49. & 56. 367

Iudex poteſt petentem debitum condemnare ad reſtitutionem pignoris, etiam non petiti, ibid. num. 63. 369

Iudex ex officio poteſt repellere agentem ſine actione, ibid. num. 58. 370

Iudex appellationis poteſt in domo ſua, & loco honeſto iuſtitiam regere. & ſententiam ferre. ib. nu. 83. 371

Iudex non tenetur ſeruare locum maiorum in actis, reſpicientibus litis ordinationem, ibid. nu. 87. 372

Iudex pronuncians Titium condemnandum. an cenſeatur condemnare ibid num 125. 374

Iudex ob medicam amicitiam recuſari nequit, part. 6. de Appell. nu. 43 389

Iudex ex multis cauſis vt ſuſpectus recuſari poteſt, quæ ordine recenſentur. part. 6. de Appell. num. 26. vſque ad num. 74. 388

*Iudex in cauſa propria, quis eſſe non poteſt, ibid. num. 32.* 389.
*Iudex in cauſa propria, Imperator vel Rex eſſe non debet: ſed debet illam delegare, ibid. nu. 33.* ibid.
*Iudex qui in vna cauſſa fuit conſultus, & votum ſuum pro vna parte propalauit, ſuper ea remouetur à iudicando, ibid. nu. 52.* 390.
*Iudex petitus ab vna parte poteſt per alteram recuſari, ibid. nu. 53.* ibi.
*Iudex non poteſt recuſari in cauſa, in qua eius filius vel conſanguineus, ſeu commenſalis fuit aduocatus, ibid. num. 55.* ibid.
*Iudex quis adeundus ſit, in cauſſa reductionis, ibid. num. 126.* 398
*Iudex cum timetur de dilapidatione fructuum, poteſt etiam pendente appellatione, fructus ſequeſtrare, ibid. nu. 188.* 407
*Iudex appellatione pendente, poteſt appellante innouare, ibid. nu. 192.* ibid.
*Iudex, appellatione pendente, poteſt beneficium ſequeſtrare. ibid nu. 193.* ibid.
*Iudex pendente appellatione, attentata per appellationem poteſt reparare, ibid. nu. 194.* ibid.
*Iudex poteſt pendente appellatione, ponere ſubſtitutum in beneficio, in contumaciam beneficiarii reſidere nolentis ibid. num. 195.* ibid.
*Iudex appellatione pendente, poteſt attentare omnia illa, quæ tendunt in faciliorem exitum cauſſæ appellationis, ibid nu. 196.* ibid.
*Iudex quis pronunciet appellationem deſertam eſſe, ib. nu. 200.* ibid.
*Iudex tenetur deferre appellationi ex iuſta cauſa interpoſita, alias punitur, & qua pœna puniatur. ibid. nu. 210* 409
*Iudex ſi non admiſit appellationem ſimpliciter, ſed cum clauſula:* ſi & in quantum, *an habeatur pro admiſſa, vel non, ib. nu. 211.* ibid.
*Iudex à quo, elapſo termino appellandi, non poteſt ſententiam, à ſe latam, exequi, niſi primo parte citata. ib. nu. 233.* 413
*Iudex appellationis eſſe non poteſt, qui merum & mixtum imperium non habet, ib. nu. 396.* 432
*Iudex à quo, tenetur omnem appellationem admittere, alias punitur de iure ciuili, & canonico, ibid. num. 399* ibid.
*Iudex à quo, nihil poteſt innouare in cauſa, pendente appellatione, vel decendio dato ad appellandum, & innouata reuocantur per viam attentatorum, ibid. num. 400.* ibid.
*Iudex in dubio pronunciare debet, appellationem non eſſe deſertam, ibid. nu. 408.* 433
*Iudex ex officio, abſque exceptione, appellationem eſſe deſertam pronunciare poteſt, ibid. nu. 409.* ibid.
*Iudex à quo, vel Iudex ad quem, pronunciabit appellationem eſſe deſertam. ibid. nu. 410.* ibid.
*Iudex à quo, non poteſt breuiare terminum iuris in beneficialibus cauſis, circa appellationem, niſi vtraque parte volente, ibid. nu. 415.* 434
*Iudex ordinarius exequitur ſententiam à ſe delegati, in part. 6. de execut. nu. 4.* 437
*Iudex appellationis mandat executioni ſententiam appellationis, ibid. num. 6.* ibid.
*Iudex in modicis cauſis poteſt ſine libello, & ſine aliquo iuris ordine compellere quem ad ſoluendum, ibid. nu. 24.* 439
*Iudex poteſt aſinum, ſeu currum alicuius, mediante mercede, capere, vt cum eo malefactor ducatur ad ſupplicium, ibid nu. 26.* 440
*Iudicis monitio habet vim peremptorii, & trinæ citationis, par. 6. de citat. nu. 49.* 248
*Iudex ſecularis an, & quando poſſit cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, part. 4. diſtinctione 13. numer. 2. & 3.* 166
*Iudex poteſt, propter delicti frequentiam, pœnas ordinarias augere, & illas exacerbare, & nouas pœnas addere par. 6. de inquiſ. nu 114.* 228
*Iudici non creditur de fama, niſi ex actu appareat probata. ibid. nu. 20.* 212
*Iudicium quot modis ſumatur in iure, part. 1. num. 1. cum ſeq.* 3
*Iudicium finale huius ſeculi erit in valle Ioſaphat, vbi Chriſtus aſcendit ad cœlos, ibid. nu. 3.* ibid.
*Iudicium quid ſit, & quot modis diffiniatur, part. 2. nu. 1 9 & 12.* 4. 5. & 6.
*Iudicium ſine actore quandoque eſſe ſolet, & ſine accuſatore, & quandoque ſine reo. ibid. nu. 2. 3.* 4
*Iudicii definitiones, ſeu deſcriptiones, ibid. num. 9 & 10. fol. 5.*
*Iudicium an poſſit fieri de voluntate partium, omiſſis formalibus & ſubſtantialibus iudiciorum, ibid. nu. 38. 39. cum ſeqq.* 9.
*Iudicium cœptum coram vno iudice, poteſt in alium trāſferri, & valet iudicium, exceptione litis pendentiæ non oppoſita, ib nu. 41.* 10
*Iudicium, an ciuile vel criminale dicatur cum agens iniuriarum actione, concludit, iniuriantem condemnari ad ſatisfactionem iniuriæ, ſiue honoris, par. 4. diſt. 1. nu. 17.* 37
*Iudicium ciuile, & criminale, poteſt æque principaliter cumulari, cum delictum eſt tale, ex quo quis venit ad mortem principaliter condemnandus, ibid. num. 29. 40.*
*Iudicium mixtum quod dicatur ibid. nu. 92.* 54
*Iudicium poſſeſſorium triplex eſt, & quod dicatur, par. 4. diſt. 7. nu. 2.* 106.
*Iudicium extraordinarium quod dicatur, part. 4. diſt. 10 nu. 2 3. & ſeqq.* ibid.
*Iudicium quot modis poſſit dici nullum, part. 4. diſtin. 16. nu. 1. 3. cum ſeq vſque in finem.* 170
*Iudicium geſtum cum procuratore excommunicato, an valeat, ib. nu 22. cum plur. ſeq.* 173
*Iudicium agitatū ſine conſenſu patris, cum filio familias,* tendens

*tendens in eius fauorem, valet, etiam ſi ſit minor. part. 4. diſt 16. num. 51.* 177

*Iudicium agitatum contra mortuum, eſt ipſo iure nullum, licet per viuum defendatur. ibid num. 71.* 181

*Iudicium factum per delegatum, impetratum per literas ſurreptitias, vel non ſeruata forma reſcripti delegatorii, eſt nullum. ibid. num. 73.* ibid.

*Iudicium agitatum tempore vel die feriato, nullum eſt. ibid. num. 81.* ibid.

*Iudicia duplicia quæ, & quis fungatur partibus actoris in illis. part. 4. diſt. 17. num. 1.* 183

*Iudicium, lis, cauſa, & inſtantia, in quo differant part. 5. num. 1.* 196

*Iudicium quæ membra ſeu acta in ſui prima parte contineat part. 6. in princ. num. 3.* 209

*Iudicii appellatione venit etiam ſententia part. 1 n. 5.* 3

*Iudicii formalia, materialia, ſubſtantialia, & naturalia, quæ dicantur part. 2. num 15.* 6

*Iudicia diuiſoria an ſint petitoria, vel poſſeſſoria part. 4. diſt. 17. num. 10.* 184

*Iudicia præiudicialia ſeu præiudiciales actiones, quæ dicantur abſolute, & quæ reſpectiue part. 4. diſt. 20. num. 1. 2 cum ſeqq.* 185

*Iudicia omnia præiudicialia in Regno hodie ſunt ſublata. ibid num. 18. & 19.* 187

*Iuramentum teſtibus poteſt remitti per partes. part. 2. numer. 39.* 9

*Iuramentum ſuper contractu inualido, de iure ciuili non valet. part. 3. num. 56.* 20

*Iuramentum ſuppletorium an deferri poſſit poſt concluſ. in cauſa. part. 4. diſt. 9. numer. 29. fol. 121. part. 6. de iurament. n. 3. fol 300. & de concluſ. in cauſ n. 4.* 357

*Iuramentum ſuppletorium vt deferatur, quæ requirantur, part. 6 de iurament. numer. 4. vſque ad num. 10.* 337

*Iuramentum ſuppletorium non defertur hæredi. ibid. num 5.* ibid.

*Iuramentum ſuppletorium non defertur perſonæ vili, & ſuſpectæ de periurio. ibid num. 6.* ibid.

*Iuramentum ſuppletorium non defertur in cauſa ardua & criminali ibid. num. 7.* ibid.

*Iuramentum non defertur in ſupplementum cum ſemiplena probatio eſt eliſa per probationes contrarias. ibid. num. 9.* ibid.

*Iuramentum quotuplex ſit, ibid. num. 1.* 336

*Iuramentum neceſſarium, vel ſuppletorium, quod dicatur, ibid. num. 2.* ibid.

*Iuramentum litis deciſorium, quod dicatur, & qualiter deferatur, & an contra tale iuramentum admittatur probatio. ibid. num. 22.* 338

*Iuramentum veritatis quodnam dicatur. ibid. num. 24. & 25.*

*Iuramentum in litem, quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur. ibid. num. 27.* ibid.

*Iuramentum purgationis, quod dicatur, & quando deferatur. ibid. num. 28.*

*Iurare an cogatur reus, vel iuramentum referre. part. 6. de teſt. product. num 73.* 326

*Iuramentum ſuppletorium debet deferri, parte præſente, vel citat. part 6 de iurament. num. 11.* 338

*Iuramentum in Regno defertur, etiam poſt concluſ. in cauſa ibid num. 12.* ibid.

*Iuramentum an deferatur ei, qui nixus eſt probare per plures teſtes ibid. num. 13.* ibid.

*Iuramentum an deferatur in cauſis magnis. ibid. num. 14.* ibid.

*Iuramentum an deferatur periuro ibidem numer. 15. ibid.*

*Iuramentum an deferatur ex vnico teſte, deponente ſine cauſa. ibid. num. 18. Et part. 6. de teſt product. num. 14.* 317

*Iuramentum an deferatur ex officio. d. part. 6. de iurament. num. 19.* 338

*Iuramentum an deferatur in cauſa appellationis. ibid. num. 20.* ibid.

*Iuramentum an deferatur ad probandam quantitatem. ibid num. 21.* ibid.

*Iuramentum pro enormitate criminis, ſecundum* l. ſi quando. C. vnde vi. *qualiter deferatur. ibid. num 30.* 340.

*Iuramentum damnum paſſi, an, & quando faciat plenam fidem. ibid. num. 31.* ibid.

*Iuramentum promiſſorium, quod dicatur, & an inducat obligationem. ibid num. 34.* ibid.

*Iuramentum an firmet pactum nudum. ibid. numer. 35.* 341

*Iuramentum aſſertorium, quod dicatur, & quis ſit eius effectus. ibid. num 36.* ibid.

*Iuramentum confirmatorium, quod dicatur, & quis ſit eius effectus. ibid num. 37.* ibid.

*Iuramentum fidelitatis quod dicatur, & quid contineat, & cui, & à quo præſtetur. Et an etiam per tutorem vel curatorem & procuratorem præſtari poſſit. ibid. num. 38 39. 40. & 41.* ibid.

*Iuramentum ligii quod ſit & in quo differat à iuramento fidelitatis. ibid num. 43.* ibid.

*Iuramentum temerarium, vel calore iracundiæ factum, an ſeruandum ſit ibid num. 45.* ibid.

*Iuramentum illicitum, quod dicatur, & quot modis dici poteſt. ibid. num. 47.* 342

*Iuramentum in male promiſſis non eſt ſeruandum. ibid. num. 51.* ibid.

*Iuramentum an præſtari poſſit per procuratorem, habentem ſpeciale mandatum. ibid. num. 56.* ibid.

*Iuramentum turpiter receptum compellitur creditor remittere per Iudicem. part 4. diſt. 11. num 66.* 158

*Iuramentum in compromiſſo appoſitum, quid operetur. part. 6. de appell. num. 265.* 418

*Iuramentum calumniæ poteſt tacite omitti de conſenſu partium, non autem expreſſe, & quando præſtari debeat. part 6 de iurament. calum. numer. 12.* 300

*Iuramentum calumniæ exigitur per Iudicem, in quolibet parte iudicii, etiam poſt concluſ. in cauſa, & ſuper qualibet except. iuratur. ibid num 3.* ibid.

Iura-

Iuramentum calumniæ an præſtetur in cauſa criminali. ibid. nu. 4. ibid.
Iuramentum calumniæ negans ſubire actor, vel reus, qualiter puniatur ibid. nu. 6. ibid.
Iuramentum calumniæ, in quo differat à iuramento malitiæ, & veritatis ib. nu. 7. ibid.
Iuramentum calumniæ an teneatur ſubire procurator, & quomodo iuret. ibid. nu. 8. 300
Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſa appellationis. ibid. nu. 9. ibid.
Iuramentum calumniæ quid comprehendat. ibid. nu. 10. 11. ibid.
Iuramentum calumniæ credulitatis appellatur, & non veritatis. part. 6 de iurament. num. 26. 339
Iuratur de calumnia facta litis conteſtatione tam per Actorem, quam per Reum part. 6. de iurament. calum. num. 1. 299. & in his quæ emergunt ante litem conteſtatam in qualibet exceptione iuratur de calumnia. ibid. nu. 5. 300
Iurans non ludere, vel non exire domum, vel aliud ſimile, an teneatur ad obſeruantiam part. 6. de iurament. nu. 46. Item iurans aliquid turpe nu. 53. 342
Iurans delictum committere, non tenetur ad obſeruantiam iuramenti. ib. nu. 48. ibid.
Iurans non ferre teſtimonium, non obſtante iuramento, poteſt examinari. ib. nu. 49. ibid.
Iurans non fideiubere, vel ducere uxorem, in caſu quo vouerat caſtitatem, an teneatur ad obſeruantiam. ib. nu. 50 52. ibid.
Iurans per viſcera Chriſti, vel alia membra, blaſphemare dicitur. ibid. num. 54. ibid.
Iurans per Dæmones, vel aliam creaturam, an teneatur ad obſeruantiam. ib. nu. 55. ibid.
Iuriſdictio originaliter radicata eſt in Principe, & ab eo deſcendunt Iudices, ſicut riuuli à fonte ſuo part. 4. diſt. 5. nu. 3. 30
Iuriſdictio Vicarii extinguitur morte Epiſcopi. ib. nu. 75. 89
Iuriſdictio excitata dicitur, cum ſuperior committit cauſam Ordinario, quæ ſpectabat ad eius iuriſdictionem. ibid. num. 71. ibid.
Iuriſdictio Iudæis illam de iure ſpeciali habentis prorogari non poteſt. part. 4. diſt. 12. nu. 10. 163
Iuriſdictio per contumaciam non prorogatur. ibid. num. 15. 164
Iuriſdictio limitata ad certam ſpeciem cauſarum non poteſt prorogari ibid nu. 18. ibid.
Iuriſdictio à Deo conceſſa, prout eſt poteſtas excommunicandi, vel abſoluendi, prorogari non poteſt. ibid. nu 23. 165
Reliqua vide infra, in litera P. in verb. prorogatio.
Iuriſdictio voluntaria quæ dicatur, & quæ contentioſa. par. 4. diſt. 18 nu. 1. cum ſequent per totum. 184
Iuriſdictionis appellatione intelligitur ordinaria, & non delegata. par. 4. diſt. 5. num 36. 84
Iuriſdict. ordinaria conceſſa id conceſſum cenſetur, ſine quo illa explicari nequit. par. 4. diſt 6. num. 35. 79
Iuriſconſulti, qui dicti part. 3. nu. 22. 15
Iuriſdictio, cum pluribus in ſolidum non competit ſententia per vnum lata, non valet part. 4. diſtinct. 5. num. 33. 84
Iuriſdictio prorogata non extenditur, niſi inter partes prorogantes par. 4. diſt. 12. n 8. 163
Iuriſdictio prorogata in aliquem Iudicem, an mortuo Iudice, poſſit per ſucceſſorem exerceri. ibid num 9. ibid.
Ius ciuile attenditur etiam in foro Eccleſiaſtico, cum ſapit æquitatem. par. 4 diſt. 9. nu. 154. 140
Ius naturale quintuplex. & cur ita dicatur, & quando inuentum. part. 3. nu. 2. 3. 13
Ius naturale eſt immutabile, & ſemper fuit, & eſt hodie in vſu. ib. nu. 40. 18.
Ius naturale ſecundarium, quod & nunc hodie obſeruatur ib nu 5. & 41. ibid.
Ius gentium, quid & à quo introductum. ibid. numer. 8. 14
Ius gentium eſt immutabile, & Princeps non poteſt ſtatuere contra id, ſed ex cauſa poteſt id limitare, & contra illud diſpenſare ib nu. 44. 19
Ius poſitiuum, ſeu humanum, quod dicatur par. 3. nu. 82. 23
Ius diuinum, poteſt per Principem diſtingui, & limitari, licet non in totum tolli ib. nu. 72. 22
Ius diuinum poteſt per Papam limitari. ib. nu. 79. 23
Ius diuinum, an ſit ius ab aliis iuribus ſeparatum. ibid. nu 80. ibid.
Ius diuinum comprehendit ſub ſe ius naturale, & gentium ib. nu. 81. ibid.
Ius Canonicum, quod dicatur, & quare fuerit introductum, & in quibus voluminibus conſiſtat. numer. 33. 17
Ius Canonicum. ſeruatur in vtroque foro, in cauſis miſerabilium perſonarum ib. nu. 76. 22
Ius Canonicum, vno reſpectu Ciuile appellari poteſt. ib. num 82. 23
Ius Feudorum, eſt ius conſuetudinarium, & annumeratur iuri Ciuili. part. 3. num. 83. & qualiter ſit hodie in obſeruantia. ib. nu. 85. 24
Ius Feudorum, ſeruatur in Feudis Eccleſiaſticis ib. nu 93.
Ius Longobardum, aggregatur iuri Ciuili, & à quibus fuerit conditum. ib. nu. 94. ibid.
Ius Longobard. an hodie ſeruetur in Regno, & an præferatur iuri Rom. ibid. nu. 95. & ſeqq. 25
Ius Longobardum, excludit cognatos, & etiam matrem à ſucceſſionibus, non tamen excludit filios naturales, per filias fœminas, quamuis legitimas, ibid. num. 127. 30
Ius Longobardum non eſt curandum, niſi in loco, vbi obſeruatur ſecundum ! ei conſuetudinem. ib. num 98. 25
Ius municipale alicuius loci, in loco, vbi viget, ius commune appellari poteſt. ib nu. 106. 27
Ius Romanum, dignius eſt iure Longobardo. ib. nu. 118. & 119. 29

*Ius Francorum qualiter probetur, quod ſit in vſu, ibid. nu. 128.* 30

*Ius Francorum, eſt ſpeciale, & oneroſum, & contra ius commune, & per allegantem probari debet. ibid. num. 131.* 31

*Iuſtinianus Imperator, qui fuit dominus totius mũdi, ius Romanum condidit, & compilauit. d. part. 3. numer. 119.* 29

L

L*AICVS admittitur in teſtimonium contra clericum, cum ciuiliter de crimine agitur part. 4. diſt 1. num. 47.* 43

*Laicus debitor ſimul cum clerico an conueniatur coram Epiſcopo. par. 4. diſt. 11. nu. 24.* 153

*Laicus in foro Eccleſiaſtico falſum deponens, punitur ſecundum ius Canonicum. ib. num. 56. 157. & per Iudicem Eccleſiaſticum & ſecularem puniri poteſt. part. 6. de incid. crim. nu. 6.* 352

*Laici inquiſiti ſimul cum clerico, à Iudice ſeculari: omnes debent remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum. part. 6. de appell. num 394.* 432

*Latro inſignis, & famoſus ſeditioſus, vel alicuius factionis auctor, non auditur appellans. part. 6 de appell. nu. 296.* 423

*Laudum dolo latum, an ſit nullum. part. 6. de compromiſ. nu. 39.* 364

*Laudari in auctorem quando quis debeat part. 6 de auct. laudat. nu 5.* 268

*Legato vno equo Titio, & altero Mæuio, Titius primo nominatus, eligit vnum de duobus, in proœm. numer 17.* 2

*Legatum factum perſonæ incertæ, ex aliquo futuro euentu certificandæ, valet. part. 2. nu 4.* 4

*Legatarius debet capere legatum de manu hæredis, & capiens propria auctoritate cum vitio, vt quia poſſeſſio non vacat, cadit à iure ſuo. part. 4. diſtin. 7. nu. 10.* 107

*Legatarius, cum petit ſatiſdationem ab hærede, cauſa dicitur ſummaria par. 4 diſt. 9. nu 184.* 149

*Legitimatio perſonæ, quot modis fiat. part. 6. de excep. numer. 56.* 297

*Legitimatio perſonarum ſemper requiritur in cauſis, et tam ſummariis. part. 4. diſtin. 9. nu. 38.* 122

*Legitima cauſa non eſt ſummaria, ſicut cauſa alimentorum ib. nu. 168.* 141

*Lenones ciuitatum deuaſtatores dicuntur, & poſſunt per Iudicem inquiri, & de ciuitate expelli. par. 6. de inquiſ. nu 167.* 232

*Lex Moſaica Prophetica & Ciuilis, quo tempore productæ ſint part 3. nu. 9. & 12.* 14

*Lex Moſaica, & Prophetica hodie ſeruatur, & allegari poteſt ad deciſionem cauſarum. ib. nu 13.* ibid.

*Lex Moſaica, an ſit hodie in obſeruantia inter Chriſtianos. ib. num 47.* 19

*Lex Moſaica, ſeruatur etiam hodie inter Iudæos, & eſt ius ſpeciale inter eos, quo deficiente, ſeruatur ius commune. ibid. nu 49. cum ſeqq.* ibid.

*Lex Prophetica, quæ dicatur. d. part. 3. nu. 12.* 14

*Lex Prophetica, an ſit hodie in vſu ibid nu 64.* 21

*Lex Euangelica, & lex Apoſtolica, quæ dicatur. ib. num. 29. 31* 17

*Lex Apoſtolica, de hac lege require ſupra, in litera A. in verb. Apoſtolica lex.*

*Lex 12. tabularum, qualiter fuerit introducta, & de eius hiſtoria ibid num. 20.* 15

*Lex Ciuilis, à Regibus originem habuit ib. num. 14.* 14 *& quomodo hodie ſeruetur, & in quibus conſiſtat. ib. nu 63.* 21

*Leges ciuiles, quot annis ante aduentum Chriſti fuerint, ſed poſt aduentu confirmatæ fuerunt. ib. nu. 18. 29. 17. & quis eas primum dederit ib. nu. 17.* 14

*Leges Ciuiles in decretis inſertæ, non debent ſeruari, vt Canones. ib nu. 38.* 18

*Lex quamuis dura & iniuſta ſit & ſine ratione, tamen ſeruanda eſt ib. nu. 102.* 26

*Leges condere ſpectat ad ſolum Principem poſt tranſlatum imperium. ib. nu. 25. 26* 16

*Leges omnes de mundo, aut ſunt, diuinæ, aut humanæ poſitiuæ. ib. nu. 80.* 23

*Leges omnes, an hodie ſint in vſu. ib. nu. 41.* 18

*Leges Imperatorum cenſentur procedere ab ipſo Deo. ibid. nu. 120.* 29

*Legum correctio non præſumitur, niſi expreſſe appareat. part. 6. de inquiſ nu. 84.* 222

*Legibus regiis, ad quod vſque tempus vixerunt gentes. part 3. nu. 18.* 15

*Libellus in actione iniuriarum, quomodo procedat ciuiliter, vel criminaliter. par. 4. diſt. 1. nu 6.* 35

*Libellus, in quo æſtimatio iniuriæ, & delicti ſatiſdatio in pecunia petitur, an valeat. ib. nu. 19.* 38

*Libellus in ſcriptis, an detur in curia nundinarum. part. 4. diſt. 9. nu. 165.* 141

*Libellus qualiter concipiatur, in remedio* l. diffamari. *par. 4. diſt. 11. nu. 20.* 190

*Libellus contra Eccleſiam, quomodo concipiatur. part. 6. de libell. num. 9. Item contra infantem. ibid. num. 10. & contra furioſum. ib nu. 11.* 264

*Libellus non debet eſſe generalis ib. nu. 23.* 266

*Libellus nouus, an offerri debeat ſi nominatus in iudicio, compareat. part. 6. de nomin. auctor. nu 9.* 272

*Libellus qualiter formetur contra duos Reos debendi. par. 4 diſt 1. nu. 23* 39

*Libellus vt procedat, cum ſimul ex eodem delicto ciuiliter agitur, & criminaliter, qualis debeat eſſe petitio. ib nu. 28* 40

*Libellus in quo petitur quem puniri, & fieri rei reſtitutionem, valet, & ſaluatur. ibid. nu. 30.* ibid.

*Libellus in quo agitur ciuiliter de crimine, an locum, & tempus continere debeat ibid. num. 38* 42

*Libellus quomodo formetur in iudicio mixto. ibid num. 93.* 55

*Libellus, an hodie continere debeat locum & tempus, in cauſis*

*in cauſis mixtis, ſtante Regia pragmatica, quòd in cauſis mixtis procedatur ſine figura iudicii. ibid. num. 94. 95.* 55

*Libellus iniuriarum quomodo formari debeat ſuper iniuria æſtimatione, vel cum agitur ciuiliter de aliquo crimine. ib. nu. 96.* ibid.

*Libellus non requiritur, vbi proceditur ſine figura iudicii, ſed requiritur talis qualis petitio. part. 4. diſtinct. 9. num. 12. & 13. & tum etiam generalis, & incertus admittitur. ibidem numer. 14. Item ineptus,* 120. & 121.

*Libellus procedit in Regno, etiamſi petatur ſolum cogi & compelli. Item ſi agatur ex vna cauſa, & probetur de alia. ib nu. 16. 17.* ibid.

*Libellus in Regno non requiritur in ciuilibus, imo cauſa poteſt incipere ab articulis. ib. nu. 18.* ibid.

*Libellus an requiratur in cauſis ſpiritualibus. par. 4. diſt. 13 nu. 9.* 167

*Libellus ineptus in criminali cauſa, reddit iudicium nullum par. 4. diſt. 16. nu. 62.* 179

*Libellus criminalis continens indeterminatum locum valet, & in probationibus ſuppleri poteſt. ibid. num. 63.* ibid.

*Libellus non continens nomen accuſati, vel occiſi, an procedat. ib. nu. 64.* ibid.

*Libellus criminalis, an diem commiſſi criminis continere debeat, & an teneatur accuſator illum, ad inſtantiam Rei, declarare. ibid. nu. 65. pag. ead. & par 6. de libell. nu. 12.* 264

*Libellus iudici, & parti offerri debet. par. 6. de libell. nu. 1.* 263.

*Libellus, vt procedat, quid continere debeat. ibid. num. 4. & 5. & quid Libellus criminalis continere debeat. ib. nu. 12.* 264

*Libellus an poſſit præſentari die feriato ad honorem Dei. ibid num. 21. pag. 265. part. 6. de appellat. num. 273.* 410

*Libellus generalis, & obſcurus, admittitur in cauſis ſummariis, niſi tanta ſit obſcuritas, vt reus non poſſit deliberare. d. par 6. de libell. oblat nu. 24.* 266

*Libellus, in qua actio inepta exprimitur, an vitietur, in part. 6. de ſentent nu. 69.* 370

*Libellus, & litis conteſtatio non requiritur in Regno, in cauſa appellationis part. 6. de appellat. numer. 245.* 416

*Libelli porrectio non eſt de proceſſu iudicii. par 6. de libell. nu 20.* 165

*Libelli oblatio citationem præcedere debet. ibid. num. 25.* 266

*Libelli copia ſumptibus actoris dari debet part. 6. de actor. edit. nu 63.* 350

*Liber mercatoris, an probet. par. 6. de teſt. product nu. 23. cum ſeq* 318

*Liber pro ſcribente in ſui fauorem, an probet. ib. num. 30. cum ſeq.* 319

*Liber mercatoris de publico, pro tertio contra tertium an probet. ib. nu. 35.* 320

*Liber gabellariorum, an probet. ib num. 36.* ibid.

*Liber ſuſpectus vel reprobatus in vno, an probet in alio. ib. nu. 38.* ibid.

*Liber an edendus ſit parti petenti, & an debeat edi totus. ib. nu 39.* ibid.

*Liber ſpeciariorum deletis partitis crediti, & infra eas ſcriptum habens, quod facto calculo talis ſit debitor de tali ſumma, an probet ib nu. 44.* 321

*Libri ſcholarium retineri poſſunt pro expẽſis funeralibus. par. 6. de execut. nu. 47. Sed capi non poſſunt pro executione, niſi cum non habent alia bona ib. nu. 46.* 441

*Ligius quis dicatur parte 6. de iurament. numer. 44.* 341

*Lis in quo differat ab inſtantia, & quæ dicatur lis, & quando incipiat dici lis. part. 5. num. 63. 64. 65.* 204. & 205.

*Literæ cambii an probent. ib. nu. 46. 321. & an probent numerationem ib nu 53.* 322

*Literæ cambii depoſitiuæ, an poſſint reuocari. ib num. 47. & ſi ſunt perdita, an poſſit repeti depoſitum ibid. nu. 48.* 321

*Literæ cambii, antequam præſententur, ſi decoxit bancum, ad quod dirigebantur, cuius erit periculum. ib. nu. 50.* 322

*Literæ credentiæ, an probent. ib. nu 55.* ibid.

*Literæ miſſiuæ, an probent, & an obligent eum ad quem mittuntur. ib. nu. 56. 57.* 323

*Litem conteſtari recuſans, qualiter cogatur. d. part 6. de lit. conteſt. nu. 10.* 298

*Litem conteſtari, an & quib de cauſis quis cogatur vel non, ib. nu. 9. & 13.* ibid.

*Lis, quando poſſit haberi pro conteſtata ib. nu. 12.* ibid.

*Litigioſi vitium, an inducatur, ſi agitur poſſeſſorio. part. 4. diſt 3 nu. 6.* 60

*Litigioſi vitium, an inducatur coram arbitratore. ibid. nu. 7.* ibid.

*Litis pendentia, an poſſit opponi inter mercatores. part 6. de except. nu 42.* 290

*Litis pendentia an inducatur per citationem part 6 de citat. nu. 71.* 250

*Litis conteſtatio, non requiritur in cauſis ciuilibus in Regno: ſed actus ille, qui immediate ſequitur, habet vim litis conteſt part. 4. diſtin. 9 nu. 26 pag. 155 & part. 6. de lit conteſtat. nu. 2.* 297

*Litis conteſtatio dicitur lapis angularis iudicii, & non poteſt omitti, de iure communi part. 6. de lit. conteſt. numer. 1.* ibid.

*Litis conteſtatio quid ſit. ib. num. 3. & per quæ verba fiat. ib. nu. 5. & ſeqq.* ibid.

*Litis conteſtatio non inducitur per exceptionem peremptoriam oppoſitam ib. nu. 6.* 298

*Litis conteſtatio fit etiam per verbum, ignoro ib. n 7.* ibid.

*Litis conteſtatio non poteſt fieri in iudicio, abſente actore. ib. nu 8.* ibid.

*Litis conteſtatio inducitur per reſponſionem factam poſitionibus in cauſis ſummariis. quando non præceſſit libellus. part. 6. de poſitio nu. 3* 308

*Litis conteſtationis qui ſint effectus. part. 6. de lit. conteſt. nu. 15.* 298.
*Litis conteſtationem an impediat proteſtatio, cum non animo litem conteſtandi, quis reſpondet, ib. num. 16.* 299
*Litigans coram iudice à quo, poſt appellationem interpoſitam, appellationi renunciare videtur. part. 6. de appell. nu. 342.* 427
*Litigioſi vitium non inducitur, cum ſuper re aliqua agitur criminaliter. par. 4. diſt. 1. nu. 50.* 43
*Locumtenens, quære infra, in litera V. in verb. Vicegerens.*
*Locatores equorum, an ſint mercatores. part. 4. diſtinct. 9. nu. 63.* 128
*Locans poſſeſſiones ſuas & conducēs, an dicatur mercator. ib. nu. 65.* ibid.
*Ludens, & ludere videns, & mutans pecuniam ludenti, & docens ludentem, æquiparantur, & omnes pœna inducta contra ludentes, puniuntur, & idem in iurante non ludere par. 6. de iurament. nu. 46.* 342.

M.

MAGISTRATVS appellatione non venit delegatus, ſed tantum Ordinarius. par. 4. diſt. 5. nu. 49. 83
*Mandato geminato de eodem alicui facto non valet ſecundum, ſed tantum primum. part. 6. de appell num. 147.* 402
*Maritus cum agit vt procurator uxoris, cum nullum habeat mandatum, iudicium eſt nullum, licet vt legitimus adminiſtrator, agere potuiſſet. part. 4 diſtinct. 16. num. 29.* 174
*Maritus pro iniuria vxoris poteſt accuſare criminaliter, & ciuiliter per 6. de inquiſ. nu. 60.* 218
*Materia obligata, an cenſeatur obligatum materiatum, & an ſtatutum, vel diſpoſitum in materia, cenſeatur etiam diſpoſitum in materiato: & an vnum veniat appellatione alterius, & econtra par 2. nu. 18. 19.* 7
*Matrimonia antequam contrahantur, citari debent contradictores per publicum proclama; intra certum terminum, alias clandeſtina dicuntur. par. 6. de citat. nu. 102.* 253.
*Matrimonialis cauſa eſt ſummaria. par. 4. diſt. 9. num. 172.* 142
*Menſura & pondere læſus, intra quantum tempus debet conqueri, & ad quid agere poſſit part. 4. diſt. 11. nu. 45.* 156
*Mercatura an ſit ars ſordida. part. 4. diſtinctio. 9. nu. 56.* 125
*Mercator quis dicatur, & an ex vnico actu mercandi. ib. nu. 57. & 58.* 126.
*Mercator an dicatur, qui per factores exercet mercaturam. ib. nu. 61.* 127
*Mercator an dicatur, qui de præſenti non exercet mercaturam, licet de præterito exercuerit. ibid. numer. 68.* 128
*Mercator an matriculatus eſſe poſſit in diuerſis artibus, & coram quo tunc conueniri debeat. ibid. nu. 106. & 107.* 133. & 134.
*Mercator qui habet multa nomina debitorum, an poſſit iurari ſuſpectus. ib. nu. 125.* 136
*Mercator fugitiuus an liberetur, ſi creditores acceperint omnia eius bona. ib. nu. 126.* ibid.
*Mercator tanquam ſuſpectus captus, an debeat liberari ſi captura ſit iniuſta. ib. nu. 127.* ibid.
*Mercator fallitus, & fugitiuus, an poſſit torqueri, vt indicet pecuniam. ib. nu. 130.* ibid.
*Mercatores falliti non poſſunt cedere bonis. ibid. num. 131.* 137
*Mercator conuenitur ex qualibet promiſſione. ibid. num. 139.* ibid.
*Mercator an poſſit conueniri Lugduni, ex contractibus factis per eius factores. ib. nu. 141.* 138
*Mercatorum iudicium, cur ſit ſummarium. ib. num. 149.* ibid.
*Mercator forenſis an obligetur ſtatuto mercatorum. ibid. num. 73.* 129
*Mercatores an coram Iudice nundinariū conueniant, vel conueniantur pro aliis caſibus, quam ſpectantibus ad mercantiam. ib. nu. 88.* 132
*Mercator qui habuit literas cambii pro Padua, an poſſit petere pro Roma. part. 6. de teſtium productio. num. 52.* 322
*Mercator an teneatur edere chartulam, continentem ſolutionem, ibid. num. 61.* 324
*Mercatoris confeſſio, de debito in centum, plus minus: quid importet. d. part. 6. de teſt. product. nu. 80.* 327
*Mercatores an teneantur, ex contractu geſto per pueros, qui mittuntur cum caſſetta in collo. part. 4. diſtin. 22. nu 7.* 192.
*Mercator ſcribens amico, vt emat frumentum, ſed ne excedat pretium carlenorum 9. dein de ſcribens eidem, vt emat quanti poſſit, ſi ille emat 10. carlenis, an obligetur ſcribens ib. nu 13.* 193
*Mediatores & ſanſarii, an teneantur de dolo & culpa. part. 4. diſt. 9. nu. 144.* 138
*Merces an veniant in generali obligatione. ib. nu. 109.* 134
*Merces venales inuectæ in apothecam, an veniant in tacita obligatione. ib. nu. 112.* ibid.
*Mercatorum in curia omnes cauſæ ſunt ſummariæ. part. 4. diſt. 9 nu. 48.* 124
*Merces an poſſint vendicari à vero domino. ibid. numer. 113.* 134
*Merces empta ex pecunia communi, an præſumantur communes. par. 6. de teſt. product. nu. 76.* 327
*Minor an neceſſario debeat mitius puniri, an vero id ſit arbitrarium part. 4. diſt. 1. nu 84.* 49
*Minori matriculato in arte, an detur reſtitutio in integrum. par. 4. diſt. 9. nu 135.* 137
*Minor quando poſſit ſtare in iudicio. part. 4. diſtinct. 16. nu 47.* 177
*Minores non poſſunt diuidere ſine decreto Iudicis. par. 4. diſt. 27. nu. 9.* 184.

Minorr

Minor laicus litigans coram Epiſcopo, recipit curatorem ab eo, & econtra minor Clericus litigans coram Iudice laico, recipit ab eo curatorem part. 4. diſt. 11. nu. 13. 151

Minor in iudicio criminali eſſe non poteſt. part. 4 diſt. 16. num 80. 181

Minor cum adita hæreditate, per in integrum reſtitutionem eam repudiare vult, citandi ſunt omnes creditores incerti per proclama, cum termino trium menſium. part. 6 de citat. nu 103. 253

Minor an ſuper contractu iuramento firmato reſtit. in integrum petere poſſit. par. 6 de appell nu. 103. 394

Minor ætas de iure communi dicitur vſque ad 18. annos, & ætas 25. annorum legitima dicitur par. 6. de appell. nu. 80. 392

Minori litiganti per procuratorem, à ſeipſo conſtitutum cum iuramento, non datur beneficium reſtitutionis in integrum ib. nu 104. 395

Miſerabiles perſonæ trahunt immediate aduerſarios ſuos coram Imperatore, & laicos coram Iudice Eccleſiaſtico, & earum cauſa de plano expediri debent. part. 4. diſt. 9. nu. 194. 143

Item procedit in eis iudex ex officio par. 6. de inquiſ. nu. 32. 214

Miſſio in poſſeſſionem, cum facienda eſt contra abſentem in diſcenſum, debent requiri eius conſanguinei, & amici per proclama part. 6. de citat. nu. 107. 253

Mixtum iudicium, quod dicatur part. 4. diſtinct. 1. num. 92. 54

Monetam falſam faciens, in Regno Siciliæ qua pœna puniatur part 4. diſt. 2. nu 3. 57

Monitio iudicis habet vim peremptorii, & trinæ citationis part. 6. de citat. nu. 49. 246

Mulctæ per quos iudices irrogari poſſit, & an per delegatum part. 4. diſt. 5 nu 74. 89

Mulcta hodie irrogatur ad arbitrium iudicis, vnde diſpoſitio l. eos. C. de modo mulcta, non ſeruatur. ibid. nu eodem. ibid.

Mulier viuens iure Romano in Siciliæ Regno, ſine Mundualdo teſtari poteſt part. 3. nu 125. 30

Mulier, quæ per ſtatutum non poteſt contrahere ſine conſenſu propinquorum, non nomine proprio, ſcilicet ſecus ſi alieno. ibid. nu. 124. ibid.

Mulier teſtificari poteſt contra Clericum, cum ciuiliter de crimine agitur par. 4. diſt 1. nu 41. 42

Mulier in foro mercatorum, an poſſit, vt procuratrix interuenire part. 6. de except. nu. 72. 295

Mulier an poſſit liquidare inſtrumentum per Procuratorem part. 6. de inſtr. product. nu: 350

Mulier an ſine Mundualdo contrahere poſſit. part. 4. diſt. 16. nu. 37. 175

Mulier cum facit contractum ſibi vtilem, non requiritur conſenſus propinquorum part 4 diſtinct. 16. num. 39 ibid.

Mulier quæ corrumpitur ſub aliqua promiſſione, inuita dicitur corrupta & decipiens mulierem ſub talis promiſſione, vel datione, eam adulterat, & punitur pœna ſtatuti, loquentis de adulterante inuitam mulierem. part. 6. de inquiſit. nu. 167. 232

Mulier honeſta in domo examinatur, ſine citatione partis. par. 6. de citat nu. 27. 243

Mulier poteſt compromittere ſine Mundualdo, ſecundum Regiam pragmaticam. part 6. de compromiſſ. num. 11. 302

Mulier carcerari poteſt pro debito, cum inſtrumentum ſecundum formam ritus præſentatur: part. 6. de inſtrum. product. nu. 20. 333

Mulier iudex eſſe non poteſt. part. 6. de ſententia num. 98. 373

Mulier, ſiue maior, ſiue minor, reſtituitur in integrum in Regno, etiamſi veniat, vt auctrix laudata, & non datur vltra bis, & dicitur primum & ſecundum beneficium. part. 6. de appell. nu. 101. 394

Mulier litigans per procuratorem cum iuramento, an reſtituatur in integrum. ibid. nu. 106. 395

Mulier, & minor poſſunt intra quadriennium continuum petere reſtitution. in integrum, aduerſus lapſum dierum, in appellatione conſtitutorum. ibid num. 413. & 434

Mundualdus dari poteſt mulieri, etiam à Iudice deambulante. part. 4. diſt. 9 nu. 202. 144

Mundualdus non requiritur, quando mulier facit contractum ſibi vtilem part. 4. diſt 16 nu. 49. 177

Mutus iudex eſſe non poteſt. part. 6. de ſentent. num. 98. 373

N.

NATVRALIS quæ ſit cauſa, & an illi renunciari poſſit part. 2 nu. 19 8

Naturalia contractuum, iudiciorum, & aliorum actuum quæ dicantur. ib. nu. 29. ibid.

Naturalia poſſunt in contractibus tolli, de voluntate partium. ib. nu. 44. 10

Naufragorum cauſa dicitur ſummaria, & expeditur, leuato velo, & poteſt in ea iudex procedere ex officio: par. 6. de inquiſ. nu. 146. 231

Negans cum iuramento, ſe commiſiſſe delictum, licet mendacium dicat, non tamen periurus dicitur, part. 6. de interrogat. nu. 9. 274

Negotium quid dicatur, & in quo differat à cauſa & controuerſia. part. 5 nu. 68. 205

Negotiatur an ii dicatur, qui fructus prouenientes ex fundo ſuo vendit. part. 4. diſt. 9. nu. 67. 128

Negociator, quis proprie dicatur. ib. nu. 69. 129

Nominatio auctoris, cur fieri debeat ante lit. conteſt. part. 6. de nomin. auct. nu. 2. 271

Nominatio in iudicio non comparente, quid agendum ſit, ib. nu. 10. 272

Nominatio Domini in iudicio, quando fieri debeat, & quid operetur, & in quo differat à laudatione auctoris, & an habeat locum in poſſeſſorio: & quid ſi Reus nolit nominare, & ſuccumbat, an præiudicet Domino part. 6. de nominat. per tot. nu. 11 278

*Notarius vnius comitatus, poteſt facere contractum in alio comitatu, volente domino illius comitatus. part. 3. nu. 104* 26

*Notarius in die feri suo instrumentum facere poteſt part. 4 diſt. 16. nu. 86.* 182

*Notarius, Iudex chartularius dicitur, & exercet acta voluntariæ iuriſdictionis. part. 4. diſtinctio. 18. num. 3.* 185

*Notarius putatiuus ex errore communi, an acta publica facere poſſit part. 6. de actor. edit. nu. 26.* 347

*Notarius acta edere non tenetur, ſine ſalario. ibid. num. 59* 349

*Notorium dicitur, quod per decem teſtes probatur. ib. numer. 103.* 245

*Notorium non releuat ab onere probandi, non proponendi. part. 6. de appell. nu. 154.* 403

*Nullitas iudicii, ex quibus cauſis conſideretur. part. 4. diſt. 16. per tot. nu. 1.* 170

*Nullitas ſententiæ, vſque ad 30. annos poteſt proponi, & allegari part. 6. de ſentent. nu. 154.* 377

*Nullitas ſententiæ Epiſcopi, poteſt deduci coram eius Vicario, & econtra part. 4. de appellatio. numer. 384.* 431

*Nullitas ſententiæ latæ per bonum virum, confirmantem ſententiam arbitrariam, an allegari poſſit. part 4. de compro. nu. 36.* 304

*Nullitas ex defectu iuriſd. proueniens nunquam intelligitur excluſa ib. nu. 40.* ibid.

*Nullitas iudicii agitati cum falſo Procuratore poteſt vſq; ad mille annos opponi, & qualiter opponatur part. 4. diſt. 16. nu. 22 cum ſeq.* 173

*Nundinæ à mercatu an differant. part. 4. diſt. 9. nu. 50. & vnde dicantur. nu. 53.* 125

*Nuncius ad citandum poteſt eligi per iudicem, etiam famulus iuſſu, vel alterius partis. Imo ipſe etiam litigans vt citet aduerſarium part. 6 de citat. nu. 44.* 245

*Nuncius non poteſt ſine ſcriptis capere perſonam, neque bona ib. nu. 78.* 251

*Nuncius eum aliquem domi citauit, in relatione clare dicere debet, quod eum quæſiuerit in ciuitate, ſed non inuenerit, & quod ideo eum domi citarit, alias non valeret relatio. ib. nu. 127.* 256

*Nuncio priuato, electo per Iudicem, non creditur ſine literis ib. nu. 46.* 246

*Nuncio dicenti ſe citaſſe, an credatur. ib. nu. 53.* ibid.

*Nuncio, ſeu executori ad capienda bona fiſco delata, vel ad exigendas pecunias fiſcales, non creditur ſine literis. ib. nu. 77.* 250

*Nuncio ſpecialiter electo non creditur ſine literis. ib. num. 79 & ſupra. nu. 45.* 251

*Nuncii curiarum viles perſonæ plerumq; ſunt, & portant aliqua ſigna per quæ cognoſcantur. ibid. num. 42. 43.* 245

*Nuncii relatio ex actis apparere debet, antequam actus in contumaciam fiat, alias actus eſt nullus. ibid. num. 54* 246

*Reliqua vide infra, in litera R. in verb. relatio nuncii.*

O.

OBERTVS de Orto, *fuit iuriſconſultus Mediolanenſis, & ipſe librum Feudorum compilauit. part. 3. nu 84.* 23

*Obligatio antidotalis inuenta eſt de iure naturali. part. 3. num. 4.* 13

*Obligatio penes acta curiæ recipi debet coram Iudice, vel Iudice mandãte, alias recepta extra locum iudicii, non valet, nec habet executionem paratam, vnde inuehitur contra notarios actorum, qui alio modo recipiunt. part. 6. de actorum edit. num. 19.* 346

*Obligatio vt valeat penes acta curiæ recipi debet, quod etiam abſente creditore fieri poteſt. ib. num. 19. & 20. ibid.*

*Obligatio generalis, non includit veſtes, lectum, & ſupellectilia. part. 6. de exec. nu. 18. & 30.* 440

*Obſeruantia generalis, & conſuetudo, non indiget probatione ſed ſufficit eam allegare. par. 3. num. 129.* 31

*Operarii an teneantur de turbata poſſeſſione. par. 3 diſt. 7. nu. 22.* 708

*Occidens aliquem, tenetur ad expenſas medicinarum, & intereſſe operarum, æſtimando operas temporis, quo potuiſſet viuere. part. 4. diſt. 1. nu. 7.* 36

*Offenſus, qui Iudici dixit, ſe nolle accuſare, ſi inquiſitione formata velit, non auditur ib. nu. 43.* 216

*Officialis à proprio Iudice, condemnatus, de male geſtis in officio, non appellat part. 6. de appell. nu. 301.* 423

*Officialis in ſyndicatu condemnatus, non poteſt appellare. ib. nu. 302.* ibid.

*Oppreſſis ſiue à patre, ſiue à domino, ſiue ab alio potentiori licet implorare officium Iudicis, vt releuentur, & hæc dicitur denunciatio iudicialis par. 6. de denunciat. nu. 3.* 236

*Ordinarius, Require ſupra, in litera D. in verb. delegatus.*

*Ordo peruerſus, vel omiſſus annullat actum in proœm. numer. 5. & ordinem in omnibus ſeruandum variis exemplis explicatur. ib nu. 11. & ſeqq.*

*Ordo ſcripturæ ſeruari debet, & an prior in ordine, præſumatur prior in tempore. par 3. nu. 108. & ſeq.* 27

*Ordo* l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. *in actione perſonali ſolum ſeruatur. Secus in hypothecaria. part. 6. de execut. nu. 13.* 438

P.

PACTVM, *quod venditor non teneatur de euictione, an valeat. Item quod aliq; lis denuntiatione de euictione teneatur. part 2. nu. 44 f 10. & part. 6. de act. laud nu. 15.* 270

*Pactum nudum producit actionem de æquitate Canonica. Item in curia mercatorum part. 4 diſt. 9. nu. 48 f. 124 & an inter mercatores efficax ſit ad agendum part. 6, de except. nu. 5.* 292

*Pactum nudum, an firmetur iuramento. part. 6. de iurament. nu. 35.* 341

*Pactum an valeat inter ſocios, quod vnus habeat duas partes lucri, & tertiam damni. part 4. diſtinct. 4. numer. 21.* 70

Pacta facta mercatoribus fallitis, non ſunt ſeruanda par. 4. diſt 9. nu. 132. 137
Papa non poteſt laico delegare cauſas mere ſpirituales. part. 4. diſt. 13. nu 10. 167
Papa poteſt ius diuinum limitare. par. 3. nu. 79. 13
Papa eſt Iudex appellationis omnium principum, non recognoſcentium Superiorem, cum eorum ſententiæ manifeſtã iniquitatẽ continent. par. 6. de appel. n. 276. 420
Papa eſt Iudex appellationis, vacante imperio. ibid. num. 388. 432
Pater pro iniuria filii poteſt accuſare ciuiliter & criminaliter, conſanguineus, vero ſolum criminaliter. par. 6. de inquiſ. nu. 60. 65. 218. & 219
Pater poteſt remittere iniuriam factam filio, eo inuito, nec alii fratres iniuriati tunc accuſare poſſunt, velut coniuncti. ib. nu. 67. 219
Pater vilis id facere nequit, vt nec filio pupillariter ſubſtituere. ib. nu 68. & 69. 220
Pater dilapidator, priuatur adminiſtratione bonorum filii, & tunc filius agere poteſt contra patrem; ibid numer 70 ibid.
Pater inuito filio, iniuriam illatam à coniuncta perſona filio non poteſt remittere. ib. nu. 71. ibid.
Pater citatus, vt praſtet aſſenſum filio, ſi non comparcat, an iudicium ſit validum. par. 4. diſt. 16. nu. 34. 175
Pater an teneatur ex contractu filii. ead. par. diſt. 22. nu. 20. cum ſeq. maxime ſi paſſus ſit eum negotiari. ibid. 191
Pater ſi dedit pecuniam filio, vt ex ea lucretur, an lucrum communicetur. part. 4. diſt. 4 nu 32. 73
Pauperes litigantes in iudicio non tenentur ſoluere ſportulas. part 4. diſt. 9. nu. 196. f. 144. Et excuſantur à contumacia. part 9. de contumac. nu. 5. 258
Peculium caſtrenſe filii condemnati, non datur executioni part. 6. de exec. nu. 36. 440
Pœna iniuriarum ruſtici verberrantis militem. part. 4. diſt. 1. nu. 16. 37
Pœna duplici an quis pro eodem delicto affici poſſit. part. 6. de inquiſ. nu. 92. 223
Pœna irrogata pro aliquo crimine per iudicem Eccleſiaſticum an poſſit iterum irrogari à iudice ſeculari, pro eodem crimine, & econtra. par. 4. diſt. 1. nu. 20 fol. 38. & part. 6. de inquiſ nu. 97. 225
Pœna cum applicatur fiſco ex contractu illicito cauſa dicitur ciuilis. Secus ſi ex delicto. part. 4. diſtinct 1. numer. 39. 42
Pœna pecuniaria delicti à lege introducta, an parti vel fiſco applicetur ib. nu 40. ibid.
Pœna obligationis, an debeatur in curia mercatorum. par. 4. diſt. 9. nu. 111. 135
Pœna arbitraria, an & quando poſſit per Iudicem extendi vſque ad mortem part. 4. diſt 1. num. 59. cum ſeqq. 44.
Pœna capitalis de qua pœna intelligatur ib. nu. 63. f. 54. & part. 4. diſt. 2. nu. 25. & 6 57
Pœna mortis in arbitrariis nunquam imponitur in delictis attentatis, & non conſummatis. ib. nu. 65. 45
Pœna omnis à iure determinata eſt hodie arbitraria Iudici, quia poteſt illam augere, & minuere ex cauſa. part. 4. diſt. 1. nu. 81. 49
Pœna ordinaria minuitur propter ſenectutem, iuuentutem, furorem, vel ebrietatem, vel iuſtum calorem, ſeu excellentiam hominis. ib. nu 83 ibid.
Pœna ſtigmatis in facie hominis, eſt à iure prohibita, & ſtatutum illam imponens, non valet. part. 4. diſt. 2. nu. 8. 58
Pœna reiteranda ei, qui non fuit ſufficienter pro crimine punitus, qualis eſſe debeat. part. 5. de inquiſit. num. 100. 101. 225
Pœna poteſt exacerbari, in exemplum, & ob delicti frequentiam. ib. nu. 113. & 114. 228
Pœna pecuniaria, poteſt irrogari per Iudicem Eccleſiaſticum, debet tamen poſt illam erogare in fabricam Eccleſiæ. ib. num. 116. ibid.
Pœna quæ fit contra committentes conuenticulam, ſeu conſpirationem. ib. nu. 129. 230
Pœna falſæ monetæ, eſt vltimum ſupplicium cum publicatione bonorum. ib. nu. 186. 234
Pœna mortis. poteſt per Iudicem permutari alicui in pœnam, vt ſit perpetuus carnifex, & cenſetur ſeruus pœnæ part. 6 de exec. nu. 25 439
Pœna mortis pro crimine non debet irrogari homini valde diſciplinato & perito in aliqua arte, vel ſcientia. Idem quando à die commiſſi delicti eſſet lapſum longum tempus. Idem quando criminoſus ſtetiſſet magno tempore carceratus pro illo crimine, & hoc procedit in pœna mutilationis membri. ib nu 60. 442
Petitio hæreditatis, an ſit actio mere realis, vel perſonalis, in rem ſcripta. part. 4. diſt. 3. nu. 61. 66
Petitio hæreditatis non datur ei, qui quandoque fuit in poſſeſſione, & ab ea cecidit. part. 4. diſt. 7. nu 7. & datur etiam ad rem particularem. nu. 8. 107
Petitorium iudicium quod dicatur, & quod poſſeſſorium. part. 4. diſt. 7. nu. 1. & 2. 105
Pignoratitia actio an realis, vel perſonalis dicatur. part. 4 diſt. 3. nu. 60 66
Plebiſcitum, quod dicatur & quando introductum. par. 3. nu. 21. 14
Poſitio, articulus, & capitulum quid ſint, & qualiter inter ſe differant. part. 6 de poſitio. numer. 1. 2. 3. 6. 307. & 308.
Poſitioni criminoſæ ſeu continenti turpitudinem, an, & quando ſit reſpondendum, part. 6. de interrogat. numer. 7. 274
Poſitioni de facto alieno, in criminalibus non debet reſponderi. ib. nu. 11. ibid.
Poſitioni iuris non eſt reſpondendum ib. nu 17. 275
Poſitionem faciens cenſetur fateri, quod ponit. Secus ſi interroget. part. 6 de poſitio. nu. 6. 308
Poſitiones fieri debent poſitiue, non autem interrogatiue, & quæ ſit ratio. ib. nu. 13 309
Poſitiones ſi ſint admiſſæ ſaluo iure impertinent. quod operentur iſta verba ib nu. 23. ibid.
Poſitionibus poteſt reſponderi per verbum, credo; quid iſto

*iſto caſu eſt veritatis expreſſiuum ibid num.14 ibid.*
*Poſitionibus cum reſpondetur, an poſſit eſſe præſens Aduocatus, nec Procurator reſpondentis. ibid. nu. 15. & 16. ibid.*
*Poſitionibus nolens reſpondere habetur pro confeſſo. & qua ratione hoc practicetur, & quid ſeruetur in Regno, part 6. de app. nu 358.* 419
*Poſſeſſio non tranſit ad hæredem, niſi apprehendatur. Fallit tamen cum defunctus poſſedit per colonum. part. 4. diſt. 7. nu. 3.* 106
*Poſſeſſio antiquior non prodeſt agenti poſſeſſorio retinendæ, cum ab ea cecidit, facto ſuo, ex propria alienatione ib. nu 25.* 109
*Poſſeſſio alienata per eum, qui aliено nomine poſſidet, poteſt per dominum recuperari, cond. ctione ex* l. fin. C. de acq poſ. *ib. nu 59.* 113
*Poſſeſſionem ingrediens auctoritate decreti iniuſti, punitur de vi turbatiua. par. 4 diſt 16. num. 76.* 181
*Poſſeſſorium iudicium triplex eſt, & quod dicatur. d. par. 4 diſt. 7. nu. 2.* 106
*Poſſeſſorium adipiſcendæ, quando habeat locum, & quid requiratur. ib nu. 45.* 111
*Poſſeſſorium adipiſcendæ non datur hæredi, qui quandoque habuit poſſeſſionem, & ab ea cecidit. ibidem numer. 5.* 106
*Poſſeſſorium adipiſcendæ eſt etiam remedium* l. fin. C. de edict. D. Adri. tol *ib. nu. 12.* 107
*Poſſeſſorium adipiſcendæ etiam dicitur, cum beneficiatus implorat Iudicis officium, vt mittatur in poſſeſſionem beneficii canoniter acquiſiti ib. nu 13.* ibid.
*Poſſeſſorium retinendæ quod dicatur, & quando locum habeat, ib. nu. 14.* ibid.
*Poſſeſſorium retinendæ, non datur contra deiectum, turbantem ſuum deiectorem. ib. nu. 17.* 108
*Poſſeſſorium retinendæ, datur etiam pro iuribus incorporalibus. ib nu. 27.* 109
*Poſſeſſorium recuperandæ, quod dicatur, & quando habeat locum, ib. nu. 28. cum ſeqq* ibid.
*Poſſeſſorium beneficii, quando dicatur cauſa ſpiritualis, & an poſſit talis quæſtio coram Iudice laico ventilari. part. 4. diſt. 13. num. 5.* 166
*Poſſeſſorio retinendæ, duobus litigantibus, ille obtinet, qui antiquiorem poſſeſſionem probat, etiamſi aduerſarius probaret de titulo, verum debet articulare, quod habens titulum, poſſideat clam, reſpectu ſuæ poſſeſſionis. part 4 diſt. 7. nu. 19.* 108
*Poſſeſſoria remedia recuperandæ multa ſunt. ibid. nu. 28. cum ſeqq* 109
*Poſſeſſoria remedia an ita ſint priuilegiata contra tertios non ſpoliantes, ſicut contra ipſos ſpoliatores. part. 4. diſt. 6. nu. 44.* 99
*Poſſeſſoria cauſa qualibet eſt ſummaria ib. nu. 46.* 100
*Poſſeſſio de præſenti, an arguat poſſeſſionem de præterito. part. 4. diſt 7. nu. 23.* 108
*Poſſeſſio antiqua an præſumatur continua ibid. num. 24. ibid.*
*Præceptum de ſoluendo an ſit ſententia interlocutoria vel diffinitiua part. 6. de ſentent. numer. 27.* 383
*Præceptum quod ſit in confeſſum, an dicatur ſententia, vel non ib. nu. 28.* ibid.
*Prælatus an poſſit compromittere de rebus Eccleſiæ. par. 4. diſt 14. nu. 5.* 168
*Prælatus licet de iure poſſit eſſe Iudex in cauſa ſua Eccleſiæ. poteſt tamen, vt ſuſpectus, recuſari part. 6. de appel nu. 51.* 390
*Præſens in iudicio, an debeat citari, vel certiorari part. 6. de citat. nu. 12.* 241
*Prætores, quando electi à Romanis, & quis dicatur Prætor vrbanus, & quis peregrinus, par. 3. nu. 24.* 16
*Præuentio non impeditur per citationem factam ad petitionem porrigendam part 6. de citat. num. 71. in fin.* 250
*Præuentio quando locum habeat. part. 4. diſtinct. 3. num. 45.* 64
*Primo nominatus, cenſetur maior, dignior part 3. num. 117.* 29
*Princeps poteſt ex cauſa diſtinguere, & limitare ius gentium, non autem in totum tollere. Idem in iure diuino. part. 3. nu. 45. ſol. 19. & nu. 72.* 22
*Princeps habet omnem Iuriſdictionem originaliter radicatam in ſe, & ab eo dependent omnes Iudices, ſicut riuuli à fonte. part. 4. diſt. 5. nu. 3.* 84
*Princeps ſolus, & non inferior, cauſam ſummarie committere poteſt part. 4. diſt. 9. nu. 3 Nec cenſetur cauſam ſummarie committere, niſi expreſſe dicat. ibid nu. 5.* 80
*Princeps citare poteſt die feriata ad honorem Dei part. 6. de citat. nu. 122.* 255
*Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa propria quam habet cum ſuo ſubdito. Secus, ſi cum non ſubdito. part. 6. de appell. nu. 34.* 349
*Princeps poteſt appellationem tollere. ib. nu. 340. f. 317. & ab eo non appellatur. n. 248.* 415
*Principalis debet excuti, antequam conueniatur fideiuſſor, vel tertius poſſeſſor. part. 4 diſt. 10. nu. 11.* 187
*Priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo, contra pariter priuilegiatum, part 4. diſt. 6. nu. 43.* 99
*Probatio, quæ ſolum iudici concludit, poteſt recipi, etiam parte non citata part. 6. de citat nu 10.* 243
*Probatio per confeſſionem admittitur etiam poſt concluſum in cauſa. Item poſt terminum datum ad probandum, & probatum habendum. part. 6. de confeſ. nu. 23.* 313
*Probatio dubia interpretatur contra producentem. ibid. num. 32.* 314
*Probatio, an admittatur contra iuramentum litis deciſorium part. 6. de iurament. nu. 13* 339
*Probatio per rei euidentiam, & loci aſpectum, admittitur poſt concluſionem in cauſa part. 6. de concluſ. in cauſ. num 6.* 358
*Probatio ad defenſionem rei in criminalibus part 6. de dilat. nu. 3.* 305
*Probationes, quando requirantur plenæ, & quando ſemiplenæ, in cauſis ſummariis part. 4. diſtinct. 9 numer. 46.* 124

Prela-

*Probationes receptæ in proceſſu inquiſitionis, non pereunt, ſuperueniente accuſatore, ſed remanent in ſuo robore. part. 6. de inquiſ. nu. 47* 216

*Probationes non concludentes, an probent inter mercatores part. 6. de teſt. product. nu. 72.* 326

*Procurator qui per 20. annos geſſit ſe pro procuratore, an debeat docere de mandato. part. 6 de except. num 58.* 291

*Procurator eo ipſo intelligitur conſtitutus, quod afferat ſecum inſtrumentum debiti ib. nu. 59.* 292

*Proceſſus fabricatus ſuper inepto libello in criminalibus eſt nullus, par. 4. diſt. 16. nu. 62.* 179

*Proceſſus factus die feriato ad honorem Dei, an valeat. ib n. 3. & part. 6. de act. edit. nu. 45. & 46.* 349

*Proceſſus factus coram incompetenti Iudice, an fidem faciat coram competenti, & quid de confeſſione. part 6. de inquiſ. nu 103.* 226

*Proceſſus ſi ſit deperditus, & nouus fabricatus, & poſtea primus repertus, ſecundum quem debeat ſententia ferri, par. 6. de actor. edit. nu. 52.* 349

*Proceſſus criminalis qualiter & quo ordine debeat à Iudice fabricari, vt poſſit ad torturam deuenire. part. 6. de quæſt. nu 10* 356

*Procurator an admittatur in criminalibus. par. 4. diſt. 1. nu 51. cum ſeqq.* 43

*Procurator an in crimine iniuriarum admittatur. ibid. nu 53.* ibid.

*Procurator an poſſit compromittere vel tranſigere ſine ſpeciali mandato. part. 4. diſt. 14. nu. 4. 168. & part. 6. de compromiſſ. nu. 8.* 302

*Procurator falſus, vel ſubſtitutus, à non habente poteſtatem, facit iudicium cum eo agitatum, eſſe nullum par. 4. diſt. 16. nu. 19.* 173

*Procurator habens poteſtatem ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere ante litem conteſtatam, niſi hoc expreſſum ſit in mandato ib. nu. 28* 174

*Procurator, qui litem conteſtatus fuit in cauſa, in ſingulis actu citari debet, alias ſi citetur dominus, non valent acta, niſi procurator eſſet impeditus. ib n. 55.* 178

*Procurator adminiſtrans negocia abſentis, poteſt per Iudicem remoueri ob ſuum contemptum, & contumaciam par. 6 de inquiſ. nu. 193.* 235

*Procurator compelli poteſt per Iudicem ex officio, vt de mandato doceat ib. nu. 194.* ibid.

*Procurator quomodo iuret de calumnia. par 6. de iur. calum nu. 8.* 300

*Procurator agens cum mandato dubio, tenetur ſatiſdare de rato part 6. de except nu. 3.* 281

*Procurator litigantis mortui poteſt condemnari. par. 6. de ſentent. nu. 108.* 373

*Procuratoris prælati, vel rectoris Eccleſiæ, quamuis litis effectus ſit dominus, mandatum extinguitur per mortem prælati, vel rectoris. ib nu. 105.* 374

*Procurator, an, & quando patiatur executionem expenſarum in bonis ſuis, & quid in procuratore in rem ſuam par. 5 de execut. nu 40.* 441

*Prodigo poteſt interdici adminiſtratio per Iudicem, ſine alicuius citatione part. 6. de citat. numer. 31.* 244

*Producens teſtem pro ſe, an poſſit eum reprobare, in alia cauſa. part. 6. de repulſ. teſt. nu. 10. vel ex ſuperueniente cauſa. nu. 11.* 354

*Promittens ſoluere Romæ, Capuæ, & Venetiis, in die S. Marci, an poſſit ibi conueniri, ſi in eo loco non reperiatur part. 4. diſt. 9. num 115. & quid ſi procurator eius ibi inueniatur. nu. 117.* 135

*Promittens ſoluere centum, & ſi non ſoluat, ſe daturum decem, an licite petat illa decem ibid. num. 115. ibid & part. 6. de teſt. product. nu. 68.* 325

*Promittens ſoluere debitum in pluribus ſolutionibus, & ſi non ſoluat primam ſolutionem, quod teneatur ad totum, an poſſit purgare moram, part. 6. de except nu 59.* 288

*Prorogatio iuriſdictionis, fit per ſubmiſſionem, & per communem conſenſum. par. 4. diſt. 6 nu. 23* 94

*Prorogatio iuriſdictionis, quædam eſt voluntaria, & quædam neceſſaria ibid nu. 30.* 96

*Prorogatio in iure multipliciter accipitur part. 4. diſt. 12. num. 2.* 151

*Prorogatio iuriſdictionis, poteſt fieri de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum ibid. num. 3. ibid. Item tacite, & expreſſe. ibid. num. 11.* 163

*Prorogatio iuriſdictionis inducitur per exceptionem dilatoriam oppoſitam, non autem per petitionem copiæ libelli, nec per confeſſionem. ib nu. 12* 164

*Prorogatio tacita, non poteſt fieri in cauſa criminali, nec etiam expreſſa ib nu. 14* ibid.

*Prorogatio de loco ad locum tacite fieri non poteſt, ſed expreſſe ſic. ib. nu. 15.* ibid.

*Prorogatio per reconuentionem duplici modo inducitur. ib nu. 17.* ibid.

*Prorogatio iuriſdictionis, nunquam fit per contumacem ib. nu 16.* ibid.

*Prorogatio, an & quando impediat, error part. 4 diſt 12. num. 21.* 165

*Prorogatio non poteſt fieri in cauſa appellationis, & quæ ſit ratio, ib. nu 22.* ibid.

*Prorogari non poteſt iuriſdictio Iudicis, habentis illam de iure ſpeciali. ib. nu. 10. 165. Nec iuriſdictio delegati. par. 4. diſt. 6. nu 29.* 96

*Prorogari non poteſt iuriſdictio à Deo conceſſa, prout eſt poteſtas excommunicandi, vel abſoluendi, nec per clericum iuriſdictio alterius Epiſcopi, ſine conſenſu ſui Epiſcopi part 4. diſt 12. nu. 23.* 165

*Prorogari an poſſit iuriſdictio alterius Iudicis, per ſubditos Baronibus, ſine conſenſu Baronum. ib nu. 25. ibid.*

*Prorogatus Iudex non poteſt ſententiam ſuam exequi ib. num 19.* ibid.

*Proteſtatio, quod non animo conteſtandi litem, quis reſpondeat, an impediat lit. conteſtat. part. 6. de lit. conteſt. nu 16.* 299

*Proteſtatio contra teſtes, an, & quando ſit neceſſaria, vt concedatur repulſa, & quid operetur. part. 6. de repulſa num. 2.* 353

*Proteſtatio contra teſtes, quandoque proteſtanti nocere ſolet.ib.nu 4.* 354

*Proteſtatio quam facit volens repulſare teſtes, quod videlicet id non faciat animo iniuriandi, an releuet,ib. num.12.* ibid.

*Proteſtatio facta de actu cuius nihil operatur euentus, nihil valet.par.6.de appell.nu.149.* 402

*Prouocatio,quid ſit, & in quo differat ab appellatione. ib.nu.6.* 386

*Prorogatio iuriſdictionis, de loco ad locum, an requirat expreſſum conſenſum partium.part. 4.diſt.12. num. 4.* 162

*Prorogatio iuriſdictionis,fit etiam de caſu ad caſum.ibid. num.5.* 163

*Prorogatio de tempore ad tempus, qualiter fiat, & de re ad rem.ibid.nu.6.& 7.* ibid.

*Publicatio an ſit neceſſaria in foro mercatorum. part.6. de teſtium product nu.82.* 328

*Pupillo an poſſit lis denunciari part.6. de auct.r.laudat. num.7.* 268

*Publicatio & concluſio an ſit de ſubſtantia proceſſus, ſeu iudicii part.2.nu.28.* 8

*Publicatio proceſſus, quare & qualiter fiat, & quis ſit eius effectus,& an ſit de ordine iudicii part.6.de publ. num.1.* 350

*Publicatio omiſſa, vel facta die feriato, non vitiat proceſſum ib.nu.4.* 351

*Publicatio facta de voluntate partium, non validat depoſitiones teſtium,non rite examinatorum.ib.num.1. ibid*

*Publicatio poteſt fieri in atteſtationibus vnius partis, cum citius expedita fuerunt, & poſtea alterius.ibid. num.8.* ibid.

*Pupillus, & vidua,dicuntur miſerabiles perſonæ,cum ſunt pauperes,alias non par.4.diſt.9.nu.195.* 144

*Pupillus litigans in iudicio ſine tutore,facit iudicium ipſo iure nullum,& cum non habet tutorem, eius conſanguinei citari debent, fallit, quando ſententia lata eſſet in fauorẽ pupilli.par.4 diſt 16.n 43.176. Pupillus,cum debet pati miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto,citari debent eius cõnſanguinei,per proclama part 6.de citat. nu.106.* 253

*Purgatio Canonica,quæ dicatur, & quæ vulgaris part. 6.de iurament.num.29.* 340

Q.

*QVERELA quid ſit, & in quo differat ab appellatione,& quando habeat locum, & quot modis accipiatur. part.6.de appell.num 114.* 396

*Querela intentatur coram eodem Iudice, ſicut ſupplicatio.ib.nu.116.* ibid.

*Querela eſt neceſſaria in reuocatione attentatorum, caſu, quo manus Iudicis non fuerunt ligatæ per appell. ibid.num.117.* 397

*Querela competit cum Iudex tradat cauſam expedire. ibid.num.119.* ibid.

*Querela,quæſtio, querimonia, & lamentatio,qualiter inter ſe differant.ib.nu.121.* ibid.

R.

*RAPTOR virginis, condemnatus, non poteſt appellare.part.6.de appell.nu.295.* 423

*Rationales electi,an debeant iurare.part. 6. de teſt.product.nu.45.* 321

*Reconuentio facta poſt litem conteſtatam,an habeat effectum iuriſdictionis prorogatiuum part. 4.diſtinct.6. num.6.* 92

*Reconuentio,an fieri poſſit coram diuerſis iudicibus.ibid. nu.14.& coram Iudice,aduerſus quem Reus quadam oppoſuit.ib. nu.16.* 93

*Reconuentio an habeat locum coram arbitro.part.5. de auctor.laudat.nu.3.267.& par.4.diſtin.6 num.20.* 94

*Reconuentio an habeat locum coram Iudice mercatorum.part.4.diſt,9.nu.114.* 134

*Reclamatio quid ſit & quando locum habeat.par. 6.de appell.nu.11.* 387

*Reconuentio ante litis conteſt fieri debet,vel in continenti poſt,alias pari paſſu cum conuentione non ambulat. part.4.diſt.6.nu.5.* 91

*Reconuentio pari paſſu ambulat cum conuentione, & fit proceſſus ſimultaneus, ſed debet prius reus actori reſpondere, & poſtea actor reo, & ſi actor non reſponderet reconuentioni,non proceditur ſuper conuentione ib. num.7.* 92

*Reconuentio an fiat coram delegato.ib.num.13.29.* 93 *Item coram Iudice prorogato.ib.nu.23.f.94.& coram Iudice appellationis.ib.nu.24.95. Item coram Iudicibus particularibus,ad certa negotia,vel per ſonas,deputatis.ibid.num.28.ibidem. & coram Iudice cauſarum certæ ſpeciei,vel diuerſæ,ib.nu.32.* 96

*Reconuentio an fieri poſſit,cum Iudicis officium imploratur.ib.nu.36.98 Item cum cauſa reconuentionis requirit celeritatem.ib.nu. 36.* ibid.

*Reconuentio non fit,cum per viam extraiudicialis iuriſdictionis proceditur,quod facit pro capitulis Regni.ib. num 37.* ibid.

*Reconuentio an locum habeat in cauſis ſummariis. ibid. num.38.98.Item in cauſis executionis.ib.d. num 39. f.99.& in cauſis criminalib ib.nu.56.& ſeq.fol 102. & cum per viam Inquiſitionis proceditur.ib.num.65. ibid.*

*Reconuentio non fit, cum præſentatur inſtrumentum ſecundum formam ritus,nec cum creditor petit familiam,vt ingrediatur poſſeſſionem vigore pacti executiui.ib.nu.40.* ibid.

*Reconuentio an, & quando locum habeat in cauſa poſſeſſorii.ib. num.41.* ibid.

*Reconuentio an fieri poſſit de poſſeſſorio,cum agitur de petitorio.ib.nu.49.* 101

*Reconuentio fieri poteſt contra clericum coram Iudice laico,ib.nu.53.* 102

Recon-

Reconuentio de cauſa ciuili, an fieri poſſet per accuſatum criminaliter, & econtra. ib. nu. 66. 104
Reconuentionis cauſa debet vna, & eadem ſententia terminari, niſi primo liqueret de vna cauſſa, quia poteſt vnam tantum diffinire Iudex, & procedere in alia, etiamſi appelletur. ib. nu. 10. 92
Reconuentionis cauſam etſi Iudex non expediat pari paſſu, valet tamen proceſſus, ſed male facit, & debet appellari ib. nu. 12. 93
Reconueniens an poſſit renunciare ſuæ conuentioni, ad impediendam ſuam reconuentionem. ib. nu. 55. 102
Recuſatio Iudicis ſuſpecti, quando locum habeat, & ex quib. cauſis fieri poſſit par. 6. de appel. n. 24. cũ ſeqq. 388
Recuſationi renunciare cenſetur, qui poſt eam litigat coram Iudice recuſato. Idem in appellante. ib. nu. 75. 391
Recuſari non poteſt Iudex per eum, qui illum impetrauit ib nu. 76. ibid.
Reductio petitur apud Iudicem Eccleſiaſticum, à compromiſſo facto in Clericum. & laicum ib. nu. 393. 432
Reductio ad arbit. boni viri, an impedit executionem, & in quo differat ab appellat ib. nu. 122. 397
Reductio vſque ad 30 annos peti poteſt. ib nu. 124. ibid.
Reductio coram quo Iudice petatur ib nu 125. 398
Reductio an peti poſſit contra laudum, ſuper compromiſſo iurato, & an ſaltem ſit neceſſaria à iuramento abſolutio. ib. nu. 127. ibid.
Reductio habet locum ſolum in ſententia arbitratoris, nõ arbitri ib nu. 267. 422
Reductioni ante ſententiam renunciari non poteſt. Secus in appellatione. ib. nu. 543. 419
Redhibitoria, vel quanto minoris, an intentari poſſit contra vnum ex venditoribus, ſi plures fuerunt venditores, & non reperiuntur omnes. part 4. diſtinct. 9. num 99. 133
Redhibitoria an agat qui emit mediante proxeneta. ibid. num. 145. 138
Redhibitoria ſi in vna re tantum habeat locum, & duæ res ſint venditæ, an pro vtraque competat. part. 4 diſt. 4 num. 63 78
Rei vendicatione conuentus, ſi alienet lite pendente, iudicium cum eo finitur part. 4 diſt. . nu 9. 61
Rei vendicatione conuentus, ſi opponat except. excommunicationis, debet interim poſſeſſio cum fructibus ſequeſtrari ib nu 8. 60
Rei vendicatione conuentus, ſi ſit contumax, quid faciendum ib nu 9. 61
Regulæ ſtandum eſt, donec limitatio probetur. par. 3. nu. 115
Relatio nuncii eſt actus ſubſtantialis, & die feriato fieri non poteſt num 55. & poteſt fieri ſoli actorum magiſtro. ib. nu. 57. 246
Relatio, quod ſit, & quod modis accipiatur. part. 4. de appell. nu. 7 8. 386
Relatio eſt actus ſuſpenſiuus, ſicut appellatio: & ea pendente, nihil poteſt innouari ib nu. 10. 387
Relegatio non eſt pœna capitalis. part. 4. diſtinct. 2. nu. 6. 58
Remedium l. diffamari, quando competat. part 4. diſt. 21. numer. 3. & an competat aduerſus Prælatos aut contra fiſcum, vel contra tutores. ibid numer. 9. 10. 11. 188. & 189
Remedium l. diffamari, vt competat, quæ requirantur. ibid. numer. 17. 18. & coram quo intentetur. ibid. numer. 19. 190
Renuntiatio generalis, an extendatur ad remedium. l. 2. de reſcin. vend. part 6. de appell. nu. 86. 393
Reſtitutio in integrum ſub qua forma imploretur. ibid. num 78. 392
Repulſa teſtium non admittitur in cauſis ſummariis, in quibus ſufficit ſemiplena probatio. part. 6. de repulſa. num. 19. 355
Repulſa teſtium, qualiter, & quando petatur. & quis terminus detur ad eam, & quid de repulſa repulſæ ib. num. 1. 353
Repulſa contra teſtes debet crimina in ſpecie continere, nec ſufficit probare in genere, quod quis ſit crimino ſus. ibid. num 3. ibid.
Repulſa teſtium cum ſit poteſt altera pars facere articulos comprobatorios. & probare quod teſtes per triennium fuerint probi viri, pro quibus præſumitur. ib. nu. 3. circa med. ibid.
Repulſa an, & quando admittatur in cauſa appellationis. ib. num. 13. 354. & in cauſa attentatorum ibid. num. 15. 355
Repulſa non permittitur in teſtibus, per producentem approbatis ib. num. 16 Nec in crimine læſæ maieſtatis. num. 17. Nec in cauſa blaſphemiæ Dei ibid num. 18. ibid.
Repulſam petens, & non probans ſaltem ſemiplene punitur ad decem tarenos. Item ſi producat articulos impertinentes. ib. nu 5. 354
Repulſam opponens, & non probans contra teſtes, an teneatur iniuria. ib nu. 15. 355
Repulſare non poteſt teſtem qui eum pro ſe produxit etiam in alia cauſa, & etiam ſi agitur inter alias perſonas. Fallit ſi poſt productionem ſuperueniret noua cauſa repudiandi. Item ſi vellet repulſare dicta teſtis, & non perſonam. ib nu. 10. 11. 12. 354
Res iudicata quid ſit. part. 6. de ſentent. numer. 128. 375
Reſtitutio in integrum datur per iudicem Eccleſiaſticum Eccleſiæ quæ cum laico contraxit. part. 4. diſtinct 11. num. 16 152
Reſtitutio in integrum concedenda eſt aduerſ... tionem hæreditatis, citari debent creditores per proclama. part. . de citat num. 10.. 253
Reſtitutio in integrum datur etiam poſt concluſ... auſa part 7. de concluſ nu 3. 357
Reſtitutio in integrum, quid ſit, & quis ſit eius effectus. part. 6 de appell num 77. & quibus conceda... nu. 79. & ſeqq. 392
Reſtitutio ex leg 2 C. de reſcin. vend. petitur vſque ad 30 annos. aliæ vero reſtitutiones vſque ad quadriennium part 6 de appell. nu. 84. 392

*Sententia an poſſit ferri de nocte. part. 6. de ſentent. nu. 92.* 372.

*Sententia excommunicationis poteſt ferri die feriato. ib. num. 39.* 348

*Sententia quid ſit, unde dicatur, & in quo differat ab interlocutoria part. 6. de ſentent. nu. 1. 2. 3.* 361

*Sententia diffinitiua lata ex officio Iudicis nobili, poteſt per eundem Iudicem eodem imperio reuocari. ib. num. 8.* 362

*Sententia an præſumatur lata cum cauſæ cognitione. par. 4. diſt. 16 nu. 18.* 173

*Sententia lata parte præſente, licet non citata, an valeat. ib nu. 15.* 172

*Sententia expertorum in arte, an transeat in rem iudicatam part. 6. de teſt product. nu. 88.* 328

*Sententia per ſortes, an valeat, & an poſſit ab ea appellari ib. nu. 86.* ibid.

*Sententia diffinitiua debet ferri, & recitari ex ſcripto, interlocutoria vero valet ſine ſcriptis, ſed poſtea debet in ſcriptis redigi. part. 6 de ſententia. numer. 12. & 16.* 363

*Sententia relata ad conſilium, quod non apparet in actis, non valet. ib. nu. 14.* ibid.

*Sententia, in qua Iudex pronunciat, quem eſſe condemnandum, vel abſoluendum, an valeat, & quid ſi dicat. pronuncio prout in conſilio continetur. ib. num. 15. ib & nu. 125. & 126.* 374

*Sententia diffinitiua reperitur aliqua, quæ habet vim interlocutoriæ ib nu. 45.* 367

*Sententia mulctæ quid continere debeat ad hoc, vt valeat, & quæ ſint tales ib. nu. 47. 50.* ibid.

*Sententia lata à Iudice non ſedente, non valet. ib nu. 48. & an ipſe ſententiam legere debeat num 49. & 56.* 368 *& an & quando à Iudice ſtante ferri poſſit. ibid. nu. 55. & part 4. diſt. 9 nu 35* 122

*Sententia an continere debeat cauſam, quæ mouetur Iudex part. 6. de ſentent. nu 50.* 368

*Sententia lata ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla. ib. num. 51.* ibid.

*Sententia nomen Iudicis continere debet. ib. num 53 ibid. & nu. 96.* 373

*Sententia lata à Iudice, ignorante fundamentum ſuæ poteſtatis, non valet. ib nu. 54.* 368

*Sententia ſine proceſſu & probationibus, an valeat. ib. n. 59 & 66 & nu. 60 & 65.* 369

*Sententia debet ferri conformis libello. ib. nu. 51. & quando id locum non habeat num 61. & part. 4. diſtinct 9. num. 33.* 122

*Sententia lata pro eo, qui ſine actione agit, an valeat. par. 6. de ſent nu. 66.* 370

*Sententia debet ferri in loco ſolito, & quando, & in quibus id locum non habeat. ibid num. 71. 72 79. 83. 85. & 86.* 370. & 371

*Sententia die feriato lata non valet. ib. nu. 88.* 372

*Sententia eo die, & hora, qua facta eſt citatio, ferri debet, non ante, vel poſt, niſi citatus ſit contumax. ibid. num. 89.* ibid.

*Sententia Iudicis lata poſt inſtantiam, vel appellationem deſertam, non valet. ib. nu. 90.* ibid.

*Sententia lata dilatione pendente, non valet. ib. num 93.* ibid.

*Sententia lata, ante habitum conſilium ſapientis, non valet. ib. nu. 94.* ibid.

*Sententia vtraq; parte abſente lata, non valet, etiamſi ſe abſentaſſent, poſtquam Iudex incœpit legere ſententiam. ib. nu. 95.* ibid.

*Sententia lata à perſona priuata, & Iudice incompetente, & publice infami, & ignorantis ſe Iudicem, vel de eo dubitantis non valet. ib nu 96. 97. 100. & 102.* 373

*Sententia lata à Iudice poſtquam detulit appellationi & poſt inhibitionem ſuperioris non valet. ibid. numer. 102.* ibid.

*Sententia debet continere nomina litigantium, habilium ad litigandum ib. nu. 104.* ibid.

*Sententia lata contra minorem in defenſum, non valet, ſed pro eo lata valet. Secus in furioſo, vel infante, quia etiam pro eo lata non valet. ib. nu. 105. 106.* ibid.

*Sententia lata contra defenſorem non legitimum, ſeu falſum procuratorem, non valet. ib nu. 110.* 374

*Sententia lata in iudicio, agitato nomine mortui, qui viuere putabatur, nulla eſt. ib. nu. 111.* ibid.

*Sententia lata contra Dominum, non valet, cum lis agitata fuit cum Procuratore. ib. nu. 112.* ibid.

*Sententia lata contra tutorem inhabilem, item contra carceratum, vel alio ſimili modo impeditum, ſi Iudex impedimentum ſciat, eſt ipſo iure nulla ibid. num 113. & 114.* ibid.

*Sententia manifeſtam iniquitatem, item falſam vel erroneam cauſam continens, eſt ipſo iure nulla ib. nu. 116. & 118.* ibid.

*Sententia lata contra aliam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non valet. ib. nu. 119.* ibid.

*Sententia incerta, regulariter non valet. ib. nu. 120.* ibid.

*Sententia faciens mentionem de procuratore, de cuius mandato non apparet, non tenet. ib. nu. 121.* ibid.

*Sententia cauſam finalem continere debet: & quæ ea ſit. ib. nu. 122.* ibid.

*Sententia, per quam declaratur quem teneri ad 100 perinde habetur, ac ſi condemnaſſet ib. nu. 124.* ibid.

*Sententia an valeat, ſi Iudex dicat: condemno, ſi probatum eſt, vel ſi dicat: condemno: imo abſoluo, vel pronuncio, prout talis Iudex, vel condemno: vel abſoluo ſeu condemno, ſaluo eo, quod infra dicam. ibid. num. 127.* 375

*Sententia quibus caſibus non tranſeat in rem iudicatam. ib. nu. 128. cum plur. ſeq.* ibid.

*Sententia lata è conſilio Doctoris, & ex iudicio peritorum: Item ex iudicio mercatorum, & ex præſumptis probationibus nunquam tranſit in rem iudicatam. ib. nu 130. & ſeqq* ibid.

*Sententia lata per teſtes. deponentes de credulitate, & in cauſa matrimoniali & ſuper ætate, ex aſpectu: Item ſuper excuſſione debitoris lata, non tranſit in rem iudicatam. ib. nu. 134. & ſeqq.* 376

*Senten-*

*Sententia in rem iudicatam non tranſit cum debitor illam iniquam eſſe fatetur. ib. num. 138. Item cum ex probationibus reprobatis lata eſt. ib. num. 138. & 139. ibid.*

*Sententia in rem iudicatam non tranſit, cum quis condemnatur ad publicationem bonorum in caſu prohibito. nu 140.* ibid.

*Sententia in cauſa vſuraria lata, in rem iudicatam non tranſit. ib. num. 141. Item cum lata eſt per teſtes, aſſignantes cauſam: quia ſum vicinus, vel conſanguineus. Item, cum appare. de iniquitate, per euidentiam facti. Item cum lata eſt ex falſis teſtibus, vel inſtrumentis. Item cum lata eſt prætextu iuramenti neceſſarii falſi. Item cum agitur de periculo anim. Item cum cauſa redit ad non cauſam. ibid. num. 143. & ſeqq.* 377

*Sententia lata à corrupto per pecuniã: Item lata in cauſa beneficii Eccleſiaſtici: Item ſententia excommunicationis, & ſententia contra minorem ex falſis allegationibus lata, non tranſit in iudicatum. ib. nu. 149. & ſeqq. & nu. 102.* ibid.

*Sententia nulla, nunquam tranſit in rem iudicatam, & poteſt de nullitate dici vſque ad 30. annos. ib. nu. 153. & 154.* ibid.

*à Sententia etiam in caſibus in quibus non tranſit in rem iudicatam, debet appellari intra decem dies, qualiter autem hoc procedat, vide ib. num. 155. ibid. & de appel. num 125.* 398

*à Sententia præfecti prætorio, & à ſententia ſacri conſilii non appellatur. ib. num. 250. 251. d. part. 6 de appellat. 416. & 417.*

*à Sententia lata in interdicto* quorum bonorum, *non appellatur. ib. num. 323.* 425

*Sententia an ſemper executioni mandetur, ab eodem Iudice, qui eam tulit part. 6. de execut. nu. 2.* 435

*Sententia delegati, non poteſt executioni mandari per delegatum, ſed debet id fieri per delegantem. ib. nu. 4* 437

*Sententia exequitur per Iudicem à quo, appellati ne deſerta. ib. nu. 7.* ibid.

*Sententia exequi nequit contra tertium, non nominatum in iudicio. ib. nu. 32.* 440

*Sententia lata contra emptorem, mandatur executioni contra auctorem laudatum, ex eodem proceſſu. ib. num. 41.* 441

*Sententia contra ius litigatoris, licet tranſeat in rem iudicatam ſi non appelletur, poteſt tamen contra eam peti reſtitutio, ex clauſula generali. ib. nu. 61.* 442

*Sententia non poteſt continere pœnam in caſu, quo illi non pareatur. ib. nu. 62.* ibid.

*Sententia arbitri poſt compromiſſum expiratum lata, non valet part. 6. de ſentent. nu. 91.* 372

*Sententia arbitri emologatur taciturnitate 10. dierum: ſed arbitratoris 30 ann. part. 6. de appellat. numer. 125.* 398

*Sententia arbitri an producat actionem, vel exceptionem, & quando dicatur emologata tacite, vel expreſſe, ibid. nu. 262. cum ſeqq.* 417

*Sententia arbitri, rem illicitam, vel manifeſtam iniquitatem continens, reſcinditur per doli exceptionem, quæ impedit executionem, etiam poſt 10. dies, & exigit pœnam, & intereſſe. ib. nu. 266.* 418

*à Sententia arbitri iuris appellatur ib. nu. 272.* 420

*Sententia arbitri, etiam iniquæ, eſt parendum, metu pœnæ ib. nu. 261.* 417

*Sententia arbitratoris poteſt reſcindi per remedium l. 2.* C. De reſcin. vend. *part. 4. diſt. 14. nu. 8.* 168

*Sententia appellatione, venit diffinitiua, non autem interlocutoria, niſi in materia indifferenti, & cum abſurditas non reſultat. part. 6. de ſentent. num. 5.* 362

*Sequeſtratio fructuum poteſt fieri etiam appellatione pendente. part. 6. de appell. nu. 188.* 407

*Seruus Iudex eſſe non poteſt. part. 6. de ſentent. num. 98.* 373

*Simoniacus de crimine ſimoniæ condemnatus, non appellat. par. 6. de appell. nu. 298.* 423

*Signatura facta in vaſe vini, an transferat dominium, par. 4. diſt 4 nu. 53.* 67

*Silentium perpetuum, cum imponitur, an requiratur bona monitio, & an fieri debeat eodem inſtanti. part. 4. diſt. 21. nu. 15. 16.* 189

*Simulatio quotuplex ſit part. 6. de except. nu. 20. & 29. & quomodo allegetur. nu. 31.* 285

*Syndicus vniuerſitatis, quod nomen debeat ponere in libello. part. 6. de libel. nu. 7.* 264

*Socius non poteſt eſſe Iudex in cauſa ſocii. par. 6. de appell. num. 59.* 390

*Societas quid ſit, & quot modis contrahatur. part. 4. diſt. 4. nu. 3. & 4.* 68

*Societas tacita, quando, & inter quos contrahatur. ibid. nu. 5. & ſeq.* ibid.

*Socius qui fecit maiorem impenſam altero, an in diuiſione repetat. ib. num. 14.* 70

*Socius, qui habuit plures filios operantes, an debeat habere maiorem partem. ib nu. 17.* ibid.

*Societatis an licite contrahatur, vt vnus præbeat operam, alter vero pecuniam. ibid. nu. 18.* ibid.

*Socii an poſſint paciſci, vt vnus habeat duas partes lucri, & damni, & alter tertiam ib. nu. 19.* ibid.

*Socii, quorum vnus poſuit capitale, alter vero operam tantum, capitali deperdito, an damnum ſit commune. ib. nu. 23.* 71

*Socius proficiſcens cauſa ſocietatis, an deducat ante omnia expenſas itineris. ib. nu. 24. ibid. & part. 4. diſtinct. 9. nu. 103.* 133

*Societatis ſignum, an remaneat penes ſuperſtitis, in ſocietate. part. 4. diſt. 4. nu. 25.* 71

*Societas inita, in quinquennium, ſi vnus poſuit capitale, alter operas, an ſi in primo anno perditum ſit capitale, poſſit cogi ad ponendum aliud. ibid. nu. 26* 72

*Societas contracta, ad commune lucrum, & delucrum, ita vt debeat intra menſem reddi ratio, an ſi non ſit reddita intra menſem, audiatur. ibid. numer. 27.* 73

Socius

Socius an teneatur conſortio reddere rationem de geſtis, & adminiſtratis, & ſi non reddat, ad quid teneatur. ibid. num. 28. ibid.
Socii diſsidentes ſocietatem, qua cautione ſeruentur indemnes. ib nu. 34. 74
Socius in mercantia, an in ſolidum teneatur pro contractu ſocii part. 4. diſt 9. nu. 94. & 95. 132
Socius, an poſſit cauſam ſocietatis compromittere. ib numer. 97. ibid.
Socius quando teneatur conſocio, de mercibus per prædones ſibi ablatis, ib. nu. 98. 133
Socius, an habeat beneficium, ne conueniatur, vltra quam facere poteſt. ib. nu. 100. ibid.
Socius, qui noluit contribuere in expenſas factas pro re communi reficienda, an perdat partem ſuam. ibid. numer. 102. ibid.
Socius tenetur conſocio de dolo, & culpa. ibid. num. 104. ibid.
Socius an poſſit accuſari de morte ſocii. ibid num. 136. 137
Societas probatur per intitulationem librorum. part. 6. de teſt product. nu. 78. 327
Societas non probatur ex eo, quod per aliquos alternis vicibus, negotietur. ib. nu. 79. ibid.
Solutio debiti, in dubio cedit potius in debitum proprium quam fideiuſſorium, & potius in pœnale, & vſurarium, & in magis antiquum, in proœm. nu. 20. 2
Sonus campanæ, quæ ſigna importet. part. 4. de citat. num. 214. 254
Sortis iudicium, quale ſit part. 6. de teſtium product. numer. 85. 328
Sortis iudicium, non reſcinditur per appellationem, nec per reſtitutionem part. 6. de appell nu. 257. 417
Spolium, an deducatur in iudicio per viam actionis, vel exceptionis, & quæ ſit differentia part. 4. diſtinct. 6. num. 50. 101
Spoliatus agens, non tenetur aduerſario ſuo reſpondere, niſi prius reſtituatur. ib. nu 42. 99
Spoliatus, citatus per ſpoliantẽ in alia cauſa, poteſt contra citationem opponere, & non tenetur comparere, nec reſpondere. ib nu 52. 102
Spurius non dicitur coniunctus, & litigando cum conſanguineo, non poteſt ſecundum pragmat. petere compromiſſum, & quid ſi aduerſarius ſit ſimiliter ſpurius. part. 6 de compromiſſ. nu. 20. 21. 302. & 303
Spurii non veniunt appellatione ſuorum. part. 6. de inquiſ. num 64. 219
Status quæſtione intentata, quieſcit omne iudicium, ſiue prius ſiue poſtea intentatum, tam ciuile, quam criminale. par. 4 diſt. 20. nu. 7. 188
Statutum quod mulier contrahere non poſſit ſine propinquorum conſenſu, non comprehendit mulierem, alieno nomine contrahentem part. 4 diſtin. 16. num 37. 175 & intelligitur de contractibus damnoſis, non autem vtilibus ib nu 48. 177
Statutum quod fiat compromiſſum inter affines, non comprehendit abſentem, inſtrumentum, ſententiam, vel obligationem liquidam. part. 6. de compromiſſ. numer. 18. 302
Statutum Principis ſecularis, non poteſt ligare clericos. ib. num 26 303
Statutum, quod omnes cauſæ compromittantur, non comprehendit cauſas mixti imperii. ib. 32. ibid.
Statutum, quod debitum non poſſit probari, niſi per inſtrumentum, an habeat locum inter mercatores. part. 6. de teſt. product. nu. 58. 325
Suſpectus an, & quando contrahens in nundinis, allegari poſſit part. 4. diſt. 9 nu. 120. 135
Statutum mercatorum: vt contra ſcripturas eorum, nulla poſſit opponi exceptio, an valeat. ib. nu. 77. 130
Statutum, quod pater teneatur pro filio, & quod emens rem in publico foro non teneatur, domino reſtituere, an valeat. ib nu. 75. & 76. ibid.
Statutum, quod credatur libro mercatoris, comprehendit etiam eos, qui mercatores fuerant. ib nu 77. ibid.
Statutum, quod filius mercator obligetur, qualiter intelligatur. ib nu. 80. ibid
Statuta loci ſeruanda ſunt, in executione ſententiæ faciendæ part. 6. de execut. nu. 10. 437
Subditus aduerſarii, repellitur à iudicando. part 6. de appell. nu. 40. 389
Subſtitutio pupillaris, non poteſt fieri per patrem, vilem perſonam par. 6. de inquiſit. nu. 69. 220
Summaria cauſa quæ & quando dicantur, vide plene par 4. diſt. 9. nu. 6. 7 cum ſeqq. 118 & 119
Reliqua, vide ſupra, in litera C. in verb cauſa ſummaria.
Supplicatio, quid ſit part. 6. de appell & in quibus differat ab appellatione. part. 6. de appell. num. 12. 15. 16. & ſeqq. 387
Supplicatio eadem die poteſt fieri viua voce, qua fertur ſententia, ſed poſtea, non niſi in ſcriptis. ibid num. 23. 388
Supplicatione pendente, fit executio cum ſatiſdatione, ib. num. 16. ibid.
Supplicari non poteſt ante diffinitiuam ſententiam. Nec plus quam ſemel. ib nu. 20. & ſeqq. ibid.
Supplicans non tenetur reficere expenſas, quamuis nihil probauerit ib nu. 19. ibid.
Supplicans, negligentiam ſuam, vel aduerſarii circumuentionem allegare debet, ſed non Iudicis iniquitatem. ib nu 22 ibid.
Suorum appellatione, in proſequente iniuriam, qui & vſque ad quem gradum veniant, & an veniant ſpurii part. 6. de inquiſ nu. 62. 218
Surdus Iudex eſſe non poteſt part 6. de ſentent. num. 98. 373
Suſpicio Iudicis, ex quibus cauſis poſſit allegari par 6. de appell. nu. 14 cum ſeqq. 387
Suſpicio excluditur ex pari ratione affectionis ibid num. 57. 390
Suſpicio contra Iudicem ſuperueniens in cauſa, poteſt in quacunque iudicii parte opponi, etiam poſt concluſ ib. num 74. 391

Suſpicio

*Suſpicionis cauſa contra Iudicem laicum cognoſcitur in Regno per Iudicem Eccleſiaſt. part. 4. diſt. 11. nu. 57.* 157

*Suſpectus de fuga, propriâ auctoritate, etiam per priuatum, capi poteſt ſine Iudicis commiſſione. part. 6. de citat. nu. 62.* 247


## T.


TABERNARII *vendentes vinum limphatum, pro puro, qualiter puniantur. part. 4. diſt. 11. num. 39.* 155

*Tabernarius mittens famulum ad merces comparandas obligatur per famulum. part. 4. diſt. 22. nu. 11.* 193

*Taxatio expenſarum, fit mediante iuramento litigatoris. part. 6. de iurament. nu. 33.* 340

*Taxatio expenſarum, fieri poteſt, etiam pendente appellatione. par. 6. de appell. nu. 197.* 407

*Taxatio expenſarum, cùm fit, an requiratur partis citatio part. 6. de execut. nu. 21.* 439

*Tempus petendi apoſtoles, quando currere incipiat, an à die ſententiæ, vel à die appellationis. part. 6. de appellat. nu. 220.* 410

*Termino dato Reo, ad denunciandum actori durante, an debeat ſuperſedere in cauſa. part. 6. de laudat. auctor. nu. 8.* 268

*Terminus ad proponendum omnes exceptiones ſtatui poteſt. part. 4. diſt. 21. nu. 12.* 189

*Terminus in quo nihil probatum, an ad inſtantiam actoris debeat reintegrari. part. 6. de except. num. 83.* 296

*Terminus ad allegandum in iure, an detur. part. 6. de teſt. product. nu. 83.* 328

*Terminus breuiſſimus dari debet in foro mercatorum, niſi probationes offerantur de longinquo. part. 6. de except. num. 81.* 296

*Tertius, cùm venit ad impediendam executionem, cauſa dicitur ſummaria. part. 4. diſtinct. 9. num. 178.* 142

*Teſtamentum ſecundum, non tollit primum, cum in primo eſt clauſula derogatoria. part. 2. nu. 44.* 10

*Teſtamentum, quòd in ſcriptis non valet, non valet, vt nuncupatiuum. par. 4. diſt. 9. nu. 204.* 145

*Teſtamentum cùm eſt publicandum, fieri debet citatio per proclam. par. 6. de citat. nu. 109.* 253

*Teſtamentum ne aperiatur, vel ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, non appellatur. part. 6. de appellat. nu 312.* 425

*Teſtis de ſuo iudicio deponens non probat. part. 1. num. 2.* 3

*Teſtis rationem, & cauſam ſcientiæ diuerſam à dicto ſuo aſſignare debet, alias non probat. part. 2. numero 7.* 5

*Teſtis vnus facit plenam fidem in cauſis modicis, & ſummarijs. part. 4. diſt. 9. nu. 191.* 143

*Teſtis cuius dicto neceſſario ſtandum eſt, examinari poteſt, parte non citatâ. ibidem, num. 28.* 121

*Teſtis de cuius morte vel receſſu metuitur, parte non citatâ poteſt examinari, ib. nu. 29.* ibid.

*Teſtis interrogari non poteſt, an quis bonâ, vel malâ fide poſſideat. par. 6. de interrogat. nu. 16.* 278

*Teſtis deponens ſine bona cauſa ſcientiæ ſi ſit interrogatus, non probat. part. 6. de teſtium product. nu. 9. 10. & 11.* 316

*Teſtis etiam non interrogatus cauſam ſcientiæ reddere debet in his, quæ iudicio intellectus percipiuntur, alias non probat. ib. nu. 12.* 317

*Teſtis non aſſignans cauſam ſcientiæ, non eſt ſufficiens, vt deferatur iuramentum ſuppletorium. ibid. nu. 14.* ibid.

*Teſtis de credulitate probat contra producentem. ibid. num. 16.* ibid.

*Teſtis depoſitio. per verbum:* iudicio ſuo, *non valet. ib. num. 17.* ibid.

*Teſtis de auditu non probat, niſi in factis antiquis. ibid. num. 18.* ibid.

*Teſtis depoſitio non iurata, non probat. ibid. nu. 19.* ibid.

*Teſtis iuratus debet dicere veritatem pro vtraque parte ib. num. 20.* ibid.

*Teſtis deponens falſum non iuratus, non punitur pœnâ falſi, ſed extraord. pœnâ. ib. nu. 21.* ibid.

*Teſtis de mera veritate iurare debet, alias non probat. part. 6. de iurament. num. 25.* 339

*Teſtis an puniri poſſit de falſo, à Iudice, coram quo falſum depoſuit, etiamſi is alias eſſet incompetens. Et quid ſi eſſet clericus, an poſſit puniri per Iudicem laicum, & econtra. part. 6. de proceſſ. pub. & inqui. crim. num. 2. 4. 5.* 351

*Teſtis deponens in fauorem partis aduerſæ, non facit fidem, cum ea fuit cõtra eum proteſtata ad eum repulſandum. part. 6 de repulſa. num. 4.* 354

*Teſtis falſum deponens poteſt repulſari etiam per producentem. ib. nu. 12.* ibid.

*Teſtis in cauſa non poteſt in eadem eſſe Iudex. part. 6 de appell. nu. 54.* 390

*Teſtis dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non creditur, ad infringendam eius depoſitionem. part. 6. de confeſſ. nu. 1.* 311

*Teſtes aſſignantes cauſam non concludentem, fidem faciunt in cauſis ſummarijs. Idem eſt in teſtibus infamibus, & alias à iure reprobatis. part. 4. diſtinct. 9. num. 34.* 122

*Teſtes, cùm examinantur ad perpetuam rei memoriam, cauſa ſummariè expeditur, & eorum depoſitiones ſolum intra annum fidem faciunt in Regno. ibid. num. 1. 6.* 143

*Teſtes laici nolentes deponere coram Iudice laico, poſſunt excommunicari per Iudicem Eccleſiaſt. part. 4. diſtin. 11. nu. 54.* 157

*Teſtes vacillantes, ſeu falſũ deponentes, poſſunt inquiri*

*ex officio, & per Iudicem puniri. part. 6. de inquiſ. num. 150.* 231
*Teſtes cùm examinantur vltimâ die termini, non requiritur citatio partis, ad videndum iuramenta teſtium. part. 6. de citat. nu. 18.* 242
*Teſtes examinantur ſine citatione partis ſuper damno, ſeu furto in ſyluis paſſo. part. 6. de citat. nu. 26.* 243
*Teſtes ad probandam innocentiam recipi poſſunt etiam poſt concluſum in cauſa. part. 6. de dilatio. num. 3.* 305
*Teſtes, an examinari debeant intra terminum datum ad probandum, & quid ſi detur ad probatum habendum, & quid in cauſa repulſa. ibid. nu. 19. 20. & 21.* 307. & 316
*Teſtes examinari poſſunt die feriatâ, dummodo iurent die iuridicâ. part. 6. de teſt. product. nu. 4. & de act. edit. nu. 40.* 348
*Teſtes vltra ſeptem examinari non poſſunt, ſuper vnoquoque articulo. ib. nu. 5.* 316
*Teſtes in loco iudicij examinari debent, niſi ſint perſonæ egregiæ mulieres, infirmi, vel alio modo impediti. ib. nu. 6.* ibid.
*Teſtes citati intra terminum, iurare poſſunt infra tres dies poſt terminum. ib. nu. 8.* ibid.
*Teſtes produci poſſunt vſque ad publicationem in cauſa, & non vlterius niſi æquitate dictante. part. 4. diſt. 9. nu. 156. f. 140. & ſuper nouis articulis, dependentibus à veteribus. ib. nu. 22.* 317
*Teſtis an poſt didicita teſtificata in foro mercatorum produci poſſint. part. 6. de except. nu. 84.* 296
*Teſtes ſimul cum ſcriptura poſt publicationem poſſunt produci part. 6. de inſtrument. productio. num. 48.* 335
*Teſtes non rite examinati, non validantur per publicationem factam de voluntate partium. par. 6. de public. num. 5.* 351
*Teſtes debent citari, & examinari intra terminum datum ad repulſam, & eo elapſo, non admittuntur. part. 6. de repulſa. nu. 6.* 354
*Teſtium examinationes quo ordine fiant, & quid ſeruetur in Regno. part. 6. de teſtium product. numer. 1.* 316
*Teſtium depoſitio non valet parte non citatâ, nec præſtito iuramento. ib. nu. 2.* ibid.
*Teſtium nomina non tenetur quis edere parti ante publicationem. part. 6. de actor. edit. nu. 60.* 350
*Teſtium repulſa non admittitur in cauſis ſummarijs, in quibus ſufficit ſemiplena probatio. part. 4. diſtin. 9. nu. 179.* 142
*Reliqua vide ſupra in lit. R. in verb. repulſa.*
*Timens offendi ab aliquo, officium Iudicis implorare poteſt, vt eum compellat ad præſtandam cautionem de non offendendo. par. 6. de ſatiſdat. nu. 13.* 277
*Titulum ſuæ poſſeſſionis ſeu beneficij, an, & quando teneatur quis oſtendere. part. 4. diſt. 13. nu. 6.* 167
*Tortura à timidiori, ſeu à magis ſuſpecto, vel à fœmina, item à filio, vbi pater & filius ſunt incriminati, incipi debet, in proœm. nu. 13. 14.* 2
*Tortura poteſt irrogari ſtantibus iudicib. par. 6. de inquiſ. num. 127.* 230
*Tortura an irrogetur in crimine, vbi venit irroganda pœna fuſtigationis. part. 4. diſt. 2. nu. 5. & 6.* 91
*Tortura poteſt irrogari ei, qui non vult reſpondere libello, coram Iudice. par. 6. de quæſt. nu. 6.* 356
*Tortura ad pœnam, eſt meri imperij. ib. nu. 2.* 355
*Tortura pro quib. crimin. ib. irrogari poſſit. ibid. num. 5.* 356
*Tortura irrogari poteſt teſtibus vacillantibus, tam in cauſa ciuili quàm crim. ibid. nu. 6.* ibid.
*Tortura an poſſit in cauſa appellationis irrogari. ibid. numero 8.* ibid.
*Tortura, vt irrogari poſſit, quis ordo præcedere debeat. ib. nu. 16. 17.* 357
*Tortura cùm eſt irroganda, qualiter decretum interponi debeat. ib. nu. 14.* ibid.
*Tortura illata, ſi Reus non confiteatur, indicia ſunt purgata. ib. nu. 16.* ibid.
*Torqueri non debet is, contra quem ſunt plenæ probationes, alias Iudex mortaliter peccat. ib. nu. 11.* 356
*Tranſactio criminis facta cum accuſatore, an impediat ne alius poſſit accuſare, vel Iudex inquirere. part. 6. de inquiſ. nu. 55.* 217
*Tranſactio in criminalibus, quid operetur, maximè in caſibus permiſſis ib. nu. 56. 57.* ibid.
*Tranſactio in criminalibus, quibus caſibus hodie ſit permiſſa ib. nu. 73.* 220
*Tranſactione factâ in criminalibus, an, & quando Iudex procedat ex officio. ib. nu. 76.* 221
*Tranſigentibus in criminalibus licitum eſt aliquid ab accuſato accipere, pro expenſis, & intereſſe, & pro æſtimatione damnorum. ib. nu. 74.* ibid.
*Tranſactio in ciuilibus, in præiudicium fiſci, an ſit permiſſa per conſtitutiones Regni. ib. nu. 79.* ibid.
*Tranſactio in ciuili cauſa facta per contumacem bannitum, & condemnatum, facit illum omnem pœnam euitare. Secus in criminali. ib. nu. 79.* ibid.
*Tributarium prædium detinens, poteſt citari per edictum & elapſis ſex menſibus priuatur prædio. part. 6. de citat. nu. 93.* 252
*Trigeſima, quando debeatur in foro nundinario, & de quibus rebus. part. 6. de except. nu. 73.* 295
*Trigeſima debet ſolui, ſi partes tranſigunt. ibid. nu. 78.* ibid.
*Trigeſima non debet ſolui, per pauperes, viduas, & miſerabiles perſonas. ib. nu. 80.* 296
*Turbatio poſſeſſionis qualiter probetur. part. 4. diſtinct. 7. num. 15.* 108
*Turbare quis quot modis dicatur. ib. nu. 20.* ibid.
*Turbationis qualitas, an ſit exprimenda. ibid. nu. 35.* 110
*Tutelæ cauſa an compromittatur. part. 6. de compromiſſ. nu. 30.* 303

Tutor

*Tutor qui adminiſtrauit, eſt primo conueniendus. in procem. nu. 18.* 2
*Tutor cùm accuſatur vt ſuſpectus, cauſa criminalis dicitur. part. 4. diſt. 1. num. 18.* 38
*Tutor litigans pupilli nomine quæ ſolemnia facere debeat, ne iudicium reddatur nullum. part. 4. diſtinct. 16. num. 52.* 177
*Tutor non poteſt facere procuratorem ante lit. conteſt. ſed actorem cum decreto Iudicis, aliàs non valet iudicium. ibid. num. 54.* 178
*Tutor ſuſpectus poteſt ex officio iudicis inquiri, & remoueri. part. 6. de inquiſ. nu. 174.* 233
*Tutor petitus dari inquiri poteſt per iudicem, an ſit idoneus, & an reperiantur alij magis idonei. ibid. num. 197.* 135
*Tutor cùm dandus eſt alicui, vel curator per iudicem, ſine inquiſitione, non requiritur citatio alicuius. part. 6. de citat. nu. 35.* 244
*Tutor ante omnia in iudicio de ſolennitatibus docere debet. Et poſt datum terminum ad probandum, litis exceptio opponi poteſt part. 6. de except. num. 4.* 281
*Tutor qui iuſtam cauſam litigandi non habuit, debet in expenſis condemnari, & contra eius bona fit execut. part. 6. de execut. nu. 39.* 441

V.

VASALLVS *contumax, qui citatus dixit, nolo venire, ſtatim perdit feudum. part. 6. de contumac. num. 24.* 261
*Vendens pannos fracidos pro bonis, & libros corruptos, quomodo puniatur. par. 4. diſt. 11. nu. 36. & 37.* 155
*Vendens vnum pro alio an puniatur, & reſcindatur, venditio. ib. num. 43.* ibid.
*Vendens rem maiori pretio, quam in conſilio ſit ſtatutum, an valeat venditio. part. 4. diſt. 4. nu. 61.* 77
*Venditione factâ ad certam menſuram, quæ non præſtatur, an agatur, quanti minoris. ib. nu. 64.* 78
*Venditio an intelligatur facta, per hæc verba: Vis mihi vendere equum tuum, & alter reſponderit, quod ſic, & quod cuperet pro eo 100. florenos; & alter dixerit: quod vellet pro eo ſoluere 100. florenos Bononienſes, ille autem reſponderit: tu me intellexiſti. nu. 42.* 75
*Venditio, an valeat, ſi dicatur, vendo pro decem, & illo pluris, quo Titius æſtimauerit. ibid. num. 44.* ibid.
*Venditus equus ſi mortuus ſit intra triduum, an poſſit agi redhibitoria. ib. nu. 58.* 77
*Vendito equo, an cenſeatur venditus cum freno, & ſella. ib. nu. 57.* ibid.
*Venditor animalis, ſi expreſsè proteſtetur, ſe nolle teneri de vitijs, an nihilominus teneatur. ib. nu. 59.* ibid.
*Vendere mihi offerentem, an poſſim cogere vt vendat. ib. num. 56.* ibid.
*Venditor carnis, tenens pondera diminuta, an debeat puniri. d. part. 4. diſt. 11. num. 44.* 156
*Venditor an teneatur de euictione, nullâ factâ denunciatione, ſi notorium erat, ſecuturam euictionem. part. 6 de auct. laudat. nu. 16.* 270
*Venditor, an teneatur præcisè ad rem tradendam. part. 6. de inſtr. product. nu. 19.* 332
*Venditor tenetur ad intereſſe, de euictione, & litem defendere, quod includit etiam ſubminiſtrationem expenſarum. part. 6. de auct. laudat. nu. 17.* 270
*Vendere frumentum tempore cariſtiæ poteſt quis compelli per iudicem part. 6. de inquiſ. nu. 181.* 234
*Verba*, ſine figura iudicij, *quid importent, & ponitur intellectus iurium municipalium regni. part. 4. diſt. 9. num. 11. 12.* 119
*Verborum ordo in legatis, & diſpoſitionibus ſeruatur, in procem. num. 17.* 2
*Vicarius, ſeu locum tenens, an dicatur Ordinarius, vel delegatus. part. 4. diſt. 5. nu. 56. cum ſeqq.* 87
*Vicarius an poſſit conſtitui ab inferiori à Principe. part. 4. diſt. 5. num. 19.* 82
*Vicarius ſeu locum tenens, in caſu quo poteſt de iure conſtitui, quam poteſtatem habeat, & de quibus cauſis poſſit cognoſcere. ib. nu. 20.* ibid.
*Vicarius an poſſit alium vicarium ſibi ſubſtituere. ibid. num. 22.* 83
*Vicarius in loco tribunalis principalis ſententiam ferre debet. part. 6. de ſentent. num. 74.* 372
*Vicarius generalis poteſt in omni loco ſuæ prouinciæ ius reddere ib. nu. 82.* ibid.
*Vicarius poteſt recuſari, vt ſuſpectus, ex ſola ſuſpicione ſui Ordinarij. part. 6. de appell. nu. [illegible].* 89
*Vicarij iuriſdictio extinguitur morte Epiſcopi. par. 4. diſt. 5. num. 62.* 88
*Vicarij iuriſdictio ſuſpenditur per excommunicationem Epiſcopi. ib. nu. 75.* 89
*Vicariorum tres dicuntur eſſe ſpecies. ib nu. 6.* 80
*Viceduces, Vicereges, Vicecomites dicuntur iudices Ordinarij. nu. 10.* 81
*Victor quandoq; petitur expenſarum condemnationem. part. 6. de interrog. num. 2.* 273
*Vidua dicitur miſerabilis perſona, quando eſt pauper, aliàs ſecus. part. 6. de inquiſ. num. 133.* 230
*Vniuerſitas an reſtituatur aduersùs ſententiam, propter inſtrumenta de nouo reperta part. 6. de appell. n. 98.* 394
*Vniuerſitas non poteſt conueniri pro damno clandeſtino, niſi præcedat inquiſitio generalis contra malefactores. part. 6. de inquiſit. nu. 11.* 218
*Vniuerſitas poteſt citari per edictum. part. 6. de citat. num. 94.* 252
*Vniuerſitas, an in die Veneris ſancta citari poſſit ad ſonum tabellæ, ex quo non pulſantur campanæ. ibid. num. 112.* 254
*Vniuerſitas cuiuslibet ciuitatis, caſtri, vel villæ, quæ regitur per Syndicum, habet reſtitutionem in integrum, part. 6. de appellat. nu. 97.* 394
*Vniuerſitas conſtituens procuratorem ad contrahendũ*

cum iuramento, non reſtituitur, non tamen eſt periura. ibid. num. 105. 395

Vſus fructus aduentitiorum filij, an pro debito vel delicto patris publicetur. part. 6. de exec nu. 37. 441

Vſura permiſſæ ſunt de iure ciuili, ideo Iudex ſecularis non poteſt de illis inquirere de iure communi, ſed ſolum iudex Eccleſiaſticus. part. 6. de inquiſit. nu. 108. 227

Vſurarum crimen eſt publicum, & poteſt in regno Iudex ex officio inquirere contra vſurarium, & etiam quilibet de populo admittitur ad accuſandum de tali crimine, ibid. num. 126. 229

Vſurarum cauſa eſt ſummaria in curia Eccleſiaſtica. par. 4 diſt. 9. nu. 166. 141

Vſurarius compelli poteſt per iudicem, ad vſuras reſtituendas, & poteſt ante receptionem impediri, ne vſuras recipiat. part. 6. de inquiſit. num. 107. 227

Vſurarius an poſſit puniri per Epiſcopum, ad aliquam pœnam temporalem. ib. nu. 109. ibid.

Vſurarius an poſſit hodie inquiri per iudicem ſecularem ex officio. ibid. nu. 110. ibid.

Vſurarius de iure canonico quas pœnas patiatur. ibid. nu. 111. ibid.

Vſurarius peccat recipiendo vſuras, etiam à ſponte dante. ib. nu. 123. 229

Vulnerato debentur expenſæ medicorum, & medicinæ, & quomodo. par. 4. diſt. 1. nu. 8. 36

Vxor vendicans maritum, vel econtra, excluditur per exceptionem conſanguinitatis. part. 4. diſtinct. 20. numer. 13. 187

Vxor exercens mercaturam, an videatur exercere voluntate viri. par. 4. diſt. 9. nu. 134. 137

Vxoris bona an, & quando capi poſſint pro debito viri. part. 6. de execut. nu. 52. 442

FINIS INDICIS IN PRACTICAM MARANTÆ.

INDEX

# INDEX IN DISPVTATIONES LEGALES, ET DVARVM LEGVM REPETITIONES D. ROBERTI MARANTÆ.

A.


ACTIO *hypothecaria, cùm cumulatur cum actione perſonali, debet fieri coram eodem iudice.num.30. diſp.6.* 475

*Actione hypothecaria intentata, an poſſit lite pendente, agi actione perſonali. nu. 4. diſp. 6.* 472

*Actio oriens ex iure congrui, eſt realis, & datur contra emptorem. nu. 35. diſp 8.* 487

*Actio oriens ex iure congrui, dicitur perſonalis in rem ſcripta, & ſequitur poſſeſſorem. nu. 2. diſp. 9.* 493

*Aditionum modi infiniti, & quibus verbis fiat aditio. nu. 41. & ſeqq. repet. l. is poteſt.* 516

*Aditio etiam probatur per ſingulares teſtes, ibid. num. 94.* 522

*Aditio vt procedat quæ requirantur. ibid. nu. 183. & 185.* 532

*Aditionis & agnitionis differentia. ibid. num. 2.3.4.5. 10. & 11.* 511. & 512.

*Aduentitiam hæreditatem adire poteſt filius, neſcio etiam & inuito patre. ib. num. 6.* 511

*Ætatem allegans, eam probare debet. ib. num. 279.* 544

*Agens ex teſtamento & ſuccumbens, an agere poſſit ab inteſtato. ib. nu. 189.* 532

*Agens via ciuili, an poſſit pro eadem re agere criminaliter. nu. 5. diſp. 6.* 472

*Agens via ordinaria, cenſetur renunciare extraordinariæ executiuæ. ib. nu. 24.* 474

*Alienatio in fraudem præſumitur, cùm fit coniunctæ perſonæ & cùm alienatus remanet in poſſeſſione. nu. 25. diſp. 9.* 496

*Alienata in fraudem creditorum reuocantur ſine excuſſione, cùm conſiſtunt in ſpecie. ib. nu. 22.* ibid.

*Alienatio, quæ fit titulo lucratiuo, patitur onus ſiliquarum ib. nu. 16.* 495

*Alienatio cùm eſt prohibita, contemplatione certæ perſonæ, non poteſt fieri etiam ad pias cauſas, aliàs admitteretur illa perſona ad reuocandum. nu. 28. diſp. 8 f. 486. & ib. nu. 37.* 488

*Andreas de Iſernia dicitur legum Euangeliſta, & eſt maioris auctoritatis, quàm Lucas de Penna. nu. 14. diſput. 2.* 454

*Appellatione pendente, ſi iudex velit exequi, poteſt ei de facto reſiſti. diſp. 1. nu. 38.* 451

*Arbiter, qui erat etiam arbitrator, ſi incœpit procedere, vt arbiter poteſt proſequi vt arbitrator inordinate, & valet proceſſus. nu. 5. diſp. 4.* 464

*Auctor laudatus an inuito actore comparere, & iudicium cœptum cum emptore proſequi poſſit. repet. l. ſi actor. nu. 74. 75.* 561


B.


BONA, *clericorum ſunt priuilegiata, ſicut bona Eccleſiarum, etiamſi à laico in clericum peruenerint. nu. 13. diſp. 8.* 485

*Bona clericorum an, & quando gaudeant priuilegijs rerum Eccleſiarum. ib. nu. 57.* 491

*Bona debitoris cùm venduntur, præfertur creditor & conſanguineus in emendo. ib. nu. 19.* 486

*Brachium iudicis ſecularis, an, & quando poſſit Iudex Eccleſiaſticus implorare. nu. 26. diſp. 1.* 448


C.


CALVMNIA *habetur loco libelli inepti, & poteſt ex officio repelli per Iudicem. nu. 32. diſp. 6.* 475

*Capienti aliquem in domo ſua, etiamſi ſit Officialis, poteſt cum armis reſiſti. nu. 29. diſp. 1.* 449

*Carceratum eximens de carcere, qui erat confeſſus, vel condemnatus de crimine, tenetur l. Iul. Maieſt. nu. 11. diſp. 1.* 446

*Cauſa cœpta ciuiliter, an poſſit, lite pendente, inchoari criminaliter vigore inſtrumenti, an verò obſtet exceptio litis pendentiæ. nu. 1. diſp. 6.* 471

*Cauſa ordinaria, an poſſit fieri ſummaria de voluntate partium. nu. 14. diſp. 4.* 465

*Cauſa præoccupata per maiorem iudicem, non poteſt ventilari coram minore, num 20. diſp. 6.* 473

*Cauſa quamuis ſit commiſſa ſummariè, poteſt nihilominus iudex procedere ordinariè. nu. 3. diſp. 4.* 464

*Cauſa ſi eſt delegata per principem, cenſetur quo ad illam, ſublata omnis poteſtas ordinario, etiam delegato mortuo, & proceſſus, per ordinarium factus ſuper ea, eſt nullus. nu. 3. diſp. 1. & nu. 21. diſp. 6.* 474

*Cauſa quæ eſt cœpta via ordinaria, debet ſolenniter per ſententiam definiri. nu. 2. diſp. 5.* 466

*Cauſa quæ de iure erat ſummaria, ſi fuit incepta per partes via ordinaria, an videatur renunciatum via ſummaria. nu. 1. diſp. 4.* 463

*Ceſſionarius poteſt vigore pacti, cum cedente initi, bona debitoribus ceſſi propriâ auctoritate capere. repet. l. ſi acta, nu. 21. & 22.* 553. & 554

Citatio obtenta non factâ mentione de litis pendentia dicitur ſurreptitia. nu. 22. diſp. 6. 474
Clauſula inſerta in medio alicuius capituli, ad illud tantum refertur. nu. 22. diſp. 2. 456
Clauſula qualibet in inſtrumento poſita debet aliquid operari. nu. 3. diſp. 6. 471
Clericus an teneatur ad obſeruantiam l. quoties. C. de rei vend. nu. 22. diſp. 8. 485
Clericus an poſſit teſtari ſine ſolennitate ſtatuti laicorum, & quid ſi alium clericum hæredem inſtituat. ib. num. 50. & 51. 490
Clericus an teneatur vltra vires hæreditarias, ſi non fecit inuentarium. nu. 21. diſp. 8. 485
Clericus emens fundum an poſſit conueniri iure congrui per vicinum. ib. nu. 1. 482
Clericus excludit ſororem à ſucceſſione patris, vigore ſtatuti. ib. nu. 14. 484
Clericus ligatur vitio litigioſi per legem ciuilem. ibid. num. 21. 485
Clerici ligantur lege ciuili, cùm non facit eis notabile præiudicium. ib. nu. 23. ibid.
Clerici non ligantur legibus laicorum, cum per eas efficiuntur timidiores. ib. num. 7. 483
Clericus poteſt coram Iudice laico reconueniri. repet. l. ſi actor. num. 44. 557
Clericus poteſt vti actiuè ſtatutis laicorum, ſed non paſſiuè, vnde poteſt præſentare inſtrumentum ſecundùm formam ritus contra laicum, ſed contra eum præſentari non poteſt. nu. 14. diſp. 8. 484
Clerici ſunt priuilegiati in perſonis, & in bonis. ibid. nu. 13. 483
Collatio non habet locum, cùm agitur de ſucceſſione collateralium, ſed ſolùm cùm deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus. num. 35. diſp. 10. 505
Compromiſſum quod debet fieri, vigore ſtatuti laicorum, non ligat clericos paſſiuè, ſed actiuè poteſt clericus eo vti. num. 9. & 14. 483. & 484
Conductor antiquus ſi offert tantum, quantum valet dare nouus, an præferatur nouo. ib. nu. 40. 41. 488
Congrui ius, vide infra ſub lit. I. verb. ius congrui.
Conſuetudo contra conſtitutiones regni eſt reprobata. n. 12. diſp. 2. 454
Conſuetudo, cuius initij non extat memoria, habet vim priuilegij, & legis ib. nu. 38. 458
Conſuetudo dubia recipit interpretationem à iure communi generali, non à locali. ib. nu. 40. ibid.
Conſuetudo habet vim legis, & dicitur lex municipij. ib. num. 23. 456
Conſuetudines Neapolitanæ non habent locum in rebus ſitis extra Neapolim, & eius diſtrictum. num. 31. diſput. 9. 497
Conſuetudo notoria eſt illa, quæ probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum, & ſufficit eam allegari. nu. 29. diſp. 2. 458
Contractus celebratus inter officialem, & ſubditum eſt nullus, & præſumitur factus per metum & impreſſionem, ſi eſt damnoſus ſubdito. numero 15. diſput. 6. 473.
Contractus ſine ſcriptura non valet, quando partes elegerunt viam contrahendi in ſcriptis, & quando cenſeantur hanc viam elegiſſe. nu. 4. diſput. 4. 464
Confeſſio principalis non nocet procuratori in rem ſuam. repet. l. ſi actor. nu. 59. 560
Conuerſatio aſſidua & amicitia præſumit ſcientiam. repet. l. is poteſt, nu. 310. 546
Curator furioſi adeundo, quid iuris acquirat furioſo, ibid. num. 133 527
Contumax poteſt pluribus remedijs coërceri. numero 28. diſp. 6. 474
Cumulatio actionis hypothecariæ, & perſonalis, item ciuilis & criminalis an fieri poſſit. nu. 4. fol. 472. & num. 30. & 31. 475

D.

DAMNATI ad mortem teſtari non poſſunt, vel ad pias cauſas. repet. l. is poteſt. num. 115. Nec ius teſtandi per iudicem, ipſis reſeruari poteſt. nu. 116. 525
Debitor inſtitutus hæres, non ſoluens tempore debito, cenſetur adijſſe. ib. nu. 77. 520
Debitum hæreditarium qui recipit, adire dicitur. ibidem, num. 72. ibid.
Debitor ſuſpectus poteſt capi, etiam lite pendente. num. 7. diſput. 6. 472
Defendere offenſum, vel aliter oppreſſum, vel expulſum de re ſua, quilibet tertius poteſt impunè, etiamſi ſit priuatus homo, & non ſolùm amicus, ſed etiam penitus extraneus. nu. 27 diſp. 1. 449
Defenſio vbi eſt permiſſa, ibi etiam poſſunt conuocari amici ad defendendum. ibid. num. 27. fol. 449. & numero 39. 451
Defenſionem poteſt laicus implorare à Iudice ſeculari contra clericum, qui ipſum expulit de poſſeſſione ſua. ib. num. 43. 452
Denunciatio ad domum facta, præſumptionem ſcientiæ inducit. repet. l. is poteſt. num. 294. 545
Delegatus principis poteſt mandare Ordinario, vt ſuam ſententiã exequatur. n. 4. 5. & 10. diſp. 1. 445. & 446
Delegatus principis poteſt mulctare executorem & punire vnumquemque, impedientem ſuam iuriſdictionem. ib. num. 7. 446
Delegatus principis in cauſa ſibi commiſſa, eſt maior quocunque Ordinario, & hoc qualiter intelligatur. ibid. num. 1. f. 445. & num. 40. 451
Delegatus principis repræſentat perſonam principis, & eius vice fungitur, ib. num. 6 446
Delegatus principis, an & quando teneatur expectare ſecundam iuſſionem principis, & ſuperſedere in exequendo. ib. num. 33. 450
Delegatus principis habet merum. & mixtũ imperium, & poteſt exequi ſententiam ſuã & excommunicare, & accipere manum militarem ab ordinario n. 10. 446

*Delegato volenti exequi ſententiam nullam, poteſt reſiſti.ib.nu.25.* 448
*Dignior cenſetur ille, qui prænominatus eſt in diſputationibus.nu.31.diſp.2.* 457
*Dignitas maior eſt illa quæ acquiritur à principe, quã quæ ab inferiori.ib.nu.32.* ibid.
*Dominium noſtrum ſine facto noſtro, an & quando à nobis auferri poſſit.nu.49.diſp.8.* 489
*Dominium an transferatur ex contractu à lege prohibito. num.17. diſp.9.* 495
*Dominium rei venditæ ſub conditione, an transferatur ſi tradatur pendente conditione.ib.nu.17.* ibid.
*Dominium rei alienatæ contra prohibitionem iuris congrui, an transferatur.ib.nu.13.& 17.* 494.& 495
*Donatarius cui fuit donata res empta, an teneatur iure congrui.ib.nu.4.5.f.493.& nu.18.27.495.&* 496
*Dominus poſt litem conteſtatam non poteſt citari, neque vt contumax reputari.repet.l.ſi actor.nu.6.* 552

E.

EMPHYTEVSIS *quando & quatenus, vni filiorum prælegari poſſit repet.l.is poteſt,nu.30.* 515
*Emphyteuſis data patri pro ſe, & liberis, computatur in legitimam, & quare.ib.nu.28.& ſeq.fallit,nu.31.& ſeq.* ibid.
*Emphyteuſim, ſeu feudum per patrem pro ſe, & filijs quæſitum poſſidens, adyſſe non dicitur.ib.nu.60.* 519
*Emens fundum ſi in continenti donet, præſumitur facere in fraudem iuris congrui, & habet tunc locus ius congrui contra donatarium.nu.13.14.diſp.9.* 494
*Emphyteuſis finita debet renouari, deſcendentibus illius, qui primo habuit, alias poteſt appellari.nu.31. diſputat.8.* 487
*Excommunicatus an ſit teſtabilis. repet.l. is poteſt. nu. 128 & 129.* 526
*Exceptio litis pendentiæ, an obſtet contra executionem inſtrum.nu.3.diſp.6.* 471
*Executio iniuſtæ poteſt indiſtinctè impediri, quando eſt irretractabilis nu.36.diſp 1.* 450
*Executor merus, non poteſt cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ ib.nu.12.* 446
*Executori modum exequendi, excedenti poteſt de facto reſiſti.ibid.nu.28.* 449
*Exhæredatio facta de filijs, non nocet nepotibus, quando filij moriuntur ante teſtatorem.nu.10.& 11.diſput. 1.* 500
*Extenſio non fit in correctorijs, ex identitate rationis, niſi ratione peccati euitandi.n.6.& 15.diſp.9.49?.&* 494
*Extenſio in correctorijs fit ad ſimilem caſum, quando vnica tantum ratio poteſt aſſignari.ib.nu.32.* 597

F.

FACTVM *alienum percunctatus, ſcire præſumitur. repet.l.is poteſt,nu.313.* 547
*Factum alienum ſcire præſumitur, qui ad commodum agit.ib nu 293.* 545
*Fama quatenus impediat actũ gerendum. ib.n.321.* 548
*Famæ vbi contrariæ, ſtatur illi, quæ venit à perſonis dignioribus.ib.nu.326.* ibid.
*Feudum quando retineri poſſit, repudiatâ hæreditate. ib.nu.28. & 29.* 516
*Feudi inueſtituram tenetur hæres habere ratam, etiamſi inueſtiens moriatur, antequam feudum ſibi aperiatur. nu 40.diſp.10.* 506
*Fides hoſti ſeruanda non eſt. nu.19.diſp.6.* 473
*Fideiuſſionis contractus duas producit obligationes.ibid. nu.12.* 472
*Fideiuſſionis contractus dicitur damnoſus pro fideiuſſore, adeò, quod per hoc cenſetur dilapidare bona ſua, eo ipſo, quod fideiubet.ib.nu.13.* 473
*Fideiuſſionem dare promittens, tenetur ad intereſſe, ſi non det.nu.5.14.diſp.7.* 477.& 478
*Filia an poſſit petere ſe adæquari eius ſorori, quæ habuit maiorem dotem.nu.23.diſp.10.* 503
*Filia dotata à patre, non poteſt dicere, ſe incongruè dotatam, non obſtante quod ſint auctæ facultates patris, tempore mortis, quia potuerunt etiam diminui. ibid.nu 21.* 502
*Filia dotata non excluditur per nepotem ex filio, præmortuo, poſt mortem patris, ante aditam hæreditatem, non obſtante tranſmiſſione ib.nu.27.* 504
*Filia dotata à patre, ſemper cenſetur congruè dotata, etiamſi habeat minus legitima.ib.nu.21.* 502
*Filia an excludatur à ſucceſſione materna.ib.n 28.* 504
*Filia excluſa per ſtatutum, vel per renunciationem à bonis patris, ſuccedit vna cum nepte, ex filio maſculo, præmortuo, viuo patre: ſecus ſi poſt patrem moriatur.ib.num.17.* 502
*Filia excluſa per conſt. Regni, debet congruè dotari, & dos non debet eſſe minor legitima. ib. nu. 10.* ibid.
*Filia, mortua matre, ſubintrat eius locum, & ſuccedunt auunculi, ex perſona propria, non ex perſona matris. ib. nu. 9. & 12. f. 500. & nu. 44.* 507
*Filia, quæ renunciauit patri, & fratribus de non ſuccedendo, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, poteſt ſuccedere nihilominus ex teſtamento. ib. nu. 25.* 503
*Filia quæ renunciauit bonis paternis, & legitimæ; propter dotem, ſi pater in ſuo teſtamento inſtituit eam in vno tareno, poteſt petere ſupplementum legitimæ, ex cauſa teſtati, non obſtante renunciatione.ib.n.26.* ib.
*Filia quæ renunciauit bonis paternis, maternis, & fraternis, ſi moriatur ante fratrem, ſuperſtitibus filijs, deinde moriatur frater, an filij ſuccedant, non obſtante renunciatione matris.ib.nu.1.* 499
*Filia quæ renunciauit bonis, ſuccedit nihilominus patri, morienti ſine alijs filijs, niſi faceret teſtamentum, & alium hæredem faceret.ib.nu.14.15.* 501
*Filia, quæ primo iurat, non renunciare, ſi poſteà renunciet cum iuramento, non præiudicat ſecundum iuramentum.ib.nu.43.* 507

*Filia*

*Filia renuntians bonis paternis cum pacto*, quamuis ambo, *poteſt nihilominus petere legitimam, niſi ſpecialiter legitimæ renunciauerit. ib. nu.* 19 502
*Filia renuncians hæreditati paternæ, ſi enormiſſimè lædatur, vt quia pater eſt valde diues, poteſt contrauenire, petitâ abſolutione à iuramento. ib. n.* 42. 507
*Filia renuncians ſucceſſioni paternæ, maternæ. & fraternæ: cenſetur renunciare ſub conditione: ſi ſucceſſio ſibi deferatur ib. nu.* 8. *&* 13. 500. *&* 501
*Filia renuncians ſucceſſioni patris & legitimæ, poteſt ſuccedere patri ex teſtamento: idem ſi ſit excluſa per ſtatutum. ib. nu.* 25. 503
*Filia ſemel excluſa à bonis patris, cenſetur perpetuo excluſa. ib. nu.* 15. 501
*Filia ſi renunciat bonis paternis tantum, an iſta renunciatio ſit alicuius vtilitatis, maxime in Regno. ibid. num.* 14. *ibid.*
*Filia ſi renunciet bonis etiam fraternis, mortuo vno fratre, ſuccedunt alij fratres, vel ſorores, expulſa renunciante, ſed mortuis omnibus fratribus, & ſororibus, ipſa ſuccedit, non obſtante renunciatione. ib. n.* 29. 504
*Filius non poteſt feudum habere ex pacto, & prouidentia, ſi repudiet hæreditatem patris. num.* 4. *&* 30. *diſp.* 10. 500. *&* 50
*Filius, viuente patre, nullum habet ius in bonis eius. ibid. num.* 22. 505
*Filius manens in ſocietate, per patrem inita, eius hæreditatem adijſſe exiſtimatur. repet. l. ſi poteſt n.* 76. 20
*Filius inſtitutus in re certa, excluditur à cohærede vniuerſali, à iure patronatus. ib. nu.* 34. 515
*Filius adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij, habet feudum liberum. ib. nu.* 40. 516
*Filij poſſunt acceptatâ Emphyteuſi, patri pro ſe, & liberis data, hæreditatem repudiare. ib. nu.* 22. 513
*Filia dotata, excluſa ab hæreditate paterna per filium, an in Emphyteuſim ſuccedat. ib. nu.* 24. 514
*Filius Emphyteuſim datam patri, pro ſe, & liberis non computat in quartam. ib. nu.* 27. *ibid.*
*Filius expenſas funebres faciens, adijſſe creditur. ibid. numero* 82. 520
*Filius paciſcens vel tranſigens ſuper morte fratris defuncti, an & quatenus adijſſe dicatur. ib. nu.* 83. *ibid.*
*Filius conferens bona cum fratre, quatenus adijſſe præſumatur. ib. nu.* 84. *ibid.*
*Filiusfam. ſine conſenſu patris Iudicis officium extraordinariè implorare poteſt. ib. nu.* 9. 512
*Filius intra duos annos tranſmittit ius deliberandi. ibid. num.* 102. 523
*Filius quando ſine iuſſu patris adire hæreditatem poſſit. ib. nu.* 121. 526
*Fiſcus habens rem communem cum priuato, poteſt illam vendere totam, inuito ſocio, qui ſocius præfertur omnibus in emendo. nu.* 30. *diſp.* 8. 486
*Fiſcus tenetur rem ſacerdotis confiſcatam locare potius ſpurijs ſacerdotis quam extraneo. ibidem numero* 32. 487
*Fraus præſumitur in actu ex celeritate temporis. num.* 23. *&* 24. *diſp.* 9. 496
*Fructus legitimæ debentur à die mortis patris, vnà cum ipſa legitima. nu.* 24. *diſp.* 10. 503
*Fructus tenetur reſtituere emptor bonæ fidei, qui emit ab eo, qui tenebatur ad fructus. nu.* 19. *diſp.* 9. 495
*Fures nocturni puniuntur extra ordinē. n.* 4. *diſp.* 3. 461
*Furioſus faciens actum, præſumitur furore feciſſe. repet. l. ſi poteſt, nu.* 140. 527
*Furor & Fatuitas quomodo probentur remiſſiuè. ib. nu.* 136. 141. 142. 143. *ibid. &* 528.

G.

GABELLARIVS *anni præcedentis præfertur nouo citatori ſi tantundem efferat, quantum nouus. nu.* 41. *diſp.* 8. 488

H.

HÆRES *an ligetur iuramento defuncti. diſput.* 10. *num.* 39. 506
*Hæres tenetur habere ratum factum defuncti, nam poteſt defunctus obligare ipſum, & eius bona. ib. n.* 2. 499
*Hæreditas vt poſſit adiri, quid requiratur. repet. l. ſi poteſt. num.* 10. 513
*Hæreditas debet vel tota adiri, vel tota repudiari. ibid. num.* 18. *ibid.*
*Hæreditaria cedens, donans, &c. adire videtur. ibid. n.* 54. *&* 55. 518
*Hæres manumittens ſeruum hæreditarium, adijſſe putatur. ib. nu.* 79. 520
*Hæres agens vtrum declarare debeat, ex quo capite teſtati vel inteſtati agat. ib. nu.* 186. 532
*Hæreditatem ſibi delatam ſciens eam tranſmittit. ibid. nu.* 268. 543
*Hæres extraneus ſcire teſtamenti contenta præſumitur. num.* 314. 547.

I.

IMPERATOR *eſt dominus totius mundi, & omnium rerum temporalium, & poteſt imponere legem, quam vult in ijs rebus. nu.* 27. *diſp.* 8. 486
*Infantis nomine carentis tutore, quilibet bonorum poſſeſſ. petere poteſt. repet. l. ſi poteſt, nu.* 11. 512
*Infans ex potentia ſuitatis, hæreditatem tranſmittit ad quoſcunque hæredes. ib. nu.* 12. *ib. & nu.* 134. 527
*Infans an adire, Iudice auctore, poſſit. ibid nu.* 151. 529
*Ignorantia facti proprij in quibus rebus, & actibus præſumatur ib. nu.* 288. *& ſeqq.* 545
*Ignorantia qualiter probetur. ib. nu.* 316. 547
*Ignorantia affectata pro ſcientia eſt. ib. nu.* 312. 546
*Inhibitio facta Iudici, operatur, vt proceſſus poſtea per eum factus ſit nullus. nu.* 25. *diſp.* 6. 474
*Inquiſitio non fit in cauſa ciuili, niſi cōtra vſurarios; & hoc*

hoc qualiter procedat. n. 10. diſput. 3. & poteſt fieri per Iudicem Eccleſiaſt. ibid. n. 11. 461
Inſtrumentum & contractus, in quo differunt. num. 8. diſp. 6. 472
Inſtrumentum vnum & idem, continens emptionem & donationem ſimul. præſumitur in fraudem iuris congrui factum, quoad donationem, num. 24. diſp. 9. 496.
Inſtrumentum, cùm eſt nullum, omnes clauſulæ in eo contentæ, ſunt nullæ. num. 29. diſp. 6. 474
Inſtrumentum Guarentigiæ, an æquiparetur ſententiæ. ib. num. 27. ibid.
Inſtrumentum, cùm extrahitur in forma publica, debet interuenire conſenſus creditoris, & debitoris ſimul. ib. num. 18. 471
Inſtrumenti executio an impediatur per exceptionem, quod metus cauſa, vel dolo. ib. n. 8. & 11. 472
Interrog[illegible] aduerſarium, quo t[illegible] hæredit[illegible] det, adire dicitur. repet. l. is poteſt, n. 47. 519
Inteſtatus quilibet deceſſiſſe præſumitur. ibid. num. 337. 549.
Inuentarij confectio non eſt neceſſaria nepotibus, quorum mater renunciauit bonis fraternis, & mortua eſt ante fratrem. n. 27. diſp. 10. 506
Inuentarium operatur ſeparationem bonorum, & quòd heres non teneatur vltra vires hæreditarias. ib. n. 37. ibid.
Iudex dicitur miniſter Dei. n. 16. diſp. 1. 447
Iudex ordinarius habet firmiorem iuriſdictionem, ſed delegatus Principis digniorem. ib. n. 2 445
Iudex iniuſtè exercens iuriſdictionem dicitur inferre violentiam, & poteſt ei reſiſti. ib. num 29. 449
Iudex inferior, poteſt cognoſcere de facto ſuperioris, & illud impedire, quando eſt notoriè iniuſtum. ibid. n. 24. 448
Iudex procedens extraiudicialiter, dicitur procedere vt priuatus, & poteſt ei impunè reſiſti. Idem quando procedit in negotio ſibi non commiſſo. n. 34. 35. & 42. diſputat. 1. 450. & 451
Iudex vnus, an teneatur exequi ſententiam alterius, ſi ad id requiratur. ib. n. 8. & 10. 446
Iudex poteſt moueri ad ſententiandum, ex confeſſione ſibi facta viuâ voce & ex aliqua ſcriptura ſibi oſtenſa, licèt in actis non reperiatur deſcripta. ib. n. 9. ib.
Iudex Eccleſiaſt. poteſt implorare brachium ſeculare, & ſi non impertiat, excommunicat eum. ib. num 8. & 26. 446. & 448
Iudex ordinarius, an poſſit reſiſtere delegato exequenti ſententiam ſuam. ib. num. 15. 447
Iudex in pœnis irrogandis, non poteſt ſe extendere vltra poteſtatem ſibi datam à lege, num. 11. & 15. diſput. 3. 461. & 462
Iuramentum metu extortum, in actu à iure prohibito, non obligat. num. 34. diſp. 6. 475
Iuramentum facit quem præcisè teneri ad factum. num. 1. & 19 diſp. 7. 477. & 479
Iuramentum in contractu meticuloſo ſeruari debet, niſi petatur abſolutio. n. 9. diſp. 6. 472
Iuramentum operatur, vt quis cenſeatur magis deliberatè accedere ad actum, & cogitare omnes caſus, qui in genere poterant cogitari. n. 8. diſp. 7. 477
Iuramentum debet impleri in forma ſpecifica. ib. n. 219. ibid. & 479.
Iuris appellatione, ſimpliciter venit ius Romanum, per antonomaſiam. n. 28. & 30. diſp. 2. 457
Iuris communis appellatione in Regno venit ius municipale. ib. n. 18. 455
Ius accreſcendi ceſſat, cùm filia moritur in vita patris num. 36. diſp. 10. 505
Ius congrui fuit introductum de iure diuino. n. 23. diſp. 8 f. 485. & habet locum ſolùm in tribus contractibus. num 2. diſp. 9. 493
Ius congrui, an detur contra ſecundum emptorem ex perſona propria vel ex perſona ſui auctoris. ib. nu. 1. ib.
Ius congrui an habeat locum contra eum, cui donata eſt res per emptorem, vel permutata cauſa emptionis n. 1. & 27. 493. & 496
Ius congrui, an detur contra ſingularem ſucceſſorem & quid ſi ſucceſſor non poſſideat ib. num. 3. 493
Ius congrui, an habeat locum in clerico, agente contra clericum emptorem, qui ſimiliter emit à clerico. n. 55. diſp. 8. 491
Ius congrui non habet locum, cùm clericus vendidit clerico. ib. num. 51. 490
Ius congrui, ſi ceſſaret per donationem, poſſet agi reuocatoria ex tit. quæ in fraud. creditor. n. 22. diſp. 9. 496
Ius congrui competit ei, qui habebat rem vicinam, tempore venditionis, ſecus ſi illam emit. num. 59. diſput. 8. 492
Ius congrui, habet locum, vbi permutatio fit cum aliqua re mercabili, quæ poſtea ſtatim venditur. n. 26. diſp. 9. 496
Ius congrui, eſt prohibitum à iure communi, & eius obſeruantia dicitur iniurioſa nu. 4 diſp. 8. 482
Ius congrui, an habeat locum contra laicum, qui emit rem ab Eccleſia vel pro Eccleſia. ib num. 57. 491
Ius Longobardum, excludit cognatos in ſuccedendo, & admittit filios naturales. diſp. 2. num. 3?. 458
Ius Longobardum, an præferatur iuri Romano in Regno, vel contra ib num. 1. f. 453. & num. 19. 455
Ius nobis quæſitum ſine facto noſtro à nobis auelli non poteſt. num. 46. 49. diſp. 8. 484 & 489
Ius patronatus, non tranſit ad fœminas renunciantes, vel ſtatuto excluſas. repet. l. is poteſt, n. 35. 515
Ius patronatus adhærens feudo tranſit in primogenitum. ib. num. 37. 516
Ius patronatus liberti ſi ius retinet, non aditâ hæreditate, ſecus in iure patronatus Eccleſiaſtico, num. 32. & 33. fallit, num. 36. 515
Ius adeundi, non eſt in bonis noſtris. num. 271. 543
Ius habens adeundi, non habet de neceſſitate ius deliberandi, ſed contra. n. 2?9. ibid.

L.

LEGEM condere, eſt iuriſdictionis, & è maximo imperio. nu.27. diſp.8. 486
Lex Imperatoris, quæ non tractat materiam ſpiritualem nec obuiat Canonibus, ſeruanda eſt etiam in foro Eccleſiaſtico.n.17.20.47 diſp.8. 484.485.& 489
Lex Regni transfertur cum ipſa translatione Regni.nu. 10.15. diſp 2. 454
Lex quamuis dura, & iniuſta ſeruanda eſt. ibid. num. 1. ibid.
Libellus ſi interuenit in cauſa. in qua non requirebatur, an debet ordinariè diſcuti illa cauſa.nu.2.diſp. 4. 464
Libellus ineptus, nihil vitiat in cauſa, in qua non requirebatur.ib.nu.7.ibid. & procedit in cauſis ſummarys.repet.l.ſi poteſt,nu.195. 533
Libellus generalis,in ſummarys admittitur parte non opponente ib nu.197. ibid.
Libelli verba impropriantur, quo ſaluetur libellus.ibidem num.14. 512
Legitima non conſideratur in vita patris, ſed in ea habetur reſpectus ad tempus mortis.numero 22.diſput. 10. 503
Legitimæ fructus poſſunt peti in omnibus caſibus, vbi poteſt legitima peti ſuper bonis alicuius ibid.nu. 24. ibid.
Legitimæ ſupplementum poteſt peti, non obſtante, quod legauerit aliquid pro legitima, cum clauſula: quod plus peti non poſſit. ib.nu.19. 502
Literis Principis iniuſta ſcribentis, an ſit obediendum. nu.19.20.21.diſp.1. 447
Litis pendentia coram vno Iudice, impedit eam agitari coram alio.nu.23.diſp.4. 474
Legatum non poteſt pro parte repudiari, & pro parte acceptari.repet.l.ſi poteſt,nu.20. 513
Legatarius electionem habet in legato incerto rei certæ. repet l.ſi actor nu.40. 556
Liber homo qualiter quis probetur,ib.nu.273. 543
Locans rem hæreditariam, hæreditatem adyſſe dicitur. ib.num.82. 520

M.

MARITVS qui promiſit curare cum effectu, quòd vxor ſua renunciet bonis paternis, &c. an ſi fecit, quod potuit, excuſetur, ſi vxor nolit renunciare. n. 1. diſp. 7. 477
Maritus fideiubens dicitur vergere ad inopiam, & vxor poteſt repetere dotem.nu.13.diſp.6. 475
Mater, etiam naturalis, tranſiens ad ſecunda vota & non petens tutorem, nec rationem reddens perdit ius ſucceſſionis, & ibi vide plures ampliat. & limit.repet.l.ſi poteſt,nu.219. vſque ad nu.251. & 252. 537
Mater ſecundò facta vidua, an reaſſumat tutelam.ib. num 253. 540
Maſculinum non concipit fœmininum in contractibus, quod limita.ib.nu.25. 514
Maritus, defunctâ coniuge, retinendo dotem poſt annum, cenſetur nomine infantis relicti, adyſſe hæreditatem matris ib.nu.56. 518
Monachi minoritæ inſtitutio, eſt ipſo iure nulla.ib.nu. 213. 526
Monachus acquirit hæreditatem, & quomodo.ibid.nu. 130. 526
Mortuus,præſumitur ſine liberis deceſſiſſe.ib nu.200.533
Metum iuſtum inducit ſolus vultus terribilis Officialis. nu.17.diſp.6. 473
Metus vanus,non eſt in conſideratione.n.43.diſp.8.488

N.

NATVS ex concubina retenta in domo concubinary.filius dicitur.repet.l.ſi poteſt,nu.332. 549
Natus ex pediſſequa,non præſumitur filius.ibid.nu.333. ibid.
Natus in domo, quibus caſibus mariti filius non præſumatur.ibid nu.334. ibid.
Nepos præteritus ab auo, rumpit teſtamentum, cùm filius moritur ante annum.diſp.10.nu.10.11. 500
Nepotes ex filia cùm agitur de ſucceſſione, aut omnino excluduntur ſtantibus maſculis, ſiue filia mortua ſit, viuo patre, ſiue non, ſiue renunciauit, ſiue non, & hoc per conſtitut.in aliquibus ib.nu.30. 504
Nepotes an ſuccedant in bonis auiæ maternæ, non obſtante renunciatione matris, cùm mater moritur, viuâ auiâ.ibid.nu.32. 505
Nepotes ex filia, excluſa per ſtatutum, vel per renunciationem, ſuccedunt, quando maſculi ſunt mortui viuo patre.ib.num.31. ibid.
Nepotes ex filia excluduntur, ſi ſunt hæredes matris.ib. num.5. 500
Neptis ex filio, non excluditur per amitam à ſucceſſione aui.ib.nu.17. 501
Neptis ex filio excluditur per patruum ſuum à ſucceſſione aui.ib.nu. 7. ibid.
Nominatio principalis liberat conuentum. repet.l. ſi actor. num 73. 561
Notarius vltra clauſulam, non tenetur edere legatario. repet.l.ſi poteſt,nu 260. 542
Notario non creditur de his, quæ conſiſtunt in animo contrahentium.nu.35.diſp.6. 475
Notarius cenſetur rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas, in inſtrumento.ib.nu.2. 472
Notarius vnius Comitatus poteſt facere inſtrumentum in alio, volente domino illius nu.15.diſp 2. 454
Nullitatis exceptio, quæ oritur ex inſtrumento,non cenſetur ſublata per ſtatutum, omnes exceptiones tollens.nu.33.diſp.6. 475

O.

OBLIGATVS ad factum, tenetur ad intereſſe poſt moram, non ante. nu.13.diſp.7. 478

Obligatio

*Obligatio rei meæ, facta meo nomine me ignorante, ſi ratificetur à me. poſtquam ego obligaui omnia bona mea alteri, an noceat mea ratificatio ſecundo creditori. nu. 10. diſp 9.* 494

*Obligatus diuerſis bonis penes diuerſos, quemlibet conuenire poteſt. repet. l. ſi actor. nu. 38.* 556

*Occiſus præſumitur ab eo, qui plurimum illum locum frequentabat. repet. l. is poteſt, nu. 302. & 303.* 546

*Occultans quædam bona, & repudians poſtea, pro adeunte habetur. ib. nu. 87.* 522

*Opinionem communem, non debemus relinquere propter nouam phantaſiam vnius Doct. & Iudex qui non ſequitur communem opinionem facit litem ſuam. n. 38. diſp. 10.* 506

*Ordinarium remedium, facit ceſſare extraordinarium. nu. 14. diſp. 1.* 447

*Ordo poſitus gratia exempli non eſt ſeruandus. nu. 25. diſput. 2.* 456

*Ordo ſcripturæ non attenditur, cùm perturbat ordinem neceſſitatis. ib. nu. 27. & cùm mens diſponentis eſt certa. ib. nu. 21.* ibid.

*Ordo ſcripturæ deſignat ordinem obſeruantiæ. Item dat regulam, & ordinem intellectus. Et ſi reperiantur duo inſtrumenta, in eadem charta, præſumitur prius illud quod præcedit. ib. nu. 20.* 455.

P.

*PAPA cenſetur approbare leges laicorum, cùm ſunt rationabiles nu. 18. & 27. diſp. 8.* 485. & 486

*Paragium ſuccedit loco legitimæ, & non debet eſſe minus legitima. nu. 20. diſp. 10.* 502

*Pater habens plures filias, an poſſit maiorem dotem dare vni quam alij ib. nu. 23.* 503

*Patientia, ſe pro hærede, ſuo nomine gerentis, alicuius inducit aditionem. repet. l. is poteſt, nu. 71.* 520

*Petitio hæreditatis, an detur contra titulo poſſidentem, cùm titulus fuit habitus ab eo, qui poterat petitione hæreditatis conueniri. numero 20. diſput. 9.* 495.

*Pœna acerrima, accipitur pro morte naturali. num. 2. diſput. 3.* 460

*Pœna applicanda fiſco, exigitur vltra intereſſe partis. nu. 26. diſp. 7.* 480

*Pœna arbitraria puniri debet omnis, qui delinquit contra prohibitionem legis, cùm lex certam pœnam non irrogat. nu. 19. diſp. 5.* 469

*Pœna augeri poteſt ob delicti frequentiam. ibid. num. 16.* 468.

*Pœna capitalis, intelligitur altero de tribus modis, & in dubio intelligitur de mitiori. nu. 7. diſp. 3.* 461

*Pœna conuentionalis hodie non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit, & an exigatur in foro conſcientiæ. nu. 26. diſp. 7.* 480

*Pœna illa irrogari debet, quæ magis timetur. numero 13. diſput. 5.* 468

*Pœna extraordinaria irrogatur, cùm proceditur per inquiſitionem de iure canonico. nu. 5. diſp. 3.* 461

*Pœna iniuriæ poteſt ſe extendere, vſque ad mortẽ, quando hoc deſiderat criminis magnitudo. ib. nu. 17.* 462

*Pœna minor debet eligi per Iudicem in arbitrarijs. ibid. num. 6.* 461

*Pœna mortis poteſt irrogari, cùm lex dat amplum arbitrium, vſque ad mortem. ib. nu. 9. 10. ibid. & in illis delictis, in quibus lex inducit pœnam corporalem, vel pecuniariam ad arbitrium iudicis. Secus vbi dat arbitrium ſimpliciter. ib. nu. 19.* 463

*Pœna mortis irrogatur ei, qui dat alapam Officiali. ibid. num. 23.* 462

*Pœna mortis, non poteſt imponi, cùm lex loquitur per verbum, moderari. ib nu. 1.* 461

*Pœna mortis, non poteſt irrogari cùm ſtatutum dicit, ad pœnam mille aureorum, vel aliam arbitrio Iudicis. ib. nu. 3.* 460

*Pœna mortis, an poſſit irrogari in arbitrarijs. ibid. nu. 1. ibid.*

*Pœna mortis, numquam imponitur in delictis non conſummatis. ib. nu. 8. & 16.* 461. & 462

*Pœna publicationis bonorum, non poteſt irrogari vigore arbitrij nu. 3. diſp. 3.* 460

*Pœna cum promittitur, ſuccedit loco intereſſe, & quid ſi plus ſit in pœna, quàm in intereſſe, vel econtra. nu. 28 diſp 7.* 480

*Præuentionis exceptio eſt declinatoria. nu. 26. diſput. 6.* 471.

*Princeps ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa, & eius ſola voluntas habetur pro cauſa. nu. 33. diſput. 1.* 450.

*Procurator in criminalibus an & quando admittatur. diſp. 6. nu. 32.* ibid.

*Primogeniti nepos an excludat patruum ſecundo genitum in primogenitura. repet. l. is poteſt, nu. 258.* 541.

*Præſumpta de iure debent allegari, & poſſunt allegari, etiam poſt concluſum in cauſa. ibid. nu. 92 & 93.* 522

*Poſſidens rem hæreditariam, an cenſeatur adijſſe. ib. nu. 57. 58. 59. 60. & ſeq.* 518

*Præſentia in actu præſumi facit ſcientiam. nu. 309.* 546

*Procurator inuito actore, pro principali non reſpondet poſitionibus. repet. l. ſi actor. nu. 84.* 583

*Procurator quis ſit. ib. nu. 1. & quomodo conſtituatur. nu. 2.* 558

*Procurator in rem ſuã dupliciter quis dicitur. n. 13.* 552

*Procurator ante litem conteſtatam non ſubſtituit procuratorem, ſine ſpeciali mandato. ib. nu. 5. & 8. ibid.*

*Procurator in rem ſuam, an verè procurator dici poſſit. ib. num. 18.* 553

*Pupillus non habens tutorem, auctoritate Iudicis adire poteſt. repet. l. is poteſt, nu. 150.* 529

*Promittens ſe curaturum, & facturum, tenetur ſolum facere ſuam diligentiam. ſine fraude, & bona fide, vt promiſſum impleatur, diſp. 7. nu. 16. 20. 478. & 479*

Promittens factum alienum ſub pœna, an excuſetur à pœna vel ab intereſſe ſi fecit, quicquid potuit. ib. n. 11. 13. 17. 18. ibid.
Promittens pro alio, de iudicio ſiſti, tenetur ad intereſſ. ib. num. 4. 477.
Promittens factum alienum tenetur ſolum adhibere illam operam, quam poteſt. ib. n. 15. 478
Promittens præſentare aliquem ſub pœna, tenetur ad pœnam, ſi non præſentet. ib. n. 2. 47?
Promittens factum alienum iuramento, an excuſetur propter difficultatem. ib. nu. 10. ibid.

R.

RENVNCIATIO filiæ in bonis paternis, maternis, & fraternis, qualiter debeat fieri, ut noceat nepotibus & de eius forma & cautela. diſput. 10. num. 44. 507.
Renunciatio filiæ in bonis paternis non excludit eam à ſucceſſione fratris ib. n. 16. & 38. 501. & 506.
Renunciatio filij in bonis matris prodeſt fratribus. ibid. num. 28. 504
Renunciatio filij in bonis patris, habet locum, ſi maſculi nolint ſuccedere patri, alias ſecus ib. n. 15. 501
Renunciatio filij in bonis paternis cenſetur fieri fauore maſculorum, vnde illis mortuis, viuo patre, ſuccedit, non obſtante renunciatione. ib. n. 15. ibid.
Renunciatio matris, non nocet filijs in iure proprio filiorum, quod non habent ex perſona matris. ib. n. 8 & 34. 500. & 505.
Renunciatio quæ fit per contractum & pactum eſt potentior, quàm illa, quæ fit ſimpliciter. ib. n. 6. 500
Repudiatio fit duplici modo. repet. l. is poteſt, n. 95. 96. 97. 522
Repudiatio, & abſtenſio quomodo differant. ibid. n. 15. 52.
Repudians hereditatem patris, & poſt per interpoſitam perſonam eandem emens; adiſſe iudicatur. ibid. n. 26. 522
Repudians primò hæreditatem, & poſt rem aliquam ex ea poſſidens pro adeunte eſt. ib. n 89. ibid.
Repudiare, an filius poſſit hæreditatem, retenta legitima. ib. n. 62. 519

S.

SACRILEGII pœna quæ ſit n. 15. diſp. 3. 462
Seruo ante editionem mortuo, nihil acquiritur domino. repet l. is poteſt nu. 205. 535
Seruus, quando acquirat domino. ib. n. 2?0. 543
Sententia lata ſuper actione hypothecaria, præiudicat ſuper actione perſonali. num. 4. diſp. 0. 472
Soror ſuccedit fratri in bonis paternis, non obſtante, quod renunciauerit bonis paternis, quia tunc non dicuntur paterna, ſed fraterna. n. 16. 2. diſp 10. 501. & 504
Soror non ſuccedit fratri, vel ſorori, extante fratre maſculo, quando fuit dotata, & hoc ſecundum conſuetud. Neapol. tantum. ib. n. 29. 504
Soror dotata à fratre ſi renunciauit bonis fraternis, excluduntur eius filij à ſucceſſione dicti fratris, ſiue moriatur ante, ſiue poſt eorum mater. ib. n. 33. 505.
Statuta & leges laicorum, an ligant clericos. n. 2. & 3. diſp. 8. & n. 10. 12. ib. 482. & 486.
Statuta laicorum approbantur per Papam, quando ſunt rationabilia. ib. n. 18. & 27. 485 & 489
Statuta non includunt perſonas non ſubditas. ib. n. 25. 484
Statutum excludens fœminas propter maſculos, cenſetur excludere etiam fœminam monialem. n. 26. diſp. 8. 486
Statutum, quo prohibentur laici negotiari cum clericis, non valet. ib. n. 1. & 45. 483. & 489
Statutum Principis ſecularis coactiuum perſonarum non ligat clericos. ib. n. 8. 483
Statutum ligat clericos, quando iniecit vinculum ante clericatum. ib. n. 26. 486
Statutum prohibens vendere non ſubditis, non includit clericos. nu. 12 diſp 8. 483
Statutum, ut res vendatur conſorti, ligat clericos. ib. num. 34. 487
Statutum requirens inſinuationem in donatione, operatur ut non valeat donatio laici facta clerico, ſine illa ſolennitate ibid num 37. 488
Statutum, quòd mulier nõ poſſit alienare extra filios ſine ... habet locum etiam ... clericos. ib. n. 24. 485
Subſtitutus pupillaris, probans ſubſtitutionem & mortem pupilli, an obtineat. rep. l. is poteſt, n. 199. 535
Summaria cauſa, an fiat ordinaria ex voluntate partium n. 1. 11. 13. 462. & 465

T.

TESTAMENTVM condens ſuper hæreditate, eam adiſſe dicitur. repet. l. is poteſt. nu. 50. 517
Teſtes ſuper morte examinari poſſunt, parte non citata. num. 182. 538
Teſtamentum clerici non eget ſolennitate ſtatuti, cum in eo inſtitutus eſt alius clericus. num. 51. diſp 8. 490
Teſtamentum debet habere ſolennitatem ſtatuti etiamſi in eo inſtituatur clericus. ib. n. 38. 488
Teſtamentum in ſcriptis ſi non valeat, an valeat ut nuncupatiuum. nu. . & 11. diſp. 4. 464
Teſtamentum militis factum in iure communi, ſi non valeat, an valeat iure militari. ib. n. 6. ibid.
Teſtamentum mulieris, an valeat ſine Mundualdo. n. 37. 38. diſp. 2. 458
Teſtes inhabiles probant informationem in caſibus, in quibus non requirebantur. nu. 8. diſp. 4. 464
Traditio nuda ſi non habeat cauſam præcedentem habilem non valet. n. 36. diſp. 8. 489
Tortura an poſſit irrogari in crimine vſurarum. num. 23. diſp. 5. 470

Tranſi-

*Tranſigens cum legatarijs, adire dicitur. n. 68.* 519
*Tutor vel curator, non poteſt ante litem conteſt. procuratorem dare. repet. l. ſi actor. n. 9.* 552
*Tutor deſcribens aditionem hereditatis in inuentario, adire dicitur. repet. l. is poteſt, n. 75.* 520
*Tutor ingrediens feudum hæreditarium, adiſſe dicitur. ib. n. 67.* 519
*Tutor ſine pupillo adire non poteſt, niſi, &c. ib. num. 147. & 149.* 529

V.

*VASALLVS tenetur defendere dominum in bello iniuſto, non autem, cùm dominus iniuſtè præliatur. num. 32. diſp. 1.* 450
*Vendere rem ſuam alteri, inuitus quis non compellitur. n. 4. diſp. 8.* 4?2
*Vicinus quis dicatur repet. l. is poteſt, n. 200.* 545
*Vicinus admittitur ad agendum iure congrui, non obſtante donatione, vel permutatione. num. 28. diſput. 9.* 497
*Vſura eſt delictum punibile, & ſuper eo poteſt procedi per inquiſitionem, & accuſationem, per Iudicem Eccleſiaſticum. n. 4. diſp. 5.* 466
*Vſusfructus duplex, cauſalis, & formalis. repet. l. is poteſt, num. 212.* 536
*Vſurarum crimen in Regno eſt publicum, & quilibet admittitur ad accuſandum. nu. 5. diſp. 5.* 466
*Vſuræ ſunt permiſſæ de iure ciuili. ib. n 6.* ibid.
*Vſurarius pauper, qui non poteſt reſtituere, an teneatur, in aliquo. ib. n. 9 & n. 12.* 467. & 469
*Vſurarius poteſt excommunicari, ſi non reſtituit vſuras. ibid. num. 3.* 466
*Vſurarius, an poſſit peculiariter puniri. ibid. num. 17. 468. & punitur tribus pœnis, de iure Canonico. ib. num. 8.* 467
*Vſurarius, reſtitutis vſuris, an teneatur ad aliud. ibid. numero 9.* ibid.
*Vſurarius, an poſſit criminaliter puniri. ibid. num. 7. 12. & 13.* 467 & 468
*Vſurarius, an poſſit torqueri ſtantibus indicijs. ib. n. 23.* 470.

FINIS INDICIS DISPVT. ET LEGVM REPET. R. MARANTÆ.

# INDEX IN PRACT. ET DIFFERENTIAS IVRIS IOANN. DE ARNONO I.C.

A.


ACTOR quando vt contumax puniatur, & quomodo.c.21.nu.1. 573

Actor ſequitur forum Rei. Excipe vt nu.2 c.11.nu.1. 569

Actuarius quomodo ſe geret in ordinandis & præſentandis proceſſibus.c.56.num.1. 581

Accuſans quempiam & non probans punitur ſimilitudine ſupplicij.diff.35. 587

Alienantes aliquam rem cauſa mutandi iudicij, incidunt in vitium litigioſi poſt lit.conteſt.diff.50. 589

Appellans habet annum ad proſequendam appellationem. vel ex cauſa biennium.diff.84. 592

Appellatio tam ab Interlocutoria quàm diffinitiua intra decennium interponenda.cap.61.nu.1. 582

Appellatio quando viuâ voce interponi poſſit & quando in ſcriptis facienda.c.62.nu.1. ibid.

Appellatio intra quod tempus introducenda, remiſſiuè. c.63.nu.1. ibid.

Arreſtans bona alicuius incurrit pœnam de iure Ciuili.diff 70. 590.


C.


CAVSA criminalis dicitur vbi pœna venit applicanda fiſco, de iure Regni ſecus.diff.75. 591

Cauſæ omnes regulariter ſunt ordinariæ, de Iure Regni ſummariæ.diff 81. ibid.

Cauſæ priuilegiatæ à iure quæ.c.6.nu.2. & ſeqq. 567

Cauſa reconuentionis quomodo tractanda.c.35.nu.4. 576

Cauſæ breuiores non exigunt ſententiam in ſcriptis ferendam.diff 24. 586

in Cauſis priuilegiatis iudicij ordo non ſeruatur. c.6. nu.1. 567

Citatio die feriato facta, vtrum arctet reum ad comparendum die non feriatâ.c.16.nu.1.c.17.nu.1.f.571. Et quando procedat, aut teneat.c.eod.nu 2 ibid.

Citatio peremptoria continens 3. terminos, ſufficit vni parere.c.15 nu.5. 570

Citatio quotuplex & per quos fiat.cap.14.nu.1.3.4.5. 6. ibid.

Citatio per ipſummet iudicem facta, vim habet peremptorialis.c 14.nu.2. ibid.

Citatio qualiter fiat c.15 nu.1. ibid.

Citatio prima an debeat eſſe peremptoria; & quando.c. 35 nu.2.3. ibid.

Citationis effectus.c.13.nu.3. 569

Citatione factâ vt decimâ die compareat: an dies citationis factæ computetur in termino.c.18.nu.1. 571

in Citatione peremptoria tres termini pro vno cenſentur.c.15.nu.6.7. 570. & 571

in Citatione ſi non appoſita ſit certa hora comparitionis, an iudex per integrum diem expectandum ſit.c. 9. n.1. 572

à Citatione peremptoria quando appelletur.c.15.nu.3. 570.

reus Citatus trinâ citatione, & primum tertia comparens, an ſit in expenſas condemnandus.c 15.n.4.ibid.

Citatus indiſtinctè coram maiori auditorio, poteſt deſerere inchoatam litem coram minori iudice.diff.41.588

Clericus de omni maleficio, & quacunque re debet conueniri coram Iudice ſuo Eccleſiaſtico.diff.19. & 12.f. 586 & diff.73. 590

Clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali, de iure Regni ſecus.diff.90. 592

Clericus in iudicio ſeculari poteſt reconueniri, & quando reſpondere teneatur.c.35.nu.2. 576

Clericus an poſſit reconueniri à laico in foro ſeculari. diff.92. 592

Commiſſarij Iuriſdictio per citationem perpetuatur.c. 13 nu.2. 569

Confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ diffinitiuæ.c. 25.nu.1.f.574. Fallit ib.nu.2. ibid.

Confitenti de ſe crimen, contra ſocios, non creditur, de iure Regni ſecus.diff 69. 590

Contumax vt quis efficiatur in vltimo termino quid faciendum.c.20.nu.1. 572

Contumax, in criminalibus, non tamen intra annum de contumacia punitur, quis ſi compareat, & præſtat cautionem de ſtando iure auditur.diff 31. 587

Contumax in criminalibus poſt annum etiam habet facultatem ſe defendendi.diff.32. ibid.

in Criminalibus licet tranſigere quandocunque.diff 36. ibid.

in Criminalibus admittitur procurator in multis cauſis.diff.99. 593.


D.


DVELLVM eſt in vtroque iure prohibitum. De Iure Regni permiſſum in duobus caſibus. diff.9. 585.

E.

EXAMINATIO non committitur ſine audientia teſtium in criminalibus. diff. 46. 588
Exceptio filiationis impedit litis conteſtationem, diff. 42. fol. eodem & litis ingreſſum. diff. 95. 592
Exceptio recuſationis iudicis licèt ſit aliàs dilatoria, tamen ſi de nouo ſuperuenit, poſt lit. conteſt. admittitur, de iure Regni ſecus. diff. 76. 591
Exceptio excommunicationis oppoſita in iudicio probatur intra octo dies de iure Regni ſecus. diff. 91. 592
Exceptiones dilatorias poteſt quis proponere & probare vſque ad ſententiam. diff. 43. 588.
Exceptiones Replicat. duplic. non ſunt de ſubſtantia iudicij. c. 5. nu. 2. 567
Exceptionis dilatoriæ poſſunt quandocunque probari poſt lit. conteſt. diff. 38. 587

F.

FAMA in iudicio inquiſitionis ſeruit loco Actoris c. 2. num. 2. 566
Feudum alienans amittit feudum: de iure Regni ſecus. diff. 57. 589
Filius debet alere patrem, & econtra. diff. 34. 587
Filij & filiæ æqualiter ſuccedunt. diff. 59. 589

G.

GLADIVM extrahens, & alium non occidens, pœna tenetur. diff. 3. 585.

H.

HOMICIDIA interdum puniuntur ad mortem, interdum ad deportationem. diff. 5. 585.

I.

INSTANTIA perempta an detur reſtitutio, non refuſis expenſis. c. 66. nu. 1. 583
Inſtrumenta in papyro conſcripta probant. diff 25. 586
Iudex procedens ad capturam alicuius in criminalibus abſque indicijs, non cadit in pœnam. diff. 97. 593
Iudex an poſſit Reo ſtatuere terminum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas, quo elapſo ſuper ijs v teriꝰ, non audiatur. c. 31. nu. 1. & 2. 576
Iudicium quid? c. 2. nu. 1. 566
Iudicij ſubſtantialia quæ ſint. c. 4. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 567
Iudicij diſtributio in tres partes. c. 8. nu. 1. 568
Iuramentum calumniæ præſtatur immediatè poſt litis conteſtat. c. 40. nu. 2. f. 578. & in quacunque parte litis c. 40. nu 3. ibid.
Iuramento calumniæ omiſſo an vitietur proceſſus cap. 40. num. 4. ibid.

L.

LENÆ efficiuntur ſupplicio mortis. diff. 65. 590
Libellus cur offerendus. c. 26. n. 1. 2. 3. 574
Libellu quæ ... debeat. c 27. num. 1. 575
In Libelli conceptione cautela notanda. c. 27. nu. 4. ibid.
Libellus & Petitio differunt. c. 28. nu. 1. 575
Libelli copia cuius expenſis debeat in iudicio exhiberi. c. 24. nu. 2. 474
Litis conteſtatio fundamentum iudicij. c. 20. nu. 2. f. 572. & c. 39. nu. 2. 577
Litis conteſtatio fit reſponſione ad libellum. cap. 40. nu. 1. 578.

M.

MANDATO quæ inſeri debeant clauſulæ. c. 21. n. 7. 8. 9 10. 11. 573. & 574
Maritus non poteſt occidere hominem in adulterio deprehenſum, de iure Regni ſecus. diff. 64. 590
Meretricibus impune infertur violentia de iure communi, ſecus obſeruatur in regno Siciliæ. diff. 8. 585
Minores dicuntur qui ſunt 25. annis, de iure Regni. diff. 50. 589
Mulieri violentiam patienti, & clamanti non ſuccurrens, de iure ciuili nullam incurrit pœnam: ſecus verò de iure Canonico, de iure verò Regni mulctandus venit. diff. 10. 585

N.

in NAVFRAGIIS vel incendijs, quicquam ſurripiens quomodo puniatur. diff. 14. 585
Nuncij ſiue præconis officium quod? c. 3. nu. 2. 566
Nuncio creditur de actu citationis. diff. 29. 587

O.

OCCVPANS violenter rem immobilem qualiter puniatur de iure comm. diff. 11. 585
Officiales durant tantùm per annum. diff. 78. 591

P.

ad PAPAM quod appellatur omnibus omiſſis medijs ſpeciale eſt. diff. 26. 586
Peculatus criminis pœna. diff. 17. ibid.
Percuſſor tenetur pœna l. Cornel. de ſicarijs. diff. 4. 585
Periurus repellitur à teſtimonio. diff. 66. 590
Pignorationes prohibitæ ſunt, tam iure canonico, quàm ciuili. diff. 58. 589
Pœna debet tenere ſuos authores. diff. 13. 585
Poſitiones non debent eſſe obſcuræ neque captioſæ. cap. 42. num. 2. 3. 578
Poſitiones in quem finem inuentæ. c. 42. nu. 3. ibid.
Præſes vnius prouinciæ non poteſt capere malefactorem in alterius præſidis prouincia, de iure verò Regni ſecus. diff. 77 591
Procurator non admittitur in criminalibus cauſis, de iure Regni ſecus. diff. 74. 590
Procurator non admittitur in criminalibus cauſis. diff. 33. 587
Procuratoris falſi exceptionis quanta vis. cap. 9. num. 6. 568.
per Procuratorem quod fit dolosè etiam domino principali nocet. c. 2. n. 8. 586

Procu-

*Procuratoribus duobus ſimul conſtitutis, vtrum vnus ſine alio poſſit quicquam explicare. c. 23. n 2.* ibid.

*Publicatis atteſtationibus regulariter alij non admittuntur. c. 49. n. 1.* 580

*Et an poſt Publicationem factam ad inſtantiam partium alij teſtes admitti poſſunt c. 53. nu. 1.* 581

*Publicatione factâ & repulſa repulſa expedita, qualiter procedatur. c. 5 . n. 1.* 580

*Pupillus, & vidua non niſi forum ſerenitatis eligere poſſunt. diff. 16.* 586.

R.

Raptor *ali uius reipunitur. diff. 70.* 590

*Reconuentio quando admittatur in iudicio contra Actorem c. 36. n. 1 2.* 577

*Reconuentioni non eſt locus in iudicio ſuper poſſeſſorio intentato. c. 27. n. 1.* ibid.

*Reus quando actori libellum reconuentionalem offerre debeat. c. 35. n. 3.* 576

*Reus quando reconuentionem aduersus actorem habe t. c. 35. n. 1.* ibid.

*Reus qui ſit? qui numquam reſpui debet. c 9. n. 2.* 568

*Reſtitutio in integrum cùm petitur per procuratorem exigitur ſpeciale mandatum, de iure Regni ſecus. diff. 51.* 589.

S.

Sacrilegii *rationes & Eccleſ. & ciuiles iudices competentes ſunt. c. 3. n. 2* 569

*Sententia debet eſſe conformis libello. c. 26. n. 4.* 574. & *c. 60. n. 2.* 582

*Sententia vel abſolutionem vel condemnationem contineat. c. 55. n 3.* 591

*Sententia eſt de Actis iudicij. cap. 55. num. 3.* 581

*Sententia quando tranſeat in rem iudicatam. c. 67. n. 1.* 583

*Sententia proferenda partibus præſentibus, vel altera contumaciter abſente. c. 58. n. 1.* 582

*Sententia lata contra abſentem non citatum non tenet. c. 58. num. 2.* ibid.

*Sententia diffinitiua quot debeat continere. c. 59. num. 1.* ibid.

*Seruos fugitiuos recipiens incidit in pœnam, de Iure Regni ſecus. diff. 60.* 589

T.

Tabelliones *vnde dicti, qui hodie barbarè Notarij dicuntur. c. 3. n. 1.* 566

*Teſtes vt ſe manu propriâ ſubſcribant inſtrumento, neceſſarium non eſt, ſed Tabellio poteſt ſcribere nomina Teſtium in inſtrumento. diff. 27.* 586

*Teſtes admittuntur poſt publicationem qui de nouo ſuperueniſſe allegantur. diff 96.* 593

*Teſtes debent iurare intra terminum, datum ad probandum, licèt poſſint, iuramento præmiſſo in termino, deponere poſt terminum. diff 100.* ibid.

*Teſtibus obijcienti crimina neque ea probanti, an conſtituta aliqua ſit pœna? c. 50. n. 1.* 580

*Tranſigere licet ſuper actione ciuiliter intentata ante & poſt litis conteſt. diff. 30.* 587

V.

Victualia *emere ante tempus non eſt vſura, de iure Regni ſecus. diff 79.* 591

*Vir & vxor, omnibus alijs deficientibus, ſibi inuicem ſuccedunt. diff 21.* 586

*Vſuraria materia pertinet ad iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, ſecus de iure conſt. Regni. diff. 2.* 584.

FINIS.

TRACTA-

# TRACTATVS DE ORDINE IVDICIORVM DOM. ROBERTI MARANTÆ,

## CVM ADDITIONIBVS D. PETRI FOLLERII.

### PROOEMIVM.

SVMMARIA.

1 *Deus cunctorum plaſmator, omnia ſuo ordine gubernanda præcepit.*
2 *Iudicium inſtitui conuenit, vt à diuinis operationibus non difformetur.*
3 *Ordo modus eſt agendi, ſine quo nihil recte agitur.*
4 *Actum noſtrum inanem efficiunt, quæ ſine legitimo initio gerimus.*
5 *Ordo peruerſus, vel omiſſus annullat actum.*
6 *Ordo quis ſeruandus.*
7 *In conſiliis & in reformationibus ordo ſeruari debet.*
8 *Vocem primam habere in conſilio is debet qui maioris eſt dignitatis & dignior.*
9 *Doctoribus vel Canonicis pluribus, præferri debet qui dignitatem prius acquiſiuit.*
10 *Sedere a dextris principis, maior eſt honor.*
11 *Actoris aduocatus prius, & poſtea Rei, debet proponere & allegare.*
12 *Ordo in ſententiis, & decretis exequẽdis debet ſeruari.*
13 *Tortura à timidiori, ſeu à magis ſuſpecto, vel fœmina debet incipi.*
14 *Filius prius torquetur, quando de eodem delicto pater & filius ſunt incriminati.*
15 *Mortuus prius pater præſumitur, quando pater & filius, vel mater & filius in eodem conflictu, bello, aut mari, moriuntur.*
16 *Debitores principales in conueniendis fideiuſſoribus, & tertiis poſſeſſoribus, debent prius excuti & conueniri.*
17 *Verborum ordo, in legatis & diſpoſitionibus ſeruatur.*
18 *Tutor qui tutelam adminiſtrauit, in pluribus conueniendis debet prius conueniri.*
19 *Stipulatio, non præcedente interrogatione, vel ſine reſponſione non valet.*
20 *Ordo ex iuris præſumptione in debitorum ſolutione ſeruatur.*
21 *Iudicium eſt lapis angularis totius legalis doctrinæ: & ideo ſummo ordine regi debet.*

POSTQVAM ſupremus cœli terræque Dominus, totius mundi machinam, ſuo quidem miro conſtruxit ordine, hominemque ad ſui imaginem compegit, vt moribus, ac legibus, humanum genus viueret; deſuper ſtatuit, recta cunctis ſectari, prauaq; abominari præcipiens: quod ipſum, legem eſſe teſtatur Cicero, *lib. 2. de natura deorum*. rerumque ordinem, ſicut † ipſe cun- 1
ctorum plaſmator in ipſius orbis molitione compoſuit, vt habetur *Geneſ. cap.* 1. Ita etiam inferiora omnia ſuo ordine gubernanda præcipit: teſte Apoſtolo *ad Corinth. cap.* 14. vbi inquit: Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis: nam inde boni
nihil emergit, vbi ordo deficit. Demiſſis † itaq; di- 2
uina prouidentia legibus, eaſdem in terreſtri iudicio deduci ac ventilari oportuit. Quod quidem iudicium ſuo ſimul ordine inſtitui conuenit, vt diuinis operationibus non difformetur.
Cum igitur † de huiuſmodi legali iudicio aliqua 3
in præſenti libello pro iuuenum, maxime Aduocatorum & Iudicum vtilitate atq; introductione, diſcutere, diſcutiendoq; cumulare decreuerim: merito ipſius ordinem ante omnia perquirendum eſſe conſentiendũ duxi: cum (vt inquit Bal. *in tract. ſchiſmatis, col.* 3.) ordo ſit modus agendi, ſine quo nihil
recte agitur. Et ibidem dicit, † quod omnia quæ ge- 4
rimus, niſi legitimum initium habeant, inanem noſtrum actum efficiunt, *l. quæcunq; gerimus.* 11. *ff. de act.*
*& oblig.* Hinc videmus, † quod ordo verborum dat 5
quamq; formam, & ſi fuerit omiſſus aut peruerſus, annullet actum, *c. cum dilecti.* 22. *& ibi plene per Freder. de reſcript.* ſimiliter ordo ſubſtantialis peruerſus viriat actum: ſecundũ Bald. *in l. prolatam.* 4 *C. de ſent. & interloc.* & Bald. *in l. ambiguitates.* 24. *C. de teſtam.*
Item † ſeruandus eſt ordo naturæ, item ordo inſtru- 6
ctionis diuinæ, & ordo, ingenio maiorum noſtrorũ inuentus, & ordo dans rei intellectum: vt dicit Bal. *in auth. hoc amplius. col. pen. C. de fideicom.* Item ordo legis ſeruandus eſt, ſecũdum Bal. *in l. inteſtato.* 4. *C. de*
*ſuis & legit.* Similiter † in conſiliis & reformatio- 7
nibus faciendis debet ordo ſeruari, vt prius proponatur, deinde conſulatur ſuper re ipſa propoſita: & deinde fiat reformatio, vt notat Bald. *in l.* 2. *in prin ff.*
*ad Velleia. & in l.* 2. *C. de decur. lib.* 10. Item is, † qui ma- 8
ioris auctoritatis, & dignior, debet habere primam vocem in conſilio: vt notat gl. *in c. placuit.* 16. *diſtin.* & Bald. *in c.* 1. *in verſic. prius. de controuerſ. feud. apud par.* & dicit Bal. *in c. cum olim.* 6, *in princ. de conſuetud.* quod antiquiores clerici & Doctores debent habe-

re primum locum. Idem tenet Bal. *in l.1. ff de obſeq. à lib.* & Bal. *in l. fi. C. de tyron. libr. 12.* per illum textum & Iaſ. *in l. cum quid. 3. in 2. lect. col. pen. ff. ſi cert. peta.* quæ

9 verba † intelliguntur: vt quando ſumus in habentibus parem dignitatem, vt in plurib. doctoribus, vel plurib canonicis, ille debet præferri, qui prius dignitatem acquiſiuit: & ſic, qui fuit prius creatus doctor, vel Canonicus, textus eſt formalis *in l.1. & ibi Bart. C. de conſul lib. 12.* & ſic attenditur ordo temporis, vt notat Bar *in l.2 §. prius, circa finem, ff. de vulgar. & pupil. & in l.1. & 2. ff. de alb. ſcriben.* & tangitur *in deciſ. 1. conſ. Neapolitan. in fi.* & notat. glo. *in c. fi.*

10 *17 diſt.* Similiter † in ſedendo ſeruatur ordo: nam maior honor eſt ſedere à dextris Principis, quam ſiniſtris: vnde ordo eſt, quod primo genitus Regis ſedeat à dextris: & ſic quilibet dignior debet ſedere à dextris: & minus dignus à ſiniſtris, ſecundum Baldum *in l. decernimus, 16. in 2. notab. C. de ſacroſanct.*

11 *eccleſ.* Item † ſeruatur ordo inter Aduocatos: quia prius debet proponere & allegare Aduocatus actoris, & poſtea Aduocatus rei, ita dicit Bart. *in l. Neſennius. 34. ff. de negot. geſt* & idem Baldus *in l. qui prior. 29. ff de iud.* vbi idem dicit procedere in omnibus actibus, qui fiunt per actorem, vt præcedant. Quod facit ad id, quod dicimus in reconuentione, in qua fiunt ſimultanei actus: nam prius debent fieri acta Actoris: & poſtea immediate Rei per *d. l. qui prior.*

12 29. & ibi Baldus. Item † ſeruatur ordo in executionibus ſententiarum & decretorum, ſecundum formam *l. à Diuo Pio 15 §. in venditione 1. ff. de re iud.* Item

13 ſeruatur † ordo in irrogando torturam pro veritate eruenda: nam quando plures ſunt incriminati de aliquo delicto, debet incipi tortura à magis ſuſpecto: ſed ſi omnes æqualiter ſuſpecti ſunt; & tunc ſi eſt maſculus, & fœmina, debet incipi à fœmina, quia cenſetur timidior, & citius dicit veritatem: ſecundum Bartol. *in l.1. ff. de quæſtio.* & Gandin. *in tractatu maleſic in titu. de quæſtio. & tormen. colum.* 2. ſed ſi omnes ſunt maſculi, debet incipi tortura à minori, vel à timidiori, vel à debiliori, text. eſt *in l. vnius. 18. in princip. ff. de quæſtio & glo. in c paruuli. 22. quæſt. 5.*

14 Item, † ſi de eodem delicto eſſent incriminati pater & filius, debet incipi tortura a filio: quia pater magis cruciatur de tortura filii, quàm de propria, *l iſti quidem. 8 fina. ff quod met. cauſ.* ita tenet Gandin. *vbi ſupra,* & ſuper hoc ponit pulchrum exemplum Andr. de Iſern. *in c.1. § publici latrones, de pac. tenend.* quod cum pater & filius eſſent incriminati de vno delicto, Rex Carolus iuſſit ambos duci ad furcam: & cum pater videret filium prope furcam, ſtatim confeſſus fuit, quod ipſe pater delictum commiſerat, & non filius: & ſic pater fuit laqueo ſuſpenſus,

15 & filius liberatus. Item, † ſeruatur ordo inter mortuos, ex iuris præſumptione: nam ſi in eodem conflictu, in bello, vel in mari; vel alia ruina ſimul mortui ſunt pater & filius, vel mater & filius: præſumitur de iure, prius mortuus pater, vel mortua mater, & deinde filius, inſpecto ordine naturæ: qui eſt, vt qui primo naſcitur, primo moriatur, *l. ſcripto, 7. ff vnde liber & l. nam & ſi parentibus. 15. ff. de inoff. teſta.* ita de hoc eſt tex. & ibi Bat. *in l. qui duos. 9. §. in bello. 1. & l. cum pubere. 22. de reb. dub.* quod tamen limitatur, quando filius eſſet pubes, ſecus ſi eſſet impubes: quia tunc præſumitur prius mortuus filius, quam pater, vel mater, quia propter imbecillem ætatem, cenſetur debilior, & citius mori, tex. eſt & ibi gl *in l. inter ſocerũ, 2. in prin. ff. de pact. & in d. l. qui duos, 9. §. fin.* & not. Pau. de Caſtro *in conſil. 101. in prin. in 2. volum.* vbi etiam pulchre declarat, quod is, qui agit ad ſucceſsionem, & fundat ſe, quod filius ſuperuixit patri, habet neceſſe hoc probare: alias ſuccumbit. Similiter ſeruatur ordo † in conueniendis 16

fideiuſſoribus, & tertiis poſſeſſoribus, quia prius debent conueniri & excuti principales debitores, *authen. præſente. C. de fideiuſſor. & authen. hoc ſi debitor. C. de pigno.* & not. Alex. & Doct. *in l. fin. C ſi certum pet.*

Item ſeruatur ordo † in legatis & diſpoſitionibus: 17

vt ſi teſtator dicat; vnum ex equis meis lego Titio, & alium Mæuio: nam Titius, qui eſt primo nominatus, debet prius eligere; quia attenditur iſte ordo verborum, ſecundum Bart. & Alex. *in l qui duos. 20. ff de lega. 1.* Item ſeruatur † ordo in cõueniendis plu- 18

ribus tutoribus, quia prius debet conueniri ille tutor, qui tutelam adminiſtrauit: & poſtea in ſubſidiũ is, qui non adminiſtrauit, ſecundum Bar *in l. ſi vt certo, § ſi duobus, colum. 1. 4. verſi. tu dic, quod imo eſt bona, &c. ff. commod.* & Bal *in l.1. in fin. & ibi communiter Doct. C. de tranſact.* Eodem modo in † ſtipulatione: 19

quia non valet, niſi in ea ſeruetur ordo interrogationis præcedentis, & reſponſionis ſequentis, *l.5 §. ſtipulatio. 1. ff. de verbo. oblig.* Item ſeruatur † ordo ex 20

iuris præſumptione in ſolutione debitorum; quia in dubio præſumitur quis prius ſoluere debitum proprium, quam fideiuſſorum, & prius debitum pœnale & vſurarium, quam non pœnale: & prius debitum magis antiquum, quam minus antiquum, *l. 5. in prin. l. 24. §. ſi l. 97. & l. 102 §. 2. ff. de ſolut.* Similiter in eccleſiis & conuentibus religioſorum datur certus ordo viuendi & celebrandi diuina, vt notorie liquet. Omnia igitur diuina & humana myſteria ordine reguntur ac celebrantur. Non † ſecus 21

& iudicium ipſum, quod lapis quidam eſt angularis totius legalis doctrinæ, ſummo præ cæteris humanis actibus ordine regi oportet. Ad cuius ordinem componendum accelerans, cunctos huius maxime Siciliæ regni tyrunculos, Aduocatos & iudices rogo, fraternaque dilectione exhortor; vt quæ in præſenti opuſculo colligenda decreui, ſedula lucubratione perſpiciant, perlegant, atq; menti (quatenus ingenti vires patiuntur,) affigant: hic namque totius iudicij exorditam telam, ſummaque vigilantia contextam eos quidem inuenturos polliceor. Et prius quid in ſingulis iudiciariis actibus ex communis iuris diſpoſitione ſeruetur & ſucceſsiue quid ex for-

ex forma conſtitutionum Regni, ac capitulorum rituum magnæ curiæ vicariæ, & regiarum denique pragmaticarum: Et in quibus iura hæc regni municipalia, a iuris communis regulis diſcrepent, eaſque corrigant, aut ex parte limitent, quod hactenus ab alio ad noſtram tempeſtatem attentatum non extitit. Lætetur ergo iuuenum profeſſorum turba, immortaliq; Deo gratiam habeat, qui momento quinquennales labores, modico pretio emere ſibi tribuit facultatem: errantibuſque in practicæ tenebris lumen & claritatem demittens, viam ſpatioſam aperuit. Perlege dilectiſſime cœtus, frugaleſque chartas, quas pro tui vtilitate notaui, aſſidua reuolutione tracta: quas quidem, ſi omiſſo liuoris aculeo, libenti ſtudio relegeris, quæ habuiſſe non pœnitebit, inuenies: meque de te benemeritum arbitraberis.

## TRACTATVS DIVISIO.

De iudiciis tractaturus, diuidam totum hunc
I. Tractatũ in ſex partes principales. Prima pars continebit, quot modis ſumatur iſte terminus, ſeu
II. iſtud nomen, *iudicium*, in iure. Secunda pars continebit diffinitionem iudicii, ſcilicet, quid ſit iudiciũ.
III. Tertia pars continebit, vnde habuerit originem iu-
IV. dicium. Quarta pars continebit, quotuplex ſit iu-
V. dicium. Quinta pars, iudicium, lis, inſtantia & cauſa
VI. quomodo differant. Sexta & vltima pars, ex quibus partibus conſtet iudicium, & quæ ſint eius membra. In iſtis ſex partibus conſiſtet tota continentia huius tractatus. Quibus expeditis Deo propitio, erit impoſitus finis huic Speculo Aureo.

## PRIMA PARS.

### Iudicium quot & quibus modis accipiatur

SVMMARIA.

1 *Iudicium, quot & quibus modis accipiatur.*
2 *Teſtis de ipſius iudicio deponens non probat.*
3 *Diuinum iudicium quod erit in fine ſeculi.*
4 *Iudicium fit actoris, rei, & iudicis expeditione.*
5 *Sententia etiam venit appellatione iudicii.*

Prima pars continet vnam tantum quæſtionem, videlicet, iſte † terminus IVDICIVM QVOT MODIS SVMATVR IN IVRE? Et breuiter dico, quod iſtud nomen IVDICIVM, pluribus modis in iure ſumitur. Primo enim modo accipitur pro ipſo actu trium perſonarum: videlicet Actoris, Iudicis, & Rei: de quo principalis eſt materia noſtra, & ita accipitur *ff. C & ext. de iudic. & c. forus. 10. de verb ſign.* Secundo modo accipitur iudicium, pro ipſo iuris ordine, vt eſt textus *in c. ſicut ſine iudicio, 1 quæſtio.* 1. Tertio modo ponitur iudicium pro diſcretione, *l. cum prætor 12. §. non autem, 2. ff. de iud. & in § præterea, 1. & ibi not. Inſt. quib. non eſt permiſſ facere teſtamen.* vbi eſt glo. ordi. nam dicitur pupillus vel furioſus non habere animi iudicium, id eſt, diſcretionem. Quarto modo ponitur iudiciũ pro iuriſdictione, *l. 2. § fi. & ibi not. ff de iudic.* Quinto modo ponitur iudicium pro actione, vt dicimus de iudicio familiæ erciſ. vt *Inſt. de off. iud. §. ſi familiæ. 4. l. 1. ff. communi diuid. & l ſed & eius. 24 §. familiæ. 1 & l. heredes. § item ſi plures. 5. ff. fam. erciſ.* Sexto ponitur iudicium pro condemnatione, *c. timorem. de conſecr. diſtinct.* 2. & ita accipit Apoſt. *ad Corinth. 1. c. 11.* Qui manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, id eſt, condemnationem, vt not. gloſſ. *in c. in iudiciis. 12. de reg iur. lib. 6.* & eſt tex. *in c. purgabit. 50. diſt.* Septimo ponitur iudicium pro vltima voluntate, vt eſt text. & ibi glo. *in c. licet, in fin. in verſi. iudicare. de ſepul. lib.* 6. Octauo ponitur † iudicium pro 2
opinione ſeu credulitate alicuius, vt dicimus in teſte deponente de iudicio ipſius teſtis: quo caſu non probat, ſecundum Ang *in repet. l. ſciendum. 30. col. 2 ff. de verb. obl.* & Alexan. *in conſil. 74. col. 3. in prin. in 1. vol.* Nono ponitur iudicium pro ſententia, *c. perſonas. 4. de appel.* item pro inſtantia, vt dicit glo. *in d. § præterea. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam.* Decimo accipitur iudicium pro deliberatione & examinatione, *c. 2. in fin. 9 diſtinct.* Vndecimo ponitur iudicium pro auctoritate, *c. nulla. 62. diſtin.* Duodecimo ponitur iudicium pro arbitrio boni viri, ſecundum Abb. *in c cum autem, 24. de iure patron.* & Bart. *in extrauag. ad reprim. in verſi. videbitur.* licet idem Bar. *in l. ſi ſic 75. in prin. ff. de leg. 1.* dicat, quod importat liberam voluntatem, *per l. Thais. 41 §. Lucius. 6. ff. de fideicommiſ. liber.* Decimotertio ponitur iudicium pro † diui- 3
no iudicio vniuerſali, quod erit in fine ſeculi: vt tota die cantat Eccleſia: & erit prope montem Olivueti in valle Ioſaphat, vnde Chriſtus aſcendit ad cœlos: inde etiam deſcendet iudicaturus viuos & mortuos, vt declarat *B. Thom. 4. ſent. diſtin. 48. q. 50. art. 4.*

In toto † autem præſenti Speculo accipiam iu- 4
dicium ſecundum primum modum: ſcilicet pro tota illa expeditione, quæ fit cum illis tribus perſonis, ſcilicet cum Iudice, Actore & Reo, à prima citatione vſque ad ſententiam incluſiue; † quia etiam 5
ſententia includitur in hoc iudicio, eo modo accepto, vt not Bald. per illum textum *in l. 1. in 3. notab. C. ſi aduerſ. rem iud* & Abb. *in c. 1. de plus pet.* & glo *in c. ſtatum. 11. § inſuper. in ver. iudicium, & ibi Gemin. de reſcript. lib. 6.* prout eſt tex. *in c. in cauſis 19. in ver. iudicio. de re iudic. & in c. ad aures. 33. & c. perſonas. 4. de appell.* Robert. Marant. Venuſ. I. V. D.

## SECVNDA PARS.

### Iudicii definitio, idque varie; Tum eius exercendi ratio.

SVMMARIA.

1 *Iudicium quid ſit: & quot modis diffiniatur, n. 9. & 12.*
2 *Iudicium ſine actore quandoque eſſe ſolet & ſine accuſatore, & quandoque ſine reo.*

3 *Iudice procedente per inquiſitionem, fama loco accuſationis ſuccedit.*

4 *Legatum factum perſonæ incertæ, quæ ex alio futuro euentu venit certificanda, valet.*

5 *Donatio in qua incerta eſt perſona donatarii, ſed euentu futuro venit certificanda, tenet.*

6 *Diffinitio genus & differentias habere debet: alias non valet.*

7 *Teſtis rationem & cauſam ſcientiæ, diuerſam à dicto ſuo adſignare debet, alias non probat.*

8 *Verbum contendere in iudicio, ad partes ſolū refertur.*

9 *Iudicium eſt inueſtigatio, quam facit iudex ſecundum iuris ordinem, per varios modos ad veritatem eliciendam, & elicitam cuſtodiendam.*

10 *Iudicium eſt cauſa in iure reddendo neceſſario poſita, cum perſonarum interpoſitione.*

11 *Iudicium eſt diſcuſſio cauſæ, quæ iuridice coram iudice fit.*

12 *Iudicium, iuſtitiæ eſt miniſtratio, quæ fit à iudice in cauſa coram eo propoſita. num. 13. & 14.*

13 *Iuſtitiam dicitur priuatus proximo facere, ſibi ius ſuum reddendo.*

14 *Iuſtitia poteſt miniſtrari per iudicem, quandoq; abſq; propoſitione cauſæ.*

15 *Iudicium conſtat ex conſideratione ſeptem cauſarum.*

16 *Cauſa materialis quæ dicatur.*

17 *Cauſa vnde dicatur.*

18 *Statutum vel diſpoſitum in materia non cenſetur diſpoſitum in materiato, & non venit appellatione alterius: nec econtra.*

19 *Materiato obligato, non cenſetur obligata materia.*

20 *Prohibitus vendere frumentum extra territorium, non poterit vendere farinam.*

21 *Cauſa quæ efficiens dicatur.*

22 *Cauſa quæ dicatur formalis. & num. 25. & 26.*

23 *Scriptura, eſt actus forma, quando ex legis diſpoſitione actus in ſcriptis debet celebrari.*

24 *Ordo reſcripti, dicitur forma.*

25 *Quæ dicatur cauſa formalis.*

26 *Figura iudicii, quæ ſit.*

27 *Cauſa ſubſtantialis quæ ſit.*

28 *Publicatio & concluſio, an ſit de ſubſtantia proceſſus, ſeu iudicij.*

29 *Naturalis quæ ſit cauſa, & an illi renuntiari poſſit.*

30 *Cauſa accidentalis quæ ſit.*

31 *Cauſa finalis quæ dicatur.*

32 *Sententia eſt cauſa finalis iudicii.*

33 *Controuerſiæ per ſententiam imponitur finis, ad quem iura feſtinant.*

34 *Ex proceſſu, in quo non eſt lata ſententia, non poteſt deueniri ad effectum executionis.*

35 *Cauſa finalis vniuſcuiuſque actus, eſt principale hominis intentum, actum illum facientis.*

36 *Cauſa quæ ſit finalis in contractib. & quæ in legatis.*

37 *Iuſtitia eſt finalis iudicii cauſa.*

38 *Iudiciorum formalibus vel ſubſtantialib. an poſſint partes renunciare. num. 39. cum plurib. ſeq.*

39 *Cauſæ formali iudiciali, partes renunciare poſſunt.*

40 *Sententia ſine ordine iudiciario de voluntate partium ferri poteſt: & valebit in vim arbitramenti.*

41 *Partes an facere poſſint, quod iudex ſine ſcriptis pronunciet.*

42 *Formalibus aut ſubſtantialibus non poſſunt partes in contractibus, & vltimis voluntatibus renunciare, vt actus valeat.*

43 *Iudicio pendente coram vno iudice poteſt pars aduerſantium trahere coram alio iudice, & valet iudicium exceptione litis pendentiæ non oppoſita.*

44 *Pactum, quod venditor non teneatur de euictione, valet: tenetur tamen ad pretii reſtitutionem.*

45 *Renunciari poteſt accidentalibus contractuum; & valet pactum ſuper eis.*

46 *Finali cauſæ iudicii renuntiari poteſt.*

SECVNDA pars † principalis continet variam 1
quæſtionem, videlicet, definitionē iudicii. Vnde quæro, quid ſit iudicium? Reſpondeo, quod variis modis diffinitur.

Et primo modo diffinitur ſic: videlicet, IVDICIVM EST ACTVS LEGITIMVS TRIVM PERSONARVM IN IVDICIO CONTENDENTIVM: VIDELICET IVDICIS, ACTORIS ET REI. Hanc diffinitionem ponit Bal. *in rub. ff. de iud.* & Alb *in rub. ext. de iud. col. 2.* & Alex. *in rub. C.*
*de iud.* Iſtam † diffinitionē impugnat Car. *in rub. ext.* 2
*eod.* & quam plures alii Dd. ibi: ex eo, quia nō eſt generalis, & non conuertitur, nam quandoque ſolet eſſe iudicium ſine actore: vt quando iudex inquirit ex officio, *c. qualiter & quando. el. 2. 24. de accuſ.* quādoque ſolet eſſe ſine reo: vt quādo iudex inquirit generaliter ſuper notorio crimine, ad inueniendum malefactorem, non contra certam perſonam: vt declarat Innocent *in c. bonæ. 23. de elect.* & habetur *in conſtit. Regni ſi damna clandeſtina.* tamen Abb. *in d. rubr.* nititur ſaluare hanc definitionem propter duas rationes. Primo; quia debet accipi iudicium à communiter accidentibus: nam ſecundum communem curſum cauſarum, vt plurimum ſolent eſſe tres perſonæ in iudicio, facit text. *in l. nam ad ea. 5. ff. de legi-*
*bus.* Secundo, † quia quándo proceditur per inqui- 3
ſitionem, ſaltem fama ſuccedit loco accuſatoris, vt *d. c. qualiter & quando, 24. de accuſ.* & ſic ex iuris fictione extat accuſator. Verum iſta ſaluatio Abb. non ex toto euacuat rationes contrarias: quia non euacuat illam, quando proceditur ſine reo, ſuper notorio crimine: quæ appellatur inquiſitio gene-
ralis. Puto † tamen ſaluando Abbat. ab iſta impu- 4
gnatione, dici poſſe, & præſuppono ſubtiliter: quod vbicunque aliquis actus legitimus requirit ad ſui efficaciam interuentum aliquarum perſonarum, poteſt dari ille actus validus & efficax, quamuis non omnes illæ perſonæ interueniant certæ: ſed aliqua ſit incerta, inſpecto præſenti ſtatu: tamen ex certa deſtinatione per rerum naturam; puta, quia venit

venit certificanda ex aliquo futuro euentu: iſte eſt text. *in l. quidam relegatus. 5. & ibi Bartol. ff. de reb. dub.* vbi valet legatum factum perſonæ incertæ, quæ ex aliquo futuro euentu venit certificanda: & tamen non eſt dubium, quod in legato requiruntur duæ perſonæ, quoad eius efficaciam, ſcilicet, perſona legãtis & perſona legatarii: vt patet ad ſenſum.
5 Similiter in † contractibus: nam contractus non poteſt per rerum naturam celebrari, niſi interueniat conſenſus duorum; vel niſi duæ perſonæ interueniant: vt patet ad ſenſum: & tamen poteſt dari aliqua donatio, in qua perſona donatarii ſit incerta, & veniat certificanda ex aliquo futuro euẽtu. Exemplum in miſſilibus, quæ proiiciuntur in populum, vt *in § antepen. 46. Inſt. de rer. diuiſ.* & tamen non per hoc deſinit, quin illud appelletur legatum, & illa donatio: ita in oppoſito, quando iudex facit generalem inquiſitionem ſuper delicto notorio; dico, quod reus, licet de præſenti ſit incertus: tamen eſt certus per rerum naturam, ſaltem deſtinatione: venit enim ex futuro euentu certificandus: nam per inquiſitionem iudex perquirit indicia: & ſi contra aliquem inuenerit indicia, deſcendit poſtea ad ſpecialem inquiſitionem contra eum: & ſic non per hoc deſinit eſſe iudicium: quia imo eſt reus ſaltem deſtinatione: & ex futuro euentu certificandus: & per hæc poſſet in totum approbari ſaluatio Abb. Sed
6 licet † iſta diffinitio ita ſaluata, videatur prima facie procedere: tamen puto ex noua conſideratione eam non eſſe bonam, & conſidero id, quod eſt vulgatum in diffinitionibus; nam omnis diffinitio debet habere genus & differentias; alias non valet: ſed hic, ſi recte conſideretur, ipſummet diffinitum ponitur loco differentiæ: ergo non valet ratione perplexitatis, *l. ſi Titius 16. ff. de cond. inſtit.* Hoc patet: nam dicitur in diffinitione, quod iudicium eſt actus trium perſonarum in iudicio contendentium: & ſic iudicium eſt diffinitum: ipſummet ponitur in differentiis, ibi; In iudicio, &c. per quod nulla reſultat declaratio quidditatis iudicii, ſicut ſi quis vellet diffinire hominem, & diceret: homo eſt animal in homine conſiſtens: nam per talem diffinitionem nulla habetur declaratio hominis, cum differentiæ ſe refetant ad ipſum diffinitum: ſic in propoſito, ſi quæro ſcire quid ſit iudicium, male mihi declaras, ſi dicis, quod eſt actus, qui in iudicio fit, quia nihil plus ſcio nunc per talem declarationem, quam an-
7 tea ſciebam ſine ea. Quod facit ad id, † quod dicimus de teſte, qui debet aſſignare rationem & cauſam ſcientiæ diuerſam à dicto ſuo; alias ſi eſt eadem ratio cum dicto, teſtis non probat, vt ſi dicat, ſcio Titium occidiſſe hominem: & interrogatus de cauſa ſcientiæ dicat; quia ſcio: iſte teſtis non probat, ſecundum Bart. *in l. fin. ff. de offic. proc. Cæſ.* & Soc. *conſil. 98. col. fin. in 4. vol.* vnde per iſtam diffinitionem non declaratur quidditas diffiniti, prout eſſe deberet, vt not. Fran. de Aret. *in l. 2. in prin in 2. not. de vulg. & pup.*

ergo non eſt bona. Secundo, † contra hanc diffinitionem conſidero illud verbum, Contendentium: 8
nam refertur pariformiter ad omnes tres perſonas, *iuxta l. iam hoc iure 4. § 2. & l. Lucius 45. in princip. ff. de vulg. & pup.* & tamen in quantum reſpicit perſonam iudicis, videtur inepte poni: quia iſtud verbum, contendere in iudicio, refertur ſolum ad partes, vt *in auth. offeratur. C. de li. conteſt.* partes enim dicuntur adinuicem contendere: & iudex eſt medius inter eas, *l. 1. C. de nupt.* & not. Bart. *in l. legatum ciuitati 16. circa fin. ff. de vſufruct. legato.* & eſt text. *in c. cum æterni. 1. de re iud. lib. 6.* & per hæc puto, quod in puncto iuris hæc diffinitio non ſit bona. Secundo modo † principaliter diffinitur iudicium, ſecun- 9
dum Card. & Imol. *in rubr. extr. de iud.* videlicet, iudicium, eſt inueſtigatio, quam facit iudex ſecundum iuris ordinem, per varios modos ad veritatem eliciendam, & elicitam cuſtodiendam. Et hanc diffinitionem approbat Abbas, & ibi Alex. *in rubr. C. de iud.* Iſta diffinitio poſſet morderi: quia videtur reſtringere iudicium, ſolum, quando iudex procedit ſecundum iuris ordinem: ergo ſi ex forma ſtatuti, vel reſcripti Principis iudex nollet procedere, iuris ordine non ſeruato, prout eſt, quando procedit ſine figura iudicii, & ſola facti veritate inſpecta, prout in Regno proceditur in cauſis ciuilibus: ſequeretur, quod ibi non eſſet iudicium: quod tamen eſt falſum: cum ibi etiam interueniat perſona Iudicis, Actoris, & Rei, vt *in c. forus 10. de verb. ſign.*

Tertio modo † diffinitur iudicium, ſecundum 10
Gaſp. de Cal. *in d. rubr. extra, de iud.* videlicet, iudiciũ, eſt cauſa in iure reddendo neceſſario poſita cum interpoſitione perſonarum; & iſta fuit diffinitio Azon. *in ſumma, eod. tit.* hanc diffinitionem puto indubitanter non procedere, nec eſſe bonam: nam omnis bona diffinitio debet habere aliquid loco generis, vt habetur *in l. 1. §. dolum. ff. de dolo.* Sed in hac diffinitione loco generis ponitur ille terminus, cauſa: & recte conſiderando hunc terminum, cauſa, eſt terminus magis ſpecialis, quam ſit iudiciũ, quod probo ad ſenſum; nam cauſa, eſt ipſa materia, quæ in iudicio deducitur & agitur, vt declarant Alex. & alii Modern *in l. poſtquam liti. 4. C. de pact.* *in l. cauſas. 16. C. de tranſact.* & eſt tex. *in d. c. forus. 10. de verbor. ſignific.* vbi iſta duo, ſcilicet, iudicium, & cauſa ponuntur, vt diuerſa, & dicam plenius *in 5. parte princip.* ſi ergo cauſa eſt ipſa materia quæ, deducitur in iudicium, ſequitur quod iudicium eſt cõtinens, cauſa vero contentum: vnde differunt, vt continens & contentum: ſed negari non poteſt, quin generalius ſit continens, quam contentum, præterea quod iudicium ſit generalius, perpenditur clare ex dictis Alexan. *in d. l. poſtquam liti.* & ibi etiam Iaſ. vbi facit differentiam inter iudicium, cauſam, litem & inſtantiam: & dicit, quod iudicium dicitur à citatione, vſque ad finem ſententiæ, & ſic continet ſub ſe litem & cauſam, & inſtantiam: ergo eſt nomen ge-

neralius: vnde male diffinitur per nomen ſpeciei: quia videtur diffiniri per ſuum indiuiduum, quod fieri non poteſt: ſicut ſi vellemus diffinire hominem, & diceremus, homo eſt Petrus, rationalis, mortalis, iſta eſt mala diffinitio: quia loco generis haberet ſuum indiuiduum, ſcilic. Petrum: & ſic non eſſet bene demonſtrata quidditas ipſius diffiniti: & ſequeretur vnum inconueniens, quod, quot ſunt cauſæ, tot eſſent iudicia ſeparata in genere: quod non eſt verum: quia quando diffinimus iudicium, accipimus ipſum tanquã vnum in abſtracto conſideratum: & non prout eſt, hoc iudicium, & illud, &c. ſicut dicimus de officio iudicis, vt declarat Bar. *in l. 1. col. 2. & 3 ff. de iuriſd. omn. iud.* ꝑ hoc eſt tex. *in l. ꝓponebatur. 76. ff. de iud.* & hoc eſt de mente Ariſt. *in prædicamentis.*

11 Quarto modo † diffinitur iudicium ſecundum Abb. *in d rub. extr. de iudic.* videlicet, Iudicium, eſt diſcuſſio cauſæ, quæ coram iudice iuridice fit. Hanc diffinitionem approbat ipſe per tex. *in d. c. forus. 10. de verb ſign.* & poteſt eſſe bona hæc diffinitio: quia bene probatur per *d. c. forus.* & differt à præcedenti, quia illa ponit ipſam cauſam, vt genus, & ideo non procedit, vt ſupra dixi, impugnando iſtam: iſta vero ponit ipſam diſcuſſionẽ cauſæ, vt genus, quod ſtare poteſt: quin aliud eſt dicere cauſam, quod eſt quiddam per ſe: & aliud diſcuſſionem cauſæ, quæ diſcuſſio refertur ad perſonas interuenientes in iudicio; quia cauſa ipſa per ſe non diſcutitur.

12 Putarem † tamen vltra prædictas diffinitiones Doctorũ, poſſe & quinto modo diffiniri iudicium: videlicet, Iudicium, eſt iuſtitiæ miniſtratio, quæ fit à iudice in cauſa propoſita coram eo. Hæc diffinitio eſt bona & generalis: & conuertitur cum ſuo diffinito, & conſtat ex genere & differentijs; nã in quantum dicitur, eſt iuſtitiæ miniſtratio, iſtud eſt genus; quia comprehendit ſub ſe plures ſpecies: nam poteſt miniſtrari iuſtitia in iudicio, & extra iudicium, vt habetur pleue *in deciſ. 24. conſ. Neapol.* & ad hoc ſunt prodita illa tria capitula regni, videlicet vnũ, quod incipit: *Ad regale faſtigium.* aliud, quod incipit: *Omnis prædatio.* & aliud, quod incipit: *Finis præcepti, charitas, &c.* in quibus locis ponuntur exempla de iuſtitia miniſtranda extra iudicialiter, poteſt etiam poni exemplum in cauſis breuioribus: in illis, & in quibus proceditur leuato velo, *iuxta auth. niſi breuiores, & ibi Bart. & Doct. C. de ſent. ex breuic. rec. & l. de ſubmerſis. 5. & ibi gloſſ. & Doct. C. de naufrag. lib. 11.* Item, quod iudicium ſit ipſa miniſtratio iuſtitiæ, colligitur ex textu *in d. c forus.* in quantum dicit, quod ipſa materia, quæ proponitur in iudicio, dicitur cauſa: ſed dum diffinitur, dicitur iudicium, dum ſcilicet, per ſententiam, dicitur iuſtitia: ſic ergo finis dicitur iuſtitia: ipſum diſcurere, dicitur iudicium: vnde qui iudicium exercet, dicitur miniſtrare iuſtitiam: quia quicquid facit, eſt, vt veniat ad finem: ſic ad ipſam iuſtitiam, id eſt, ad ſententiam: qua ſententia lata, dicitur iuſtitia miniſtrata: ſed dum eſt in fine, dicitur iuſtitia miniſtrari, hoc probatur *in l. 2. §. poſt originem. 13. ff. de orig. iur.* vbi poſt originem iuris fuerunt inuenti iudices & magiſtratus, qui iura redderent: & ſic qui iuſtitiam miniſtrarent, qui ius proculdubio reddunt, dum iudicium exercent. Quod patet ex ipſa denominatione vocabuli: nam dicitur iudex, quaſi ius dicens, vt *in d. c. forus. 10. de verbor. ſignif.* & not. Bart. *in l. 1. col. 2. in princ. ff de iuriſd. omn. iud.* inde venit iudicium à iudice: quia dicitur iudicium quaſi iuriſdictio: ſicut iudex dicitur, quaſi ius dicens; ita hæc omnia dicuntur in *d. c. forus,* vnde ſicut iudex dicitur ius dicere, & ſic iuſtitiam miniſtrare, vt habetur *in l. pen. ff. de iuſt. & iure.* ita & iudicium, quod deſcendit à iudice, dicitur ipſa iuſtitiæ miniſtratio, & ſic dictio iuris.

Sequitur in diffinitione, † Quæ fit à iudice, &c. 13 hoc verbum pono ad differentiam priuati, qui ſine iudicio poteſt facere iuſtitiam proximo reddendo ius ſuum: quia tunc dicitur ſeruare iuris præcepta, *l. iuſtitia. 10. §. 1. de iuſt. & iur.* Item ponitur; quia non poteſt dari iudicium ſine iudice, cum ab eo denominetur tanquam a fortiori, vt *d. cap. forus.* † Sequi- 14 tur in diffinitione: in cauſa propoſita coram eo, &c. iſta verba pono ad differentiam iuſtitiæ miniſtratæ per iudicem ſine propoſitione alicuius cauſæ, exemplum: quando iudex emittit banna, quod nullus portet arma, vel ambulet de nocte, vel blaſphemet Deum, vel ſimile: iam dicitur iuſtitiam miniſtrare; & tamen non dicitur iudicium: quia nulla cauſa eſt propoſita coram eo, nec adeſt ibi aliqua forma iudicii. Item pro hoc, quod dico, in cauſa propoſita coram eo, apparet quod iudicium non poteſt dari, vbi non eſt aliqua cauſa ciuilis, vel criminalis: quia iſtud nomen, cauſa, eſt generale, cõprehendens ciuilem & criminalem, vt dicetur infra *in 5. parte huius tract.* eſt text. & ibi Alex. & Doct. *in l. cauſas 16. C. de tranſact.* reprobata gloſſ. ibi *& in c. 1. de iur. calum.* & Cardin. *in Clem. 1. in 17. q. de offic. vic.* Cauſa enim dicitur materia ipſius iudicii, ſuper qua iudicium radicatur, vt *d. c. forus. 10.* vnde dicitur cauſa materialis ipſius iudicii; quia ſine ea non poſſet iudicium in eſſe produci.

Hinc ſumpta occaſione † oportunum eſt hic diſ- 5 curere, quot cauſæ conſiderentur in iudicio? ſuper qua quæſtione dico; quod ſeptem cauſæ conſiderantur in iudicio: videlicet, cauſa materialis, cauſa efficiens, cauſa formalis, cauſa ſubſtantialis, cauſa naturalis, cauſa accidentalis, & cauſa finalis.

Prima † cauſa dicitur materialis, & dicitur cauſa 16 materialis generice illa, ex qua immediate aliquid fit: & illud quod fit ex ea, appellatur materiatum, vt eſt text. gl. & Bart. *in l. ſi conuenerit. 18. § ſi quis 3. ff. de pign. act* exemplum ponitur *in §. cum ex aliena. 25. Inſt. de rer. diuiſ.* vt quando ex argento fit cratera, argentum appellatur cauſa materialis, cratera vero materiatum, vt declarat Bar. *in l. dictam 8. col 2. C. de cond. ob cauſ.* & Abb. *in prox. dec. col. pen.* vbi dicunt, quod

quod cauſæ cardinales dicuntur eſſe quatuor; ſcilicet materialis, efficiens, formalis, & finalis, & ibi de-
17 claratur, quæ ſint iſtæ quatuor cauſæ. Et † dicitur cauſa à chaos, quod fuit principium omnium, vt declarat Card. *in Clem. dudum 2. §. ab olim. col. 2. de ſepul.* cauſa autem, quæ in iudicio deducitur, dicitur à caſu, quia caſualiter euenit, vt *d. c. forus. 10 de verb ſignif* in propoſito autem quo ad iudicium, cauſa materialis ipſius iudicii, dicitur ipſa cauſa, quæ in eo deducitur: ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis, vt *d. c. forus.* quia ex ipſa cauſa immediate fit iudicium: & i-
18 pſum poteſt appellari materiatum † An autem id quod eſt ſtatutum, vel diſpoſitum in materia, cenſeatur etiam diſpoſitum in materiato, & an vnum veniat appellatione alterius, & econtra? dic regulariter, quod non, text. eſt *in l. ligni. 55. § ſi lignum. 7. & ibi gl. l. Seruius. 57. ff. de leg. 3. l. librorum. 52. §. chartis. 6.* & ibi Bart. *& l. ſi cui. 70. eod. tit. & d. l. ſi conuenerit. 18. § ſi quis. 3 ff. de pign.* Ex † quo infertur, quod
19 ſi debitor pignorat ſyluam cæduam, non cenſetur pignorata nauis, quæ ſit ex lignis illius ſyluæ: quia obligata materia non cenſetur obligatum materiatum, text. eſt formalis *in d. l ſi conuenerit 18 § ſi quis. 3 & ibi per Doct.* vbi Bald. mouet pulchrum & quotidianum dubium, ſcilicet; an creditor poſſit prohibere debitorem, ne incidat ligna in ſylua pignorata: & diſtinguit, aut ſylua eſt cædua; & non poteſt prohibere, aut non eſt cædua; & tunc ſecus, vt
20 *ibi per eum.* Fallit tamen id, quod ſupra dixi, † quando eadem eſt ratio in materiato, quæ eſt in materia: vt ſi ſtatutum prohibet vendi frumentum extra territorium, cenſetur prohibere etiam farinam, vt not. Fel. *in c. ad liberandum. 17 col 2. de Iudæis.*

21 Secunda cauſa, † quæ conſideratur in iudiciis, eſt cauſa efficiens: dicitur autem cauſa efficiens illa, quæ facit actum, vel opus mediante materia, vt dicit Bald. *in d. l 8. colum. 2. verſ. modo dubitatur, & c. C. de condict. ob cauſ* & Abb. *in proœm. decre. colum fin.* vbi plus dicit, quod cauſa efficiens poteſt eſſe proxima & remota, poteſt exēplificari in ædificatione: nam ipſe faber murarius, dicitur cauſa proxima, quæ immediate facit murum; dominus vero, qui facit ædificari, dicitur cauſa remota: cauſa ergo efficiens in iudiciis, eſt Iudex, Actor, & Reus: quia iſtæ perſonæ faciunt iudicium, vt *in d. c. forus 10.* & not. Abb. *in rub. de iudic* & iſta dicitur cauſa proxima: ex quo ab iſtis perſonis immediate procedit iudicium. Poſſet etiam conſiderari cauſa remota in iudiciis: vt quando aliquis litigat per procuratorem: nam procurator, eſt cauſa proxima: dominus vero, eſt cauſa remota: vel potius procurator poſſet dici cauſa efficiens inſtrumentalis, per ea quæ declarat Abb. *in d proœm. decret. colum. fin.*

22 Tertia † cauſa, quæ conſideratur in iudiciis, eſt cauſa formalis: dicitur autem cauſa formalis illa, quæ conſiſtit in ordine vel modo à lege tradito ad faciendum aliquem actum, puta, quando aliquis actus debet fieri cum aliqua ſolennitate iuris: illa ſolennitas dicitur in forma ipſius actus: exemplum poteſt poni in teſtamento, in quo requiruntur ſeptem teſtes pro forma, adeo quod ſi vnus deficit, teſtamentum non valet, *l. ſi vnus. 12. & ibi communiter Doct. C. de teſtamen.* Item in ſtipulatione, in qua eſt forma, vt præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio, *l 5 § ſtipulatio 1. ff. de verb. oblig.* Item in tranſactione ſuper alimentis, in qua pro forma requiritur decretum prætoris, cum cauſæ cognitione: qua omiſſa vitiatur tranſactio, *l. cum hi. 8. §. ſi prætor. 17. ff. de tranſact.* idem in alienatione rerum minorum, vel Eccleſiæ: vt *in toto tit ff. de reb. eorum. & C. de præd. min. & in authent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Item, † vbi lex vult, quod aliquis actus celebretur 23
in ſcriptis, illa ſcriptura dicitur forma illius actus, ſecundum Bald. *in l. fin. col 2. C. de ſuis & legit.* facit *l. contractus. 17. & ibi Bald. C de fid inſtrum.* Item, † vbi 24
Princeps dat certum ordinem in reſcripto, ille ordo dicitur forma, qua omiſſa, vitiatur actus, *c. cum dilecta. 22. & ibi plene per Felin. de reſcript.* poſſunt etiam mille alia exempla inueſtigari ex variis legibus in Corpore iuris, in quibus aliquid requiritur pro forma. Illa dicitur formalis, † quæ dat eſſe rei: & 25
omiſſa vitiat actum, *l. Iulianus 9. §. ſed ſi quis 3 ff. ad exhib & c ſuper quæſtionem. 27. §. verum & ibi per Felin. & c. prudentiam. 21. in fin. de offic. delegat. & c. ſicut. 21. de elect. lib. 6.* & Card. *in Clem. 1. in 10. q. de reb. eccleſ. non alien* In propoſito † autem dicitur cauſa for- 26
malis iudicii ipſe ordo & ſolennitas iudicii: videlicet, quod præcedat libellus, & ſequatur litis conteſtatio, & poſtea fiant probationes, & demum feratur ſententia, alias ſententia non valet, ſi iſte ordo & forma omittatur, vel peruertatur, *l. prolatam. 4. & ibi Bart. C. de ſent. & interloc.* Item, quod iudex ſedeat pro tribunali, eſt de forma & ſolennitate iudicii, *c. fin de reg. iur lib. 6.* & not. Bart. *in l. 1. & fin. C. de ſent. ex breu. rec.* & Spec. *in tit. de dilat. §. fin. verſ. ſed cum à procedente.* Alio vocabulo iſta forma appellatur figura iudicii, vt dicit Bald *in l. nec quicquam. 9 § de plano 3. col. 1. ver quid ſi committitur, & c. ff de offic. proconſ.* & declarat Old. *in conſ. 115.* & ita intelligitur gloſſ. *in l. iubemus 41. C de lib. cauſa*, quæ dicit, tunc dici confeſſionem iudicialem, & præiudicatæ, quando fit in figura iudicii, & ibi hoc etiam dicit Bald. idem tenet Felin. *in c quoniam contra 11 col 25. de probat.* & gl. & Bart. *in l. cum ſcimus. 22 in fin C. de agr. & cenſi. lib. 11.* & ita verificatur illa clauſula, ſine figura iudicii: quando Princeps ita cauſam committit, quia cenſetur ſublatus omnis ordo formalis iuris poſitiui, quo ad ſolennitatem, non quo ad ſubſtantiam probationum: vt not. Bart. *in extrauag. ad reprimen. in verſic. & figura iudicii.* & Lanfranc *in Clem. ſæpe. 2. in verſ. & figura. & ibi etiam Card. & Dd. de verbor. ſignif* & Petr. Philip. Corn *in conſ 53 colum. 2. in litera S. in 2. vol* & Soc. *in conſ 46. col. 2 in 1. vol.*

Quarta cauſa, † quæ cōſideratur in iudiciis, dici- 27

tur

tur cauſa ſubſtantialis : & dicitur illa, ſuper qua conſiſtit tota virtus, nomen & effectus ipſius actus. Exemplum in contractu emptionis & venditionis ſubſtantia ipſius contractus, eſt res & pretium: nam ſine iſtis non poteſt celebrari talis contractus, & nullus eſt, *l. fin. C. de contrah. empt. & l. 2. eod. tit. & Inſt. eod. §. item pretium. 2.* ſic etiam in iudiciis, ſubſtantialia iudiciorum dicuntur ipſi actus ſubſtantiales iudicii: prout eſt libellus, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, probatio, & alii ſimiles, vt *d. l. prolatam. 4. & ibi Bartol. & Doct. C. de ſent. & interloc.* & habetur *in Clem. diſpendioſam. 2. de iud.* declarat Abb. *in*
28 *c. cum. I. & A. 21. coll. 2. de re iudic.* Vbi † etiam tangit, an publicatio & concluſio, ſit de ſubſtantia proceſſus, ſeu iudicii, de quo plene dicam infra in ſexta parte, congrue in ſuo loco opportuno. Et non putet aliquis eſſe vnum & idem exemplum, id quod poſui in formalibus iudicii cum hoc, quod pono in ſubſtantialibus: quia imo eſt diuerſum: nam in formalibus conſidero ſolum ordinem ſolemnitatis: vt *d. Clem. diſpendioſam. & d. l. prolatam. 4.* in ſubſtantialibus vero conſidero propriè ipſos actus interuenientes: quos ſupra dixi.

29 Quinta cauſa, quæ † conſideratur in iudiciis, eſt cauſa naturalis : dicuntur enim naturalia alicuius actus ea, quæ veniunt tacite ex natura ipſius actus, abſque eo, quod dicatur : ſicut dicimus in mutuo, in quo tacite venit ex natura ipſius, vt reddatur æque bonum, *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet.* Item in contractu venditionis, in quo tacite venit ex natura ipſius, vt venditor teneatur de euictione, *l. non dubitatur. 6. C. de euictionib. & l. in vendendo. 66. ff. de contrahen. empt.* Idem, vt venditor non teneatur ad dandum, ſed tantum ad tradendum, *l. ex empto. 11. ff. de actio. empt. l. ſi ita 25. §. 1. ff. de contrah. empt & l. clauibus. 74. eod. tit.* Item in contractu depoſiti venit dolus & lata culpa tantum ex natura ipſius : in locato vero venit etiam leuis : in commodato etiam leuiſſima, *l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. ff. commodat.* Iſta dicuntur naturalia actuum : de quibus etiam habetur *in l. pacta conuenta. 72. & ibi gloſſ. ff. de contrahen. empt.* ſic etiam in iudiciis conſiderantur naturalia iudiciorum : & ſunt illa, quæ veniunt ex natura iudicii, tacite ex iuris diſpoſitione : & de his poteſt poni exemplum per quam plures iuris regulas loquentes de natura ipſius iudicii. Primum exemplum eſt *in l. vbi cœptum. 30. ff. de iudic.* hoc enim eſt de natura iudicii, vt vbi cœptum ſit, ibi debeat finem accipere. Secundum exemplum eſt *in l. in hoc iudicio. 27. ff. famil. erciſc.* vbi de natura iudicii eſt, vt ſit indiuiduum. probatur etiam *in l. nulli. 10. C. de iud. & in c. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* & Spec. *in tit. de arbit. §. ſequitur. col. 14. ver. quia omne iudicium, &c.* Tertium exemplum eſt *in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. non debet actori. 41. ff. de reg. iur.* vbi traditur regula, quod de natura iudicii eſt, vt in eo ſeruetur æqualitas inter actorem & reum & non claudicet. Quartum exemplum eſt *in l. properandum. 13. in princ. C. de iud.* vbi de natura iudicii eſt, quod inſtantia eius finiatur triennio, vel biennio, ſecundum quod eſt iudicium ciuile, vel criminale: vt ibi habetur. Quintum exemplum eſt *in l. ſolemnus. 61. & ibi gloſſ. & Doct. ff. de iudic.* vbi in iudicio tacite venit, quicquid venit ex natura actionis propoſitæ. Sextum exemplum eſt *in l. ædiles. 25. §. item ſciendum. 8. ff. de ædil. edict.* vbi omnia acceſſoria poſt litem conteſtatam, veniunt ex natura iudicii, etiam ſi non petantur. Poſſent etiam & alia exempla poni, quæ per ſe ſtudioſus inueſtigator quærere & adaptare poteſt.

Sexta cauſa, † quæ conſideratur in iudiciis, eſt 30
cauſa accidentalis: & quæ ſit cauſa accidentalis, declarat Bal. *in l. in vendentis. 13. col. fin. in fine. in 4. q. in fin. C. de contrah. empt.* vbi dicit, quod accidentale alicuius actus dicitur, quicquid aduenit ipſi actui iam ſubſtantiato : vt habetur *in d. l. pacta conuenta. 72. & ibi glo. ff. de contrah. empt.* eſt enim accidens ſecundum Dialecticos, quod poteſt adeſſe & abeſſe ab aliquo ſubiecto, præter ipſius ſubiecti corruptionẽ. Omne igitur pactum, quod apponitur in contractu emptionis præter rem & pretium, dicitur accidentale; quia ſine eo poteſt ſtare contractus ſecundum Baldum *in d. l. in vendentis. 13. col. final.* ſic etiam conſidero in iudiciis, & dico, quod omnia, quæ emergunt in iudicio, puta per oppoſitionem alterius partis, præter formam & ſubſtantiam iudicii, dicuntur accidentalia: exemplum pono *in d. l. quoties. 3. C. de iud. & l. 1. & ibi Bart. C. de ord. iudic.* vt ſi porrigo libellum, in quo peto hæreditatem, aduerſarius opponit mihi quæſtionem ſtatus: illa quæſtio incidens dicitur accidentalis, quia abſque ea iudicium procedebat in petitione hæreditatis. Poteſt etiam generaliter poni exemplum in omnibus exceptionibus, quas litigator opponit contra perſonam aduerſarii, vel contra teſtes, vel contra libellum in caſibus, in quibus parte non opponente procederet iudicium : iuxta text. *in l. ſed & ſi ſuſcepit. 51. ff. de iud. & l. ita demum. 13. & ibi Alexan. & Dd. C. de procur. & l. Pomponius. 40. §. rati. 3. de procur. & l. fin. C. de except.* iſta omnia dicuntur accidentalia : quia ſuper eis fabricatur aliquod nouum incidens iudicium, ſuper quo habet neceſſe iudex interloqui, & ſine eis procederet iudicium principale: quia non tangit ſubſtantiam, neque formam iudicii.

Septima & vltima cauſa, † quæ conſideratur in 31
iudiciis, eſt cauſa finalis: dicitur autem cauſa finalis illa, ad cuius finem aliquis actus fit: qua ceſſante ceſſat effectus illius actus, *l. eligere. 6. § quamuis. 2. ff. de iur. patr. & l. cum te. 6. C. de pact. inter. empt. & vend.*
Sic † etiam in iudicio cauſa finalis, dicitur ſenten- 32
tia diffinitiua : quia ad hunc finem deducitur cauſa in iudicio, vt per ſententiam terminetur, *l. properandum. 13. C. de iud.* & vt vnuſquiſq; conſequatur quod ſuum eſt, *c. cum æterni. 1. de ſent. & re iud. lib. 6.* pro hoc eſt tex. formalis, & ibi not. *in l. 1. ff. de re iud.* vbi habe-

habetur, quod per ſententiam imponitur finis con-
33 trouerſiæ. Ad quem † finem iura multum feſtinant,
vt ſit litium finis, l. 2. C. de re iudic. & odio habent,
quod lites ex litibus oriantur, l terminatio. 3. C. de
fruct. & lit. expen & l. 4. §. ait prætor 3. ff. de re iud. & l.
non diſtinguemus. 32. §. quæſitum. 16. ff. de arbitr. & l.
34 ſi quis iuſiurandum. 11. in fin. C de reb. credit. † & quod
ipſa ſententia ſit cauſa finalis iudicii, patet; quia ea
ceſſante, ceſſat effectus iudicij: qui effectus, eſt ipſa
executio: nam ex proceſſu, in quo non eſt lata ſen-
tentia, non poteſt deueniri ad effectum executio-
nis, l. 1. & l. fin. & ibi not. C. de exec. rei iud. & l. ſi cum
nulla. 58. ff. de re iudic. l. ſi pacto quo pœnam. 14. in fin. C.
35 de pact. Iſtud † probo per vnam pulchram declara-
tionem, quam facit Socin. in conſil. 251. colum. 7. verſ.
comprobatur, &c. in 2. volum. vbi dicit, quod cauſa
finalis vniuſcuiuſque actus, eſt principale intentum
hominis facientis illum actum: ſimiliter idem Soc.
in conſil. 159 colum. 2. verſicul. confirmantur etiam, &c.
in 2. volum. vbi ponit aliam declarationem, dicens,
quod cauſæ, quæ cohærent diſpoſitioni, & quæ in-
ſpecta iuris diſpoſitione inducunt & arctant ad ita
diſponendum, dicuntur eſſe cauſæ finales: de qua
materia tractat Bart. in l. 1. § fin. ff. de donat. ſed in ma-
teria iudicij, principale propoſitum proſequentis
iudicium eſt veniendi ad ſententiam, & ipſa ſenten-
tia arctat ad formandum iudicium cum ſuo ordine:
36 ergo ipſa dicitur cauſa finalis. † Quæ autem ſit cau-
ſa finalis in contractibus, & quæ in legatis, decla-
rat Bald in l. 1. col. 1. C. de ſal. cauſa adiect. leg. & dicit
Bald. in l. generaliter. 52. colum. 2. in 2. oppoſ. C. de epiſ.
& cler. quod cauſa finalis, dicitur propriè cauſa, &
non aliæ cauſæ: imo dicitur cauſa omnium alia-
rum cauſarum, ſecundum Ariſt. quem ibi allegat
37 Bal. in rub. C. de inſtit. & ſubſt. circa prin. † Poſſet etiam
dici cauſa finalis iudicii, ipſa iuſtitia: quia per exa-
men iudicii peruenitur ad iuſtitiæ miniſtrationem,
quæ fit per ipſam ſententiam, ſecundum And. de
Iſern. in conſ. it, cultus iuſtitiæ.
38 Vidimus, † quomodo iſtæ ſeptem cauſæ conſi-
derantur in iudicio. Quæro pro complemento hu-
ius ſecundæ partis, an poſſit ſaltem de voluntate li-
tigantium fieri iudicium abſque interuentu iſta-
rum ſeptem cauſarum, vel alicuius ex eis? Iſta quæ-
ſtio continet hoc in effectu, ſcilicet; an partes poſ-
ſint renuntiare formalibus vel ſubſtantialibus iudi-
ciorum, & ſic de aliis cauſis ſupra declaratis. Et pro
ſolutione huius quæſtionis reaſſumo omnes cauſas
prædictas.

Et primo, quoad cauſam materialem, dico quod
huic cauſæ non poteſt renuntiari: quia cum iudi-
cium ſit quid materiatum, ab ipſa cauſa in iudicio
deducta, non poteſt in eſſe produci ſine eius mate-
ria, & ſic neque partes, neque iudex poſſent facere,
quod ſit iudicium abſque cauſa materiali: quia eſſet
impoſſibile per rerum naturam: ſicut ſi faber vellet
facere nauem abſque lignis & tabulis, tex. eſt in l per
ſeruum. 14. §. fin. ff de vſu & habit. facit l. vbi repugnan-
tia. 188. ff. de reg. iur.

Secundo, capio cauſam efficientem, & dico idem:
quod huic cauſæ non poteſt renuntiari, nec produ-
ci in eſſe iudicium, abſque cauſa efficienti: quia eſſet
ridiculum, ſicut naſci filium ſine patre, l. licet. 42.
§. ea obligatio, 2. ff. de procur. & per Dd. in rubr. Inſtit. de
act.

Tertio, eſt cauſa formalis, † ſuper qua adhibetur 39
talis diſtinctio: Aut enim eſt talis forma, quæ prin-
cipaliter reſpicit fauorem partis: & illi formæ po-
teſt per partem renuntiari, per regulã l. pen. C. de pact.
& valet iudicium Exemplum in iuramento teſtis:
nam teſtis tenetur iurare pro forma; alias eius de-
poſitio non valet ſine iuramento, l. iuriſiurandi. 9. C.
de teſtib. & ibi Doct. & Abb. in c. tuis. 39. de teſtib. &
atteſtat. & tamen poteſt per partes remitti iuramen-
tum teſti: & valet eius depoſitio, vt eſt text. in d. c.
tuis. & ibi Abb. in 3. notab. aſsignat rationẽ prædictã,
ſcilicet; quia eſt forma inducta in fauorem partis:
aut eſt forma quæ principaliter reſpicit ius publi-
cum: & illi non poteſt renuntiari, prout eſt ipſe or-
do iudicii, vt not. glo. in ver. partium, in c. de cauſis.
4. de off. deleg. & ibi expreſſe hoc tenent Abb. & Ioan.
de Imol. pro hoc eſt tex. in l 2. §. ſed quia veremur. 4.
C. de iura. cal. & in c. 1. de lit. conteſt. & l. nemo poteſt. 55.
ff de leg. 1. † Quod tamen intellige ſane procedere, 40
quando partes vellent omittere formam iudicii, &
vellent, quod ſit iudicium, & quod ſententia valeat,
vt ſententia iudicis; quia hoc facere non poſſunt:
ſed ſi partes vellent ex toto tollere ordinem iudi-
ciarium, & vellent vt iudex procedat ex arbitrio;
tunc id facere poſſunt, & valebit ſententia in vim
cuiuſdam arbitramenti ſeu pacti, ita dicit Abb. in d.
c. de cauſis. 4. col. 2. & ibi etiam Felin. in 4. col. & ita de-
bet intelligi quod not. gloſſ. in c. ſi in ver. illuſtrium. de
ſent. & re iud. lib. 6. & tangit plene Abb. in c. 1. col. 4.
& 5 & ibi etiam Ioan. de Imol. de libel obl. probatur
per ea, quæ habentur in l. 2. C. com. vtriuſque iud. quod
partes poſſunt ratificare ſententiam nullam, & vale-
bit in vim pacti, & iſta plene examinat Matth. de Af-
flict. in ſuo comment. conſtitutionum Regni in prælu-
diis, in 8. quæſt. principali. † An autem poſsint partes 41
facere, quod iudex pronuntiet ſine ſcriptis? In hoc
repetio varietates Doctorum: nam Bar. in l quoties.
3 C. de priuil. ſchol. lib. 12. tenet, quod hoc poteſt fieri
per partes, & valebit ſententia ſine ſcriptis, idem te-
net Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de ſen. §. iuxta, ver-
ſic. item non valet, in addit. quæ incip. verſic. 3. &c. Con-
trarium videtur tenere gloſſ. in d. c. final. in ver. illu-
ſtrium, circa fi. de ſent & re iud. lib. 6. putarem ita ſal-
uari poſſe vtranque opinionem, vt diſtinguamus
modo prædicto, ſcilicet aut partes volunt, vt in toto
iudicio omittatur ordo iuris: & tunc poteſt etiam
in ſententia omitti iſta ſolemnitas ſcripturæ: quia
tunc iudex cenſetur quidam arbitrator, per ſupra
dicta: aut partes volunt, quod iudicialiter proceda-

tur in aliis actibus, & ſententia feratur ſine ſcriptis: & tunc fieri non poteſt per ea, quæ not. Spec. *in tit. de libel.concept. §.nunc dicendum.verſic.9* iſta enim eſt communis opinio omnium, quod ſi partes volunt omittere ordinem iudiciarium, in toto proceſſu poſſunt hoc facere: ſecus ſi in aliquo actu tantum, vt dicit Gemin.*in d.c.fin.colum.3.in fin.ver. not. bene iſtam glo.& c. de ſent.& re iud in 6.*& Abb. & Doct.*in c. de cauſis.4.extr.de off.deleg.*

Quarto, eſt cauſa ſubſtantialis, in qua per omnia facias eandem diſtinctionem, quam feci in cauſa formali: quia iſtæ duæ cauſæ quo ad hoc, pari paſſu ambulant: per ea, quæ not. Bart *in authen. offeratur, colum.fin.C.de lit conteſt.* vbi format quæſtionem: An poſsit renuntiari ſubſtantialibus iudicii.
42 † Ex prædictis poteſt declarari illud, quod dicimus in contractibus, & in vltimis voluntatibus, in quibus non poteſt per partes renuntiari formalibus, neque ſubſtantialibus, *per l.nemo poteſt. 55. ff. de leg.1.& l.ſi vnus.12 C.de teſtam.* quia iſta formalia tendunt in fauorem publicum, ad hoc ſcilicet, ne falſitates committantur, *l.iubemus.29 in fin.C.de teſtamen & l fin. C. de fideicommiſſ.* & not. Bart. *in d. l. nemo poteſt, in 2. quæſtio.* ita colligit ex not. per glo. & Bart. *in 1. oppoſ. in d l.nemo poteſt.* nam illud intelligitur, ſcilicet, vt ille actus factus ſine ſolennitate legis, remaneat proprie ille idem, & cum illo vigore, qui eſſet cum ſolennitate; non enim poteſt teſtator facere, quod ſit teſtamentum, & quod fiat coram quinque vel paucioribus teſtibus: ſed quod ſit codicillus, ſic, quod erit per clauſulam codicillarem appoſitam, de qua per Bart. *in l.1.ff de iur.codic.* ſicut non poſſunt partes facere, quod ſit verum iudicium ſine ordine iudiciario: ſed quod ſit quoddam arbitramentum, ſic vt ſupra dixi.

Quinto, eſt cauſa naturalis: ſuper qua facio hanc diſtinctionem. Quædam veniunt ex natura iudicii propter publicam vtilitatem: vt eſt peremptio inſtantiæ per triennium. *l properandum. 13. C.de iudic.* & iſta naturalia non poſſunt tolli per partes, ſcilicet prorogando tempus inſtantiæ, vt not. gloſſ. & Bart. & Alexand. *in d. l properandum. in princ.* & ibi communiter Doct. & dicam plene infra in 5. parte huius tractatus Quædam veniunt ex natura iudicii ad vtilitatem partium: & illis poſſunt partes renuntiare, & facere, quod non veniant: & poteſt poni exemplum in aliis, caſibus ſupra exemplificatis in iſta cauſa naturali, præter peremptionem inſtantiæ: vt de regula, vbi cœptum eſt iudicium, &c. nam po-
43 teſt † pars, pendente vno iudicio coram iudice, trahere aduerſarium coram alio iudice, ſi non opponit exceptionem litis pendentiæ, & valet iudicium: quia ſi non opponit, cenſetur conſentire, & ſibi imputatur, ſecundum Abb. & Ioan. de Imol *in c cum M. Ferrarienſis.9.col. fin.de conſtit.* & Bald. *in l.nulli. 10.circa fin. C. de iudic.* & ibi etiam Iaſ. *colum. 2.* ergo patet, quod de conſenſu partium poteſt tolli iſta naturalitas, & ratio eſt, quia reſpicit fauorem ipſarum partium, ſcilicet, ne reus vexetur in diuerſis tribunalibus, vt habetur *in d. l. nulli.* 10. Similiter in alio exemplo *d. l. ſolemus 61. ff. de iudic.* vbi eſt gloſſ. quæ ponit verum intellectum, ſcilicet vt id non veniat in iudicio, de quo nominatim actum eſt inter partes, quod non veniat. Sequitur ergo, quod poſſunt partes facere, quod non veniat in iudicio id, quod ex eius natura veniret: & idem poſſumus dicere in aliis ſimilibus exemplis. Quod † corroboratur ex his, quæ in ſimili dicimus in contracti- 44
bus, in quibus poſſunt naturalia tolli de voluntate partium: nam valet pactum in contractu emptionis, quod venditor non teneatur de euictione, *l.emptorem 12.§. qui autem. 18. ff. de act.empt.* quo caſu licet non teneatur de euictione ad intereſſe, propter pactum; quia euictio hoc includit, ſcilicet vt venditor teneatur ad intereſſe, *l.venditor hominis. 8. ff. de euict.* tamen tenetur tunc venditor ad pretii reſtitutionem: non obſtante pacto, quod non teneatur de euictione, ita probat tex. *l.fin. in d.l. emptorem. §. qui autem.* & ibi Bart. & not. plene Bald *in l.1. col.fin.C. de peric.& commod.rei.vend.* & ideo cautela eſt pro venditore, quod faciat pactum expreſſum, vt non teneatur etiam ad precii reſtitutionem: alias teneretur ad pretium, vt ſupra ſimiliter diximus in teſtamento: cuius natura eſt, vt ſecundum tollat primum, *§ poſteriore.2. Inſt quib.modis teſt infirm. & l.1.& 2.ff. de iniuſt.rupt.teſtam. & l. ſancimus 27.C.de teſtam.* & tamen huic naturæ poteſt derogari per teſtatorem: quia poteſt teſtator in primo teſtamento ponere talem clauſulam derogatoriam, vt non tollatur per ſecundum, *d.l.ſi quis in principio teſtamenti. 22. & ibi Bart. ff de leg.3.& l.ſi mihi & tibi.12 §.in legatis. 3. ff de leg.1.*

Sexto † eſt cauſa accidentalis: & in hoc nullum 45
eſt dubium, quod per partes ei renuntiari non poſſit: quia ex quo per partes emergit, poteſt per eaſdem tolli, *l. eius eſt nolle.3 ff de reg.iur.* & hoc etiam eſt expeditum in contractibus: in quibus poſſunt renuntiare accidentalibus, & valet pactum ſuper eis, *l.pacta conuenta 72. & ibi gloſſ. & Doct. ff. de contrahen. empt.* & ratio eſt; quia tangendo accidentalia, non tangitur in aliquo virtus formalis: nec ſubſtantialis actus.

Septimo & vltimo, † eſt cauſa finalis, in qua bre- 46
uiter concludo, quod poteſt tolli per partes: nam ſupra declaraui, quod cauſa finalis iudicii eſt ipſa ſententia; & tamen nulli dubium eſt, quod poſſunt partes litigantes renuntiare ſententiæ, & facere quod in cauſa non feratur ſententia: vt eſt, quando pendente lite tranſigunt: quæ tranſactio regulariter fit ſuper re dubia, & lite incerta alias incepta, *l. 1. ff. de tranſact. & ibi not.* per quam tranſactionem imponitur finis controuerſiæ abſque ſententia, *l fratris. 10. & per totum tit. C. de tranſact.* Et ex his remanent expedita ea, quæ dicenda erant ſuper hac ſecunda

parte:

parte: vnde venio ad tertiam partem. Robert. Marant. Venuſ V I. D.

## TERTIA PARS.

### Iudicium vnde originem produxerit.

SVMMARIA.

1 *A tempore Adæ, vſq; ad tempus noſtrum nouem leges fuerunt.*
2 *Ius naturale primæuum, tempore Adæ inuentum.*
3 *Commune ius quo tempore inuentum ſit.*
4 *Obligatio antidotalis inuenta eſt de iure naturali.*
5 *Naturale ius ſecundarium rationis, quo ſit inuentum tempore.*
6 *Præceptum;* Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; *eſt ex lege Moſaica, Euangelica, & Apoſtolica confirmatum.*
7 *Legis naturalis tempore omnia erant communia, neque leges, neque conſtitutiones erant, ſed homines naturaliter viuebant.*
8 *Gentium ius, quod ſit & quis introduxerit.*
9 *Leges Moſaicæ, Propheticæ, & ciuiles, quo tempore proditæ ſunt, & num. 12.*
10 *Lex Moſaica alio vocabulo vocatur lex decalogi, & in quibus conſiſtat.*
11 *Lex Moſaica continet præcepta moralia & myſtica.*
12 *Lex Prophetica quæ dicatur.*
13 *Lex Moſaica & Prophetica hodie ſeruatur: & allegari poteſt ad deciſionem cauſarum.*
14 *Lex ciuilis à Regibus originem habuit.*
15 *Reges fuerunt primi domini, qui in mundo inuenti fuere.*
16 *Primus Imperator quis fuerit.*
17 *Leges ciuiles quis primus dederit.*
18 *Regiis legibus vſque ad quod tempus vixerint gentes.*
19 *Tarquinius ſeptimus, ob adulterium per eius filium in perſonam Lucretiæ commiſſum, fuit expulſus.*
20 *Romanis quomodo ab Athenienſibus fuere leges conceſſæ.*
21 *Conſules Romani quando creati, & quare ſic dicantur.*
22 *Tribunus quo tempore creatus ſit.*
23 *Senatores Romani quando conſtituti: & quot fuerint.*
24 *Prætores quando electi Romæ, & quis dicatur prætor vrbanus, & quis peregrinus.*
25 *Imperium vnde habuerit originem.*
26 *Imperatorem deponere, ad Papam ſpectat.*
27 *Iuriſconſulti qui appellabantur.*
28 *Leges ciuiles, quot annis ante aduentum Chriſti fuerint.*
29 *Tempore gratiæ inuenta eſt lex Euangelica, lex Apoſtolica, & lex Canonica, de quibus etiam num. 31. & num. 32.*
30 *Imperatoris poteſtas à Deo procedit.*
31 *Chriſtus dicitur Rex regum, & Dominus dominantium.*
32 *Lex Apoſtolica quæ dicatur.*
33 *Lex Canonica quæ dicatur, & quare fuerit introducta, & in quibus voluminibus conſiſtat.*
34 *Decretorum liber an connumeretur inter leges canonicas, & ſit authenticus, & à quo ſit conditus.*
35 *Liber decretorum quatuor habet ſpecies auctoritatum, & an omnes ſint authenticæ.*
36 *Dicta ſanctorum patrum, an poſſint ad deciſionem cauſarum allegari.*
37 *Innocentii dicta ſuper decretalibus non ſunt authentica, nec habent vim legis, ſed ſunt velut gloſſæ.*
38 *Ciuiles leges in decretis inſertæ, non debent ſeruari, vt canones.*
39 *Liber Decretorum, quo tempore compilatus, & quo tempore liber Decretalium.*
40 *Ius naturale, eſt immutabile, & ſemper fuit, & eſt hodie in vſu.*
41 *Ius naturale ſecularium, an hodie obſeruetur.*
42 *Ciuis derelinquens patriam periclitantem, eius perdit priuilegia.*
43 *Patria ſua vnicuique charior.*
44 *Ius gentium eſt immutabile, & contra illud Princeps ſtatuere non poteſt.*
45 *Princeps ex cauſa poteſt diſtinguere & limitare ius gentium, non tamen in totum tollere. Idem in iure diuino.*
46 *Conſuetudo an induci poſſit contra ius gentium, vel diuinum.*
47 *Lex Moſaica, an inter Chriſtianos hodie ſit in obſeruantia.*
48 *Chriſtus fuit lux & veritas, qui omnia velamina veteris teſtamenti illuſtrauit.*
49 *Iudæi ſeruant etiam hodie legem Moſaicam, & ſecundum eam viuunt, illa deficiente, ſeruant ius commune etiam in deciſionibus cauſarum.*
50 *Iudæi iurant ſuper lege Moyſi, & ſuper decem præceptis.*
51 *Iuramentum Iudæi confirmat contractum per ipſum celebratum, qui alias erat inualidus.*
52 *Iudæus non compellitur ad obſeruantiam iuramenti in compromiſſo appoſiti.*
53 *Iudæus per legem ſuam iurans, per Chriſtianum iudicem ad iuramenti obſeruantiam compellitur, & contrauenìens puniri poteſt de periurio.*
54 *Iudæus non poteſt iurare per Euangelia, neque per Chriſtum, & iurans compellitur ad obſeruantiam iuramenti, & num. ſeq.*
55 *Iudæus blaſphemia Chriſti dicitur.*
56 *De iure ciuili non valet iuramentum ſuper contractu inualido.*
57 *Eccleſia non ſe impedit de animabus Iudæorum, quia iam damnatæ ſunt.*
58 *Moſaica lex quo ad matrimonia, inter Iudæos ſeruatur.*
59 *Eccleſiæ non ſunt ſubiecti Iudæi, quo ad ſpiritualia.*
60 *Iudæis licet facere actus ſecundum eorum ritum, qui in contemptum fidei Chriſtianæ non tendunt: alias Chriſtianorum immunitates perdunt.*

61 Iudæi an gaudeant immunitate Chriſtianorum.
62 Quo ad circumciſionem, inter Iudæos lex Moſaica ſeruatur.
63 Ceremoniæ dicuntur ſacrificia Iudæorum.
64 Lex prophetica, an hodie ſit in vſu.
65 Chriſto adueniente in mundum, ceſſauit lex Prophetica.
66 Teſtis, qui falſum teſtimonium pro pecunia dicit, Chriſtum vendit, & facit ſicut Iudas.
67 Iudex, qui accepta pecunia peruertit iuſtitiam, iniuſtam ſententiam proferendo, dicitur Chriſtum vendere.
68 Lex ciuilis qualiter hodie ſeruetur: & in quibus conſiſtat.
69 Euangelica lex eſt hodie in obſeruantia: & lex vitæ appellatur.
70 Lex Euangelica in multis correxit legem Moſaicam.
71 Apoſtolica lex eſt hodie in obſeruantia; & legi ciuili præfertur in deciſionibus cauſarum.
72 Ius diuinum poteſt per Principem diſtingui & limitari: licet non in totum tolli.
73 Lex Canonica ſeruatur inter Chriſtianos: & ſi in aliquo contradicit legi Ciuili; quæ lex ſeruari debeat.
74 Leges Ciuiles Canonibus obuiantes, reprobatæ cenſentur.
75 Ius Canonicum ius quaſi regulatum dicitur.
76 Canonicum ius ſeruatur in vtroq; foro, in cauſis miſerabilium perſonarum.
77 In deciſionibus cauſarum lex Canonica præfertur dicto cuiuslibet ſancti. Secus quo ad ſolam interpretationem diuinarum ſcripturarum.
78 Dictum alicuius ſancti, auctoritate veteris vel noui teſtamenti conforme in deciſionibus cauſarum iuri Canonico præfertur.
79 Papa poteſt ius diuinum limitare.
80 Ius diuinum, an ſit ius ab aliis iuribus ſeparatum.
81 Ius diuinum ſub ſe comprehendit ius naturale & gentium.
82 Ius Canonicum vno reſpectu ciuile appellari poteſt.
83 Ius feudorum eſt conſuetudinarium; & numeratur cum iure ciuili.
84 Liber feudorum compilatus fuit ab Oberto de Orto, Iuriſconſulto Mediolanenſi, & an dicatur authenticus.
85 Iura feudorum qualiter hodie ſint in obſeruantia.
86 Cauſæ feudales per quæ iura deciduntur in regno.
87 Argumentum de emphyteuſi ad feudum valet, & econtra.
88 Conſuetudines feudorum præferuntur iuri communi in cauſis feudalibus; quando conſuetudo & vſus feudorum ſunt rationabiles, & quando eſt expreſſe deciſum per vſus feudorum, num. 90. 91.
89 Appellatio in cauſa feudali deſerta non dicitur, per non appræſentationem proceſſus infra quinquaginta dies, ſecundum conſtitutionem regni.
91 Argumentum à contrario ſenſu, non ſumitur in vſibus feudorum.
92 Argumentum à contrario ſenſu, coniectura, & ſubauditus intellectus, dicitur.
93 Iura feudorum ſeruantur in Eccleſiaſticis feudis.
94 Ius Longobardorum aggregatur iuri ciuili, & à quibus fuit conditum.
95 Ius Longobardorum an hodie ſeruetur in regno, & an præferatur iuri Rom. & num. 96. cum plur. ſeq.
96 Conſuetudo contra regni conſtitutiones eſt reprobata.
97 Ius Longobardorum non eſt lex, neque ratio: ideo receſſit ab aula.
98 Ius Longobardorum non eſt curandum niſi in loco, vbi obſeruatur ſecundum loci conſuetudinem.
99 Ius Longobardorum eſt ius aſininum num. 121.
100 Lex Longobardorum eſt inualida, & vulgaris appellatur, num. 101.
102 Lex, quamuis dura & iniuſta ſit, & ſine ratione, tamen ſeruanda eſt.
103 Paria ſunt ſcire, & ſcire debere.
104 Lex transfertur cum translatione regni, niſi nouus regnator eam confirmet.
105 Videlicet, dictio, eſt declaratiua & reſtrictiua præcedentium.
106 Ius municipale alicuius loci in loco, vbi viget, ius commune appellari poteſt.
107 Intellectus verus conſtitutionis Regni, quæ incipit, puritatem, num. 108. & 109. cum plur. ſeq.
108 Ordo ſcripturæ inducit regulã, & ordinẽ intellectus.
109 Scripturæ ordo non inſpicitur vbicunque mens diſponentis eſt certa.
110 Clauſula incerta in medio vnius capituli, antequam oratio completa ſit, ad illud tantum capitulum refertur, non ad alia ſeparata.
111 Conſuetudo, dicitur lex municipii, & omnes de ciuitate illam ſeruare tenentur.
112 Contrarietas ſemper eſt euitanda.
113 Ordo, exempli gratia; poſitus pro doctrina, formam non inducit, nec ſeruari debet.
114 Scripturæ ordo non inſpicitur, vbi conſtat de ordine intellectus.
115 Ordo ſcripturæ perturbans ordinem neceſſitatis, non attenditur: ſed ad neceſſitatis ordinem reducitur.
116 Regulæ ſtandum eſt, donec limitatio probetur.
117 Primo nominatus cenſetur maior & dignior.
118 Magis dignum & nobile, præferri debet minus digno, & minus nobili.
119 Ius Romanum dignius eſt iure Longobardorum.
120 Leges Imperatorum ab ipſo Deo procedere cenſentur.
121 Iuſtitia non inuenitur in legibus Iuriſconſultorum.
122 Dictio, prout, eſt limitatiua & relatiua.
123 Argumentum ſumitur à contrario ſenſu à ſtatuto diſponente ſuper caſu non prouiſo à iure ciuili.
124 Mundualdus non requiritur in muliere contrahente nomine alieno.
125 Mulier viuens iure Romano in Siciliæ regno, ſine Mundualdo teſtari poteſt.


Conſue-

126 *Conſuetudo & notoria obſeruantia temporis, cuius non extat memoria in contrarium, habet vim legis & priuilegii.*

127 *Ius Longobardorum excludit cognatos, & etiam matrem à ſucceſſionibus: non tamen excludit filios naturales per filias fœminas, quamuis legitimas.*

128 *Ius Francorum qualiter probetur, quod ſit in vſu.*

129 *Conſuetudo notoria eſt, qualibet ex inſpectione plurium inſtrumentorum: & ſufficit eam tantum allegare*

130 *Conſuetudo nulla eſt fortior & melior, quam iuri communi conformis.*

131 *Ius Francorum eſt ſpeciale & oneroſum, & contra ius commune: vnde per allegantem probari debet.*

132 *Iudicium vnde fuit proditum, & qualiter habuit originem.*

133 *Adam qualiter & quomodo contrauenerit præceptis Dei.*

134 *Iudicium cognitum fuit etiam tempore veteris teſtamenti, & tempore noui teſtamenti, vſque in hodiernum diem num. 135.*

136 *Iudicium inuentum fuit, ne quis ſibi ius propria auctoritate diceret.*

TERTIA pars principalis continet vnicam quæſtionem, videlicet, VNDE HABVERIT ORIGINEM IVDICIVM? Pro huius tamen quæ-
1 ſtionis & dubii reſolutione † oportet aliquantulum inueſtigare originē ipſarum legum & iurium, quæ habuimus in mundo poſt creationem hominis. Vnde ſciendum eſt, QVOD TRIA TEMPORA conſiderantur quoad iuris inuentionem, à tempore, quo Deus creauit primum hominem, ſcilicet Adam. IN PRIMO TEMPORE fuerunt prodita tria iura, ſeu tres leges. IN SECVNDO TEMPORE, tria alia iura, ſeu tres leges IN TERTIO TEMPORE, tria alia iura, & ſic concluſiue fuerunt nouem leges à tempore Adæ, vſque ad hoc tempus noſtrum: prout ſub breuibus verbis declarat Abb. *in c. firmiter. 1. col. 5. de ſumma Trinitat. & fide Cathol.*
2 Quam † tamen materiam amplius & plenius declarando reaſſumo, & dico ſic: quod in primo tempore, cum Deus creaſſet hominē ad ſui imaginem, vt dicit text. cum gl. *in c. hæc imago. 33. quæſt. 5.* & habetur *Geneſ. cap. 1 & Sapien. cap. 1.* ſtatim fuit inuenta prima lex, quæ appellatur lex naturalis, quæ eſt duplex, ſc. lex naturalis communis, & lex naturalis rationis, vt declarat Archid. *in c. ius naturale, & ibi etiā gl. 1. diſtinct.* & hæc eſt in effectu illa diſtinctio, quam faciunt Doct. *Inſtit. de iure natur in princ. & in §. ſingulorum. 11 Inſtit. de rer. diuiſ.* dum dicunt, quod ius naturale eſt duplex, ſcilicet primæuum, & ſecundarium: perinde enim eſt, ac ſi dicerent, ius naturale commune, & hoc eſt primæuum: & ius naturale rationis, & hoc eſt ſecundarium.
3 Creato † igitur homine, & creatis aliis animalibus brutis pro ſeruitio hominis, vt habetur *Pſal. 8.* Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, &c. fuit prodita prima lex naturæ, quæ dicitur COMMVNIS: & ideo appellatur communis; quia eſt indifferens in omnibus animalibus, tam rationalibus, quam brutis: & iſta prima lex naturæ, ſeu ius naturale primæuum, comprehendit in ſe quoddam naturale inſtitutum: prout eſt maris & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio, & educatio: & prout ſunt alii appetitus naturales: qui ſunt communes omnium animantium, & de hac lege naturæ loquitur text. *in l. 1. §. ius naturale. 3 ff. de iuſtitia & iur. & Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. in princip. & in d. c. ius naturale. diſtinct. 1.* Et † ex iſta prima lege naturali commu- 4
ni oritur obligatio antidotalis: quæ eſt, vt benefacienti benefaciamus, de qua loquitur gl. *in l. ſed & ſi lege. 25 § conſuluit. 1. ff de petit. hæred. & in c. cum in officiis 7. de teſtam.* & gloſſ. *in c. illud, 8. quæſtio 2.* quæ gloſſa licet dicat, quod humanum eſt præbere reuere etiam illi, à quo qui beneficium accepit: vt per hoc videatur ſentire, quod hæc obligatio antidotalis ſit iuris humani, ſcilicet, quod tantum hominibus commune eſt: tamen veritas eſt, quod habuit originem ab iſto iure naturali primæuo & communi: quia etiam animalia bruta ex quodam naturali inſtinctu ſolent diligere benefacientes ſibi, & præſtare illis ſeruitia: vt inquit Nicol. de Neapol. *Inſtitut. de obligat in princip.* & Iaſon. *in l. ex hoc iure, 5. colum. 11. ff. de iuſtitia & iure.* qui ponit octodecim notabiles effectus, quos producit iſta obligatio antidotalis. Secundo, † in eodem tempore poſt 5
creationem hominis, fuit prodita alia lex naturæ, ſcilicet, RATIONIS: quod dicitur ius naturale ſecundarium, & ideo dicitur rationis; quia tantum hominibus eſt communis, & ſic animantibus rationem habentibus, & non brutis: prout eſt religio erga DEVM, vt parentibus & patriæ pareamus, vt vim atque iniuriam propulſemus: & de hac lege naturali rationis loquitur text. *in l. veluti, 2. & l. vt vim, 3. ff de iuſtitia & iure.* & habetur *5. diſtinct. in princip* Item † in hac eadem lege naturali dependet il- 6
lud naturale præceptum, ſcilicet, Quod tibi vis fieri, alteri facias: quod præceptum traditur *in c. humanum genus 1. diſtinct.* & quod ſit de iſto iure naturali, tenet gloſſ. *in verſ. diſpoſitionem.* & ibi etiam Abb. *in c. firmiter, 1. de ſumma Trin. & fide Cathol.* hoc præceptum fuit etiam confirmatum per legem Moſaicam, vt habetur *Tob. cap. 4* item per legem Euangelicam, vt habetur *Matth. cap. 7. & Luc. cap. 6.* item per legem Apoſtolicam, vt ait Apoſtolus *ad Galatas cap. 5.* de quibus legibus inferius dicetur. Et iſtud ius naturale rationis, ſolet etiam appellari ius gentium: & ius gentium primæuum: ea ratione attenta quia ſolæ gentes, id eſt, ſoli homines vtuntur eo iure. *l. 1. in fin. ff de iuſtitia & iure.* Tempore † autem 7
iſtius legis naturalis nullæ erant proditæ leges, ſeu conſtitutiones inter homines: ſed ita naturaliter viuebant, & omnia erant communia, nec erat inuentū

Meum & Tuum: vt declarat Bartol. & Doct. *in l. ſi quod 64. ff. de condict. indebit.* & not *in d. c. ius naturale, 1. diſtinct.* & eſt text. *7. diſtinct. in princip.* Et ſecundum iſtud ius naturale vixerunt homines certo tempore, dum pauci erant in mundo. † Deinde adauctis hominibus, excreuit etiam malitia hominum; adeo, quod ſolo hoc iure naturali viuere non valebant: & ſic fecerunt gentes inter ſe quaſdam conſtitutiones & leges: vt, Quodcunque calcauerit pes tuus, tuum ſit, & diſtinxerunt inter ſe dominia rerum: & ſic fuit inuentum Meum & Tuum. Item fecerunt aliquas conſtitutiones, vt nullus intraret poſſeſſionem alterius: & ex hac diſtinctione fuerunt orta bella, captiuitates, & ſeruitutes. Item cœperunt gentes ſuper rebus diuiſis & diſtinctis contrahere adinuicem: & iſta fuit tertia lex, quæ omnia iſta introduxit: & fuit appellata ius Gentium, de quo loquitur textus *in l. ex hoc iure. ſ ff. de iuſtitia & iure. & in c. ius gentium, 1. diſtinct.* & declarant Bart. & Modern. *in d. l. ſi quod, 64. ff. de condict. indebit* & Abbas, *in d. c. firmiter, 1 colum. ſ. de ſumma Trinit. & fi. de Cathol.* & ita cum iſtis tribus legibus, ſeu iuribus vixerunt gentes à creatione Adæ, vſque ad tempus Moſi excluſiuum. Et iſtud primum tempus, quod appellatur tempus ante legem, in quo tempore fuerunt iſta tria iura, ſcilicet, ius naturale, commune, ſeu primæuum: item ius naturale rationis, quod eſt ſecundarium: item ius gentium, quod eſt ſimiliter ſecundarium: quia ius gentium primæuum eſt idem, quod ius naturale, vt ſupra dixi.

9 Superuenit † poſtea ſecunda ætas, ſeu ſecundum tempus, quod appellatur tempus ſub lege: in quo tempore fuerunt proditæ tres aliæ leges, videlicet, lex Mosaica, lex Prophetica, & lex Civilis. Nam cum videret Deus malitiam hominum abundare ſuper terram, miſit legem in terris, illamque exprimi fecit in ſcriptis per Moyſen: cui Moyſi dictam legem dedit in monte Synai: & iſta appellatur lex Mosaica, quæ tota conſiſtit in decem præceptis, quæ colliguntur ex illis verſibus:

*Vnum cole Deum, &c.*

10 Et † iſta lex Moſaica, alio vocabulo appellatur lex decalogi, ſeu decalogus legis: quod idem ſignificat quaſi lex decē præceptorum, prout de prædictis eſt tex. *in c Moyſes. 7. diſtin. & in c. libentes, in fin. de pœniten. diſtin. 1.* & not. gloſſ. *in d. c firmiter. 1. § hæc ſancta,* vbi eſt etiā text. *de ſumma Trinita. & fide Cathol.* & Specul. *in proœmio ſui operis, colum. 1. in fin* & habe-

11 tur *Exod. cap. 34. & cap. 35.* Fuerunt etiam & † in lege Moyſi alia præcepta: quæ dicuntur myſtica, id eſt figurata: quorum aliqua fuerunt ſacramentalia, alia ceremonialia, de quib. habetur per gloſ. *in c. fin. §. his itaque, 6. diſtin.* & quod nomen myſticum ſignificet figuratum, eſt gloſſ. *in c. aurum, in ver. myſtici, 11. quæſt. 2.* Illa vero præcepta decalogi dicuntur moralia; quia mores bene & beate viuendi recipiunt, & illa nunquam mutantur, vt notatur *in d. §. his itaque.* Deinde † huic legi Moyſi fuit adiecta alia & ſecunda lex, quæ appellatur Prophetica. Nam Deus dedit legem hominibus per Moyſen, & per Prophetas: vt dicit text *in d. c. firmiter, 1. §. hæc ſancta.* & dicit Specul. *in d. proœm. colum 4 in princip.* Et iſta eſt lex, quæ continetur in toto veteri teſtamento. † Quæ lex Moſaica, & Prophetica etiā hodie ſeruatur, quoad præcepta moralia ſcilicet: quoad alia vero myſtica, reperitur in aliquib. mutata, tam per legem Euangelicam, quam canonicam, vt declarat text. *in d § his itaque.* & ibi Archid. Et quod lex Moſaica etiam hodie ſeruatur, & poſſit allegari in deciſionibus cauſarum, tenet Calder. *in conſ. 30. in tit. de teſtam.* & Ioan. de Imol. *in l ſtipulatio hoc modo concepta, 61. ff. de verb. oblig. & in l. 3. ff. de teſt.* & Iaſ. *in l. 1 colum. 8 ff ſi cert. pet.* Deinde † cum homines in orbe valde creuiſſent; & malitia ſimiliter cum his aucta eſſet, conſiderauerunt ſola ſe lege Moſaica & prophetica viuere non poſſe: vnde in eodem tempore ſuperuenit lex Civilis, quæ lex ciuilis habuit primam originem à regibus: nam in primo tempore, quo homines viuebant iure gentium, vt ſupra declaraui, fuerunt † ex eodem iure gentium inuenti reges: nam ipſemet populus ad hoc, vt commodius viuere & regi poſſet, eligebat ſibi regem, cui dabat obedientiam, & per illum regebatur: & ſic reges fuerunt inuenti originaliter iure gentium, ita declarat Bald. *in tract. ſchiſmatis, in 10. col. verſ. & eſt notandum, quod duplex eſt concordia, & c.* quē tract ponit *in 6 lib Cod. in titu ſi quis aliquem teſtari prohib.* & Oldr. *in conſ. 69. colum. 2. in fi.* Et quod reges fuerint primi domini, qui fuerunt inuenti in mundo, declarat Andr de Iſern *in rub. quæ ſint regal. col m 2. in prin* & probat text. *in l. 2 §. quod ad magiſtratus, 14 ff. de orig. iur.* & dicit Andr de Iſern. *in proœm. conſt. col. 16.* quod reges fuerunt omni tempore, etiam ante Chriſtum, Imperatores vero nouiter fuerunt inuenti ab ætate Chriſti, non antea. Nam † primus imperator, qui fuit in mundo, fuit Octauianus, qui fuit Imperator tempore Chriſti, ſecundum eum, ſed glo. *in l. 1. ff. de adult.* tenet, quod primus Imperator fuit Iulius Cæſar, idem tenet Pet. Phil. Corn. *in cōſil. 1. col. 4. in 3. vol* ſcilicet, quod Iulius Cæſar fuit primus, & Octauianus ſecundus: ſed Andr. de Iſern. vbi ſupra, tenet; quod Iulius Cæſar non fuit verus Imperator, ſed Rex. Et quod reges fuerunt ab antiquo, habetur plene *in lib. Regum, in veteri teſtamento.* Primus Imperator Chriſtianus fuit Conſtantinus, ſecundum And. de Iſern. *in proœm. conſt. col. 6.* de his tamen me remitto ad hiſtoriographos, quorum propria eſt materia. Iſti † ergo reges ita electi & creati faciebant aliquas leges, & ſic dederunt principium legi ciuili: & primus rex, qui dedit leges ciuiles Græcis, fuit rex Foroneus: vnde denominatus eſt forus, id eſt, locus iudicii, *c. forus, de verbor. ſign. & d. c. Moyſes. 7. diſt.* item Mercurius Triſmegiſtus

Marginal numbers in right column: 12 (beside "Deinde † huic legi"), 13 (beside "Quæ lex Moſaica"), 14 (beside "Deinde † cum homines"), 15 (beside "ex eodem iure gentium"), 16 (beside "Nam † primus imperator"), 17 (beside "Iſti † ergo reges").

giſtus rex tradidit leges Athenienſibus. Item Lycurgus leges Ægyptiis. Item Solon fuit primus rex, qui dedit leges Lacedæmoniis. Item Numa Pompilius rex populo Romano leges edidit: prout hac omnia traduntur *in d. c. Moyſes.* Et propterea iſtæ leges appellabantur ciuiles; quia erat quoddam ius, quo vnaquæque ciuitas prædictarum vtebatur, auctoritate dictorum regum, vt habetur *in §. ſed ius quidem ciuile. 2 Inſtit. de iur. nat.* vbi proprie fit mentio de legibus Solonis. & habetur *in l. omnes populi. 9. ff. de iuſtitia & iur & in c. ius ciuile. 1. diſtinct.* Et ita
18 cum † iſtis legibus regiis vixerunt gentes vſque ad
19 tempus Regis Tarquinii ſeptimi, poſtmodum † cum eſſet dictus Tarquinius rex, euenit, quod eius filius violenter adulterauit Lucretiam nobilem Romanam & pudicam, vt dicit text. *in c. propoſito. 32. qu. 5. colum 3.* propter quod iratus populus Romanus dictum Tarquinium regem expulit: & noluit vlterius regem aliquem creare, imo omnes leges regias ante factas aboleuit: adeo, quod ſine lege & ſub incerto viuebat: & ita vixit ſine lege fere per annos 19. vel 20. vt dicit Archid. *in d. c. Moyſes. in fin.*
20 & eſt text *in l. 2. §. exactis. el. 1. ff. de orig. iur.* † Verum aduertens populus ipſe Romanus, quod non eſſet expediens vlterius ſine lege diutius viuere, quæſiuit habere leges Græcorum, ſcilic. leges Athenienſium conditas à Solone rege: & cum illis viuere decreuit: vnde congregatus ipſe populus, elegit 10. viros idoneos & bene peritos: quos Athenas miſit pro tranſcribendis legibus Græcorum ex libris Solonis: & vt dictas leges ex Græca ſcriptura in Latinam traducerent, vt dicit text. *in d. c. Moyſes. in fin. & cap. ſequ. & in d. §. exactis. 3.* Qui 10. viri Romani fuerunt iſti, videlic. Appius Claudius, Titus Genutius, Publius Feſtius, Lucius Veturius, Caius Iulius, Aulus Manlius, Publius Sulpitius, Publius Curiatus, Titus Romulius, & Spurius Poſtumius: vt dicit text. *in c. fuerunt 7. diſtin.* & cum iſti 10. viri acceſſiſſent Athenas pro habendis legibus, Athenienſes noluerunt ſtatim copiam ſuarum legum eis facere: ſed voluerunt prius explorare, vtrum Romani eſſent capaces, & digni ſuis legibus. Ad quod explorandum miſerunt quendam ſapientem Græcum Romam. Quod quidem præſcientes Romani cum aduentaſſet dictus ſapiens Græcus, decreuerunt irridere eum cum omnibus Athenienſibus, qui eum miſerant. Et ſic obiecerunt illi quendam ſtultum Romanum, ad hoc, vt ille ſapiens Græcus diſputaret cum illo ſtulto; & deriſus recederet: qui ſapiens Græcus credens illum ſibi obiectum eſſe ſapientem, cœpit cum eo diſputare nutu & ſignis: & eleuauit vnum digitum, ſignificans in corde ſuo, quod vnus eſſet Deus. At ille ſtultus credebat, quod volebat ſibi eruere vnum oculum cum illo digito: & ipſe eleuauit duos digitos, & etiam pollicem: & ſic tres dicens in corde ſuo, quod ſi tu vis mihi eruere vnum oculum, ego eruam tibi duos oculos. Sed ille Græcus credebat, quod ſtultus ille intelligebat de Trinitate. Deinde ſapiens Græcus oſtendit illi ſtulto manum, ſignificans in corde ſuo, quod omnia ſunt manifeſta Deo: ſtultus autem credebat, quod volebat dare alapam ſibi: & in continenti oſtendit ei pugnum clauſum, ſignificans, quod ſi vis mihi dare alapam, ego repercutiam te pugno clauſo. At Græcus ſapiens intellexit, quod per pugnum voluit ſtultus ſignificare, quod Deus omnia manu clauderet. Et ſic putauit Romanos eſſe valde ſapientes, & dignos legibus. Et reuerſus fuit Athenas, & retulit, Romanos eſſe legibus dignos: & ſic fuerunt conceſſæ leges illis decem viris. Qui decem viri tranſcripſerunt dictas leges in decem tabulis eburneis, & attulerunt eas Romam, prout hanc hiſtoriam declarat gloſſ. *in l. 2. §. exactis el. 1. ff. de orig. iur. in gloſſ. in ver. conſtitui.* His etiam decem viris fuit data poteſtas per populum Romanum interpretandi dictas leges, addendi, & minuendi: vigore cuius poteſtatis, videntes, quod aliquid deficiebat in dictis legibus, adiunxerunt duas alias tabulas ſcriptas: & ſic factæ fuerunt duodecim tabulæ, ex quibus cauſaliter denominata fuit lex duodecim tabularum: vt *d. c. Moyſes in fin. & ibi gloſſ. & d. §. exactis.* Et iſta lex duodecim tabularum fuit principium iuris ciuilis ſcripti: quo hodie vtimur: & cum iſta lege duodecim tabularum incepit viuere populus Romanus.
Deinde, † quia quandoque emergebat aliquis caſus nouus, 21
qui non reperiebatur deciſus per legem duodecim tabularum: & erat neceſſe facere nouam legem ſuper illo caſu: populus Romanus expulſis regibus, creauit quoſdam alias officiales, qui Conſules dicebantur, eo quod debebant conſulere Reipublicæ: vt dicit tex. *in d. l. 7. §. exactis, el. 3. ff. de orig. iur.* Et Conſul faciebat congregari populum Romanū, ipſumque informabat, quod talis caſus emerſerat, qui per leges non reperiebatur deciſus: populus autem Romanus ad interrogationem dicti Conſulis decidebat illum caſum, prout ſibi videbatur æquius, & illa deciſio erat lex: & deinde ſemper in ſimilibus caſibus pro lege ſeruabatur, vt eſt text. *in §. lex eſt. 4. Inſtit. de iure natur.* & ibi hoc declarat Angel. de Aretin. & in iſta lege concludenda totus interueniebat populus, connumeratis patriciis, & nobilibus, & etiam plebeiis, vt *in d. §. lex eſt. 4.* † Succeſſiue 22
vero aucto populo Romano, ſuperuenit quædam diſcordia inter patricios & plebem: ex cauſa, quod quidam Appius iudex, captus amore cuiuſdam puellæ, filiæ cuiuſdam Virginii, ciuis Romani, protulit iniuſtam ſententiam contra illam puellam: pronunciando eam eſſe ancillam: dictuſque Virginius pater ex hoc indignatus, erepto gladio dictam eius filiam interemit: & ad ſuos commilitones incontinenter aufugit: & vna cum iis ſeceſsit in montem Auentinum ciuitatis Romanæ: vnde tota plebs Romana ad dictum montem conuolauit: & ſe à patriciis diuiſit: ibique perſiſtens plebs ipſa, offi-

cia-

cialem ſuum creauit, qui appellabatur tribunus: &
quando emergebat aliquis caſus à lege duodecim
tabularum non deciſus, ille tribunus faciebat to-
tam plebem congregari, & dictum caſum propone-
bat, & plebs ipſum decidebat, & illa deciſio erat
lex: inter ipſos plebeios appellabatur Plebiſcitum,
vt *in §. Plebiſcitum. Inſtit. de iure nat.* Et hæc omnia
declarantur *in d l. 2. § deinde cum eſſet, 8. & §. initium.*
24. alias, *& cum. ff. de orig. iur.* Et ita ſtetit plebs per
certos annos ſeparata à patritiis. Deinde quia mul-
tæ diſcordiæ naſcebantur inter plebem & patritios,
ſuperuenit quidam rex Hortenſius, qui pacem com-
poſuit inter patritios & plebeios: & reuocata ple-
be à dicto monte Auentino, iterum ipſam plebem
cum patritiis vniuit: & fecit vnam legem, quæ dicta
fuit lex Hortenſia: capto nomine ab ipſo authore;
per quam legem voluit, quod illa plebiſcita habe-
rent vim legis generalis: & ſic aggregata fuerunt in
compendio aliarum legum ciuilium, & in Corpore
iuris ciuilis, vt *d. §. plebiſcitum. & d. §. deinde cum eſ-*
23 *ſet, & c. plebiſcita. 2. diſt.* & ibi Archid. Deinde, † quia
plus augebatur populus Romanus, adeo quod erat
impoſſibile in vnum congregari, quando nouus
caſus emergebat, conſtituit populus ipſe centum
viros deputatos ad regimen ciuitatis, qui ſenato-
res appellabantur, & erant numero centum, *l. fin.*
*& ibi gloſſ. in ver. centumuiralis. C. de pet. hæred. & gloſſ.*
*in rubr. ff. de ſenat.* & quando erat facienda aliqua
lex noua, congregabantur ſolum illi centum ſena-
tores, qui decidebant caſum propoſitum: & illa de-
ciſio erat lex, & appellabatur ſenatuſconſultum: &
fuit redactum id ſenatuſconſultum ſimiliter in com-
pendio iuris ciuilis, vt *in §. ſenatuſconſultum. 5 Inſtit.*
*de iure natur. & d. l. 2. §. deinde, quia difficile 9. ff. de ori-*
*gin. iur. & c. ſenatuſconſultum. 2. diſtinct.* Poſtmodum
24 quia † populus Romanus propter magna bella, quæ
habebat contra finitimos & alias nationes, erat im-
peditus, & ſimiliter ipſi Conſules erant propter di-
cta bella impediti, adeo quod erat neceſſe ipſis
Conſulibus diſcedere quandoque extra Vrbem ſu-
per gubernatione bellorum: & ſic ciuitas remane-
bat ſine rectoribus; nam abſentibus Conſulib. non
erat, qui iura redderet in ciuitate: ideo ne ciuitas
rectore careret, ſuper iuſtitia miniſtranda, populus
ipſe creauit duos officiales, qui prætores appella-
bantur: vnus erat prætor Vrbanus, & alius prætor
peregrinus. Vrbanus enim prætor audiebat cauſas
ciuium Romanorum: ſed peregrinus audiebat cau-
ſas exterorum ſeu peregrinorum, vt *d. l. 2. §. deinde*
*cum placuiſſet 26. ff de orig. iuris.* Et iſti prætores ſole-
bant proponere quædam edicta in albo, ſeu in eo-
rum palatio ſuper iuſtitia conſeruanda, puta: Pacta
ſeruabo: vel, Quod metus cauſa factum eſt, ratum
non habebo; & alia ſimilia, quæ edicta fuerunt poſt-
ea per populum approbata, & illud appellatur ius
prætorium: quod ſimiliter fuit incorporatum in iu-
re ciuili, vt *in §. prætorum. 7. Inſtit. de iure natur. & d.*
*l. 2. §. eodem tempore. 10.* Demum quoniam † ex diui- 25
na permiſsione omne imperium, iuriſdictio & po-
teſtas totius mundi erat tunc in populo Romano,
in quo habuit originem ipſum imperium, ex vio-
lentia & potentia: quia violenter ex ſua potentia
armorum totum orbem ſubiugauit, vt dicit Abb *in*
*c. venerabilem 3-. col. 6. in fin. de elect.* & Bald *in l be-*
*ne à Zenone. 3 in fin. C. de quadr. præſcr* & gl. *in c. 1. de*
*pace tenen. inter ſubd.* quam ad hoc reputat ſingularem
Ang. *in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.* & Alb. de Ro-
ſat. *in l. cunctos populos. 1. C. de ſum. Trin. & fide Cathol.*
& Felin. *in c. cum non liceat. 2. col. 10. de præſcr.* in qui-
bus locis hæc eſt magis communis concluſio, quod
imperium habuit originem in populo Romano ex
violentia, Dei voluntate permiſſa: conſtituit ſibi
populus ipſe vnum principem ſeu Regem Roma-
norum; in quem populus ipſe tranſtulit omnem
ſuam auctoritatem, poteſtatem & imperium: con-
ſtituta prius quadam lege; quæ appellata fuit lex
regia. & ex tunc dictus eſt Rex Romanorum habere
poteſtatem legis condendæ: quia populus ſibi illam
poteſtatem contulit, vt dicit text. *in l. 2. §. nouiſſime.*
*11. ff. de orig. iur. & in l. 1. ff. de conſtit. princ.* & declarat
pulchre Bald. *in d. l. bene à Zenone. in fin. C. de quadr.*
*præſcr.* & eſt text. *in § ſed & quod principi. 6. Inſt. de iur.*
*natur. & in l. 1. § hoc etiam. C. de vet. iur. enucl.* & ratio
tranſlationis imperii aſsignatur in quadam conſtit.
Regni, quæ incipit: *non ſine grandi, &c.* in text. illius
conſtit. ſcilic. quia ex quo dictus princeps Romanus
habebat omne ius imperandi ipſi populo & ſubdi-
tis, congruum fuit, vt etiam ab eo procederet pote-
ſtas legis condendæ, quæ eſt origo iuſtitiæ; vt ab v-
no & eodem fonte procedat origo iuſtitiæ, a quo
procedit protectio ſubditorum, & ibi *in d. conſt.* tan-
git Andr. de Iſern. an ipſe idem populus, qui conceſ-
ſit talem poteſtatem principi ſeu Imperatori, poſ-
ſit eandem ſibi auocare: de qua per Angel. de Aret. *in*
*d § ſed & quod principi* & Bald. *in l fin. C. de legib.* vbi
tangit † etiam, ad quem ſpectet deponere Impera- 26
torem, & dicit: quod ad ſolum Papam: hæc autem
poteſtas tradita per populum Romanum principi,
fuit poſtea approbata per Chriſtum in teſtamento
nouo, dum dixit: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſa-
ri, & quæ ſunt Dei, Deo, vt traditur *Matth. cap. 12.* &
Bor. Oldr. *in conſ. 69. colum. 2,* & Bald, *in d. l. bene à Ze-*
*none. 3. in fin. C. de quadr. præſc.* Tranſlata igitur pote-
ſtate in principem, ipſe ſolus poterat facere leges:
ſic illud, quod Princeps ſtatuebat cauſa faciendi le-
gem, ſeruabatur pro lege, & iſtæ appellantur conſti-
tutiones principum, de quibus habetur *in d. §. ſed*
*& quod principi. 6. & in d. l. fin. C. de legib. & in d. l. 1. de*
*conſt. prin.* & ſimiliter ſunt de compendio iuris ciui-
lis. Creato deniq; principe Romanorum, † & tranſ- 27
lata poteſtate in eum, princeps ipſe eligit quoſdam
ſapientes in ciuitate Romana, qui Iuriſconſulti ap-
pellabantur: quibus dedit poteſtatem iura interpre-
tandi & reſpondendi in caſibus dubiis, de quibus
con-

conſultabatur: & illa reſponſa & interpretationes erant tantæ auctoritatis, quod pro legibus ſeruabātur: & iſta appellantur reſponſa prudentum, vt eſt text. *in c. reſponſa prudentum. 8. Inſtit. de iure natur. & in. c. reſponſa. 2. diſtinct* & iſtæ ſunt leges florum, quæ fuerunt conditæ ab ipſis Iuriſconſultis, auctoritate tamen Principis, & ſic ſunt etiam de iure ciuili. Et cum iſtis legibus vixerunt gentes in hoc ſecundo tempore, vſque ad aduentum Chriſti, quod ſecundo tempore habuimus declaratas tres alias leges, quæ viguerunt: ſcilic. legem Moſaicam, legem Prophe-
28 ticam, & legem ciuilem. Iſtæ † autem leges ciuiles, de quibus ſuperius feci mentionem, fuerunt per trecentos annos ante aduentum Chriſti, & ſic tempore Paganorum, vt dicit Bart. *in l. multum. 34. ff de verbor. oblig.* & quod iſti Iuriſconſulti, qui fecerunt leges, fuerunt Pagani, & ante aduentum Chriſti, tenent gloſſ. & Bald. *in l. pridie. 5. ff. de ſer.* & gl. & Bart. *in l. Titia. 38. § Seia. 2. ff. de aur. & arg. leg.* & gl. 1. *in rub. ff. de iuſt & iur.* & ponit Bart. in lect. Nicol. de Neap. *in l. ſpadonem. 15 § iam tamen. 6. ff. de excuſat. tut.* dicit tamen Iaſ. *in d. l. multum. 34. in fin.* quod multi Iuriſconſulti fuerunt tempore Chriſti, & etiam poſt Chriſtum: & maxime Vlpianus: vt ibi per eum, vbi & aſsignat rationem.

29 Superuenit † poſtea tertium tempus, quod appellatum fuit tempus gratiæ: in quo tempore DEVS glorioſus voluit incarnari in ſacra Virgine: & ſic venit Chriſtus in mundum, verus DEVS & verus homo, vt *in l. inter claras. 8. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* in quo tempore fuerunt proditæ tres aliæ leges, videlicet lex EVANGELICA, lex APOSTOLICA, & lex CANONICA. Et prima fuit lex EVANGELICA, quam tradidit ipſe Chriſtus ore proprio; vt habetur in omnibus quatuor Euangeliis, vt dicit Abb. *in d. c. firmiter 1 col. 5 de ſumma Trin.* & per hanc legem Euangelicam fuit confirmata poteſtas Imperatorum: dum dixit *Matth. c. 22* Reddite Cæſa-
30 ri, quæ ſunt Cæſaris, &c. Quæ † poteſtas Imp. dicitur ſimiliter procedere ab ipſo Deo: vt teſtatur Chriſtus in Euangelio *Ioan. c. 15.* dū dixit Pilato: Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper, &c. & Paulus *ad Rom. c. 13* vbi ait; non eſt poteſtas, niſi a DEO. quod qualiter procedat & intelligatur, vide plene Abb *in c. nouit. 13. col. 5 & 6. & ibi etiam Felin. de iud* & tangit plene Old. *in conſil 180. col. pen.* vnde Imperatores poſtea Chriſtiani fuerunt proſecuti leges ciuiles: videlicet antiquas leges approbando & compilando, & nouas componendo: prout fecit Iuſtin. Imperator, vt *l. 2. C. de veter. iur. enucl. & in prooem. Inſt.* & ſic habemus leges ciuiles ante & poſt aduentum Chriſti: originaliter tamen fuerunt ante aduentum Chriſti, vt ſupra de-
31 claraui. Secunda † fuit lex APOSTOLICA; nam Chriſtus glorioſus, qui dicitur Rex regum, & Dominus dominantium, *Clem. paſtoralis § fin. de re iud. & c. quæ contra mores. 8. diſt.* vbi appellatur regnator vniuerſæ creaturæ, & *in conſt. poſt mund. machinam* dicitur Rex regum: cum eſſet reuerſurus ad Patrem, reliquit Apoſtolis poteſtatem ſuam in terris, & ſignāter Petro, vt principi Apoſtolorum: quod declarauit tam ante ſuam paſsionem, quam poſt: vt dicit text. *in c. in illis. 80. diſt.* nam ante paſsionem declarauit, dum dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & tibi dabo claues, &c. vt eſt text. *in c. in nouo. 21. diſt. & Matth. cap. 16.* Item, dum alias dicit Petro: Paſce oues meas, vt dicit text. *in c. ſignificaſti. 4. in princip. & ibi in gloſſ. in ver. paſce de elect. & in d. l. inter claras. 8. C. de ſum. Trinit. & Ioan. c. vlt.* per hæc verba deſignauit velle, quod Petrus eſſet caput, & princeps Apoſtolorum: vt *d. c. in illis. diſt 80. & d. c in nouo. cauſ. 22 qu. 1. col. 2.* Item ſimiliter ante paſsionem dedit poteſtatem omnibus Apoſtolis, dum dixit: Quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlis, &c. vt habetur *Matth. ca. 18.* poſt vero paſsionem & reſurrectionem expreſſe eandem poteſtatem contulit Apoſtolis, dicens: Accipite ſpiritum ſanctum: & quorum remiſeritis peccata, &c. vt habetur *Ioan. cap. 20.* & dum dicit. Ite, & prædicate Euangelium omni creaturæ, &c vt traditur *Matth. cap. vlt. & Marc cap. vlt. & 9.* Abb. *in c. translato. 3. col. 1 de conſtit.* vnde ipſi Apoſtoli ex poteſtate eis tributa per ipſum Redemptorem dominum, cœperunt exequi præcepta Chriſti, & ſuas leges ſpargere & prædicare per orbem: vt habetur in toto teſtamento nouo. & † illa res promulgata & 32 ſcripta per Apoſtolos præter Euangelicam, appellatur lex Apoſtolica, quæ venit ad interpretationem legis Euangelicæ: vt dicit Specul *in prooem. 1. par in 2. col* & in iſta lege Euangelica, & Apoſtolica, conſiſtit totum nouum teſtamentum. Tertia † & vltima lex, fuit lex CANONICA. nam cum lex Euan- 33 gelica & Apoſtolica non ſufficeret ad omnes cauſas decidendas, ſummi Pontifices ex poteſtate eis tributa per Chriſtum, per medium beati Petri, vt dicitur *in Clem paſtoralis 2. § fin. de re iud* fecerunt quamplures canones & leges ſcriptas: qui Canones ſunt excerpti partim ex lege veteri Moſaica. & partim ex lege Ciuili; & partim ex ſacra Theologia: vt tam quo ad ſpiritualia, quam quo ad temporalia poſsit bene regi & gubernari Eccleſia Dei, vt dicit Abb. *in d. c firmiter. 1. in fin. prin de ſum. Trin.* & iſta lex Canonica, quæ fuit facta a ſummis Pontificibus, conſiſtit in tribus voluminibus, videlicet, in volumine Decretalium, volumine Sixti, & volumine Clementinarum: iſta enim tria volumina continent leges & canones Pontificales, authēticos & approbatos, qui pro legibus indubie ſeruantur: cum ſint conditi ab habente poteſtatem legis condendæ. † Connu- 34 meratur etiā inter leges Canonicas & liber Decretorum: qui liber non fuit conditus a ſummo Pontifice: nec ab habente poteſtatem legis condendæ: ſed fuit compilatus per quendam magiſtrum Gratianū, qui fuit monachus, & ſacræ Theologiæ magiſter:

giſter: vt teſtatur Archiepiſcopus Florent. *in 3. part. Chron. tit. 17. c. 6.* & fuit monachus S. Proculi in Tuſcia: & valde fuit exaltatus in ciuitate Bononiæ: qui Gratianus ex ſanctorum patrum dictis compilauit dictum opus & volumen Decretorum: appellaturque liber Decretorum: quia ex decretis ſanctorum patrum fuit compilatus: nec reperitur, quod fuerit approbatus per ſummos Pontifices, vnde non poteſt dici authenticus, vt dicit Abb *in proœm. decret. in c. rex pacificus. col. 4* & Ioan. Andr. & Ant. de Butr. *in c. 2. de reſcript* licet aliqui dicant, quod fuit approbatus per Eugenium Papam: tamen quicquid ſit; quia eſt communiter approbatus à populo, & publice legitur in ſcholis, ſicut alii libri authentici, ex hoc cenſetur authenticus: & facit plenam fidem, ita dicit Abb. *in d. c. 2. colum. final. de reſcript.* Ve-
35 rum eſt aduertendum, quod † in libro Decretorum reperiuntur quatuor ſpecies auctoritatum, videlicet, prima ſpecies eſt auctoritas ſanctorum Patrum, prout plurimum omnia fere capitula ibi exiſtentia ſunt extracta à dictis ſanctorum. Secunda ſpecies eſt auctoritas ipſius Gratiani auctoris: vt quando ipſe loquitur ſine auctoritate ſanctorum. Tertia ſpecies eſt auctoritas cuiuſdam Paleæ: vt quando in rubr. alicuius capituli Decretorum ſtat ſcriptum Palea. Quarta ſpecies eſt auctoritas Iuriſconſultorum, & Imperatorum ſecularium: quoniam ſunt multæ leges ciuiles inſertæ & canonizatæ in decre-
36 tis. Quo † ad primam ſpeciem, ſcilicet, de auctoritate ſanctorum Patrum, verum eſt, quod ex diuturna approbatione cenſetur authenticus dictus liber, & poſſunt illa decreta ſanctorum allegari ad deciſionem cauſarum. ita intelligit Abb. *in d. c. 2. colum. fin* vbi ita tenet, & ibi etiam Felin. *in 23. colum. verſ. liber decreti, &c.* Non autem quo ad alias tres auctoritates, ſecundum eos ibidem, & Archid. *in c. quis neſciat. 9. diſtinct.* nam auctoritas Gratiani non reperitur approbata: neque eſt authentica: nec etiam auctoritas Paleæ: nam Palea fuit quidam diſcipulus Gratiani, qui ſua auctoritate inſeruit nonnulla capitula in Decretis: quæ nullam faciunt fidem, vt dicit Ioan. Andr. *in addit. ad Specul in tit. de diſputat. & alleg. §. fin. in fin.* & Salyc. & Imol. *in rub. ff. de verb. oblig.* & Ant. Corn. *in repertorio ſuper Abb. in verſ. liber decretorum.* ex quo non fuerunt facta ab habente poteſtatem: ſicuti etiam dicta & ſolutiones Gratiani reprehenduntur in aliquibus, vt non bene fuit loquutus, ſecundum Archid. *in d. c. quis neſciat.*
37 *diſt. 9. col. 1.* Ex quo patet, † quod eius dicta non ſunt authentica: ſed vt velut dicta Innocentii in ſuo opere gloſſarum, quod cōpoſuit ſuper decretalibus: cuius Innocentii dicta non ſunt authentica; quia ipſe noluit, vt haberentur vt textus, ſed vt gloſſæ, licet præ cæteris ſint magnæ auctoritatis, vt teſtatur Felin. *in d. c. 2. col. 2, in fin. verſ. de diuerſorum, &c. de re-*
38 *ſcript.* Quo ad quartam † ſpeciem, ſcilicet, de legibus ciuilibus inſertis in decretis, quod minime ſunt approbatæ, vt per hoc ſeruentur de iure canonico: ex quo Gratianus, qui inſeruit, non habuit talem auctoritatem, vnde dictæ leges remanent ciuiles, prout antea erant, & perinde habentur, ac ſi ibi non eſſent inſertæ, & ſic non ſeruantur vt canones, ita dicit Abb. *in d. c. 2. col. fin. de reſcript.* & Andr. de Iſern. *in c. 1. col. 5. qui ſuc. tene in vſib. feud.* Pro hoc eſt gloſſ. *in c. 1. in gl. 2. de except.* & gloſſ. *in c. ſuper eo, el 1. & ibi etiam Abb. de teſtib.* & gloſſ *in c. 1. in verſ. tractatus, de reb. eccleſ. non alien. lib. 6.* & Ioan. Andr. *in c. ex parte, 2. in fin. de feud.* Fuit † autem compilatus liber Decre- 39
torum tempore Papæ Alexandri III. ſub anno Domini M. C. L. vt not. gloſſ. *in c. poſt appellationem §. forma. in verſ. forma. 2. q. 6.* vt habetur *in Chronicis.* liber vero Decretalium fuit compilatus ſub anno Domini M. CC. XXII. vt habetur *in libro Chronicorum, & faſciculi temporum.*

Habemus ergo ex † prædictis collecta tria tem- 40
pora humanæ vitæ, & nouem leges, quibus homines vixerunt: & quomodo vnaquæque lex venit ſucceſſiue ad aliam. Supereſt pro complemento iſtius euidentalis, antequam veniam ad deciſionem quæſtionis principalis propoſitæ in hac 3 parte; ſcilicet, vnde habuerit originem iudicium, videre: AN ISTÆ NOVEM LEGES SINT OMNES HODIE IN VSV: Et breuiter reuertendo ad primum tempus, & primam legem, quæ fuit lex naturalis COMMVNIS, dico; quod illa ſemper fuit, & eſt & erit in obſeruantia: quia immutabilis eſt. vt *§ ſed naturalia. 11. Inſtit. de iur. nat.* & hoc patet ad ſenſum: quia dixi, quod talis lex, eſt quidam naturæ inſtinctus: vnde eo ipſo, quod naſcitur homo, vel aliud animal, naſcitur cum tali inſtinctu naturæ, vt aliquid appetat, & declinet ea, quæ ſibi nocitura eſſe videantur, vt ait Cicero *in 1. Officiorum.* Item: quia dixi, quod obligatio antidotalis eſt de iſto iure naturali primæuo & communi. ſimiliter dico, quod etiam hodie talis obligatio eſt in vſu, cum procedat ex iure immutabili. nam etiam hodie producit illos pulchros effectus, qui ſunt octodecim, quos ponit Iaſ. *in l. ex hoc iure. 5 ff. de iuſtit. & iur.* & idem Iaſ. *in l. ſi non ſortem. 26. §. ſi libertus. 12 ff. de condict. indeb.* vbi tractat de iſta obligatione antidotali. Quo † ad ſe- 41
cundam legem, ſcilicet de iure naturali ſecundario quod dicitur RATIONIS, ſimiliter concludo, quod eſt immutabile, & etiam hodie eſt in vſu: prout eſt religio erga DEVM, & erga parentes & patriam, & alia ſimilia: quod patet ad ſenſum, & probatur *5. diſtinct. in princ. & in c. fin. §. is itaque & ibi not in 6 diſt. & in d. §. ſed naturalia. 11.* Et quod iſta ſint hodie in obſeruantia, patet: quia omni iure ſunt iſta præcepta naturalia confirmata; nam religio erga Deum confirmatur per legem Moſaicam, vt not. gloſſ. *in c. quid in omnibus 32. quæſt. 7.* & habetur *Exo. cap. 20 & Deut. cap. 5.* Item per legem Propheticam: vt habetur *Ioſue. cap. 2.* vbi ait: Hoc diligentiſſime præcauete, vt diligatis Dominum Deum veſtrum,

& Tob.

& *Tob. cap.* 4. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & *in Pſalm.* 116. Laudate Dominum omnes gentes, & laudate eum omnes populi. Item per legem ciuilem: vt traditur *in l. inter claras. 8. C. de ſumma Trinit.* Item per legem Euangelicam, per quã traditur illud præceptum: Dilige dominum Deum tuum, ex toto corde. 40. &c. vt habetur *Matth. c.* 22 & *Luc cap.* 10. & *Marc cap.* 12. Item per legem Apoſtolicam & Canonicam, eſt plus quam clarum. Item habere religionem erga parentes & patriam, patet: quia etiam hodie filius, qui eſt inobediens patri, vel matri, poteſt exhæredari ex quatuordecim cauſis, quæ narrantur *in d. §. cauſas.* alias *iuſtum autem. 4. in Auth. vt cum de appel. cog.* Item,
42 quia † ciuis derelinquens patriam ſuam periclitantem, perdit priuilegia ciuitatis illius, ſecundũ Bald. *in l. 2. in fin. C. de infan. expoſit.* quem ſequitur Alex. *in l. veluti. 2. in addit. ad Bart. ff. de iuſt. & iur.* Hinc dicit
43 Caſsiod *lib. 1 epiſt.* 20. vnicuique † patria ſua charior eſt, Deum ſupra omnia ſaluum fore quæritur, vbi ab ipſis cunabulis commoratur: feris datum eſt agros ſyluasq; quærere: hominibus autem fores patrias ſuper cuncta diligere: aues ipſæ per aëra vagantes proprios nidos amant: erratiles feræ ad cubilia dumoſa feſtinant: voluptuoſi piſces cauernas ſuas perquirunt: cunctaque animalia ibi ſe norunt refu-
44 gere, vbi longiſſima cupiunt ætate conſtare. † Quoad tertiam legem, ſcilicet de IVRE GENTIVM concluditur ſimiliter, quod eſt ius immutabile: ex quo largo modo appellatur ius naturale, vt *in §. ſingulorum* 11. *Inſt. de rer. diuiſ.* vnde etiam hodie verſatur: quod patet: quia Princeps non poteſt regulariter ſtatuere contra ius gentium, puta, quod aliquis ſine cauſa priuetur dominio rei ſuæ: quod dominium eſt de iure gentium, *l. ex hoc iure. 5. ff. de iuſt. & iur.* & ibi gloſſ. *in verb. dominia.* innuit, quod etiam ius diuinum faueat huic iuri gentium. Item dicitur conſtitutum ex diuina prouidentia, vt *in § ſed naturalia. 11. Inſt. de iur. natur:* qui §. ſecundum communem intellectum glo. & Doct. ibi intelligitur loqui etiam de iure gentium, quod ſit immutabile. Et quod Princeps non poſſit diſpenſare contra ius gentium ſine cauſa tenet Innoc. *in c. quia plerique. 8. circa fin. de immun. eccleſ.* & Arch. *in c. ius ciuile. 1 diſt.* Bald. *in l. reſcripta 7. colum. pen. in fin C. de precib. Imp. offer. in verſ. Tertio quærunt &c.* gl. & Bart. *in l. fin. & ibi communiter Dd. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* & Felin. plene *in c. quæ in eccleſiarum. 7 colum 10. de conſt.* & ibi etiam Abb. & Dd. idem tenet Iaſ. *in l. ſi quis 3. §. ſi is pro quo. 3. col. ff. quod quiſque iur.* Hoc etiam patet ad ſenſum: quia omnes fere contractus ſunt de iure gentium, & tamen hodie ſunt in viridi obſeruantia: vt *d. l. ex hoc iure. 5.* Item bella & ſeruitutes etiam hodie ſunt in vſu: vt videmus in quampluribus titulis iuris ciuilis tractari materiam ſeruorum. Item diſtinctio dominiorum eſt ita hodie ſicut olim: & ſic de aliis exemplis. Bene verum eſt, quod in quampluribus capitulis, ius gentium eſt diſtinctum, & limitatum per ius ciuile: vt videmus per vſucapionem, quæ extinguit dominium. Item in teſtamentis, in quibus requiruntur ſeptem teſtes: ſed de iure gentium in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, vt habetur *in c. nouit. 13 de Iud.* & ſic de aliis exẽplis Item, ex cauſa poteſt † Princeps limitare & diſpenſare con- 45
tra ius gentiũ al' quo eius capitulo; licet non tollere in totum: vt tradit plene Fel. *in d. c. quæ in eccleſiarum. 7. col. 10. cum multis ſeq. de conſt.* ſicut etiam Princeps poteſt limitare ius diuinũ, & illud diſtinguere & modificare, ſecundum Fel. plene *in d. c. quæ in eccleſiarum. 7. col. 10. cum ſex ſeq.* & † Abb. *in c fin col 2. & 3.* 46
*de conſuet.* tractat etiam, quando poteſt induci conſuetudo contra ius diuinum, vel gentium, & cõcludit; quod ſemper poteſt induci conſuetudo, quando non eſt inductiua peccati, ſecundum eum. Quoad quartam legem, † ſ. MOSAICAM, an ſit hodie in 47
obſeruantia? dic quod in lege Moſaica ſunt quædã præcepta moralia, & quædam myſtica, quæ loquũtur in figura. Quo ad præcepta moralia, eſt in viridi obſeruantia: quia dicitur lex naturalis, quoad illa, & eſt immutabilis, vt ſunt illa decem præcepta, quæ mores concernunt. Quo vero ad præcepta myſtica, quæ ſunt ſacramentalia, vel ceremoniala, dicta lex Moſaica eſt mutabilis, & vt plurimum non ſeruatur ex aduentu Chriſti; ita hæc omnia declarat text. cum glo. *in c. fin. §. his itaque 7 diſt.* & Abb. *in c. fin. col. 2 de conſuet.* Nam † lex Moſaica loquebatur 48
in figura: deinde per aduentum Chriſti ſucceſsit ipſa lux & veritas in mundo: quæ omnia velamina veteris teſtamenti aperuit & illuſtrauit: vt dici pulchre Bald. *in c. translato. 4. de conſt.* & ſic per legẽ Euãgelicam & Apoſtolicam fuit ſublata lex Moſaica in præceptis myſticis, vt in locis præalleg. Verũ eſt aduertendum, † quod dicta lex Moſaica fuit ſublata ab 49
aduentu Chriſti inter ipſos Chriſtianos: nam Iudæi adhuc ſeruant ipſam legem Moſaicam, & viuunt ſecundum eam vt not Cald *in conſ. 30. in tit. de teſtam.* vbi dicit, quod in teſtamentis & ſucceſsionib. Iudæi ſeruant legem Moſaicam. Idem tenet Felin *in c. Iudæi, el. 2. colum. 2 de Iudæ.* vbi dicit, quomodo lex Moſaica derogat iuri ciuili in ſucceſsionibus Iudæorum ab inteſtato, & ſeruatur quod habetur *Num. cap 26* & dicit Cald. *in conſi. 10 in tit. de conſtitu.* quod lex Moſaica eſt ius ſpeciale Iudæorum: adeo quod illa ſeruatur principaliter inter eos: & ea demum deficiente, ſeruatur ius commune: & ſic derogatur iuri Roman. quoad Iudæos. idem tenet Socin. *in conſi. 72. in fin. in 1. volum.* † Similiter quoad 50
iuramentum ſeruatur lex Moſaica inter Iudæos: quia iurant per legem Moyſis, & ſupra decem præceptis, vt declarat Specul. *in tit. de iur. calũ. §. reſtat colum. fina. verſic. ſed pone Iudæus. &c.* Felin. *in c fina. colum. 1. in fine. de Iudæis.* Abb. *in c. 1 colum. 4. verſicu. qualiter, de iuramen. calum.* Soc. *in conſ. 66. colum. 10. in 1. vol.* Barto. *in l. iuſiurandum. 34. §. ait prætor 0. in fi. ff.*

*de iureiur. Andr. de Yſern. in conſtit. ſi quis inpoſterum, colum. penult.* Ioan. de Imol. *in Clem. 1. & ibi etiam*
51 *Card. in 5. q. de teſtib.* & Angel *in conſil. 94.* † Sed quid ſi Iudæus iurat ſuper contractu inualido, an tale iuramentum confirmet contractũ Iudæi, ſicut Chriſtiani? *iuxta c cum contingat. de iureiuran.* Hanc quæſt. plene attingit Socin. *in conſ. 65. col. antepenul. & conſil. 66. colum. antep. & pen. in 1. volum.* vbi concludit, quod tale iuramentum Iudæi non firmat contractum: mouetur ipſe; quia iuramentum contractus confirmatorium tunc ſeruatur, quando ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ. *in d. c. cum contingat.* ſed in Iudæis illud diſpendium non conſideratur: quia ſunt damnati, ſiue obſeruent iuramentum, ſiue non: ex quo non ſunt baptizati. ergo ſequitur, quod de eorum iuramentis non eſt curandum. nam dicit ipſe, quod iſtam obſeruantiam introduxerunt canones, ne perdatur anima iurantis propter periurium, quæ perditio animæ non conſideratur in Iudæis, cum ſint perditi abſque hoc, ſecundum fidem noſtram. Concludit ergo, quod tale iuramen-
52 tum Iudæi nihil operatur. † Hanc etiam opin. per eandem rationem tenet Ludo. Rom. *in conſ. 155. incip. præmiſſum laudum in fin.* vbi concludit, quod Iudæus non compellitur ad obſeruantiam iuramenti in compromiſſo appoſiti, & illud dictum refert ſimpliciter Iaſ. *in l. 2 §. iurari. colum. 4 ff de iureiurand.* idẽ tenet Paulus de Caſtr. *in conſil. 90. colum fina. in 2. volum.* quod conſil. incipit, *viſa quadam ſcriptura, &c.* Contrariam partem tenet Petr. Philipp. Corn. *in conſil. 45 colum. 5. in litera C. in 2. volum.* vbi expreſſe tenet, quod iuramentum Iudæi confirmat contractum per ipſum celebratum, qui alias erat inualidus. idem tenet Ludou. Roman. *in l. qui ſuperſtitis. 94. ff de acquir. hæred.* & Bald. *in o 1. § item ſacramenta, colum. 4. de pace iur. firman* vbi dicit, quod Imperator arctat eos ad obſeruantiam iuramenti. licet Soc. *in. d. conſ. 66. col. penul. in 1. volum.* det reſponſum & ſenſum ad illud dictum Bal. *in d. §. item ſacramen-*
53 *ta.* † Poteſt corroborari iſta ſecunda opin. quia Iudæus iurans per legem ſuam, compellitur per iudicem Chriſtianum ad obſeruantiam iuramenti: imo punitur de periurio, ſicut Chriſtianus, ſi non obſeruet, ita dicit Andr. de Yſern. *in d. conſtit. ſi quis inpoſterum, col. pen* & idem Andr. *in conſtit. eos, qui ſcienter. in prin.* & tenet idẽ Soci. *in d. conſ 66. col. antepen. verſ. primus quidem, &c. in 1 vol.* vbi dicit, quod Iudæus periurus poteſt puniri per Eccleſiam, non pro eius anima: quia Eccleſia non curat de anima Iudæi, ſed vt caſtigetur eius corpus ratione delicti: ne remaneat impunitum, *l. ita vulneratus. 51 ff. ad legem Aquil.* idem tenet Marth. de Afflict. *in conſtit. eos*
54 *qui ſcienter col 0. verſ 9. quæro, &c.* † Hinc videmus, quod licet alias Iudæus non poſſit iurare per Chriſtum, nec per Euangelia: cum hoc dicatur facere in contemptum Chriſti, ex quo non credit in Chriſto, vt declarat Iaſ. *in d. l 3. §. iurari. 4. & vlt. colum. 4. de iureiur.* & Barto. & Mod. *in rub. ff. de iuſt. & iur.* &
55 habetur *in c. & ſi Chriſtus 26. de iureiur.* † Itẽ quia Iudæus dicitur blaſphemia Chriſti, ſecundum Socin. *in conſ. 01 col. 2. in 1. volum.* ſi tamen Iudæus iuraret per Chriſtum, cogi poteſt ad obſeruantiam iuramenti, ita tenet Alexan. *in d. §. iurari. 4. colum pen. in fin.* facit text. & ibi glo. *in c. mouet. 22. q. 1.* Concluſiue ergo videtur dicendum, quod ſi Iudæus iurat in contractu inualido, debet compelli per Eccleſiam ad obſeruantiam iuramenti, non ratione animæ, quia Eccleſia non curat de eius anima, *c. gaudemus. §. de diuor* ſed vt caſtigetur eius corpus ratione delicti: quia ſi Iudæus non compelleretur ad obſeruantiam iuramenti, fruſtra dicerent doctrinæ præallegatæ Iudæum puniri de periurio: quia licite periuraret. In iſta varietate puto concordari poſſe opin. & dico ſic: Aut Iudæus contrahit cum alio Iudæo, & tunc procedit prima opinio Socini, ſcilicet quod contractus non firmetur iuramẽto, quando de ſe eſt inualidus Hinc eſt, quod donatio inter virum & vxorem, non firmatur iuramento inter Iudæos. Similiter alienatio rei dotalis minime firmatur iuramento inter Iudæos: tunc n. vendicant ſibi locum rationes Soc. & quod dicit Bald. *in d §. itẽ ſacramenta. 3. col. 4. de pa. iura. firman. lib. Feud. titu. 53.* vbi dicit, quod vincula ſacramentalia non cadãt in
56 his qui non ſunt de ſacro ouili. † Nam de iure ciuili quando contractus eſt inualidus, non valet etiam iuramentum in eo appoſitum, *l. non dubium 5. C. de legib. & l. ſi quis inquilinos, 112. in fin. ff. de legat. 1.* ſed de iure canonico, quod ius habuit reſpectum ad ſolam animam, fuit inductum, vt quando poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ iuramentum, ſeruari debeat: ne anima præiudicium patiatur propter periurium, *vt d c. cum contingat 27. de iure iur. & c. licet mulieres, 2. de iureiur libr. 6.* vbi proprie dicit tex. tale iuramentum ſeruari de iure canonico; vnde quia iuramentum ligat animam, & ius canonicum habuit reſpectum ad animam: ideo voluit talem cõ-
57 tractum inualidum iuramento firmari. † De anima Iudæorum ſe non impedit Eccleſia, vt *d. c. gaudemus. 8 de diuort.* quia iam damnata eſt: vt dicit Paul. de Caſtr. *in d. conſ. 90. col. 2. in 2. volum.* ius ergo canonicum reliquit talem contractum Iudæorum in meram diſpoſitionem iuris ciuilis: quia dempto iure canonico remanet diſpoſitio iuris ciuilis, quæ ſeruatur in Iudæis; quoniam contrarium non reperitur in lege Moyſis: vt ſupra dixi, & eſt text. *in l. Iudæi. 8. C. de Iudæ.* ſed per ius ciuile tale iuramentum eſt nullum: vt *d. leg. non dubium* ergo ſequitur, quod Iudæus non compellitur ad obſeruantiam eius, cum nullum ſit, & non eſt obligatorium, & propterea minime poteſt tunc puniri de periurio; quia non fuit ligatus iuramento: & ita procedunt rationes Soc. *in d. ſuo conſ. 102. col 2 in 1. vol.* & Lud. Ro. *in d. conſ. 155 in fin.* Ad iura, quæ dicunt Iudæos compelli ad obſeruantiam iuramenti, & puniri de periurio,

iurio, de facili poteſt reſponderi; quia loquuntur in iuramento valido, quando eſt præſtitum ſuper actu valido: quia tunc ligat de iure ciuili: & punitur contraueniens ratione delicti: vt quando Iudæus eſſet teſtis; ſecus ſi iurat ſuper actu inualido, vt in q. propoſita: Aut Iudæus contrahit cum Chriſtiano: & tunc procedat opinio contraria ſcilicet, quod contractus inualidus firmatur iuramento; non pro ſalute animæ Iudæi, ſed ne Chriſtianum decipiat: & ne ſit melioris conditionis Iudæus, quàm Chriſtianus: *argumen. l. Seruius, 4. ff. quod vi aut clam. & l. non ſolū 13 ff. de noxal.* & quod not. gl. *in c. poſt miſerabilem. 12. de vſur.* & hanc diſt. in effectu tenet Paul. de Caſtr. *d. conſ 90. col. fin. in 2. volu.* & ita cum iſta con-
58 cordia pertranſeo, quam puto veriſſimam. † Similiter ſeruatur lex Moſaica inter Iudæos, quoad matrimonia: vt habetur *in c. gaudemus. 8. §. fina. de diuor. & in c. de infidelibus. 4. de conſang. & affinit.* & not. Abb *in c. fina. qui fil ſint. legit.* in quibus locis probatur, quod Iudæi contrahunt matrimonium in gradu prohibito per ius canonicum; & ſeruant præcepta legis Moſaicæ, & poſſunt facere diuortia: & ſic ſoluunt matrimonia in vita, per libellum repudii: quia hoc permittitur lege Moſaica, vt habetur *Deuteron. cap. 23. in fin.* & declarat Bald. *in conſil. 428. in 5. volum.* & Socin *in conſil. 66. colum. antepenult. & conſil. 70. colum. fina. & conſ. 71 colum. 2. in 1. volu.* in
59 quibus dicitur, † quod quoad ſpiritualia, Iudæi non ſunt ſubiecti Eccleſiæ: nec iudicantur ſecundum canones, ſed ſecundum ritus eorum: vnde contrahunt matrimonia in gradu prohibito, & committunt repudium: idem tenet Fel. *in d. c. ad hæc. 8. de Iudæ.* vbi dicit referendo Floria quod inter Iudæos
60 patruus poteſt ducere neptem in vxorem. † Permittunt ergo Iudæis facere actus, ſecundum ritus eorum; dummodo non tendant in contemptum fidei Chriſtianæ, vt dicit glo *in c. qui ſyncera. 45 diſt.* & eſt text. *in l. Iudæos. 11. C. de Iudæ.* facit quod dicit Ioan. Andr. *in c. licet 18. de regular. in Nouel* vbi tenet quod ſi iudæus facit aliquid in contemptum fidei Chriſtianæ, vt quia ponit crucem ad ignem, vel aliud ſimile: perdit omnia, quæ ſunt ſibi permiſſa de
61 iure noſtro † Quod facit pro limitatione illius q. an Iudæi gaudeant immunitate Chriſtianorum, quam tangit Iſa. *in rub. ff. de iuſt. & iur. in fin.* & Soc. plene *in conſ. 62. & conſ. 20. in 1. vol.* nam ſi deprehenderetur Iudæus feciſſe aliquid in contemptum fidei Chriſtianæ, debet omni immunitate & priuilegio Chriſtianorm priuari, per illud dictum Ioan. Andr.
62 Seruatur † etiam lex Moſaica inter Iudæos, quoad circumciſionem, *l. circumcidere. 11. ff. ad leg. Cor. de ſic.* & quoad alias ceremonias, vt in locis præallc. ple-
63 ne traditur. † Dicuntur enim ceremoniæ propriæ ſacrificia Iudæorum, vt declarat glo. *in d. c. qui ſynce-*
64 *ra. 45 diſtinct. in gloſſ 2.* † Quoad quintam legem, ſcilicet PROPHETICAM, dicendum eſt idē, quod diximus de Moſaica: quia quatenus continet præcepta moralia, ſeruatur inter Chriſtianos eadem ratione: quia eſt ius immutabile: ſed quoad alia, eſt mutabilis per legem Euangelicam: † quia per ad- 65
uentum Chriſti ſucceſsit ipſa veritas: ſecundum *Bal. in c. translato. 3. in fin de conſtit. & in l. bene à Zenone 3. in fin C. de quadr. præſcrip.* ipſe enim Chriſtus dicitur ipſa veritas, *c. in quadā, 8. de celeb. miſſ. & c. abiit, 11 q. 3.* & dicit Chriſtus, ego ſum via, veritas, & vita: vt habetur *Matth. cap. 26 & Ioan. cap. 14.* & propter hoc dum fuiſſet interrogatus Chriſtus à Pilato, Quid eſt veritas, noluit reſpondere, ne iactaret ſeipſum: quia ipſe erat veritas: ſecundum *Abb. in c. & ſi Chriſtus. 26. col. 2 de iureiur.* † Hinc dicit notab. text. 66
*in d. c. abiit, 11. q. 3.* quod illi, qui pro pecunia deponunt falſum teſtimonium dicuntur vendere Chriſtum pro pretio, ſicut fecit Iudas: ex quo vendunt veritatem, quæ eſt ipſe Chriſtus, vnde poteſt dici per illum text quod falſus teſtis, qui pecuniam accipit, committit idem ſcelus, quod commiſit Iudas vendendo Chriſtum. † idem dico in iudice, qui pecunia 67
accepta peruertit iuſtitiam, proferendo iniuſtam ſententiam; quia peruertit veritatem, vt *in c. cum æterni. 1. de ſententia & re iud. lib. 6.* & ſic tradit & vendit Chriſtum, qui eſt ſumma veritas, & ſumma iuſtitia: *per d. c. abiit.* Sic ergo in propoſito, adueniente veritate & luce in mundo, ceſſauerunt figuræ Prophetarum quoad præcepta myſtica, cum illa etiam ſint de lege & teſtamēto veteri: vt pluries fuit dictū ſupra per ea, quæ habentur *in d. c. fina. § his itaque. 6. diſt* & probatur *in c. veritate. 8. diſtin.* vbi probatur, quod veritati omnia cedunt. † Quoad Sextam legem ſcilicet DE LEGE CIVILI, quomodo & 68
qualiter ſeruetur lex ciuilis hodie: patet ex ordine ipſarum compilationum: nam totum corpus iuris ciuilis conſiſtit in his voluminib. videlicet in quinquaginta lib. Digeſtorum, in lib. Codicis, in lib. Inſtitutionum, & in nouiſsimo lib. Authenticorum, vt declarat Abb. *in c. firmiter. 1. in fin. princip. de ſumma Trinit. & fide cathol.* omnes iſtæ ll. iuris ciuilis hodie ſeruantur, quatenus vna per aliam non repetitur correcta: quod patet; quia publice in ſcholis leguntur. Poteris addere aliud ius ciuile huius regni: quod conſiſtit in conſtitutionib. regni, in capitulis & ſtatutis regni, & regiis nouellis pragmaticis: quæ iura municipalia huius regni inducunt ius ciuile & obſeruantiam nouam in hoc regno: & quandoque corrigunt, quandoque limitant ius commune, prout dicā in proceſſu operis; in ſuis opportunis locis. Quoad † Septimā legem, ſcilicet EVANGELICAM, nulli eſt dubiū, quod inter Chriſtianos eſt 69
in viridi obſeruantia: cum proceſſerit ab ipſo Chriſto, qui eſt ſumma veritas, & ea continet ius diuinum & naturale immutabile, vt eſt text & ibi glo. & Archid. *in c. humanum genus. 1. diſtin.* & appellatur lex vitæ; quia concernit animam, vt dicit Spec. *in proœm primæ partis, col. 3.* & conſiſtit in illo præcepto naturali, Quod tibi non vis fieri, alteri ne fece-

ris, vt *d.c. humanum genus* & habetur *Matthæi cap.* 7. 
70 *& Luc. cap.* 6. † Item iſta lex Euangelica correxit in multis legem antiquam Moſaicam: nam Deus antiquitus contulit legem & ſacerdotium in ipſum Moyſen in monte Synai, poſtea cum complacuerit mittere lucem in mundo & veritatem, ſcilicet Chriſtum, pro redemptione peccatorum: ipſemet Deus tranſtulit ſacerdotium de Moyſe in Chriſtum, vna cum ipſa lege, & de Chriſto fuit translatum in Petrum: vt *d.c. translato.* 3. *& ibi glo. & Doct. de conſtitut.* per illam igitur translationem illa lex antiqua Moſaica fuit translata in legem Chriſti Euangelicam: vnde nos Chriſtiani, qui ſectamur Chriſtum, ſeruamus dictam legem Euangelicam pro ſalute animæ noſtræ, tanquam legem nouam a Deo nobis datam: & quatenus iſta lex noua corrigit legem Moſaicam, non ſeruatu lex Moſaica inter Chriſtianos.
71 Quoad † octauam legem, ſcil. APOSTOLICAM, ſimiliter dicimus eam ſeruari inter Chriſtianos: cum dependeat ex voluntate eiuſdem Chriſti, propter poteſtatem per eum tributam Petro & Apoſtolis, vt *d.c. translato.* & declaraui ſupra, dum feci mentionem de hac lege Apoſtolica, & cum veniat hæc lex Apoſtolica ad declarationem, & quandoque ad modificationem legis Euangelicæ, vt habetur *in c. iam nunc.* 28. *q.* 1 & not Spec. *in d. proœm. c. l.* 4. Nam. iſta ſimiliter continet ius diuinum nouum, & ius naturale immutabile, vt *d.c. humanum genus & ibi gl. & Archidia.* 1. *diſtinct.* & in tantum ſeruatur iſta lex Apoſtolica, quod dictum Apoſtolicum præfertur legi ciuili in deciſionibus cauſarum, text. eſt & ibi 
72 Abb *in c. pen. de ſecund. nupt.* † Verum, eſt ſciendum, quod licet dixerim legem Moſaicam, quoad præcepta moralia, eſſe immutabilem, item legem Euangelicam & Apoſtolicam ſimiliter immutabilem: verum eſt, quod non poteſt mutari in totum tollendo ipſam; tamen poteſt limitari, & in aliquo cap. corrigi per ius poſitiuum ciuile vel canonicum. Nã princeps poteſt diſtinguere & limitare ius diuinum: licet non in totum tollere: vt not. gl. & Doct *in l. fi. C. ſi contra ius vel vtipubl* & Abb. pulchre declarat *in c. fi. col.* 2. *&* 3. *de conſue.* & Felin. plene *in c. quæ in eccleſiarum.* 7. *de conſtit.* & poteſt eſſe exemplum: nam lex diuina dicit, non occidas: & tamen ius ciuile in multis delictis & caſibus occidit hominem: Item lex diuina dicit: habeas in honore parentes; & tamen ius ciuile permiſit filio occidere patrem, quando eſſet hoſtis, & rebellis patriæ ſuæ, *l. minime.* 35. *ff. de relig. & ſump fun.* facit quod not Bar. *in l. poſtliminium.* 19. *§. filius.* 7. *ff de cap. & poſtlim. reuer* ſimiliter lex diuina dicit, non furaberis; & tamen lex poſitiua vult, quod ex neceſſitate famis permiſſum eſt furari, *c. ſi quis propter neceſſitatem.* 3. *& ibi not. de furt.* & ſic de a-
73 lus ſimilibus † Quoad Nonam & vltimam legem, ſcilicet, CANONICAM: nulli eſt dubium, quod eſt in viridi obſeruantia inter Chriſtianos: cum ſit facta à ſacris Pontificibus; quibus data fuit poteſtas à Chriſto per medium beati Petri: vt ſupra dixi, & eſt text. *in Clem. paſtoralis.* 2. *§ fi. de re iud.* tamen quoad eius obſeruantiam, recipit illam declarationem, quam facit Abb. *in c.* 1. *de ſpe. no. nun.* videlicet, quod ſi lex canonica contradicit legi ciuili, tunc ſi ſumus in materia concernente peccatum vel animam, ſeruatur lex canonica in vtroque foro: & lex ciuilis remanet correcta, ſi vero ſumus in materia non concernente animam, tunc quælibet lex ſeruatur in foro ſuo; ſed quando eſt caſus deciſus à iure ciuili, & dubius de iure canonico, ſeruatur ius ciuile in vtroque foro. Idem econtra, quando eſt deciſus de iure canonico, & dubius de iure ciuili, ſeruatur ius canonicum in vtroque foro: vt ibi plene dicit Abb. & habetur per glo. & Doct. *in c. licet ex ſuſcepto.* 10. *de foro compet.* & Bartol. *in l privilegia* 11. *& l. omni nouatione* 6. *C. de ſacroſan. eccleſ.* † Hinc dicit Ar- 74
chid. *in c. ſi inter.* 6 *quæſt.* 4. quod leges ciuiles, quando non obuiant canonibus, cenſentur tacite approbatæ & confirmatæ per canones: ſed quando obuiant canonibus, cenſentur reprobatæ per canones: idem tenet Archidia. *in c. de libellis.* 20. *diſtinſt.*

Dicitur † autem ius canonicum, quaſi ius regulatum. nam canon idem eſt, quod regula, *c. canon.* 3. 75
*diſtinct.* quod declarat, vt *in c. ſi quis dogmata.* 25 *q.* 1. 
Adde † tamen, quod in cauſis miſerabilium perſonarum ſeruatur ius canonicum in vtroque foro, da- 76
to, quod canones contrarientur legibus. Item vbi ius ciuile foueret lucrum odioſum, ſaperet quẽdam rigorem, non ſeruatur in foro canonico, licet per canones non reprobetur Item, vbi ius ciuile ſtatueret æquitatem, ius canonicum rigorem, ſeruatur ius ciuile etiam in foro eccleſiaſtico, & non ius canonicum: ita hæc omnia tenet Felin. *in c. in cauſis* 15. *col.* 1. *de teſtib.* † Et in tantum viget & ſeruatur lex canonica, quod præfertur dicto cuiuslibet ſancti in 77
deciſionibus cauſarum: nam vbi eſt canon ſummi Pontificis, ceſſat omnis auctoritas ſanctorum Patrum: & ad interpretandum ius diuinum ſtatur dicto ſummi Pontificis, & non ſanctorum nec Theologorum, quando opinio Sanctorum vel Theologorum contrariatur legi canonicæ. Ita dicit Abb. *in c. tua* 25. *in* 3. *not. de deci.* & Felin. plene *in c. ne innitaris.* 5. *de conſtit.* quod tamen intellige ſane procedere in deciſionib. cauſarum, vt ſupra dixi. nam quoad cauſas decidendas, creditur potius ſummo Pontifici, & eius canonibus, quam ſanctis. & eſt ratio; quia ſummo Pontifici fuit data poteſtas legis condendæ; & non ſanctis: vt *d. Clemen. paſtoralis* 2 *§ fin. de re iud* ita dicit Abb. *in d. c tua* 25. *de deci. in* 3 *not.* & Fel. *in d. c. ne innitaris.* 5. Pro hoc eſt text. *in c. per venerabilem.* 13 *qui filii ſint legit.* & Abb. *in c. qualiter & quando.* 24. *in* 1. *not. &* 2. *de accuſat.* Secus eſt, quoad ſolã interpretationem diuinæ ſcripturæ, non ad deciſionem cauſarũ: quia tunc potius creditur dicto ſanctorum, quam ſummo Pontifici: ſecundum gl. *in c.* 1. *in glo.* 1. 20. *diſtinct.* & Abb. *in d. c. ne innitaris.* 5. *de conſtit. circa fin.*

& ibi

78 & ibi etiam Fel. *in 2. col. verſ. ſecundus caſus, &c.* † Itē
intellige, niſi dictum alicuius ſancti eſſet conforme
cum nouo vel veteri teſtamento: & ſic eſſet muni-
tum auctoritate noui vel veteris teſtamenti: quia
tunc præfertur cuicunq. legi, etiam ſummi Ponti-
ficis in deciſionibus cauſarum, gl. eſt, quæ commu-
niter ad hoc allegatur, *in c. de libellis. 20. diſtinct.* & tex.
cum glo. *in c. placuit. §. 1. 36. q. 2.* & Abb *in d. c. tua. 25.*
*de dec. & in d. c. qualiter & quando el. 2. 24. in not. de ac-*
*cuſ.* & Alexan. *in l. 1. col. 8. ff. ſi cert. pet.* & Felin. *in d. c. ne*
*innitaris. verſic. tertius caſus. de conſtit.* Et ratio eſt ſe-
cundum Doct. in locis præall. & maxime Abb. *in c.*
*qualiter & quando.* quia tunc Papa diſponens con-
tra teſtamentum nouum vel vetus, dicitur diſpone-
re contra ius diuinum: & ſic dicitur potius errare,
quam legem facere, vt not. glo. *in c. à nobis. 24. de dec.*
79 Quod † tamen limita, niſi Papa diſponeret ad limi-
tationem iuris diuini: quod facere poteſt ex cauſa,
vt ſupra dixi, per ea, quæ not. Abb. & Felin. *in c. quæ*
*in eccleſiarum. 10. de conſtit.* & Abb *in c. fin. colum 2. & 3.*
*de conſuet.* nam tunc creditur potius legi Pontificis,
& ei non derogatur per auctoritatem ſancti, quam-
uis conformem cum teſtamento veteri vel nouo;
quia ipſa auctoritas ſancti tunc limitatur, ſicut li-
mitatur & ipſum ius diuinum, ita declarat Fel *in d. c.*
*ne innitaris. verſ. tertius caſus. ibi; ſed conſidera, &c.* & eſt
de mente Abb. *in d. c. qualiter & quan. lo. in 1 not.* dum
allegat Inno *in d. c. quæ in eccleſiarum. 10.* Et de hac
poteſtate Papæ vide plene per Aluar *in c. 1. Epiſcopum,*
*vel Abb. in vſib. feud.* ceſſante autem diſpoſitione ſum-
mi Pontificis, poſſunt dicta ſanctorum allegari ad
deciſiones cauſarum. Ita tenet Abb. *in c. cum Apo-*
*ſtolica in 3. not. de his, quæ fiunt à præla.* & Abb. *in c. cer-*
*tificari. 9. in 3. not. de ſepul. & in c. cum cauſam. 27. in*
80 *verſicu. nota de elect.* vbi loquitur de lege diuina. † Vi-
dimus huc vſque declarationem nouem legum,
quæ fuerunt in tempore à creatione hominis. Poſ-
ſet modo dubitari: an lex diuina ſeu ius diuinum
ſit aliquod ius ſeparatum à dictis nouem iuribus?
Dic, quod non, ſed includitur in dictis nouem.
Nam omnes leges in mundo diſtinguuntur in duo
membra: Aut enim ſunt diuinæ, aut humanæ, ſeu
poſitiuæ, *c. omnes leges. 1 diſt.* Leges diuinæ ſunt, quæ
diuina prouidentia ſunt conſtitutæ: & in hoc mem-
bro comprehenditur lex Moſaica, lex Prophetica,
Euangelica, & lex Apoſtolica, vt patet ad ſenſum:
quia omnes iſtæ leges habuerunt originem ab ipſo
81 Deo, vt ſupra declaraui. † Item ſub hoc membro le-
gis diuinæ poteſt comprehendi etiam ius naturale
& ius gentium; quia diuina fuit prouidentia con-
ſtitutum, *§. ſed naturalia 11. Inſtit. de iure natu.* & pro-
batur *in d. c. omnes leges* & tenet Abb. *in c. fi. in 4. not. de*
82 *conſtit.* & glo *in c. ius naturale. 1. diſt.* † Humanæ vero
leges, dicuntur leges poſitiuæ, quæ ſunt conditæ ab
hominibus ad eorum beneplacitū: prout eſt ius ci-
uile poſitiuum, & ius canonicum poſitiuum, ſcilic.
quod fuit factum à Pontificibus: nam tale ius cano-
nicum inquantum eſt poſitiuum, poteſt etiam dici
ius ciuile, ad differētiam iuris diuini: ex quo eſt mu-
tabile, ſicut ius ciuile. Ita tenet Bal. *in c. licet vniuer-*
*ſis. 23. verſ. item not. de teſtib.* vbi dicit ius canonicum
eſſe ciuile, quatenus non continet legem antiquam,
vel Euangelicam. Idem tenet gl. *in d. c. ius naturale. 1.*
*diſt.* licet quidā dicant, quod lex canonica ſit ius di-
uinum: *per c. filius. 5 de teſt. & c. nimis. 30. de iureiur. &*
*c. 1. de iur. calum.* tamen contrarium probat tex & ibi
Abb. *in 3. not. in c. non debet. 8. de conſan. & affi.* vbi leges
Pontificum appellantur ſtatuta humana. Pro con-
cordia tamen iſtorum iurium multum placet diſtin-
ctio, quam facit Bal. *in d. c. licet vniuerſis. 23. de teſtib.*
& eſt de mente Abb. *in d. c. 1. col. 3 in 7. not. de iur. cal. &*
*in d. c. nimis 30. col. fi.* vt dicamus, quod lex canonica
ſit partim diuina, & partim poſitiua. Nam diuina di-
citur quatenus eſt extracta à lege diuina, vel Moſai-
ca vel noua: & quatenus continet illa diuina præcep-
ta quæ in nouo & veteri teſtamento ſunt ſcripta: po-
ſitiua vero dicitur, quatenus cōtinet illas diſpoſitio-
nes, quæ ſunt factæ per Pontifices ad eorum bene-
placitum, quæ ſunt mutabiles: quia hoc reſpectu di-
citur etiam lex ciuilis, vt ſupra dixi, & ita loquitur
*d. c. non debet. 8.* † Quid autem de iure feudorum, an 83
dicatur ius ſeparatum à dictis nouem iuribus? dic,
quod non, ſed includitur ſub iure ciuili. Nam iſtud
ius feudorum appellatur ius conſuetudinarium: quia
leges Feudorum, dicuntur vſus & cōſuetudines feu-
dorum, vt patet ex prima rubrica feudorum. & not.
And. de Iſern. *in procem. feud. colum. fi.* & tangitur per
omnes ſcribentes *in præludiis feud.* vnde dicitur ius
non ſcriptum; quia eſt conſuetudinarium: ergo eſt
ius ciuile, vt *in §. conſtat. 3. & § ex non ſcripto. 9. Inſt. de*
*iure natur.* & ita hoc ius feudorum inter leges ciui-
les numerat Abb. *in c. firmiter. 1. in fine princip. de ſum.*
*Trinitat. & fide cathol.* † Fuit autem compilatus li- 84
ber feudorum à quodam Oberto de Orto, qui fuit
magnus Iuriſconſultus, & fuit ciuis Mediolanen-
ſis, vt inquit tex. *in c. 1 quæ ſit prima cauſa benef. amit.*
Ita hoc declarat Aluaro, *in c. 1. in princip. de feud. cogn.*
*& in c. 1. in princip. in quibus cauſis feudum amitt.* Po-
ſtea vero; quia liber iſte feudorum fuit ſemper le-
ctus in ſcholis publicis, & fuit communiter appro-
batus, fuit factus ex hoc authenticus, & habet ple-
nam fidem, ſicut aliæ leges ciuiles, ſecundum Andr.
de Iſern *in præl. feud. in 1. q.* Mar. Lau. & communi-
ter Doct. *in præl. feud.* Idem tenet vir magnæ au-
ctoritatis Iac. de Bel. *in c. 1 §. fi. de his, qui feud. dare poſ.*
vbi hoc bene probat per quatuor argumenta, cui
Iac. de Bel. eſt valde credendum in materia feudo-
rum, hinc Ioan. de Imo. *in c. cæterum. 5 col. 1. de iudic.*
dixit, quod quando in materia feudali ſunt variæ
opin. Doc. credendum eſt potius Iac. de Bel. quam
aliis, ex quo Ia. de Bel. fuit valde peritus in hac ma-
teria: & pluries legit hunc titulum & librum feudo-
rū: & ipſe proprie Ia. de Bel. *in d. c. 1. §. fi. de his qui feu-*
*dare poſ.* teſtatur ſe legiſſe librum feudorum octo vi-
cibus,

cibus. Et illud dictum Io. de Imol. refert Iacobinus *in ſuo tract. ſeu. ver. dictiq; vaſſalli promiſerunt non committere feloniam, &c. col.* 19. hanc etiam opin. quod liber feu. ſit authenticus tenet Iaſ. *in prælud. ſeu. in 1. & 2. colum* † Qualiter autem hodie ſunt in obſeruantia iura feudorum? Dic, quod in regno noſtro Siciliæ primo ſeruatur conſtitutio regni: & vbi eſt dicta conſtit. tractan materiam feudalem, præfertur omni iuri tam communi, quam conſuetudinario, vt dicit tex. *in proœ. conſt. § fin. & in conſti. puritatem.* & tenet Andr de Iſern. *in c. 1. in fi. de feu. cog* & eſt text. *in conſt. vt vniuerſis. vt ibi glo. in ver. aut.* ceſſante autem conſtitutione; tunc in materia feudali recurrimus ad ius conſuetudinarium: & ſic ad librum feudorum: quod ius, quoad hoc præfertur iuri communi. † Vnde cauſæ feudales primo deciduntur per iura feudorum: & poſtea quando caſus non reperitur decisus per iura feudorum, recurrimus ad ius commune, text. eſt & ibi And. de Iſer. & omnes ſcribentes, *in d. c. 1. de feu. cog.* maxime Iac. de Bel ibi, & Mart. Lau. Iaſ. *in l. 1. col. 11. C. de iure emph.* & Alexan. *in conſ. 55. col. 4. in 4. volu.* Et tunc; quia iura communia non tractant præciſe de feudis, recurrimus ad iura loquentia de vſufru. & emphyteuſi; arguendo de ſimilibus ad ſimilia. hoc probatur ex his, quæ dicit Bald. *in d. c. 1 colu. 2. ſuper glo. 2. de feud. cogn.* vbi dicit, quod cauſæ feudales, quæ non reperiuntur deciſæ per conſuetudines feudorum, deciduntur per argumenta iuris ciuilis: idem dicit Alex. *in conſil. 5. col. 2. ver. pro hoc facit, &c. in 1 volum.* † Item probatur per regulam, quæ dicit, quod validum eſt argumentum de emphyteuſi ad feudũ, & econtra, vt declarat plene Iaſ. *in d. l. col. 14. & 15. C. de iur. emph.* & Pet. Phil. Cor. *in conſilio* 117 *colum. 6. in 1. volum.* & Lud. Roma. *in conſi. 211. col. 1.* † Sed quia dixi ceſſante iure conſuetudinario, recurri ad ius commune, quæro de quo iure communi intelligitur: an de ciuili vel de canonico? Iſta eſt pulchra quæſtio, & poſſet accidere in aliquo caſu, in quo ius ciuile variaret à iure canonico: quia declaraui ſupra, quod tunc quodlibet ius ſeruatur in foro ſuo: an ita ſit dicendum in feudo? dic, quod non: imo tunc cauſa feudalis decideretur ſecundum ius canonicum: non autem ſecundum ius ciuile, quod ius canonicum ſeruaretur in vtroque foro, & hoc propter iuramentum, quod interponitur in feudo per vaſallos. Iſtud fuit ſingulare dictum Bal. *in c. imperialem. §. fi. col. 3. ver. quæro ſi pares ſunt ſuſpecti, &c. de prohi. feu. alie. per Freder.* & illud dictum ſequitur Alex. *in d. conſil. 5. colu. 4. in princ. ver. accedit in 5. volum.* & Bart. *in addit. ad Abb. in c. 1. de oper. nou. nunt.* in addit. quæ incipit; *An leges, &c.* & Felin. *in c. in cauſis. 15. colum. 1. circa fi. de teſtib.* per quod ſingulariſsimum dictum poſſunt decidi multæ quæſtiones in materia feudali. † Hic poſſet inferri per illud dictum, quod non diceretur deſerta appellatio in cauſa feudali per non præſentationem proceſſus intra quinquaginta dies, ſecundum *conſtitut. Appellationum tempora.* quia habemus ius canonicum contrarium, ſcilicet tex. *in Clem. ſicut. 3 de appell.* qui dat integrum annum ad proſequendum, & illa conſtitutio eſt iuris ciuilis, & non loquitur præciſe de feudis: vnde ſeruaretur ius canonicum, & idem poſſet dici in omnibus caſibus, in quibus differt ius ciuile à canonico. Sed hoc non pono pro cõſtanti † Item in quantum dixi, quod conſuetudines feudorum præferuntur iuri communi in cauſis feudalibus, intellige, quando conſuetudo & vſus feudorum eſt rationabilis, ſecus ſi irrationalis: quia tunc non ſeruatur: nam dicitur potius corruptela, vt not. And. de Iſern. *in c. 1. § moribus, ſi de feu. fue. contro.* & eſt glo. *in c. 1. in glo. 1. de feud. cogn.* & ibi Andr. & alii Doct. Idem tenet Andr. de Iſern. *in proœm feu. col. 4. in 1. q.* pro hoc eſt tex. *in c. cum tanto. 11. & fin. de conſuet. & in c. non debet, 8. de conſang. & affin.* † Item illud quod dixi, quod conſuetudines feudorum præferuntur iuri communi in deciſionibus cauſarum, intellige, quando caſus eſt expreſſe deciſus per vſus feudorum, ita dicit Bald. *in l. 2. C. de ſuis & legit. & in l. cum oportet. 6 in fin. illius princip. C. de bon. quæ lib.* Alias non ſumitur argumentum à contrario ſenſu in vſibus feudorum, ſed recurrimus ad ius commune: † quia argumentum à contrario ſenſu, non dicitur expreſſa deciſio, ſed potius quædam coniectura, *l. apud antiquos. 21. C. de fur. & ibi. glo.* Et dicitur ſubauditus intellectus, ſecundum Bal & ibi glo. fin. *in l. 2. C. de condit. inſer.* ita notabiliter tenet Alex. *in conſil. 7 colum. fin. in 5. volum.* & Iaſ. *in l. 1. colum 15. C. de iur. emphyteut.* † An autem iura feudorum ſeruentur in feudis eccleſiaſticis? communiter tenetur, quod ſic, ſecundum Bal. *in c. cæterum, 5. col. 1. ver. nota ibi ab eccleſia. &c. de iud.* & Alexan. *in conſil. 10. colum 2. in 5. vol.* & Felin *in c. 2. col. 23. verſic. diuerſorum, &c de reſcript.* † Quid autem de iure Longobardorum: an ſit ius ſeparatum ab illis nouem legibus? Dic, quod non: ſed includitur etiam ſub iure ciuili: cum iſtud ius Longobardicum fuerit ſimiliter cõditum ab Imperatoribus & Regibus, ſicut aliæ leges ciuiles. Nam fuerunt quidam reges Apuliæ, qui condiderunt illud Qui reges primo venerunt de Germania in Sardiniam, & de Sardinia in Apuliam, vt teſtatur Alexand. *in l pro hære. le. 20. § fin. ff. de acquir. hæred.* & erant, prout ipſe dicit, quidam reges habentes longam barbam, & ideo fuit appellatum ius Longobardorum. Idem etiam tenet Odofred. quem ibi refert Bald. *in authen. dos data. C. de donat. ante nup.* Fuit autem compilatus dictus liber Longobardorum à quodam Carolo: vt ſentit gl. *in c. 1. 33. quæſt. 1.* & dicit Alexan. *in d. l. pro hærede 20. §. final.* vnde appellatur capitularium Caroli: ſecundũ gloſſam *in c. quicunque. 12. q. 1.* & declarat Aluar. *in præludiis feudorum col 5 in 4. quæſt. principali.* Et quo tempore fuerunt iſti Longobardi, & quanto tempore durauerunt, & de geſtis eorum, habetur plene per Archiepiſcopum Florentinum. *in 12. libro ſuorum hiſtorialium,*

*lium, in 2. parte, cap.* 6. † Sed iuxta hoc pro comple-
95 mento, quæro de vtili & ardua quæſtione, videlicet;
AN ISTVD IVS LONGOBARDICVM SIT
HODIE IN VSV, MAXIME IN HOC REGNO
SICILIÆ, & AN PRAEFERATVR IVRI
ROMANO? Iſta eſt ardua quæſtio, & multum ven-
tilata inter Doctores & aduocatos huius regni, &
ſæpius vidi de ea dubitari: & nunquam vidi, nec po-
tui claram deciſionem inuenire: quia multi Docto-
res tangunt: & omnes in concluſione ſicco pede
pertranſeunt, non reſpondendo ad contraria: vnde
poſtquam caſualiter euenit, vt ipſam tangerem, in-
tendo eam plene diſcutere: ſaltem vt aperiam viam
conſiderandi aliis: & vt tanto tempore dubitatam
quæſtionem ad aliquam firmam concluſionem pro
debili ingenii qualitate reducam. Eſt igitur ſcien-
dum, quod tota dubitatio Doctorũ ſuper iſta quæſt.
proceſſit ex constitutione regni, quæ incipit, *purita-
tem.* Quæ vult, quod iudices iurent de ſententiando
prius ſecundum conſtit. regni: & deinde ſecundum
conſuetudines approbatas: deinde ſecundum iura
communia, Longobardica videlicet, & Romana: &
ſic ordine præmittit ius Longobardicum: & poſtea
Romanum: ergo ſequitur, quod in hoc regno iudex
debet iudicare ſecundum ius Longobardicũ, & præ-
fertur ipſum iuri Romano: quia ille ordo verborum
datur per illam conſtit. dat & deſignat ordinem exe-
cutionis: per ea, quæ plene habentur per Abb & Fe-
96 lin. *in c. cum dilecta 22. de reſcript.* † Nunc procedendo
ad examinationem huius quæſtionis, referam pri-
mo AVCTORITATES, quas reperio pro & con-
tra: & deinde diſputando articulum, firmabo con-
cluſionem, quæ videtur mihi verior & magis obſer-
uata in hoc regno, Et PRIMO, quod ius Longobar-
dicum debeat ſeruari in hoc regno adducitur *d. con-
ſtit. puritatem.* quæ præponit ipſum iuri Romano, vt
ſupra dixi: in tantum, quod dicit ibi And. de Iſer.
quod illi, qui non vtuntur eo iure, propter conſuetu-
dinem, non excuſantur; quia eſſet conſuetudo con-
tra cõſtitutiones regni, quæ reprobatur, *vt in prœm.
conſtit. §. final.* SECVNDO, adduco auctoritatem e-
iuſdem Andr. de Iſern. *in præludiis feud. 3. quæſt* 1. vbi
expreſſe tenet, quod in regno Siciliæ ſeruatur ius
Longobardicum: quia conſtitutio regni hoc præci-
pit: & ibidem circa fin. illius quæſt. dicit, quod illi,
qui non ſeruant dictum ius, non excuſantur con-
ſuetudine, per rationem prædictam. TERTIO, ad-
duco glo. *in conſtitut. vt vniuerſis, in verſicul. aut in de-
fectu, &c.* quæ in iudicando ſimiliter præponit ius
Longobardicum iur Romano. QVARTO, adduci-
tur auctoritas And de Iſer. *in conſtit. præſenti lege. la 3.
& in conſtit. ſi quando contigerit* vbi ſimiliter dicit,
quod ius Longobardicum præfertur iuri Romano.
QVINTO, adducitur idem Andr. *in c. imperialem. §.
præterea ducatus. colum. 2. in fine, de prohib. feudi alien.
per Frede.* vbi expreſſe dicit, quod in regno viuitur
iure Longobardico. & qui allegat ius Francorũ, de-
bet illud probare, cum ſit ius ſpeciale in regno. SE-
XTO, adducitur idem And. *in c. 1. verſ. bona vacantia.
quæ ſint rega in vſi feud* vbi pluries dicit, ꝙ in regno
ſeruatur ius Longobardicum. SEPTIMO, adduci-
tur auctoritas Matthæi de Affli. *in deciſ 148. coſ. Neap.
in 2. col.* vbi dicit, quod in regno præſumitur quæli-
bet ciuitas viuere iure Longobardico. OCTAVO, ad-
ducitur auctoritas Alex. *in d. l. pro hærede 20 §. fi. ff de
acq. hær* vbi referendo And. de Iſer. *in præl. feud.* con-
cludit de mente And. quod ſaltem Longobardicæ le-
ges, quæ fuerunt conditæ ab Imperatoribus, ſeruari
debent: cum ſint generales. NONO, adducitur idem
Andr. *in conſt vt vniuerſis. circa fi.* vbi dat ordinem;
quomodo procedatur in regno, ſcilic. vt primo iudi-
cetur ſecundum conſtitutiones: deinde ſecundum
conſuetudines: & demum ſecundum ius Longobar-
dicum: poſtea ſecundũ ius Romanum. DECIMO ad-
ducitur idẽ And. *in cõſt. ſpeciale.* vbi dicit, ꝙ ius Lon-
gobardicum, & poſtea ius Romanum. † ECONTRA- 97
RIO vero quod iſtud ius Longobardicum non ſit in
vſu, adducitur PRIMO authoritas Odofre. *in auth.
dos data.* quem ibi refert Bal. *C. de don. ante nup.* vbi di-
cũt ambo, ꝙ lex Longobardica nõ eſt lex, neq; ratio:
& ideo receſsit ab aula. † SECVNDO adducitur au- 98
thoritas Bal. *in l. ſi inuita, 11. in fi. C. de nupt.* vbi dicit,
quod de iſto iure Longobardico non eſt curandum:
niſi in loco, vbi eſſet eius obſeruantia ſecundũ con-
ſuetudinẽ loci. Sed in hoc regno eſt potius contraria
conſuetudo: quia non ſeruatur, vt infra dicam: ergo
de eo non eſt curandum † TERTIO, adducitur And. 99
de Iſer. *in 1. §. in fi. de notis feu.* vbi dicit, ꝙ ius Longo-
bardicũ eſt ius aſininum, & caret ratione, & ideo nõ
ſeruatur vbilibet. QVARTO, adducitur idem And. *in
c. 1. col. 1. de feud. cogn.* vbi dicit, quod iudex ceſſanti-
bus conſuetudinib debet vti lege Romana, vel Lon-
gobardica, vbi illo iure viuitur: vnde præponit ius
Romanũ iuri Longobardico: & dicit ibi ſeruari de-
bere ius Longobardicum, vbi eo iure viuitur; vnde
innuit, quod eſt ius ſpeciale: ſicut dicimus de iure
Francorum: ergo probari debet, quod eo iure viui-
tur: per ea, quæ not. Andr. de Iſern. *in d. c. imperialem.
§. præterea ducatus.* dum loquitur de iure Francorum.
QVINTO, † adducitur authoritas Archid. *in c. qui- 100
cunque 11. q. 1.* vbi dicit, quod lex Longobardica, eſt
lex inualida: & non poteſt confirmare aliam le-
gem inualidam. SEXTO, adducitur authoritas Al-
uar. *in præludiis feud. col. 5 in 4 quæſt.* vbi confirmat
dictum Bald. *in authen. dos data. & in d. l ſi inuita.* 11.
SEPTIMO, † adducitur Archid *in. c cum deuotiſſi- 101
ma. 12 q. 2.* vbi dicit, quod iſta lex Longobardica ap-
pellatur lex vulgaris: prout etiam tex ibi eam appel-
lat; ex eo, quia ab hominibus vulgaribus & rudibus
fuit compoſita: vnde tanto minus debet ſeruari. O-
CTAVO, adducitur authoritas Lucæ de Penna *in l. 1.
C. de con ducto. & procu. lib.* 11. vbi expreſſe dicit, ꝙ ius
Longobardicum non debet præferri iuri Romano:
niſi vbi ſeruatur de conſuetudine. NONO, adduci-

tut Bal. *in c. translato. 3. de conſt.* vbi dicit, quod tranſlato regno ſeu imperio, transfertur etiam lex regni ſiue imperii, vnde licet illud ius Longobardicum potuiſſet ſeruari tempore, quo erant illi reges Apuliæ; quia tamen regnum fuit poſtea ab eis translatum, debet cenſeri translata etiam lex eorum, & ſic dicta lex Longobardica non deberet ſeruari: ſicut dixi ſupra de lege Moſaica, quæ fuit translata vna cum ipſo ſacerdotio in Chriſtū, & in Euangelicam. Decimo & vltimo adducitur nouiſſima authoritas Matt. de Afflict. doctoris Neapolitani, *in ſuo commento ſuper d. conſti. puritatem, in 4. col.* vbi expreſſe videtur firmare opin. Lucæ de Penna, ſcilicet quod ius Longobardicum non præferatur iuri Romano, & ibi dicit, quod iſta opin. ſemper ſibi placuit: & dat bonam expoſitionem *d. conſt. puritatem.* quæ in rei veritate ſalua ratione recti ſermonis non poteſt procedere, vt infra dicam. Habemus ergo huc vſq; decem authoritates pro vna parte: & decem pro alia parte contraria, vnde quæſtio redditur valde dubia: Si quis tamen vellet tenere primam partem, quæ videtur fulciri authoritate authentica, ſcilic. per text. *in d. conſt. puritatem.* poſſet reſponderi ad omnes decem authoritates contrarias. Et Primo, ad dictum Bal. & Odof. *in d. auth. dos data.* quod Odof. & Bal. non fuerunt regnicolæ; & ſic veriſimiliter non potuerunt habere notitiam illius *conſt. puritatem* quæ non ſeruatur in regionibus eorum. Dicta ergo eorum procedunt de iure communi, fatendo, quod poſtquam ſuperuenit ius commune Romanum, receſſit ius Longobardicum ab aula. Sed quia noſtrum municipale huius regni, prout eſt *d. conſtit. puritatem.* iubet illud ſeruari: tenemur nos regnicolæ obedire illi conſtitutioni. Secvndo eodem modo poſſet reſponderi ad dictum Bald. *in l. ſi inuita. 11. C. de nupt.* vel poteſt dici, quod illud dictū Bal. facit pro prima parte; quia dicit non eſſe de eo curandum, niſi in loco, vbi viget vſus legis Longobardicæ: ſed in hoc regno neceſſitamur ad vtendum tali iure, per *d. conſtitut. puritatem.* ergo bene eſt de eo curandum. Ad Tertivm, ſcilicet ad dictum Andr. de Iſern. *in c. 1 in fin. de notis feud.* poteſt reſponderi, quod And. eſt ſibi contrarius in quam pluribus locis: prout ipſum retuli ſupra in prima parte huius quæſt. vnde magis eſt adhærendum dictis ſuis: pro prima parte: quia melius fuit tunc locutus, cum habeat text. illius conſt. pro
102 illa parte. † Nec obſtat, quod illud ius ſit aſininum & ſine ratione: quia in lege hoc non conſideratur: nam licet lex antiqua ſit dura vel iniuſta: tamen ſeruanda eſt; quia ita vult legislator, *l. proſpexit. 12. ff. qui & à quibus* ſic in propoſito ius Longobardicum ſeruandum eſt, quia ita vult legislator *per d. conſtitut.* Ad Qvartvm, ſcilicet ad dictum And. *in c. 1. de feu. cogn.* poteſt reſponderi, quod non debet inſpici ordo ſcripturæ ipſius Andr. cum habeamus ordinem legis: qui eſt potius attendendus. Et ſi Andr. dicit, quod debet ſeruari, vbi eo iure viuitur, debet concordari cum aliis dictis ſuis: & facias minorem & conſequentiam: videlicet, In hoc regno viuitur eo iure: ergo ſeruari debet in regno. Et ſi negares minorem, ſcil. quod non viuatur eo iure in regno; hoc non poſſet eſſe aliter, niſi ex contraria conſuetudine, quæ cum ſit contra cōſtitutionem, eſt reprobata per tex. *in proœm. conſtit. §. ſi* & dixi ſupra *in 1 parte.* vnde ſi ita non viuitur, ſufficit: quod ita debent homines viuere: & ita neceſſitantur per d. conſtitutio, † ad quod facit illud, quod dicimus, ſcire, & 103
ſcire debere, ſunt paria, *l. quod te. 5. ff. ſi cer. pet.* & glo. *in l. pen. C. de peric. tut.* & not. Aluar. *in c. 1 §. vaſallus ſi feudum in 1. not. per illum tex. ſi de feud. fuer. contr.* Ad Qvintvm, ſcilicet, ad dictum Archid. *in d. c. quicunque. 11. q. 1.* poteſt reſponderi, quod procedit generaliter de iure communi: non autem in hoc regno: vbi habemus text. expreſſum, vt ſupra dixi de authoritate Bal. & ex eodem reſponderi poteſt ad Sextvm & Septimvm dictum. Ad Octavvm, ſcilicet, ad dictum Lucæ de Pen. *in d. l. 1. C. de cond. & procu. lib. 11.* poteſt reſponderi eodem modo, quo reſponſum fuit ad quartum dictum: dicit enim: quod vbi ſeruatur de conſuetudine, præfertur iuri Romano. Sed in hoc regno ſeruatur vel ſeruari debet per d. conſt. ergo præfertur. Præterea in hoc regno eſt maioris authoritatis And. de Iſer. qui appellatur legum Euangeliſta quam Lucas de Penna vnde debet præferri dictum Andreæ, qui contrarium tenet, maxime *in præludiis Feud. in 3. quæſt. & in aliis locis ſupra allegat.* † Ad Nonvm, ſcilicet ad dictum 104
Bal. *in c. translato 3. de conſtit.* de facili reſponderi poteſt, fatendo dictum ſuum ſcilicet, quod cum translatione regni transferatur etiam lex, niſi nouus regnator legem veterem confirmet: quia tunc ſeruatur lex vetus ex noua confirmatione; quia ita vult nouus dominus: ita proprie dicit Andr. *in d. 3. q. in prælud. feud.* Et ibi ſubdit exemplum de Notario vnius comitatus, qui poteſt facere contractum in alio comitatu, volente domino illius comitatus: ſed nouus dominus in regno translato, qui fecit illam conſtitutionem, voluit confirmare ius Longobardicum: ergo ſeruari debet. Ad Decimvm, ſcilicet ad dictum Matt. de Affl. *in d. conſt. puritatem.* poteſt reſponderi, prout fuit reſpōſum ſupra ad octauum dictum, ſcilicet, ad authoritatem Lucæ de Pen. ex quo ipſe Matth. imitatur & confirmat opinionem Lucæ. Et dum ipſe Matthæus dat nouam expoſitionem ad *d. conſtit. puritatem.* faciendo vnam extraneam conſtructionem, dico, quod talis ſua conſtructio vitiat penitus literam illius conſtitutionis, & non poſſet ſaluari ſalua ratione recti ſermonis. Nam verba illius conſtit. ſunt hæc formalia, videlicet, *Ac demum ſecundum iura communia, Longobardica videlicet & Romana, &c.* Et ſic primo ponit dictum in genere, ſcilicet, ſecundum iura communia: deinde illud genus exemplificat per dictionem videlicet, &

cet, & in illa exemplificatione ponit æqualiter ius Longobardicum, & Romanum, deſignans, quod ambo ſunt iura communia: & præponit in ordine ius Longobardicum. Illa ergo determinatio, ſcilic. iura communia, &c relata ad iſta duo determinabilia, ſcilicet ad ius Longobardicum & Romanum, debet ea pariformiter determinare, ſ. quod ambo dicantur iura communia, *l. iam hoc iure 4. & l. Lucius,*
105 *45 ff. de vulg. & pup.* † Et hoc perpenditur ex illa dictione, *videlicet*: quæ eſt dictio declaratiua & reſtrictiua præcedentium, ſecundum Bart. *in l. 1 ff. ad legem Aquil.* & Franc. de Aret. *in l. ſi fundum. 35. ff. mand. vti.* & not *in c. ſtatutum. el 2. & ibi Gem. de hære lib. 6* & eſt tex. *in c. tranſmiſſæ. 4 de eo, qui cogno. conſangui. vxo ſuæ. & in l. cum quidam. 17 § 1. ff. de vſur.* & declarat Iaſ. *in l. idem in duobus. 25. § perſonale, in 1. notab. ff de pact. & in l. iuſiurandum quod ex conuentione 17 § procurator. 3. col 4. ff de iureiur.* vnde concluſiue per illam dictionē, *videlicet*, illa iura communia declarantur & reſtringuntur æqualiter ad iura Longobardica & Romana, cum ordine ſuo, qui colligitur ex ipſa ſcriptura, per quam declarationem, quæ eſt veriſsima, prout verba & mens legislatoris ſonant, apparet non procedere expoſitionem Matt. dum dicit quod debent illa verba conſtit. ita conſtrui, videlicet; *Ac demum ſecundum iura communia, Romana & Longobardica*: & ſic vult peruertere ordinē legis. Aſsignat ipſe rationem: quia ius Longobardicum non eſt commune, ſed ſpeciale in hoc regno: & ideo illud adiectiuum, *communia*, non poteſt referri ad ius Longobardicum, q. non eſt ius commune: vnde de neceſsitate refertur ad ius Romanum, & ſic reperitur prius in ordine literæ ius Romanum. Ego dico, quod talis conſtructio non procedit: quia procedere non poteſt, ſalua ratione recti ſermonis, vt ſupra dixi, & peruerti ordinem illius conſtit. contra mentem legislatoris.

106 Ad † rationem Domini Matthæi reſpondeo, quod imo illud adiectiuum, *communia*, poteſt referri ad ius Longobardicum, nam dato quod ſit ius ſpeciale in hoc regno: quia tamen ſeruatur, facit ius commune in regno: & cum dicta conſtit. intendat ponere legem in hoc regno tantum: quia extra regnum non extendit vires ſuas: voluit loqui de iurib. ſeruandis in hoc regno, in quo omne ius municipale ſeu ſpeciale dicitur ius commune, ex quo derogat iuri cōmuni, ita dicit Alexand. *in l. poſt dotem. 40. colum. 11. ff ſoluto matrim.* & idem Alexand. *in additio. ad Baldum in l. conſtitutionis. 2. in fine. vbi etiam Baldus ſentit. C. de bonis quæ liberis.* & Baldus *in l. illa inſtitutio. 3: in fin ff. de hæred. inſtit.* & Lud. Rom *in rubr. de arbitr.* vbi dicunt, quod ſi eſt compromiſſum in arbitrum, quod debeat pronuntiare ſecundum ius commune, debet talis arbiter pronuntiare ſecundum ius municipale illius loci: quia tale ius facit ibi ius commune, ſecundum eos. Sic ergo in propoſito, licet ius Longobardicum ſit ſpeciale in hoc regno: tamen facit in eo ius commune: vnde per prædicta merito illa verba *conſtit. puritatem.* debebant intelligi, prout iacent: quia bene poſſunt referri tam ad ius Longobardicum, quam ad ius Romanum. Verum non obſtantibus prædictis, licet hæc prima pars videatur bene defenſata ab impugnationibus contrariis: ego tamen indubitanter teneo hanc ſecundam partem contrariam, ſcilicet, quod imo in Regno ius Longobardicum non præfertatur iuri Romano, ſed quod ipſum ius Romanum ſit in viridi obſeruantia, & præferatur: & eo iure quilibet viuere præſumatur, niſi ſi & quatenus ex aduerſo ius Longobardicum probaretur. Vnde teneo hanc cōcluſionem: Quod alleganti, quod in regno viuatur iure Longobardico, vel in aliqua ciuitate Regni, incumbat onus probandi. Et hanc meam concluſionem probabo non ſolum per ius commune, & leges iuris communis: ſed etiam per ipſaſmet conſtitutiones Regni, & per alia iura municipalia: necnon per rationes vrgentiſsimas. Et quia omnes auctoritates contrariæ, quæ fouent primam partem, nituntur ex ſola deciſione illius *conſt. puritatem* quæ videtur eſſe principale fundamentum opinionis contrariæ: ego prius nitar tale fundamentum optimis mediis penitus demoliri: ad hoc, vt totum ædificium deſuper conſtructum corruat, iuxta tex. *in c cum Paulus. 1. quæſt. 1.* vnde poſtea mea opinio luce meridiana clarior & ſine aliquo obſtaculo apparebit. Aſſumo † igitur verba *d. conſtit. puritatem.* & ve- 107
nio ad ipſius interpretationem & declarationem: per quam apertiſsime oſtendam, quod illa conſtit. non meretur allegari pro illa prima parte ſed potius pro hac ſecunda parte contraria, quam teneo. Et PRÆSVPPOSITO, quod totum dubium faciebat, ILLE ORDO SCRIPTVRÆ, in quo ius Longobardicum prius nominatur, quam ius Romanum: vnde debet prius ſeruari, *argum. l. quotiens 34. ff de vſufru. & l generaliter 24 § quid ergo. 17. ff. de fideic. liber* Hinc dicit Bald *in l aduerſus. 4 C. de ſur.* quod prior in ordine ſcripturæ, præſumitur prior in tempore. Et dicit † Bald. *in l. 1 C. de impub. & aliis ſubſtit.* 108
quod ex ordine ſcripturæ datur regula. & dicunt Bart & Bal. *in 1 conſtit. C. in fin. col.* quod ſi reperiuntur duo inſtrumenta ſcripta in eadem charta, præſumitur prius illud quod præcedit ex ordine ſcripturæ. Idem tenent Mod *in l. ff. ſol. matr* & dicit Bald. *in l ſi duas 6 in princ ff. de accuſat. tut.* quod ex ordine ſcripturæ præſumitur ordo intellectus. Idem plene tangit Felin. *in c. cum dilecta. 22 de reſcript.* Ad † hoc 109
præſuppoſitum reſpondeo, vt incipiam tollere dubium, & dico ſic: PRIMO, vbicunque mens diſponentis eſt certa, non conſideratur nec inſpicitur ordo ſcripturæ in legibus, ita tenet Bar. per illum text. *in l. cum pater. 77 § fidei tuæ committo 12. ff de leg. 2.* & idem Bart *in l 2. § prius 4 in fin. ff de vulg. & pupil.* & ita intelligitur tex. *in l. nec enim. 6. ff. de ſolut.* idem tenet Bald. *in d. l. ſi duas. 6. ff. de excuſ. tut* vbi quando diſpoſitio loquentis eſt certa non curamus ordi-

nem verborum Sed in terminis *d. conſtit. puritatem.* mens diſponentis eſt certiſsima, qualiter & quando velit ſeruari ius Longobardicum, vt modo declarabo: ergo non debemus curare illum ordinē, & quod ſit certa mens diſponentis, probo: Nam verba formalia illius conſtit ſunt hæc, videlicet. *Ac demum ſecundum iura communia, Longobardica videlicet & Romana, prout qualitas litigātium exegerit, iudicabunt; &c.*

110 Nota igitur, † quod illud verbum, *iudicabunt*, determinat & perficit totam orationem præcedētem: & tamen ante quam oratio ſit perfecta, eſt inſerta illa clauſula; *Prout qualitas litigantium exegerit, &c.* quæ clauſula de neceſsitate debet referri ad hoc vltimum cap. ſcilicet, dum loquitur de iure communi Longobardico & Romano: pluribus de cauſis. Primo; quia eſt inſerta in medio ipſius capituli, ſcilic: ante, quam oratio eſſet cōpleta: quo caſu ad ipſum tantum capitulum refertur, & non ad alia præcedētia ſeparata: ſecundum Bart. *in l talis ſcriptura 30. colum. 2. circa fin: ff. de leg. 1.* & Bart *in l. 29. & fin. ff de reb. dub.* per text. cum gl. *in l cum filium. 27. ff. quando dies leg. ced.* & tenet Philip Dec. *in conſil. 14. col 3 in fine. verſ. & cum talis clauſula, &c.* Secundo; quia ſupra in d. conſtit: præceſſerūt duo alia capitula: videlicet: primum, quod iudices iudicent ſecundum conſtitutiones: ſecundum, quod in defectum earum iudicent ſecundum conſuetudines approbatas: ac demum ſecundum iura communia, &c Et ad illa duo capitula præcedentia non poteſt referri dicta clauſula, prout qualitas litigantium, &c. quia reſultaret legum contrarietas. Nam legislator vult, vt omnino ſeruentur conſtitutiones Regni; & non attendatur qualitas litigantium, nec conſuetudo contraria,
111 vt *in proœm. conſtit. §. fin.* Item, † vbi eſt conſuetudo approbata in ciuitate, illa habet vim legis: & illam tenentur omnes ſeruare de ciuitate; quia dicitur lex municipalis, *l. 1. C. de emancip lib. & l. de quibus. 37. cum ibi not. ff. de legib. & Inſt. de iur. natur. §. ex non ſcripto. 9. & c. cum conſuetudinis: 9. & c. fin. de conſuetud.* vnde non attenditur qualitas litigantis contra antiquam conſuetudinem. Ergo ſequitur, quod ſtante
112 contrarietate, † quæ ſemper euitanda eſt, illa clauſula non poteſt ad alia capitula referri, niſi ad hoc vltimum, cum poſsit aſsignari ratio, quare ad alia non referatur: vt dicunt Bart. & Bald. & communiter Dd. *in l. 1. C de liber. prater.* & Bart. *in d l. talis ſcriptura 30 ff. de leg. 1. & in l. ſi idem cum eodem. 11. §. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* & Alexan. *in conſil. 48. colu. 3. verſ. ſed ita in 1. vol.* Cum ergo dicta clauſula de neceſsitate referatur ad hoc vltimum capitulum: ſatis clare patet de mente diſponentis, quod non vult iura Longobardica præferri præciſe iuri Romano: ſed illa ſeruari ſecundum qualitatem litigantium, prout ibi exponit Andr. de Iſern. ſcilic. vt ille, qui viuit iure Longobardico, iudicetur per ius Longobardicum: ille vero, qui viuit iure Romano, iudicetur per ius Romanum: ergo ſequitur, quod ſi litigator viueret iure Romano, non compellitur iudex iudicare ſecundum ius Longobardicum, & ſic non præferet ius Longobārdicū Romano quia ergo apparet de mente diſponentis, non eſt curandus nec inſpiciendus dictus ordo verborum, ſed ſola mens. † SECVNDO, 113
principaliter quod dictus ordo non ſit curandus, adduco aliam regulam, vbicunque ordo ponitur in aliqua diſpoſitione, gratia exempli pro doctrina, nunquam cenſetur poſitus pro formali: nec ſeruari debet, text. eſt *in c. decernimus. 2. & ibi Cardin. de iudic.* vbi Epiſcopus vel Abbas præferuntur in ordine Archiepiſcopo; & tamen nulli dubium eſt, quod Archiepiſcopus eſt dignior, & deberet primo nominari: & non eſt alia ratio, niſi quia illa nominatio ſit gratia exempli, vnde non inſpicitur ordo: ita etiam tenet Felin *in d. c. cum dilecta. 22 colum. 6. verſ ſecundo declara. & c. de reſcript.* ſed in propoſito *in d conſtitu. puritatem.* illa nominatio iurium Longobardici & Romani, fuit facta gratia exempli: quod patet per illam dictionem, videlicet: quæ eſt dictio declaratiua & exemplificatiua, vt ſupra dixi. Nam primo dixi ſecundum iura communia: & poſtea exemplificat declarando, quæ ſint iſta iura communia: ergo ſequitur, quod ille ordo non eſt inſpiciendus.
TERTIO; † quia vbi conſtat de ordine intellectus 114
non curatur nec inſpicitur ordo ſcripturæ, ita dicit Bart. *in l. ita tamen. 27. § qui ſuſpectam. 2. & in l. Scæuola. 76. circa fin. ff. ad Trebell.* ſed ibi conſtat de ordine intellectus: qui eſt, vt in viuentibus iure Longobardico tantum ſeruetur ius Longobardicū, & non in aliis: per illam clauſulam; *prout qualitas, &c.* ergo non curatur ordo ſcripturæ † QVARTO; quia quan- 115
do ordo ſcripturæ perturbat ordinem neceſsitatis; non attenditur, imo reducitur ad ordinem neceſsitatis. Ita tenet Bart. *in l Gallus. 29. § quidam recte. colum 1. & 2. ff. de liber. & poſthum.* & ibi per alios Doct. & Bart. *in l. 1. in fin. C. de exec. rei iud.* ſed in d. conſtit. eſt ordo neceſsitatis: quod in viuentibus iure Romano ceſſet ius Longobardicum, ſed tunc præferatur, quando litigantes eo iure viuerent: ergo iſte ordo eſt attendendus, non ordo Scripturæ. QVINTO, quod dictus ordo non ſit ſubſtantialis, nec inſpiciendus: pondero vnam aliam *conſtit.* videlicet, *conſtit.* quæ incipit; *vt vniuerſis.* vbi ſunt ſimilia verba, & nulla fit mentio de iure Longobardico. Nam dicit, quod iudices iudicent ſecundum conſtitutiones, & deinde ſecundum conſuetudines, & demum ſecundum iura; non ſpecificando quæ iura: quo caſu in dubio appellatione iuris ſimpliciter, venit ius Romanum per antonomaſiam, *§. ſed ius quidem 2. verſ. ſed quoties. Inſt. de iur. natur* vnde illa conſt. ſentit totum contrarium, & ſic facit pro parte noſtra: quia ceſſante conſuetudine, debet iudicari ſecundum ius Romanum; ergo præponitur iuri Longobardico; & hanc ponderationem ſentit Matthæus, vt *in d. conſt. puritatem.* Sed poſſet aliquis inſtare, & dicere, quod illa *conſt. vt vniuerſis.* eſt correcta per *conſt. puritatem.* quæ:

quæ eſt ſequens & poſterior in ordine. Ad hoc dico, quod imo non eſt correcta; quia *d. conſtit. puritatem.* dicit illud idem, niſi quia addit illam limitationem in viuentibus iure Longobardico; vnde illa *conſtit puritatem.* eſt potius limitatiua, quam correctiua; quia ſemper in dubio vitanda eſt legum correctio, *l. præcipimus. 32. C de appell & l. ſancimus 27. C. de teſtam.* Dicamus ergo ſic, iungendo vtramque conſtit. quod iudex ceſſante conſuetudine, debet iudicare ſecundum iura, ſcilicet Romana. & ita loquitur *conſtit. vt vniuerſis.* fallit, quando qualitas litigantium aliud exigeret: quia tunc procedit *conſtit. puritatem.* vnde *d. conſtit. vt vniuerſis.* ponit regulam: *conſtit.* vero *puritatem.* ponit limitationem: cui regulæ ſtandum eſt, † donec probetur limitatio, *c. ad*
116 *decimas. 2 de reſtitut ſpol. lib. 6.* & notat Bart. & Doct. *in leg. ex quacunque 2. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.* SEXTO, quod dictus ordo non ſit inſpiciendus nec formam inducat, pondero nouiter vnam aliam conſtitut. ab aliis non ponderatam, quæ incipit: *Cum circa.* quæ mandat iudicibus & officialibus, vt decidant cauſas iuxta tenorem conſtitutionum, & iura & conſuetudines approbatas: & iſte eſt ordo formalis, quo ad verba illius *conſtit cum circa.* & ſic primo dicit ſecundum conſtitutiones, poſtea ſecundum iura, & poſtea ſecundum conſuetudines. Certe ſi vellemus inſpicere ordinem verborum, ex quo procedit ius commune, præfertur ius commune conſuetudinibus, quod eſt falſum: quia imo conſuetudines derogant iuri, & præferuntur iuri: vt *d. conſtit puritatem. & l. de quibus. 32. ff. de legib. & l. 1. C. de emancip. lib.* Patet ergo, quod ibi non inſpicitur ordo ſcripturæ, prout etiam dicit ibi gl. vnde minime debet inſpici *in d. conſt. puritatem.* cum de eodem caſu loquatur. Præterea illa *conſtit. cum circa.* eſt poſterior: & dicit ſecundum iura ſimpliciter: vnde intelligitur de iure Romano, vt ſupra dixi in præcedenti argumento, & ſic facilius tollit illud motiuum ſupra poſitum: cum ſit poſterior. SEPTIMO pon-
117 dero † conſtit. quæ incipit, *ſpeciale*, quæ vult, quod vnus ſit ordo iudicii in omnibus perſonis, & nominat ibi ſingulatim, ſiue quis fuerit Francus, ſiue Romanus, aut Longobardus: & ſic in ordine nominat vltimo loco Longobardum: ergo patet, quod eſt minus dignus tanquam vltimo nominatus. Nam primo nominatus, cenſetur maior & dignior: ſecundum Bald. *in l. cum quidam 4. col. 1. C. de verb. ſign.* per *l. 1 ff. de alb. ſcrip.* & Bald. *in auth. hoc amplius. col. pen. C de fideicom.* facit text. *in l. quotiens. 34. ff. de vſufruct.* Longobardus ergo vltimo loco nominatus, tenetur minus dignus; vnde merito eum poſtponemus: per hæc igitur ſeptem argumenta & ponderationes, ſatis videtur ſublatum dubium, quod fiebat ex ordine illius *conſt. puritatem.* quæ ſeptem rationes tollunt & deſtruunt totum fundamentum tenentium partem contrariam, qui omnes ſe fundant per illam conſtit. Acfirmant rationes prædictæ & corroborant hanc ſecundam partem, quam teneo. Sublato ergo obſtaculo de ponderatione illius conſtit. confirmo modo & corroboro HANC SECVNDAM PARTEM, tanquam veriſsimam, infra ſcriptis aliis fortiſsimis rationibus & argumentis. Et PRIMO adduco regulam, quæ ſe ita habet: † Omne id, quod 118
eſt magis dignum & nobile, debet præferri minus digno & minus nobili. Regula eſt trita in iure, quæ traditur *in §. fin. Inſtit. de iur. natur. & in c. quod in dubiis. de conſecr. eccleſ. vel altar.* facit text. *in c. Epiſcopus. 95 diſtinct.* Sed negari non poteſt, † quod ius Ro- 119
manum eſt dignius iure Longobardico, pluribus de cauſis. Primo, ratione cauſæ efficientis: quia ius Longobardicum fuit pro maiori parte conditum à quibuſdam Regibus Apuliæ: vt ſupra dixi in princ. huius quæſt. Ius vero Romanum fuit conditum & compilatum ab Imperatore Iuſtiniano, qui fuit dominus totius mundi, *l. deprecatio. 9. ff ad leg. Rhod. de iactu.* & tanto dignius & nobilius dicitur opus, quanto a nobiliori & digniori procedit. vnde dicimus magis dignum eum, qui acquirit dignitatem immediate à principe, quam eum, qui acquirit ab inferiore: vt inquit Spec. *in tit. de citatione. §. iam de citatione col 4. verſ porro ſi ſint plures, &c.* pro hoc eſt tex. *in l. 1. C de albo ſcrip.* & eſt tex. cum gl. *in c per tuas. 7. de mai r. & obed. in c. cum in diſtribuendis. 12 de temp. ord.* Leges † ergo Imperatorum cenſentur procedere ab 120
ipſo Deo: quia Imperator dicitur diuina gratia conſtitutus, ſecundum And. de Iſer. *in rub. de prohib. feud. aliena per Loth.* & eſt Imperator in terris, ſicut Deus in cœlo, & dicitur habere diuinum numen, ſecundum Andr. de Iſern. *in c. 1. verſ. ad feliciſſimam quæ ſint regal.* Secundo, † ratione iuſtitiæ, & melioris ra- 121
tionis. Nam ius Romanum, & præſertim leges Iuriſconſultorum fuerunt factæ cum tanta iuſtitia & ratione, vt in eis iniuſtitia aliqua inueniri non poſſit, vt teſtatur Andr. de Iſern. *in conſtit. ſi damna. col. fin. in princip.* hoc etiam probatur *Inſtit. de lege Fuſia Caninia tol. per totum tit.* vbi Imperator ſuſtulit illam legem tanquam ſine ratione, & in quam pluribus aliis legibus ſimilibus ſublatis in corpore iuris, ius vero Longobardicum ius eſt iniuſtum & ſine ratione factum: vnde appellatur ius aſininum, ſecundum Andr. *in c. 1. §. fin. de notis feud.* & Bald. & Odofred. *in auth. dos data C. de donat. ante nupt.* merito eſt poſtponendum iuri Romano. & non præponendũ. SECVNDO principaliter iſtam partem confirmo, per *d. conſtit. puritatem.* retorquendo ipſam contra tenentes primam partem, quam pondero duobus locis. Primo, dum dicit, prout qualitas litigantium exegerit, exponendo prout exponit ibi And. de Iſer. & ſupra dixi. Nam per illa verba permittit illa conſtitut. quod in Regno viuatur iure Romano, & iure Longobardico permiſsiue, & non imperatiue, vnde non imponit neceſſitatem, quod quilibet viuat iure Longobardico. Item permittit, quod iudices præferant ius Romanum iuri Longobardico, in-

viuentibus iure Romano, ſequitur ergo, quod ma-
le allegatur illa conſtitutio per eos, qui dicunt, quod
de neceſſitate in hoc regno viuatur iure Longo-
bardico, & illud præfertur iuri Romano: quia ſi eſ-
ſet iſta neceſsitas, illa conſtitutio loqueretur præci-
ſe, quod iudices indiſtincte ſeruent ius Longobar-
dicum, ſiue aliquis viuat eo iure, ſiue non, ſicut dixi
præciſam obſeruantiam conſtitutionum & con-
122 ſuetudinum. Sed † quia noluit loqui præciſe, ſed
permiſsiue, referendo ſe ad qualitatem hominum
per dictionem, *prout*, quæ eſt dicto relatiua, & limi-
tatiua, ſecundum Bart. *in leg. edita. 1. col. pen. C. de e-
den.* & text. *in l. prout 80. ff. de ſolut. & in clem. 1. §. vo-
lumus. de foro compet.* & not. Bart. *in extrauag. ad repri-
mendum, in verb. prout.* & Philip. Decius *in conſ. 63.
col. 4.* Sequitur ergo, quod tota obſeruantia iuris
Longobardici, dependet à qualitate viuentiũ: ergo
non eſt præciſa, nec neceſſaria. Vnde illa *conſtit. pu-
ritatem.* facit potius pro iſta parte, quã teneo. Aliam
ponderationem illius conſti. dicam infra. Tertio
123 iſtam partem confirmo: † quia ritus magnæ curiæ
vicariæ, dat mundualdum in Regno mulieribus,
tantum viuentibus iure Longobardico, vt dictat ri-
tus magnæ curiæ *in numer. 48.* incipiens: *Item quod
curia ipſa, &c.* Ergo à contrario ſenſu mulieribus
viuentibus iure Romano non dat mundualdum:
cum etiam in ſtatuto capiatur argumentum à con-
trario ſenſu: quando diſponit ſuper caſu non pro-
uiſo à iure communi, prout eſt ille ritus, ita tenet
Alexan. *in l. 1. colum. 12. verſic. ſecunda concluſio, ff. de
offic. eius cui mand. eſt iuriſ.* Bal. *in l. apud antiquos 2. C.
de furt. & in l. 2. C. de cond. inſert.* Mundualdus eſt in-
ductus à iure Longobardico, & tamen ille ritus, qui
facit ius nouiſſimum, in hoc Regno coarctat obſer-
uantiam tantum in mulieribus viuentib. iure Lon-
gobardico: ergo à contrario ſenſu permittit mulie-
res huius Regni, viuere iure Romano, ſi volunt, & ꝙ
124 non vtantur mundualdo. Illud tamen † de mun-
dualdo mulieris limita procedere, quando mulier
contrahit nomine proprio: ſecus ſi nomine alieno,
puta, procuratorio vel tutorio nomine; quia tunc
valet contractus, etiam ſine mundualdo ſecundum
Alexan. *in leg. quæſitum. 16. colum. fin. ff. de in ius voc.* &
Paul. Caſtr. *in l. cuicunque 5. § ſi ab alio. 17. ff. de inſtit.*
125 Qvarto, † iſtam partem confirmo per id, quod
fuit deciſum in ſacro Concilio Neapolitano: vt re-
fert Matth. de Afflict. *in deciſione ſacri Concilii 260.*
ſcilicet, quod mulier viuens iure Longobardico, nõ
poſsit facere teſtamentum ſine mundualdo: ergo ſi
viuit iure Romano, poteſt facere ſine mundualdo.
Ergo permittitur viuere iure Romano: quia ſi non
permitteretur, fuiſſet indiſtincte deciſum, quod
nullum teſtamentum mulieris in regno valeat ſine
mundualdo. Qvinto † confirmo per generalem
126 conſuetudinem huius regni, & obſeruantiam no-
toriam temporis, cuius non extat memoria in con-
trarium, quæ habet vim legis & priuilegii, ſecundũ
Abb. *in c. ſuper quibuſdam 26. § preterea. de verb. ſign.*
& Andr. de Iſer. *in c. imperialem 55. lib. 2. § præterea
ducatus, colum. pen. in princ. de prohib. feudi alienat.*, per
*Freder. & in c. 1. verſic. nauigabilia colum. 2. quæ ſint
regal. & in conſtit. ſi dubitatio. col. 3. & in conſtit. qua-
dragenalem, col. 1.* & habetur *in l. hoc iure 3. §. ductus
aquæ. 4. ff. de aqua quotid. & æſti.* Quæ obſeruantia
eſt, vt ſolo iure Romano viuatur, & quod penitus
ſit iuri Longobardico derogatum, & hoc patet eui-
denter: quia quam plures diſpoſitiones iuris Lon-
gobardici non ſolum non ſeruantur in regno; verum
etiã ſeruatur totum contrarium, vt videmus in teſta-
mentis mulierum, quæ in omnibus fere ciuitatibus
huius regni fiunt ſine mundualdo; & hoc eſt noto-
rium maxime inter omnes tabelliones huius regni
& per ſchedas tabellionum mortuorum † Item de 127
iure Longobardico cognati ſunt incogniti in ſuc-
ceſsionibus, adeo ꝙ non ſuccedunt, nec etiam ma-
ter filio, tanquam cognata. Item filii naturales non
excluduntur totaliter per filias legitimas & natu-
rales de iure Longobardico, prout hæc omnia not.
gl. & ibi per Doct. *in c. 1. § hoc autem de his qui feudum
dare poſſ.* Et tamen videmus, quod in regno ita ſuc-
cedunt cognati, ſicut agnati, & oſtenditur ſola gra-
dus prærogatiua, ſecundum formam *§ nullam 4. in
Authen. de hæred. ab inteſtat. & authen. ceſſante C. de
legit. hæred.* Item filii naturales excluduntur per filias
legitimas, niſi aliquid ſibi relinquatur pro alimen-
tis, iuxta *c. cum haberet. 5. de eo, qui duxit in vxor. quam
pollu. per adult.* & ſic ſola obſeruantia iuris Romani
viget. Et de hoc reperiuntur infinitæ ſententiæ la-
tæ tam in ſacro Concilio, quam in omnib. curiis ci-
uitatum huius regni, ſic etiam, & quam plura alia
exempla, poteſt ſtudioſus inueſtigare, in quib. dif-
fert ius Romanum a Longobardico, & in eis ſolo iu-
re Romano vtimur in regno. ergo cenſetur abroga-
tum ius Longobardicum, ſaltem ex generali conſue-
tudine tam antiqua & inueterata in hoc regno. vn-
de merito dicit Bald. *in d. authen. dos data* quod tale
ius receſsit ab aula: quia abiit in deſuetudinẽ. Quã-
do ergo eſſet diſceptatio, quo iure viuatur in Re-
gno, ſufficeret allegare hanc notoriã obſeruantiam:
quia ſi ius Romanum ſeruatur in iſtis exemplis pro-
poſitis, præſumptio eſt, quod ſeruetur etiam in aliis
omnibus: quia ſi ius Romanum ſeruatur; ergo eſt
ius ſaltem longiſsimo vſu approbatum, *iuxta leg. de
quibus. 32. ff. de leg. b.* & niſi contrarium probetur in
aliis exemplis, eſſet ſemper ſeruandum, prout noto-
rie ſeruandum, † per ea, quæ tradit Andr. de Iſer. *in* 128
*d. c. imperialem. 55. lib. 2. § præterea ducatus, col. 2 in
fin. verſ. quomodo probabitur, &c.* vbi dicit, quod ius
Francorum, ſi probandum eſt, ſufficit probare, quod
alias illi de domo ſeruauerunt, quod primogenitus
ſuccedat: quia ex hoc ſolo transfunditur onus pro-
bandi contrarium in aduerſarium: ergo patet, quod
ex ſola probatione vnius capituli iuris Francorum,
præſumitur, & probatur, quod viuatur iure Fran-
corum;

corum; quanto fortius id dicendum eſt in iure Romano, cuius obſeruantia probatur notorie ex mille, & infinitis capitulis, & antiquiſſimo tempore,
129 vnde ſuccedit diſpoſitio *l. minime. 23. ff. de legib.* † Et quod iſta generalis obſeruantia & conſuetudo tanquam notoria non indigeat probatione, ſed ſufficiat eam allegari, eſt deciſum in terminis Bald. *in l. 1. colum. 2. in fin. verſ. ſed hic quæro, &c. C. ad Velleian.* vbi expreſſe dicit, quod conſuetudo notoria eſt, quæ liquet ex inſpectione omnium publicorum inſtrumentorum, & non oportet eam probare. Sexto nunc pondero iterum *d. conſtitut. puritatem.* quam retorqueo pro iſta parte, quem teneo, & iſta eſt noua ponderatio, & ab aliis hactenus non cognita. Nam vult illa conſtit. quod primo iudicetur ſecundum conſtitutiones, poſtea ſecundum conſuetudines approbatas, & poſtea ſecundum iura, &c. Per hoc dico, quod ſtante conſuetudine generali in hoc Regno, quod cauſæ decidantur ſecundum ius Romanum, prout ſupra probaui, illa conſtitutio decidit caſum noſtrum pro iſta parte: quia præpo-
130 nit conſuetudinem iuri Longobardico. Sed † nulla poteſt eſſe fortior & melior conſuetudo, quam illa, quæ eſt conformis iuri communi: vt eſt tex. & not. *in c. ſepite. 4. & ibi not. ext. de cenſi. & in c. cum dilectus 8. de conſuet.* & quod poſsit eſſe conſuetudo conformis iuri communi, tenet Abb. *in c. fin. col. pen. in prin. de conſuet.* iſta ergo generalis obſeruantia iuris Romani contra ius Longobardicum, induxit quandã notoriam & approbatam conſuetudinem conformem iuri communi Romanorum: vnde ſecundum hanc conſuetudinem debet prius iudex iudicare, & ea ceſſante, tunc demum recurret ad ius Longobardicum, & ita ſubtiliter bis ponderata illa *conſtit. puritatem.* facit pro iſta parte: imo ſi aliquid dubii haberet dicta conſuetudo, reciperet interpretationem à iure communi Romanorũ, quod eſt ius generale, *l. ſi ſerui veſtri. 2. C. de noxalib. actio.* & habetur *in d. c. cum dilectus.* 8. non autem reciperet interpretationem à iure Longobardico, quod eſt ius locale, ſecundum Bald. *in c. 1. §. quia vidimus. col. 6. in fin. de his qui feud. dar. poſſunt.* Septimo & vltimo, pro iſta parte adduco omnes illas decem auctoritates, quas ſupra collegi arguendo pro hac ſecunda parte, quæ omnes remanent in ſuo robore: quibus, dato, quod ſupra diſputando voluerim reſpondere: tamen nunc tangendo veritatem, dico dictas reſponſiones non eſſe ſufficientes. vnde in quantum ad primam, ſecundam, quintam, ſextam, & ſeptimam auctoritates, dicebã eas procedere de iure communi; ſecus eſt in Regno, per *d. conſtit.* dico, quod eſt mala reſponſio, ex quo in regno nihil reperitur innouatum contra dictas deciſiones: vt ſupra probaui *in d. conſt. puritatem.* facit potius pro iſta parte: imo conformis eſt cum dicto Bal. *in d. l. ſi inuita. 11. C. de nupt.* qui dicit, quod de tali iure non eſt curandum, niſi in loco, vbi ſeruatur de conſuetudine. vnde fateor iſtud, quod quando ex aliqua parte Regni probaretur, quod illud ius ſeruatur, vel quod eo iure viuitur, ibi eſſet ſeruandum, & non alibi, & hoc proprie vult *d. conſt.* vt ſupra dixi, tamen onus probandi ſemper incumbit alleganti illud ius, cum ſit ius locale: vt ſupra declaraui, vnde remanent dictæ quinque deciſiones in earum robore & obſeruantia, cum iure communi vtamur. Item ad tertiam auctoritatem Andr. de Iſern. *in c. 1. de n. t. feud.* dico, non eſſe bene reſponſum: quia imo melius fuit locutus ibi, quam alibi, ex quo tale ius ſine ratione non debet ſeruari: & maxime, cum dicta deciſio ſit conformis cum deciſione Baldi, & aliorum Doct. ſupra alleg. vnde cenſetur magis communis, cum plurium auctoritate fulciatur, *l. vnica verſ. ſane crebrior. ff. de off. quæſt.* nec procedit arg. *d. l. prætexit. 12. ff. qui & à quib.* quia nõ reperitur dictum ius præciſe approbatum per Regni conſtitutionem, niſi in loco, vbi viget, & ita dicit idem Andr. *in c. 1. de feud. cognit.* & ibi etiam Baldus magis clare, quam alius; dicit expreſſe, *in 1 colum.* quod inter eos, qui viuunt iure Romano, cauſa deciditur ſecundum ius Romanum, & inter eos, qui viuunt iure Longobardico, cauſa deciditur ſecundum ius Longobardicum, vnde habuit Bald. ibi proprie ſenſum *d. conſt. puritatem.* Nec valet reſponſio data ad quartam auctoritatem, ſcil. And. *in d. c. 1. de feu. cognit.* quia non eſt verum, quod conſtitutio neceſsitet homines huius regni, quod viuant iure Lõgobardico: imo ponit in eorum arbitrio, vt ſupra probaui. Item ad octauam auctoritatem Lucæ de Penna, reprobatur reſponſio eodẽ modo, quo præcedens. Nec obſtat, quod Andr. eſt maioris auctoritatis: quia cum ſit ſibi ipſi contrarius in pluribus locis, tenenda eſt eius auctoritas, vbi melius dixit. Ad nonam auctoritatem, ſcilicet, *in c. translato. de conſtitut.* minime valet reſponſio; quia nego, quod ſucceſſores in Regno confirmauerint præciſe, & neceſſario ius Longobardicum, ſed, vt ſupra dixi, imo ſi placuiſſet illud ius Imperatoribus, inſeruiſſent illud in voluminibus iuris ciuilis; ſed quia non inſeruerunt, apparet, quod tale ius reprobauerunt, prout in ſimili arguit Aluar. *in prælud. feudor. in 4. quæſt.* Item reſponſio data ad decimam auctoritatem Matth. de Afflict. qui ſequitur Luc. de Penna, minime procedit per eaſdem rationes, & ſic remanet iſta pars comprobata & firma. Supereſt tantum reſpondere ad decẽ auctoritates contrarias adductas pro prima parte: ad quas ſatis patet reſpõſum ex prædictis: quia quatenus expreſſe dicunt, quod ius Longobardicũ præferatur, male loquuntur, & veriores ſunt auctoritates contrariæ, & maxime, cum, vt plurimum, ſint auctoritates And. de Iſern. qui tenet alibi contrarium: ſolum reſpondeo ad quintam auctoritatem Andr. *in d. §. præterea ducatus.* nam loquitur ibi de iure Longobardico & Francorum, non autem de iure Romano. Et verum eſt, † quod ius Francorum eſt ſpeciale ius, & one- 131

roſum,

roſum, & contraius commune, vt dicit Andr. *in d. §. praterea ducatus. col. 3. in addit* vnde debet probari per allegantem: alias non præſumitur, vnde quando eſſet differentia inter ius Francorum & Longobardicum fateor quod potius præſumatur ius Longobardicũ, maxime in ſuccedendo, ex quo eſt conforme cum iure communi in eo, quod admittit omnes filios æqualiter ad ſucceſſionem: ſecus eſſet quando differentia eſſet inter ius Longobardicum & ius Romanum, prout eſt quæſtio noſtra: quia tunc potius Romanum præfertur, & proceditur per prædicta. VLTIMO, SVPEREST reſpondere ad id, quod dicit Andr. *in d. conſtitut. puritatem. & in praelud. in 3. quæſt. princip. circa fin.* vbi dicit, quod iſta conſuetudo, per quam aliqui non ſeruant ius Longobardicum, non valet: quia eſt contra conſtitutiones Regni: vnde tales non ſeruantes, non excuſantur conſuetudine, ſecundum eum, in hoc dico indubitanter, quod Andr. male loquitur, & dicit contra caſum *d. conſtit. puritatem. ibi; prout qualitas litigantium*, &c. quia imo d. conſtitutio approbat hanc conſuetudinem, cum permittat, quod viuatur iure Romano, & quod iudex ſequatur ius Romanum, in viuentibus ſecundum illud. Quòd fortificatur ex his, quæ ſupra dixi ad corroborationem huius partis. Vnde melius locutus fuit Andr. *in d. c. 1. de feud. cognit* & ibi Bald. vbi dicit, quod ſeruatur, vbi eo iure viuitur: ergo vbi eo iure non viuitur, non ſeruatur: & ſic poteſt eſſe conſuetudo, quod eo iure non viuatur: concluſiue ergo teneo, quod ius Romanum præfertur Longobardico: & qui dicit, quod viuitur iure Longobardico, debet hoc probare: & ſimiliter incumbit onus probandi ei, qui dicit, quod in Regno viuitur iure Longobardico: non præſumitur, quod viuatur iure Romano, per ea, quæ ſuperius dixi: & hanc puto eſſe meram veritatem. Et per hæc ſit expedita iſta notab. quæſt. quam nullus hactenus ita plene examinauit.

Præſuppoſita hac declaratione nouem iurium,
132 vt † videremus, in quo iure initiũ habuit ipſum iudicium, ſupereſt modo deuenire ad deciſionem principalis quæſtionis, ſ. VNDE HABVERIT ORIGINEM IVDICIVM? ſuper qua concludo, quod iudicium incepit tempore iuris naturalis
133 primæui, & iuris diuini. Et † ſic habuit originem in paradiſo, vnde expulſus fuit Adam, nam cum Deus creauit primum hominem, dedit ipſi legem præceptiuam, quod non deberet comedere de ligno vetito, ipſe autem homo fuit inobediens, & venit contra præceptum Dei, & comedit de ligno quod Deus ſentiens iratus citauit ipſum, dicens: Adam, vbi es? qui comparuit coram Deo, Deus autem increpauit ipſum ex eo, quod noluit ſuis præceptis obedire, qui Adam volens ſe excuſare, dixit: mulier, quam dediſti mihi ſociam, ipſa me decepit, & comedi, & ſic voluit culpam ſuam retorquere contra Deum, eo quod malam ſociam ſibi dederit, & ſic tanto magis deliquit: prout hæc omnia habentur *Gen. cap. 1. & 3. & ex text. in c. ſerpens de pœnit. diſtin. 1.* ſic ergo ex iſtis verbis & replicationibus inter DEVM & Adam fuit ortus quidam modus litigandi: qui vulgariter dicitur placitandi, & exinde in antea inuentum fuit iudicium: vnde concluſiue iudicium habuit originem in paradiſo, ſecundũ Archid *ſuper 1. rubr. decret. colum. 1.* & Specul. *in proœm. 1. partis colum. 6. verſ ſane placitandi. &c* ex quo dico, quod fuit inuentum iudicium de iure naturali primæuo eo ipſo, quod fuerunt creati primi parentes: & propter illam reſponſionem, quam fecit Adam; nam cognoſcens ſe erraſſe propter inobedientiam, fuit motus quodam naturali inſtinctu ad defenſionem ſui ipſius: & in hoc comparabatur ius naturale cõmune primæuum: fuit etiam & cooperatio iuris naturalis ſecundarii, ſcilicet rationis: in quantum ſciuit abdicare a ſe culpam, & applicare alii: quia, vt ſe defenderet, inculpauit Euam vxorem ſuam, quod eum deceperat: & Eua inculpauit ſerpentem; vt *d. c. ſerpens* deinde iudicium habuit ſuam proſecutionem & augmentum de iure gentium: quo iure omnia mandabantur executioni manu regia, & manu principis: quia nondum erant inuentæ actiones: nec magiſtratus: vt dicit text. *in l 2. in princ. ff. de orig. iur.* Fuit enim † cognitum iudicium tempore legis ve- 134
teris Moyſis in veteri teſtamento: qui ſtatuit legem, quod in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: vt habetur *Deuteronom cap. 15.* & ſic patet, quod erat tunc iudicium in vſu: quia erat vſus teſtium Idem probatur per id, quod dicimus de Suſanna: vt habetur *Daniel. 13.* vbi Suſanna erat damnata ad mortem per depoſitionem duorum teſtium deponentium de adulterio per eam patrato: & poſtea Daniel, inſpiratus à Deo examinauit dictos teſtes ſemotim: & inuenit eos varios in loco: vnde apparuit eorum falſitas, & fuerunt interfecti: & Suſanna tanquam innoxia liberata: Probatur etiam *Leui. c. 19* vbi dicitur. Non facies iniquum aliquid in iudicio, &c. *& Deuteronom cap. 24.* vbi dicitur. Non peruertes iudicium aduenæ & pupillæ: nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum, &c. *& Hierem. cap. 22.* Facite iudicium & iuſtitiam: & liberate oppreſſum de manu calumniatoris, &c Fuit † ſucceſsiue 135
cognitum iudicium in teſtamento nouo per legem Euangelicam & Apoſtolicam: vt patet de Ieſu, qui fuit ductus ad Pilatum, & in iudicio condemnatus, licet iniuſte, vt habetur *16. diſtinct. c. 1 & 2. & 3* & poſtea fuit iudicium cognitum & ampliatum, & magis ordinatum per legem Ciuilem & Canonicam: vt patet *in tot. tit. ff & C. & extr. de iud.* & ſic ſucceſsiue, cum hodie præfatis vtamur legibus. vtimur etiam & iudicio. Fuit † autem inuen- 136
tum iudicium ex neceſsitate ne quis diceret ſibi ius propria auctoritate: & ne quis propria auctoritate audeat ſumere vltionem, *l. nullus. 14 C. de Iud. & c. ad hoc. 16. quæſt 1.* & text. cum gloſſ. *in c. niſi bella 3. quæſt.*

*quæſt.* 1. & not. Specul. *in tit. de offic. omn. iud. § poteſt. in princip.* & idem Spec. *in proœm. tertiæ partis.* habuerũt enim iura valde pro abominabili, quod quis propria auctoritate ſibi ius dicat, hinc introduxerunt pœnas amiſsionis iuris, *l. extat* 13. *ff. quod met. cauſ.* & *l. ſi quis in tantam.* 7. *C. vnde vi.* Et per prædicta remaneat expedita hæc tertia pars principalis huius tractatus. Sequitur nunc quarta pars, quæ diuiditur per diſtinctiones *Robertus de Maranta Venuſ. V. I. D. excellentiſſimus.*

## QVARTA PARS.

### Iudicium duplex. Et ſuper eo loco viginti diſtinctiones, non minus acutæ, quam copioſæ.

SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud miſtum.*

2 *Cauſa ciuilis quæ dicatur, & quæ criminalis.*

3 *Cauſa criminalis dicitur, ſi agitur ex crimine infamante, etiamſi agatur ciuiliter.*

4 *Agi poteſt ex delicto ciuiliter, & criminaliter, ſcilicet ad intereſſe, & ad pœnam.*

5 *Actio ciuilis vbi non oritur, nec etiam oritur criminalis.*

6 *Actio ciuilis & criminalis quando cumulentur.*

7 *Homicidio commiſſo oritur criminalis accuſatio ad pœnam, ac etiam actio in factum ad intereſſe.*

8 *Expenſa medicorum, & medicinæ debentur vulnerato, & qualiter hoc intelligatur.*

9 *Agi an poſſit ex eodem delicto criminaliter, ex quo prius actum fuit ciuiliter.*

10 *Pœna in actione iniuriarum cui applicetur.*

11 *Pœna iniuriarum æſtimatur per iudicem, quando per querelam agitur.*

12 *Iniuriarum accuſatio criminalis non datur in regno ſi ſunt iniuriæ verbales.*

13 *Iniuria ſi eſſet facta viduis, Eccleſiaſticis perſonis, aut miſerabilibus, poteſt procedi ex officio.*

14 *Locus & tempus commiſſi criminis, in libello requiritur.*

15 *Iniuriarum libellus ſi conſtat per confeſſionem partis, non requirit appoſitionem loci, & temporis.*

16 *Iudex arbitratur pœnam ſecundum qualitatem perſonæ, loci & dignitatis, quando pœna iuris petitur quis puniri.*

17 *Iudicium an ciuile, vel criminale dicatur, quando agens iniuriarum actione concludit iniuriantẽ condemnari ad ſatisfactionem iniuriæ, ſeu honoris.*

18 *Cauſa criminalis dicitur, quando de tutore ſuſpecto agitur.*

19 *Libellus, in quo pro æſtimatione iniuriæ, & delicti ſatisfactio in pecunia petitur, non tenet.*

20 *Pœnæ ambæ quando tendunt ad vindictam, vna non tollitur per alterã, quæ nõ fuit ſufficienter irrogata.*

21 *Punitus mitiori pœna, an puniatur maiori.*

22 *Cautela libellantis, vt in eodem libello poſſit petere æſtimationem & ſatisfactionem iniuriæ, & nu. 25.*

23 *Libellus qualiter formetur de duobus reis debendi.*

24 *Validum eſt arg. de perſona ad res: & econtra.*

25 *Agens iniuriarum actione, iniuriam æſtimare poteſt, & in calce libelli addere, quod ſi iudex non punierit ſufficienter reum, reſeruat ſibi petere ſatisfactionem, & talis libellus procedit.*

26 *Agens redhibitoria, poteſt proteſtari de vitiis non apparentibus.*

27 *Iudex laicus, & iudex Eccleſiaſticus, an poſſint de vno delicto cognoſcere, vbi pœna ciuilis diuerſa eſt à Canonica.*

28 *Libellus vt procedat, quando ſimul ex eodẽ delicto ciuiliter & criminaliter agitur, debet actor principaliter agere criminaliter, petendo Reum puniri, & incidenter per iudicis officium rei reſtitutionem petere.*

29 *Iudicium ciuile & criminale poteſt æque principaliter cumulari, quando delictum eſt tale, in quo quis venit ad mortem principaliter condemnandus.*

30 *Libellus, in quo petitur aliquem puniri, & condemnari ad rei reſtit. valet, & ſaluatur.*

31 *Verba libelli impropriantur, vt ſaluetur libellus.*

32 *Cauſa ciuilis, & non criminalis dicitur, vbi ad priuationem officii agitur, niſi pœna iſta imponeretur per ſtatutum, num. 33.*

34 *Cauſa ciuilis dicitur, vbi agitur de adulterio ad ſolã ſeparationem thori: & poteſt in ea procurator interuenire.*

35 *Cauſa dicitur ciuilis, quando per viam inquiſitionis, ad priuationem beneficii propter crimen, nulla præcedente accuſatione, nec exceptione agitur.*

36 *Delinquens mitius punitur de iure canonico, quando agitur per viam inquiſitionis.*

37 *Cauſa ciuilis dicitur, quando opponuntur crimina contra teſtes ad repellendum à teſtimonio.*

38 *Libellus, in quo agitur ciuiliter de crimine, an & quãdo locum & tempus continere debeat.*

39 *Cauſa dicitur ciuilis, quando pœna applicatur fiſco ex contractu, ſecus ſi ex delicto.*

40 *Pœna pecuniaria delicti à lege introducta, an parti vel fiſco applicetur.*

41 *Cauſæ criminales in quibus differant à ciuilibus, & an teſtimonium laici & mulieris admittatur contra clericum, quando ciuiliter de crimine agatur & num 50 cum ſeq*

42 *Fœminæ teſtimonium & infamis æquiparatur.*

43 *Fœminæ an ſint idoneæ teſtes in capitalibus, & num. 44 & 45.*

46 *Laicus quando ſit idoneus teſtis contra clericum, & num. 47. 48 & 49.*

50 *Vitium litigioſi non inducitur, quando ſuper re aliqua agitur criminaliter.*

51 *Procurator, quando agitur de crimine iniuriarum, an admittatur, & num. 53*

52 *Cauſa poteſt dici capitalis inſpecta aptitudine, vbi venit pœna arbitraria*

53 *Procurator in crimine iniuriarum admittitur, quando ciuiliter agitur, ad aſtimationem iniuria, ſecus ſi criminaliter.*
54 *Pœna principalis attenditur, vbi poteſt procurator interuenire.*
55 *Procurator interuenire poteſt pro muliere coniugata, in cauſa criminali litigante. Item pro vniuerſitate.*
56 *Procurator poteſt litigare pro pluribus perſonis, quando criminali iudicio contra eas agitur.*
57 *Procurator admittitur ex parte accuſatoris proſequẽtis ſuam, vel ſuorum iniuriam.*
58 *Procurator admittitur in criminalibus ad defenſionem rei abſentis, ad inſtruendum iudicem, & allegandum cauſas abſentia, & probandam innocentiam Rei.*
59 *Iudex in pœnis arbitrariis pro criminibus, an & quando poſſit imponere pœnam mortis naturalis, & numer. 60. cum plurib ſeq.*
60 *Intellectus ad* l. 1. C. de his qui latron. *num. 65.*
61 *Pœna acerrima pro pœna mortis accipitur.*
62 *Intellectus ad text.* in c. inquiſitionis in princ. de accuſat. *& num 68.*
63 *Intellectus ad gloſſ* in §. in ſumma. in verſ. extraordinaria. Inſt. de iniur.
64 *Intellectus* ad l ſaccularii. §. ſunt quædam. ff. de extraord. crim.
65 *Pœna mortis in arbitrariis, non quã imponitur in delictis attentatis, & non conſummatis, & nu. 70.*
66 *Intellectus ad* l. lex Iulia. § hodie. ff. ad l. Iul. rep.
67 *Intellectus ad* l. 1. ff de furib. balu. *& ad* l. 1. § expilatores. in fin. ff. de effract.
68 *Verbum* moderari, *importat diminutionem pœna.*
69 *In arbitrariis, quando debeat iudex mitiorem pœnã eligere.*
70 *Affectus hodie generali conſuetudine non punitur, niſi ſequatur effectus.*
71 *Alapam dans Officiali, mortis pœna punitur.*
72 *Pœna iniuriarum eſt arbitraria iudici.*
73 *Pœna illa debet imponi, quæ ſolita eſt ſecundum conſuetudinem.*
74 *Practica eſt vera intellectrix legum.*
75 *Contra committentem delictum per latam culpam, an poſſit criminaliter agi.*
76 *Culpa lata non æquiparatur dolo in criminalibus.*
77 *Homicidium per culpam commiſſum, pœna arbitraria punitur.*
78 *Delictum principaliter commiſſum ad iniuriam alterius, mitius punitur.*
79 *Delictum mali exempli commiſſum lata culpa non punitur pœna mortis.*
80 *Iudex non puniens exercentem priuatum carcerem, punitur pœna criminis læſa maieſtatis.*
81 *Cuſtos carceris punitur ad mortem, ſi ex ſua lata culpa carceratus aufugit, vel fugam arripuit.*
82 *Iudici hodie omnis pœna eſt arbitraria, etiam à iure determinata.*
83 *Pœna ordinaria minuitur propter ſenectutem, iuuentutem, furorem, ebrietatem, vel iuſtum dolorem ſeu excellentiam hominis.*
84 *Minor an neceſſario debeat mitius puniri, vel vtrum id ſit arbitrarium.*
85 *Minori ætati qualiter ſuccurratur.*
86 *Delictum leui culpa commiſſum, an puniatur.*
87 *Culpa in faciendo, differt à culpa in committendo.*
88 *Culpa quando ſimpliciter fit mentio, de leui intelligitur.*
89 *Leuiſſima culpa an criminaliter puniatur.*
90 *Criminalis pœna an locum habeat, vbi locum habet l. Aquilia actio.*
91 *Iudex per inquiſitionem, non procedit pro delicto culpa commiſſo, niſi dolus, vel lata culpa interueniat.*
92 *Iudicium miſtum quod dicatur.*
93 *Libellus quomodo formetur in iudicio miſto.*
94 *Pragmatica Regni incipiens,* Diſpendia, *quod in cauſis ciuilibus vel miſtis procedatur ſine figura iudicii, an locum habeat, quando pœna venit pro parte fiſco, & pro parte parti applicanda, & an tollat ſolennitatem libellorum, & nu. 95.*
96 *Libellus qualiter formari debeat in crimine iniuriarum ſuper iniuria æſtimatione, vel agendo ciuiliter de aliquo crimine.*
97 *Iniuriarum actio an tollatur per ſalutationem.*
98 *Iniuriarum actione an teneatur, qui verum dixit.*
99 *Iniuriarum actio quanto tempore duret.*
100 *Iniuriarum actio, quando & cui denegetur, & nu.* 101. 102. 103 104 105. & 106.
106 *Iniuriarum actio non competit, niſi vbi effectualiter eſſet facta, & dicta iniuria.*
107 *Iniuriarum actio non competit, vbi facto fieret iniuria.*


DEVENIO nunc ad quartam partem principalem huius operis, quæ continet, QVOTVPLEX SIT IVDICIVM? Et ſuper iſta parte intendo cumulare quamplures diſtinctiones iudiciorum: nam iudicium eſt multiplex, & variis diſtinctionibus compartitur.

IVDICIORVM I. DISTINCTIO.

PRIMA igitur † diſtinctio iudiciorum eſt: quia 1
iudicium aliud eſt CIVILE, aliud CRIMINALE, & aliud MISTVM. Iudicium ciuile eſt, in quo deducitur cauſa ciuilis. CRIMINALE vero eſt, in quo deducitur cauſa criminalis. Verum pro habenda aliquali notitia huius diſtinctionis oportunum eſt diſcurere, quæ dicatur cauſa Ciuilis, & quæ Criminalis, & quomodo vna ab alia cognoſcatur. Hanc materiam tractant plenæ Canoniſtæ *in rubr. de iud.* vbi Abb. *in fin.* ponit vnam doctrinam, quæ communiter reprobatur. † Sed breuiter vera & communis 2
concluſio eſt iſta: quod cauſa ciuilis dicitur illa, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, ſiue talis cauſa deſcendat ex delicto, ſiue ex contractu. Cauſa vero criminalis dicitur, quan-

quando principaliter agitur ad commodum publicum, ex delicto tamen, ſeu ad publicam vindictam: hinc eſt, quod ſi aliquis ex delicto venit puniendus corporaliter ad publicam vindictam, dicitur cauſa criminalis: quia ex tali pœna corporali nullum commodum ſentit priuatus. Idem ſi aliquis pro delicto veniret puniendus pœna pecuniaria: nam ſi talis pœna applicatur fiſco, dicitur cauſa criminalis: ſi vero applicatur parti, dicitur cauſa ciuilis. Iſta concluſio eſt veriſſima & communis: & probatur per text. & ibi Barto. *in princip. in l. licitatio. alias locatio. 9. § quod illicite. 5. ff. de public.* Ad hoc pondero nouiter textum meliorem de iure. *in . . in ſumma. 10. Inſt. de iniur.* Iſtam concluſionem firmant. gl. Bart. & Alexand. *in addit. in l. prætor ait. 3. in princip. ff de ſepul. viol.* & ibi Alexand. in ſpecie reprobat Abbatem, aliter tenentem *in d. rubr. de iudic.* idem tenet Franc. de Aret. *in d. rubric. de iudic. colum. fina.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, & ibi etiam Felin & Bald. *in 2. lect. in 1. colum.* & eſt text. iuncta gl. *in l. fin. ff. de priuat. delict.* & ibi Bart. & declarat pulchre Bal. *in conſil. 402 colum penul. in 3 volum.* & colligitur ex not. per Abba & Doct. *in c. tua de procur.* & per Bart. *in l. 1. C. quando ciui. act. crim. præiud.*

Additio. Vide Deci. *in rubr. extra de iudic.* vbi late, & an cauſa ſit ciuilis, quando agitur ad priuationem beneficii: vide Bert. *conſil. 319. num. 5. in 1. par.* & vide ad principalem quæſtionem eundem Bert. *conſil. 188 in 2. parte nu. -*, Item vide quæ dixi *in pract. mea cauſa crimin. in verb. Audiantur excuſatores, in fin.* Item dicitur cauſa criminalis, ſi venit pœna applicanda fiſco: tamen ſi deſcendit ex delicto, vt dixi in dicto loco. non tamen ſi deſcendit ex contractu illicito, ſecundum Alexan. *in l. 1. ff de ſepul. violat.* &

3 poſt gloſſ. & Bald. *in l 1 C. de legib.* † Item eſt aduertendum, quod etiam ſi agatur ciuiliter ex crimine infamante, dicitur cauſa criminalis, ſecundum Bart. *in l. 1. in prin. 4 colum verſ. eſt aduertendum. ff. de eden. & in l. inde Neratius 23. ff ad leg. Aquil. & in l. prætor. 7 in princ ff. de iniur* & Bald *in l. edita. 3. in fin. C de edend.* & Abb. *in c. teſtimonium, 4. de teſtibus.* & quæ ſit differentia inter cauſas ciuiles vel criminales, vide Afflict. *in conſtitu. in pecuniariis, in gloſſ. fina.* & vide eundem *in conſtit. varietates pœnarum, in vltim.*

4 *not. P. F.* † Super hoc tamen eſt ſciendum, quod ex quolibet delicto, ex quo oritur accuſatio criminalis ad pœnam, oritur etiam actio in factum ad intereſſe, & ſic ad proſecutionem rei familiaris: text. eſt & ibi Barto. *in l. qui nomine. 25. ff. ad leg. Corn. de fal. & l. hodie 32 § 1 eod. titu.* probatur *in d. l. fina, cum ibi not. ff de pri. delict* & tenet Ioan. de Ana. *in c. accedens, 23 colum 4. in fin. de accuſ* & eſt tex. cum glo. *in l. nec quicquam. 56 ff. pro ſoc.* ex quo ſequitur, quod eſt in poteſtate illius, qui damnum ſeu iniuriam paſſus eſt, agere criminaliter ad pœnam ordinariam, vel ciuiliter ad intereſſe, vel vtroq; modo copulatiue. Exemplum, ſi aliquis commiſit furtum, poteſt accuſari criminaliter ad pœnam iuris, ſcilicet dupli, vel quadrupli, ſecundum ius commune, quæ pœna hodie applicaretur fiſco, ſi locum haberet, per c. Regni, quod incip. *placuit*, vel ad pœnā fuſtigationis, ſi furtum eſt ab Auguſtali infra; ab Auguſtali vero ſupra vſque ad vnciam, ad pœnam abſciſſionis manus: vltra vero vnciam ad pœnam mortis, ſecundum formā capituli Regni quod *incip. ad hoc quod noſtrorum* poteſt etiam contra eum agi ciuiliter condictione furtiua ad rei ablatæ reſtitutionem, *l. interdum. 56 §. qui furem. 1 & ibi Bar. & Doct. ff. de fur.* poteſt etiam agi ad vtrunque, ſcilicet. vt puniatur, & vt rem reſtituat: ſecundum Bar. *in d. §. qui furem. in fi.* & Spec. *in tit. de furt. §. 1 verſ. ſed nunquid*, quod qualiter procedat, infra dicam.

Additio. Adde, quod adeo eſt verum hoc, quod † vbi actio ciuilis non oritur, nec etiam oritur actio criminalis, vel inquiſitio reipub. ſecundū Salic. *in l eos 14 C. de fur.* & do. Bar, Cæpol. *in conſi. 59 in c p. Paul. Fab. in penult. colum* & voluit Bartol *in conſi. 100* incip. *à do. Cyn. de bon. 1 col.* & Socin. *conſ. 127.* incip *viſis. c. 1 col.* & do. Nel. de Sancto Gemin. *in tract. Bannito. in 2 parte. 2. tem in 5 quaſi & in 3. parte. 2 temp. 1 quaſi in fin penult. colum.* & Marſil. *in conſil. 35 nu 14.* & tenuit dom. Par. de Put. *in tracta. ſynd. fol. 51* † Eſt tamen aduertendum ad id, quod in fine dicit (quod & ciuilis & criminalis copulatiue poſſunt cumulari) refragatur etiam text. *in l. vnica C. quando ciui. act. præiud crim.* & gloſſ. *in l. ſi quis ad ſe fundum. 7. C. ad leg Iul. de vi publ. vel pri* & Bar *in d. l. interdum. §. qui furem. 1 ff de furt.* ideo intelligi debet, quod ita demum actio ciuilis poteſt cumulari cum criminali, quando incidēter condemnari ad rei reſtitutionem, non principaliter, ſed per implorationem officii iudicis petitur: imo & ſi non petatur, poteſt iudex ex officio ſuo condemnare, ad rei reſtitutionem, *per l. 1 ff. de cō cuſſ. & in Authen. de mand. Prin. in §. 2. c. 3 verſ quod ſi delinquentes. in fin.* & dicit Andr. de Iſern. *in conſtitu. ſi quis in poſterum. 4 colum.* quod hoc ſibi videtur mirabile, cum ciuiliter & criminaliter ſimul agi non poſſit, & idem voluit glo. *in d. conſtit. ſi quis in poſterum* & ibi Afflict. *in 14 not. in 2 q.* & glo final *in conſtitut. in cauſa depoſiti.* & hanc concluſionē firmauit Ang. de Aret. *de mal in verb. & veſtem eccleſiem.* & eſt hodie expeditum in regno per text. *in c. ſi de fur. vi l. q. 10* cauetur, vt iudex cōperto facinore in eadem ſententia reum condemnet ad rei reſtitutionem; vltra pœnam corporalem, & ita ſeruatur, vt teſtatur Afflict. vbi ſupra, & adeo procedit, vt ſic debeat doctrina authoris intelligi: quod licet hodie ſint ſublata præiudicialia per *conſt. ſi ciuiliter agens*, non tamen derogatur *l. 1 C. quando ciuil. act. præiu. cri.* vt inquit Aff. *in d. conſt. ſi ciuiliter agens, 3 col. 6* & poteſt reperiri *in conſt. violentias, in 7. not. vlt. col* idē ſequitur conſulendo Aymo Grau *in conſ. 220 in 1 lib. n. 7* & ita ſe declarat do. Auctor *hic n 17* & id voluit d. Th. Grā. *in conſ. 20 & 11 in ciuil.* Pet.

 Foller.

Foller. V. I. D. Similiter † ſi eſt commiſſum homicidium, oritur accuſatio criminalis ad pœnam 7
legis Corneliæ de ſicar. & etiam actio in factum ad intereſſe, per quam tenetur occiſor vel vulnerãs ad expenſas medicorum, & ad expenſas operarum illius interfecti, vel debilitati, vt eſt tex. *in l. ſi ff. de his qui deie. vel effu. & in l. ex hac lege. 3. ff. ſi quad. pau. fec. dic.* & in hac æſtimatione operarum habebitur ratio ad totum tempus, quo ille occiſus potuiſſet viuere, & operari ſecundum formam *leg. hereditatum.* alias *computationi 68. ff. ad legem Falc.* habendo etiam reſpectum ad artẽ, quam ſolitus erat exercere, ita declarat Specul. *in tit. de iniur & dam. da. § ſequitur verſ. ſed nunquid. cum duobus ſeq.* ſic etiam poſſumus exemplificare in crimine falſi, vt *d. l. qui nomine. 25. ff. ad legem Cornel. de fal.* & in aliis ſimilibus.

Additio. † Sequitur etiam iſtud (quod vulnerans teneatur vulnerato, vel occiſor hæredibus occiſi ad expenſas medicorum & operarum) Afflict. *in conſtit. qui de alto in 6. not. per illum text* & an ſi quis remiſerit iniuriam & offenſionem, videatur remittere hæc damna: vide plene Felin. *in c. de his. 0 de accuſ. colum. final.* Intelligendo tamen, ſi delictum ſit ſaltem ex culpa leui, vel leuiſſima patratum: at ſecus ſi caſualiter, citat *l ex hac lege 3 ff. ſi qua. l. paup. fec. dic. & l final ff de iis, qui deie. vel effud.* quas etiam allegat do. Auct. *hic* pro quo etiam Alb. *in d. l. ex hac lege.* alleg. tex *in l. ſed ſi hareditas 11. ff ad exhib.* & not. *in c. qua actione. 7 § ſi quis in colluctatione. 4 ff. ad leg. Aquil.* per gloſſ. & etiam hoc erat ſtatutum in l. Moſaica, vt *Deut. cap. 21. in litera D in hac verba:* ſi rixati fuerint viri, & alter alterum vel lapide vel pugno cæciderit, vt (tamen) non moriatur, ſed lecto decũbat, ſi ſurrexerit, & egreſſus fuerit foras baculo ſuo (innixus) abſoluatur percuſſor: attamen damnum vocationis illius, & impenſas in medicos præſtabit, & licet omnes & auctoritates allegatæ loquantur in vulnerato, & non in mortuo, nihilominus eadem ratione poſſunt dictæ impenſæ peti, vt bene not. gloſſ. *in d. § ſi quis in colluctatione ff. ad legem Aquil.* & de hoc melius, quam alibi, vide per Paridem de Put *in lib. ſyndic. in verb. compoſitio verſ. quia pluries.* vbi plene. *Pet. Foller. V. I. D.*
9 Quia † tamen ſupra dixi, quod poteſt quis agere ciuiliter vel criminaliter ad ſui electionem, poſſet dubitari, an ſi prius actum fuit ciuiliter tantum, poſſit poſtea agi criminaliter ex eodem facto, vel econtra: Breuiter communis concluſio eſt, quod ſi actio ciuilis & criminalis tendunt ad diuerſa; tunc poteſt agi altera via, non obſtante, quod prius actum eſt vna, vt quando criminalis datur ad vindictam, ciuilis vero ad proſecutionem rei familiaris, prout ſupra dixi in furto & homicidio, nam vna per aliam non tollitur. Si vero vtraque competit ad vindictam, tam ciuilis, quam criminalis; & tunc vna intentata, altera tollitur, text. eſt & ibi Bart. *in l. vnica. C. quando ciuil. act. criminal praiud.* & text. & ibi Bartol. *in l. pretor ed. xit. 7. § ſi dicatur. 1. ff de iniur.* & Bartol. *in l. 2. § 1 ff. vi bonor. rapt.* & Abb. *in c. tua. 5. de procurat.* & Specul. *in tit de furt. § 1. verſ. ſed nunquid. & in tit. de iniur. § 1. verſ ſed quaritur.* Exemplum poteſt poni in actione iniuriarum; nam ſi aliquis dat alapam, vel dicit verbum iniurioſum, nullum facit damnum iniuriam paſſo; & tamen ex tali delicto iniuriarum poteſt agi de iure communi ciuiliter & criminaliter, vt *d. § ſi dicatur 1.* & eſt text. *in § in ſumma 10. Inſtitut. de iniur.* & not. Barr. *in l. lex Cornelia. § fin. ff. de iniur.* & vtraque actio, tam ciuilis, quam criminalis; tendit ad vindictam: quia nullum damnum paſſus fuit agens: tunc vna per aliam tollitur, per prædicta Dicitur autẽ agi ciuiliter in actione iniuriarum, quando agens petit pœnam applicari ſibi: vt quia dicit, quod noluiſſet pati talem iniuriam, potius voluiſſet perdere tantam pecuniam de propriis bonis, &c. quam petit ſibi dari: ita probatur *in l. iniuriarum æſtimatio. 21. & ibi gloſſ. & Bar. ff. de iniur* & eſt gloſſ *in d. § in ſumma. 10. in verſ. pœna. Inſtit. de iniur.* & text. in conſtit. Regni, quæ incip. *varietates.* Additio. Concludit hic d Auctor, quod vbi ciuilis, & criminalis ad diuerſa tendunt, vna intentata altera non tollitur, hoc idem voluit idem d. Auctor, *in conſ. ciuil.* d. Thom. Gram. intelligendo finita ciuili primitus intentata, ſecus ea pendente, quod eſt intelligendum, quando principaliter ageretur, per ſupradicta, vt per eundem Gram *in conſ. 16. n. 20. in ciuilib.* Pet. Foll. V. I. D. Et † hoc fuit inductum de iure cõmuni Romano, ſecundum quod tota pœna applica- 10
batur parti ciuiliter agenti, vt dicit gl. *in d. conſt. varietates in ver partem tertiam.* quæ eſt gl. pen. & ita intelligitur *d. l. iniuriarum æſtimatio.* verum licet pars æſtimet iniuriam; iudex tamen taxat ipſam æſtimationem, & poſtea dat iuramentum actori, & deinde condemnat ad id, quod taxatur, ita intelligitur tex. *in l. conſtitutionib 37. § 1. ff de iniur.* dum dicit, quod pœna imponitur æſtimatione iudicis. nam debet intelligi in taxatione iudicis æſtimatio autẽ fit per partem ciuiliter agentem, ita intelligit Andr. de Iſer. *in d. conſt. varietates.* Pro hoc eſt alia conſtit. ſequens, quæ incip. *vt dignitatum. in fin ibi, taxatione iudicis, &c.* & gl. not. *in ver. damnis. in c. ſi canonici. 2. de offic. ord. lib. 6.* & ita debet intelligi gl *in d. l. iniuriarũ æſtimatio. 21.* idem tenet Spec. *in titul de iniur. § 1. in 3. colum.* & Cyn. *in l. ſi non conuitii. 15. in 5. quæſt. C. de iniur.* ita etiam debet intelligi quod not. Socin. *in conſil. 146. colum. penult. & fin. in 1. volum.* hodie vero per *d. conſtitu. varietates.* eſt inductum, quod actor æſtimat iniuriam, & iudex taxat: & illa pœna taxata applicatur parti pro tertia parte: & pro duabus partibus curiæ: & ita communiter ſeruatur hodie in Regno, dum fiunt iſti libelli iniuriarum, & ſic hodie non poteſt agi mere ciuiliter actione iniuriarũ, ita quod tota pœna applicetur parti: & ſic quantum ad hoc, eſt correctus ille *§ in ſumma. 10. Inſt. de iniur:* per *d. conſt. varietates* vt ſentit gloſ. pen. *ibi in ver. partem*

11 *tem tertiam.* † Ex prædictis infero ad vnam practicam quotidianam, quam non reperio hactenus ab aliquo declaratam. In Regno eſt communis ſtylus curiarum, quod in crimine iniuriarum ſolet procedi per libellum & per querelam: quando procedunt per libellum, ſolent accuſatores eligere pœnam pecuniariam applicandam ſibi pro tertia parte: ſecundum formã *d. conſtit. varietates.* tunc procedit libellus per *d. conſt.* & cenſetur tunc intentari iudiciũ miſtum, vt infra dicam in 3 memb. de iudicio miſto. quando vero proceditur per querelam, cenſetur accuſator non habere animum faciendi partem in iudicio: ſed vult, quod iudex puniat delinquentẽ pœna iuris: & tunc dicitur iudicium mere criminale, & de hoc eſt gl *in l. ſi quis ſe iniuriam. 8. C. de accuſ.* ex hoc ſequitur, quod ſi per querelã aliquis æſtimaret iniuriam petendo, accuſatũ pro iniuria puniri ad tot aureos, talis querela non procederet: quia quando agitur mere criminaliter, non poteſt accuſator æſtimare iniuriã: ſed æſtimatio pertinet ad iudicem, vt tenet Bar. *in d. l. iniuriarum æſtimatio. 21. ff. de iniur.* nam ex quo eſt pœna arbitraria, & ſic à iure non determinata. vt *l. fi. ff de iniu.* relinquitur arbitrio iudicis, & ſic ad iudicis æſtimationem, non autem partis. ita dicit Bal. *in l. 1 in fi. C. de apo. pub li 10.* idem ſi formaret libellum, & peteret totam pœnam applicari ſibi; quia non procederet libellus hodie, per *d. conſti. varietates* licet de iure communi procederet, per *d. §. in ſumma. 10.* Additio. Dicit hic D. Auctor: in regno communem ſtylum fore, quod in crimine iniuriarum proceditur per querelam & per libellum, in hoc contrariari, & aduerſari videtur ritus magnæ curiæ vicariæ, in *c. ſtatuentes*, poſitus in priuilegijs Neapolitanis conceſsis, de quo meminit Gramm. *deciſ 7.* & late tangit qualiter intelligatur Afflict. *in c. 1. § iniuria. de pa. tenen.* † Quatenus vult,
12 quod pro verbis iniurioſis non poteſt agi niſi per libellum, ſecundũ *conſtit. varietates pœnarum.* & tunc ordinarie proceditur, & non ad denuntiationem ſeu querelam partis, & ſic non criminaliter, & ita quotidie practicatur in ſimplici verbali iniuria. † Fallit
13 quando eſſet illata iniuria viduis, aut eccleſiaſticis perſonis; quia tunc ex officio poteſt agi, per text. *in c olim 7. de iniu.* quod eſt verum in graui iniuria, offenſa, & violentia ſecundum Bal. *in l. ſi quis in hoc genus. 10. C. de epiſ. & cler. in fi.* & Marſi. *in conſ. 103.* & ſic
14 non ſimplici verb. iniu. P. F. V. I. D. † Sciasta mẽ, quod quando proceditur per viam querelæ, quæ ſecundum communem obſeruantiam ſolet deſcribi in lib. communi, requiritur locus & tempus commiſsi criminis, cum ſolennitate. *l. libellorum 3. ff. de accuſ.* alias non procedit: ſecundũ Gand. *in tract. malefic. in tit. quali fiat. accu col. 2* niſi fieret denuntiatio de crimine cõmiſſo in diuinam maieſtatem, puta de blaſphemia Dei: quia tunc non requiruntur iſtæ ſolennitates: ſecundũ Ang. *in § fi. in Auth. quo. oportet epiſ.* Additio. In querela iniuriarum requiritur appoſitio loci & temporis, cum ſolennitate libellorũ. Fallit, † quando de iniurijs conſtaret per confeſsionem partis, vt alias dixi *in practica mea crimin. in ver. audiantur exceptiones proponendæ*, & vide Bert. *conſ. 73. & conſ. 140 num. 2. & conſ 211. vol. 1.* Pet. Fol. V. I. D. 15
Criminaliter † vero agitur de iniuria, quando nihil petitur applicari parti, vt quando concluditur ſiue in libello, ſiue in querela aliquem puniri pœna iuris, quo caſu iudex arbitrabitur pœnam ſecundum qualitatem loci, perſonæ, & dignitatis: & ſic eſt pœna extraordinaria: vt *l. fi. ff de iniur.* & eſt bonus text. *in l Pedius. 4. § 1. ff de incend. ruina, naufr.* & not. Abb. *in c. cum te. 23. colum. 2 & 7. de re iudi.* Et de hoc, quãdo agitur criminaliter de iniuria, quæ pœnæ ſint traditæ, eſt conſtitutio regni, quæ incipit, *Vt dignitatum.* vbi inter alias pœnas dicitur, quod ſi ruſticus vel ignobilis verberat militem, punitur pœna manus. † Sed iuxta hoc quæro: Qvid si agens actione inivriarvm, concludit inivriantem condemnari ad satisfactionem inivriæ, sive honoris; puta, vt mentiatur, vel veniã petat, & famã reſtituat: ad quod tenetur iniurians, vt plene not. Paris *in ſuo tract. ſynd. in ver. cõpoſitio. col. 8.* & Hoſt *in ſum. de pœnit. & remiſ. § quib. & qualiter. & § quid de accuſationib.* An tale Iudiciũ dicatur Criminale vel Ciuile: Hanc quæſtionẽ non reperio tactã ab aliquo, tamen inſpectis his, quæ ſupra dixi, poſſet aliquis dicere, quod iſte dicatur ciuiliter agere, quia nihil venit applicandum fiſco: imo illa ſatiſfactio iniuriæ fit parti: ergo debet dici iudicium ciuile, ſicut quando pœna pecuniaria applicatur parti, vt ſupra fuit dictum: tamen ego teneo contrarium, ſcilicet; quod imo tale iudicium ſit mere criminale, & moueor; quia iſta ſatiſfactio iniuriæ dicitur pœna: ſecundum Azo. *in ſumma, de pœn.* quem in hoc ſequitur Paris *in d. verſicu. compoſitio, colum. 8. in princ.* & plus dicit ibi Paris *circa medium illius 8. col.* quod talis ſatiſfactio, dicitur pœna corporalis adinſtar ceſsionis bonorum, quæ fit cum vituperio, & non poſſet taliter dici: quia ſi eſt pœna, cum non ſit pecuniaria, nec amiſsio alicuius iuris de neceſsitate erit corporalis. Nunc in propoſito, ſi eſt pœna corporalis, & deſcendit ex delicto: ergo cauſa eſt criminalis. hoc probatur ex dictis Bart. *in l. fin. verſi. quæro quomodo cognoſcã. & c. ff. de priua. delict.* vbi dicit quod cauſa dicitur criminalis, quando imponitur pœna pecuniaria applicanda fiſco, vel pœna inferẽda parti in corpus, & idem Bar. *in l prætor ait. 3. in prin. ff. de ſepul. viol.* vnde cum hic inferatur pœna in corpus, prout eſt ſatiſfactio delicti: & deſcendit huiuſmodi pœna ex delicto, ſequitur quod iudiciũ erit mere criminale. Nec obſtat, quod nihil applicatur fiſco, quia etiam quando imponitur pœna mortis, nihil applicatur fiſco: ſed dicitur ſatiſfactum reipublicæ per legitimã pœnam corporalẽ, cuius reipublicæ intereſt, quod delicta puniantur, *l. ita vulneratus.*

16 17

*tus.51.ff.ad leg.Aquil.* quia ergo pœna prædicta quatenus corpus afficit, reſpicit publicam vindictam, ſicut aliæ pœnæ corporales: licet per quandam conſequentiam concernat ſatisfactionem partis: debet per hoc dici cauſa mere criminalis: & ita teneo.

ADDITIO. Puta autem non poſſe iniuriatum petere iniuriantem condemnari ad has ſatisfactiones faciendas, ſed bene dictæ ſatisfactiones per conſuetudinem fieri, de voluntate partium, quando intendunt ſe concordare ad inuicem, & ita eſt de mẽte Paridis de Put. in loco allegato hic, ſi recte inſpiciatur. iudex enim, quando agitur per viam iuſtitiæ, arbitrabitur pœnam ſecundum qualitatem iniuriati, iniuriantis, loci & temporis, vt *in d. conſt. varietates* nec conſueuit fieri facere has ſatisfactiones per viam ſententiæ: Ideo non debet ſolitũ excedere; cum conſuetudo ſit actus practicus ſecundum Bal. *in l. quicunque. 4. C. de ſer. fug.* & iudex arbitrando pœnam non poſſe iniuriantem condemnare ad pœnam, & has ſatisfactiones. bene tamen iudex conſcientiæ poteſt ſimiles ſatisfactiones imponere, prout in his terminis loquitur Hoſti. *in loco allegato.*

18 Petr. Foll. † Quod confirmo per id, quod in ſimili not. gl. & Bal. *in l. plane. 29. ff. de exc. tut.* vbi dicitur, quod quando agitur de tutore ſuſpecto, dicitur cauſa criminalis propter pœnam infamiæ, in qua non interuenit procurator, de quo dicto vide Bar. *in l. 1.*

19 *§. ſciendum. 2. ff. de ſuſpect. tut.* † Ex hoc dicto infero ad notabilem practicam, quod ſi is, qui format libellum in actione iniuriarum, peteret pecuniã pro æſtimatione iniuriæ, & etiam ſatisfactionem delicti, talis libellus non procederet: quia cumularet pœnam ciuilem cum criminali, quæ cumulatio non admittitur: cum vtraq; tendat ad vindictam. per ea, quæ not. Bar. *in l. vnica. C. quando ciui. ac. crimin. præiud. & in l. prætor edixit. 7. §. ſi dicatur 2. & in l. lex Cornel. 5. §. fi. ff. de iniur.* & ſupra dixi Et quacunque iſtarum pœnarũ eſſet iniurians punitus, diceretur ſufficienter punitus: nam pro eodem delicto non debet quis bis puniri, quando fuit ſufficienter punitus, *l. penult. §. final. ff. nau. cau. ſtab.* & eſt text. & ibi gl. *in ver. duplici in c. Et ſi clerici. 4. § de adulteriis. ext. de iudic.* & Specul. *in titu. de expenſis. § ſiante. verſic. quid ſi talis in fin.* & Cardin. *in Clemen. volentes. §. 1. in 3. oppo. de hær.* & Cyn. & Bald. *in l. qui ſepulchra 4. lib. 9. C. de ſepul. viol.* pro hoc eſt text. *in l. ſenatus 14. ff. de accuſ.* & not. Felin. *in c. quod olim. 12. in fin. de Iudæ.* & hoc tenet in terminis noſtris Paris *in d. verſicu. compoſitio. colum. 9. in princip.* vbi expreſſe dicit, quod ſi iudex ſufficienter puniuit iniuriantem, dando ſibi pœnam ordinariam & conſuetam, non debet vlterius illum compellere ad ſatisfactionem: quia duplici pœna puniretur, & ſic pœna maior eſſet delicto, contra *l. ſanximus. 22. C. de pœn.* Modo in propoſito, quando accuſator in libello æſtimat iniuriam pro pecunia, vt quia dicit, quod potius voluiſſet amittere tantum de bonis ſuis, &c. prout habetur *in d. conſtitut. varietates.* & per Bartol. *in d. l. iniuriarum æſtimatio. 21. ff. de iniuriis.* cenſetur elegiſſe pœnam ſufficientem: quia pro tanto æſtimauit: vnde non debet conglutinare pœnam ſatisfactionis: quia ambæ pœnæ tendunt ad vindictam, & quis puniretur bis pro eodem crimine contra prædictas doctrinas. & hæc ſunt notanda: quia poteris infringere multos libellos accuſatoris in ſimilibus caſibus.

ADDITIO. Adde dictis hic per d. Auctorem ea, quæ ſcribit conſulendo Rom. *in conſil 97. viſo themate prænarrato.* vbi ponit pulchre hanc practicam. *Pet. Foll. V. I. D.*

Verum † in quantum dixi, quod quando ambæ 20
pœnæ tendunt ad vindictam, vna tollitur per aliam: limita notabiliter, quando altera pœna fuit ſufficienter irrogata & integra. Secus ſi non integra fuit irrogata: quia tunc poteſt recurri ad aliam: & vna per aliam non tollitur, & ita tenet Bal. *in l. nullum 14. ver. ſed quærit. gl. &c. C. de teſtib.* & Alex. *in d. l. lex Cornelia. 14. §. ſi in addit. ad Barto. ff. de iniur.* ad quod faciunt omnes deciſiones ſupra allegatæ: maxime Card. *in d. Clemen. volentes. § 1. in 3. oppoſitio. de hæretic.* & Felin. *in d. c. quod olim. 14. in fin. de Iudæ.* & gloſſ. *in d. c. Et ſi clerici. 4. § de adulteriis, extra de iud.* vbi dicunt, quod quando delictum per vnam pœnam remanet inſufficienter punitũ, poteſt iterum puniri alia pœna, ita etiam tenet Ludo. Roma. *in conſ. 375.* & Felin. *in c. 1. col. 4. de præſcript.* Ex quo infero, quod ſi iudex, coram quo actum fuit actione iniuriarum, nimis coarctauit æſtimationem iniuriæ, vltra modum taxando ſecundum eius qualitatem, vel pœnam alterando, & leuius puniendo: poſſet iterum agi contra iniuriantem vt teneatur ad ſatisfactionem: ex quo non fuit ſufficienter punitus, per prædicta.

ADDITIO. Idem † tenuit Bald. & Cyn. *in l. vbi. 21*
*32. C. ad leg. Cor. de fal.* videtur tamen ſentire ibi Bal. id procedere, quando proceditur inſtante parte. & hæc fuit originalis opinio glo. *in l. nullum 14. C. de teſtib.* quam gl. dicit Ba. *in l. 2. § ſi publico ff. de adul.* cõmuniter reprehendi a Doctoribus, Sal. *in d. l. nullum 14.* dicit, quod quando pro eodem delicto quis eſſet punitus pœna extraordinaria habito reſpectu ſolum ad ipſum delictum, non debet amplius puniri pœna ordinaria, & ita loquuntur ſecundum eum, *l. ſenatus. 14. ff. de accuſa. & l. licet. 6. § fin. ff. nau. cau.* per quas Cyn. reprobat illam gloſſ. ſed ſi illa pœna extraordinaria, ſeu minor fuiſſet impoſita non principaliter propter ipſum principale delictum, vt ſi quis dixit falſum coram iudice, quo offendit aures iudicis, & commiſit falſum. ſi iudex eum puniuit pœna extraordinaria propter offenſionem ſuam, non prohibetur poſtea eum punire pœna ordinaria propter falſum). & ita dicit procedere illam glo. quia ſic potius eſſet mulcta quam pœna, & dicit, quod *l. 2. C. de ſpor.* quæ inducitur pro opinione eorum, qui tenent ſimpliciter, quod punitus pœna non integra, poteſt denuo puniri, loquitur in mulcta, ſicut *l. nullum. 14.*

*lum.*14. & idem concludit ipſemet Sal. *in l. qui de crimine* 9. *C. de accuſ. nu.* 12. *&* 13. vbi dat cautelam, vt cõdemnatus minori pœna ſtatim ſoluat; quia ſic non poſſet denuo puniri. Ang *in d l. nullum.* 14. ſimpliciter tenet contra gloſſ. quod punitus ſemel licet mitius, non poteſt denuo puniri, per *d. l. ſenatus.* 14. idem tenet ibi Bar. & in hoc videtur concurrere Albe. de Roſa, ibi, & dicit tenendum eſſe, prout tenuit Cyn. *in d. l. vbi. C. ad l Cor. de ſal.* nec Lud. de Roſ. *in d. conſil.* 375. dicit contrarium quia id, quod ipſe dicit, procedit, quando iudex puniuit aliquem minori pœna non ad vindictam publicam: loquitur enim de monacho delinquente, cui Guardianus dedit correctionem clauſtralem, vnde merito dicit poſſe puniri pœna canonum ad vindictam publicam; ſed quando pœna mitior eſt impoſita ad vindictam publicã, non poteſt alia imponi, & hanc opin. contra gl. tenuit Bal ſibi contrarius *in conſ* 33. *caſus talis.* Guido *de publica inquiſ. verſic. circa ſecundum dubium*, *lib.* 3. qui de directo aduerſatur, & ita dicit practicari, *argum. l. ſaccular.* 1.7. §. *ſunt quædam.* 3. alias *l.* 9. *ff. de extra crim* & hoc etiam expreſſum reperitur in crimine læſe maieſtatis, vt ſi minori pœna quis fuerit punitus; quia relegatus non punietur vera, *l. eorum* 24 *ff. de pœn.* & idem tenet Bar. Brix. *in queſt vene.* 71. *cum ſeq* & idem Bald. *in l. ſi quis in hoc genus.* 10. *C de epiſco. & cler verſi quæro vtrum* & ad ſecuritatem habes per Boer. *in deciſ* 289 vbi refert ita fuiſſe deciſum, & dat cautelam, vt delinquens, qui venit pluribus pœnis puniendus habeat iudicem amicum, qui præueniat, vt puniat mitiori pœna; quia ſic vlterius puniri non poteſt, licet ſi detegeretur: non prodeſſet. Pet. Foll. V. I D

22 † Per hoc puto dari poſſe cautelam libellanti, qui vult vtrunque petere in libello, ſcilicet æſtimationem iniuriæ, & ſatisfactionem, vt petat vtrumque cum proteſtatione, ſcilicet, quod contentatur altera pœna tantum, ſi ea fuerit integre irrogata, & ſufficienter, alias quod vtraque puniatur, & per hanc proteſtationem ſaluaretur libellus iſta cumulatione, per ea, quæ multum egregie dixit Bal *in l. quod tempore.* 3. *colum.* 1. *verſ.* 2. *quæro, &c. C. de reſt. milit.* vbi dicit, quod duo remedia, quæ electione tolluntur, poſſunt cumulari in eodem libello conditionaliter, quando ſunt talia, quod vnum ex altero oritur; quia non dicitur cumulatio, ſed potius quædam ſubornata præpoſitio ſecundum eum, & illud dictum Bald. ſequitur *in c ſignificantib. col. pen. de libelli oblat.* pro hoc eſt glo *in l conductores.* 34. *C. locati.* & gl. *in l. non ab re,* 10 *in ver. ordine. C. vnde vi* ſic in caſu noſtro; quia dato, quod iſta duo remedia electione tollantur: tamen vnum ſubordinatur ad aliud ex futuro euentu, & oritur ex alio; quia ſi primum non ſit ſufficienter irrogatum, ſtatim & oritur aliud; ergo admittitur dicta cumulatio ita conditionaliter facta cum dicta proteſtatione, facit ad prædicta tex. *in l.* 1. §. *quia autem.* 4 *ff. quod leg.*

Additio. Eſt aduertendum quod Bal. ſecundum Fel *in d. c ſignificantibus.* 2. ita demum admittit talem cumulationem, ſi iudicia ſic ſe habent, quod vnum ex altero oriatur, tunc enim libellus purus in primo, & conditionalis in ſecundo procedit in caſu vero noſtro ambæ pœnæ deſcendunt ex eodem delicto, nec vna deſcendit ab altera, & vna electa altera tollitur; tanto magis; quia, vt ſupra viſum eſt, punitus minori pœna non poteſt, nec debet maiori puniri, licet Mar. Socin. *in d. c. ſignificantibus. num* 72. videatur tenere, quod admittatur talis cumulatio, vide eum. *Petr. Foll. V. I. D.*

[Iniurarum actio ciuilis an excludat criminalem. Et quando ciuilis cum criminali cumulari, vel concurrere poſſit, vide apud Ant. Teſſau. *deciſ. Pedemon.* 48. *per tot.* Hart. Piſtor. *pract. obſeruat. forenſ. tit. de iniur* c. 3. And. Gail *lib.* 1. *obſ.* 65. *nu.* 2. *Mynſing cent,* 1. *obſ.* 25.]

Corroboratur † per id, quod dicimus de duobus reis debendi, de quorum natura eſt, vt vno ſoluente integrum debitum, alter liberetur; & tamen poteſt formari libellus cumulando ambos reos debendi, & petendo inſolidum ab vtroque, dum modo apponatur proteſtatio, quod vna ſolutione creditor contentatur, alias libellus non procederet, ſecundum Bart. *in l.* 3. §. *vbi duo.* 1. *col.* 1 *ff. de duob. reis* & Ang. de Are *in* § *Inſt. de duob. reis.* † nam validum eſt argumentum de perſonis ad res, & econtra, *l qui plures* 22 *ff de vulg & pup & l. miles ita.* 41 *& ibi Bar ff. de mil. teſt.* & Iaſ. *in l ſed ſi poſſeſſor.* 11 § *ſi cum de hereditate.* 3. *colum* 2. *ff de ineiur.* Vnde ſicut admittitur cumulatio perſonarum in iudicio, cum illa proteſtatione (ſine qua non procederet) ita debet admitti cumulatio rerum, ſeu pœnarum, cum eadem proteſtatione † Secunda cautela dari poteſt pro libellante, quod æſtimet iniuriam, & petat tantũ æſtimationẽ iniuriæ, ſecundum formam *d conſt varietates.* & in calce libelli faciat ſibi reſeruationem, quod ſi iudex non ſufficienter puniuerit reum, reſeruat ſibi poſſe petere ſatisfactionem iniuriæ, de qua ſatisfactione proteſtatur. Et hanc reſeruationem facere poteſt ſimiliter ſemper, quando petit reum puniri pœna iuris, ſcilicet vt ſi non ſit ſufficienter punitus, reſeruet ſibi petere ſatisfactionem. † & hoc per tex *in l. ſi tamen.* 4. §. *cum redhibitoria* 7 *ff de ædi edicto* vbi is, qui agit redhibitoria pro vno vitio, poteſt proteſtari de aliis vitiis non apparentibus, de quib. reſeruari ſibi poteſt agere quandocunque apparuerint, idem tenet. Bald. per illum text. *in l. ſi prædium* 4. *colum.* 2. *verſic. ſed pone, emi ſeruum, &c. C. de ædil actio.* & iſtæ cautelæ ſunt optimæ pro libellante, & nouæ.

23

24

25

26

Additio. Iſta ſecunda cautela nihil prodeſt per ſupradicta; quia licet iudex impoſuerit pœnam minorem, quam deberet imponi habito reſpectu ad qualitatem loci, perſonæ iniuriãtis, & iniuſtitiæ, ac temporis. ſecundum diſpoſitionem tex. *in d. conſt. varietates* poteſt tunc agi in ſecunda inſtantia, vt plus

plus teneatur, conſideratis tamen dictis qualitatibus, ſed non poteſt ſibi reſeruare petitionē ſatisfactionis; quia ſatisfactio eſt pœna æque principalis, & electa vna licet non integre illata, non poteſt redire ad aliam: per allegata ſupra, licet *per d. conſt. varietates.* detur appellatio libellāti, vt appellet à minoritate pœnæ. Pet. Fol. V. I. D.

27 † An autem ſi eſt aliquod delictum, de quo poteſt cognoſcere iudex laicus, & eccleſiaſticus, & eſt diuerſa pœna canonica à pœna ciuili, prout eſt crimen blaſphemiæ, vel adulterii, vel vſuræ, ſi quis fuit punitus per vnum iudicem, vna pœna poſſit per alium puniri alia pœna iterum. Vide Abb. & Felin. *in c. de his 6. colum. final. de accuſ.* & Abb. *in c. tuæ 5. colum. pen. de procu.* & Bald. *in l. placet. 5. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſi quis in hoc genus. 10. C. de epiſco. & cler.* & Ludo. Roman. *in conſ. 375.* vbi videntur tenere, quod ſic, per text. formalem *in c. ſolus. 5. § per hoc de pœn. lib. 6. & in c. ſtatuimus, & ibi Abb. de maled.* ADDITIO Bald. *in l. placet. 5. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vt dicit hic do. Auctor, refert, quod punitus in foro eccleſiaſtico pœna ſpirituali, poteſt in foro ſeculari puniri alia pœna, nec dicit obſtare (ſecundum Gul.) text. *in l. ſenatus. 14. ff. de accuſ.* quia dicit procedere de delicto ſimplici, ſed quando non eſt ſimplex delictum, ſed ratione qualitatis offenditur non ſolum iudex temporalis, ſed eccleſiaſticus, vterque poteſt punire: pro quo dicit quod allegat Gul. text. *in Authent. de ſan. epiſ. §. ſi vero crimen. 1. cap. 21. col. 9.* & idem refert tenuiſſe Iaco. de Are. ſed alia ratione, quia *l. ſenatus.* locum habet, quando plures pœnæ veniunt ex eadem lege, omnes imponuntur. idem Bald. *in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol. 8. colum. verſic. modo circa hoc.* ponit eandem, & arguit, quod punitus per iudicem eccleſiaſticum poteſt puniri per iudicem laicum, ſed dicit non determinare: quia pendet de facto. & hanc opinionem ſecundum Alexan. *in addit. ad Baldum in d. l. placet. 5* ſequitur Roman. *in l. 1. § 1 ff. de no. oper. nunt.* & quod ad hoc eſt ſingularis *d. § ſi crimen.* Abb. *in c. tuæ. 5. de proc. 2. colum. num. 5.* late tetigit hanc quæſtionem, & finaliter refert, quod Ioan. Andr. *in nouella* dicit hanc quæſtionem fuiſſe diſputatam Bononiæ, & concluſum, quod aut per diuerſas leges imponuntur diuerſæ pœnæ pro eodem delicto omnino ſeparatæ, & impoſitio vnius non tollit aliam, per tex. *in l. qui ſepulchra. 4. C. de ſepul. viol. & l. 3. ff. de li. ho. exhib.* aut pœnæ non ſunt omnino diuerſæ, puta quia vna lex apponit pœnam 100. florenorum, alia mille; & tunc aut pœna ſemel impoſita, ſeu accuſatio ſemel facta tendit ad vindictam; & tunc non poteſt denuo accuſari, ſeu denuo puniri; ſecus autem ſi accuſatio concerneret intereſſe proprium & rem familiarem. Aut pœnæ ſunt omnino ſimiles, puta quia quælibet lex imponit pœnam 100. florenorum & tunc refert, quæ pœna imponatur, cum ſit eadem, & hanc diſtinctionem dicit æquam & notabilem, quam dicit Fel. *in c. cum ſit generale. 8. de for. comp. nu. 21.* quod ſolet tenere Afflict. *in conſt. multæ leges ſecundo not.* tenet ſimpliciter, quod punitus per iudicium eccleſiaſticum poteſt puniri per ſecundum, ſed Boer. *in deciſ. 238.* tenet ſimpliciter fuiſſe determinatum ſecundum opinionem Legiſtarum, videlicet, quod aut pœna impoſita, ſeu accuſatio facta tendit in vindictam; & tunc denuo non poteſt accuſari, & puniri; at ſecus ſi concerneret proprium intereſſe, & rem familiarem accuſantis, & hæc opinio videtur æqua. *Petr. Foll. V. Doctor.*

In † quantum autem ſupra ſuccincte tenui, quod 28 ex eodem delicto poteſt agi in vno libello ciuiliter & criminaliter ſimul, ſcilicet vt puniatur, & rem reſtituat, per ea quæ dicit Bart. *in l. interdum. 56. §. qui furem. 1. ff. de fur.* intellige hoc ſane procedere cum aliquali limitatione & declaratione ſcilicet, vt non intentetur iudicium ciuile & criminale æque principaliter, ſed debet accuſator principalis agere criminaliter, petendo reum puniri, & deinde incidenter per officium iudicis petere rei reſtitutionē, alias ſi æque principaliter ageret, non procederet libellus, quia eſſet contra *l. interdum. 4. cum ibi not. per Bar. & Doct. ff. de pub. iud.* ita declarat Bar. *in l. 2 § 1. col 2 in prin ff. vi bon. rapt. & in l. vnica. C. quando ciu. actio. crim. praeiu.* idē tenet Bar. *in l. ſi quis ad ſe fundum. 7. in fi. C. ad leg. Iul. de vi.* † Quod limita non procedere, quando delictum eſt tale, in quo veniret quis damnandus ad mortem, quia tunc poteſt cumulari iudicium ciuile & criminale æque principaliter ſecundum Bald. *in l. 1. colum. 2. C. de app* quem ſequitur Alexand. *in d. l 2. §. 1. in addit. ad Bart. ff. vi bon. rapt.* ADDITIO. Adde quod ſi recte inſpiciatur doctrina Bald. *in d. c. 1. de appellat.* non firmat pedes in dicta concluſione, imo recedit ab ea, quaſi quod quando quis condemnatur ad furcas, ſi condemnatur ad rei reſtitutionem, non eſt, quod proueniat id à pœna mortis, ſed ex officio iudicis, qui tenetur, vt ſupra dixi, & ſic non poteſt dari ratio diuerſitatis, licet Alex. videatur ſequi ſimpliciter. *Pet. Fol. V. I. D.* 29

Nota † tamen pro ſaluatione libelli, quod ſi aliquis peteret Titium puniri, & condemnari ad rei reſtitutionem, non per hoc cenſetur agere æque principaliter; quia copulat vtrunque, ſed ſaluatur libellus, & cenſetur agere principaliter ad pœnam, & conſequenter ad rei reſtitutionem. ita expreſſe dicit Bart. *in d. l. interdum. 56. §. qui furem. 1. in fin. ff. de fur.* vbi ita exemplificat. 30

† Ad quod facit illa vulgaris regula, quod verba libelli impropriantur; vt ſaluetur libellus, ſecundum Bart. & Doct. *in l. ſed ſi poſſeſſori. 11. § item ſi iurauero. 2 ff. de iureiur. & in l. 1. C. de vſufr. & in l. inſulam 6. ff. de præſc. ver. cum aliis ſimilib.* quod nota, vt ſis cautus, quando opponeretur contra libellum. 31

† Vlterius circa cognitionem cauſarū criminalium à ciuilibus, datur alia regula, quæ eſt talis, videlicet vbicunque ex delicto agitur, vt quis puniatur non pœna ordinaria, & naturali introducta, pro 32

ɫa, pro illo delicto, ſed vt priuetur aliquo officio, beneficio, adminiſtratione, vel dignitate, illa cauſa dicitur ciuilis, nõ autem criminalis, licet agatur ex delicto, ex quo non agitur ad vindictam publicam, vt quis puniatur pœna condigna, tex. eſt, & ibi Abb. & Felin. *in c per tuas. 32. de ſimon.* & Abb. & Felin. & Ioa. de Ana. *in c ſuper his. 10. de accu.* & idem Abb. *in c. tuæ. 5. de procu* & not. Petr. Phil. Corn. *in conſil. 19. col. 2. circa fin in 3. volum.* Adeo, quod in tali cauſa tanquam ciuili poteſt interuenire procurator, vt dicũt Docto. *in locis prealleg.* vbi idem dicunt, quando de crimine agitur per viam exceptionis, & non per accuſationem; quia ſimpliciter dicitur cauſa ciuiliter intentata ſecundum Felin. *in d cap. ſuper his. colum. 2.*
33 *in fin.* † Limita tamen prædicta, niſi ſtatutum pro crimine non imponeret aliam pœnam niſi priuationis; quia tunc dicitur cauſa criminalis, non autẽ ciuilis, ex quo illa eſt pœna naturalis, & ordinaria ipſius delicti, ſecundum Ant. de Butr. & Abb. *in d c. ſuper his 5. col 2 in fi. de accu* & Fel. *in rub. de iudiciis.* licet idem Felin. *in d. c. ſuper his. colum. 2. in fin. & ſeq.* videatur firmare contrarium, ſcilicet, quod tunc etiam ſit ciuilis, ex eo quia iſta pœna non applicatur fiſco: tamen ego puto primam partem veriorem, ſcilicet, quod ſit criminalis; quia agitur ad publicam vindictam, vt quis puniatur pœna ordinaria ſtatuti pro crimine. Nec obſtat, quod talis pœna non applicatur fiſco; quia minime applicetur parti, vnde non poteſt dici ciuilis, ſed cõſiderari debet principalis intẽtus iudicii, qui eſt vt puniat delictũ ea pœna, quæ eſt à lege inducta propter publicam vtilitatem, *l. ita vulneratus 51 ff ad l. Aquil.* quo principali intentu conſiderato, *iuxta l. ſi quis nec cauſam 4 ff ſi cer. pet.* agitur ad publicam vindictã; ergo cauſa eſt criminalis, ſicut quando aliquis punitur in corpus; certe tunc ex tali pœna nihil applicatur fiſco, & tamen cauſa eſt criminalis, ſecundum Bart. *in l. fi. col 1. ff. de priu. delict.* Præterea ſic poſſet attentari, & non temere dici, quod imo iſta pœna applicatur fiſco; quia ſi aliquis priuatur officio, vel beneficio propter crimen, illud officium ſeu beneficium incipit vacare in menſa fiſci, adeo quod fiſcus poteſt illud alteri conferre; ergo talis pœna applicatur fiſco; quia fiſcus de ea diſponit, alteri confe-
34 rendo: merito dicitur cauſa criminalis. † Et per prædicta infertur, quod ſi agatur de adulterio corã iudice eccleſiaſtico ad ſolam ſeparationem thori, & non ad pœnam ordinariã, quæ infligitur pro adulterio, talis cauſa dicitur ciuilis & nõ criminalis. vnde poteſt in ea interuenire procurator. iſte eſt text. *in d. cap tuæ. 5. & ibi per Abb. & Doct. de procur.* & not. Bar. *in lib. non ſolum. 39. §. fi. ff de procur.* & prædictam opinionem, quã modo tenui, confirmo; quia quando agitur de crimine per modum exceptionis non ad pœnam ordinariam, dicitur criminoſus priuari beneficio, non in pœnam, ſed priuatur, vt inhabilis ad illud; vnde quia non eſt pœna, ſed quædam inhabilitas, dicitur cauſa ciuilis, & non criminalis: ſed quando agitur, vt priuetur, ad pœnam, dicitur cauſa criminalis; quia tunc delictum pœna coercetur, ita Franc. de Aret *in d c. ſuper his. 16. col. 3. de accu.* † Quid 35
autem, ſi agatur per viam inquiſitionis ad priuationem beneficii propter crimen nulla præcedente accuſatione, nec exceptione, an dicatur cauſa ciuilis, vel criminalis? Dic, quod communiter tenetur, quod ſit cauſa ciuilis, ex quo non agitur ad principalem pœnam delicti, ſecundum Franciſc. de Aret. *in d. cap. ſuper his colum 3. in fin & ſequen.* & Ioan. And. *in c. frequens 1. de reſtit. ſpol. lib. 6* & Bartol. *in lib. 1. §. ſciendum. 2. ff. de ſuſpect. tutor.* & Bart. *in l. 2. §. ſi publicæ. 5 colum. 3. in fine ff. de adulter.* & Abb. *in cap. final. colum. fina. de purg. canoni.* & vide ad hoc Franciſc. de Aret. *in c quoniam. 3. in primo notab. de teſtib.* vbi ſimpliciter dicit, quod de iure canonico, quando proceditur per inquiſitionem, cauſa eſt ciuilis. idem tenet Ioan. de Ana. *in c. cum dilecti. 18. col. 2. ver. nota, quod quis, &c. de accuſ.* mouentur per *c. per tuas. 32. de ſimon.* Verum ego intelligerem hoc, quando ageretur ad remotionem, prout loquitur *d. c. per tuas.* † Et 36
ex hoc introduxit ius canonicum, quod quando agitur per viam inquiſitionis, mitius punitur delinquens; quia non irrogatur ſibi pœna ordinaria delicti, ſed alia pœna arbitraria mitior; ſecus ſi agatur per viam accuſationis; quia tunc datur pœna ordinaria ſecundum Abb *in c. inquiſitionis. 21. col. 1. in cap. qualiter & quando. 2. el. 2. col 5. de accuſ. & in c. per inquiſitionem. 26 in fin. de elect.* in quibus locis limitat non procedere, quando inquiſitus eſſet conuictus per propriam confeſſionem; quia tunc ordinarie, & acrius punitur, licet ſecus ſit de iure ciuili; quia par pœna imponitur, ſiue agatur per viam inquiſitionis, ſiue accuſationis ſecundum Abb *in d. c. inquiſitionis. 21. col. 1.* & forte ad hoc voluit habere reſpectum Franc. de Aret. *in d. c. quoniam 3 in prin. de teſtib.* dum dixit ſimpliciter, quod cauſa inquiſitionis, eſt ciuilis de iure canonico, ſcilicet propter illam rationem; quia non irrogat pœnam ordinariam delicti, per ea, quæ ſupra dixi, idem videtur tenere Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de inquiſi. § nunc videndum, in addit.* quæ incipit; *cum dilect. s, &c.*

ADDITIO. Infert hic D. Doctor, quod acrius quis punitur, ſi conuictus eſt per propriam confeſſionem, quam ſi eſſet conuictus per teſtes; cuius contrarium verius eſt, vt dixi *in practica mea cauſa. crimin in 1. parte tertia partis. in verb. & ſi confitebuntur in eo loco.* vbi de effectibus confeſſionis ſpontaneæ. *Petr. Foll.* Ex prædictis etiam infertur, quod quando opponuntur crimina contra teſtes ad repellendum eos à teſtimonio, talis † cauſa dicitur ciuilis, 37
non autem criminalis; quia agitur de crimine per viam exceptionis, & non ad pœnam ordinariam, ſed ad repellendum à teſtimonio, text. eſt *in c. ſuper his. 16. ibi; à teſtificatione, &c. de accuſat. & in c. cum dilectus. 2 in fin. de ordin. cogn. & in c. ſuper eo. 13. el. 1 &* *c. teſti-*

*c. teſtimonium. 54 & ibi per Abb. & Doct. de teſtib. & c. 1. in fine, de except.* † Quo vero ad ſolennitatem libellorum, adhibetur hæc diſtinctio; quia ſi crimẽ obiicitur ciuiliter; ſiquidem eſt tale, quod non infamat, dicitur cauſa ciuilis, & non requiritur ſolennitas, *l. libellorum. 3. ff. de accuſat.* Si vero eſt tale crimen, quod infamat; & tunc etiam ciuiliter agatur, requiritur dicta ſolennitas, ſcilicet, vt inſeratur locus, & tempus, & iſta eſt communis concluſio, quam tenet Bartol. *in l. 1. in princip. in fin. colum. ff. de edend.* & Bart. *in l. prætor edixit. 7. in princip. ff. de iniur & in l. 1. § ſciendum. 2. ff. de ſuſpect. tutor. & in l. item exigit. 16. ff. de dolo.* & Socin. *in conſilio 146. colum. 7. in fin. in 1. vol* & Bart. *in l. in de Neratius 23. ff. ad leg. Aquil.*

38

ADDITIO. Adde, quod licet delictum obiiciatur contra teſtes, per viam repulſæ, & exceptionis, requiritur tamen ſolemnitas *dicta leg. libellorum.* ſecundum veras concluſiones, alias obiectio erit inepta. vt plene dixi *in pract. mea cauſ. criminal. in verb. conce latur repulſa & in 3. parte ti. tie partis princip. in requiſito, de repulſa.* Petri. Foll. V. I. D.

39 Item † in quantum ſupra dixi, quod quando pœna pecuniaria applicatur fiſco, eſt cauſa criminalis, intellige procedere, quando pœna venit ex delicto; ſecus, ſi veniret ex aliquo contractu illicito; quia dato, quod pœna applicetur fiſco, nihilominus dicitur cauſa ciuilis, puta quando aliquis alienat rem litigioſam. ita tenet Bald *in leg. final. in verſicul. quæro, quando pœna, & c de litig.* quem ſequitur Alexand. *in dict. leg prætor ff. de ſepul. viol.* in addit. ad Bartol. in addit. quæ incipit,

40 *adde, quod dominus, & c. in fine.* † An autem in dubio, quando lex introducit pœnam pecuniariam pro delicto, applicetur fiſco vel parti, tradit ipſemet plene Bartol. *in l lege Agraria. l. 3. ff. de ter. mot.* & Franc. de Aret. *in rubric. extra de iudic. col. antepen.* & ibi etiam Abb in fin. & Ioan. de Imol. *in rubr. ff. de publ. iud.* & ibi videas.

ADDITIO. Vide ad hæc omnino Alexand. *in l. ſi quis id quod 7. ff. de iuriſdict. omni. iudic.* & ibi Ang. *Petr. Foll.*

41 QVÆ † autem VTILITAS reſultat ex huiuſmodi cognitione cauſarum, an ſint ciuiles vel criminales? Dic, quod multæ ſunt vtilitates. ET PRIMA vtilitas eſt; quia licet alias de iure Canonico mulier, & laicus nõ poſſit eſſe teſtis in criminalib. contra clericum, vt habetur *in c forus. 10. de verb. ſign & in c. de cætero. 14. de teſti.* tamen, quando ciuiliter agitur de crimine, admittitur teſtimonium laici, & mulieris contra clericum, text. eſt, & ibi Abb. & Doct. communiter, *in c. quoniam. 3. de teſtib. & in c. tam literis. 33.*

ADDITIO. Iu quantum hic domiuus Auctor concludit mulierem non eſſe idoneam teſtem in criminalibus de iure canonico, habetur etiam *in c. mulierem 33. quæſt. 6* vbi eſt glo. notab. † Quod teſtimonium mulieris, & infamis in criminalib. comparantur, eſt gloſſ. *in c. ex eo. 15. quæſt. 3.* & gl. & Doct. *in c. quoniam 3. de teſtib* glo *in c. tam literis. 33. in verb. fœminas. eod. titu.* Hoſt. *in ſumma de teſtib § quis teſtis eſſe poſſit.* Specul. *in tit de procur. §. 7. verſ. in criminali teſtificatione.* Alb. *in l. qui teſtam. 20. §. mulier. 6. colum. 1. ff. de teſtamen.* Florent. *in l. ex ea 19 ff. de teſtam.* Ioan. Plat & Angel. Aret. *in §. teſtes autem. 6. Inſtitut. de teſtam.* & nouiſſime vltra omnes copioſius per Andr. Tiraquel. *in tract. de legi connub. in 9. lege num. 49:* vbi dicit, quod hoc eſt indubitatum, & nemo aduerſatus eſt præter Philip. Dec *in c. fœminæ. 2. colum. 5. verſic. 16. de reg. iur. & in c quoniam. 3. colum. vltim. de teſtib. quem videas.* Imo † etiam de iure ciuili ſecundum opinionem aliquorum in capitalibus mulieres non ſunt idoneæ teſtes, ſecundum Iacob de Aret. *in d l. qui teſtamento. 20. §. mulier. 6 ff. de teſtament.* quem refert Io. Andr *in addit. Spec. in tit. de teſti. §. 1. verſ. item quod mulier.* & Alber. Gandin. *in tract. maleſ. in tit. de ſuribus colum. 4. verſ pone quæſtionem de facto.* & Oldr. *conſil 154 quæritur ſi teſtes,* & Ioan. Fab. *in d. § teſtes 6. Inſtit de teſtam* & Alexan. *conſ 11. circa primum dubium. colum. pen verſic. reſpondi ſupra lib. 1. & conſ. 99. in cauſa inquiſitionis colum. penul. verſic. 2. teſtis. eod. lib. 1.* & Cæpol *conſ. 32. quidam ruſtici colum. 3.* & Hippol de Marſil. *in repet. l. vlt. C. de probat. char. 8. & conſil. 18. protector. colum. verſic. vnum tamen dico. & conſ. 22 gratia domini colum 4 & conſ. 39. diuino præſidio. colum. 6. verſ. item etiam vltra præmiſſa.* ſed communis opinio eſt in contrarium, vt videre licet. *in d l. qui teſtamento 20. §. mulier. 6 ff. de teſtam.* & per Panorm & Franc. Aret & Felin. *in c. quoniam. 3. de teſtib.* vt refert. D. Andr. Tiraquel. vbi ſupra *num 50.* vbi etiam latiſſime habet nonnullos alios caſus, in quibus mulieres repelluntur à teſtimonio. Eſt tamen aduertendum, † quod in illis caſibus, in quibus de iure mulieres admittuntur ad teſtimonium, minus tamen fidei eis adhiberi debet, quam viris, vt optime probat text. *in l. in quæſtionibus. 8. ff. ad leg. Iuliam maieſt.* & expreſſe hoc voluit Spec. *in tit. de teſte. §. poſtquam, verſic. porro.* Bal. & Salic. *in l. vltim. per illum tex ff. de fide inſtrum.* Item Bal. *conſ 455. quis. melius in duobus locis. lib. 4.* Alb. & Panorm. *in d c. forus 10. de verb ſign. & conſil. 52. quidam in ægritudine colum. 2. verſ. ult. Idem quod fœmina lib. 1.* Roma. *in rubr. de ar b. colum 8. verſic. item præſeruntur duo teſtes maſc.* Alexand. *conſil. 235. perſpectis atteſtationibus. col. 1 lib 6* Barb. *conſil. 64. illud in medium. colum. ead. verſ. & ſi quiſpiam opponat, libr 3* & latiſſime per Tiraquel. vbi ſupra, *num. 57.* Item eſt aduertendum quod † mulieres etiam in criminalibus de iure canonico admittuntur in teſtes, quãdo aliter veritas haberi non poſſet & not Ioan And. poſt Gul. de Su-

42

43

44

45

de Suzar. *in addit. Specul. in titul. de teſtib. §. 1. verſic. item quod eſt mulier.* & tradit Alexand. *in conſil. 64. viſo themate. in princip. libr. 1.* & idem Alexand. *in conſilio. 24. animaduerſis colum. 4 lib. 2.* & Abb. *in c. quoniam. 3. de teſtib.* & Marſil. *in l. Diuus Pius. 9 colum. 2. ff. de quæſt.* & Decius *in d. l. fœmina. 2. numer. 35.* imo plus dicit ibi Decius, quod duæ mulieres non ſufficienter probarent, vt ex dicto earum poſſit peruenri ad condemnationem, ſed ſi plures eſſent, numerus ſuppleret defectum, vt in ſimili dicit notari per Imolam *in c. cum nuncius. 12. de teſtib* quem refert, & ſequitur Alexand. *in conſilio 99. viſis proceſſibus colum. 4. libr. 5.* & facit ſecundum eum gloſ. *in l 3 §. eiuſdem. 2. in verb. numerus. de teſtib.* & id, quod ſimiliter dicit d Auctor hic, quod laicus non poteſt in criminalibus ferre teſtimonium contra clericum, probatur *in c. de cætero. 14. de teſtib. & in c. teſtimonium. 11. quæſt. 1.* Quod quidem non proce-
46 dit, † quando delictum fuit commiſſum, vbi non erat clericorum copia, ſecundum Abb. *in d. c. de cætero. 14.* licet aliter videatur ſentire Felin. ſed D. Stephan Aufrer ſequitur opin Abb. *in tract. de repr. teſt. num 61.* Item non † procedit, quando de-
47 lictum clerici eſt notorium; quia tunc laici admittuntur contra clericum, ſecundum Abb. *in d. c. de cætero. 1. citat c cum dilectis. 15. de purga. canon.* & Ste-
48 phan Aufrer vbi ſupra. Item † hoc procedit, vt laici non admittantur ad plenam probationem, ſed ad indicium faciendum vt ſaltem clerici ſubiiciantur torturæ, bene admittuntur, *argum. l capite quinto. 2 §. cum illi non ſe[illegible] & gloſ. ff de adult. & l quæro. 58 in fin ff de ædil edict.* & quod not. *in c. 1. de probat.* ſentit Inn c *in c. quoniam. 11. eod. tit* & ſoluit
49 Stephan vbi ſupra. Item id procedit, † quando agitur d crimine criminaliter, ſecus ſi ciuiliter, ſecundum d. auct. hic. & Abb & Hoſt *in d. c de cætero. 14* & d. Stephan. vbi ſupra per *c. 3 de teſt.* Item laici admittuntur ad teſtimonium contra clericos in criminibus exceptis, ſecundum gl. *in d. c. de cætero. 14.* pro quo allegat *c. per tuas 32 de ſimon.* & tenet D. Stephan. vbi
50 ſupra *Petr Foll V. I D.* Secvnda † vtilitas eſt quia quando agitur criminaliter, non inducitur vitium litigioſi ſuper aliqua re; vnde non impeditur eius alienatio, ſicut quando agitur ciuiliter; iuxta formam *l fin. C de litig.* & habetur *in conſtit. eorum fraudibus.* ſecundum Bald. *in c. 1. eccleſia. el. 13. in fin. extr vt lite pendent.* Tertia vtilitas eſt circa formam libelli; quia in criminalibus requiritur forma libellorum, alias non procedit; ſecus quando ciuiliter agitur de crimine, niſi crimen infamaret, vt ſupra proxime dixi. Additio. Hoc tamen minime de iure regni procedere ſcias; quia ſi ago contra furem criminaliter ad punitionem, & incidenter ad rei reſtitutionem, vel de ſpolio contra ſpoliatorem, & interim res mea peruenerit ad alienas manus, poſſum recta via agere contra detentores; quia res illa affecta eſt vitio. vt dictat *conſtit. regni. Neapol.* incip.

*circa violentiarum.* Petr. Fol. Qvarta vtilitas eſt; quia † quando agitur criminaliter, non admittitur procurator, vbi venit irroganda pœna à relegatione ſupra, *l penult. § ad crimen.* 1. *& ibi Bartol. & Doct. ff. de public. iud.* Hinc dicimus, quod in crimine iniuriarum non admittitur procurator vt eſt tex. *in l. fin. C. de iniur* & ita ſeruatur in Regno per ritum magnæ curiæ vicariæ, *in numer. 210.* qui incipit; *Item ſeruat ipſa curia declarare.* Et ratio, quare non admittitur procurator in crimine iniuriarum eſt, quia pro eo imponitur pœna arbitraria, quam poſſet iudex vſque ad mortem extendere, vt habetur *in l. fin. ff de iniur.* & not. *in §. in ſumma. 10 Inſtit. de iniur* ita dicit Abb. *in c. final. in fin. de purga. canon.* & hanc rationem ſentit etiam Bartol. & Bal. *in d. l fin C. de iniur.* & corroboratur ſingulare dictum Bald. *in l. eos. 6. § ſuper his 3. verſicul. extra quæro, &c. C. de appel.* vbi dicit, † quod ad dicendum cauſam 52
eſſe capitalem, conſideratur ſola aptitudo, ſcilicet, ſi cauſa eſt talis, in qua eſt pœna arbitraria, quam pœnam poteſt iudex augere conſideratis demeritis rei, & facere capitalem; & ſic ſentit Baldus quod etiam, vbi venit pœna arbitraria, poteſt dici capitalis, inſpecta aptitudine, vnde non eſt mirum, ſi in crimine iniuriarum non admittitur procurator; quia poſſet eſſe tam atrox iniuria, quod iudex poſſet ſuum arbitrium extendere vſque ad pœnam capitalem, & idem eſſet dicendum in omnibus criminibus, vbi venit pœna arbitraria; quia iudex poteſt repellere procuratorem, per eandem rationem, ſecundum Bald. *in d. l fi in fin. C de iniur.* de qua materia vide aliqua per Felin *in c. meminimus. colum penult & ſi de accuſ. & in c cum te 23. colum. 2. in prin. de re. iud*

Additio Adde ad hæc d. Anch. *in conſil. 272* & Aymo. Crauet. *in conſil 224. in 1 part. num. 3* & Angel. *in l licet 42 § ad actionem. 1. ff de procur. circa fin.* Petr. Fol. V. I. D. Limita † tamen primo prædicta. 53
procedere, quando de crimine iniuriarum ageretur criminaliter; quia tunc non admittitur procurator; quia vrget ratio prædicta arbitrii iudicis & ita loquitur Abb *in d. c fin de purg. cano.* qui expreſſe dicit, quando agitur criminaliter. idem tenet Felin. *in d. c cum te 23 colum. 2. in princ. de re iud* ſecus ſi ageretur ciuiliter, puta ad æſtimationem iniuriæ pro pœna pecuniaria; quia tunc dico indubitanter, quod admittitur procurator, per argumentum à ratione ceſſante; quia tunc ceſſat arbitrium iudicis, ex quo habet ſe qui æſtimationem partis, præcedente ſua taxatione, vt ſupra dixi, quod probatur ex his, quæ notant Abb. *in d. c. tua. 5. in vltim notab. de procurat.* & Bald. *in l. aduerſus. 4. in prin. verſic. item nota, &c. C. de fur.* vbi dicunt, quod quando de crimine agitur ciuiliter, admittitur procurator. Per hoc infero, quod quando hodie in regno porrigitur libellus iniuriarum, ſecundum formam *conſtit. varieta.* poteſt interuenire procurator; quia iniuria eſt


æſti-

æſtimatio, & ceſſat arbitrium iudicis, *l. adigere. 6. §. quamuis. 2. ff de iur. patron cum alijs vulgaribus.* & ita limitatem illum ritum magnæ curiæ, ſupra allegatum; quia loquitur ſecundum *d. l. fina. C. de iniuriis,* & certi ſumus, quod imponitur pœna infra
54 relegationem. Nec obſtat; † quia poſſet deueniri ad pœnam corporalem, quando non haberet in pecunia propter paupertatem, per illam tritam regulam, qui non habet in ære, luat in corpore, &c. *l. fin. ff de in ius voc. & l. ſi quis i l. 7. ff. de iuriſd. omni. iud. l. quicunque 6 C. de ſeruis fugit.* quia iſt ad non eſt in conſideratione; nam principalis pœna attenditur, vnde poteſt interuenire procurator, ita tenet Felin. *in cap. meminimus. 13. colum. fin. ver. vl. im. adde, & c de accuſ.* & Bald. *in l. reos 3. col 3. C. de accuſ.* & Iaſon *in l ſi quis nec cauſam. 4. col 4. verſic vndecimo.*
55 *ff. ſi cert petatur* Secundo † principaliter LIMITA hanc materiam, *d. §. ad crimen. 1* non procedere in muliere coniugata, quæ in cauſa criminali poteſt litigare per procuratorem: idem in vniuerſitate, & de hoc eſt conſtitutio regni, quæ incipit, *generalia.* & ibi Andr de Iſern.

ADDITIO. Aduerte; quia iſtud procedit, nedum in mulieribus coniugatis per verba conſtitut. ſed in aliis mulieribus honeſtis & pupillis, vt dixi *in practica mea cauſarum criminalium, in verb. audian-*
56 *tur excuſatores* Petr. Foller. Tertio LIMITA, † quādo ageretur criminali iudicio contra decem perſonas ſimul; quia poſſunt tales litigare per procuratorem, & de hoc ſunt duo capitula regni, vnum in *num* 20. quod incipit; *Item ſtudio,* & aliud in *num.*
57 207. quod incipit; Statuimus. Quarto † LIMITA non procedere in parte accuſatoris proſequentis ſuam vel ſuorum iniuriam; quia admittitur pro eo procurator, etiam in publicis iudiciis, ſecundum Bart. *in l. licet. 42. in princ. Digeſt. de procuratoribus.* ADDITIO. Hoc autem ſolummodo in regno conceditur vniuerſitati, & mulieribus, *per conſtit. generalia iura.* ergo cæteris videtur derogatum. *Petr. Foller.*

[ Prædictam quæſtionem, quando videlicet, procurator pro reo criminaliter accuſato, vel inquiſito interuenire poſſit, quando non, pleniſſime explicat Menoch. *de arbitr iud quæſt lib. 1. quæſt. 90 per tot.* Vide etiam de eadem quæſtione Fachin. *lib. 1. controuerſ. iur cap 24. & duobus ſeqq.* ]

Quinto LIMITA generaliter † illam regulam,
58 quando procurator vellet ſuſcipere iudicium pleno iure, ſicut in ciuilib. & excuſare reū à contumacia; quia hoc fieri non poſſet, ſed bene poſſet aliquis defenſorio nomine aſſiſtere ad inſtruendum iudicem, & probare cauſas abſentiæ & innocentiam rei abſentis, & ad hoc admitti debet procurator. Ita pulchre tenet Petr Philip. Corn. *in conſ. 325. q. eſt vltimum conſili in in 3. volum.* Idē notabiliter tenet Cephal. *in conſ. 47. colum. 4.* vbi plus dicit, quod poteſt tunc defenſor ſuſcipere onus probandi innocentiam rei, & opponere iudici, quod ſibi non eſt ius inquirendi, ex quo reus eſt innocens, quam innocentiam poteſt ſe offere probare: & hunc dicit eſſe intellectum *l ſeruum quoque 33. §. publice 2. ff de procuratoribus,* quod tene menti; quia eſt bona cautela comparandi pro abſente in criminalibus. Plures alias limitationes ad *d. § ad crimen. 1. leg penult. ff de publ. iudic.* vide per Bartolum & Angelum i i, & vide etiam Gand. *in ſuo tract. maleſic. ſub. rubr. vtrum procurator in maleſ. inter. colum. 3.* vbi plures fallentias cumulat, vide etiam Maria Socin. *in d c. meminimus. 13 de accuſ.* vbi ponit 38. fallentias, quas hic vltra extendere nolui, ſed ſufficiat remiſſio, ne videar potius tranſcribere ex exemplari, quam aliquid noui ſcribere: ADDITIO De hoc vide quæ dixi *in practica mea cauſarum criminal in verb. audiantur excuſatores,* vbi plene *Petr Foller.* † VNVM 59
tamen putaui valde neceſſarium attingere, de quo ſolet eſſe magna varietas & diſceptatio inter Doct. ſcilicet, VTRVM IN CRIMINIBVS, IN QVIBVS IRROGATVR POENA ARBITRARIA, POSSIT IVDEX TALE SVVM ARBITRIVM EXTENDERE VSQVE AD MORTEM INCLVSIVE? Iſta eſt alia quæſtio, & fere omnes Doct. ſuper eius deciſione vacillant. Ego vero nitar eam plene diſcutere, & ponam, Deo duce, veras concluſiones Et primo recitabo opiniones hinc inde arguendo ad partes. ET PRIMO PRO PARTE AFFIRMATIVA, ſcilicet, quod poſſit imponere pœnam mortis, adducitur gloſ. quæ ad hoc ſolet cōmuniter allegari, *in § in ſumma io. ver. extraordinaria. Inſtit de iniuriis.* vbi dicit gloſſ quod iudex poteſt imponere pœnam capitis, ſi ſuo arbitrio videtur, & communiter exponitur pro pœna mortis, & illam glo. ſequitur Bald *in c. 1 § iniuria. in primis verbis de pace iuram. firman.* & idē Bald. *in l. 1. in fin. C. de his qui latro* & Bart. *in l fin in fin ff. vbi pupil. educ. deb* & Abb. *in c. in literis. 11 colum. antepenul* & melius *in fin colum de conſt* & Feli *in c. cum te 23 colum. 2. in princ. de re iud.* & ibi etiam Abb & idem Felin *in c. inquiſitionis, 21. in fin illius pri 1. de accuſat. & in d. c ex literis, colum. antepenult.* Et tenentes iſtam partem ponderant tria iura potiſſime Pri o videlicet text. *in l. ſacculari: 7. §. ſunt quidam. 3. alias l. 9 ff. de extraord. crim.* vbi dicit text. † quod illi pœna ar- 60
bitraria extenditur vſque ad pœnam capitis, & ſic vſque ad mortem. ADDITIO. Ad hæc vide Boer. *deciſ. 317. parte 2. num. 3.* Petr. Foller. SECVNDO ponderant tex. *in l. 2. ibi; non ignaro iudice, &c. in verſic. acerrima condemnatio pro arbitrio. &c C de his qui latr.* vbi pœna arbitraria extenditur ad acerrimam pœnam, † quæ accipitur pro pœna mortis, vt not. 61
*in l. 1 C. de ſeditio & l. 1 C. nemini licere ſig. Saluat. &c.* TERTIO ponderant text. *in l lex Iulia. 7. § hodie. 3. ff. ad leg. Iul. repetun.* vbi loquitur de pœna extraordinaria, & dic t, quod capite puniri deber, & ſic patet, quod pœna extraordinaria extenditur vſque ad

ad mortem. CONTRARIAM PARTEM, ſcilicet, negatiuam, quod imo iudex in pœnis arbitrariis, non poteſt imponere pœnam mortis naturalis, tenet Bald. *in l. ſi & poſt tres 8. in 1. colum. 7. verſ. item facit ad aliam, &c. ff. ſi quis caut.* vbi dicit, quod ſi Poteſtas vigore ſtatuti poteſt punire ad pœnam mille, vel ad aliam, prout ſub arbitrio videbitur, non poteſt imponere pœnam decapitationis, idem tenet Card *in c. de cauſis 4. de offic. delegat.* & Ludouic. Roman. *in rubr. ff. de arbitr. verſ. item an ſtatutum, &c.* pro hac parte facit quod notat Bald. *in l. vnica. C. ne ſine iuſſu princ.* & idem Bald. *in c. 1. colum. 3. in prin. de pace tenend.* vbi dicit, quod iudex vigore arbitrii non poteſt imponere pœnam publicationis bonorum; ergo minime pœnam mortis, quæ eſt maior, hanc etiam partem negatiuam tenet Alexand. *in conſil. 5. colum. fin. in fin in 1 volum* & Card. *in c. ex litteris. 11. de conſtitut.* Et iſti, qui tenent hanc contrariam partem, ponderant TRIA ALIA IVRA, potiſſime. PRIMO videlicet text. *in l. 1. in verſ. temporarii. ff. de furibus balne* vbi dicitur, quod fures nocturni puniuntur extra ordinem. Verum eorum pœna non debet excedere opus publicum temporarium; ergo ſi damnarentur ad mortem, excederet pœnam operis publici. SECVNDO ponderant text *in l. 1. §. expilatores ff. de effract.* vbi ponitur primo pœna in liberum arbitrium iudicis, & poſtea in fine dicitur, quod in plebeiis non debet excedere pœnam operis publici, in nobilibus pœnam relegationis

62 TERTIO, † ponderant tex. cum ibi not. per gloſſ. & Dd *in c. inquiſitionis. 21 in princ. de accuſat.* vbi eſt deciſum, quod de iure canonico, quando proceditur per inquiſitionem, iudex imponit pœnam ordinariam delicti, ſed extraordinariam, & ſic arbitrariam. & tamen per hanc pœnam arbitrariam non poteſt imponere ordinariam, ſed minorē, & ita declarat Abb ibi *in fin colum.* Ergo concluſiue ſequitur de neceſſitate, quod non poteſt imponere pœnam mortis; quia non eſt mitior, ſed maior, & acerbior cæteris pœnis. Confirmari poteſt hæc opinio ex his, quæ dicit Bald. *in l. quicunque. 4. colum. 4. verſ. ſcias etiam, &c C. de ſer. fugit.* vbi dicit quod iudex in arbitrariis debet eligere minorem pœnam. Si quis vellet tenere hanc ſecundam opinionem, tanquam benigniorem, iuxta *l ſi præſes 32. de pœn & l. ſi de interpretatione 7. ff de legib* poſſet reſpondere ad iura cōtraria, per quæ ſe fundant tenentes primam partem.

63 Et † PRIMO non obſtat gloſſ. *in d § in ſumma. 10.* quia illa loquitur de pœna capitis, non autem de pœna mortis naturalis; & in iure eſt clarum, quod pœna capitalis intelligitur de altero tribus modis, ſcilicet de morte ciuili, & amiſſione ciuitatis, puta per deportationem, vt quia caput eximitur de ciuitate, vt eſt text. *in l 1. in princ. ff. de pœnis. & l. 2. ff de publ. iud.* & text. iuncta gloſſ. *in l ſed ſi quis 7. §. 1. ff. ſi quis caut.* & not. gloſſ. *in l hos accuſare. 12. §. omnibus. 4. in ver. capitis. ff. de accuſation.* In dubio autem, quando lex irrogat pœnam capitalem, intelligitur de minori ex illis tribus, ſcilicet de exilio, ſiue deportatione, text. eſt iuncta gloſſa notabili *in l. 1. C. ne Iudæ. mancip. Chriſt* & tenet Bald. *in l. final in fin C. qui manumit. non poſſunt* & Ioan. de Imola *in d. l 2. ff. de publ. iud.* & Bald. *in d. l. quicunque 4 colum. 4. verſ. ſcias etiam, &c.* SECVNDO, † non obſtat *d. lib. ſaecularis 7. alias l 9 § ſunt quædam. 3. ff. de extraordin. crimin* quia ibi non dicitur de pœna mortis, ſed quod præſides poſſunt exequi vſque ad pœnam capitis, vnde poteſt intelligi de pœna capitis minori, prout modo dixi: imo conſidero, quod de neceſſitate debet ita intelligi ille textus: quia ſi bene ponderetur, loquitur de delicto non conſummato Loquitur enim de illis, qui tenebant quoſdam lapides ad offendendum: non tamen ſecuta erat offenſio Patet ibi, dum dicit, quod ipſa res mortem comminatur Sed vbi ſumus in delictis † non conſummatis, nunquam imponitur pœna mortis in arbitrariis, ita notanter tenet Bald. *in conſ 343 colum. 2 in 3. vol.* quod conſilium incipit; *Cicchus, &c* & Felin. *in d c. ex literis 11. colum penult. verſ. 2. de conſtit.* TERTIO non obſtat. *d l. 2 C. de his qui latr.* quia ibi expreſſe ex legis diſpoſitione datur poteſtas illis iudicibus imponendi dictam pœnam mortis in illo crimine; vnde tunc ceſſat dubium, an pœna arbitraria ſe extendat ad mortem; quia quando lex dat amplum arbitrium iudici, vſq; ad mortem, non eſt dubium, quod poteſt imponere dictam pœnam, quia cenſetur id factum auctoritate legis, ita dicit Ioan de Imol. *in d. l 2. ff. de pub. iud* quem refert & ſequitur Ang. de Aret. *in d. § in ſumma. 10 Inſtit. de iure iur* ſed nos loquimur in caſu dubio, ſcilicet, quando ſimpliciter fit mentio de pœna arbitraria ſeu extraordinaria.

QVARTO † non obſtat tex *in d l. lex Iulia. 7. § hodie. 3 ff ad leg Iul. repet* quia poteſt pluribus modis reſponderi. Primo; quia loquitur de pœna capitis, quæ poteſt verificari in alia pœna, quam mortis, vt ſupra dixi. Secundo quia poſito, quod intelligeretur de pœna mortis, tamen ibi lex expreſſe hoc cōcedit, attenta immanitate criminis; loquitur enim de iudice, qui iniuſte interficit innocētem, vnde eſt homicida; propterea non eſt mirum, ſi morte puniri debet, & ſic poteſt dari eadem reſponſio, quam dedi ad *d. l 2. C de his, qui latr* & ſic pœna extraordinaria poteſt comprehendere mortem, quando lex hoc dicit expreſſe, vt ibi. Et ſic data reſponſione ad iura, ſuper quibus ſe fundant tenentes primam partem, cenſetur ſublata etiam eorū opinio; quia ſunt ſublata eorum fundamenta † SI QVIS autem vellet tenere PRIMAM PARTEM, poſſet de facili reſpondere ad iura adducta pro ſecunda parte. Et PRIMO non obſtat *l. 1. de fur. bal* quia ibi lex expreſſe loquitur limitatiue per dictionem, *dummodo, &c.* Dicit enim illos fures eſſe puniendos pœna extraordinaria, dummodo non excedat pœnam operis temporarii, quo caſu quia lex dat poteſtatem limi-

64, 65, 66, 67 (right margin)

mitatam iudici, ſumus in caſu certo; quia iudex non poteſt præterire formam legis, ſecundum Felin. *in d.c. ex literis. 11 colum penult. verſ quinta declaratio, &c. de conſt.* licet ipſe non conſiderauerit hanc reſponſionem. Plus dico, quod ille text. poteſt retorqueri in contrarium. Nam ex eo, quod lex reſtrinxit poteſtatem iudicis ad opus temporarium, eſt ſignum, quod iudex habuiſſet largiores habenas procedendi vſque ad mortem, quando lex ſpecialiter eum non prohibuiſſet; quia alias fruſtratoria fuiſſet illa reſtrictio legis, quando ſine ea iudex fuiſſet reſtrictus, quod non eſt dicendum, *l. quod Labeo. 9. ff. de Carbon. edict.* SECVNDO non obſtat *d. l. 1. § expilatores. 1 in fin. ff. de effract.* quia ſimiliter ibi lex loquitur limitatiue per dictionem, *dummodo.* vnde tollitur eo modo, quo præcedens. TERTIO non obſtat *d. c. inquiſitionis. 21. de accuſat.* quia ibi lex loquitur

68 per † verbum, *moderari.* & vbi lex concedit arbitrium iudici, per hoc verbum, quod habeat moderari pœnas, nunquam poteſt imponere pœnam mortis, quia illud verbum, *moderari,* importat diminutionem pœnæ, ita tenet Maria. Soc. *in d. c. inquiſitionis. 21. de accuſ.* & Felin. *in d. c. ex literis 11. col. pen. verſ. 5. declarat, &c.* QVARTO non obſtat dictum Bald. *in d l. quicunque. 4. C. de ſeruis ſug.* in quantū dicit, quod

69 in arbitrariis † iudex debet eligere mitiorem pœnam. quia illud intelligitur niſi qualitas, & atrocitas delicti aliud ſuaderet, vt ſi quis daret alapam officiali, non debet puniri pœna mortis, ſecundum Bald. *in c. 1 §. iniuria. in prin. de pace iurau. firm.* Non enim eſſet æquum, quod tunc ſtante crimine atroci & enormi, iudex imponeret pœnam mitiorem; quia non eſſet pœna conueniens, & æqualis delicto, iuxta *l. ſancimus. 22 C de pœn.* & hoc ſentit Alexand. *in conſil. 111. colum. 4. in 1 volum.* & Ang. de Aret. *in d §. in ſumma 10. Inſtit. de iniur.* & Abb. *in d. c. ex literis. 11. colum fin* Ex quibus reſponſionibus apparent ſublata fundamenta vtriuſque partis, vnde vtraque pars redditur dubia valde, adeo, vt Cæſarea deciſione opus eſſet. Quid ergo erit tenendum? DICO in tanta opinionum varietate, quod PRIMA OPINIO AFFIRMATIVA EST MAGIS COMMVNIS; cum aliquali tamen limitatione & modificatione. Vnde facio concluſionem, quod iudex IN ARBITRARIIS POTEST SE EXTENDERE VSQVE AD POENAM MORTIS NATVRALIS. Hæc concluſio probatur per text. *in l. ſacrilegii. la. 6. ff ad legem Iul. pecul.* vbi narratiue dicitur, quod dato, quod pœna ſacrilegii ſit arbitraria; quia pro qualitate perſonæ irrogatur; tamen quandoque aliqui ſacrilegi combuſti fuerunt, & ſic probat, quod in pœnis arbitrariis iudex poteſt imponere pœnam combuſtionis, & ſic mortis naturalis, & ita ad hoc inducit illum text. Abb. *in d. c. ex literis. 11. col. fin. de*

70 *conſtit.* & ibi etiam Felin. *in final. verbis.* Iſtam † concluſionem declara, & LIMITA PRIMO procedere in delictis conſummatis, & perfectis, ſecus in attentatis tantum, & nō conſummatis; quia in eis nunquam iudex ex arbitrio poteſt imponere pœnam mortis, ita tenet Bald. *in d. conſil. 444. incip. Cecbus, &c. colum. 2. in 3. volum.* & Felin. *in d. c. ex literis. 11. colum. pen. verſ ſecunda declaratio, &c.* Et ratio eſt in promptu; quia hodie ex generali conſuetudine nunquam punitur delictum attentatum, ſicut conſummatum, ſed mitius, & ſic non punitur affectus, niſi ſequatur effectus, etiam in atrocioribus, vt not Alexand. & Paul. de Caſtr *in l. 1 §. 1. in fin. ff. quod quiſque iur.* & Card. Alexan. *in c. 1. §. ſi vero voluerit. in fin. de Cap. qui cur. vend.* & Angel. *in conſil. 14. in 1. colum.* vbi dicit, quod iſta conſuetudo eſt approbata per totum mundum, & Bald. *in l. ſi fugitiui. 3. C. de ſeruis fugitiuis.* & Salic. *in l. is qui cum telo. 7. C. ad legem Cornel. de ſicar* & Bartol. *in l. 1 § diuus 3 ff eodem titul.* & Matthæus de Afflict *in conſtitut. aſperitatem colum. 3 in ſecundo notabili* vnde ſi iudex imponeret pœnam mortis in attentatis, puniret affectum ſicut effectum; quia maior pœna dari non poteſt, quam ſit pœna mortis. ADDITIO. Adde textum *in l. ſæcularis. 7. in princ. ff de extraord. crimin.* vbi ille, qui ingreditur domum alicuius cauſa furandi, tamen non deuenit ad actum furandi, punitur extra ordinem, & probatur *in l. 1. in princ. ff. de extraord. crimin. iuncta l. quamuis adulterii. in fin. ff. de adulter.* per quæ iura ita conſuluit Alexand. *in conſil. 111 libr. 1.* quæ quidem pœna non poteſt excedere relegationem in quinquennium, vt conſuluit Alexander *conſil 65 in vltim colum in 3. lib* & conſuluit ſecundum prædicta Grammat. *in conſ 36. in vltim colum* Petr. Foll. r. V. I. D.

SECVNDO LIMITA, † dummodo ſit delictum ita graue attentis ipſius circumſtantiis, quod mereatur pœnam mortis, exemplum poteſt poni in eo, qui dat alapam Officiali: nam iniuria eſt, verum attenta ac iſta inſtantia reſpectu qualitatis perſonæ, cenſetur atrociſſima, vnde in hoc caſu iudex poteſt imponere pœnam mortis: ſecundum Bald *in d. c. 1 § iniuria in pr. de pace iur firm* & Ioan de Ana *in c. inquiſitionis. 21 in fin illius princ de accuſat.* ita etiam tenet Felin. *in c ex litteris. 11. colum. penult. verſic. prima declaratio, &c de conſt.* ita debet intelligi dictum Baldi *in d l. 1. in fin C de his qui latron.* vbi dicit, quod poteſt procedi ad ſupplicium, ſi hoc deſiderat criminis magnitudo: ex hoc ſequitur, quod ſi ex modica iniuria verbali iudex vellet procedere ad mortem, non poſſet; quia non eſſet pœna conueniens delicto, ſed maior, per prædicta, & hoc tenet Angel. de Aret. *in d. §. in ſumma. 10.* & Abb *in d c. ex litteris 11. colum fin.* alias poſſet appellari, vt not. gloſſ *in l. ſi qua pœna, 244. & ibi Bart in fin ff de verb. ſignificat.* & hanc limitationem tenet in effectu Alex. *in conſil. 111. colum. 4 in 1 vol.* & Andr de Iſern *in conſtit Comite.* TERTIO LIMITA, niſi expreſſe lex vel ſtatutum limitaret arbitrium iudicis, vt non poſſit excedere talem pœnam; quia tunc non imponit pœnam mortis. Ita procedit text. *in l 1 ff. de fur. baln. & in leg. 1. §.* 71

*expi-*

*expilatores. 1. ff. de effr.* prout ſupra declaraui. QVARTO LIMITA, niſi lex diceret, quod iudex poſſit, vel debeat pœnam moderari, quia tunc non poteſt imponere pœnam mortis, ita procedit *d. c. inquiſitionis 12. cũ ibi not.* prout ſupra declaraui. ADDITIO Simpliciter, vt refert dom. Auctor, firmauit Bald. *in d. §. iniuria.* quod dans alapam officiali, propter ſingularem inimicitiam, quam habet cum eo, debet ad mortem condemnari, & mouetur per glo. *in §. in ſumma 10. Inſtit. de iniur.* neſcio autem quomodo hoc firmauit Bald. nam dicit, quod ex qualitatibus concurrentibus iudex poteſt arbitrari pœnam vſq; ad mortem; & ideo infert, quod ſi quis daret alapã officiali, puniretur pœna mortis, & tamen præſupponit, ſi daret alapam ex ſingulari inimicitia; ergo non intuitu officij, & ſic non concurrit qualitas aggrauans, & adeo grauis, vt deberet condemnari ad mortem: vtcunque tamen ſit, hodie non procedit illud dictum Bal. *per conſt. regni. vt participatio. & conſtit. eos tantum.* nã ſi ſit iniuria dum exercet officium, licet in curia regis non moretur, faciens iniuriam incurrit pœnam duplicatam; per *d. conſt. eos tantum.* & ſi moretur in curia regis, licet ei fiat iniuria non in exercitio officij & propter particulare odium habet locum pœna duplicata, ſed ſi officialis nõ commoretur in curia regis, & fiat ei iniuria ex odio particulari, non quando exercetur officium; tũc ceſſat pœna duplicata; quia iniuria videtur facta vt priuatæ perſonę, ita declarat Affl. *in conſtit. vt participatio. n 3. q. P. F. V. I. D.* QVINTO limita, † quando
72 arbitrium datur iudici in pœnis à iure expreſſis, prout eſt in actione iniuriarum, in qua eſt ſtatuta pœna corporalis & pecuniaria, ad arbitrium iudicis, *l. iniuriarum æſtimatio. 21. & l. fin. ff. de iniur. & l. Pedius. 4. §. 1. ff. de incen. rui. naufr.* tunc enim iudex propter enormitatẽ iniuriæ poteſt arbitrari mortem; ſecus eſt, vbi iudici datur ſimpliciter arbitriũ puniendi in pœnis, non à iure expreſſis; quia tunc non poteſt facere crimen capitale, quod non eſt ca-
73 pitale, nec poteſt imponere pœnam mortis, vbi crimen non eſt capitale, ita declarat Fel. *in d. c. ex literis 11. col. pen. verſ. quarto declara, &c.* SEXTO limita non procedere, quando † in ſimilibus delictis eſſet conſuetudo, quod non imponatur pœna mortis, ſed mitior pœna; quia tunc iudex non poteſt imponere pœnam mortis, ſed tenetur ſequi pœnam conſuetudinariam, & ceſſat arbitraria, text. eſt ſingularis *in l. ſi quis reum 4. ff. de cuſt. reor.* facit text. cum ibi not. *in l. hodie. 13. ff. de pœn.* ita tenet Bal. *in l. quicũq; 4. col. 4. verſ. ſcias tamen, &c. C. de ſer. fug.* & Fel. *in c. de cauſis. 4 col. 1. de off. deleg.* & Abb. *in c. inquiſitionis 21 col. fin. de accuſ.* & Alex. *in conſi. 5. col. fin. & conſil. 111. col. 4. in 1. vol.* & Paris *in tract. ſynd. in verb. compoſitio, col. 12 in prin. in c. an ſi delinquens, &c.* & idem Paris *in d. tract. in tit. de off. ſynd. col. 4 & 5. in c. an ſi poteſtas &c.* vbi multum notabiliter loquitur, quod ſi iudex excedit pœnam ſolitam, dicitur grauare partem, & poteſt appellari, & tenetur in ſyndicatu, & per hoc infert, quod in regno ſi quis condemnatus ad vnam vnciam, non ſolet exigi tota vncia, ſed tantum vnus carenus vel duo, & non vltra, maxime attenta paupertate condemnati. Et cum iſtis limitationibus ſit expedita præſens notabilis & dubia quæſtio. ADDITIO. Inquit enim Do. Auctor, quod iudex non debet excedere pœnam ſolitam imponẽdo, & bene dicit; eſt enim ratio: Quia
74 practica † eſt vera intellectrix legum, vt eleganter inquit Bald. *in c. 1. in prin. verſ. & ideo quando capiuntur, de feud. ſine cul. non amit.* cuius dictum reaſſumit Dec. *in conſ. 151 reuocatur in vltimis verbis.* & inquit Bal. *in l. illud 19 ff. de excuſ. tut.* per illũ text. quod ab antiqua practica non eſt recedendũ, & idem dicit *in conſ. 472. ſtatuto communi Papiæ. 2. col. in 1. lib.* quæ verba ſatis commendat Dec. *in c. ſ. 11. quoniam iudicantiũ reſponſa, in 8. colum. verſ. ad hoc fundamentum,* hinc etiam eleganter dicebat Bald. *in l. de quibus. 32. in 7. colum. verſ. item quæritur. ff. de legib.* quod quoties ſtylus infringitur, non valet, quod agitur, quæ omnia refert & ſequitur Cor. *in memor. in verbo pract.* Petr. Fol. V. I. D. VLTIMO ſuper † hac materia poſſet 75
dubitari, AN QVANDO DELICTVM EST COMMISSVM PER CVLPAM, ET NON PER DOLVM, POSSIT CRIMINALITER AGI EX TALI DELICTO CONTRA COMMITTENTEM AD ALIQVAM POENAM AD VINDICTAM. Et hic eſt videndum, quid ſi delictum eſt commiſſum per latam culpam, & quid ſi per leuiſſimam, vnde oritur illud dubium, an in caſibus, in quibus poteſt agi ciuiliter actione legis Aquiliæ, in qua venit leuiſsima culpa, *l. in lege 44. ff. ad leg. Aquil. & c. ſi culpa 10. & ibi Abb. de iniur.* poſsit agi etiam criminaliter ad aliquam pœnam. Volui oportune attingere hic iſtud dubiũ propter DVAS REGVLAS, quę ſunt tritæ in iure. Quarum PRIMA eſt; Quod nullum delictum committitur ſine dolo, & non irrogatur pœna, vbi doloſe non fuit commiſſum maleficium. ALIA eſt; Quod in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo. Prima REGVLA probatur per tex. *in l. 1. C. ad leg. Cor. de ſicar.* vbi dicitur, quod homicidium commiſſum ſine dolo, & ſine animo occidendi, non punitur. Itẽ probatur per *l. qui iniuria, 53. ff. de fur. & l. quod reip. 33. ff. de iniur.* vbi dolus & propoſitum diſtinguunt maleficia hominum, & per *l. cum autem 23. §. excipitur. 4. ff. de ædil. edict.* vbi dicitur, quod is, qui non fuit in dolo nõ poteſt incidere in pœnã capitalem, idem tenent Bald. & Sal. *in l. 2. C. de nox. act.* & Alex. *in conſ. 145. incip. poſt editum. col. fin. in 2. vol.* & Ang. *in l. 1.* & ibi etiam Iaſ. *in 4. col. ff. de leg.* & idem Iaſ. *in l. 2. alias l. 3. §. quod prætor. 2. ff. ne quis eum qui in ius voc. & in l. in actionib. 5. col. 8. ff. de in lit. iur.* & Cæp. *in conſil. 34 col. 2.* Secunda REGVLA † probatur per text. 76
& ibi Bart. *in l. lege 7 ff. ad leg. Corn. de ſic. & in l. 1. §. 1.* & ibi Bart. *ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue.* in quibus ru-

iuribus probatur, quod lata culpa non æquiparatur dolo in criminalibus: ergo ſequitur, quod non punit delictum culpa commiſſum, ex quo dolus conſideratur in delictis. Pro veritate tamē huius quæſt. diſtingue tres culpas, ſcilicet, LATAM, LEVEM, & LEVISSIMAM, de quibus plene per Bart. *in l. quod Nerua. 32. ff. depo.* Cęp. *in conſ. 41. col. 3. circa fin.* Si igitur quæris, vtrum delictum commiſſum lata culpa puniatur ad vindictam; dico, quod ſic. Verum ſtat dubium in pœna, & veritas eſt, quod nō puniatur eadē pœna, qua puniretur, ſi doloſe commiſſum fuiſſet, & in hoc nullus diſcrepat. Ita proprie loquitur text. *in d. l. in lege. 7. ff. de ſic.* & ita procedit illa regula, quæ ſe habet, quod lata culpa non æquiparatur dolo in criminalibus; quia debet intelligi, quo ad æqualitatē pœnæ. Reſtat tamen dubium circa qualitatem pœnæ, ſcilicet, poſito, quod mitius puniatur, quam doloſus, prout eſt veritas, an iſta pœna poſſit eſſe corporalis, ſeu capitalis? in hoc reperio aliquam diuerſitatem opinionum. Nam Bart. *in d. lib. 1. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fuer.* dicit, quod non. Idem tenet *in d. l. in lege. 7. ad leg. Corn. de ſic.* ſc. quo ad pœnam corporalem lata non æquiparatur dolo. Sed Ang. *in conſil. 287. col. pen.* nixus fuit reprehēdere Bart. propter ſui generalitatem, in quantum videtur innuere, quod in nullo caſu ex lata culpa poteſt quis corporaliter puniri. nam dicit ipſe, quod imo multi ſunt caſus, in quibus ex lata culpa punitur quis capitaliter, etiam ad mortē, alleg. tex. *in l. 1. C. de priua. car. & in l. 1. iuncta gl. C. nem. lic. ſig. Salua &c. & in l. fin. C. ad leg. Iul. de vi.* Ad idē eſt text. *in l. milites. ff. de cuſt. reor.* Ego autem puto, quod Bart. non meretur reprehendi, imo bene loquitur, & non eſt mens ſua illa, quam dicit Ang. Nam ſolum tenet, quod quo ad pœnam corporalem lata culpa non æquiparatur dolo. & bene dicit; quia eſt ipſa veritas, & probatur per *d. l. in lege.* Nam non imponitur eadem pœna corporalis pro culpa, quæ imponitur pro dolo. Sed quod pro lata culpa non poſſit irrogari pœna corporalis, hoc non dicit Bart. & ideo non meretur reprehendi. Vnde firmo iſtam concluſionem, tanquam veram & communē, quod pro lata culpa poteſt quis puniri corporaliter, non tamen eadē pœna corporali, qua puniretur pro dolo, ſed mitiori & leuiori, ita tenet Cæp. *conſ. 133. col. 4. & conſ. 34. col. 2. & in conſ. 12. col. 3.* pro hoc eſt text. *in l. in lege. 4. § cum quidam ff. de ſic. & in l. 1. §. fin. & §. diuus. 3. eod. tit. & l. ſi fortuito. 11. ff. de incen. rui. naufra.* ADDITIO. Adde, quod Bald. *in l. 1. ff. de leg.* dicit, quod aut pœna requirit atrocitatem delicti, vt quia eſt pœna ſimiliter atrox, & corporalis; & tunc requiritur dolus, & ſi ceſſat dolus, ceſſat illa pœna ita atrox, per *l. nec exemplum 20. C. de falſ. & l. 1. ff. de arb.* aut pœna non requirit atrocitatem delicti, vt quia eſt pecuniaria; & tunc ex quo legislator non facit mentionem doli, non exigit, ſed ſufficit lata culpa, & leuis forte, *l. qui ædes 9. de inc. rui. naufr.* ſed forte leuiſſima non ſufficit; quia leuiſſima non eſt maleficium, per *l. ſi cuius. 13. §. de præteritis. 2. ff. de vſufruct.* dicit etiam, quod in pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo, ſed mitius quis punitur ratione latæ culpæ, quam ratione doli, hæc ſunt verba Baldi, & Bartol. *in l. quod Nerua 32. ff. depo.* diſtinguit, quod aut loquimur in actionibus deſcendentibus ex contractu vel quaſi, & lata culpa æquiparatur dolo; aut loquimur in actionibus, ſeu accuſationibus deſcendentibus ex delicto: & tunc aut quæris quo ad pœnam corporalem, & lata culpa non æquiparatur dolo, vt *l. 3. §. 1. ff. ad leg. Corn. de ſic.* aut quo ad pœnam pecuniariam; & tunc, aut lex ſiue ſtatutum requirit expreſſe dolum; aut loquimur ſimpliciter: primo caſu non æquiparatur dolo, *l. 1. § ſi quis. 4. ff. ne vis fiat ei.* Secundo caſu æquiparatur dolo, hæc ſunt verba Bartoli, Ang. *in l. in actionibus, 5. ff. de in lit. iur.* refert, Bartol. dixiſſe, quod in nullo caſu poteſt quis corporaliter puniri, ſed ipſe dicit, ſe conſuluiſſe cōtrarium, & eſt in conſ. alleg. per D. Auctorem hic, & de hoc dicit eſſe caſum *in l. ſi quis aliquid. 38. §. qui abortionis. 5. ff. de pœn.* ſed vltra quod Bart. non dicit, illud quod dicit Ang. vt conſiderat d. Auct. hic text. *in §. qui abortionis* non facit pro opinione ſua; nam licet ibi probetur, quod pro lata culpa quis punitur corporaliter, non tamen probat, quod corporalis pœna debet imponi pro lata culpa: vbi lex expreſſe nō expreſſiſſet pœnam corporalem. Ideo autem lata culpa ibi punitur corporaliter: quia lex ita diſponit, & ſic non facit ad rhōbum ſiue ſtatum quæſtionis, prout ita reſpondet Bart. *in d. l. quod Nerua. 32.* ad alium effectum, & ſic dicendum eſt ad text. *in l. milites ff. de cuſt. reor.* & dicta Bar. & Bald. *in l. 1. C. de nox.* & ita tenet Io. Mille. *in pract. crim. fol. mihi 110. nu. 3. cum ſeq.* Adde Io. Coraſ. *in ſuis Miſcel. lib. 4. c. 2.* vbi notabiliter itē eſt aduertendum, quod Bar. *in l. perſpiciendum 11. § delinquitur. 2. ff. de pœn.* tenet, quod etiam pro culpa leui & leuiſſima quis punitur criminaliter, quem ſecutus fuit Cor. *in conſ. 200. n. 5. & conſ. 109. nu. 23. lib. 2.* Soc. *in conſ. 54. in 4. lib. num. 25.* dicit, quod pro leuiſſima culpa nunquam quis punitur pœna ordinaria, ſed pecuniaria, per *l. ſi quis non dicā rapere. 5. C. de epiſ. & cler.* Alb. de Roſat. *in d. l. in lege.* quæritur qualiter puniantur delicta dolo commiſſa, & qualiter commiſſa culpa? & dicit, quod delicta ex animo, & doloſe commiſſa puniuntur ordinaria pœna, ſi à iure communi vel ſtatuto ſit certa pœna ſtatuta, & ſi nō eſt certa à iure, puniuntur extra ordinē, prout conſuetum eſt arbitrio iudicis: ſi autem maleficia non dolo, nec ex animo veniunt, non debent ex toto eſſe impunita, ſed mitius coercentur pro modo & qualitate culpæ & facti, ex conditione perſonarum, & ita dicit debere intelligi illum tex. *in l. in lege Cornelia. 4. ff. de ſicar.* & per text. *in l. 1. C. de ſicar.* hæc ſunt verba ſua, pro quo vide Dec. *in conſ. 18.* & Marſ. *conſ. 77. nu. 6. lib. 1. & conſ. 91. num. 15. in 2. lib. & conſ. 128. & conſ. 137.* & Petr. de Anch. *in conſ. 285.* & Marſ. *in l. de minore 10. ff. de quæſt.* Raph. Cum. *conſ. 134. in fin.* Marſil,

ſil. in l. 1. §. diuus Adrianus. 3. ff. ad leg. Cor. de ſic. Gram. conſ. 68. & in vol. 21. & in deciſ. 5. num. 29. Petr. Foller.
77 Hoc patet; quia homicidium † commiſſum per culpam, dicitur crimen extraordinariũ, & punitur pœna arbitraria, ſecundũ Lud. Rom. in l. in actionib. 5. ff. de in lit. iuran. quē ſequitur Matth. de Affli. in rubr. de homic. pun. poſt quã rubricam ſequitur conſt. terminũ vitæ. & probatur per l. ſi adulterium, 38. §. Imperatores. 8. de adult. vbi ſi maritus occidit vxorem deprehenſam in adulterio, non punitur pœna mortis, ſed alia pœna corporali mitiori; & ratio eſt; quia tale homicidium dicitur culpoſum, & non doloſum, ex quo difficile fuit temperare iuſtum dolorem, ita tenet Bal. in l. 1. in 10 q. C. vnde vi. & Alex. in conſ. 76. col. 1. in 1. vol. & Paul. de Caſtr. plene in conſ. 277. in 2. vol. Fuit enim in culpa ratione exceſſus in vindicãdo, & ſic ratione culpæ punitur mitius. Idem tenet Bal. in c. 1 col. 2. de pace ten. & eſt text. in c. olim 12. el. 1. in fin. de reſt. ſpol. & in l. ſi quis in graui 3. §. ſi tamen maritus 3. ff. ad Syllan & in l. diuus. 5. ff ad leg. Pomp de par. & not. Bart. in l. quid ergo. 13. §. pœna grauior. 7. col. 3. in princ. de his, qui not. inf. Cum ergo ex prædictis appareat, quod homicidium culpa commiſſum puniatur pœna arbitraria, & extraordinaria; ſequitur de neceſſitate, quod nõ poteſt iudex imponere pœnam mortis; quæ eſt pœna ordinaria; quia nunquam iudex in arbitrariis poteſt imponere pœnam ſimilem pœnæ ordinariæ in ſimili delicto, vt eſt gl. not. quã ad hoc ponderat Abb. ibi in fin. col. in c. inquiſitionis. 21 in prin. in verſ. alioquin. de accuſ. Si vero loquimur de pœnis pecuniariis ſimpliciter; & tunc ita punitur delictũ per dolum, ſicut per latam culpam; quia tunc lata culpa æquiparatur dolo, ſecundum Bar. in d. l. 1 ff ſi quis teſt. im. lib. eſſe iuſſ ſuer. Pro hoc eſt text in l. 1 §. hac actio. 1. ff ſi men ſal. mod. dix. & ita poteſt intelligi quod not. Bald. in l. 3. §. quod prætor. 2. ff ne quis eum. Illud autem, † quod dixi ſupra, quod delictũ culpa commiſſum punitur mitius, intellige procedere, quando eſt tale delictum, quod principaliter committitur ad iniuriam alterius, prout eſt homicidium, vulnus, furtum, & ſimile. Secus autem in delictis, quæ nõ committuntur ad iniuriam alterius, ſed potius pro expletione libidinis, prout eſt adulterium, inceſtus, ſtuprum & ſimile; quia huiuſmodi delicta, niſi vere interuenerit dolus, non puniuntur aliqua pœna, nec minori, nec maiori, ſecũdum Bart. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu 38 in fine illius prin. ff. de adult. & in l in lege. 7 ff de ſic. † Item in quantum dixi, quod delictum commiſſum per latam culpam, non punitur pœna mortis, ſeu capitali, ſed mitiori. LIMITA primo non procedere, quando eſſet aliquod delictum mali exempli, prout eſt, ſi quis dederit alicui amatorium proculum, vel aliud, vt abortiuum pareret mulier, nam ſi ex hoc ſecuta fuerit mors hominis, punitur pœna mortis, etiam ſi non fuerit in dolo, tex. eſt in l. ſi quis aliquid. 38. §. qui abortionis. 5. ff. de pœn. & hoc eſt confirmatum

78 (margin)

79 (margin)

hodie in regno per conſt. quæ incipit amatoria pocula, quæ plus vult, ſcilicet quod non ſolum ſi fuerit ſecuta mors; verum etiam ſi is, qui biberit amatoria pocula, amiſerit ſenſum, puniatur ille, qui dedit, ad pœnam mort. s; alias ſi non interuenit mors, nec amiſſio ſenſus, punitur per carcerem ad annum, vna cum publicatione omnium bonorum. ADDITIO. Aduertendum eſt, quod text. in d. l. ſi quis aliquid. 38. § qui abortionis 5. ff. de pœn corrigitur per tex. in conſt. regni Neap. Amatoria pocula. per quem text. conſt. ita demum puniuntur dantes poculum abortionis vel amatorium, ſi animo nocendi, & ſi doloſe dederint, text tamen in d §. qui abortionis. etiam non doloſe dantes puniebat, & eſt notandum; quia nemo aduertit. P. F. V. I. D. Secundo LIMITA † non procedere in caſu l. 1 C. de priuat. carcer. vbi iudex, qui non punit exercentem priuatum carcerem, punitur pœna criminis læſæ maieſt. & illud eſt ideo; quia lex putat hoc crimen læſæ maieſt. Tertio LIMITA non † procedere in caſu l. milites. 12. ff. de cuſt. reor. vbi cuſtos carceris punitur ad mortem, ſi ex ſua nimia negligentia, id eſt, ex lata culpa carceratus euaſit, & fugam arripuit, & ibi hoc not. Bart. ſcilicet quod ex delicto commiſſo ſine dolo, quis punitur ad mortem. Idem tenet Oldr. in conſi. 92: vbi hoc extendit procedere etiam in cuſtode arcis Idẽ tenet Bald. in l ad Commentarienſem. 4. C. de cuſt. reor. hinc dicit Bald. in l. ex diui. 4. C. locat. quod cuſtos carceris, & cuſtos arcis æquiparantur. Idem tenet Iaſ in l. in actionibus 5 colum. 7 ff de in lit. iur. ADDITIO. Adde hic Boer. in deciſ 216. & adde, quod de iure conſtit. regni cuſtos carceris punitur publicatione omnium ſuorum bonorum, & debet ſtare carceratus per vnum annum, ſi carcerati aufugerunt eius nimia negligentia: vt cauetur in conſtit. cuſtodes, de qua miror, quod non meminerit dom. Auctor hic. Pet. Fol. V. I. D. Vnum † tamen incidenter adde hic, QVOD HODIE OMNIS POENA ETIAM à IVRE DETERMINATA EST ARBITRARIA IVDICI, adeo, quod poteſt eam ex cauſa diminuere, vel augere, text eſt; iuncta glo. in l. hodie 13. ff. de pœn. per quem text. ita tenet Bald. in l & ſi ſeuerior. 3. C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. & Paul. de Caſtr. in conſ 328. colum. 2. in 2. vol. Et ſuper hoc poſſent exemplificari multæ cauſæ, quas cumulat Bar. in l. quid ergo 13 §. pœna grauior. 7 ff de his qui not. infam. puta, † propter ſenectutem, vel iuuentutem, propter fauorem & ebrietatem, propter calorem iuſtum iracundiæ, vel propter nimiam excellentiam hominis in aliqua arte, vel ingenio, vt dicit Alex. in d §. pœna grauior in addit. ad Bart. quæ incipit: Adde hic, quod iudex, &c. & Iaſ. in l. 1. colum. 3. de leg. ADDITIO. Adde in hoc Gand. in tit. quando pœna au. po. & Gram. in voto 23. Afflict. in conſt. blaſphemantes, & auctorem infra in 6. part. in verbo, executio, num. 21. Et adde, quod in † magna curia vicariæ fuit magna controuerſia in cauſa cuiuſdã filii Matthæi Porterii

80 81 82 83 84 (margin)

inquiſiti de homicidio commiſſo in perſonam cuiuſdam Alguzerii magnæ curiæ Vicariæ: quem interfecerat ex cauſa; quia dictus Alguzerius exercendo ſuum officium in dieb. ante elapſis ceperat eius fratrem carnalem in flagranti crimine, propter quod ilico ſuſpenſus fuit, vnde dolore motus dictus inquiſitus interfecit dictum Alguzerium proditorie, & ſub quadam exactiſſima & excogitata aſtutia; nam ſimulauit extra ciuitatem Neapolim in quadam domo velle c tari facere quendam eius debitorem, ad quem citandum expediri fecerat prouiſiones a curia *S.* Pauli, ſicq; acceſſit ad dictum Alguzerium, eum requirendo, vt vna ſecum accederet ad citandum eum, qui duct s ſpe lucri, acceſſit, & dum eſſent in quibuſdam caſalenis, dictus iuuenis interfecit dictum Alguzerium, quo interfecto intrauit Neapolim, credens ſtare tuto & ſecure, peruentoque ad notitiam magnæ curiæ vicariæ dicto homicidio, miſit ad locũ cadaueris, nec poterat ſciri interfector, verum fuit reperta iu manib. dicti cadaueris prouiſio prædicta curiæ S. Pauli expedita ad inſtantiã dicti iuuenis, propter quod ſtatim fuit ſuſpicatum non fuiſſe interfectũ niſi ab illo iuuene. Ideo captus fuit iuuenis ille, & illinc ad paucos dies tortus, confeſſus fuit delictũ, & licet fuit allegata & probata minor ætas, nihilominus; quia dictum homicidium fuit commiſſum prodirorie, & cum tanta aſtutia, vt nec maior, & ſagaciſſimus potuiſſet cum maiori, ſeu ſimili aſtutia illud cõmittere, condemnauit eum ad mortẽ naturalem, fuitq; reclamatum ad ſacrum regium conſilium, per quod dum inclinatetur ad minorãdum pœnam ratione minoris ę atis ante cauſam notatam voluit Illuſtr. & Reuerend. Cardin. Paccecus locum tenens Regiæ Maieſt. quod omnia tribunalia Neapolitana votarent dictam cauſam coram eo, ſi eſt arbitrarium iudici minorare pœnam ratione minoris ætatis, vel ſit neceſſarium adeo, quod cogatur, & vt perfecta doctrina tradatur in caſu iſto, & pro intelligẽtia pleniori eorum, quæ dicit hic do. Auct. † Eſt aduertendum,
85 quodquinque caſibus excuſatur ætas, & illi ſuccurritur. Primo caſu, innocentia conſilii, vt in infante in quo cum non cadat dolus, intelligendo de infante vſque ad ſeptennium, *de quo in l. ſi infanti. 18 C. de iur. delib.* nam hic non poteſt delinquere; quia caret intellectu, & quidquid videt, ignorat, vt *l. 1. in fi C. de fal mo. & Inſt. de inutil. ſtip. §. pupillus. 9. ver. ſed quod diximus, & l. ſed ſi quemcunque. 5 §. & ideo 2. verſ. ſed & ſi infans, in fin ff ad leg. Aquil* non enim poteſt cadere delictum in eo, qui neſcit quod facit, 15 *q. 1. c. aliquos* Et in *c illa cauenda eaq & can* dicitur, quod mala non ſint, quæ nec crimine mentem implicant, nec conſcientiam ligant hinc dicit Ariſtot. *in c. 1. lib. 3. Ethicor.* quod ea non eſſe voluntaria videntur, quæ vi aut imprudentia fiunt & paulo poſt inquit, his quidem miſericordiæ locus eſt ac veniæ, propterea quod qui ignorat aliquid horum, facit inuitus, q. d. quod ignoratio rerum particularium facit, vt veniæ locus ſit, & licet dicat, pueros voluntarie operati, vt ibi, tamẽ quia ignorant: quid agant, & particularia, in quibus verſantur, merentur veniam, & quod infans & infantiæ proximus non teneatur, voluit Barto. *in l. 1 C ſi aduerſus delict.* & voluit Angel. de Aretin. *in lib. maleſ. in verb. ſcienter & doloſe*, & per text. *in l. infans. 12. ff. ad legem Cornel. de ſica. & l. quod infans 60. ff de rei vend. & Clemen. vnica & ibi gl. de hom* ſin autem eſt aliquis maior infante & proximus adultæ ætati. & hinc tenetur de omni delicto, excepto vitio carnis, vt *c. . ext. de delict. puer. & l ſi minor. 36. ff. ad l. Iul. de adul & l. auxilium 37. §. in delictis 1 ff. de min.* hæc enim ætas excuſatur ex defectu naturalis præſidij, quãtum ad delictum carnis, in cæteris vero non excuſatur. Aliquando ætas excuſatur beneficio à iure conſtituto; quia quadã delicta & alia ſtatuta iuris in maiorib. tantum conſtituta ſunt, vt *l. 2 C. in quibus cau. in integ. reſt non eſt neceſſ & l. ſi fratres, 21. C. ex quibus cauſ. inf. irrog.* quæ vtique in minoribus non ſunt ſtatuta, vt dictis legibus probatur, *in l. 1. §. impubes, 32. ff ad ſenatuſconſ Sillan. & l. minoribus 6. C. de his quibus vt indign.* ſecundum Bald. & Alb *in l. 1. C ſi aduerſ delict.* Aliquando ætati minori ſuccurritur iudicis miniſterio a lege quia datur poteſtas iudici in delictis mitigandi pœnam propter ætatem minorem, non tamen excludendi totam pœnam, per text. *in l. auxilium. 37. §. in delictis. ff. de minor.* & eſt melior text. de iure *in l. impunitas. 7 C de pœn & l impuberem 23. ff de furt.* & hoc quidem caſu videndum eſt, nunquid ratione minoris ætatis cogatur iudex minorare pœnam, vel ei ſit arbitrarium, & in primis gloſſ. *in d l impunitas. 7.* ſentit, quod ſit neceſſarium; id etiam videtur ſentire *Salic. ibi.* id etiam videtur fundari in regula iuris, *l. fere in omnib. 08 ff. de reg. iur.* & tenuit Deci. *in d. l fere in omnibus* & ita voluit *in conſi. 535. in 4 lib. circa fin* idque probari dicit *in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. ff. de adulter* vbi clare probatur fuiſſe remiſſam pœnam inceſtus Claudiæ minori. Idem etiam voluit ante eum Cuman. *in conſil 95. circa fin.* vbi in crimine raptus, pœnam minorari debere ratione minoris ætatis, idque eſſe neceſſarium ſentit hanc etiam partem allegat Deci. *in d. l fere in omnibus*, tenere Bald. *in l. & ſi ſeuerior. 3. C. in quibus cau infam. irrog.* ſed ibi dicit Bald. ſi recte ponderetur, quod ſi pupillus deliquit, hæc minor ætas eſt iuſta cauſa diſpenſandi & minorandi pœnã, non autem dicit, quod ſit neceſſarium, & ſic male allegatur pro parte: pro hac etiã parte allegatur Saly. *in d. l. & ſi ſeuerior. 3* & tamen ibi non dicit aliquid de hoc. allegatur etiam Salycet pro hac eadem parte *in l 1. C. ſi aduerſ delict.* & tamen vt videri poteſt, non apetit, an ſit neceſſarium, imo potius videtur ſentire, quod ſit arbitrarium; hanc etiam eandem partem allegatur tenuiſſe Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. C. ſi aduerſ. delict. & in d. l. & ſi ſeuerior. 3.* licet

non

non bene aperiat, an neceſſarium ſit vel arbitrarium. hanc etiam partem ſecutus fuit Ludou. Bolognet *in conſil 37* alias, *in præſenti caſu*, vbi dicit, quod minor ætas eſt cauſa & ratio intrinſeca legis ad minorandam pœnam, & ita etiam voluit Ang. de Aret. *in libr. maleſ in verb. ad hoc colloquium & tractatum*, ſecundum Grammat. *in deciſ.* 23. ſed vitio impreſſoris voluit allegare in verbo, temere, ſcienter & doloſe, 3 *colum.* mihi. vbi ſpecifice tenet, quod debet iudex ratione minoris ætatis minorare pœnam, & hoc dicit voluiſſe gloſſ. Bart. *in d. l. auxilium. 37. §. in delictis.* 2. & gloſſ. & Bartol. *in l. ſi ex cauſa. 9. §. nunc videndum. 2 ff. eod. tit.* ſed Bart. *in d. §. videndum.* non aperit, an iudex cogatur, licet in *d. §. in delictis* videatur id tacite voluiſſe, tenetque ibi Angel. quod etiam ſi delictum eſſet atrox, minorari debeat pœna. monetur Ang. ad ita tenendum vltra prædictas doctrinas, & alias quas illi allegat rationes. nam dicit, quod hoc, ſcilicet minorare pœnam ratione minoris ætatis, eſt beneficium datum à iure minori; ergo non poteſt ab eo auferri, vt *in c. indultũ. 17 de reg. iur. in 6.* & quod ſit beneficium à iure conceſſum, probatur ſecundum eum, *in d. §. in delictis. 2. l. auxilium. 37. ff de min. & in l. aut facta. 16. §. perſona 3 ff de pœn* nam *in d. § perſona. 3.* clare dicitur, quod habetur ratio ætatis circa pœnas imponendas; ergo illud eſt beneficium à iure tributum, & hanc eandem opin. tenuit ibi Ang. *in addit. ad Ange.* allegat do. Ang. inter alia pro hac opinione Bart. *in l. adminiſtrantes. 41 § fin. de exc. tutor.* & tamen nihil de hoc dicit Bart in libro meo, voluit tamen allegare Bald. *in d l. adminiſtrantes. in d. §. fin.* vbi notabiliter inquit, quod minoranda eſt pœna ratione minoris ætatis; & ſic minor non debet capitaliter puniri, vbi malitia non ſuppleret ætatem; ſed, vbi malitia ſupplet ætatem, etiam minor debet capitaliter puniri, ſecundum Iacob. de Aret. ibi. cuius dictũ ita debere intelligi inquit Bald. *in d § fin.* & ibi etiã dicit intelligi debere tex. *in l. excipiuntur 14. §. fin. ff ad Sid.* & do. Thom. Gram. etiam *in deciſ. 23* dicit, quod non potuit in Bartol. ſuo reperire doctrinam allegatam per Ang. ibique do. Tho. Gram. dicit, hanc opinionem fere communem, & eam eſſe ſequendam, & ita tenet Alb. de Roſa *in d. § in delictis* vbi dicit ſic vidiſſe ſeruari, & hanc opin. tenet Barb. *in l. & ſi ſeuerior. 3. C. ex quibus cauſis inf. irrog. in addit. ad Bald.* CONTRARIAM vero opinionem, quod non cogatur iudex minorare pœnam ratione minoris ætatis, tenuit Bald. *in l. quicunque. 4. C. de ſer. fugit. 5. colum. mihi.* motus arg. text. *in l. qui poſthumos. 4. ff ad Silla.* in ratione literæ, niſi vbi fuerant inſtituti poſthumi hæredes, & ſi non eſſent hæredes, fuit inſtituta vxor, quæ, antequam adiiſſet hæreditatem, in defectum poſthumorum non natorum, mortua fuit ſuperſtitibus aliquibus proximis, qui ſucceſſerunt illi mulieri: fuit dubitatum, an illi hæredes mulieris poſſent petere hæreditatem illam, & diſtinguit iure can quod aut mulier non adiuit hæreditatem ſolum ea ratione; quia territa fuit ſenatuſconſ. Sillan. quia teſtator fuit occiſus; & tamen conſtat non fuiſſe prægnantem, & nihil peperiſſe; & tunc tranſmittitur hæreditas: aut non conſtat eã prægnantem defunctam eſſe: & tunc non tranſmittitur; quia impedimentum eſt de iure communi, quod cauſatur ex plenitudine ventris, & licet ſenatuſconſ. non diſpenſet in hoc caſu, vt tranſmittatur hæreditas, nullam iniuriam facit: quia obſtat impedimentum iuris communis. ſic ergo licet iudex non diſpenſet ſuper minoratione pœnæ, nullam iniuriam facit minori, ſed facit id, quod de iure communi reperitur ſtatutum. Idem videtur voluiſſe Gand. *de pœn. reor. in* 10. *colum mihi.* vbi dicitur tenere, quod ſi ſumus in delictis atrocioribus, iudex ex arbitrio ſuo ratione minoris ætatis poteſt minorare pœnam, ſed ſi ſumus in atrociſſimis, nullo modo ſubuenitur minori ætati, per text. *in d. § in delictis, in 2 parte.* hanc eandem opinionem firmauit, ſi recte ponderetur Bart. *in d. l. 1. C. ſi adu. delict.* prout aduertit D. Joa. Mauri. qui hanc opinionem ſequitur *in tract. de reſt. in c. 133. fol. tamen* 118. & idem repetit *in eo tract. cap. 162. in fol. mihi.* 123. ibique nouũ intellectum tradit ad *l. 1. C. de falſ. mon.* quatenus ille text. voluit impuberem etiam criminis participem delicto non teneri: nam dicit, quod ex eo nõ ſequitur, vt vere ille impubes capax doli iudicãdus eſſet: nam potuit ignorans conſenſiſſe, neſciuiſſe tamen quid ipſe ageret, quam ignorantiam in dubio præſumendam eſſe inquit, & ideo ea lege diſponitur, quod quamuis pupillus præſtitiſſet conſenſum, non tamen ex eo puniendus: quia eius conſenſus eſt imperfectus, inefficax, & immaturus: & hanc opinionem videtur etiam ſequi Afflict. *in conſtit. minorum iura. in 5. not.* Sunt alii, qui tenuerunt, quod in delictis atrocibus minoratur pœna in minoribus, ac in delictis magis atrocibus, non, ſecundum do. Guliel. Meyner. *in d. l fere in omnibus. 108* & Ioan. Franc. Ozer. *Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. in princ.* alij fuerunt in alia opinione, vt dicamus, quod pupillus, ſi deliquerit etiam dolo, non debet decapitari, ſed cogitur iudex miſeratione ætatis minorare pœnã, ſed ſi minor 25. annis deliquerit, capitaliter punitur, niſi minoratio ætatis aliud ſuadeat, & ad mitiorem pœnam iudicẽ perduxerit, vt tenet Dec. ſi recte inſpiciatur *in d l. fere in omnibus.* 108. Alij ibi tenent, quod in atrociſſimis non excuſatur minor. Ioan. etiam de Anan, *in c. 1. de delict. puer.* ſimiliter tenet, quod ſit arbitrariũ iudici minorare pœnam ratione minoris ætatis, & ſic quot capita, tot ſententiæ. QVID igitur DICENDVM pro prima parte, OPTIME facit text. *in d. l. aut facta. 16. §. perſona. 3. ff. de pœn.* vbi clare dicitur, quod in pœnis imponendis habetur ratio ætatis, & ſic id NECESSARIVM videtur: nã perinde eſt, ac ſi dixiſſet, quod debet haberi ratio ætatis, confirmatur per tex. *in l. fere in omnib. 108 ff. de*

*reg. iur.* nam clarum eſt, quod pupillus ſeu minor tenetur ad pœnam pro delicto, *l. 1. C. ſi aduer. delict. cum ſimilibus.* vnde quatenus in illa regula dicitur ſuccurrendum eſſe ætati, nihil aliud videtur voluiſſe, niſi quod pœna minui debeat ratione ætatis, prout ita ponderauit text. illum Dec. ibi, & ſic neceſſarium videtur. & quod hoc ſit verum, probat ineuitabiliter text. ille *fere in omnibus.* ponderando alio modo; nam ſub vna determinatione dicit ſuccurrendum eſſe imprudentiæ, & ætati, ergo æqualiter debent determinari, *l. iam hoc iure. 4. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Cum ergo pœna delicti commiſſi per imprudentiam neceſſario debeat minorari; quia crimen committitur per imprudentiam, quando inaduertenter, & inconſiderate factum ſit, & in eo caſu conſideratur culpa, & non dolus, merito pœna debet mitigari, vt ibi, & probatur *in lib. 3. ff. de ſicar.* & minoratio pœnæ propter imprudentiam non conſiſtit in arbitrio iudicis, ſed in neceſſitate, ergo ita debemus dicere in minori ætate; hoc etiam clare probat text. *in cap. 1. & 2. extra de delict. puer.* vbi in ſpecie dicitur, quod non ita minores puniuntur, ſicut maiores; ergo hoc eſt, & fieri debet ex legis diſpoſitione; hanc eandem opinionem clare probat nouiſſime text. *in conſtitut. minorum iur. § eis autem. ſub tit. de reſtitut. minor.* vbi formaliter text. dicit loquens de minoribus per hæc formalia verba; *eis autem delinquentibus, ſi delictum procedat ex animo, niſi quatenus miſeratio ætatis iudicem mouerit, minime ſubuenimus;* ponderandum eſt enim illud verbum, *ſubuenimus;* nam ex eo infertur, quod illa ſubuentio, quæ ſit ratione minoris ætatis, prouenit ex legis diſpoſitione, & ſic lex eſt illa, quæ ſubuenit, & non iudex, & ſic non eſt arbitrarium: nec refert illa coniunctio, *quatenus;* refertur enim ad eam mediocritatem, ſeu qualitatem pœnæ, quam arbitrabitur iudex, quaſi diceret arbitrari, quænam pœna eſſet imponenda minori de mitioribus propter minorem ætatem, id ſit in arbitrio iudicis; nam illa coniunctio, *quatenus,* ſignificat quantum, ſeu ad quem finem, ſecundum Ciceron. de amic. *quamobrem id primum videamus, ſi placet; quatenus amor in amicitiam progredi debeat.* & in Tuſcu. *magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec quatenus eſſe quodque curandum.* & ſic textus ille perinde eſt, ac ſi dixiſſet, quod non ſubuenitur in totum minoribus in delictis, ſed bene ſubuenitur ad mitiorem pœnam miſeratione ætatis, quantum & vſque ad eum modum, quem arbitrabitur iudex, prout enim qualitas delicti erit, debet moderari pœna. Nec ſemper vno modo, ratione minoris ætatis debet pœna minorari, ſed prout atrocitas, & qualitas delicti expoſcerit, magis enim debet minorari reſpectu vnius delicti, & vnius minoris, quam reſpectu alterius, conſideratis qualitate, atrocitate, & leuitate delicti, ac æqualitate ætatis: & ſic hoc eſt arbitrarium, & poſitum in arbitrio iudicis, & tenendo hanc partem, tota difficultas videtur reſpondere ad text *in l. auxilium 37. §. in delictis, 2. ff. de minorib.* quem text. tam Doct. tenentes primam opinionem, quam ſecundam allegant pro eorum opinione, & tamen videtur facere, & vrgere contra hanc primam opinionem, nam ibi dicitur, quod non ſubuenitur minoribus in delictis, niſi quatenus interdum miſeratio ætatis iudicem ad mediocrem pœnam perduxerit. illud enim aduerbium temporis, *interdum,* ſignificat nonnunquam, ſecundum Plautum *in trinum. 13. 150. nam interdum ibo ad illum.* & eundem in amph. *quæſt. 4. qui interdum ſit Iupiter, quando iubet.* ergo infertur, quod non ſemper debet iudex minorare pœnam, & ſic videtur non neceſſarium, ſed arbitrarium: nam illud dicitur neceſſarium, quod impoſſibile eſt aliter ſe habere. Arbitrarium quoque id dicitur, quod poſitum eſt in arbitrio alicuius, vt ipſe poſſit facere prout ſibi videbitur, & prout opinatur eſſe faciendum, ſecundum Cicer. 1. de fi. *deſiſtunt de iiſdem, de quibus & ab Epicuro ſcriptum eſt, & ab antiquis, ad arbitrium ſuum ſcribere?* Sed tenendo ad hanc partem, pluribus modis reſponderi poteſt; & primo; quia licet illud aduerbium, *interdum,* videatur id inferre, vt ſupra dictum eſt, nihilominus quandoque dictum aduerbium, *interdum,* ſolet poni in diſpoſitionibus, in quibus aliquid fieri debet neceſſario, vt probatur ex dictis Ariſtotel. 1. *Ethic. cap. 3.* inquit enim: *ea quæ voluntaria ſunt, laudantur aut vituperantur: quæ non ſunt, veniam impetrant ac interdum miſericordiam.* clarum eſt enim, quod quæ per vim & non voluntarie facta ſunt, pœnam non merentur, vt ibi inquit Ariſt. & patet per totum tit. *ff. quod met. cauſ.* ſicque illud aduerbium, *interdum,* non facit; vt quæ neceſſario fieri debent, ſint voluntaria ſeu arbitraria. Secundo reſpondetur; quia poſito, quod ibi aduerbium illud ponatur, vt ſignificet illud arbitrarium eſſe; tamen illud arbitrium non debet, nec eſt ita, & taliter, vt totaliter à poteſtate iudicis dependere habeat, an debeat minorari pœna ratione minoris ætatis, ſed ita demum, vt æquitas attendatur, ſecundum Bart. *in l. 1. col. 1. verſ. ad iſtam lectu. oppo. C. de leg.* Bart. *in l. ſi quis maior. 41. 1. col C. de tranſact.* & ibi Bald nec poteſt iudex ratione arbitrii iniquum æquo præferre, alias faceret litem ſuam ſecundum Alex. *in ſupra alleg. § pœna grauior. 7. d. l. 3. ff. de his qui not. infam. & in l. 1. in fin princ. de app.* imo debet in arbitrariis ſemper inclinare in mitiorem partem & pœnam, *cap de cauſis, 4 extra. de off. delega.* & habetur per Baldum *in l ſi fugitiui 3. C. de ſeru. fugit. & in l. ſi diuino 25 in princip. de pœn in l 1. in princip ff. de iis qui ſunt ſui vel alien. iur.* & voluit idem Bald *in l. quicunque. 4. 6. colum. C de ſeru. fugit.* arbitrii enim appellatione non venit libera voluntas, ſed arbitrium boni viri, vt late per Felin. *in c. ſignificauerunt. 36. de teſti in fi.* & dicit Bald. *in lib. in ven. ientis. 13. 2. q. C. de contr. empt.* quod arbitrium eſt æquitas animi declarati habito reſpectu tam ad æquitatem naturalem

turalem, quam ad legum præcepta: nec nouum, tam æquitate naturali, quam legum præceptis, maiori pœna eſſe plectendos eos, qui maioris doli ſunt, quam qui minoris, æquitas tendit potius ad minorationem, quam augmentum, ſecundum Philipp. *5. Ethic. cap 9* nam dicit, quod æquitas dictat, vt iudex non ſit exactus iuris executor in peiorem partem, ſed vt imminuat potius; præcepta enim legum vbique ſunt, vt non omnes æqualiter puniantur, ſed ſecundum qualitatem perſonarum, vt dicit text. *in l. moris. 9. §. ſed enim ſciendum 11. ff de pœn.* & ſecundum qualitatem delicti: & ſic doli, *l. perſpiciendum. 11. ff eod. titul. § plane. 1.* & habetur *in l. aut facta. 16. §. perſona. 3. eod. titul.* Item lex præcipit, quod pœnæ potius molliendæ ſint, quam exaſperandæ, *l. interpretatione legum. 42. ff. de pœn.* præterea ratione minoris ætatis pœnas eſſe moderandas, plures leges ſupra allegaui Item inquit Ariſtot. *in libr. 2. Ethicor.* in hæc verba; *Ad quã maior eſt acceſſio, ea magis contraria eſſe dicimus, ad ſæuitiam quam clementiam ſeu lenitatem, maior eſt, & periculoſior acceſſio.* Ideo plus quoque peccant ſeueri, quam clementes. hinc præclare ait Socrates, Nicoclem Regem admonens vt mitis ſit, & pœnas irroget commiſsis minores: nam potiſsimum eſt, inquit, ipſum rerum punctum attingere. Cæterum quoniam id perdifficile cognitu, maluit circa illud ſubſiſtere, quam præterire, magis enim ad mediocritatem facit quod diminutum eſt, quam quod redundat. Sicque tam æquitate naturali; quam legum præceptis minori pœna ſunt plectendi minores; ergo neceſſarium eſt, quod ita iudex arbitretur, & ſi aliter fieret, poteſt appellari, *l ſi qua 244. de verbor. ſignif.* & ibi gloſſ. & gl. *in c. ſuper his 16. extra de accuſat. in verb. arbitrium.* & voluit expreſſe Bart. *in d. l. antepen: in fin* & idem Bart. poſt gl. *in l. quid ergo. 13. § pœna grauior. 7. pen. col. verſ. vlt. de his qui not. infam.* & Bald. *in c. 1. 8. colum. verſ. & ſcias in tit. de mil. va. qui conteſt.* concordat, vt per Felin *in d. c. ſuper his. 16. 5. colum.* & tanto magis tenetur & arctatur iudex ratione minoris ætatis minorare pœnam; quia ita conſuetum eſt fieri in tota Italia; ſequitur quod eſt neceſſarium, licet eſſet prius ſimpliciter arbitrarium, vt eſt text. *in l. ſæcularii 7. ff. de extraordin. crim.* & not gloſſ. *in l. quid ergo 13. §. pœna grauior. 7 ff de his qui not. infa.* & ſequitur Bald. *in l. quicunque. 4. C. de ſer fug. 6. col.* practica enim eſt vera intellectrix legum, vt inquit eleganter Bald. *in c. 1. in princ. verſ. & ideo quando capiuntur, de feu. ſin. cul. non amit* cuius dictum reaſſumit Dec. *in conſil* 131. reuocatur in vltimis verbis, hinc idem Bald. *in l illud. 19. ff de exc. tut.* per illum tex. not. quod ab antiqua practica non eſt recedendum, & idem repetit *in conſil. 472 ſtatuto Communis Papiæ 2 colum. 1. libr* de quo late per Cot. *in ſuis memor. in verbo, practica.* & quod ita ſit ſeruatum & ſeruetur, habetur per Doct. quos ſupra allegaui, & teſtor Deum, & totam fere Italiam: hæc quoque facere videntur pro prima parte. At pro ſecunda parte vltra allegata ſuperiori loco facit id, quod legitur *in dialogo beati Gregorii quarti,* videlic. de puero quinque annorum, qui iurans & blaſphemans maieſtatem Dei, fuit raptus à diabolo; euenire enim ſolet, quod licet ſit minor ætas in aliquo, ſit tamen tanta in eo malitia, quæ ſuppleat ætatem, adeo, quod propter illam malitiam exacte puniri debeat, ac ſi eſſet maior, vt voluit Bald. *in alleg. l. adminiſtrantes. 41 §. qui corporis. 3. ff. de ext. tut.* & ideo nil mirum, ſi text. *in § in delictis.* vſus fuit illo aduerbio, *interdum*, quaſi diceret, quod talis poterit eſſe malitia, vt licet quis ſit minor, nihilominus non debet ei miſeratione ætatis ſuccurri, hinc dicit Philipp *5. Ethicor. cap. 9.* in hæc verba: quando igitur lex in vniuerſum dixerit, & præter vniuerſale poſtea quippiam contigerit: tunc recte ſe habet, ſi quæ legiſlator omiſit, abſoluteque ac ſimpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus, id quod legiſlator etiam ipſe ſi adeſſet, dixiſſet, & ſi ſciuiſſet, ita præſcribentem legem inſtituiſſet. ſicque iudex ex arbitrio ſibi conceſſo poteſt ſecundum emergentiam, & qualitatẽ caſuum, prouidere, nec aſtringitur, vt magis vno modo, quam altero prouideat: nam dupliciter poteſt eſſe aliquod neceſſarium, ſecundum Auic. neceſſarium ex ſe, & neceſſarium ex alio, *Com. in paraphraſi. 1. de cœlo, vlt. cap. & 8. Phy. com. 79 & 2. cœl. com 71.* ætas ergo non eſt cauſa neceſſaria ex ſe ad minorandam pœnam in caſu propoſito: quia malitia ſupplet ætatem, *c. de illis. 9. de deſponſ. impub. & ibi gloſſ & l. 3 C. ſi min. ſe maior. dix. cum ſimilibus.* ratio enim, quare leges permiſerunt, poſſe minorari pœnam in minoribus fuit, quod & minor dolus in eis videbatur concurrere, quam in maioribus; at vbi tantus dolus, tantaque malitia concurrit, ſicut in maioribus ceſſante ratione diſpenſationis ceſſat diſpoſitio, & ſic minor ætas ex ſe non eſt cauſa neceſſaria; vt minoretur pœna, niſi vt ſupra: nec etiam eſt cauſa neceſſaria ad minorem pœnam minor ætas propter aliud, & ſic legis neceſsitate; quia lex dicit interdum ſubueniendum eſſe, & ſic non ſemper. Item alibi dicit lex, quod malitia ſupplet ætatem, vt ſupra, & vna lex diſtinguitur per aliam; ergo nec ex ſe, nec ex alio eſt neceſſarium ratione minoris ætatis, minorare pœnam. QVID igitur dicendum IN TANTA Doctorum, & opinionum VARIETATE? certe nonnulla poſſent adduci hinc inde pro vtraque parte; tamen non puto recedendum ab iis, quæ alias *in practic. mea cauſa, crimin. in verb pœnis debitis ferantur. & in prag. de ſodomia* dixi, videlicet, QVOD COGATVR IVDEX MISERATIONE ÆTATIS MINORARE POENAM in atrocioribus: at in atrociſsimis concurrente malitia ipſius minoris, non puto ſubueniendum; conſidera tamen qualitatem minoris ætatis, & ita videtur probari *in d. § in delictis 2. l. auxilium. 37. ff de minor in 2 ſui parte.* & ita dico, procedere Doct. Bal. *in d. l. adminiſtrantes. 41. § qui corporis 3.*

& ita fuit proximis diebus in ſacro regio conſ. deciſum in delicto nefando ſodomitico, in minore agente, ſed in patiente nō, & hanc opin tenuit gl. *in d. §. in delictis*, & alii Doct. quos ſupra retuli, & tenendo hanc partem, illud aduerbium, interdum, poſitum eſt, *in d. § in delictis*, non quia res eſſet arbitraria in atrociorib ſed ex eo, ꝙ quãdo delicta ſunt atrociſſima concurrente malitia minoris (quæ ſuppleret ætatē) non erat ſubueniendū. intelligo tamē de eo minore, qui eſt vltra 14. annos, & ita dico iuris eſſe, ſaluo ſemper ſaniori conſ. Res tamē adhuc non fuit deciſa; fuerūt tamē omnes de cōſ. & de magna curia, & regia camera in contrario voto, decē ꝓ vna parte, & decē ꝓ alia, adeo, ꝙ non fuit cauſa determinata.

86 De ſecūda culpa ſ. de leui, ſi quæratur, an delictū cōmiſſum leui culpa puniatur. Dico, ꝙ in hoc reperitur magna varietas inter Doct. quos refert Bal. *in l. data opera. 11. col. 3. C. qui ac. nō poſſ.* & Ang. *in tra. maleſi. in ver. incēdiario.* Nā Cyn. *in l. ſi quis nō dicā rapere. 5. C. de epiſ. & cler.* tenet, ꝙ leuis culpa nō punitur, niſi ad refectionē damni. Verū ſi nō habet in ære, luat in corpore, *l. qui ædes. 9. ff. de incen. rui. nau* Sed contrariū tenet Bar. *in l. perſpiciendū. 11. §. delinquuntur. 3. ff. de pœn.* vbi dicit, ꝙ leuis culpa punitur criminaliter, idē Bar. *in l. fi. ver. quærit. gl. &c. ff. de prin. delict.* vbi dicit, ꝙ vbi habet locū actio l Aquiliæ, ibi pōt quis criminaliter accuſari, ꝓ hac parte facit tex. *in l. ſi ſortuito. 11. iūcta gl. in ver. luxuriæ. ff. de incen. rui. nau.* vbi expreſſe dicitur, ꝙ punitur culpa dolo proxima & iſta eſt lata, vel luxuriæ, id eſt, latę proxima. & iſta eſt leuis. Idem tenet Cæp. *in cōſ. 33. col. 4. & cōſ. 41. col. 3.* vbi dicit ꝙ leuis culpa punitur leuius. 87 † In hac varietate placet mihi quædā diſtinctio, q̃ facit Bal. *in l. data opera, 11. C. qui accuſ. nō poſſ. col. 3 circa mediū.* videlicet, vt diſtinguamus: aut culpa leuis cōſiſtit in omittēdo, ſeu negligēdo; & nō punitur, niſi ad æſtimationē damni; & ita loquatur opin. Cyn. aut cōſiſtit in faciendo, & ita loquatur opin. Bar. & ſequaciū. Hanc diſtinctionem puto veriſsimã, & confirmo eam per duo iura, ſ. per *d. l. qui ædes. 9. ff. de incē. rui. nau.* vbi dicitur ꝙ ſi per negligentiā fuerit commiſſum incendiū, tenetur negligēs ſarcire damnū, & ſi idoneus non ſit, leuius caſtigatur, & ꝙ ille text. loquatur de leui culpa in omittendo, ꝓbatur; quia loquitur de negligentia ſimpliciter; nā eo ipſo, ꝙ quis negligit, dicitur omittere. Itē magna, ſeu nimia negligentia dicitur lata culpa, *l. cedere diē, 213 §. fi. ff de verbo. ſig. & l milites 12. ff de cuſtod. reor.* Ergo quando punitur ſimpliciter ſine illo
88 adiectiuo, magna, debet intelligi de leui † Sicut diximus, quādo ſimpliciter fit mētio de culpa, intelligitur de leui. gl. ēt & ibi Bar. *in fi. in l. in venditione. 8. §. 1. ff de bo. auth. iud. poſſ.* & Alex. *in l. ſi mora. 9. col. 4 ff. ſolut. matr.* & idē Alex. *in conſ. 45 in 1. vol.* Secundo cōfirmo per *capitalium. 28 § incendiarii. 12 ff. de pœn* vbi dicitur, ꝙ fortuita incendia, q̃ per negligentiā commiſſa fuerūt, ciuiliter coercentur, vel modice vindicantur, intelligo illā alternatiuā, ſ. quando negligēs non habet in ære, tunc luat in corpore ſecundum formam *d l qui ædes. 9.* alias contrariaretur illi l. vbi eſt ſimilis caſus. nam vna lex debet ꝑ aliam diſtingui. *l. ſed & poſteriores ff. de legib.* ſed quādo culpa leuis conſiſtit in faciendo, tunc punitur, & probatur per *d. l. fortuito. 11. iuncta gl. in ver. luxuriæ.* eo modo, quo ſupra declaraui, & ita cum iſta diſtinctione pertranſeo.

Tertia † culpa, ſ. leuiſsima, an puniatur criminali- 89
ter. Breuiter, quidquid teneat Bar. *in d. l. fi ff de prin. del. circa fi. & in d. l. perſpiciendū. 11. §. delinquitur. 3.* veritas eſt, ꝙ leuiſsima culpa non punitur, niſi ciuiliter ad æſtimationē dāni, ita tenet Cy. *in d. l ſi quis nō dicā rapere. 5. C. de epiſ. & cler.* & Bal. *in d. l. data opera 11. col. 4. circa fi. C. qui accu. non poſſ.* & Alex. *in addit. ad Bar. in d. §. delinquuntur. 3.* & Ang. *in tract. maleſi. in ver. incendiario. col. 3.* vbi allegat vnum conſ. Salic. † Nunc ergo ſi 90
quæris, an vbi habet locū actio l. Aquiliæ, habeat locum, ēt, pœna criminalis? potes reſpondere ex prædictis; nam ſi damnum eſt datū lata culpa, in cōmittēdo, pōt criminaliter accuſari. Si vero eſt leuis culpa negligendo, agitur ciuiliter tantū. Verum, ſi non habet in ære, luit in corpore, vt *d. l qui ædes 9 & d. §. incendiarii. 12* Si vero eſt leuiſsima culpa; tūc ſolū agitur ciuiliter ad damnum, vt ſupra. Verū eſt aduertendum; quia tunc demū agitur ad damnū ex leuiſſima culpa, quādo eſt in faciēdo: ſecus ſi eſt in omittendo, quia tunc ceſſat actio legis Aquiliæ, ſecundū Ale *in l domos hæreditarias. 58. ff. de legat.* & habetur *in deciſ. cōſ. Neapol. col. fi.* Pro hoc eſt tex. formalis *in l. ſi cuius. 13. §. denique. ff de uſufr.* & ꝓ hoc habes limitationem ad *l. in lege, la. 2. 44. ff. ad leg. Aquil.* vbi dicitur, ꝙ in l. Aquilia venit leuiſsima culpa, quia debet intelligi, dūmodo cōſiſtat in faciendo, alias ſecus. † Præ- 91
dicta tamen intellige, quod licet quis poſſit in aliquibus caſib. criminaliter puniri ꝓ culpa, hoc tamen intelligitur mediante accuſatione offenſi. nam per viam inquiſitionis iudex nūquā procedit ꝓ delicto culpa omiſſo, niſi dolus vel lata culpa interueniat, vt dicam infra *in 6 parte huius tract. 1. in materia inquiſitionis, verſ. 10. principaliter, &c.* † Vidimus huc vſque 92
ſatis abūde duo mēbra huius principalis diſtinctionis iudicii, ſ. quādo dicatur iudiciū ciuile, & quādo criminale, ſupereſt videre De Tertio membro, ſ. de Iudicio misto. Super quo dico, quod in terminis noſtris, de quibus loquimur in hac prima diſtinctione, iudiciū miſtū dicitur illud, quod participat de criminali, & de ciuili, vt eſt quādo pœna venit applicãda ꝓ parte fiſco, & ꝓ parte parti. Pōt poni exēplum in crimine iniuriarū, quādo porrigitur ſecundum formam *conſt. varietates*, ſ. vt pœna æſtimationis iniuriæ applicetur pro duab. partib. curiæ ſeu fiſco, & ꝓ tertia parti offenſæ. Similiter pōt poni exēplum, dictāte ſtatuto, ꝙ quicunq; accuſauerit bannitū, lucretur dimidiū pœnæ banni, vt not. Bart. *in l. ſenatus 15. §. ſenatus. 3. ff de iu. fiſ* & ꝙ talis cauſa dicatur miſta, tenet Alex. *in conſ. 66. col. 1. verſ. vel verius, &c. in 1 vol.* & Ant. de Butr. *in rub. de iud.* & Alex. *in cōſ. 82. col fi. in 1. vol.* & Matt. de Affl. *in d. cōſtit. varietates, col. 3.*

pro

93 pro hoc allegatur tex *in c. tuæ 5. in fi. de proc.* † Ad vnũ tamen eſt aduertendum, quod quando agitur ad pœnã pecuniariam in iſto iudicio miſto, non debet agens concludere, quod pœna applicetur pro parte ſibi, & pro parte fiſco, ſed quod tota applicetur fiſco, & poſtea à fiſco diuidat. cũ ipſa parte, alias nõ procederet libellus. ita pulchre tenet Ang. de Are *in §. pẽ 39. col. 4. in fi. ver. vnum tamẽ, &c. Inſt. de act.* Mouetur per id, quod dicit Bar. *in d. §. ſenatus 3.* & idẽ Bar. *in d. l. 1. C. de vend. re fiſ. cum priu. lib. 10.* vbi habetur, quod quãdo fiſcus habet rẽ cõmunem cum priuato, ipſe fiſcus diuidit; imo ratione partis, quã habet in re, põt totã rem vendere, vt ibi habetur. Et prædicta ẽt tenet Sal. *in l. 3. verſ. vlterius ab extra. &c. C. ad leg. Falc. d.* fatetur tamen Bar. *in d. l. 1* quod ſi quis ſolueret illi priuato agenti, eſſet liberatus, vt
94 ibi per eũ. † Supereſt hic attingere vnũ dubiũ valde neceſſariũ in hac materia, & eſt tale, videlicet ſtante in regno regia prag. prima, quæ incipit, diſpendia, quæ vult, quod in omnib. cauſis ciuilib. vel miſtis procedatur ſine figura iudicii. Quæro, an intelligatur de iſtis cauſis miſtis, ſ. quãdo pœna venit applicanda pro parte fiſco, & pro parte parti. Effectus eſſet magnus; quia multæ ſolennitates, quæ requirũtur in libello accuſatorio, tollerentur per illã clauſulã: *ſine figura iudicii, &c.* in hoc præſuppono, quod cauſa miſta põt cõſiderari dupliciter, ſ. vno modo, quo ſupra dixi, quãdo pœna applicatur fiſco, & parti. Alio modo, quãdo ex delicto agitur ciuiliter, vt declaraui in præcedentibus; nam tũc cauſa nõ põt dici mere ciuilis; quia deſcendit ex delicto; minime põt dici mere criminalis, ex quo agitur ciuiliter, & non ad pœnã ordinariã, vnde dicitur miſta. Iſte eſt proprie tex. & ibi gl. *in c. tuæ, 5. in fi. de proc.* per quẽ ita tenet Abb. *in rub. de iud. col. 2. verſ. ſecũdo principaliter, &c.* I. modo, dicitur cauſa miſta, reſpectu pœnæ; quia applicatur fiſco, & parti, per ea, quę habẽtur per gl. & Ba. *in l. Prætor. 3 ff. de ſepul. viol. in l. lege Agraria. 3 ff. de ter. mot.* II. modo dicitur cauſa miſta, reſpectu modi agẽdi ex eo; quia pro crimine agitur ciuiliter. Hoc præſuppoſito dico, quod in rei veritate vtraq; cauſa dicitur miſta, verũ prima magis accedit criminalitati, duab. potiſſime rationib. Primo quia pœna de directo applicatur tota fiſco, & deinde à fiſco applicatur parti, & ob hãc cauſã poſſet dici criminalis, ſecũdũ Ale. *in cõſ. 132. col. fi. in 1. vol.* Secũdo; quia ex quo pars criminalis cenſetur potẽtior, & dignior, trahit ad ſe partẽ ciuilẽ, tãquã minus potẽtẽ, & minus dignã. ita tenet Ale. *in cõſ. 82. in fi. in 1. vol.* facit quod not. Bar. *in l. quæritur 10. ff. de ſta. ho.* & Bal. *in conſ. 226 in 3. vol.* Tamẽ; quia dicta reg. prag. loquitur ſimpliciter de cauſis miſtis, cũ prius loquatur de ciuilibus de neceſſitate intelligitur de illis, quæ habẽt miſturã ciuilitatis, & criminalitatis. Vnde cũ ambæ cauſæ prædictæ dicãtur miſtæ, nõ põt negari, quin dicta prag. loquat. de ambab. vnde vt reuertar ad deciſionẽ quæſtionis propoſitæ dico, quod dicta prag. loquitur de iſtis cauſis miſtis. Verũ, ſi quæris, an per hoc ſint ſublatæ ſolẽnitates libellorũ; dico, quod quoad ſolẽnitates formales, quæ nõ reſpiciũt probationes, ſunt ſublatæ: vnde põt porrigi qualis qualis petitio per modũ ſimplicis poſtæ in cauſis miſtis, ſicut in ciuilib. propter dictã clauſulã, ſine figura iudicii, &c. not. Paris *in tract. ſyn. in ver. ſententia col. 6. in c. an dictũ capitulũ, &c.* Si vero quæris de ſolennitatibus ſubſtantialibus, quæ reſpiciũt probationes; & tu. dic iſtæ non ſunt ſublatæ, & hoc deciditur *in d. prag. in fi. ibi; declarantes, &c.* † Ex hoc infer- 95
tur primo, quod cum ſolẽnitas *l. libellorum 3. ff. de accuſ.* ſit ſolennitas ſubſtantialis, reſpiciens probationes; quia eſt inducta in fauorem rei. ſed ad hoc, vt poſſit magis facile ſuas defenſiones producere, coarctando negatiuã, loco & tempore, vt dicit Bal. *in l. cum fratrẽ. 9. col. 2 C. de his quib. vt indig.* & Paris. *in tract. ſynd. in d. verſ. ſententia, col. 1. & 12. c. an per dictũ ca. &c.* ſequitur, quod dicta ſolennitas non cenſetur ſublata, & ſic etiam hodie requiritur, non obſtante dicta pragmatica. & hoc tenet Ludouic. Rom. *in conſ. 19 in fi.* † Secundo 96
infertur, quod ſi aliquis vellet hodie formare libellũ in crimine iniuriarum, ſuper æſtimatione iniuriæ vel agere ciuiliter de aliquo crimine, poſſet per modũ ſimplicis petitionis, & poſſet agere ſine alia ſolennitate libelli, & ſolo verbo facere qualẽ qualẽ petitionem, & illam per Notarium redigi facere in ſcriptis, dummodo apponat ſolennitates legis libellorum, quæ reſpiciũt defenſiones, & probationes rei, & per ea, quæ not. Bar. *in extrauag. ad reprimendũ verſ. & figura,* & Lanfr. *in Clem. ſæpe 2. de verb. ſig. in verb. & figura, & in verb. libellus* & per hæc ſit expedita hæc prima diſtinctio iudiciorum *Rober. Venuſ.* ADDITIO.
Poſteaquã † in iniuriatũ materiã incidimus, aliqua 97
vltra d. Auctorẽ cõgerere, nõ extra rem eſſe putaui, quocirca & illud ſecũdũ eſt, nũquid iniuriarũ actio per ſalutationẽ, comeſtionemq; factam cũ iniuriãte tollatur? in quo quidẽ dicẽdũ arbitror, quod aut à principio iniuriatus ad animũ eius reuocauit, deditq; libellum extra mãdo iniuriã, poſteaq; comedit, & bibit cũ iniuriante, vel eũ ſalutat; & iſto caſu nõ tollitur vt tenet gl. *in § fi. Inſt. de iniu.* aut iniuriatus nõ reuocauit ad animũ iniuriã, & ſtatim ſalutat iniuriante, bibit, & comedit cũ eo, & eo caſu ſi poſtea accuſat, tollitur accuſatio, & ita fuit deciſum *in C. Tholo.* ſecũdũ Steph. Aufr. *in deciſ. 233. & in addit.* † Nec illud præ- 98
tereundũ eſt, an actione iniuriarũ teneatur, qui cõuiciũ verũ dixerit? In quo breuitati ſtudendo Gram. *in deciſ. 37.* dicit fuiſſe deciſum in ſacro regio cõſilio, quod aut dixerit animo iniuriãdi; & tũc ſiue falsũ, ſiue verũ dixerit tenetur; aut nõ animo iniuriãdi dixerit, & tunc ſecus eſt: & eſt ratio, licet nõ dicat *do. Gram.* quia licet quis habuerit vitium ſeu defectũ à natura, non propterea debet vituperari, ſed eius potius miſerẽdũ eſt. vt inquit Ph. *in li. 3. Eth. c. 5.* in hæc verba: homini cæco natura, vel morbo, vel ictu, nemo vitiũ obiicit, vt probrum, aut eius miſerebitur potius, cæcũ vinolentia, aut alia immoderatione, nemo nõ culpabit ea porro vitia corporis, quæ ſunt in noſtra poteſtate, damnantur, non ea, quæ non ſunt.

De hac quæſtione: An veritas conuitii excuſet iniuriantem, vide Andr. Gail *lib. 2. obſeruat.* 99.

*per tot.* & Menoch. *conſ. 41. num. 29. & 30.* Item Mynſ. *conſ. 74. per tot.* vbi tractat de eo, qui filium ſacerdotis ſpurium vocauerat, an iniuriarum teneatur.]

99 Quibus † & illud conſequens eſt, quod actio iniuriarum, cum ſit prætoria, pœnalis, & famoſa, vltra annum minime competit, vt *inſtit. de perp. & temp. actio in princ. iunctis iis quæ not. in l. querelam. 12. C. de fal. verſic. plane de præſcriptione criminum eſt notatum.* & hic annus erit vtilis, adeo, vt dies, in quibus quis iuſte fuit impeditus, ſubduci debeant è medio, & currit à die ſcientiæ, vt notabiliter declarat Iaco. à Bellouiſ. *in ſua prac crimin. in princ. 3. col. verſ. & ad hoc not.* & hæc fuit originalis doct. Iaco Butr. quam ſequitur Ang. *in d. l. querelam. 12.* & Sal. *in fin.* qui latius exorditur, videlicet, quod de crimine nõ poteſt queri criminaliter vltra tempus, infra quod poſſet de eo ciuiliter agi, & ſic extincta ciuili, erit extincta criminalis; cum crimina ſint odioſa, & eorum meta regulariter minori tempore coarctatur quam ciuiliũ actionum, quæ durant triginta annis, & in iis eſt viginti, *d. l. querelam. 12.* vbi ergo extinguitur ciuilis minore tempore, multo magis debet extingui criminalis, ex quo infert Salic poſt. Ia. de But. quod cũ actio de dolo ciuilis, hodie coarctetur biennio continuo, *l. fi. C. de dol.* non poterit agi de dolo criminaliter puniendo pœna ſtellionatus vltra bienium & pariter in actione iniuriarum prætoria, quæ durat anno vtili eius criminalis tolletur anno continuo, ſed vbi iniuriarum actio eſt ciuilis, vt in trib. caſib. poſitis *in l. lex Cor. 5. in prin. ff. de iniu.* videlicet vbi quis pulſatus verberatuſve, domuſve eius vi introita ſit (vt vtar verbo iuriſconſ.) tunc quia hæc ciuilis durare 30 annis, in illis caſibus, ſecundum veram opin. vt volunt gl. & Doct. *in d. l. ſi. n. continuitu 5.* eius criminalis durabit 20. annis, *d. l. querelam 12.* quæ verba ſecundum Salic. ſunt perpetuo cordi tenenda, & ad literam ſecutus fuit Bald *in tract. de præſcrip. in 4. par. 4. partis prin. in 2. col. n. 6.* & ſic ſaltem intra annum debet lis conteſtari, alias ſi fuiſſet iuſte impeditus, daretur reſtitutio, *l. ſenatus, cum ibi not. ff. de off. præfect.* & firmat Iac a Bellouiſ. *in loco ſupra citato.*

[An autem iniuria ſcripta habeatur pro verbali, & anno extinguatur, vide Gail. *lib. 2. obſ. 104. per tot.*]

100 Secundo † & illud cõcurrere neceſſario debet, vt iniurians ſit maior infante, & perſona diſtincta, alias denegatur actio, & pari ratione aliis denegabitur contra eos ſecundũ Iac. à Bell. *in loco, de quo ſupra.* & ita refert debere intelligi tex *in l. illud 3. ff. de iniu.* citat ꝑ hoc *l. vulgaris 21 §. proinde. 1. ff. de fur. iuncta l. 1. §. ſi C. de fal. mod.* ſicq; requiritur, quod talis ſit, qui poſſit facere, & dicere iniuriã, citat pro hoc tex. *in l. famoſi. 7. ff. ad legem Iul. maieſt.* † Hæc autem ſane intelligerẽ, 101 vt minime procederent, ſi dicta factave fuerit iniuria talibus perſonis contemplatione patris aliorumque ſuorum maiorum; tunc enim non denegabitur actio patri infantis, vel aliis maioribus ſuis, quorum contemplatione facta dictave fuerit iniuria; quia talis iniuria ipſis videtur facta vel dicta; nam qui malum facit cani meo, mihi facere videtur, *l. ſi ſtipulatus fuero. 111. ff. de verbo. oblig.* pro hoc facit text. *in l. Item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virginem. 15. ff. de iniur.* cum aliis allegatis per Iaco. de Bellouiſ. *vbi ſupra colum. 8. verſic. ſed nunquid poterit.* ſicque virtus conſiſtit in modo practicandi. † Nec omittendum erit, 102 quod ceſſat iniuriarum actio, vbicunque duo ad inuicem ſibi ipſis iniuriam fecerint, nec aptaret, quis primo inceperit, ſecundum Iacob. à Bellouiſ. *vbi ſupra 4. colum. verſicul 3. requiritur.* & ſequitur Felin. *in c. dilecti filii. 8. de except.* ſed hoc eſſe verum dixit Alexand. *in l. ſemel mora. 26. ff. ſolut. matr.* quod pœnam tangentem ipſos delinquentes; at ſecus quoad pœnam tangentem fiſcum; nam licet non oriatur actio ipſis delinquentibus; oritur tamen ipſi Reip. & ſic fiſco, vt etiam refert & ſequitur *Pariſius in c. dilecti.* quod poſſet procedere, vbi eſſet talis iniuria, in qua ex officio poſſet inquiri; at ſecus econtrario (vt eſt videre in iniuria verbali) vbi non poteſt ex officio, nec ad querelam procedi, niſi præcedente libello, vt ſupra dixi. † Illud etiam concurrere debere, vt actio iniuriarum competat, non ambigen- 103 dum erit, vt iniuria facta dictave ſit ſufficiens, & legitima, non modica vel leuis, *l. item apud Labeorum 15. §. prætor ait, et l. 243. ff. de iniur.* cum aliis ad hoc citatis per dom. Iac. à Bell. *vbi ſupra in vlt. col. in fin.* Nec † longe diſtat, quod actio iniuriarum non competit aliter, niſi effectualiter fuerit dicta vel facta 104 iniuria, cum alias etiam ſi pecunia data fuerit, vt iniuria diceretur vel fieret alicui, & minime facta dictave fuerit, ceſſat actio, iuxta text. *l. non ſolum § 11. §. Proculus, 4. ff. de iniur. & Inſtit. de iniu. §. non ſolum. 11. & d. l. item apud Labeonem. 15. §. ſi curauerit. 10. eod. tit. & l. 1. in fin. quod quiſque iur.* & eſt doctrina Iaco. de Bellouiſ. *in pract. crim. in tit. de iniur. 10. & 11. col. ver. 8. requiritur.* † Quibus & illud affine eſt, quod ſi iniu- 105 rians iniuriatus fuerit viles perſonas, & infames, ceſſat actio iniuriarum inter eos, vt eſt tex. cum gloſſ. *in l. 2. C. vt infra cer. temp.* iũctis iis, quæ not. *in c. ita quorundam. 6. in fi. glo. extr. de Iudæis,* & firmat idem Iaco. à Bellouiſ. *vbi ſupra 40 col. ver. 9. requiritur.* † Adſti- 106 pulatur prædictis non obſcure, quod actio iniuriarum tunc dicitur competere, ſi iniuria dicto, vel ſcripto fieret; at ſecus ſi facto; tunc enim accuſatio datur; non actio; *l. iniuriarum. 13. ff. de iniur. & l. lex Cornelia. 5. §. ſi quis librum. 9. eo tit. & l. vnica. C. de famo. libel.* vnde ex hoc inferas tu regnicola, quod ritus magnæ curiæ volens, quod pro iniuria non procedatur ad querelam, ſed per libellum: non habet locum ſi ſcripto fieret iniuria (vt aliqui minus docte alias me exiſtente auditore in ſtatu illuſtriſsimi olim Principis Salerni intelligebant,) & ſcripto fit iniuria, quoties quis in iniuriam dedecuſve alicuius cantilenam chartamve famoſam ſcripſerit talia enim faciens inteſtabilis, & infamis efficitur, & eadẽ pœna punitur, qua puniretur ille, in cuius dedecus id ſcri-

ſcriberetur, ſi verum foret id (vt alias dixi *in pract. mea cau. crim. in 3 par. tertiæ partis*) nec obliuiſcaris, quod actio iniuriarum cõpetit tunc demum, ſi per perſonam priuatam fieret iniuria; ſecus ſi per publicam (vt iudicem) tunc enim non aliter competit iniuriarum actio, niſi clare & diſtincte probetur, iudicem id dixiſſe exercendo officium ſuum, animoque iniuriandi, *d. l. iniuriarum. 13. §. ſi quis. 2. ff. de iniur. & l. item apud Labeonem. 15. § quæſtionem. 41. eo. tit. & l. quemadmodum. 29. §. magiſtratus. 7 ff ad l. Aquil. ſic enim intelligit Iac. de Bellouiſ. vbi ſupra ver. 13.*
107 *requiritur.* † Item requiritur quod perſona iniuriata ſit liberæ conditionis at ſecus ſi ſeruilis: tunc enim ceſſat iniuriarum actio, niſi eſſet iniuria atrox, vel fieret in vituperium domini, *§. ſeruis. 3. Inſtit. de iniur. & l. item apud Labeonem. 15. §. prætor. 43. ff. eo. tit. & C. de iniur. l. 1.* & de iis hactenus *Petr. Foll. V. I. D.*

[An iniuriam alicui verbis, cum reſeruatione honoris inferens, vt ſi quis dicat; *mentiris ſaluo honore:* teneatur iniuriarum, vide And Gail, *lib. 2. obſ 101. per tot.* Menoch *conſ. 41. num. 32.* Viuium, *lib. 1. Com. opin. 6. num. 1 & ſeqq.*]

## IVDICIORVM II. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud capitale, & aliud non capitale.*

2 *Pœna perpetui carceris vel abſciſſionis membri, an capitalis dicatur.*

3 *Capitalis, ſeu capitis pœna, à lege vel ſtatuto impoſita, de mitiori intelligitur.*

4 *Iudicium capitale, actu & aptitudine conſideratur.*

5 *Fuſtigationis pœna an dicatur capitalis, & in quibus ſeruetur, & num 9.*

6 *Relegatio non eſt pœna capitalis.*

7 *Pœna banni, vbi bona non publicantur, æquiparatur pœnæ relegationis.*

8 *Pœna ſtigmatis in facie hominis, eſt à iure prohibita: & ſtatutum illam imponens, non valet.*

9 *Homo cum factus ſit ad inſtar diuinæ imaginis, non debet pro delicti pœna in facie bullari, & cicatricibus deformari.*

10 *Pœna banni ex conſuetudine hodie non irrogatur ſimul cum fuſtigatione pro furto.*

SECVNDA principalis diſtinctio iudiciorum eſt
1 iſta, videlicet, † Iudicium aliud eſt capitale, & aliud non capitale. Iudiciũ capitale, eſt illud, in quo agitur de aliquo crimine capitali, ſeu vbi venit irroganda pœna capitalis Et ad ſciendum, quod dicatur crimen capitale, ſeu quæ dicatur pœna capitalis, præmitte ſecundum Bal *in l. reos. 3. col. 2. C. de accuſ* ꝙ homo habet triplex caput. PRIMVM, eſt caput naturale, vt quando committitur crimen tale, propter quod dictum caput abſcinditur, & ſic perditur vita, illud dicitur crimen capitale. Vnde qualitercunq; quis damnetur ad mortem naturalẽ, dicitur pœna capitalis. SECVNDVM, dicitur caput ciuile, prout eſt libertas; quia quã diu homo eſt liber. dicitur habere caput, ſed quando efficitur ſeruus, dicitur ſine capite; quia ſerui reputãtur pro mortuis, *l. ꝙ attinet. 32. l. ſeruitutẽ 209. ff de regul. iur. & l. interdicit. ff. de condit. & demonſtr* Sic ergo vbicunque quis committit tale crimen, propter quod efficitur ſeruus pœnæ; puta quia damnatur in metallum, adeo quod amittit libertatem; illa dicitur pœna capitalis; quia perditur illud caput ciuile. TERTIVM caput, dicitur ciuitas; vnde quando quis ex delicto amittit ciuitatem, vt quia deportatur, illa dicitur pœna capitalis ita etiam hos terminos declarat Ioan. de Ana. *in c qualiter & quando. 17. § ad corrigendos, colum. 6. in princip. de accuſ.* & ideo dicitur hæc pœna capitalis; quia caput eximitur de ciuitate, & quod pœna capitalis accipiatur his tribus modis, eſt tex. *in l 2. in princip. ff. de pœn. & l. 2. & ibi Bart. & Imol. ff. de publi. iudic. & l. ſed ſi quis §. 1 iuncta glo ff. ſi quis cau.* & dixi plene ſupra in præcedenti diſtinct. ſuper illa quæſt. *an pœna in arbitrariis extendatur vſque ad mortem.* † An autem pœna perpetui carceris, vel abſciſ- 2
ſionis membri dicatur capitalis, & de hac, & multis aliis pœnis, vide Bar. *in d l 3 ff. de publ. ind.* & Bal. *in d. l. eos. 3. C de accuſ.* In dubio † autem, quando 3
lex vel ſtatutum imponit pœnam capitalem, ſeu capitis, intelligitur de mitiori, & ſic de exilio ſiue deportatione, glo. eſt notab. *in l. 1. C. ne Iud. man. Chriſtia. &c.* Bald. *in l. fin. in fin. C. quæ res vend. non poſſ.* & Alexand. *in cõſ. 104. in 1. vol.* vbi tractat de pœna facientis falſam monetã, quæ non expeditur in illo regno, & Ang *intro. maleſ. in verſ & ibi caput à ſpatulis, &c. col. 6.* & dixit in præced. diſtin. in quæſt. ſupra allegata, & tangit plene Raph. Cuman. *conſ. 138.* & Ioan. de Imol *in d. l. 2 ff. de pub. iud.* poteſt † autem conſide- 4
rari iudicium capitale actu & aptitudine. Actu dicitur, quando habet pœnam ordinariam, alterum de prædictis tribus. Aptitudinis vero omne iudiciũ, in quo venit pœna arbitraria, poteſt dici capitale; quia iudex poteſt extendere pœnam vſque ad mortem, ita dicit Bald. *in l eos. 6 § ſuper his. 3. verſ. extra quæro, &c C. de appellat.* quod quando ſit, tetigi pleniſſime ſupra in præcedenti diſtinct. *verſ. vnum tamen, &c* iudicium vero non capitale, dicitur omne iudicium, in quo non irrogatur aliqua ex pœnis prædictis tribus, & ſic quando caput non eximitur de ciuitate; & per hoc habemus, quod omne iudicium capitale, eſt crimiuale, ſed non omne criminale, eſt capitale: vnde iudicium criminale ſe habet vt genus, capitale vero vt ſpecies, *l. ſi quid earum. 47. §. interemptum. 1. ff. de legat. 3.* Sed † iuxta hoc vltimo 5
quæro, an pœna fuſtigationis dicatur capitalis. Volui tangere hanc quæſtionem pro vtilitate frequentari; quia in hoc regno extra ca. quod incipit, *Ad hoc quod noſtrorum, &c.* diſponens, vt is qui furatur ab Auguſtali infra, fuſtigetur, & ſignetur in fronte, & ſæpe videmus in regno inquiri contra fures ad pœnam

nam fuſtigationis, communis tamen concluſio eſt, quod eſt pœna capitalis, vt tenet Bald. *in l. tranſige-re 18. colum. 4. & ibi etiam Salic. C. de tranſactio.* & ex hoc; quia iſta pœna non eſt capitalis Hactenus ego ſemper tenui, quod in crimine furti ab Auguſtali infra, non poteſt aliquis ſubiici torturæ, ex quo pœna fuſtigationis eſt minor relegatione; quod probo bona ratione; nam pœna relegationis irrogat infamiam, ſecundum Bart. *in l. eius. 8. § ſicut. in fin. & in l. is cui 18. § ſi quis ob carmen 1. ff. de teſtam.* ſed fuſtigatio non infamat, *l. ictus fuſtium 22. ff. de his, qui no. infam* Secundo ponderabam doctrinam Bart *in l. imperium. 3. in quarto gradu meri imperii. ff. de iuriſ-dict. omnium iud.* vbi in vno & eodem gradu ponit pœnam relegationis & coercitionis perſonalis, ſeu torturæ datæ ad pœnam: ergo ſequitur, quod fuſtigatio, cum ſit coërcitio perſonalis, & ſpecies torturæ irrogatæ ad pœnam, poteſt poni in eodem gradu cum relegatione, & ſic æquiparatur relegationi, & hanc æquiparationem facit expreſſe Specul. *in tit. de iuriſdict. omnium iud. col. 4. verſ quid de relegatione, &c.* Imo illud minus continet fuſtigatio; quia non infamat, vt ſupradixi Modo inducebam cap. Regni, quod incipit, *Tormenta.* & aliud quod incipit, *Si iuſte,* quibus cauetur, quod tortura ad eruendam veritatem non irrogatur, niſi in criminibus irrogantibus pœnam vltra relegationem, & ſic in cri-
6 minibus capitalibus. † quia relegatio non eſt pœna capitalis, ſecundum Alexand. *in addit. ad Bar in l. 2 ff. de publ. iudic.* in addit quæ incipit, *vide Cyn. &c.* Sequitur ergo, quod cum pœna fuſtigationis non ſit vltra relegationem, non poteſt in ea inferri tortura, & ita pluries patrocinando obtinui, maxime, quando aliquis inquiritur de furto, & non probatur valor rei ſubtractæ, & ſunt indicia ſufficientia ad torturam; nam dicebam, quod non poteſt torqueri etiam ſtantibus indiciis; quia non probatur valor rei, vtrum ſit vltra Auguſtalem, & in pœnis ſequimur mitiorem partem; quia poterat eſſe valor infra Auguſtalem; vnde natura delicti non patitur torturam, & ſic recurrendum eſt ad iuramentum purgationis, quo præſtito reus abſolui debet, vt not. Ias. *in l. 3 in prin. colum 5. ff. de iureiur.* & ita pluries vidi iudicari me pronunciante, & ita etiam tenui alias legendo publice dictam legem, *imperium,* in ciuitate Salerni. Et prædicta etiam de intellectu dicti *cap. tormenta.* tenet Paris *in tracta. ſynd. in verſ. tortura, in c. an in cauſa pecun. &c* Sed licet hactenus fuerim in iſta opinione; tamen nunc melius diſcutiendo materiam, & ponderando *d. cap.* Regni *ad hoc, quod noſtrorum, &c.* ſum in contraria opinione, videlicet, quod imo hodie, vbi venit pœna fuſtigationis pro furto, poteſt irrogari tortura ſtantibus indiciis. Et pondero dictum cap quod non contentatur ſola pœna fuſtigationis, imo irrogat tres pœnas copulatiue, ſcilicet quod fuſtigetur, item quod ſignetur in front., tertio, quod de tota prouincia

banniatur. Et ſic vbicunque irrogaretur ſola pœna fuſtigationis, fateret primam opinionem eſſe veram, quia non eſt vltra relegationem. ſed quia hic irrogantur tres pœnæ, ſatis poteſt dici, quod ſimul iunctæ faciunt pœnam vltra relegationem, & hoc eſſe verum probo ratione euidenti. Nam † pœna 7
banni, hodie ſecundum magis communem opinionem, vbi bona non publicantur, æquiparatur pœnæ relegationis, ita tenet Andr. de Iſern *in c. domino guerram. col. 2. h. c finitur lex &c in vſib feudo.* & Bald. *in l 1 colum. 4. C. de hered. inſt.* & gloſſ. *in § relegati. Inſt. quibus modis ius pat poteſt ſolu* & Felin *in cap. 1. colum. penul. verſ quinta declaratio, de offic. deleg.* tetigi aliquantulum *in repet. mea l. is poteſt. 18. ff. de acquiren. hæred.* in primo requiſito, ſuper gloſſ. *num. 133 verſi. quid autem de bannito, &c.* Quia ergo *d. cap ad hoc, quod noſtrorum.* vult, quod furans infra Auguſtalem banniatur de tota prouincia; cenſetur per hoc quidem relegatus. in quantum vero vult, quod fuſtigetur, etiam hæc eſt pœna vltra relegationem. De ſigno in † fronte non curo; quia illa pœna eſt con- 8
tra iuris diſpoſitionem. & contra text *in l. ſi quis in metallum. 17. C. de pœn.* vbi notanter vult Imperator, quod † cum facies hominis ſit facta ad inſtar diui- 9
næ imaginis, non debet cicatricibus deformari, & ibi eſt gloſſ. quæ vult, quod non poteſt aliquis pro pœna bullari in fronte, plus dicit ibi Angel quod etiamſi per ſtatutum imponeretur huiuſmodi pœna ſtigmatis in fronte, non tenet, nec ſeruari debet, per illam legem, idem tenet Alex. *in addit. ad Bart. in l. cum in diuerſis 44 ff. de relig. & ſumpt.* & ex hoc teneo, quod dicta pœna non debet ſeruari, non obſtante, quod ponatur *in d. c.* & ita videmus practicari, ſcilicet, quod pœna ſtigmatis nunquam irrogatur fuſtigatis, ſed aliæ duæ pœnæ, fuſtigationis, & banni, ſunt in vſu, & ſeruari debent, & propterea ſiue æquiparemus bannum relegationi, reperitur exceſſus in fuſtigatione, ſiue æquiparemus fuſtigationem relegationi, reperitur exceſſus in banno. & ſic in omnem euentum eſt pœna vltra relegationem. Et hanc ponderationem in ſimili caſu reperio quod facit Alexand. *in conſil 116. incip. Animaduerſis ſtatutis &c. colum. 3. & 4.* maxime in *verſic cum ergo bannitus, &c. in 2. volum.* vbi proprie loquitur de bannito, cuius bona publicantur, & ſic quia patitur duas pœnas, ſcilicet, vltra bannum, patitur confiſcationem bonorum, dicit ibi Alex. quod iſta pœna eſt ſupra relegationem, vnde non admittitur procurator, ita etiam eſt dicendum in caſu noſtro, vt ratione duplicitatis pœnæ dicatur vltra relegationem, & ſic habeat locum tortura, & non admittatur procurator in tali crimine furti. Et hanc ſecundam partem nunc melius aduertens puto veriorem, & ita teneo, quidquid alias tenuerim. Si quis † ta- 10
men vellet tenere primam partem, poſſet ſe fundare ſuper conſuetudine; quia ex quadam generali conſuetudine, ſolent homines committentes huiuſmo-

huiuſmodi furta, fuſtigari tantum, & non banniri, & ideo pœna banni videtur ſublata, ſaltem ex conſuetudine, & ſic remanet ſolum pœna fuſtigationis, quæ non eſt ſupra relegationem, quæ conſuetudo multum attenditur in pœnis, *l ſi quis. reum 4 ff. de cuſt. reor. & l. hodie 13 cum ibi not. ff de pœn.* & Bald. *in l. quicunque 4. colum. 4. verſ. ſcias tamen C. de ſeruis fugit.* & Abb *in c inquiſitionis. 21. in prin colum. fin. de accuſat.* & Felin. *in c. de cauſis 3. colum. 1. de off deleg.* & Alexand *in conſil 5. colum. fin. & conſil. 111. colum 4. in 1. volum.* & Paris *in tract. ſynd. in tit. de offic. ſyndi. colum. 4 & 5. an ſi poteſtas, &c.* Robert. Marant. Venuſ. I.V.D.

## IVDICIORVM III. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium capitale, aliud perſonale, & aliud reale, & aliud miſtum*

2 *Actiones in rem ſcriptæ an dicantur miſtæ.*

3 *Actio realis qualiter intentetur.*

4 *Rei vendicatione conuentus ſi alienat lite pendente, iudicium cum eo finitur, & num 5.*

6 *Litigioſi vitium an contrahatur, ſi agitur poſſeſſorio.*

7 *Litigioſi vitium an contrahatur coram arbitratore.*

8 *Rei vendicatione conuentus, ſi opponit exceptionem excommunicationis, debet interim poſſeſſio cum fructibus ſequeſtrari.*

9 *Rei vendicatione conuentus, ſi fuerit contumax, quid faciendum & num. 10.*

11 *Vendicare an poſſit dominus ſoli, aſtracum ſeu ſolarium ſuperius.*

12 *Actio in rem vtilis, quando detur ſuperficiario, & quando non.*

13 *Actio in rem vtilis, quando detur emphyteutæ.*

14 *Actio in rem vtilis, quando detur metum paſſo.*

15 *Actio in rem præiudicialis, quando detur*

16 *Actio in rem præiudicialis de partu agnoſcendo, quãdo detur.*

17 *Actio vtilis in rem, quando detur militi, & minori: quorum pecuniis empta ſunt prædia.*

18 *Actio vtilis in rem quando detur ei, qui cauſa mortis donauit*

19 *Actio vtilis in rem, quando detur ad reuocandum, quod inofficioſe donatum eſt.*

20 *Actio vtilis in rem, quando detur ad repetẽdum rem donatam propter nuptias.*

21 *Actio vtilis in rem, quando detur ei, qui vendidit equum lege commiſſoria.*

22 *Actio vtilis in rem, datur ei, qui donauit vt aleretur, & non eſt alitus*

23 *Actio in rem cui detur, & contra quem detur, & num. 24.*

25 *Vendicatio cur ita dicatur.*

26 *Actio in rem, nullam præſupponit obligationem, & quare.*

27 *Actio perſonalis aduerſus quem detur.*

28 *Dominii cauſa non debet exprimi in actione reali.*

29 *Actio realis fruſtra intentatur, ſi reus non poſſidet.*

30 *Actio perſonalis, non requirit, quod conuentus poſſideat.*

31 *Actio in rem, debet concludere, vt res reſtituatur, ſed non ſic in perſonali.*

32 *Actio in re ſtatim lata ſententia, habet executionem.*

33 *Actio perſonalis, an ſtatim habeat executionem lata ſententia.*

34 *Actio perſonalis nunquam intentatur ad æſtimationem.*

35 *Actio realis intentatur etiam ad æſtimationem.*

36 *Actio realis etiam fructuum rationem continet.*

37 *Actio perſonalis, regulariter non habet condemnationem ad intereſſe.*

38 *Intereſſe lucri ceſſantis, qualiter debeat conſtare, & num 39.*

40 *Intereſſe, quando peti poſsit.*

41 *Actione perſonali conuentus, ſi eſt contumax, actor mittitur in poſſeſsionem, & qualiter*

42 *Actio realis & perſonalis, qualiter differant.*

43 *Actionum varietates, eſt vtile ſcire.*

44 *Condictio incerti quando competat.*

45 *Præuentio, quando habeat locum.*

46 *Condictio certi, quando competat.*

47 *Agens actione perſonali, quid in libello probare, & deducere habeat.*

48 *Dominium qualiter probetur in rei vendicatione.*

49 *Dominium qualiter probetur, & num. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56 & 57.*

58 *Agens petitione hæreditatis, non habet neceſſe probare dominium.*

59 *Hypothecaria agens quid neceſſe probare habeat.*

60 *Pignoratitia actio, an realis vel perſonalis dicatur.*

61 *Hæreditatis petitio, an ſit actio mere realis, vel perſonalis in rem ſcripta, & num. 62.*

63 *Intellectus ad l* hæreditatis C. de hæred. petit.

TERTIA diſtinctio principalis iudiciorum eſt; † quia iudicium aliud perſonale, & aliud 1 reale, & aliud miſtum, ſcilicet inter reale & perſonale, ad hoc, vt differat ab illo miſto inter ciuile & criminale, de quo tractaui ſupra in prima diſtinct. IVDICIVM PERSONALE eſt illud, in quo agitur contra aliquem actione perſonali, ſiue ſit ciuile, ſiue criminale. Actio autem perſonalis, dicitur illa, quæ dirigitur contra perſonam, & non poteſt ab eius oſſibus ſeparari, *l. quis ergo caſus. 15 ff. de pec. & l. 3. & ibi glo. ff. pro ſoc.* IVDICIVM REALE dicitur illud, in quo agitur actione reali, puta rei vendicatione vel hypothecaria & hoc iudicium ſequitur rem penes quemcunque valet, & datur etiã contra ſingularem ſucceſſorem, *l. 1. C de alie. iud. mutan. cau.* & habetur plene per Bar. *in l. creditores 3. C. de pig. & l in rem alienam 41 ff de pign. act.* IVDICIVM MISTVM dicitur illud, in quo agitur actione miſta, quæ ſapit naturam actionis perſonalis & realis, & poteſt poni exemplũ in actionib. in rem ſcriptis,

 quæ

2 quæ ſunt quædam † actiones, quæ oriuntur ex contractibus, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, & hoc reſpectu dicuntur perſonales; quia tamen dantur contra quemlibet poſſeſſorem, hoc reſpectu dicuntur reales, & ſic habent miſtam naturam, vt eſt actio ad exhibendũ, actio noxalis, actio quod metus cauſa, & ſimiles, de quibus ponit bonam declarationẽ Iaſ *in rubr ff. ſi cert. pet* vbi idẽ dicit de interdictis poteſt etiam poni exemplum de illis tribus actionibus ſ. Famil. erciſ. Communi diuid & Fin regun. quæ dicuntur miſtæ, vt *in § quædam. 20 Inſt de act* & quæ ſit ratio, quare dicantur miſtæ, vide plene Iaſ *in d. §. quædam. & in rubr ff ſi cert. pet* & vtrobiq; tractat, quid de petitione hæred an dicatur mere realis, vel in rem ſcripta, & eſt text. & ibi Bald & Doct. *in l hereditatis. 7. C de pet. hær.* & dicam infra in fi. huius diſt. ADDITIO. Vt vides diſertiſſime lector, D. Auct.

3 declarat, † quænam ſit actio realis: & quia non extra rem poterit videri, ſi praxim ipſius actionis intentandæ hic dixerimus, quamobrem tu regnicola legito ritũ magnæ curiæ Vic. incip. *Item ſeruat ipſa curia hanc practicam*. vbi datur forma agendi, videlicet, ꝙ volẽs agere rei vendicatione debet porrigere libellum, quod talis iniuſte, & minus debite tenet & poſſidet talem rem, ſeu domũ, ſeu dolo malo deſiit poſſidere ad ſeipſum ſpectantem & pertinentẽ iure dominii, vel quaſi: petatq; ſe declarari dominũ dictæ rei: & dominiũ ipſius ad ſeipſũ ſpectare, & pertinere, & proinde condemnari conuentum ad relaxandum poſſeſſionem dictæ rei, vna cum fructibus: porrectoq; libello petat interrogari conuentum, ſi tenet & poſſidet ante litem conteſtatam, & ſi dixerit conuentus ſe tenere & poſſidere, iuſte & rationabiliter procedit libellus; quia cenſetur intentata directa rei vendicatio, ſin autẽ dixerit ſe non tenere & poſſidere: & tunc aut in libello dictum eſt, vel dolo malo deſiit poſſidere; & tunc etiam hoc caſu procedit libellus, quia cẽſetur per illa verba intentata rei vendicatio vtilis: aut minime id dictũ erit: & tunc non procedit libellus; ſi tamen actor velit, quod vlterius non procedatur in rei vendicatione intentata, ſed maluerit potius dare libellũ de mendacio, & ſuper eo procedi tantum, iuxta terminos *l. fin. ff. de rei vend.* quo quidem caſu conuicto reo conuento de mendacio, transfertur poſſeſſio in actorẽ, ſed ſi noluerit dare libellum de mendacio negante conuento ſe poſſidere, dabitur terminus actori ad probandum, & procedetur vſque ad deciſionẽ cauſæ; & ideo interrogandus erit actor, ſi voluerit dare libellum de mendacio, & ſi dixerit, quod ſic, ſtatuatur ei dies, quo veniat cum libello & reo, & eodem die veniat ad eum recipiendum, & ſi dixerit quod non licentiabitur conuentus ab illa inſtantia, & ſi conuentus comparet per procuratorem, ſic interro-

4 gabitur, vt ſupra. Et eſt adnotandum, † quod ſi conuentus ſuper rei vend. lite cõteſt. vel quaſi alienauerit rem, ſuper qua conuentus eſt, ſiue emptor fuerit ſciens, ſiue ignorans, iudicium finitur cum ipſo cõuento, & ſententia executioni demandatur, contra quoſcunque poſſeſſores, vt *l. 2 C. de litig.* & habetur *conſt. regn eorum fraudib & in c. conuentus.* & qualiter formetur libellus, & quid debeat probari in hoc iudicio vt verificetur, quem deſiiſſe poſſidere, ponit afflict. *d. conſt. eorum fraudibus.* Sed † quia proximo 5 loco dixi, quod ſi lite conteſtata fuerit facta alienatio, mandabitur executioni ſententia contra emptorem: verum ſi non ſit lis conteſtata, ſed datus eſt libellus, & intimatus fuerit conuentus, id etiam procedat; vt dicatur res litigioſa quo ad hunc effectum? & dicendum eſt, quod non requiritur litis conteſtatio, ſed ſufficit ſimplex iudiciaria conuentio, vt dicit gl *in l. 2. C. de litig* & probat text. *in aut. en litigioſa C. eod. titul.* licet in actione perſonali requiratur conteſtatio litis, vt res dicatur litigioſa, vt declarat Angel *in d auth. litig.* & Sal. *in d l 2.* & voluit Afflict. vbi ſupra, *in 3 not.* cogita. quia forte tex. in *c. conuentus* ſentit contrarium, dum dicit lite pendente cõteſtata, vel quaſi vna videtur oratio, & ſic videtur quod non ſufficit: quod lis pendeat ſimpliciter, ſed quod lis ſit conteſtata. Quid enim † ſi agatur poſ- 6 ſeſſorio, an contrahatur vitium litigioſi, Afflict. *in d. conſt eorum fraudib in 4. notab.* dicit, quod hoc non determinat *d. c. conuentus.* attamen dicit ipſe, quod contrahitur vitium litigioſi, ſed ſit ſalua pace; quia id expreſſe dicit tex *in d. c. conuentus.* vt in eo eſt videre.

[Pro huius quæſtionis reſolutione notandum, quod licet Remedia poſſeſſoria, nõ perſonali ſolum, ſed etiam in rem ſcripta dicantur, & ita quaſi vna cum poſſeſſione fiant, tamen res ipſa, & rei de cuius poſſeſſione agitur, Dominium, vitio hoc non afficiantur, ſecundum Pat & alios, quos citat Hart Piſtor. *lib. quæſt. 40. num. 9 & ſe.* De hac etiam materia; Quando res, vel actio efficiatur litigioſa, eiusque effectu, vide plenam tractationem apud Alex. Trentacinq. *lib 2 pract. reſolut. Reſolut. 17. per tot.*]

Ad vnum tamen volo legentes † aduertere, 7 quod Afflict. *in d. conſit eorum fraudibus, in 1 quaſt.* ſimpliciter tenet: coram arbitratore non contrahi vitium litigioſi, per Doct. & Innocent *in c. Quintauallis 23. extr de iureiur* quatenus ibi voluerit coram arbitratore non dari iudicium, & per Doct. & Bald. *in l. 2. C de reſc. vend.* ſed videtur contrarium probari in *d c. conuentus.* quatenus ibi dicatur, quod conuentus quocunque iudicio contrahit vitium litigioſi, ſi alienat lite pend. licet enim corã arbitratore non dicatur iudicium eſſe, tamen ſi aſſumptus eſt ſuper lite, largo modo dicitur coram eo iudicium, & per illa verba, *quocunque iud. etc,* credo, quod comprehendit hunc caſum. de ceteris quo ad materiam iſtam, vide Afflict. vbi ſupra. Item † vlterius in hac a- 8 ctione reali aduertendum eſt, quod ſi conuentus

rei

rei vendicatione oppoſuerit exceptionem excom-
municationis, vel aliam (vt interim donec diſcuria-
tur exceptio, commodo poſſeſſionis fruatur) debet
ſequeſtrari poſſeſſio cum fructibus, & maxime ſi
prope finem cauſæ, exceptio opponatur, vt *in cap.*
9 *Reg Carol* incip. *frequens in auribus noſtris*. & ſi † con-
uentus actione reali fuerit contumax ante lit. con-
teſtat. & actor voluerit eligere viam primi decreti,
mittetur actor in poſſeſſionem rei petitæ ex primo
decreto, reuocabilem intra annum, ſi cōparet con-
tumax, & purget contumaciam, ſed ſi eſt contumax
poſt lit conteſt. & non liquet de cauſa, mittetur in
poſſeſſionem rei petitæ, & eſt verus & perpetuus
poſſeſſor: ſi vero liquet de cauſa, debet ferri ſenten-
tia, iuſtitia mediante, vt diſponitur *in conſt. regni*
incip. *rei vendic* & ibi per Afflict habes decē diffe-
rentias, quæ ſunt inter actionem realem & perſona-
10 lem Et an † intra annum acquiratur vera poſſeſſio
miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto? vide Bertr.
11 *in conſil 3. in 8. libr.* vbi dicit, quod non. Et † an do-
minus ſoli ſeu membrorum inferiorum poſsit ven-
dicare aſtracum ſeu ſolarium ſuperius : vt *in d c. in*
12 *dec. 117*. Nec ſcire omittendum erit, † quod eſt dare
vtilem actionem in rem, quæ aliquando datur ſu-
perficiario (vt ſi aliquis conducit aream ſeu ſolum a-
licuius, & impoſuerit ibi ſuperficiem ſi cadit à poſ-
ſeſsione ipſius rei, poteſt intenta e actionem in rem
illam petendam, quæ vocatur vtilis rei vend. *l 1 ff.*
*de ſuperfic* & in hac actione ſic formatur libellus; a-
go contra Tab. qui iniuſte poſsidet rem talem, ſitam
in tali loco, cuius tales ſunt confines, quā rem con
duxi, vel ex tali cauſa habui à tali domino ad ſuper-
ficiem imponendam, prout impoſui ſuperficiem,
quæ ſolo cohæret, vnde peto rem illam mihi reſti-
tui, & ad hoc propono vtilem rei vendicationem,
13 & hæc forma ſumitur ex *dict. l. 1. 2. & 3.* † Aliquando
vtilis in rem datur emphyteutæ, qui rem ſibi con-
ceſſam in emphyteuſim, vel alium contractum (vul-
go libellarium appellatum) vult vendicare, cum ab
alio poſsideatur, & petam hoc modo ; Ago contra
Tab. qui poſſidet rem talem, puta prædium, vel do-
mum mihi datam à Titio in emphyteuſim, vel ad
libellum, cuius confines ſunt tales; vnde peto rem
illam mihi reſtitui vtili rei vendicatione, vt proba-
tur *Nouel. conſt. de non alienan. vel permut reb. eccl. col. 2.*
*tit. 1. Nouell 7. & de alien. & emphy. col. 9. tit. 3. Nouell.*
*120. & C. de iur. emphyt. l. fin.* Aliquando vtilis in rem
14 datur † metum paſſo (vt ſi per metum compellatur
aliquam rem vendere, vel tradere, vel donare) ſuc-
curritur ipſi per prætorem, & habet vtilem rei ven-
dicationem, in qua formabitur libellus; Ago con-
tra Tab. qui iniuſte detinet talem rem poſitam, in
tali loco, cuius confines ſunt tales; vnde rem iſtam
peto mihi reſtitui, & de dolo repromitti, ne res in-
terim dum fuit apud eum, ſit facta deterior, & ad-
hoc propono vtilem rei vendicationem, vt proba-
tur *Inſt. de act. § ſequens. 6. & l metum § vlt. cuti. 4. ff.*
*quod met. cauſ. & §. ex hoc edicto. 7.* Quibus † etiam & 15
illud concinit, quod eſt actionem in rem præiudi-
cialem pro libertinitate vel vaſſallagio (vt ſi libertus
tuus, vel vaſallus gerat ſe pro ingenuo, negans ali-
quid tibi debere nomine operarum præſtare) potes
agere contra illum actione in rem præiudiciali, per
quam ipſum reuocabis in libertinitatem, atque ita
de vaſallo, & ſic formabitur libellus ; ago contra
Tab quem dico meum libertum, vel vaſallum, vel
qui cum ſit libertus meus, vel vaſallus, gerit ſe pro
libero, vel ingenuo. Vnde ipſum in libertum meum
peto, & ad hoc propono præiudicialem in rem a-
ctionem, vt probatur *Inſt. de action. §. præiudiciales. 13.*
Et † eſt dare actionem in rem præiudicialem de par- 16
tu agnoſcendo (vt ſi filius vel nepos alicuius non a-
gnoſcatur à patre, vel auo, vel quia non præbet ali-
menta poteſt compellere ipſum, vt ſibi prouideat
per actionem in rem præiudicialem de partu agno-
ſcendo, quæ actio locum habet, vt filius agnoſcat
patrem, & nepos auum, vt *Inſtit de act. in d. §. præiu-*
*diciales. 13. ff de lib. ag. l. ſiue. 3. § 1. & l. ſi quis à liberis.*
*5 eod. tit.* & ſic formabitur libellus ; conqueror ego
Tab. de tali patri meo, vel ego pater de tali filio
meo, vel ego auus de tali nepote meo, vel ego ne-
pos de tali auo meo qui cum ſim filius ſuus, vel ne-
pos, vel pater, vel auus, denegat mihi alimenta, &
me negat filium ſuum, vel patrem, vel auū, vel ne-
potem vnde vt alimenta præſtet & me agnoſcat in
filium ſuum, vel patrem, vel auum, vel nepotem, a-
ctionem in rem præiudicialem propono, vt habe-
tur *in l. 1 ff de rei vend & l. 2 de alen. lib. C.* Aliquando
etiam † datur vtilis in rē minori, & militi, quorum 17
pecuniis empta ſunt prædia, licet non eorum nomi-
ne, ſi maluerint potius vendicare prædia, quam pe-
cunias condicere, *l. ſi vt proponis 8. C. de rei vend. &*
*l ſi curator. 3. C. arbit tut.* ſed tūc proprie minor præ-
dium ſua pecunia comparatum vendicabit, ſi cura-
tor emerit; ſecus forte erit ſi extraneus comparaue-
rit, vt *d. l. ſi curator* Aliquando † datur vtilis in rem 18
ei qui mortis cauſa rem donauerit, & eam reuoca-
re vult, ſiue conualuerit, ſiue pœnituerit, ſiue ſic pe-
pigerit, ſiue peregre profectus redierit, *l. qui mortis.*
*30. ff. de don cauſ mor.* Aliquando † datur vtilis in rem 19
ad reuocandum quod inofficioſe donatum eſt, vt
reuocetur, quod donatarius ingratus, & immemor
accepti muneris acceperit, vt *C. de inoff. don. l. ſi totas.*
*5. & C. de reuo. do l. his ſolis 7.* Aliquando † enim da- 20
tur vtilis in rem ad repetendum rem propter nu-
ptias donatam ſoluto matrimonio, licet non fuerit
tradita, vt *in Auth. vt immob ante nup. do. col. 5. tit. 16.*
*Nouel 61.* Datur etiā † vtilis in rē actio ei, qui ven-
didit equum lege commiſſoria (hoc eſt, vt ſi pecunia
die pacto præfixa, non fuerit ſoluta, res ſit inempta)
nec fuerit facta ſolutio, vtilis proponetur rei ven- 21
dicatio, *l. 1. ff de lege comm. iſſ. l qui ea lege. 3 C. de pact.*
*inter empt. & vend.* Pari etiam modo † datur vtilis 22
in rem ei, qui ſic donauerit, vt aleretur, & non fuit

alitus; nam poterit vtiliter vendicare, vt *C. de don.*
23 *qua ſub mod. l.* 1. Datur autem † vtilis in rem actio ei, qui dominium quæſiuit traditione, vel quaſi traditione: traditione, vt ex donatione, venditione, ſimilibuſque modis: quaſi traditione, vt ſi quis in re ſua vſumfructum ſibi exceperit, vſusfructus enim exceptio pro rei traditione habetur, vel ſi quis rem ſuam propriam non errans à domino, cui donauit, conduxit, vel ſi poſſeſſor rei alienæ, præſentis tamen æſtimationem præſtitit, ſi tantum res illa in dominio petitoris fuit, *l. quadam 77. ff. de rei vend. & l. eius. 46. cum l. ſeq.* modo neutro, vt in hæreditariis, & legatis, ſiquidem directa via, legata, ab adita hæreditate, ad legatarium tranſeunt, vt *ff. de ſur. l. à Titio 64.* Hæreditaria quoque fiunt hæredis, aditione hæreditatis, etiam ſine apprehenſione poſſeſſionis, vt *ff. de crimin. expil. hær. l. 2. §. apparet. 1. & C. de rei ven. l. 1* Com-
24 petit enim contra eum, † qui poſſidet corpus quodlibet, intelligendo de eo corpore, quod per ſe extat. ſecus ſi quid fuerit incluſum, iniunctumve & intextum; quia in his caſibus non habet vendicatio locū, niſi quod ſic habetur, fuerit exhibitū ſeparatumque. aliquando tamen nec, vt exhibeatur, agitur, vt ſi ſit tignum iniunctum, ſed & alia non vēdicatur, quod inuenitur exutum, vel abruptum, vt *in l. rem 23. ff. de rei vend.* Item quæcunq; (puta ſi fuerit ferruminatū) corpus autem intelligo qualecumq; ſiue ſolidum, vt lapidem, ſiue diſcretum, vt gregem, ſiue coniunctitium, vt ita dicam, huiuſmodi ſunt ædificium, nauis, armarium, *l. rerum. 30. ff. de vſucap.* quæ quidem, vt melius tu amantiſſime tyruncule intelligas, accipe exempla horum, quæ dicta ſunt: pone enim rem meam vnitam fieri rei tuæ, & ſic alicui corpori: durante enim compoſitione & vnione illa, non poſſum vendicare rem illam meam (vt ſi ſtatuæ ſuæ brachium aut pedem alienum adiecerit, aut ſcypho manubrium, quod cum manibus tenetur, aut menſæ pedem) & ſic de ſingulis agetur, tunc actio eſt in factum, ſi non competit actio ad exhibendum, vt *d. l. in rem. 23 ff. de rei ven. cum ſimil.* actio enim ad exhibendum tunc non competit, quando eſt tignum iniunctum ædibus alienis; nam ego dominus tigni non poſſum vendicare, nec ad exhibendum agere, *d. l. in rem 23. § tignum. 4.* Item non competit actio ad exhibendum, vt ſi proprietati meæ aliena proprietas iure ferrumminationis cedat, *d. § item quæcū-*
25 *que* at ſecus per applumbaturam. Nec † ignores, quod in rem actio ideo dicitur vēdicatio; quia vendico, donat proprie meum eſſe dico. In perſonam vero actionem vocamus; quia ea dare aut facere oportere intenditur, & dicitur condictio; eſt enim denunciare, condicere priſca lingua, olim enim debitoribus ſolennis denuntiatio fiebat, vt ſoluerent, vnde datiuo iungitur, vt condico tibi pecuniam, vt inquit Pomponius *in l. ſi indebitum. 16. in prin.*
26 *ff. rem rat. hab.* Actio enim † in rem nullam requirit obligationem, videlicet proprie in perſona aduerſarii, hoc eſt, quæ ex facto vel dicto eius prodierit, tantum hoc reſpicit, quod rem meam poſſideat, ac reſtituere poteſt, & ideo hæc actio ſemper ſequitur poſſeſſorem rei litigioſæ, aut quaſi poſſeſſorem, hoc eſt, eum, qui per fraudem deſierit poſſidere, vt iudicium luderet, vt dixi ſupra. Actio † autem in per- 27
ſonam ſemper aduerſus eundem debitorem, & eius hæredem competit; nam obligatio ſemel obſtringens hominem ſecundum formam iuris, tenet eum cum ſucceſſoribus bonorum ſuorum, donec det vel faciat quod debet, vt inquit Paulus *in l. obligationum ſubſtantia. 3. ff. de act. & obligat.* Item † agens in rem 28
non tenetur ſpecialem domini ſui cauſam ſeu titulum allegare, ſed ſatis eſt, ſi dicat, rem ſuam eſſe qui petit. In perſonam autem agentem, oportet ſpecialem debiti cauſam exponere, alioquin nō eſt cogendus aduerſarius in iure reſpondere, ſeu conteſtari litem. Intereſt etiam rei conuenti ſcire, vtrum ex vna, an ex pluribus cauſis intentetur actio, *l. 1 ſi. de eden.* Item, vt † dixi in actione in rem ne fruſtra 29
intentetur, requirendum eſt in iudicio, num reus conueniendus poſſideat, & quotæ partis ſit poſſeſſor, ad quod declarandum cogi poteſt officio iudicis, *l. qui petitorio. 36 ff de rei vendic.* Actione † au- 30
tem perſonali acturo non opus eſt, vt interrogati petat aduerſarium de poſſeſſione, licet quandoque petatur aduerſarium interrogari: pro quo erant olim prædictæ interrogatoriæ actiones, quibus fiebat, vt aduerſarius compelleretur reſpondere, ſed hodie ad hoc viſum eſt ſufficere officium iudicis, *l. vbicunque. 21. ff. de inter. actio* In † actione autem in 31
rem peti debet reſtitutio, in perſonali vero actione concluditur ad dandum, vel faciendum aliquid. *§. ſic itaque. 14 Inſt. de act.* Item actio † in rem poſt la- 32
tam ſententiam ſtatim habet officio iudicis executionem, niſi eam incidens iuſta cauſa remoretur, *§. & ſi in rem. 2 Inſt. de off. iud.* In † perſonam vero con- 33
demnatis hodie dantur quatuor menſes ad ſoluendum, *l. 2 & 3. C. de vſur. rei. iud* quod non ſine ratione ſtatutum eſt: nam qui ad rem alienam reſtituendam condemnatus eſt, quam ad manum habet, is ſi differt reſtitutionem rei, quid aliud eſt, quam fruſtrationem quærere? cui non eſt indulgendum, ſed debitori, cum is ex ſuo loculo ſoluere debeat fortaſſis tenui, humanitatis ratione longius tempus erat permittendum, quod tamen iudicis arbitrio breuius ſtatui poteſt, pro qualitate rerum, loci, & perſonarum, ſecundum Vlpian. *in l. 1. ff. de re iudic* de quo plene per Abb. *in c. quod ad conſultationem 15. de re iud.* & Alex. & Hercul. *in l 2 ff. de re iud* Itē † actio- 34
nes in perſonam, quibus aliquid dari oportere intēditur, nunquam arcentur ad æſtimationem rei debitæ peremptæ, ſed ipſum, quod ex obligatione dādum fuit, petendum eſt & ſi ad æſtimationem perueniendum ſit, iudicis officio æſtimandum eſt, vt inquit tex. *in l. ſi ſeruum. 91. §. vlt. ff de verb. oblig.* & actiones in rem † admittunt æſtimationē ab actore 35
peten-

petendam, ſecundum Bart. *in l. ſtipulationes non diui-*
36 *duntur. 72. ff. de verb. oblig.* Item † in actione in rē fructuum quoq; ratio habetur, differenter tamē & varie, propter varietatem poſſeſſorum; alij enim ſunt bonæ fidei poſſeſſores, alii cum titulo, alij ſine titulo, alij faciunt fructus ſuos, alij non, fructuum quoque alij ſunt percepti, alij non, perceptorum autem alij ſunt extantes, alij conſumpti alij naturales, alij induſtriales, nec non perceptorum alij ſunt tales, quos malæ fidei poſſeſſor percipere potuiſſet, & ſi non neglexiſſet; alij ſunt tales, quos vetus poſſeſſor id eſt, petitor percepiſſet, ſi ei poſſidere licuiſſet. & certe bonæ fidei poſſeſſor ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo fructus ſuos facit, quos tantum ſua opera percepit, ſed naturales ad dominum ſoli pertinent, vt *Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi quis à non domino. 35. & l. fructus 45. ff. de vſuf.* quod enim *in l. bonæ fidei. 48. ff. de acq. rer. dō.* dicitur, bonæ fidei emptores omnes fructus ſuos facere, intelligi debet, & ex ſua alteriusve poſſeſſoris nomine opera præſtita prouenientes; hos autē fructus ſuos factos, bonæ fidei poſſeſſor victus, reſtituere cogitur, ſi tamē extēt, *l. Iulianus. 37. de rei vend. & l. & ex diuerſo. 35. §. vbi autem alienum. 1. eod. tit. & l. certum. 22. C. eod. tit.* conſumptos autem fructus bonæ fidei poſſeſſor lucrifacit, niſi in duobus, puta ſi ſumptus, quos fecerit, repetat, vſurąve pecuniæ creditori ſolutæ in iſtis etiam caſibus fructus conſumpti cum ſumptibus, & vſuris compēſantur, *l. ſumptus. 48. & l. emptor. 65. ff. de rei vend.* malæ fidei autem poſſeſſor nec fructus, quos ſua opera percipit, & ſi titulum habeat, ſuos facit, ſicq; eos extantes etiā actionis iure victus reſtituit, conſumptos autem iudicis officio, vel ſine cauſæ cognitione compulſus redhibebit. *§. & ſi in rem. 2. Inſt. de off. iud. & l. & ex diuerſo. 35. §. vbi autem. 1. ff. de rei vend.* à percipiendis enim fructibus etiam malæ fidei poſſeſſor excuſabitur, ſi tamen titulo muniatur. *l. ſi fundum. 17. C. de rei. vend.* ſi vero titulo careat, & de non perceptis tenebitur, ſi tamen percipi honeſte potuerunt, *l. fructus. 33 ff de rei vend. & l. ſi nauis. 62. §. generaliter. 1. eod. tit.* fructus tamen inhoneſte quæſitos, poſſeſſor reſtituere cogitur, *l. ſi poſſeſſor. 51. ff de pet. hæred.* malæ fidei autem poſſeſſor ſine titulo etiam de percipiendis condemnabitur quos videlicet ipſe potuit percipere, *d. l. fructus 33 ff. eod. tit. de rei vend.* ſed nō in omnes, quos petitor fuiſſet percepturus, niſi malæ fidei poſſeſſor fuiſſet inuaſor, *l. 4 C. vnde vi.* & in vnico caſu bonæ fidei poſſeſſor cum titulo tenetur ad fructus, quos percipere potuiſſet (vt ſi conſcius à debitore eodemque fraudatore, in fraudēm creditorum emerit) *l. ait prætor. 10. § per hanc. 15 ff quæ in fraudem cre-*
37 *dit.* In † actione autem perſonali regulariter non venit cōdemnatio ad intereſſe, & vſuras & fructus, niſi vbi quis eſt in mora, & inſtrumentum continet diem & pœnam, & creditor ſit ſolitus negotiari, & hoc conſtet, ſecundum Bartoli m per illum text. *in l. 3. § fin. ff de eo quod certo loco & in l. vnica. vlt. cnar.* *C de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* & hoc etiam de iure canonico, ſecundum Innocent. *in cap. ſacro. de ſent excommu.* refert & ſequitur Abb. *in c. cum venerabilis 6. de except. in gloſſ. in verb bonæ fidei.* Et in tantum † de- 38
bet conſtare aliter, quam per inſtrumentum, intereſſe, quod lucri ceſſantis, & damni emergentis appellatur. Quod ſi per inſtrumentum promiſi tibi centum ſoluere in nundinis Salerni, & ſi ibi non ſoluuntur, promiſi intereſſe ad rationem ſeptem pro cētenario, tale intereſſe non debetur, ſed debet probari notabilis doctrina Bal. *in l. rogaſti. 11. §. ſi tibi. 1. ff. ſi cert pet. verſic. quid ergo ſi mutuo.* ſequitur Ioan de Ana. *in cap. fin. de vſur.* & Alexan. *conſil. 17. viſo themate, colum. fin. in lib 3.* & idem Alber de Roſat. *in l. 1. in penult. col. C. de ſumma Trinitat.* & idem conſuluit Dec. *conſil. 39. & conſ. 16. & conſil. 323.* Nec † ſufficit pro- 39
bari, quod mercator erat ſolitus negotiari cum pecuniis, & quod erat ſolitus lucrari ex mercantiis, ſecundum Paul. de Caſtr *in l. non vtique. 3.* alias *lib. 2. §. nunc de officio. 9 ff de eo quod cert. loc.* quia non ſequitur, quod ſi habuiſſet dictam pecuniam, certitudinaliter lucratus fuiſſet; quia poſſibile eſt, quod non fuiſſet lucratus, ex quo multa potuerunt euenire, quod non lucretur ex mercantiis. vnde ipſe tradit pulcherrimum modum probandi tale intereſſe, vt dicit & refert Decius *præallegat. conſ. 323.* vt probetur, quod habuit præ manibus talē mercantiam, de qua fuiſſet lucratus certitudinaliter, ſi pecuniā habuiſſet præ manibus; & quia pecuniam non habuit, non potuit emere, vel alio modo ſimili poteſt conſtare, quod ſi habuiſſet illam pecuniam, lucratus fuiſſet, & idem in intereſſe damni emergentis, videl. quod ipſe indiguit dicta pecunia & quia non potuit habere tempore cōuento, coactus fuit capere ad cambium, vt ſuæ neceſſitati ſubueniret, & pro vſuris ſoluit 10. & iſte modus probādi intereſſe eſt approbatus per ſacr. regium conſ. Neap. & teſtatur Afflict. *in deciſ. 10.* ſequitur Aymo. Crauet. *in conſ. 89. nu. 4.* & hoc caſu bene poteſt peti ſecundū Dec. *in d. conſ. 116. num. 5. in cauſa Aluiſii.* Sed in aliis † caſibus poteſt pe- 40
ti & debetur intereſſe (vt in lucro, quod conſiſtit in partu ancillæ, vel fœtu pecoris) vt *l. ſi ſtipulatus. 4. & l. videamus. 19. ff. de vſu & l. filius. 78. §. 1. ff de verb oblig.* Item in lucro, quod conſiſtit circa rem, puta circa augmentum, & æſtimationem pretii; quia res plurimum valuit à tempore moræ; nam tale intereſſe pariter peti poteſt & debetur, *l. vinum. 22. ff. ſi cert. pet. l. in hac. 3. C. de condict. trit* ſecundum Gul de Cum. *in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter* & ſequitur Cyn. *in l. iſtam & ibi Sal in 22. op eod. tit.* Item, † quādo agitur 41
actione perſonali, & reus conuentus eſt contumax, actor mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ pro mēſura debiti, in bonis ipſius, vt tædio affectus compareat, & ſic miſſus non dicitur poſſidere, ſed detinere: ſed quando reus eſt contumax in actione reali actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, & eſt verus poſſeſſor: verum comparente reo infra annum & pur-

& purgante contumaciam, recuperabit poſſeſſionem, vt habetur *in conſt.* incip. *res vend.* & ibi per Affl. & elapſo anno efficitur verus & perpetuus poſſeſſor, nec poterit vlterius contumax recuperare poſſeſſionem ſuam licet poſſit agere rei vendicatione, *l. conſentaneum.* 8. *C. quom. & quan. iud* Item in † actione perſonali ſi reus eſt contumax, & ob id miſſus eſt actor in poſſeſſionem bonorum rei, pro menſura debiti declarati primo decreto, & perſeuerat in contumacia per annum, efficitur poſſeſſor illorum bonorum, ſed vt vendantur illa bona, requiritur ſecundum decretum iudicis, licet per ſacras prag. relationes & reo in eius contumacia, minus tempus, quam annus ad interponendum ſecundũ decretum ſtatuatur; ſed ſi agitur actione reali, non requiritur interpoſitio ſecũdi decreti, vt per Affl. *in d. conſtit rei vendicatione.* alias vero differentias, quæ ſunt inter actionem realem & perſonalẽ, vide per tex. *in d. cõſt.* per Affl. Nec in audiendis his omnibus, inq; legendis actionũ varietatibus, torpeat auditoris animus.

42

43 Siquidem † actionibus lis inſtituitur, inſtituta dirimitur, pecunia quæritur, quæſita ſeruatur, perdita recuperatur, iniuria illata propellitur; quare, quia (vt dixi) actio perſonalis idẽ eſt, quod earũ actionũ, quæ ex contractibus deſcendunt, aliæ rebus informantur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ conſenſu. Item earum aliæ, quibus præciſe intenditur oportere dari vel fieri, & hæ ſunt propriæ cõdictiones. Aliæ sũt, quibus nõ præciſe agitur, ſed & ſub alternatione intenditur, vt fiat, vel detur, aut intereſſe præſtetur, vt in vendicatione, locatione, & ſimilibus. condictionum autem plures ſunt ſpecies. alia enim eſt incerti condictio, alia certi, alia indebiti, alia, quæ triticaria appellatur, alia ob cauſam, alia ob turpem cauſam, alia furtiua, alia ex lege, & alia ſine cauſa. Con-

44 dictio † incerti in tribus caſibus ſibi locum vẽdicat, puta, ego credens me tibi debere decem, quæ in rei veritate non debebã, ea tibi promiſi, demum cognito, quod ea tibi non debeo, & ſic ſine cauſa promiſi, ſuccurritur per conditionẽ incerti, quæ & ſine cauſa appellatur, per quam poſſum cõdicere liberationem ab illa obligatione, & erit forma agendi: Conqueror ego Tab. quod ſine cauſa tibi decẽ promiſi, idcirco peto te condemnari ad me liberandum à dicta obligatione, & ad dãdam eam pro rupta, & caſſa, & hæc forma agendi ponitur per Ang. *in l. qui ſine* 3. *ff. de cond. ſine cauſ* vbi eſt text formalis de hoc, vel ſi ego te habebam obligatum ad decem, liberaui, credens te mihi ſoluiſſe, cõpetit condictio incerti, per quam petam te reponi in priſtinam obligationem.

45 Et † primo ſiquidem modo poſſum præuenire creditorem meum, vt caſſetur, & annulletur præfata promiſſio, in cuius materia plura iura municipalia in regno emanata ſunt, quæ refert Auctor noſter infra in octauo actu, qui ſucceſſiue ſequitur in iudiciis, *nu.* 8. Secundo vero modo recta via poſſũ agere ad decem, & ſi opponatur de liberatione, replicabitur, quod ſine cauſa liberatio facta fuit, vel recta via agi poteſt, vt ille reducatur in priſtinã obligationẽ, & quod liberatio illa habeatur pro non facta, tanquam ſine cauſa; nam & ſi exceptionem volo proponere, poſſum præueniendo cauſam intẽtare principaliter agendo, ſecundum Abb. *in c. ſi quis contra.* 4. *de foro compet. in* 1. *not.* & ibi Felin. & Bart. *in l. ſocietatem.* 70 *§. arbitrorum* 1. *ff. pro ſoc.* & Alexand. *in addit. ad Bart. in l. ſi contendat.* 28. *ff de fideiuſſ* & Bartol. *in l. cum hi.* 8. *ff. de tranſact.* Tertio modo datur condictio incerti, loco condictionis furtiuæ, quæ non niſi domino datur, *l.* 1. *ff de condict. fur.* Eſt & alia, † vt dixi, 46 quæ certi condictio nuncupatur, quæ generalis eſt ex communi cauſa competens, ex qua certum habetur, ſiue ex cauſa cõtractus, vel quaſi, ſiue ex cauſa maleficii, vel quaſi, *l. certi condictio.* 9 *ff. ſi cert. pet.* & dicitur certum dari & peti, quando, quid, quale, quantumve ſit, quod petitur, apparet; *l. ſtipulatio.* 38. *de verbor. obligat* Item dicitur certum, cuius ſpecies, vel quantitas, nomine proprio, vel digito demonſtratur, ſiue aliquibus vocabulis, quæ vice proprii nominis fungantur, *l. certum.* 6. *ff. ſi cert. pet.* eſt quoque certi condictio duplex, altera, quæ triticaria vocatur, qua petitur quælibet res, ſiue in re, ſiue in menſura, vel pondere conſtet, ſiue mobilis, ſiue immobilis ſit, excepta pecunia numerata, *l.* 1. *ff. de condict. tritic.* & datur non ſolum ratione dominii, imo etiam ratione poſſeſſionis, *l.* 1 *&* 2. *eod. tit.* datur autem contra eum, qui debet ſpeciem quamcunque, & contra eius hæredem, nõ diſtincte à cauſa, nec re, aliter enim ſtat in nomine ſui generis, & vocatur certi condictio, & de iis hactenus. *Pet. Foll. V. I. D.* QVID † autem SIT NECESSE DEDVCI 47 IN IVDICIO PERSONALI, ET QVID IN REALI? Dic, quod in iudicio PERSONALI principaliter agens debet habere reum obligatum, ex qua obligatione oriatur actio, *l. & an eandem.* 14. *§. actiones.* 2. *& ibi Bart. ff. de except. rei iud.* alias agens ſine actione, repelleretur à limine iudicii, *l. ſi pupilli.* 6. *§. videamus.* 12. *ff. de neg geſt.* & not. *in l vbi pactum.* 40. *C. de tranſact.* ſic ergo producens libellum in actione perſonali, debet talem cauſam aſſignare, ex qua appareat, quod reus eſt obligatus *l* 2. *§. circa* 3. *& ibi glo. de doli ex ep* vbi eſt illa gloſſ quæ dicit libellum non procedere ſi dicatur, peto decem; quia rex eſt in Francia; quoniam iſta cauſa non præſupponit obligationes rei, & habetur *in §. ſic itaque.* 14. *Inſt. de act.* In iudicio vero REALI, ſi loquimur de rei vendicatione, duo tantum extrema ſunt deducenda & probanda. Primo, ſcilicet dominium ex parte agẽtis. Secundo, poſſeſſio ſiue detẽtio ex parte rei conuenti. His duobus probatis, obtinet agens, *l.* 1 *C. de alien. iud. mut cauſ fact. & l. in rem.* 23 *& l officium.* 9 *ff. de rei vend* Qualiter † autem debeat probari domi- 48 nium in rei vendicatione? Dic, quod debet probari directo, & eſt difficilis probationis; quia nõ ſolum debet ꝓbari de titulo, ſed eſt neceſſe probari de domini

minio ſui auctoris, alias non obtinet, ſecundum A-
lexan in conſ. 98. col. 3. in 2. vol. & in conſ. 11. colum. 1. in
4. vol. & habetur in deciſ. 40 conſ. Neap. in 1. colum. de
quo vide per Bart. in l. quidam in ſuo. 17. de cond. inſtit.
49 Additio. † Debet enim dominium probari per
tales actus, qui de iure neceſſario concludant domi-
nium ſibi competere, & quod tales actus & media
non poſſint aliud ſignificare, niſi dominium actori
competere, ita quod ſint vniuoca, aliud quam do-
minium non importantia, & non æquiuoca, domi-
nium & aliud ſignificantia. hinc dicebat Paulus de
Caſtr. in conſ. 248. incip. viſo teſtamento Ambroſii. vlt.
col. quod dominium volare non debet per aera, &
alibi, in conſ. 330. incip. in cauſa mota per dominam Do-
roth. 1. col. dicit, quod dominium non debet, nec ſta-
re poteſt in pendenti: eſt ratio; quia probatio non
concludit per poſſibile; imo concludere debet per
neceſſe, adeo, quod probatio neceſſario non cōclu-
dens nedum non releuat, l. non hoc. 4 C. vnde legi. ſed
nec facit aliqualiter rem dubiam de iure, vel de fa-
cto, ſecundum Bald. in l. 2 C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum
50 tab. Et ideo non † ſufficit in reali actione probare,
quod rē emit, pretium ſoluit, & res ſibi tradita fuit,
niſi probet talem rem ad venditorem, à quo cauſam
habuit, pertinuiſſe iure dominii, per talia media,
quæ dominium, & non aliud de neceſſitate conclu-
dant, ſecundum gloſſ. & Bart. in l. cum res. 12 C de pro-
bat. licet prædicta tria ſufficerent ad probandū qua-
ſi dominium in actione Publiciana, vt in §. ſed iſta
quidem. 3. Inſtit. de act. ſed non ſufficiunt in rei vendi-
catione ad dominium, ſeu rē ratione dominii obti-
nendam, ſecundum gloſſ. Petr. Cyn Iacob. Butrig.
Ioan. Fabri, Bart. & Salicet. in d. l. cum res. 12. Hinc
51 eſt, † quod eccleſia, quæ ſumme priuilegiata eſt, a-
gens rei vendicatione, neceſſe habet clare probare
dominium; quia ei nō ſufficeret titulus acquiſitio-
nis, niſi probaret auctorem ſuum, à quo cauſam ha-
bet, verum dominum fuiſſe, ſecundum Bartol. in l. ſi
ſic. 75. §. ſi mihi de leg. 1. & ibi Alexand & Bald. in l.
ſiue autem. 9. §. ſi duobus. 4. ff de Publician. in rem actio.
52 Nec † ſufficit probare rem, quam petit, aliquo tem-
pore tenuiſſe & poſſediſſe pro ſua, etiamſi cum illa
poſſeſſione de præterito concurreret fama viciniæ,
quod res erat ſua, ſecundum Bart. in d. l. quidam in
ſuo. 17. ff. de cond. inſtit Alexand. conſil. 10. in 4. volum &
Bart & Bal. in l. rem quæ nobis. 15 ff de acqu. poſſeſſ. etiam
ſi probaretur, quod rem locauit, attentauit, vel in
emphyteuſim tradidit, & tanquam de re ſua diſpo-
ſuit, per tex. iuncta gl. ſuper verb. locauiſſe. in c. cum ve-
nerabilis. 7. de rel. dom. etiam ſi probarentur cenſus
ſoluti: quia cenſus ſolutio aut penſionis dominium
non probat, nec poſſeſſionem, ſecundum gl. ſuper
verb. vnam procurationem in c. bonæ memoriæ 51. de ap-
pel. & ibi Panorm. & late dicam in tractat. de cenſibus.
53 Nec † etiam ſufficit probare, quod auctor agentis
ſeu eius prædeceſſor, aut venditor, vel donator, à quo
cauſam habuit, rem illam tenuit pacifice, & poſſedit
tanquam ſuam, fuitque tamdiu publice, & notorie
reputatus dominus, quamdiu vixit, etiamſi concur-
reret fama viciniæ, quod erat dominus, ſecundum
Abb. in c. cum ad ſedem. 15. de reſtit. ſpol. Bal. & Ang. in §.
ſic itaque diſcretis. 14. verſ. quæro. 2. Inſtitut. de actio. &
etiam ſi eccleſia prædicta omnia probaret, non ob-
tineret ſecundum Bartol. in l. legata. 14 ff. de adi. leg.
& de prædictis formaliter habes per Gul. de Bened.
in Rep. cap Raynutius. 16. de teſta. in verb. & vxorem no-
mine Adelaſiam nu. 451. fol. mihi 129. Et † in quantum 54
ſupra dixerim per contractum locationis, aut per
cenſus ſolutionem non probari dominium, dicit
Bart. in l. ad probationem. 23. C. locat. quod hoc proce-
dit niſi quando concurrunt alia indicia, pro quo fa-
ciunt dicta per Iaſ. in l. 2. 83 col. C. de iur. emphyt. & per
Socin. conſil. 89. col. 4 & in conſil. 266. col. 4. & conſil.
187. col. 2. prout refert, & ſequitur Chaſſan. in conſil.
Burg. in titul. des iuſtices, & droicts d'icelles rubr. 1. fol.
25. num. 1. & an per ſolutionem cenſus, ſeu penſio-
nis quoad eccleſiam probetur dominium directum,
vide Abb. in conſil. 74 incip. Ciues quidam Senenſes.
1. libr. & vide Guid. Pap. in deciſ. 272. & Roman. in con-
ſil. 126. & dicam plene in dict. tractat. meo de cenſibus,
Probabitur † dominium præſumptiue per extimū, 55
vt dicit Baldus in l. ſi pater C de actio. empt. per illum
text. & ibidem Bald in l. quidam in ſuo. ff. de condit in-
ſtit. & late per Socin in d. conſil & Chaſſan vbi ſupra.
an contra tertium probetur dominium per exti-
mum, vide Aymo. Grauet. in tracta. de antiqu. temp. 1.
parte. num. 255. An † probetur dominium per verba 56
enunciatiua cōtractus emiſſa propter aliud, ſi prin-
cipaliter diſceptetur de ipſo enunciato, inter eaſ-
dem partes, & quid in antiquis, vide plene per Ay-
mo. Grauet. in tracta de antiquitate tempor. 1 parte. nu.
58. 59. cum ſequent. Item † probatur dominium per 57
famam in antiquis, ſecundum gloſſ. in l. at qui natu-
ra 19. §. cum me abſente. 3. ff de neg. geſt quam dicit ſin-
gularem Ang. in l. Titius. 9 ff. quibus mod. pign. vel hy-
pothec. ſol. & idem Angel. in d. §. cum me abſente. 3. &
Doct. in l. rem quæ nobis 15 ff de acquirend poſſ plenius
per Chaſſan. in conſu. Burg. in tit. des iuſtices, & droicts
d'icelles, rubr. 1. num. 15 fol 26. pro quo omnino vide
Corn conſil 304 colum 5. verſ. his tamen non obſtanti-
bus. libr. 3. vbi tenet contrarium, niſi aliis indiciis
coadiuuetur, ſed Decius in c. 1 colum. 4. extra. de appel-
lat. dicit, quod communis opinio eſt contra Corn.
ſed tu videas concordantias, & veritatem per Ay-
mon. Grau. in tractat. de antiq. temp. num 302. fol. mihi
141. & an ſufficiat fama ad probandum dominium
de præſenti, vide ibi num 303. Petr. Foller. V.I.D. † In 58
petitione vero hæreditatis, quæ ſimiliter actio rea-
lis eſt, non eſt neceſſe probare de dominio aucto-
ris, ſed ſufficit probare rem fuiſſe in bonis defuncti.
ſecundum Bartol. & Doct. in l. hæreditatis. 7. C. de petit.
hæred. per textum in l. & non tantum 19. ff. de petit. hæ-
redit. Sed † ſi loquimur de actione hypothecaria; 59
tunc eſt neceſſe probare debitum, cuius vigore res

ſit hypothecata, & non habet neceſſe probare actor dominium debitoris, ſed ſufficit probare rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, ita decidi ut *in deciſ. 383. in conſilio Neapol. & per Soci. in conſ. 134. colum. 1. in 1. volum.* & Paul. de Caſt. *in conſi. 108. in 2. volum.* quidquid teneat Bartol. *in l. rem alienum. 41. ff. de pignor. action.* Et de hac materia, qualiter ſit agendum in actione hypothecaria, vide Alexand. *in conſil. 138. colum. 2. in 2. volum. & conſil. 168. in 5. volum. & conſil. 98. in 2. volum. & in deciſ. 37. & 40. conſil. Neapol.* & iſte modus agendi, & probandi debet ſeruari hodie, quando agitur aſſiſtentia vigore inſtrumenti, maxime ſecundum formam regiæ
60 pragmaticæ. † An autem actio pignoratitia, dicatur realis, vel perſonalis, quilibet forte prima facie diceret, quod actio realis, ſicut actio hypothecaria, dum detur ad ipſam rem, ſcilicet ad pignus recuperandum. Tamen veritas eſt in contrarium, ſcilicet, quod eſt actio perſonalis. Pro hoc eſt tex. formalis *in l. fina. C. de diſtract. pign.* & tenet Bald *in rub. ff. de pign. act.* & de hac materia eſt gloſ. magiſt. *in proœm. form. §. nos vero 2. in verſi. eaſdem.* quæ ponit differentiam inter actionem pignoratitiam, & hypothecariam; quia illa eſt perſonalis, & hæc realis. Item actio pignoratitia eſt duplex, ſcilicet, directa & contraria. Directa datur debitori ad recuperandum pignus, ſoluto debito, vel aliter ſatisfacto, *l. ſi rem. 9. §. omnis. 3. ff. de pigno. act.* Contraria vero competit creditori, quādo fuit deceptus in pignore, & datur contra debitorem ad intereſſe, & ſemper eſt perſonalis, *l. 1. in fi. & l. tutor. 16. § contrariam. 1. & ibi Bar. ff. de pigno. actio.* Hypotecharia vero ſemper competit creditori, tam ad rem immobilem, quam ad pignus rei mobilis, & datur in rem, *l. pignoris. 17. ff. de pig. & l. pignoris 18. & ibi gl. C. de pigno. & l. eos. 9 C. qui pot. in pign. hab.* Quoad actionem enim hypothecariā, nulla eſt differentia inter pignus, & hypothecam, *l. res hypoth ca. 5 in fin. & ibi gl. ff. de pig.* & eſt glo. not. *in l. ſi ſundus. 193. in ven-*
61 *dicatione. 3. exit.* † Vltimo, quia ſum pollicitus tangere hic illam quæſtionem, de qua eſt magna varietas inter Doct. ſcilicet an petitio hæreditatis, dicatur mere realis, vel in rem ſcripta? Dico quod vera, & magis communis concluſio eſt, quod mere realis, tenet Iaſ. & communiter Mod. *in rub. ff cert. petat.* vt & *in §. quædam. 20. Inſtitu. de act.* per *l. ſi autem. 27. §. ſed & is. 3. ff. de rei vend.* & tenet Bar. *in l ſed ſi lege. 25. § petitio. 18 ff de pet. hæred.* Contrarium tenet glo. *in rub. ff. ſi cert. petat.* quam ibi ſequitur Alexan. ſcilicet, quod ſit in rem ſcripta, per text. *in d. §. petitio 18* & hanc opin. tenet Bal. per illum tex. *in l. hæreditatis. 7. C. de pet. hæred.* Ego autem in hoc conſidero, & puto, quod in puncto iuris, opin. glo. & Alexan. *in d. rub. ff ſi cert. petat.* ſit verior & magis ſuſtentabilis. Et præſuppono, quod ad hoc, vt actio dicatur perſonalis in rem ſcripta, duo copulatiue requiruntur. Vnum ſcilicet, quod oriatur ex contractu vel quaſi, maleficio, vel quaſi. Secundum requiſitum eſt, quod detur contra quemlibet poſſidentem, notat gloſſ. *in l. 3. § eſt autem. 3. ff. ad exhib.* † Sed petitio hæ- 72
reditatis oritur ex quaſi contractu, quod probo; quia non datur niſi hæredi, qui adiuit hæreditatem, ſed eo ipſo, quod hæres adit hæreditatem, cenſetur quaſi contrahere cum debitoribus, & creditoribus hæreditariis. *l. apud Iulianum 3. §. fin ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eat. & l. ex maleficiis 4. §. hæres. 2. alias l. 5 ff. de actionibus & obligat. & ibi not.* vnde is, qui intentat petitionem hæreditatis, eo ipſo, quod adit hæreditatem, quæ aditio in ſolo animo conſiſtit, *l. gerit. 88 & ibi Bar. ff. de acquir. hæred.* cenſetur quaſi contrahere cum eo, quem vult petitione hæreditatis conueniri; & propterea hoc reſpectu poteſt dici perſonalis, & quia tranſit contra quemcumque poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore, *l. regulariter. 9 ff. de peti. hæred.* & hoc reſpectu poteſt dici in rem ſcripta. Non obſtat *d. l. ſi autem. 27. §. ſed & is. 3. ff. de rei vend.* quia licet ibi dicatur, quod eſt in rem, nō tamen per hoc ſequitur, quod ſit mere realis, cum poſſit exponi in rem ſcripta, vt dicit in ſimili tex. *in l. metum. 9 §. cum autem. 8. ff. quod metus cauſa* maxime cum habeamus textum expreſſum *in d. l. hæreditatis. 7. C. de petit. hæred.* qui dicit, quod eſt actio perſonalis miſta, & iura debent iuribus concordari, *l. non eſt nouum. 26. ff de legibus.* Minime obſtat, quod dicit Bart. *in d § pretio.* dum dicit, quod eſt realis; tamen præſtationes perſonales veniunt officio iudicis deſeruiente illi actioni reali; quia hoc eſſet deſtruere textum. *in d. l. hæreditatis.* ibi; *cum miſtæ perſonalis actionis ratio hoc reſpondere compellat, &c.* vbi probatur, quod in petitione hæreditatis eſt admiſta actio perſonalis. Ergo non veniunt officio iudicis, ſed iure perſonalis actionis, cum non ſit credendum à proprio ſignificatu verborum, *l. non aliter. 69 ff de legat 3.* Si quis tamen vellet tenere communem opinionem, quod ſit realis, poſſet ſe fundare; quia petitio hæreditatis eſt ius vniuerſale, in quo poſſunt eſſe reales, & perſonales præſtationes; tamen omnia iſta faciunt vnum corpus, & ſic vnum ius vniuerſale, quod appellatur hæreditas, *l. nihil eſt, 24. ff de verb. ſign* quæ hæreditas reſpectu iuris vniuerſalis eſt quid incorporale, vt *Inſt. de reb. corp. & incorp § 1.* vnde is, qui intentat petitionem hæreditatis, dicit ſe habere ius in illa re incorporali, & ſic in illo iure vniuerſali, merito dicitur actio realis; quia datur ad rem, licet incorporalem, vnde licet veniant præſtationes perſonales in ea: tamen veniunt acceſſorie, tanquam incluſæ in corpus vniuerſale, & eſſet inconueniens, quod actio ſumeret denominationem à ſuo acceſſorio. & hoc expreſſe probatur ex *d. § petitio.* vbi dicitur, quod petitio hæreditatis, licet ſit in rem, & ſic præſuppoſuit hoc eſſe principale, habet tamen quoſdam perſonales præſtationes, ſcilicet eorum, quæ à debitoribus ſunt exacta, &c. per illa verba patet,

patet, quod veniunt acceſſorie in conſequentiam.
63 Non † obſtat *d. l. hæreditatis. 7. C. de petit. hæred.* quia debet intelligi, & diſtingui per *d. §. petitio. l. ſed & poſteriores 28. ff. de leg.* ſcilicet, quod habentur admiſtæ perſonales præſtationes, acceſſorie tamen, vt ſupra dixi. Et pro hac opin communi eſt text *in d. l. ſin autem. 27. § ſed & is. 3. ff. de rei vend.* vbi æquiparat rei vendicationem petitioni hæreditatis, & dicit vtranque eſſe in rem. *R.V.I.V.D.*

## IVDICIORVM IV. DISTINCTIO.

## SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud vniuerſale, aliud generale, & aliud particulare.*

2 *Differentia quæ ſit inter iudicium vniuerſale, & generale.*

3 *Societas quid ſit.*

4 *Societas quotupliciter contrahatur.*

5 *Societas tacita, quando & inter quos contrahatur, & num 6 7.8.9. 10.11.12.& 13.*

14 *Socius ſi fecit maiorem impenſam quam alter, an in diuiſione repetat.*

15 *Socius, qui habebat maiorem familiam, quam alter, an debeat habere minorem partem.*

16 *Socius, qui habuit plures filios, qui operantur, an debeat habere minorem partem.*

17 *Frater ſi negotiatur de pecunia communi, an id, quod lucratur, teneatur communicare.*

18 *Societas nunquid licite contrahatur, vt vnus ponat operam, alter pecuniam.*

19 *Socii an poſſint paciſci, vt vnus habeat duas partes lucri, & damni, & alter tertiam.*

20 *Paciſci an poſſit inter ſocios, quod capitale ſit ſaluum.*

21 *Pactum an valeat, quod vnus ſociorum habeat duas partes lucri, & tertiam damni.*

22 *Pactum vt vnus habeat tres partes lucri, alius quartam, an valeat.*

23 *Socii, quorum vnus poſuit capitale, alter operam tantum, & capitale perdatur, an damnum ſit commune.*

24 *Socius proficiſcens ex cauſa ſocietatis, an detrahat ante omnia expenſas itineris.*

25 *Societatis ſignum an remaneat penes ſuperſtites in ſocietate.*

26 *Societas inita vt duret quinquennio, & ſi vnus poſuit capitale, alter operam, an ſi in primo anno perditum ſit capitale, debeat cogi ad ponendum aliud.*

27 *Societas contracta ad commune lucrum, & delucrum, ita quod debeat infra menſem reddi ratio, an ſi reddita non ſit infra menſem, audiatur.*

28 *Socius an teneatur conſocio reddere rationem de geſtis, & adminiſtratis, & quid ſi non reddit rationem, ad quid teneatur, & nu. 29.*

30 *Vendita res communis, an cenſeatur de voluntate ſociorum, & quid ſi dicatur res pluri pretio vendita, & num 31.*

32 *Pater ſi dedit pecuniam filio, vt ex ea lucretur, an lucrata per filium communicentur aliis filiis.*

33 *Ceſſio occaſione ſocietatis an dicatur ex cauſa neceſſaria.*

34 *Socii diuidentes ſocietatem, qualiter conſeruabuntur omnes à contractibus initis.*

35 *Lucrum inter ſocios qualiter diuidatur, ſi nihil ſit de eo conuentum.*

36 *Æqualitas inter ſocios an conſideretur nedum reſpectu numeri ſecundum, ſed & bonitatis.*

37 *Emptio, & venditio quando dicatur perfecta, & nu 40 41.& 45.*

38 *Emptio qualiter ſolo conſenſu perficiatur, & nu. 39.*

42 *Venditio an intelligatur facta per verba, voluntatem ſaltem ſignificantia.*

43 *Emptorum quis præferatur, ſi vnus emit à domino, alter à diſcipulo.*

44 *Venditio an valeat, ſi dicatur; vendo pro decem, & illo pluris, quod Titius æſtimabit.*

46 *Fides de precio quando dicatur habita, & nu. 47.*

48 *Emptio per teſtes qualiter probetur.*

47 *Arrha facit rem deſinere integram, & quando, & an ſi pars pœniteat, vltra duplicationem arrharũ poſſit agi ad intereſſe nu. 50 & 51.*

52 *Emptio, & venditio, quando dicatur perfecta in rebus quæ in pondere, numero, vel menſura conſiſtunt*

53 *Signatura facta in vigore vini, an transferat dominium.*

54 *Periculum diminutionis, precii rei emptæ, ad quem ſpectet.*

55 *Promittens tibi vendere, an ſi nolueris emere, tenearis.*

56 *Vendere mihi offerentem an poſſem cogere, vt vendat*

57 *Vendito equo, cenſetur venditus cum freno, & ſella.*

58 *Vendito equo ſi moritur infra triduum, an poſſit ag redhibitoria.*

59 *Venditor animalis ſi expreſſe proteſtatur, ſe nolle teneri de vitiis, an nihilominus teneatur, & numer. 62.*

60 *Emptor agens redhibitoria, ſi pendente iudicio res e effecta ſana, an iudicium procedat.*

61 *Vendens rem pluri precio, quam in conſilio fuerit ſtatutum, an venditio valeat.*

63 *Redhibitoria ſi in vna tantum re habuerit locum, & duæ res ſint venditæ, an pro ambabus competat.*

64 *Venditio facta ad certam menſuram, quæ non præſtatur, an agatur quanto minoris.*

65 *Emptorum mercium quis præferatur, & nu 66.*

67 *Emptorum ſi vnus offert precium, & inſtat ſibi partem rei emptæ in communi tradi, an repellatur.*

QVARTA principalis diſtinctio Iudiciorum eſt; quia † iudicium aliud eſt vniuerſale,

aliud generale, & aliud particulare. Iudicium vniuerſale, dicitur illud, in quo agitur actione vniuerſali, prout eſt iudicium petitionis hæreditatis: nam hæreditas continet vniuerſum ius, *l. nihil. 24. ff de verborum ſignificat.* Item iudicium dotis: nam ſimiliter dos continet vniuerſale, vt not. Bar *in rub. ff. ſol. matr. col. fi.* idem in peculio, & aliis ſimilib. Iudicium generale eſt illud, in quo deducitur actio generalis, prout eſt actio tutelæ, actio pro ſocio, & ſimilis, & ideo appellatur generalis; quia ſub vna actione cōprehendit plura capitula, puta, adminiſtrationem vini, olei, frumenti, & aliorum negotiorum, ita declarat Spec. *in titu. de actione ſeu petitione. §. ſequitur, colum. 12. verſ. & not. ver. differt.* † Quæ autem ſit differentia inter iudicium vniuerſale, & generale, ponit *Spec. in d. verſi. differt.* & tangit etiam aliqua *in d. §. ſequitur, in princ.* & in effectu iudicium vniuerſale comprehendit vnum corpus vniuerſum, quod plura iura habet ſub ſe. Generale vero comprehendit plura capitula ſeparata, & vide ibi plenius per eum. Iudicium particulare, eſt illud, quod comprehendit vnam tantum rem, prout eſt rei vendicatio, actio ex empto, ad vnam rem, vel ex depoſito, vel aliis, ita hæc omnia declarantur per Specul. *in d. §. ſequitur.* & ibi vide Rob. Venuſ. V. I. D. Additio. Exemplificat (vt vides) D. Auctor hic iudicium generale inter alia actione pro ſocio, & iudicium particulare in actione ex empto, quæ quidem actiones ſunt in iudiciis frequentiores cæteris aliis; nihil tamen de iis dicit: Quare aliqua dicenda cenſui, & primo in actione pro ſocio. † Illud præ cæteris ſcire oportet, quid ſit ſocietas, & cuius naturæ. In quo, text. *in l. verum. 63. ff. pro ſoc.* inquit ſocietatem eſſe quandam fraternitatem, ſed ſecundum Grammaticos ſocietas eſt fortunæ, & periculi participatio, quæ fit cum ſocium ad aliquod negotium gerendum nobis adiungimus. Cicer. *in Verr.* Video enim permulta eſſe crimina, quorum tibi ſocietas cum Verre eiuſmodi eſt, vt eam in accuſando attingere non audeas. Liuius *8 de bello Macedonic.* decreuerunt renunciandam ſocietatem Achæis, *lib. 1. ab vrb.* infida regni ſocietas. nam ſocius ille proprie dici poteſt, qui pari conſilio, ſpe, & periculo, rem aliquam cum altero aggreditur, Cicer. *5. in Verr.* nam ſocii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt, & inter negotiatores quoque ſocii dicuntur, qui lucri, damnique communionem inierunt. Cicer. *pro Quint. Roſc.* qui ſocium fallit, in virorum bonorum numero non eſt habendus; ſocietatis itaque coniunctio fortunarum etiam periculi communionem importat, eiuſque naturæ eſt, vt partes ſint æquales, niſi aliud ſit dictum: nam agi, & paciſci poteſt, quod ad vnum ſpectent duæ partes lucri, ad alium tertia, ſi is, qui plus debet habere, plus contulit ſocietati, vel pecuniæ, vel operarum. vt *l. ſi non fuerit 29 ff pro ſoc.* alias ſecus: dicitur enim ſocietas, quando lucra & damna communicantur, ſecundum Bar. *in l ſi vnus. 67. in princ. ff. pro ſoc.* & ad prædicta, quæ ſit natura ſocietatis, vide Soc. *cōſ. 265. colum. 7. ver. 3. & vlt.* & quod pacta debent eſſe æqualia, alias non valet ſocietas, ſecundum Soci. *in conſil. 291 col. 4. verſic. 2. not. in 2. lib.* † Illud prædictis prope eſt, quotuplex ſocietas contrahatur, & certe dupliciter contrahi ſocietatem, inquit tex. *Inſtit. pro ſoc. in princip & l. conſenſu. 2 ff de actio. & oliga.* tacite videlicet & expreſſe: Item contrahitur ſocietas vniuerſorum bonorum, & vnius negotiationis tantum, *l. ſocietates contrahuntur. 5 ff pro ſoc.* de quo plene vide per Deci. *in conſ 66. in 1 lib. 2. colum.* & ex hoc infert Barthol. Socin. *in conſil. 87. libr. 1. in vltim. colum.* quod iis minime obſtantibus, quod ad præſumendum contractum ſocietatis ſufficiunt actus, qui ſolent fieri inter ſocios, etiam ſi non inferant neceſſario ad inducendum ſocietatem, exemplum ſecundum eum (ementes rem communem, pro indiuiſo, videntur contrahere ſocietatem) *l. nihil. 2. ff. commu diuid* & ibi Bartol. & Bald *in l. cum proponas. 2 C pro ſoc* & tamen conſtat, quod talis actus fieri poteſt citra ius, & nomen ſocietatis, *l. vt ſit pro ſocio act. 31. ff. pro ſoc.* Item præſumitur contracta ſocietas ex librorum intitulatione ſociorum, & ſi vis videre, quando, & ex quibus actibus videatur contracta ſocietas, vide Bartolum *in l. Tit. 47. §. altero. 6. ff de admin. tut.* & Alexand. *in conſ. 36 in 4. volum.* † Conſequens eſt videre, nunquid tacita ſocietas intelligatur contrahi inter aliquos, quorum alter tantum negotiatur, alter vero non, in quo Bar. *in l patruus. 4. C. commun. vtriuſq. iud. in fi.* dicit, quod non videtur contracta ſocietas; quia ille, qui negotiatur, magis videtur donare, quam ſocietatem contrahere, *l. 5. ff pro ſoc.* & dicit ipſe procedere etiam ſi communicantur lucra, quod & repetit *in l. Titium. 47. §. altero. 6 de admin. tuto.* cuius dicti rationem reddit: quia non videtur cōtracta ſocietas, ex quo alter, qui non negotiatur, nihil ponit, *l. 1. in fin. ff pro ſoc.* At Bald. *in d. l. ſi patruus, in fin col.* inquit, quod etiam ſi alter non negotiatur, videtur contracta ſocietas, dummodo ille alter, qui non negotiatur, omnia, quæcunque ſibi aliunde obuenerint, ponat in communi (puta ſi aliquid ſibi obuenit ex reditu præbendæ, vel ex donis, vel ex dote) ſicut dicimus de iis, quorum vnus negotiatur in vna arte, alter autem in alia (vt puta vnus in mercantia, alter in aduocatione) & tamen lucra in ſimul conferunt, & communicant, & iſtud dictum Bald. ſequitur Soc. *in conſi. 160. in 2. col. verſ. ex factis autem, in 2. lib.* & ſic iudicio meo, vt ſaluetur dictum Bar. dicendum eſt, eius dictum procedere, quando alter, qui non negotiatur, nihil ponit in communi, & ſic vtrumque dictum ſaluatur, & ſequitur dictum Bald. Alex. *in conſ. 49. lib. 1.* & refert ita tenere Pet. de Anch. *in cōſ 289. materia de qua quæritur,* & ad hoc vide Soc. *in conſ. 192. in verſi. circa. 2. q in lib. 2.* & Ludo. Rom. *in conſi. 29. incip. cum iſti fratres lucra eis, & conſil. 470.*

6 *eum iſti fratres.* † Sed vt perfecte ſciatur veritas iſtius
hæſitationis Bartol. *in d. l. 8. patruus*, 4 ponit qua-
tuor caſus, quorum primus eſt: quando plures ſunt
fratres, quorum alter eſt pupillus, alii maiores:
Quo caſu ſecundum eum inter eos non videtur cõ-
tracta ſocietas, *l. vt in conductionibus. 33. ff. pro ſoc.* ſe-
quitur. Ang. conſulendo *in conſ. 60. in prin. & Bald.*
& Sal. ibid. & Pau de Caſt. *in conſ. 183.* vbi ponit, quã-
do fratres mortuo patre habent fundum commu-
nẽ, in quo ſe exercent, & eorum alter frater eſt mi-
nor pupillus, & tamen ipſe etiam ſe exercet in fun-
do; nam etiam iſto caſu non intelligitur contracta
ſocietas inter eos, & Ludou. Roma. *in conſ. 181.* incip.
*omnipotentis Dei in caſu propoſito præmittendum*, idem
ſequitur Bar. Soc. *in conſi. 60 in 2. lib. in 4. colum. ver-
ſic. nec præmiſſis, & conſi. 87. in 1. lib.* bene verum eſt,
quod idem Soc. *in d. conſi. 160. in 5. colum. verſ. reſpon-
detur.* conſuluit, quod ſtante dicta opinione pro ve-
ra poteſt renouari, & tacite contrahi ſocietas inter
eos, quorum vnus eſt pupillus cum tacita auctori-
tate tutoris ipſius pupilli: puta quia ipſo præſente,
& vidente fuit perſeueratum in ſocietate, & fuerunt
facti actus ſociales, ex quibus infertur ſocietas, &
iſtud etiam ſequitur Paul. *in conſil. 87. volum. 1.* & ſe-
quitur Dec. *in conſ. 21. li. 1. in prin.* de quo per Bar. Cæp.
*in conſil. 40. in conſiliis ciuilibus*, quod procedit opi-
nio Barto. de qua ſupra: etiam ſi tractaretur de vti-
litate pupilli, ſecundum Bald. *in l. cum oportet. 6. in
princip. in 3. colum. C. de bon. quæ lib.* & ſequitur Iaſ.
*in l. 1. C qui teſtam. face poſſ. nu. 6.* ſed hoc contrarium
tenuit Ludou. Rom. *in conſi. 453. viſa principali conſti-
tutione.* & ſequitur Soc. *in conſ. 160. in 2. lib. 4. colum.
verſ. ſed ad hanc.* vbi dicit, quod opin. Lud ſuſtẽtabi-
lior eſt, cum pupullis poteſt ſibi acquirere ſine au-
thoritate tutoris, § *pupillus. 9 Inſt. de inut. ſtipul.* vnde
quod pupillus non poſſit obligari in eius fauorem
inductum eſt; ergo aduerſus pupillum intelligi non
debet, vt dicit tex. *in l. 3. §. diuus. 1. & 2. ff. de Carb. edict.*
de quib. vide Caſſ. *in conſ. Burg. in tit. de ſucceſſione. rub.
7. fol. 244. nu. 4. cum pluribus ſeq.* & per Rom. *in conſil.
413. nu. 8.* videtur igitur tenere Caſſ. *in loco de quo ſu-
pra.* quod ſi expendit pupillo, bene intelligitur con-
7 tracta ſocietas. † In caſu vero, quo pupillus habue-
rit tutorem, qui cõmunicat aliis ſociis, & alii ſocii
ipſi, videtur tunc inter eos licite contracta ſocietas,
vt ſupra dixi, & videtur firmare Bal. *in d. l. ſi patruus.
8 4. in vl. col. & in l. mandatum. in 2. oppo. C. mand.* † Et ſi
pater mandet in teſtamento cõmuni nomine exer-
ceri mercantiam, & negociationem etiã quod vnus
ſit pupillus, videtur tunc contracta ſocietas, vt eſt
tex. *in l. qui negociationem 58 in pr. ff. de adm. tut.* & ita
dicit Bald. *in d. l. cum oportet. 6 C. de bon. qualib.* motus
9 per tex. *in d. l. qui negociationẽ 58.* † Sed in adulto qui
exceſsit pupillarem ætatem, licet non habeat cura-
torem, videtur contrahi ſocietas, vt dicit D. Alex. *in
conſ. 49. in 1. vol. in c. mature. 4. col. & in conſ. 31. in 2.
10 lib.* † Et ſimiliter ſi pupillus poſtquã exceſsit pupil-
larem ætatem, ſi habuit ratam ſocietatem, manebit
rata ſocietas, & valida eſt, ſecundum Alex. *in conſ.
23. 2. col. lib. 2.* & ſequitur Iaſ. *in d. l. 1. qui teſt. fac. poſſ.*
ſed quatenus allegat Alex. *in conſ. 23.* voluit allega-
re *in conſ. 36 in 4. lib.* † Diuerſus tamen eſt caſus, cum
omnes fratres ſint maiores natu, & neuter eorum 11
negociatur; quia forte ſunt nobiles; tunc enim dicit
Bart. quod quamuis hæreditatem paternam indi-
uiſam poſſideant; tamen non præſumitur inter eos
contracta ſocietas, niſi expreſſe ſit dictum, & cum
Bart. tranſeunt Rapha. Pau de Caſtr. & Fulgoſ. *in d.
l. ſi patruus. 4. in penult. colum. circa fin.* & ibi Salicet.
Contratiam vero opinionem tenuit Bal. *ibi in pen.
col.* inquiens, quod licet nobiles non faciant mer-
cantiam; tamen omnia, quæ eis obueniunt dona,
& ſalaria & quaſcunque dotes conferunt, & com-
municant, videtur ex iis inter eos contracta ſocie-
tas. & hanc opin. Bal. atteſtatur eſſe veram Alex. *in
conſ. 49. in 1. lib.* incip. *mature ponderatis, & conſ. 364.
lib.* & Angel. *in conſ. 12.* incip. *Vannucius* ſed Philip.
Dec. *in conſ. in 1 lib. in antepen. col.* videtur tenere opin.
Bart Iaſ. vero *in d. l. 1 num. 7.* poſt relatas opiniones
concludit, quod facienda eſt regula, quod ſi ſunt
plures fratres maiores natu, quorum neutet nego-
ciatur mortuo patre, quamuis hæreditatem indiui-
ſam teneant, non tamen inter eos cenſebitur con-
tracta ſocietas, & hoc modo procedat opin. Bar. li-
mitatur iſta regula, niſi interueniſſent alii actus cõ-
munes, & ſociales, licet non quæſtuarii, nec mercã-
tiles, & hoc modo procedat opin. Bald. & ſequaciũ.
Alter † diſſimilis caſus proponitur, quando vnus 12
negociatur, alter vero minime. iſto ſiquidem caſu
dicit Bart. quod non intelligitur contracta ſocie-
tas, quod non procedit, ſi ille, qui non negotiatur,
ponit omnia quæcunque ſibi obueniunt in com-
muni, & in hoc videatis ſcripta Decii *in conſ. 21. in 3.
col.* vt dixi ſupra. † Inſuperque non omittam a-
lium dare caſum, in quo omnes fratres mortuo pa- 13
tre negociantur; & tunc abſque dubio omnes ad-
mittunt, contractam eſſe ſocietatem: dicit tamen
Bart. quod cenſetur contracta ſocietas illius nego-
ciationis tantum, quam gerunt, & non aliarum,
quod quidem intelligit Bald. *in d. l. ſi patruus, in vlt.
col.* procedere in actibus, & negociationibus vni-
formibus, vt puta ſi omnes iſti fratres ad inſimul
gerunt mercantiam lanæ: Tunc enim verum eſt,
quod non ſit contracta ſocietas niſi in illa negocia-
tione, adeo, quod ſi vnus emerit fundum, non eſſet
communis, licet emiſſet ex pecunia communi, ſed
in actibus difformibus & varietatem habentibus,
credit quod omnium bonorum intelligitur con-
tracta ſocietas, ſed opin. Bart. ſequitur ſimpliciter
Pan: *in conſi. 66.* incip. *attingam breuiſſime; 1. lib.* &
Alexan. *in conſ. 72. in 4. lib.* & idem Alexan. *in l. cum
duobus 52. §. Papinianus. 6. ff. pro ſoc.* de quo per Soc. *in
conſ. 162. in 2. lib. verſ. poſtremo, & in conſ. 192.* incip.
*capio difficultatem verſ. circa ſecundam*, ſed ſi bene ad-

uertatur opin Bald. eſt de mente Bart. *ind. l. ſi patruus 4. & in §. altero. 6.* nec ipſe negat id, quod dicit Bald. dum ait, quod ſi communicat lucra vnius negociationis, tantum illius videtur contracta ſocietas, quaſi velit, quod ſi per eos fierent actus diſsimiles; quia non ſolum communicant lucra in illa negociatione, ſed vndecuuque obueniant, & negociantur in pluribus rebus, non ſolum illius negociationis, ſed omnium bonorum, iure cenſetur contracta ſocietas, & iſtam limitationem Bald. videtur ſequi Ludou. Roma. *in conſil. 291.* & ſequitur Iaſ. *in d. l. 1.* † Sed illud con-
14 ſequens eſt videre, nunquid ſi ſunt duo ſocii, quorum vnus fecit maiorem impenſam, quam alter in domo, an in diuiſione poſsit hanc impenſam repetere, & negat Bald. *in l. pen. C. de collat. bo.* At Iaſ. Alexand. Franc. Cur. in add. & Ann. in lect. Flor. diſtinguit, quod aut ſocii omnium bonorum, & bene dicit Bald. aut vnius tantum negotiationis ſunt ſocii; & iſto caſu, ſi vnus ſociorum facit maiorem impenſam, quam alter, poteſt ab eo repetere, per *l. ſocium, qui in eo. 60. §. fin. & l. ſi vnus. 67. § ſi quid 2. ff. pro ſo.* Bart. Caſ. *in conſuet. Burg. in tit. de ſucceſſione rubr. 7. fol. 243. num. 17.* ſequitur hanc diſtinctionem, ſed eam limitat vno caſu, niſi impenſa, quæ fieret, non eſſet neceſſaria, neque vtilis ſocietati; quia tunc imputabitur in parte illius, ratione cuius facta eſt impenſa. Prædictis † non modice affine eſt, quod ſi vnus ſo-
15 ciorum haberet magnam familiam, cum alter eſſet ſolus; at ille, qui habebat magnam familiam, habebat curam totius domus rei domeſticæ & familiaris, non debet ex hoc ſocius, qui fuit ſolus, habere maiorem partem habita ratione ad expenſas factas per ſuum ſocium in ſua familia, ſecundum Paul. de Caſt. *in l. pen. C. de collat.* quod & repetit *in l. ſi paterno. 15. C. de nego. geſt.* & idem ſequitur Iaſ. *in d. l. pen. numer. 5.* † Sed ſi duo ſint fratres mercato-
16 res, & negotiatores, quorum vnus habet plures filios, qui tota die lucrantur; alter vero non habet filios, ſi quæratur, nunquid in diuiſione debebit habere maiorem partem, ille, qui plures filios habebat? indubitanter eſt reſpondendum, quod ſi non ſunt ſocii omnium bonorum, debet haberi ratio operarum filiorum, & ſic plus debet habere ſecundum Ang. *in l. ex duobus. 27. ff. de neg. geſt.* & idem tenet Bald. *in d. l. ſi patruus. 4. in pe q.* & Bald. *in l. 1. in 11. q. C. pro ſoc.* & ſequitur Iaſ. *in d. l. pen. in fin.* ſed tu vide Ang. *in conſilio 112.* in c. *Vannucius* qui loquitur in ſociis vniuerſorum bonorum, & concludit, quod habebatur ratio operarum filiorum, pro quo vide Socin. *in conſilio 3 colum. 10 in 4. lib.* & Alexand. *in conſil. 99. per totum in 2. lib.* † Sed fin-
17 ge, quod vnus fratrum de communi pecunia facit mercantiam, an id, quod lucratur, veniat communicandum, Bart. *in d. l. ſi patruus.* dicit, quod aut gerit mercantiam nomine proprio, aut communi, ſi nomine proprio, non venit communicandum, ſi non erat tutor alterius fratris, ſi vero communi nomine, puta quia intitulatio libri dicebat, hic eſt liber meus, & fratris, & iſto caſu venit communicandum id, quod lucratur, & idem dicit Bald. &
Salice. ibidem † Nunquid licite contrahatur ſocie- 18
tas, vt vnus ponat totam pecuniam, alter vero operam tantum? & dicendum eſt, quod ſic: tam ſecundum ll. quam ſecundum canones, *l. 1. C. pro ſoc. & l. 5. ff. eo. tit. & in c. per veſtras. 7 de donat. inter vir. & vxo.* & per Bal. *in d. l. 1. C. pro ſoc.* & ſi non erit dictum, pro qua parte debeat lucrum & damnum diuidi, intelligitur tamen, quod æquis portionibus diuidatur, adeo quod lucrum & damnum debet eſſe commune, *l. ſi non fuerint. 29. ff. pro ſoc.* & Bart. *in l. ſi*
*vnus 67. ff. eo tit.* † Sed an paciſci inter ſocios poſsit, 19
vt vnus ferat duas partes lucri & damni, & alter tertiam, ſi ille, qui plus habet, plus confert ſocietati in pecunia, opera vel induſtria, quod correſpondeat illi pluri; dicas, quod ſic, vt *in l. ſi non fuerint. 29. in princip. & l. quid enim. 80. in fin. ff. pro ſoc.* alias ſi plus non conferret, eſſet pactum illicitum, ſecundum Azo. quem ſequitur Accur. *in d. l. ſi non fuerint. 29.*
Sed † an paciſci liceat, quod capitale ſit ſaluum, & 20
illud ponenti reddatur, & lucrum diuidatur, Bald. *in l. 1. C. pro ſoc* tenet quod non, & ſequitur ibi Salic. & c. Doct. & Hoſti *in ſumma de vſur.* firmat do. Amb. de Vigna *in repet. c. ſalubriter. de vſur. cancl. 4. num 166.* & hoc verum eſt, vt tale pactum non poſſit fieri per eum, qui ponit pecuniam, ſed bene fieri poteſt per eum, qui ponit operam tantum, ſecundum Doct. ſed idē Amb. vbi ſupra concludit, quod etiam iſto caſu; ſi hic talis vellet lucrum eiuſdem rei, in qua non vult damnum, etiam quoad eum non licet. miror tamen quod Grammat. *in conſi. 80. in ciuilibus* teneat, quod valet pactum, quod capitale ſit ſaluum, & lucrum diuidatur, ſed Roman. *in conſilio 50.* incip *ſummarius quæſtionis*, tenet, tale pactum non valere; quia ſapit vſuram: ſed ego teneo cum dom Gram. in caſu propoſito de pecudibus & ouibus, cum conſuetudo paſsim admittat illum contractum.

[And. Gail *lib 1. obſ. 24. num. 3.* dicit, tale pactum, vt is, qui pecuniam confert, ſortem, ſeu capitale ſaluum habeat, damnum vero non ſentiat, non valere, ſed talem ſocietatem, tanquā leoninam, improbari; quia recipientem duplici damno afficere poſſet, & operarum, & pecuniæ. Dans autem ſemper in tuto eſſet, quam inæqualitatem ſocietas non patitur. ſecundū *l. verum. ff. pro ſoc.* & alias autoritates, quas allegat. ē contra pactum, vt operam præſtans damnum non ſentiat, valet. Gail. *ibid. n. 1.* vbi tradit, quomodo ſocietas inæqualitatem lucri & damni admittat. Et an ſocii in ſolidum teneantur. *num. 3* ]

Sed † an poſſit fieri pactum, quod vnus ſociorū 21
habeat duas partes lucri, & tertiam damni, vel ēcontra duas partes damni, & tertiam lucri? & dicas, q non,

non, vt eſt text. *in l. Mucius. 30. ff pro ſoc.* & concludit
idē d. Amb. vbi ſupra, dicens, ꝙ tunc valeret tale pa-
ctum, vt vnus habeat tres partes, alius quartam, vel
quintam, aut ſextā, ſi modo ille, qui plus habet, plus
in ſocietate poſuerit. alias pactū eſſet illicitū, & po-
nit Bal. *in l. 1. C pro ſoc.* † itē non valet pactū, vt vnus
22 habeat tres partes lucri, alius quartā, & periculum
capitalis ſit commune; quia lucrū ſentiret pro trib.
partib & damnum ſentiret ꝓ dimidia, vt concludit
Amb *in d. c ſalubriter, in 7 cōcl.* & ibi ēt quærit, an va-
leat pactum, vt ponens capitale habeat lucrū, ad diſ-
cretionem alterius ſocii, & dicit ꝙ valet, vt *in 8 cōcl.*
23 Quod † enim ſi vnus poſuit capitale pecuniæ, alter
vero operā tantum, accidit, ꝙ capitale caſu fortui-
to deperditum eſt, an iſtud damnū debeat eſſe com-
mune, regula eſt, ꝙ non, ſecundū gl. *in l ſi non fuerint. 29. ff pro ſoc* licet teneat contrariū *in l. 1 C. eo.* ſed pri-
mā opin. approbat Bar. *in d l. 1.* & Ang. de Peru. *in tra
de ſoc. in 12. ar.* rationē reddit Bal. *in d. l. 1* quia ſufficit,
ꝙ ille, qui poſuit operā, ſuſtineat dānum ipſarum o-
perarum, & hæc eſt cōmunis ſententia, vt concludit
D Am. *in rep. d. c. ſalubriter. in 12. concl. n. 174* limitatur
tamen ſecundum cum iſta communis opin. Primo,
niſi per pactum aliud eſſet conuentum, quia ſeruā-
dum eſſet pactum, de quo omnino videas Par Soc.
*in c. ſ. 265. in 2. lib. in 2. difficult. te* vbi copioſiſſime tā-
dem cōcludere videtur, & dicere ſimpliciter, ꝙ va-
let pactum, ⁊ damnum capitalis ſit cōmune, & di-
cere, ꝙ non valet, ſunt falſiſſima, ſed iudicāda ſunt,
prout ipſe ibi cōſiderat. Bal. vero *in conſ. 65.* incip. *vi-
deamus quæ ſocietas eſt l. 4.* videtur ſimpliciter tenere,
quod ſi perditum eſt capitale, damnū debet eſſe cō-
mune, & idem Bald. *in conſ. 493* incip. *multiloquiū, in
4. lib.* tenet, tale pactum valere, & ꝙ ſi tale pactū mi-
nime appoſitum reperiatur; tunc dicendū eſt, ꝙ ſi
capitale ſit communicatum inter ſocios, & vterque
eſt dominus pro parte, & tunc capitali perdito, da-
mnum erit commune, ſed ſi dominiū nō fuit tranſ-
latum, exemplum (vt in inſtitore) nam ſi ſocius, qui
immittit operā, eſt inſtitor principaliter, ſed in quę-
ſtu eſt ſocius & tūc periculum capitalis eſt domini,
& ita dicit debere intelligi contrariā opin. Sed co-
gita, dum caſus euenerit.

[Hanc eand. quæſtionē tractat. Fachin. *lib 2. con-
trouerſ. 95.* vbi quatuor diuerſas Dd. opiniones re-
cenſet, & pro veriori eam habet, quæ vult, pecuniæ
amiſſæ damnum ad eum duntaxat pertinere, qui eā
contulit, eamque legib. & rationib. probat: quas a-
pud ipſum videre licet Et *c. præcedente eod. lib.* tractat
ēt hanc quæſtionem, ſi in ſocietate alter pecuniam,
alter operam, & induſtriā contulerit, an pecunia vi-
deatur eſſe communicata, ita vt finita ſocietate ea
diuidenda ſit.]

Secundo limitatur d. concluſio, niſi conſuetudo
eſſet, quod damnum capitalis eſſet commune. Ter-
tio limitatur, vt non procedat, quando pecunia eſ-
ſet ſtatim deperdita ante poſitionem operarum, &
ante eas poſitas, vel parum poſt præſtitas, ſecun-
dum Ang. nam eo caſu damnum capitalis erit com-
mune, & ita dicit Amb. *in loco, de quo ſupra.* † Nec in- 24
conuenit, quod vnus ſociorum ex cauſa ſocietatis
proficiſcens, expenſas, quas fecit, ex corpore ſocie-
tatis extrahat; quia non dicitur lucrum niſi dedu-
ctis expenſis, ſecundum Iacob. de Aret. & Cyn. *in l. 1.
C. pro ſoc* & ibi ſequitur Bal & d. Ambr. vt ſupra. † Il- 25
lud etiam inueſtigatione dignum eſt, nunquid ſi
plures mercatores fuerunt ſocii in aliqua mercan-
tia, & minor pars ipſorum recedit à ſocietate, ma-
ior vero remanet in ea, an iſta maior pars poſſit vti
ſigno ſolito ſocietatis, quod erant ſoliti omnes ap-
ponere in libro & ballis: & Bal. quia omnia voluit
inueſtigare *in d. l 1 C. pro ſoc. in 2. col. verſ itē quæro.* de-
cidit poſt multa, quod non poteſt maior pars ipſo-
rum ſociorum in ſocietate remanſorum vti ſigno
prædicto: & hæc vera dicit ipſe in iis, quæ poſſent
trahi ad captionē alterius: in aliis vero, quæ nemi-
ni nocent (puta in armis nobilium) retinent arma
domus principalis, & idem tenet ipſe *in l fi. C. pro ſoc.*
reperio tamen Bart. *in tracta. de inſig. & arm.* dicen-
tem, quod ſi vnus ipſorum ſociorum erat in ſocie-
tat capitaneus, & quaſi magiſter ſocietatis; tunc
apud eum remanent ſigna; quia ipſe erat inter cæ-
teros maioris honoris arg. *ff. de fun. inſtr. l. fin.* ſi ve-
ro non erat aliquis inter eos capitaneus; tunc apud
eum remanebunt ſigna, qui erat ſocius maioris
partis, vt *ff fam. erciſ. l ſi quæ ſunt cautiones 5.* ſi vero
omnes ſunt æqualis partis, ſorte dirimendum eſt,
*d. l ſi quæ ſunt cautiones.* & ſi diſſoluta ſocietate vnus
ex ſociis remanet negotiator, debet remanere ſi-
gnum penes eum, hoc ideo; quia aliorum non inter-
eſt: Item quia quamuis ſit diſſoluta ſocietas; tamen
negotiatio remanet penes eum: ergo iniquum eſt,
quod ſignum, quod erat acceſſorium negotiatio-
ni, ſeparetur ab ea, & hæc dicit procedere de ſignis
mercatorum, ſed quid de ſignis artificii ſeu peritiæ,
in quo dicit eſſe aduertendum; quia quandoq; ſunt
ſigna artificii, in quibus principaliter operatur qua-
litas loci (exemplum in Marchia Anconitana, eſt
quoddam nobile caſtellum, cui nomen Fabianum,
vbi artificium faciendi chartas de papiro principa-
liter viget) ibique ſunt multa ædificia ad hæc, &
ex quibuſdam ædificiis meliores chartæ veniunt
(vt videmus in folio chartæ, quod habet ſuum ſi-
gnū) per quod ſignificatur, cuius ædificii ſit charta.
Iſto enim caſu dicit, quod ſignum remanebit apud
illum, apud quem remanebit ædificium quocunq;
modo. quædam vero ſunt inſignita artificii, in quo
principaliter operatur bonitas artificis, (vt videmus
in ſignis, quæ apponuntur in gladiis, & aliis operi-
bus metallorum, & iſto caſu omnes, qui ſtant in vna
ſtatione, poſſunt vti ſigno, quaſi magiſter princi-
paliter iſtius ſtationis approbet illa opera, vt *in Au-
then. de tab. §. nos autem 1.* ſi vero ſepararentur dicti
ſocii, ſignum debet remanere apud eum, qui prin-
cipali-

cipaliter erat in ſtatione, arg. *l.ſi ff.de fun.inſt.* ſed ſi
omnes erant æquales, niſi inuicem ſe conueniant,
ſorte dirimetur, aqud quem ſignum remanebit, *d.l.*
*ſi quæ ſunt cautiones.*\ *.fam ercif.* ADDIT. cum opin.
Bar antea ſimpliciter concurrebat, nunc autem re-
peri Beneuen. Strach. *in tract.de mer.in 2 par.num.99.*
qui poſt relatas opiniones adhærendum potius pu-
tat opin. Bal. reiecta opi. Bar. ego autem minime à
Bar. recedendum eſſe puto; nam ſi recte inſpician-
tur doctrinæ, & rationes, quæ Bald. mouent, & Be-
neu eum ſequentem, procedunt vigentque, quan-
do illi ſocii, quorum ſocietas diuiſa eſt, & tunc præ-
tendunt vti ſigno ſocietas, non eſſent ſocii illius
artificii, & profeſſionis, quorum occaſione ſignum
erat inter ipſos ſocios adinuentum; nam ſi erant
plures ſocii in vno artificio (vt puta in faciendis en-
ſibus) qui durante ſocietate vnico ſigno mercaban-
tur enſes, ſi poſtea diuidatur ſocietas, non incon-
uenit dicere, quod maior pars ſociorum poſſit vti
ſigno, & alias, prout Bar. bene diſtinguit, nulla enim
captio alterius eo caſu conſiderari poteſt; cum ſo-
cii illi remanſerint in ſocietate, licet enim noua ca-
pitula feciſſent, adeo vt noua ſocietas videatur, re-
manſit tamen penes eos eadem peritia artis, & idem
artificium, adeo vt emptores minime decipiantur
ſub confidentia, & fama interſignii; iidem enim ar-
tifices ſunt, idem collegium & artificium eſt, non
diuerſum; nam collegium in vno ſolo, & in vno lo-
co remanet, ſecundum Inno. *in cap. præſente de iure*
*pat. l.ſicut.7 §.in decurionib.2.cum gl.& Bar.ff.quod cu-*
*iuſ.vniuer no per. Inno.in c. ex nuncio de ope. nou.nun.*
& ſi bene inſpiciatur tex. *in d § in decurionibus* opti-
me probat opinionem Bart. Ibi enim dicitur, quod
ſi vniuerſitas remanſit ad vnum ſolum, ille poteſt
facere, & expedire quidquid poterat tota vniuerſi-
tas; quia eadem vniuerſitas cenſetur, licet in vno ſo-
lo conſiſtat. ceſſat enim eo caſu ratio prohibitio-
nis de non vtendo ſigno alterius: de qua per text *in*
*c.dilecta extra.de exceſ.præl.* (quæ eſt, vt quis nõ deci-
piatur colore interſignii, & ne alius, qui non ſit de
collegio, poſſit fraudare collegium vtendo ſigno)
de quo ad plenum per do. Guliel. Beneu. *in repet.c.*
*Raynutius 16.in parte.1 n.59.vol.5.de teſtam.* in vno ta-
men caſu poſſet procedere doct. Bal. vbi apud ſo-
cios, qui remanſerunt in ſocietate, non eſſet eadem
peritia artificii illius (vt quia minus periti ſunt, quã
alii ſocii, qui diuiſerunt ſocietatem) tũc enim quia
deciperentur emptores, & fama illorum, qui diui-
ſerunt ſocietatem diffamaretur, licite poſſent pro-
hiberi, ne illo ſigno vtantur per rationes, de quibus
per Guliel. *in loco ſupra citato*, & ita tenendum puto,
quidquid dixerit Beneuen intereſt enim reip. quod
ſigna bonorum magiſtrorum cognoſcantur, ne in-
terdum vnus imperitus pro perito aſſumatur, aut
peritus per imperatũ in ſuo opere diffametur, & ne
populus decipiatur, & hæc quidẽ de plano (dices tu)
procedunt in ſignis artificii, ſed quid in ſignis mer-
catorum, quibus vtuntur mercatores ipſi, non ad
denotandum artificium, ſeu opus, ſed ad ſignifican-
dam ſocietatem? in quo quidem adhuc dico tenen-
dam eſſe opinionem Bartol. quia licet mutata ſit
ſocietas, quoad aliquos, qui diuiſerunt ſocieta-
tem, remanſerunt tamen alii in eadem ſocietate,
quo caſu ſuccedit communis concluſio, quæ ſe ha-
bet, quod in iis, quæ formantur ex corporibus di-
ſtantibus & ſeparatis, licet tot ex ipſis corporibus
pereant, quod pereat forma, quæ ex eis, tempore
diſpoſitionis perficiebatur, diſpoſitio tamen durat
in eo quod remanet, licet non ſit potiſſima pars,
vt patet *in l. ſi grege.22 ff.de legat.1.* & aliis exemplis
poſitis per Alber. Brun. *in tracta.de mut. & trans-*
*form.in 10.concluſ.numer.58.* ſic ergo licet aliqui ſo-
li receſſerunt à ſocietate, ſi alii remanſerunt maio-
res numero in eadem ſocietate, vel remanſit capi-
taneus aut magiſter, & alias, prout dicit Bart. rema-
nere ſignum penes ſuperſtites, nec aliqua captio
conſiderari poteſt iudicio meo: non eorum, qui re-
ceſſerunt à ſocietate; quia ſi dicamus ſignum acce-
dere ſocietati, nulli fit iniuria, ſi remanet ſignum a-
pud eos, qui remanſerunt in ſocietate, poſtquam
illud ſignum in caſu iſto ſit adinuentum, non ad de-
notandum excellentiam hominis ſed ad ſignifican-
dam & ſpecificandam ſocietatem, quod probatur
argu. tex. *in l.verum eſt.63 & l. ſi id, quod.58.in prin.*
*ff.pro ſoc.* vbi ſocietas contracta in pretio quadrigæ
vendendæ, perit mortuo vno equo, cum pretium
quadrigæ vendendæ haberi non poſſit, at ſecus ſi ſo-
cietas facta fuerit in quadriga; quia vno equo per-
emto nihilominus durat ſocietas, ex eo; quia eſt
iam ius quæſitum, & ſocietas contracta: ita in caſu
noſtro, ſi eſt contracta ſocietas in emendis & ven-
dendis pannis, licet aliqui recedant à ſocietate, eſt
iam ius quæſitum, & remanet eadẽ ſocietas in ſub-
ſtantia, quoad alios ſuperſtites, nec mercatores re-
cedentes dicere poſſunt, q ratione ſigni, q erat cõ-
mune, damno afficiunt, & mercatores ſuperſtites in
ſocietate lucrantur magis, quam ſi non haberent ſi-
gnum illud; quia ſignũ in caſu iſto nõ dat eſſe ſocie-
tati, nec maius emolumentũ tribuit, tantum modo
ſpecificat, & denotat ſocietatem, ſignum q maius
lucrum tribuit, eſt ſignum artificii (vt dixi) nec etiã
eorum, qui contrahunt cum mercatorib ſuperſti-
tibus in ſocietate, captio conſiderari poteſt, quia ſi
contrahunt, non eſt propter ſignum, ſed propter
illam mercantiam, quam gerunt. cogita tamen
ſuper prædictis. † Finge vlterius, quod fuit inita ſo- 26
cietas inter aliquos mercatores duratura per quin-
quennium, vnus poſuit ducatos mille pro capita-
li, alter operam durante quinquennio, & in primo
anno perditum eſt capitale, an iterum poſſit cogi
ille ad ponendum aliud capitale: Bald. *in d.l.1.in 6.*
*q.* dicit, quod non, quia finita eſt ſocietas. Item quia
videtur actum de ponendo ſemel tantum, & non
plus, allegat. *l.ſi ſocius pro filia.81.verſ.nec. ſi prior. ff.*
*pro ſoc.*

*pro ſoc.* ſed quid ſi perdita eſt pars capitalis, quo caſu operatius non vult ponere operam, niſi in re, quæ eſt magna, & non in re, quæ eſt parua, niſi ſuppleatur capitale, quid iuris? Idem Bald. *in 12. q.* dicit, quod fouet æquitatem, argum. *l. ita autem. 5. in princip. ff. de admin. tut.* & ita dicit Salic. *in d. l. 1. in 4. q.* ſed in primo caſu propoſito dubitandum puto, quando fuit contracta ſocietas in aliqua mercantia per quinquennium ita, quod vnus habeat ponere capitale, alter operam, ita quod nulla fuit habita conſideratio ad certum capitale, quod tunc ponebatur, ſed tantummodo fuit dictum, quod dicto tempore perdurante teneatur ponere capitale, quod enim poſitum fuit & non durat, nullum poſuiſſe videntur: diceœm tamen dictum Baldi procedere, vbi inita eſt ſocietas habito reſpectu ad certum capitale, quod tunc ponebatur; nam illo peremptio perit ſocietas. Quid † enim, ſi contracta

27 fuit ſocietas, ita quod vnus poſuit capitale ad commune lucrum & delucrum, cum pacto, quod ſi delucrum ſeu excapitum fuerit factum, teneatur infra menſem reddere rationem, & probare dictum, excapitum. an ſi intra menſem minime fuerit reddita ratio, nec probatum, excapitum, audiatur finito menſe ſi vult probare? Bald. *in conſil. 61. in 2. volum. in c. in iſta quæſt. in 2. dubio* conſuluit, quod auditur poſt menſem ad probandum, non obſtante prædicto motu; quia ſi iudex dat terminum alicui partium ad aliquid probandum, auditur etiam poſt terminum, ſi ius aduerſarii non ſit effectum deterius (puta quia ei ſalutæ ſunt defenſiones) vt *l. mancipiorum 6. ff. de optio leg.* & ibi per Bart. & per Cyn. *in auth. iuben. us. C. de iud.* Nunquid ergo ſocius te-

28 neatur † conſocio reddere rationem de geſtis & adminiſtratis? & dicendum eſt, quod ſic, vt dicit Bart. *in l. Mutius 30. ff. pro ſoc.* vbi dicit, quod ratio ſociorum debet reuideri de anno in annum amicabiliter, non dictato iudicio, niſi aliud in pactis eorum caueatur, vel debet reuideri, quandocunq; ſine calumnia petitur, vt dicunt Bald. & Salic. *in rubr. C. pro ſoc.* & habetur *in l. tamdius. eod. tit.* & ſequitur Bart. Soc. *in conſ. 213. in 3 colum. in 2. lib. verſ. prima concluſio & in conſil. 193 col. 5. verſicul. circa quintam, eod. lib.* ſed quomodo eſt reddenda ratio? tex. *in l. cum ſeruus 82. ff. de cond. & demonſt.* dicit, quod proferendæ ſunt rationes, quomodo proferri ſolent, id eſt, offerendæ legendæ, explorandæ, computandæ. an probe vel improbe referantur, recte vel non recte, accepta, & data, text. *in l. qui ſub conditione reddendarum rationum. 111. ff. de cond. & demonſtr.* dicit, quod qui tenetur reddere rationes, debet fidem facere ab omnibus, quæ ab eo geſta ſunt, text. vero *in l. ſtatu liber. 1. §. vlt. ff. de ſtatu lib.* dicit, volumina rationum tradenda, ad percunctandas, ſciendas, & examinandas rationes, & ſi latius vis videre, qualiter ſocius teneatur reddere rationem, vide Bald. *in conſil. 152. in 3. lib.* incip. *ad euidentiam præmittendum eſt.* & ibi etiam dicit, q. ſocius tenetur conficere libros rationum, alias ſi non conficit, iuratur in litem contra ſocium, & pleniſſime de prædictis omnibus vide Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. in tit. de mat. feud. in §. 6. numer. 15 fol. 101. cum plur.* Et † an adminiſtrator in ſocietate res alterius adminiſtrans, qui de 29

negotiis geſtis non reddidit calculum, dicatur furtum commiſiſſe, & an conueniri poſſit ad rationem reddendam, & per quantum tempus poſſit peti, vt reddatur ratio adminiſtrationis, & quomodo petatur, & an ſocius conuentus ad reddendam rationem debeat in expenſis condemnari, & ſi non fuit interpellatus extraiudicialiter, vt reddat rationem, & de multis aliis vide Bertach. *in conſ. 152 in 3 lib.* Et quid ſi † vendantur res communes per aliquem ex 30

ſociis, demum tempore redditionis rationis ſocio, qui vendidit, fit dubium, quod res non debuerat vendi, & quod de voluntate ſociorum minime fuerit diſtracta, an in dubio præſumatur, rem venditam de voluntate ſociorum, Bal. *in l. in familia. 20. C. famil. erciſc.* dicit, quod ſi res, quæ vẽdita fuit, erat expoſita venalis, & quæ ideo tenebatur, vt venderetur (vt ſunt mercantiæ) & tunc res illa diſtracta cenſebitur de voluntate omnium, at ſecus dicit in caſu contrario † Sed finge, in redditione rationis fieri 31

dubium, quod res vendita fuerit maiori pretio, quã aſſeritur venditam eſſe per conſocium: quid iuris? Idem Bald. vbi ſupra dicit, quod ſuper hoc debent recipi probationes vtriuſq; partis, & ſi neutra pars probauerit, ſtandum eſt iuramento vendentis, ſi eſt homo bonæ conditionis, vitæ & famæ, argum. *l. ſi quis pro redemptione. 36. C. de donat.* & ſequitur Ludou. Rom. *in l. in illa. 8. col. 1. ff. de verb. oblig.* Quid enim ſi pater, † quoad vixerit, dedit pecuniam filio ſuo, vt 32

cum ea lucrari, & negotiari poſſet, qui viuente patre, ex dicta pecunia mercantiam geſſit; multaq; exinde lucratus extitit, omniumq; ponebat viuente patre rationem & computum paterni nominis, an mortuo patre dicta lucra ſint communia cum aliis fratribus? Angel. *in conſ. 85. in c. ex themate.* conſuluit, quod omnia lucra quæſtuſque dicti fratris viuente patre quæſita, ſunt æqualiter diuidenda cũ aliis fratribus: & ſimiliter, ſi decedente patre perſeueraſſet in mercantia cum dicta pecunia, æqualiter lucra debent diuidi iure ſocietatis, ſi actus ſociales interueniſſent inter eos mortuo patre, alias ſecus. Illud etiam ſcire intereſt: † ecce facta eſt diuiſio in- 33

ter ſocios, & occaſione ſocietatis vnus ſociorum alteri cedit nomina debitorum ſocietatis, & dum hic ceſſionarius ageret contra debitores ceſſos, opponitur, quod non poteſt agere, ſtante ritu magnæ curiæ vicariæ (quo disponitur non poſſe agi iure) niſi ceſſio probetur facta ex cauſa neceſſaria, quid iuris pro reſolutione illud inſpiciendũ eſt. nunquid ceſſio inter ſocios, ex cauſa neceſſaria, vel lucratiua petatur: & certe tenendum eſt ex cauſa neceſſaria: non lucratiua cenſendam eſſe, ex doct. Bar. *in l. per diuerſas. 2.*

ſas.22.C.mand.vel contra circa fin. vel æquiparat ſocios cohæredibus. Sed ceſſio facta inter cohæredes dicitur cauſa expediens & neceſſaria, vt tradit Paul. de Caſtr. *in d.l.per diuerſas.3.col.verſ. & in effectu.* vbi congerit omnes cauſas neceſſarias, & expedientes; & tamen ponit ceſſionem factam inter cohæredes, eſſe ex cauſa neceſſaria, ergo idem dicendum eſt de facta inter conſocios, ſequitur Bal. *ibid.1.col.verſ. & in tex.cohæredes* ſequitur D.Abb. *in c.2.de alie.iud. mu. cau.fa.* nec in ipſa ceſſione requiritur alius titulus, quam ipſa diuiſio inter eos, quæ pro titulo habetur, vt tradit Paul. Caſt *in loco ſupracitato*, nec requiritur aliqua nominatio pretii, cũ ipſa diuiſio habeatur pro pretio cedendarum actionum, vt tenet Bal. *vbi ſupra 1.col. verſ. 2.* quæ eſt ratio? confirmo optima ratione; nã diuiſio æquiparatur tranſactioni, vt not. gl. *in l. tres fratres.35.ff.de pact.* & Bar. *in l.qui Romæ.122.§.duo fratres.6 ff.de ver.obl.in 2.q.* cõfirmat Iaſ. *in d l qui Romæ d.§. duo fratres.35.col 14. in fi.* ſed quando aliquid fit ex cauſa tranſactionis, nõ dicitur voluntarium, ſed neceſſarium, vt euitentur lites; ergo, &c. Accedat prædictis; quia vt plurimũ in iſtis ceſſionibus ſociorum ſolet fieri pactum decedendo partẽ ſuam: ita tamen, vt ſoluere habeat omne illud, ad quod erit debitor occaſione ſocietatis; & tunc tranſit in contractũ innominatũ, do vt facias, & ſic eſt neceſſaria, ſecundum Paul. de Caſt. *in d l per diuerſas 22.col.5.verſ. ſed pone*, & ſequitur Bal. *ibi. 2.col. verſ 2 quæro.* Item diuiſio cenſetur vera alienatio, ſecundum Ia. *in d §.duo fratres in antep.col.ver.nam licet.* ergo ceſſio facta ex cauſa diuiſionis, videtur facta ex cauſa neceſſaria. Item inquit Bar. *in l. per diuerſas* ꝙ nihil aliud eſt titulus, quã cauſa contractus, ſed hic interuenit cauſa diuiſionis; ergo nõ poteſt dici, ꝙ ſit ſine cauſa ſeu titulo. Sed prædictis conueniens eſt:
34 ecce duo mercatores † diſtrahunt inter ſe ſocietatẽ, & vni aſſignantur mercantiæ, quæ forte ſunt Venetiis, alteri mercantiæ, quæ ſunt Peruſii, cum ſuis emolumentis: qualiter ergo vnus conſeruabit alterum indemnem à contractibus initis? dicit Bald. *in l.certum eſt.13.C.fam.erciſ pen.col.ver. vlterius quæro.* quod ſecundum Pet. ſi vnus iſtorum eſt obligatus & non condemnatus, cõſeruabitur indemnis per cautionem, verum Cyn. dicebat, quod ſi condemnatus nõ eſſet, ſed eſſet obligatus per inſtrumentum guarentigiatum, debet conſeruari indemnis, ſoluẽdo,
35 non cauendo. Vbi autem † nihil conuentum fuerit, qualiter inter ſocios debeat lucrum diuidi; nec adeſt conſuetudo; tunc Bal. *in l.1.C.pro ſoc.q.2.* & Ang. *in tract.ſociet.* dicũt, quod ſi vnus ex ſociis poſuit 100. & alter operas, & de lucro habent 200 extrahit primo qui poſuit 100. capitale ſuũ, & reliqua 200. quæ ſunt de lucro, diuidentur inter omnes, ita tamen ꝙ qui plus poſuit in ſocietate, puta propter operas & pecuniam, vel duas partes pecuniæ, reſpectu illius qui ſolum vnam partẽ poſuit, non reſpectu eius, qui operas poſuit; quia operæ valent tãtum ſicut pecunia, quæ ponitur, habebit plus de lucro, arbitrio boni viri. † Sed quid ſi ſunt duo ſocii, qui inierunt ſocietatẽ inter omnes in certis pecudibus (puta vnus poſuit centum pecudes, alius centum triginta propter bonitatem) an in diuiſione debeat haberi ratio, & æqualitas debeat conſiderari, non ſolum reſpectu numeri, ſed etiam reſpectu bonitatis, valoris & æſtimationis pecudum? hanc quæſtionẽ ſemel in ſacro regio cõſ. Neap. eueniſſe in facto teſtatur Affl. *in deciſ.58.vertitur dubium.* vbi refert fuiſſe deciſum, quod non ſolum ſeruanda eſt æqualitas inter ſocios reſpectu numeri pecudũ, ſed etiam reſpectu bonitatis, valoris, & æſtimationis pecudum. & hæc ſufficiant quo ad hanc materiam ſocietatis, in qua plura notatu digna eſſem dicturus, ſed ne videar tranſcribere, iis ſolis contentus ſum Reſtat, vt aliqua in materia emptionis venditioniſque dicamus. & licet emptionis congeſtio in pluribus locis per ſcribentes reperiatur ſcripta, quo fit, vt potius ſub ilitatis, quam vtilitatis gratia, prima facie videantur in his noſtris additionibus aliqua tranſportari, nihilominus recte intuentibus non omnino inutilia erunt. 36

Idcirco illud præſcire oportet, † quod contractus 37
EMPTIONIS, VENDITIONISQVE, vt ex omni ſui parte perfectus ſit, requirit; quod venditio ſit facta communi conſenſu, pretium ſolutum, & res tradita, vt *Inſt.de empt. & vend.§.pretium.2.& in l.2.§.1.& in l.pacta.72.ff.eod.tit.& l. Iulianus.13 §.offerri 8.ff.de act.empt.& Inſt.de rer.diuiſ.§.venditæ. 41.* ſed latius exordiendo, dicendum eſt, perfectionẽ iſtius contractus quadrupliciter conſiderandum fore: Primo reſpectu ipſius exiſtentiæ, & dicitur perfectus ſolo conſenſu, vt *iuriſgentium. 7.in prin ff.de pact.* Secundo modo dicitur perfectio, reſpectu actionis & obligationis ex contractu producendæ, & ſi ſit contractus conditionalis, non dicitur perfect. ſ conditione pendente, *l hæc venditio. 7.ff.de contrah.empt.* Tertio modo dicitur perfectio reſpectu ſubſtantiæ, vt omnia, quæ ſunt de mente contrahentiũ, ſint expreſſa, & quæ ſunt de ſolennitate, ſint appoſita; *l.contractus.17. C.de fid.inſtr.* Quarto dicitur perfectio, quantum ad effectum; quia ex contractu facta eſt executio, & deuentũ eſt ad traditionem rei, vt eſt gl.ord. *in l.neceſſario.8.in prin.ff.de peric. & commo.rei.ven.* Et quantumuis † dixerim, hunc 38
contractum ſolo conſenſu celebrari, cum ſit iuris gentium; eſt verum, ſi talis conſenſus interuenit ſimul & eodem tempore, ab ipſis contrahentibus potentialiter; nam conſentire, eſt ſimul ſentire, tex. eſt iuncta gl. *in ver.conſentire.in l.conſenſu. 2.in prin.ff.de act.& oblig.* vnde ſi dixero, vendo equum pro decem Titio, & vnus audiens referat ipſi Titio, qui dixerit ſe velle emere; certe iſto caſu non contrahitur emptio, nec venditio, vt dixit gl.ord. *in l.1.in fin.in verb. per literas. ff. de contrah. empt.* & ex hoc alias me aſſidente pro iudice in ciuitate Salerni, in nundinis, ꝗ ibi celebrantur de menſe Septembris, dicebam in

cauſa

ſcauſa cuiuſdã ſcholaris, prætendẽtis ſe emiſſe quoſdam libros à quodam librario, & probare viſus fuit dictam emptionem per teſtes, deponentes dictum librarium dixiſſe in abſentia ſcholaris, ſe vendidiſſe illos libros dicto ſcholari) non eſſe perfecte legiti-
39 meque probatam emptionem. Bene † tamen emptionem per nuncium, vel epiſtolam fieri conſtitutum eſt, ſi tamen ſpecialiter nuncius ad hoc deputatus extitiſſet, per text. *in l. 1. § fin. ff. de contrah. empt. & vend.* Nec perfectam putes venditionem, ſi pretium collatum extitiſſet in arbitrium tertii, in ſpecie non nominati. Vt in ſpecie dicit Ang. Aret. *in §. pretium. 2. Inſtit. de empt. & vend. numer. 11. in gl. nomi-*
40 *natis.* Sed valere † emptionem, licet de certo pretio conuentum minime fuerit, ſi res vendita foret pro eo pretio, pro quanto apud alium emptorem reperietur, conſtitutum eſt, reperto tamen pretii certi emptore, ſecundum Ioan. Andr. *in tit. de empt. & vend. § nunc dicendum in addit. ad Spec. in addit. magna.* quem refert & ſequitur Bald. *in l. 2. in fin. C. de rei ven.* & Angel. *in l. qui Romæ. 122. §. coheredes. 3. ff. de verb. oblig.* & probatur *in l. fin. C. de iure emphy.* (ibi, tantam quantitatem, quantam ab alio recipere poteſt.) & non intelligitur de iuſto pretio, ſed quodcunq; repertum fuerit, etiam ſingulari, & non communi
41 æſtimatione. Sed † illud hæſitationem parit, nunquid venditio intelligatur facta per hæc verba, videlicet, *voi mi vẽdere il tuo cauallo, i. vis mihi vẽdere equum tuum* & vendens reſpondeat, *che ſi & ne volea cento fiorini, quod ſic, & ſe cupere pro eo* 100 *florenos* & volens emere dicat, *Io te ne voglio dare cento fiorini Bolognini, dieci per fiorni. i. dabo tibi* 100. *florenos, decem Bononienſes pro quolibet floreno.* & vendens reſpondeat, *tu me hai inteſo? i. tu ſententiam meam intellexiſti?* Phil. Corn. *in conſ.* 123 incip. *videtur prima facie in 4. libr.* tenet, quod non; quia per illa verba, *tu me hai inteſo.* datur intelligi voluntas ipſius, quod perſiſtit in eius primæua intentione. Ponam hic quæſtionem alias de facto coram me ventilatam in nundinis Salerni.
43 Quidam † mercator pellium habebat diſcipulum in apotheca, qui diſcipulus in abſentia ſui magiſtri vẽdidit pelles vni mercatori, demum magiſter ignorãs venditionẽ factã per eius diſcipulũ, alteri vendidit, fuit dubitatũ, quis iſtorũ emptorũ præferatur, ſtante; quia primo emptori per diſcipulũ fuit facta traditio; in quo quia nõ fuit probatũ, ꝙ diſcipulus eſſet ſolitus vẽdere pelles in abſẽtia ſui magiſtri, & ſic prima venditio videtur inſufficiens, licet fuiſſet facta traditio; tamen præfertur ſecũdus emptor, qui habet cauſã à vero domino pelliũ, ſecũdũ gl. not. *in l. ſi indebitũ. 16 § 1 & ibi Bar. ff rẽ rat. hab.* & firm. Iaſ. *in l. quotiens. 15. C. de rei ven. num. 45.* & ita determinaui & executum fuit, pro quo eſt text. *in l. ſi ea res 31. §. vterque noſtrũ. 2. ff de act. emp. & ven.* Item valere ven-
44 dit. † ſi dicatur, vendo pro 10. & illo pluris, ꝙ Titius æſtimauerit, lege cauetur, vt eſt tex. *in l. hæc venditio. 7. §. fin. ff. de contrah. empt.* & firmat D. Fab. de mont. S. Saui. *in tract. de empt. & vend. in 5. par. num. 9.* Item
licet conſtitutum † ſit, nõ aliter perfectam eſſe em- 45
ptionem, quam ſi pretium ſolutũ ſit, quoad dominii translationem; tamen ſi fuerint data pignora, idem erit, *l. quod vendidi. 19. & l. vt res. 53 ff de contrahen. empt.* hæc enim tria non ad imparia iudicantur, pretium fore ſolutum, habitam fuiſſe fidem de pretio, vel data fuiſſe pignora, quoad dominii translationem, & perfectionem contractus, iuribus ſupe-
rius allegatis. Et habitam † fuiſſe fidem de pretio, 46
tunc diceretur, ſi rem traditam fore cõſtat, ſi nihil fuerit dictum, vt dicit glo. *in d. l. quod vendidi. 19. de contrah. empt. & in § venditæ 41. Inſt de rer. diuiſ.* & cum
gloſſ. tranſeunt communiter Doct. Quod † mini- 47
me procedere dicas, ſi venditio in nundinis fieret; quia licet traditam rem probetur, aut fidem de pretio habitam cenſendum eſt, quia ex quo ab inde de proximo, nundinantes ſunt receſſuri, non eſt præſumendum fuiſſe habitam fidem de pretio, iuxta text. *in l. ſi quaſi. 3. ff. de pignor. actio.* ſecundum Bal. *in l. ſi non donationis. 8. C. de contrahen. empt. & vend. l. ſi legationis. 25. ff. de iudic. & l. ſi ſoluturus. 39 ff. de ſolut. & liber.* & per gloſſ. *in l. quod vendi 19. ff. de empt. & vend.*
& Bart. *in d. l. ſi quaſi.* Nec admitto, † quod teſtes 48
volentes probare emptionem, debent concludenter deponere, communi conſenſu fuiſſe contractum celebratum, rem emptam fuiſſe traditam, & pretiũ numeratum, certumque fuiſſe terminum, vel habitam fuiſſe fidem de pretio, ſecundum Specul. *in titul. de teſt. ib. §. nunc tractandum, verſ. quid ergo* & probatur per text. *in l. cum res 12. C. de probat.* & per Ludou. Rom. *in conſ. 91.* incip. *viſis & pereunctatis actis.*
Illud ſciendum eſt, † quod ſimplex datio arrharum 49
non facit rem deſinere eſſe integrã, niſi datæ forent in partem pretii & ſolutionis, ſecundum Bar. *in l. ab emptione. 58. ff. de pact.* & eſt tex. *in l. 2. C. quando lic. ab empt. diſced.* & in dubio videtur arrha data in partem pretii, ſi erat in pecunia numerata, ſecundum glo. & Bald. *in l. 3. ff. de leg. com.* facit per hoc *l. ex empto. 11. §. is qui vna. 6. ff. de act. empt.* Sed illud inueſtigandum
puto, † nunquid ſi datus fuerit vnus nummus in par- 50
tem pretii & pro arrha, an ex hoc videatur rem deſinere eſſe integram? & videtur dicendum, quod non; quia tex. *in d. l. 2.* dicit, rem deſinere eſſe integram, ſi pars pretii fuerit ſoluta, & pars in dubio dicitur dimidia, *l. etiam. 43 ff. de vſufr. l. de ætate 11. § ſi interrogatus 6. ff. de interrog. act. l. nomen 164. §. portionis.* alias *partitionis. 1 ff. de ver. ſig. l. tale 40 §. fi. ff de pact.* per gl. *& in l. ſi qui aduocatorum. 5 C. de poſtul.* & habetur per Bal. *in l. ſcimus. 36. in prin. C. de inoff. teſt.* Bart. in *l. 2. C. quan. & quib. quarta pars. deb. lib. 10.* Card. *in Clẽ. 2. §. de ætat. & qual. cum ſimil.* vnde nõ videtur fuiſſe de mente Imper. *in d. l. 2* quod ſi emptio fuerit pro centum contracta, quod per ſolutionem vnius nummi ſeu obuli deſinat rem non eſſe integrã, quaſi fuerit ſoluta pars; cum modicum non ſit in conſideratione, *l. ſcio. 4. in gloſſ. ff de in inte. reſt. & l. in reb. commodatis.*

*modatis.18.§.poſſunt.2.in fi ff.cō.& ibi g.*hinc eſt, quo 1 reſpectu modicæ rei non debet quis acquirere magnam actionem, ſecundum Specul. *in tit. de feud.§.2. verſ.23.*& ſic reſpectu vnius nummi, vel obuli non debet dici res deſiuere eſſe integra, & ſic acquiri magnam actionem; bene tamen dico, quod licet pars in dubio intelligatur de dimidia, vt ſupra dixi attamen aliquando etiam minor pars continetur; (vt quando de mente loquentis conſtaret) *de quo extr. de decim.c.2.lib.6.*& per Domi.de S. Gregor *in c. Romana. 1.§. deinde. in princ. de cenſi. lib. 6.* & ſic licet medietas pretii non ſit ſoluta, procedit diſpoſitio text. *in d. l. 2.* dummodo ſit ſaltem ſexta pars, vel maior vno nummo, ſeu obulo; & ita pro nunc dicerem, quod eſt notandum; quia ſæpe ruſtici hoc faciunt nec reperi ab aliquo tactum, & pro prædictis facit, quia modica res non parit nec actionem, nec exceptionem, *l. habitatores 27.ff. locat. l. ſi id quod 28. §. ſi quas. 2. ff. de do. inter vir. & vxor. cum concor. alleg. in glo.* Item quia modicum, & nihil æquiparantur, *c. licet cauſam. 9. de probat. c. cum te. 23. de re iud. c. reuera 69. de conſe. diſt. 2.* licet in contrarium videatur facere; quia per ſolutionem etiam vnius nummi nomine cenſus factam interrumpitur præſcriptio ſecundum Bald *in c illud 8. in vltim. colum de præſcript.* & voluit Angel. *in l. quamdiu 6 C. de diſtract pign* non tamen recedo à prædictis Dubitant in pleriſque locis
51 ſcribentes, † ſi datis arrhis altera pars pœniteat, vltra duplicationem arrharum, poſſit agi ad intereſſe pro perfectione contractus? & glo. *in l. contractus. 17. C. de fide inſtrum.* & in *§. 1. Inſtit. de empt. & vend.* dicunt quod ſic, & ſequuntur Dyn. & Bart. *in l. 1. § ſi quis dixerit. 2. ff. de public. & vectigal.* & ſequitur D. Fabr. de monte S. Saui. *in tract. empt. & vend. in 5. parte. quæſt. 11. num 69.*

[Contrarium, quod videlicet, datis arrhis, ad id quod intereſt agi non poſſit, ſed arrhæ tantum amitti, aut acceptas duplicatas reddi, probat Fachin. lib. 2 controuerſ iur cap. 28 ſed mihi prior ab autore hic commemorata o inio videtur æquior, quia arrhæ non alio fine, quam ad firmandum contractum dari ſolent, & plerunque non magni ſed modici precii eſſe ſolent Si igitur per ſolam eorum amiſſionem à contractu recedere liceret; ea ſequeretur iniquitas, quod ob exiguæ rei amiſſionem, is cum quo contractum eſt, maximo damno, ob receſſionem aduerſæ partis à contractu, afficeretur: & ex arrharum datione, quæ maioris firmitatis cauſa dari ſolent, conditionem eius deteriorem & contractum fragiliorem fieri. Licet Fachinæi ſententia per *§. 1 Inſtit de empt. & vendit.* quem allegat, iuri videatur congruentior. Verum aliorum ſententia propter æquitatem, in foro eſt receptior.]

52 Alibi etiam † non deſinunt inueſtigare, quando dicatur perfectus contractus quo ad agendum, & quo ad periculum emptoris, ſi fuit venditum vinum, oleum, & aliæ res conſiſtentes in pondere, numero, vel menſura, & diſtinguit text. *in l. quod ſæpe. 35. §. in his. 5. ff. de contrah. empt.* & ibi pulchre declarat Bald. quod aut venditio ſit ſimpliciter, & fuit conſtitutum vnum pretium pro toto frumento, oleo, vel vino, & ſtatim venditio dicitur perfecta: aut fuit facta venditio taliter, quod pro ſingulo corpore, pondere, vel menſura, ſit certum pretium ſtatutum; & iſto caſu non eſt perfectus contractus, niſi ſecuta admenſione, numeratione, & ponderatione, & tunc dicitur facta venditio ad menſuram, quando pro ſingulo ſtario, vel iugere terræ conſtituitur certum pretium (puta decem pro ſingulo ſtario) vt declarat Bald. vbi ſupra, & de iis addo videndum Franc. de Aret. *in conſi. 11. per totum,* & Dec. *in conſi. 179. & Socin. conſ vltim. in 4. lib.* ibi plene. Item ex † ſignatura vini in vegete facta 53
non transferri dominium in eum, qui ſignauit, inquit text. *in l. 1. §. ſi dolium. 2. ff de peri. & commod. rei vend.* & tenet Bald *in rub. C. eod. tit. colum. 1.* & Iaſ. *in l. quotiens. 15. limit. 16. C. de rei vend.* & Boer. *in deciſ 105 num 10. in prima parte.* Quid enim, † ſi 54
mercatores, dum eſſet magna penuria frumenti, emiſſent maximam quantitatem frumenti, ſoluerunt pretium, & venditores non tradiderunt frumentum in tempore adeo, quod decreuit pretium frumenti, ad quem periculum diminutionis ſpectet? Iſta quæſtio fuit ſemel in ciuitate Papiæ tempore, quo Ludouicus Rex contra Venetos bellum mouit, vt refert Hier Cagnol. *in repet. l. curabit. 5. C. de act. empt. & vend. num. 47.* & ibi dicit fuiſſe determinatum, quod periculum diminutionis reſpicit emptores, per ea, quæ tradit Alexan. & Aquen. *in l de diuiſione 5 vlt. colum. ff. ſolut. matr.* & ſubtiliter declarat Aret. *in conſil 150. viſis diligenter. colum. 6.* vbi dicunt text *in d. l. curabit. 5. C. de act. empt.* in quantum voluit deberi vſuras propter moram irregularem, ob non adimpletum contractum, debere intelligi, vt procedat reſpectu fructuum & acceſſionum ratione æquitatis in textu ſcriptæ, non autem procedit quo ad periculum interitus, vel valorem rei, in quibus iſta mora irregularis, quæ contrahitur per non implementum rei, operatur, quod eſt notandum; prædicta tamen ſane intelligo, vbi ſola mora irregularis daretur, quæ contrahitur per ſolutionem pretii ex parte emptoris, & per traditionem rei ex parte venditoris: at ſecus vbi daretur mora regularis, quæ contrahitur per interpellationem expreſſam, vel tacitam per appoſitionem diei & pœnæ, per ea quæ habentur *in l. 1 ff. de act. empt. & in d. l. curabit.* & vide etiam Capic. *in deciſ 10* Quid enim, ſi † tibi promittam per ſolennem ſtipulatio 55
nem vendere certas res, an ſi pœnitentia ductus nolueris emere, tenearis? Paulus de Caſtr. *in l. bonæ fidei. 46. de acquir. vel amitten l. ſſeſ* quam legit cum *l. ſi hæres. 5. verſic. tamen, Digeſt. de eo quod cert.*

*cert. loc* ponit hanc quæſtionem, & ibi tenet, quod locum habet pœnitentia; imo ſi quid ſolutum eſt, repeti poterit, etiam quod non ſtetit per promiſſorem, quod minus venderet, mouetur ratione; quia ſi aliquis promittit vendere per ſtipulationem mihi, ipſe promiſſor eſt obligatus mihi, *l. Labeo 19 § conductum*, alias *contractum. 2. ff. de verb ſignif.* non econuerſo; quia ego ad nihil ſum obligatus illi promittenti vendere, licet facta conditione teneatur ad pretium, & firmat ac ſequitur Nic Boerius *in deciſ. 48. num. 11. in 1. parte.* Sed † quid ſi quis offert mihi vendere iuſto pretio aliquam rem, & ego accepto emere; an ipſum ſic offerentem cogere valeam ad vendendum, ſi fortaſſe pœnituerit? Philip. Corn *in conſ. 25 incip. circa pri. volum. 4* conſuluit, quod non poteſt cogi. Ratio eſt, ſecundum eum quia illa oblatio videtur potius quædam declaratio, ſeu intimatio voluntatis ſuæ, quam promiſſio, ideo ex ea non oritur actio, refert ac ſequitur Nic Boer. *in d. deciſ 48. num. 23.* Et notandum
57 eſt, † quod venditio equo, cenſetur venditus cum freno & ſella, ſi habet, vt *l. ædiles aiunt. 38. in prin & ibi gloſſ. & Bart ff de ædil. ed.* & Bart. *in l. eum qui. 4. § non ſolum 15. ff de furt. & in l. ſi vt certo. 5. § vſque adeo 9 ff. commod* & Ang. *in d. l. ædiles §. vendendi 11.* & Bald. *in l. 2. C. de ædil. act.* & voluit ibi ſingularius Bald (vt refert & ſequitur Iaſ. *in § actionum autem 28 Inſtit de act num. 38*) quod ſi aliquis cauſa vendendi oſtenderit equum bene ornatum, quod illa ornamenta tenetur tradere, & ſi non vult tradere, licitum eſt emptori agere infra 40. dies, allegat *d l. eum qui 14. § non ſolum 15. ff. de fur.* & ibi dicit Iaſ quod veniunt etiam illa ornamenta, quæ equus
58 habebat per duos dies ante venditionem † Et ſi vendito equo infra triduum moriatur a die factæ emptionis, præſumitur fuiſſe morboſum tempore venditionis, vt poſſit agi ad pretium contra venditorem, ſecundum Io. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de empt & vend & §. ſciendum verſi & nota, quod in venditione,* & ſequitur Alexan. *in ad lit. ad Bart. in l. ſi in rixa. 17. in vlt. addit. ff. ad leg. Corn. de ſic* & iſtam opin. ſequitur, & diffuſius firmat Boer. *in deciſ.*
59 *324 num. 12. in 2 part.* Finge enim † venditorem animalis proteſtatum expreſſe, ſe nolle teneri de vitiis, an nihilominus teneatur? & diſtinguendum puto, quod aut fecit proteſtationem venditor ſe nolle teneri generaliter, nihilominus tenetur: aut ſpecialiter, & ſpecialibus verbis, videlicet nolo teneri de tali vitio, & non tenetur, *l. quæro. 39. ff. de actio. empt* ſi vero erat vitium patens, & notum emptori, non tenetur venditor, *l. ea quæ commendandi, 43. ff. de contrah. empt* aut non erat notum, & tenetur; quia dolus venditoris præponderat culpæ emptoris *l. item ſi obſtetrix. 9 in fin. ff ad leg. Aquil.* ſi vero vterque erat ignorans, tunc agitur quanto minoris res valet propter vitium, vel quanto minoris empturus fuiſſet emptor, *l 1. C. de ædil. actio* ſi vero

ſciente venditor vendidit rem vitioſam, tenetur ad intereſſe extra rem, ignoranter vero tenetur, quando minoris empturus eſſet; dicit tamen Cyn. *in l. 1. C. de ædil. actio* quod vitium manifeſtum & apparens venditor non tenetur denunciare, id eſt, quando eſt extrinſecum, & in loco aperto, (vt ſi equus eſt deoculatus, vel manifeſte claudicat) Quid enim † ſi emptor rei vitioſæ, vel morboſæ agit red- 60
hibitoria, & probauit rem eſſe vitioſam ante venditionem factam, & pendente iudicio res eſt effecta ſana; an hoc non obſtante poſſit iudex condemnare venditorem? & in hoc licet prima facie videatur facere textus *in l. iuſtiſſime 44. §. final & l. ſi hominem. 47 § fin. cum l ſeq. & l. quod ſi nolit. 31. § ſi mancipium. 11. ff de ædil edict.* quod ſic: tamen in contrarium facit text. *in l. qui alienam. 54. in prin ff. de euict. & l. fideiuſſor euictionis. 15 de excep. dol.* & pro hoc facit regula tex. *in l. adigere 6 § quamuis, 2 ff. de iur. pat.* & do. Bart. *in l. Vranius* alias *Granius. 71. in fin. ff de fideiuſſ.* vbi vult, quod vbicunque pendente aliquo iudicio deficit cauſa finalis illius iudicii, illud iudicium impeditur, & idem voluit *in l pluribus. 140. §. & ſi placet. 2. ff de verb oblig* & quod non poſſit condemnare in diuiduo, latiſſime per Bart. Cæpol. *in l. actioni. 54 ff. de ædil ed.* vbi per plura firmat in facti contingentia, ita obtinuiſſe referens, ſuper quo addo videndum Andr. Tiraq. *in tractat. cau. ceſ. numer. 231. in verb Redhibitionis cauſa* dicentē, quod venditor debet in expenſis eius condemnari, & donec ceſſauerit vitium, & ſi emptor perſtiterit ſciens vitium ceſſaſſe, debet in aliis expenſis condemnari; & hoc dicit voluiſſe eundem Cæp vbi ſupra *num. 11.* Illud † non 61
abs re ſubnectendum puto, nunquid ſi cum fuerit deliberatum & concluſum inter conſiliarios ciuitatis ſeu ſuperiores de vendendo frumentum certo, & determinato pretio, & non pluris, quidam hoc ſciens, vendit ſuum frumentum pluri pretio, quam concluſio, antequam concluſio prædicta publicata extitiſſet, licet vendiderit minori pretio, quam tunc temporis in platea valebat, an contracta venditione & publicata dicta cõcluſione reſcindatur dictus contractus? in quoquidem caſu reperio Bart Cæpol. *in l ſi nominatim.* alias *nominatim. 34 ff. de cond. & demonſtr.* quia arguit ad partes, & inquit ſibi prima facie videri, quod reſcindatur talis contractus, motus per text. *in l. 1 § venditor. 1. ff. de act. empt.* vbi dicitur, quod ſi venditor ſcit ſeruitutem deberi, & ignorabat emptor, & nihil dixit venditor, quod tenetur actione ex empto. Idem pro hoc dicit facere tex. *in d. l. ſi nominatim & §. præced.* (ibi, conſulto reticuit) & hanc opinionem citat teneri per Guliel. de Cun & Bart *in l contra legem 29 ff. de leg.* & Bart. *in l. quæro. 39. ff. de actio. empt.* & Paul. de Caſtr. *in l. 1 §. 1. eod. tit.* & Ioan de Plat. *Inſt. de legit. pat. tut in fi 1. col.* ſed Raph. Fulg. *in d. l quæro.* (c. vt ipſe citat, tenet cõtrarium (videlicet, quod valet contractus, & non tenebatur emptorem admonere) ſed ipſe Bart. Cæp.

tenet contrarium, & dicit pro hoc eſſe caſum ad literam in ratione ſui *in l. 1. in princ ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ fue.* (maxime ibi; ſed natura æquum eſt, non eſſe impoſitum) & pro hoc etiam dicit facere *l. vnicam §. ille autem nouiſſimus. 11. C. de lat. lib. coll.* vbi dicitur, quod occaſio fraudi non eſt danda, & gl. *in l. ſatis. 23.* quæ in c. *not ibi: Item daretur occaſio C. de agr. & cenſi. lib. 11.* & quod ibi not Bar *in fi. & in l. omnes profugi. 8. in fi. eo tit. de agr. & cenſi.* Item hoc dicit probari ratione euidenti; nam mens ſtatuentium, quid ſenſerint, ſpectanda erit, ſed in caſu prædicti ſtatuti ſeu concluſionis fuit, quod ciuitas haberet frumentum in bono foro; & iſte fecit contrarium, ergo pro hoc dicit eſſe bonũ tex. *in l. Iulianus. libro quinto. decimo. 13. §. ſi venditor dolo. 4. & in § ſeq. & in § idẽ Iul. dolum. 6. ff de act. empt. & ven.* nec obſtat ſecundum eum, quod ſtatutum non ligat, niſi à tempore promulgationis, & etiam aliquando poſt duos menſes, vt *in Auth & (alias) vt factæ nouæ conſtitutiones poſt inſinuationem. col. 5. tit. 25. Nou. conſt. 66.* quia paria ſunt facere contra ſtatutum iam promulgatum, vel non promulgatum, & in fraudem anticipari tempus, argu. *l ſi quis id quod. 7 verſ. quod ſi dum proponeretur. 2. ff. de iur. om iud.* & tenẽdo iſtam opinionem, reſpondet motiuis Fulgo. & ſic concludit tenendum eſſe, quod venditor tenetur ad reſtitutionem pretii quãti intereſt ipſius emptoris rem emptam non fuiſſe illo pretio, & hæc notes ad nonnullas quæſtiones.

62 Solent aliquando † venditores equorum, tempore venditionis proteſtatione præmiſſa vendere, quod non intendunt teneri de aliquibus vitiis, quo fit vt dubitetur an tale pactum liberet venditorem, ſi equus eſt vitioſus, & diſtinguendum, prout ſupra nu. 59. diſtinguitur, & vide latius exordiendo Barth. Cæp. *in l. ſi venditor. 28 ff. de ædil. ed. nu. 8. cum ſeq* ali-
63 ter diſtinguentem, vt ibi per eũ. Quid † enim ſi emi duas res, quarum vna eſt vitioſa, & ſic redhibitioni locus eſt, nunquid in ambabus rebus redhibitoriæ ſit locus? & ſi res in aliquo officio ſint coniunctæ, nec penitus ſint reparatæ, reſolutio vnius eſt proculdubio reſolutio alterius, at ſecus econtra, *l. ædiles 38. § cum autẽ 14. ff. de æd. edict. & firmauit Bald. in l. ſi*
64 *prædium. 4 C. de æd. act.* Et quid † ſi facta ſit venditio mercium ad certã menſuram, quæ tẽpore traditionis non præſtatur, an agi poſſit quanto minoris ex empto, dubium eſt? in quo dicas, quod ſic, *l. ſi in emptione. 5. in prin & l. Iul. 13. §. quid tamen. 3. & l. ſi ſeruum. 4. § fin ff de act. empt.* nam deceptus in menſura agit ad ſupplementum quanto minoris ex *c. per tuas. 5. de donat.* niſi adiectum ſit tempus menſurandi & referendi; quia eo elapſo renunciare videtur, ſi conuentum fuit mẽſurare & referre infra certum tempus, vt eſt not tex. *in l. qui fundum. 40. ff. de contrahen.*
65 *empt.* Quid igitur † dicendum de eo, quod ſæpiſsime contingit in nundinis dubitari, ecce quidam mercator vendidit merces vni, & non tradidit, demum ſequenti die alteri eas merces vendidit & tradidit, quibus traditis illico è nundinis receſsit, & dum ſecundus emptor voluiſſet recedere cum mercibus, primus emptor vult impedire ſecundum emptorem, vt non diſcedat cũ mercibus, ex quo per prius ei fuerunt venditæ: quæritur an poſsit? & breuiter dicas, quod non, ſecundum Bald. *in c. 1. col. 1 per illum text. in tit. quid ſit inueſt.* refert & ſequitur *Iaſ. in l. quoties. 15. C. de rei ven. nu. 2.* Quid enim † ſi duo eme- 66
runt merces à quodam mercatore pro certo pretio, & vnus illorum vult agere contra venditorem, & offerre partem pretii, vt ſibi tradantur merces pro rata ſua, an poſsit? dicendũ eſt, quod non, vt eſt text. *in l. quod ſi nolit 31. §. idem Marcellus. 8. ff. de ædil. edi. & l. fiſtulas. 78. §. qui fundum. 2. ff. de contrah. empt.* & Paul. de Caſt. *in l. Iulianus. 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt.* & Soc. *in conſ. 16. in 3. lib.* Addam † hic quæſtionem, 67
quæ de facto mihi euenit Salerni in nundinis. Quidam mercator vendidit mihi tres ſaccos piperis, & facta venditione cepi dictum piper, & repoſui in tribus ſaccis meis & ſubſignaui; ſeu ſigillaui, dimiſique in eadem apotheca venditoris, qui alteri vendidit & tradidit; quis ergo præferatur, dubitatum fuit? in quo illud dicendum eſt, quod ex quo primus emptor menſurauit & poſuit in ſaccis ſuis ſignando etiam, ſi poſtea venditor alteri vendat, præfertur primus emptor; quia per talem ſignaturã transfertur ita dominium, ac ſi & prout transfertur per veram traditionem, vt eſt text *in l. quod ſi neq. 14. §. ſi de peri. & com. rei ven.* fallit in vegete vini vendita, refert & ſequitur dom. Iaſ. *in d. l quotiens 15. C. de rei vend. num. 22.* vbi pulchre, & licet plura alia potuiſſem notatu digna addere, iis contentus ad alia deueniendum eſſe cenſui. *Pet. Fol. I. V. D.*

## IVDICIORVM V. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud ordinarium, & aliud delegatum.*
2 *Iudex ordinarius quis dicatur, & quis delegatus, & in quibus differant.*
3 *Iuriſdictio originaliter radicata eſt in principe, & ab eo deſcendunt iudices, ſicut riuuli à fonte ſuo.*
4 *Delegatus iudex quis dicatur, & quomodo cognoſcatur ab ordinario, & in quib. differunt adinuicem.*
5 *Vicarius, ſeu locum tenens, an dicatur ordinarius vel delegatus, & nu. 9. cum plur. ſeq.*
6 *Vicarij tres dicuntur eſſe ſpecies.*
7 *Archidiaconus abſente Epiſcopo, vicarius eſt epiſcopi, ipſo iure.*
8 *Vicarius quomodo cognoſcatur à delegato.*
9 *An ſubſtitutus dicatur ordinarius vel delegatus.*
10 *Viceduces, vicereges, & vicecomites dicuntur iudices ordinarij.*
11 *Barones omnes habent iuriſdictionẽ in baronia ſua.*
12 *Vicarius generalis epiſcopi, dicitur ordinarius, ſecus particularis vicarius vnius loci; quia eſt delegatus.*
13 *Epiſcopus æquiparatur Duci, Comiti, vel Baroni.*
14 *Vicarius foraneus, ſeu ruralis, quis dicatur.*

15 Appellari non poteſt à vicario generali ad Epiſcopum; ſecus à vicario foraneo, vel rurali.

16 Vicarius Epiſcopi, dicitur ordinarius in his, quæ de iure communi in eum tranſeunt, ſecus in his, quæ non tranſeunt: niſi ſpecialiter ſibi committãtur per Epiſcopum, prout ſunt cauſæ criminales, & collationes beneficiorum; quia in his eſt vel delegatus

17 Vicarius rect ris ſecularis, vel præſidis, an dicatur ordinarius delegatus.

18 Vicarius creatus ab habente poteſtatem ſubſtituendi, dicitur ordinarius.

19 Vicarius an poſſit conſtitui ab inferiori à principe.

20 Vicarius, quam poteſtatem habeat, & de quibus cauſis poſſit cognoſcere.

21 Intell ad l. 2. C. de off. eius, qui vi alter. ger.

22 Vicarius an poſſit alium vicarium ſibi ſubſtituere.

23 Delegatus à quibus conſtitui poſſit.

24 Delegatus aliam iuriſdictionem habere dicitur.

25 Delegatus regulariter ſubdelegare non poteſt, ſed fallit in delegato principis num. 26.

27 Delegatus principis quando non poſſit ſubdelegare.

28 Appellari an poſſit à ſubdelegato ad principem delegantem, omiſſo ſubdelegante.

29 Delegatus non poteſt abſoluere ab obſeruatione iudicii ante litem conteſtatam, nec facere præceptum diffinitiuum.

30 Delegata iuriſdictio, dicitur odioſa; ordinaria vero, fauorabilis num. 34 & 36.

31 Proceſſus an ſit nullus, ſi plures ſint delegati, & vnus ſine alio procedat.

32 Arbitri cum plures ſunt, non poteſt vnus ſine alio procedere.

33 Iuriſdictio cum pluribus inſolidum non competit, ſententia per vnum lata non valet.

34 Iuriſdictio delegati prorogari non poteſt: nec poteſt cognoſcere, niſi inter perſonas contentas in reſcripto delegatario.

35 Delegati cum plures ſunt, vno mortuo, omnium iuriſdictio expirat: ſecus in ordinariis.

36 Iuriſdictionis appellatio intelligitur de ordinaria, non de delegata.

37 Coram delegato poſſunt cumulari plures ſummæ diuerſis actionibus in eodem libello ad impediendam eius iuriſdictionem, non coram ordinario.

38 Delegata iuriſdictio derogat ordinariæ: ideo reſtringenda.

39 Sententia delegati contra ius litigatoris, non valet, nec tranſit in rem iudicatam ſi non appelletur: ſecus in ſententia ordinarij.

40 Proceſſus contumaciæ punitiuus, factus à delegato, non vere delegato, non valet; ſecus in ordinario.

41 Delegatus non poteſt reuocare ſententiam ſecundi decreti, ſicut ordinarius.

42 Delegatus an poſſit indiſtincte, vt ſuſpectus, recuſari, & quid de ordinario.

43 Delegatus vt ſuſpectus recuſatus, an poſſit cauſam alteri committere, & quid in ordinario.

44 Delegatus an in delegando poſſit ſententiam ſibi reſeruare, ſicut ordinarius.

45 Delegatus an & quando poſſit ſuam ſententiam exequi.

46 Delegatus an, & quando poſſit minuere, vel augere tempus, quod datur iudicatis. & num. 47.

48 Tempore, quod datur iudicatis, an indiſtincte gaudeat condemnatus.

49 Magiſtratus appellatione non venit delegatus, ſed tantum ordinarius.

50 Delegatus Papæ poteſt ſubdelegare cauſam ſuo non ſubdito, etiam ſuperiori, dummodo ſit in dignitate conſtitutus: ſecus in ordinario.

51 Delegatus, qui nulliter pronunciauit, non poteſt iterum pronunciare: ſecus eſt in ordinario.

52 Delegatus an poſſit ſuam interlocutoriam reuocare, & num. 53.

54 Delegatus non poteſt ſubdelegare vnum articulum iuriſdictionalem, niſi ſit ad vniuerſitatem cauſarum: ſecus in ordinario.

55 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum non poteſt vniuerſam ſuam delegationem ſubdelegare.

56 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quis dicatur.

57 Delegatus non poteſt citare per edicta, niſi ſit delegatus principis.

58 Delegatus inferioris à principe, non poteſt aliquem capere de perſona.

59 Delegatus an citare debeat cum inſerto tenore delegationis & nu. 60.

61 Iuriſdictio delegati expirat per mortem delegantis, re integra, & quando dicatur res integra: ſecus in ordinario.

62 Vicarii iuriſdictio extinguitur morte Epiſcopi.

63 Delegatus etiam à principe, non poteſt ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi, niſi hoc faciat ſciente & patiente ordinario: ſecus eſt in ordinario.

64 Delegatus non poteſt ſententiam ſuam dubiam interpretari: in ordinario ſecus eſt.

65 Delegatus, qui non poteſt exequi, non poteſt ſibi taxationem expenſarum reſeruare.

66 Delegatus, an & quando cognoſcat de cauſis meri & miſti imperii.

67 Cauſæ meri & miſti imperii de iure canonico delegantur.

68 Principis delegatus etiam cauſas meri & miſti imperii ſubdelegat.

69 Delegatus principis quando ſubdelegare nequeat.

70 Eximens vocatum in ius coram delegato, non tenetur edictio; ne quis eum, &c. ſecus eximens vocatum coram ordinario.

71 Capitulum ſede vacante non ſuccedit in iuriſdictionem delegatam.

72 Delegatus Papæ demandare non poteſt poteſtatem abſoluendi, nec prædicandi, nec prouidendi Eccleſiis de prælatis: ſecus eſt in ordinario.

73 Delegatus non poteſt inſtituere præſentatum in Eccleſia patronata.

74. De-

74 *Delegatus an poſſit mulctare.*
75 *Iuriſdictio delegati non ſuſpenditur per excommunicationem delegantis. Secus eſt in vicario, ſi excommunicetur Epiſcopus.*
76 *Princeps ſolus vtitur in reſcriptis clauſula;* appellatione remota; *non autem delegatus principis, nec operatur in præiudicium tertii.*
77 *Delegatus an dicatur is, cui commiſſa eſt cauſa, in qua alias erat ordinarius.*

QVINTA principalis diſtinctio iudiciorum eſt;
1 quia † iudicium aliud eſt ordinarium, & aliud delegatum. Ordinarium eſt illud, quod ventilatur coram iudice ordinario, de quo loquitur totus titulus *extr. de offic. ordin.* Iudicium vero delegatum eſt, quod ventilatur coram iudice delegato, de quo loquitur totus tit. *extr. de offic. deleg. & ff. de*
2 *offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. per tot.* Quis † autem dicatur iudex ordinarius, & quis delegatus: & quomodo cognoſcatur vnus ab alio, & in quibus differat ordinarius à delegato: quia iſta materia vtilis, & quotidiana, quæ quotidie verſatur in iudiciis, ideo decreui hic eã plene declarare; cum hic opportune congruat. Iudex ergo ORDINARIVS dicitur ille, qui eſt creatus à Principe, Papa, Imperatore, vel Rege, vel ab alio ſuperiore habente poteſtatem cõcedendi ordinariam iuriſdictionem, vt præſit vniuerſali iuriſdictioni alicuius ciuitatis, vel prouinciæ. eo enim ipſo, quod alicui committitur vniuerſitas negotiorum per habentem poteſtatem, cenſetur creatus ordinarius, niſi expreſſe dicatur in commiſſione, quod delegat ſibi cauſas, vel quod facit eum delegatum: nam tunc eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ita declarat Alex. *in l. prætor. 17 ff. de iuriſd. omnium iud.* de mente Bart. *in l. more. 5. eod tit.* & ſic habes bonam doctrinam cognoſcendi ordinarium à delegato, ad vniuerſitatem cauſarum. poteſt tamen creari ordinarius, non ſolum cum territorio, verum etiam ſine territorio, vt declarat Felin. *in c. poſt ceſsionem. 7. in princ de probat.* & eſt textus cum gloſſ. & ibi Gemin *in c. ordinarii 3 de offic. ordin.*
3 *libr. 6.* Scias tamen, † quod omnis iuriſdictio plenaria eſt radicata in principe, & in eo eſt originaliter, vt probatur *in l. 1. ff de conſtitut. princip.* & notat Bart. *in l. 1. colum. fin. ff de iuriſdict. omnium iud.* & ad ſolum principem ſpectat conferre ordinariam iuriſdictionem, & creare iudices ordinarios, text. eſt & ibi gloſſ. & Bald. *in c. 1. §. iudices. de pat. iur. firm. in vſibus feud. & in l. 1. ff. ad leg. Iul. de amb.* & gl *in cap. 2. ne prælat. vices ſuas.* ita vt omnes dignitates & omnia officia, & gradus ab ipſo principe profluant, ſicut riuuli à ſuo fonte, ita dicit Ang *in rub. ff de iur. omn. iud.* & Bal. *in c. 1. in princ. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. tit. 2. lib. 10. in vſi. feud.* vnde plures gradus iudicũ ordinariorum reperiuntur. Quidam enim dicuntur ſuperilluſtres, quidam illuſtres, quidam ſpectabiles, quidam clariſſimi, & quidam infimi, quos gradus ponit gl. & ibi Alex. & Mod. *in l. 1 ff. de offic. eius, cui mand. iuriſd.* & Spec. *in tit. de iur. omn. iud. col 1. & 2.* DELEGATVS † vero is dicitur, cui à princi- 4
pe vel ab ordinario, vel à delegato principis cauſa committitur, vices gerens delegantis, & proprium nihil habens, *l. 1. §. qui mandata. 1. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd.* ita declarat Alex. *in rub. illius tit. col. 3. in fin.* & Spec. *in tit. de iud deleg. § 1.* Delegatus enim dicitur habere ſolum vſum iuriſdictionis delegantis, & nihil habet proprium, quo ad iuriſdictionem, vt *d. §. qui mandatũ & l. & ſi prætor. 1. ff de off eius, cui mand. eſt iuriſ.* Quomodo autem cognoſcatur, an aliquis ſit creatus ordinarius, vel delegatus, vltra ea, quæ dicit Alex *in d. l. prætor. 17. ff. de iuriſd omn iud.* ponit Bart *in l. more. 5. col. 2. verſ. iuxta hoc, &c. eod. titul* & Abb. & communiter Dd. *in c. licet 12. de off. ordin.* videlicet, quando in commiſsione diceretur, procedas auctoritate noſtra, vel delego, vel committo tibi talem cauſam; vel quando additur commiſsioni aliqua clauſula, quæ nõ ſpectat ad ordinariam iuriſdictionem, vt ſi dicatur, procedas appellatione remota, vel alia ſimili clauſula vtatur; tunc enim ſemper præſumitur delegatus, ſecundum Abb *in d. c. licet. 12. col. 2.* Si vero hoc non apparet ex circumſtantiis; & tunc ſi vniuerſitas cauſarum conceditur, præſumitur ordinarius, *l. 1. §. cum vrbem.* alias *initio. 4. ff. de off. præf. vrb.* Si vero vna cauſa, vel plures diſtinctæ, & ſeparatæ concedantur, præſumitur delegatus, ſecundum Bart. *in d. l. more. 5. col 2. verſ. iuxta hoc, &c.* & ibi etiam Alex. *in 3. col. in fin.* & Bart. *in l. 2. § fin. de opt. leg.* & Bart. *in l. ambitioſa 4. col. fin. ff. de dec. ab ord. fac.*
AN † autem LOCVM TENENS, SEV SVBSTI- 5
TVTVS ALICVIVS OFFICIALIS, DICATVR ORDINARIVS VEL DELEGATVS? hæc eſt pulchra quæſtio, & valde difficilis, & multæ quæſtiones quotidianæ poſſunt ex ea decidi, maxime propter multas differentias, quæ ſunt inter ordinarium & delegatũ? vnde pro pleniori diſcuſsione huius quæſtionis, ſubiicio tres alias quæſtiones. PRIMA erit, quis dicatur ſubſtitutus, ſeu vicarius vel locum tenens. SECVNDA, an talis ſubſtitutus ſit ordinarius, vel delegatus. TERTIA, vtrum inferior à principe poſsit ſibi conſtituere vicarium, ſeu locũ
tenentem. Venio † ad PRIMAM QVÆSTIONEM, 6
ſuper qua dic, quod tres reperiuntur ſpecies vicariorum, ſeu locum tenentium. Primo modo dicitur vicarius is, qui conſtituitur ipſo iure à lege ſiue facto
hominis: prout † eſt Archidiaconus, qui abſente 7
Epiſcopo, eſt vicarius Epiſcopi ipſo iure, *cap. 1. de off. Arch.* Secundo modo dicitur vicarius ſeu vicegerens is, qui conſtituitur ab eodem ſuperiore, à quo fuit conſtitutus ille ordinarius, in cuius locum ſubrogatur, & de hoc loquitur tex. *in l. 2. C. de officio eius, qui vic. alt. ger. & l. 1. §. à præfecto. 4. ff. de leg 3.* Tertio modo dicitur vicarius is, qui ſubſtituitur ab aliquo in locum ſui ipſius ſubſtituentis, & de hoc loquitur text. *in l aliquando. 5 ff. de off. proconſ. & in Auth. de collat.*

*& aliis*

*& aliis cap.col.9.tit.11.Nouell.conſt.128. §. ad hoc prohibemus.4.in Auth.vt nulli iud.col.9.tit.17.Nouell.conſtit. 134.in princ.*& Bart *in l.obſeruare.4.ff.de offic.pro conſ.* & hæc colliguntur de mente Alex.*in rubr. ff. de offic.*
8 *eius,cui mand.eſt iur.* Quomodo † autem cognoſcatur vicarius à delegato, declarat Bart.*in l.1 §.1.in fin. ff.quis & à quo appell.*vbi dicit, quod ſi vicarius ſedet in eodem tribunali, in quo ſedebat conſtituens, cenſetur vicarius, ſi vero ſedet in alio loco, dicitur delegatus. Ex quo infert ipſe, quod ſi ordinarius ſcribat alicui, quod ſit ſuus vicarius in tali cauſa, vel in tali loco particulari, & diſtincto, talis non erit vicarius, ſeu delegatus, vt habetur *in.c.Romana.3.de appell.lib.6.*vnde a tali ſubſtituto appellatur ad ſubſtituentem, vt ibi habetur.
9 Secvnda † qvaestio eſt, an talis ſubſtitutus dicatur ordinarius, vel delegatus? ſuper qua vera concluſio eſt, quod in primis duabus ſpeciebus vice gerentium, ſcilicet quando quis conſtituitur à lege, vel à ſuperiore, dicitur ordinarius, ex quo lex, & talis ſuperior poterat dare ordinariam iuriſdictionem, & hoc non habet dubium, per allegata per Alexandr. *in d. rubr. ff. de offic.eius.* In tertia vero ſpecie, ſcilicet quando conſtituitur ab aliquo Officiali in locum ſui ipſius, in hoc conſiſtit omne dubium, vnde pro habenda veritate diſtingue, aut talis vicarius ſubſtituitur ab ipſo principe in locum ſui ipſius, prout eſt vicerex, vel legatus de latere; & ſine dubio talis vicarius habet ordinariam iuriſdictionem, tex. eſt *in c.tua.*alias *ſua nobis.5 & ibi per Doct. de off. vicar.* Ponderando ibi illud verbum *iuriſdictio,* quæ in dubio intelligitur de ordinaria, ſecundum Abb. ibi.& dicam infra in differentiis. nam princeps poteſt dare ordinariam iuriſdictionem, vt ſupra dixi, & probatur *in l.1.§. cũ*
10 *vrbem.* alias *initio.4.ff.de offic.præfect.vrb.* Ex † quo infero, quod hodie in regno idem eſſet dicendum de iſtis ſubſtitutis Ducum, Comitum, & Marchionum, quos in regno appellamus Viceduces, Vicecomites, &c. nam iſti habent ordinariam iuriſdictionem, quia ex forma priuilegiorum, omnes Barones regni habent merum, & miſtum imperium, ſibi conceſſum à Rege, cum poteſtate creandi capitaneos, ad iuſtitiam, & ordinarios iudices, ſecundum Andream de Iſern.*in conſtitut.in locis demanii. la prima.* & iſti, qui habent priuilegium, debent exercere iuriſdictionem de licentia principis, vt notat Andr. de Iſern.*in conſtitut.ea quæ.* & maxime in prædictis dignitatibus, quæ appellantur regales ſecundum Baldum, & communiter Doct.*in cap.1.de feud. March.* & Alexand.*in conſil.25.colum. 3.in quinto vo-*
11 *lumine.*& † dicit Matth. de Afflict.*in deciſ.57.conſil. Neapol.* quod ratione territorii omnes Barones ha-
12 bent iuriſdictionem in Baronia ſua. Si † vero talis ſubſtitutus creatur ab inferiore, à principe, quia tamen non ſit Dux, Comes, vel Marchio, vel Baro, habens merum imperium ex priuilegio, vt ſupra, puta ſummus in capitaneo, ſeu rectore ciuitatis, vel præſide, qui vult ſubſtituere in locum ſui ipſius, in hoc eſt differentia inter ius ciuile, & canonicum; quia vicarius Epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem, vt not. Abb. *in d. cap. tua.* alias *ſua nobis. 5. de officio vic. & in d.cap.Romana.3.de appell. libr. 6.* & habetur *in cap. licet. 2. de offic. vicar. libr.6.* quia lex dat ſibi iuriſdictionem ordinariam, ſecundum Alexand. *in dict. rubric. ff. de offic. eius. colum. 4. circa finem.* ſed vicarius rectoris ciuitatis vel præſidis, non habet ordinariam; quia nec lex ei dat, nec ipſe dare poteſt, ex quo talem authoritatem non habet; imo prohibetur à lege, per *d. §. ad hoc prohibemus. 4.* 13
*in Authent. de collat.* Confirmatur † id, quod dicimus de vicario Epiſcopi, quod ſit ordinarius: quia Epiſcopus æquiparatur Duci, Comiti, vel Baroni, ſecundum Bartol.*in l. ſi quis abſentis. 5. in princ. & ibi etiam Alexand. ff. de verbor. obligat.* vnde ſicut ſubſtitutus Comitis vel Baronis dicitur ordinarius, vt modo dixi; ita & ſubſtitutus Epiſcopi; quia ex communi forma bullarum, eandem habent diœceſim à Papa ſibi conceſſam, quam habet Baro in Baronia, & probatur *in c. cum Epiſcopus.* alias *Romana. 1. de officio vicarii. libr. 6* Limita † tamen iſtud 14
quod dicitur de vicario Epiſcopi, procedere in vicario generali: quia ille dicitur ordinarius; ſecus in vicario ſpeciali, dato in vna terra diœceſis, vel in certa parte cauſarum tantum, qui dicitur vicarius foraneus, vel ruralis: quia ille eſt delegatus, non ordinarius, gloſſ. eſt notabilis *in clem. 2. in ver. foraneo. de reſcript.*& tenet Geminia. *in c.1. in 2. quæſt. de offic. ordin. libr. 6* & Felin. *in rubric. de offic. delegat. colum. fin.* & Alexand *in rubr. ff. de offic. eius. colum. penult. in princip.* & Angel. *in l. præcipimus. 32. C. de appell.* Vnde † tunc à tali vicario foraneo appellaretur ad E- 15
piſcopum, vel ad vicarium generalem, vt habetur *in d.c.Romana.3. & ibi Gemin. de appell. libr. 6.* & not. Bald. *in conſ.2. in tit. de appell.* licet ſecus ſit in vicario generali; quia ab eo non appellatur ad Epiſcopum, ex quo eſt idẽ tribunal, vt *d.c.Romana.3.*& not. Bart. *in l 1.§.1 ff quis & à quo appell.*& ad prædicta vide etiam Card.*in d. Clem.2. in 24.q. de reſcr.* Secundo † notabiliter Limita procedere in his, quæ de iure 15
communi, & generali conceduntur vicario Epiſcopi; quia in illis tantum eſt ordinarius, puta in cauſis ciuilibus; nam cauſas criminales non poteſt de iure exercere Epiſcopi vicarius, niſi ſpecialiter ſibi committantur per Epiſcopum, vt eſt text. *in c. 2. de offic. vic. libr. 9.* Item minime poteſt conferre beneficia, niſi ſpecialiter ſibi concedatur poteſtas conferendi per Epiſcopum, *c. fin. de officio vicar. libr. 6.* & Abb. *in c. tua.* alias *ſua.5.de off. vicar.* vnde ſequitur, quod ſi iſta, quæ nõ veniunt in generali conceſſione, concedantur ſpecialiter vicario per Epiſcopum, in iſtis erit delegatus, non ordinarius, & appellabitur tunc ab eo ad Epiſcopum delegantem, ita tenet Felin. *in c.licet.12. col. 1. de offic. ord. & in rubr. de offic. deleg. colum. fin.* quod nota perpetuo propter differentias

quæ ſunt inter ordinarium, & delegatum. Circa vicarium † rectoris ſecularis vel præſidis, vera concluſio eſt de iure ciuili, quod non eſt ordinarius, ſed delegatus. ita concludit Alexand. *in d. rubr. ff. de offic. eius.* Ego autem conſidero, & intelligo hoc dictum Alexan. procedere, quando Officialis vellet facere ſibi vicarium in caſu, à iure prohibito, prout eſt regulariter, vt dicam infra in ſequenti dubio, ſecus ſi faceret in caſu permiſſo, prout eſt in caſu neceſſitatis, puta cauſa infirmitatis, vel iuſtæ abſentiæ: nam omnes Doctores concludunt, quod tunc poteſt facere vicarium, ſecundum Bart. *in l. obſeruare. 4. ff. de officio proconſul.* & Bald. *in c. ſi quis deceſſerit. ſi de feud. fuer. contr.* & probatur *in dict. § hoc prohibemus 4. in Authen. de collat.* vbi permittitur officiali antequam veniat in officium, deſtinare vicarium, & eodem modo poſtquam venit, ſi contingat eum abeſſe ex iuſſione principis, vt ibi dicitur in fin & not. Bald. *in l. aliquando. 5. ff. de offic. proconſul.* nam in iſto caſu puto, quod talis ſubſtitutus dicatur ordinarius; quia lex permittens eum ſubſtitui, videtur ſibi dare ordinariam iuriſdictionem, & ita reperio, quod in terminis tenet Bartol. *in l. nec quicquam. 9 §. vbi decretum. 1. in 1. lect. colum 2 verſ oppo. & videtur*, quod *iſta & l. de offic. proconſ.* vbi expreſſe dicit, quod ſubſtitutis ab eo, qui ſe abſentat, vel in locum officialis mortui, dicitur ordinarius. Eodem † modo, quando aliquis eſſet creatus ordinarius à principe cum poteſtate ſubſtituendi, puta quod ſubſtitutis ab eo, ſit ordinarius: quia videtur creatus auctoritate principis id concedentis, & ad hoc moueor per ea, quæ not. Paris *in tractat. ſyndicat. in verb. ſubſtitutus. colum. 3.* vbi quærit, an ſubſtitutus ab eo, qui habebat poteſtatem ſubſtituendi in ſuo priuilegio, poſsit imponere pœnam mortis; nam ſi non eſſet ordinarius, fruſtra dubit ictur de hoc, cum certum ſit, delegatum non poſſe expedire ea, quæ ſunt meri imperii, *l. 1. ff. de offic eius.* Præterea iſtos duos caſus ego confirmo ratione vrgentiſsima: nam lex expreſſe prohibet officiales facere ſibi ſubſtitutos, niſi in caſu neceſsitatis, vt *d. §. ad hoc prohibemus & in Authent. vt nulli iud. in princip.* & tamen permittit cuilibet ordinario poſſe delegare cauſas delegabiles, *l. more. 5 ff. de iuriſdict. omn. iudic* & hoc procedit, ſiue in caſu neceſsitatis, ſiue non, vt probatur *in d l. 1 ff. de officio eius.* vbi in caſu neceſsitatis permittitur delegatio meri imperii: ergo in aliis cauſis delegabilibus non conſideratur caſus neceſſitatis. Si ergo lex vetat facere ſubſtitutum, niſi in certis caſibus, ſequitur, quod in illis caſibus exceptuatis erit ordinarius; quia ſi eſſet delegatus, etiam in caſibus nō exceptuatis poteſt eſſe delegatus ſine aliqua prohibitione legis. Ad quid ergo lex induceret talem prohibitionem, niſi eſſet ordinarius? Et idem dicimus in poteſtate ſubſtituendi cōceſſa: quia abſque tali poteſtate quilibet ordinarius conſtituet ſibi delegatum, vt *d. l. more.* ergo talis poteſtas operatur, vt poſſit conſtituere ordinarium auctoritate Principis concedentis. Extra autem hos duos caſus, ſi ordinarius faceret vicegerentem, non dicitur ordinarius, ſed potius delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & ita procedit quod dicit Alexand *in dict. rubric. ff. de offic. eius* & hoc expreſſe tenet Iaſon *in l. ſi eadem. 3. colu. 2 ff de offic. aſſeſſ.* Venio † ad TERTIAM QVAESTIONEM, 19
videlicet, vtrum inferior à Principe, poſſit conſtituere ſibi vicarium, & loquor de rectore ciuitatis, vel de præſide; quia iam de aliis dictum eſt, & breuiter concludo, quod non, & hoc regulariter; quia omni iure prohibetur. Primo enim prohibetur per ius commune, *per dict. § ad hoc prohibemus, & in Authent. vt nulli iudic. in princip.* Secundo, prohibetur in regno Siciliæ per multas conſt. Et primo, per *conſtit.* quæ incip. *officia.* quæ imponit pœnam capitalem. Secundo, per *conſtit duram, & diram* quæ imponit pœnam publicationis bonorum contrafacientibus. Tertio, per *capitulum regni*, quod incip. *quia de vicariis &c.* vbi prohibet res fieri vicarios ſine eius licentia, & factos iubet de ciuitatibus expelli & dicit Paris *in tractat. ſynd. in verſ. ſubſtitutus col fin* quod poteſtates terrarum nō poſſunt facere ſubſtitutum, & ire ad ſolatium. Quod tamen limita, niſi in caſu neceſſitatis, & dixi in præcedenti dubio quia leges nouæ diſtinguuntur per veteres, *l ſed & poſteriores. 28. ff de legibus.* Quam autem † poteſtatem habeat vicarius ſeu locum te- 20
nens in caſu, in quo de iure conſtitui poteſt, dic, quod ſi eſt conſtitutus à principe, vel alio ſuperiore, qui habet poteſtatem conſtituendi vicarium ſeu ordinarium, puta in locum ordinarii abſentis vel mortui, & tunc vera & communis cōcluſio eſt quod poteſt facere omnia, quæ poterat ille ordinarius, in cuius locum ſubſtituitur. Vnde † poteſt expedire 21
omnes cauſas meri imperii, vſque ad mortem & membri abſciſſionem incluſiue. ita intelligitur *l 2. C. de off eius, qui vi al ger. re* probata gloſſ ibi, quæ dicit, quod non poteſt imponere vltimū ſupplicium, & membri abſciſſionem; quia hoc non procedit. nam imo poteſt dictas pœnas imponere, ſecundum Bartol. *in l. 1. §. hi quibus 2. ff de legat. 3. & in l. 1. col. final. ff. de officio eius.* vbi in ſpecie reprobat gloſſ. *in d. l. 2.* & ibi etiam Alexand. *in 15. colum.* & Bald. *in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit.* ita etiam tenet Iacob. de Beluiſ. & Bar. *in d. §. ad hoc prohibemus.* Si vero eſt conſtitutus ab inferiore in locum ſui ipſius, puta à rectore ciuitatis; & tunc omnes cauſas expedire poteſt præter vltimum ſupplicium, & membri abſciſſionē. ita proprie loquitur text. *in d § ad hoc prohibemus.* & ibi Iacob. de Bel. & Bart. idem tenet Bal. *in l. data opera 11. colum. 13 C. qui acc ſ. non poſſ.* & Bald. *in d. c. ſi quis deceſſerit, ſi de feud fuer. c intro.* & habetur in locis prælleg. & procedit etiā, ſi capitaneus habeat poteſtatem ſubſtituendi in priuilegio, vt tenet Paris *in tract. ſynd. in d. verb. ſubſtitutus. colum. 2.* ad præ-

prædicta adde Bald. *in authen & omnino colum. 3. verſic. iuxta quaritur. C. ne vx. pro mar.* vbi dicit, quod vicarius poteſtatis poteſt expedire omnes cauſas
22 citra ſanguinis. † An autem poſsit vnus vicarius alium vicarium ſibi ſubſtituere, Dic, quod non, vt eſt text *in c. clericos 4. de off. vica.* & not. gl. *in c. in ver. ipſius, de offic. vica. li. 6.* & Bal. *in l. aliquando 5. ff de of. proc* & Felin. *in c. G. perpetuus. 12. col. 1. extra. de fide inſt.* quod procedit etiam in vicario Papæ ſecundum Car. *in Clem. 2 in 2. q. de reſc.* Limita hoc ſcilicet, vt non poſsit facere vicarium perpetuum ſibi ſimilem, ſed ex cauſa puta abſentiæ, poteſt ad modicum tempus facere vicarium, ſecundum gl. *in Clem. 1. in verſ. locum de regula.* & Car. *in Clem. 1. in 11. 14. & 18. q. de off. vic.* & Fel. *in d. c. G. perpetuus 12 col 1.*

23 In † quibus autem differat ordinarius à delegato? Ad hoc, vt iſta materia reducatur ad bonam vtilitatem, dico, quod in multis differunt. Et PRIMO reſpectu creationis; quia ordinarius conſtituitur à Principe, Papa, imperatore, vel Rege, populo, lege, vel conſuetudine. Delegatus vero ab omnibus prædictis, & à quolibet ordinario, vt not. gl. *in l & quia. 5. ff. de iuriſd. omn. iud.* Item a delegato Principis, *l. à iudice. 5. C. de iud* Item a delegato ad vniuerſitatem cauſarum, *l. 1. §. ab eo. 1. & ibi Bart. & Doct. ff quis & à quo appel.*

24 Secundo † differunt; quia ordinarius habet propriam iuriſdictionem, & iure ſuo illam exequitur, *l. more maiorum. 5. ff de iuriſd. om. iud.* Delegatus vero habet iuriſdictionem iure alieno, & nihil habet proprium, ſed habet ſolum vſum alienæ iuriſdictionis, ſcilicet delegantis, *l. 1. § qui mandatum. 3. & l. & ſi prætor 16. ff de off. eius, & l. ſolet. 1 6 ff de iuriſ om. iud. & l. & quia 6. eod. tit.*

25 Tertio † differunt; quia ordinarius poteſt regulariter delegare, *d. l. more maiorum. 5. & l. cognitio. 4. §. cum propriam. 2. de offi. eius. & c. cum epiſcopus. 7. de offi. ord. li 6.* Delegatus vero ſubdelegare nullo modo poteſt, vt *d l. more maiorum 5. & l à iudice 5. C. de iud. & l. ſi ff de offi. eius.* etiam de conſenſu partium, ſecundum Bald. *in c. cum Bertoldus. 18 colum 3 verſicu. quæro vtrum & c. in fin. de re iudi.* & Iaſ. *in d. l. à iudice,*
26 *colum 2.* † Fallit in delegato principis; quia poteſt ſubdelegare, vt *d. l. à iudice & c. paſtoralis. 28. & c. venerabilis 37. de offi. deleg. & c ſi duo 3. de offi. deleg lib. 6.* & not. Abb. *in c. ſi pro debilitate. 3. de offi deleg.* & eſt text *in l. 1 in fin. C. qui pro ſua iuriſdict.* vbi Bald. in *6. not* dicit, quod etiam cauſas meri imperii delegare poteſt, de cuius dicti veritate vide Alexan *in l 1. col antepenul. & penul. de offi. eius,* vbi de hoc examinat plenū arti. Multas alias fallentias vide per Iaſon. *in d. l. à iudice,* vbi plene attingit hanc materiam ADDITIO
27 † Delegatum Principis ſubdelegare poſſe, conſtitutum vides (ſecundum dom Auctorem,) quod quidem minime procedere ſcias, ſi fuerit eidem cauſa commiſſa, per verbum mandamus, vel præcipimus. eam enim eo caſu non ſubdelegabit, ſecundū gl. *in l. ſæpe audiuit Cæſarem. 8. de offi præſid.* quā gloſſam ſequitur in addit. Specul. *de iudic. delegat. in fin. verſicu. quando eſt præceptum.* & eam approbat totus mundus, ſecundum Alexand. *in l. quia 6. ff. de iuriſdict. omn. iudi.* & Felin. *in c. eam te. 7. colum 7. verſic. nihilominus de reſcript.* & idem foret, ſi dicatur in commiſsione, quod cauſam cognoſcere deberet per ſe; quia per illud verbum videtur impoſita neceſsitas, per ſeipſum cauſam cognoſcendi, *c. vnico, vt eccleſ. benef. l. præter 4. in prin ff. de eden.* & per Bald. *in d. c. eam te. 7. verſicu. circa hoc. de reſcript.* & idem eſt, ſi in commiſsione fuiſſet dictum, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus; quia tunc ſubdelegatio videtur prohibita; & electa eſt induſtria perſonæ, ſecundum Imol. Abb. & alios *in c fina. per illum textum de offic. delegat* Alexan. *in d. l. à iudice 5. C de iudic.* & Bald. *in c. ſi pro debilitate. 3 colum. 3. de off. delegat.* & generaliter vbicunque appatet fuiſſe electam induſtriam perſonæ, vt declarat Ioan. Andr. *in d. c. fin. in verſic. iniungitur,* & Ioan. Mil. *in verb. mandatū an tranſeat,* & per Bald. Car. Imol. & Panormita. *in c. fina. de dol. & contu* & per Cap. *deciſ. 151. virginalis.* Item intelligo prædicta procedere in delegato à Principe ſupremo, aut de facto, vel de iure recognoſcente ſuperiorem, & eius conſtitutionibus ciuile, non autem prætorium conſtituit, ſecundum Bar. *in l. 4. §. 1. in fi. & ibi Imol. ff. de dam. inf.* vnde delegati ab Epiſcopis, Ducibus, & Marchionibus non poſſunt ſubdelegare, ſecundum Bar. *in l ſciendum 30. ff. de verbo oblig & l. fina. ff. de pœn.* Poteſt tamen talis ſubdelegatus ab iſtis ſubdelegare aliquam cauſam, ſi eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, *l. 1. § fin. ff. quis, & à quo.* & ibi gloſſ. Bartol. & Docto *in l. & quia. 6 ff. de iuriſdict omn iudic.* vnde vicarius Epiſcopi licet non poſsit alteri ſuas vices in totum committere, & alium facere vicarium; poteſt tamen aliquam cauſam ſubdelegare, ſecundum Rot. *in deciſ. 388.* fuit dubitatum, vtrum vicarius, & per Capic. dec. *61. P. F. V. I D.*

Quarto † differunt quia ab ordinario ſubſtituto 28
non appellatur ad ſubſtituentem eum, & quando ſumus in vicario, aut alio locum tenente ordinario, quod quando ſit, declaraui ſupra, & dixi etiam in ſcriptis meis ſuper lectura, *ff. de offi eius* Sed appellatur ad eum, ad quem appellaretur, ſi ſubſtitutus pronunciaſſet, *l. 1. §. 1. & ibi Bart. ff quis, & à quo appel.* & Bar. *in l. præcipimus 32. in princ. C. de appel.* & text *in c. Romana. 3. & ibi glo. & Doct. de appell lib. 6. & in c. non putamus 2. de conſuet. lib 6* ſed à delegato appellatur ad delegantem, vt *in locis præalleg.* Quid autem, ſi appellatur à ſubdelegato in caſu, in quo cauſa ſubdelegari poteſt? an ſit appellandum ad primum delegantem omiſſo medio, vel ad medium ſubdelegantem? Dic, quod de iure ciuili à ſubdelegato principis poteſt appellari ad ſubdelegantem, *l 1. in fin. C. qui pro ſua iuriſd. ct.* & habetur per Bartol. *in d. l 1 § 1 ff. quis, & quo appell.* Sed de iure canonico

L 2 nico

nico debet appellari ad principem delegantem, omiſſo medio, *c. ſi duo. 3. de off. delegat. libr. 6.* ſed in delegatis ab inferiore à Principe, indiſtincte appellatur ad primum delegantem, & poteſt poni exemplum in ſubdelegato à delegato ad vniuerſitatem cauſarum, qui poteſt ſubdelegare, ſecundum Bart. *in d. l. 1* §. 1. quia quoad hoc, æquiparatur ordinario, ſecundum Baldum *in l. ſi vt proponis la 1. 4. C. quomodo & quando iud.* & Bald. *in l. fina. C. de iudic.* & gloſſ. *in c. cum cauſam. 62. de appellat.* & iſta eſt opinio Bartol. *in l. 1. §. 1.* qui facit duas differentias, vnam inter ius canonicum & ciuile, vt ſupra retuli; & aliam inter delegatum à Principe, & ab inferiori, ſed iſta opinio Bartoli communiter non tenetur, & veritas eſt, quod non debent fieri prædictæ differentiæ, ſed ſolum fit differentia, aut delegatus ſubdelegat totam cauſam, aut partem ſibi reſeruat. Primo caſu indiſtincte tam de iure canonico, quam ciuili appellatur ad primum delegantem, textus eſt *in c. ſuper quæſtione. 27. §. porro. & ibi gloſſ. & Abb. de off. delegat. & in d. l. 1. §. 1. ff. ſi quis, & à quo appell.* Secundo caſu appellatur ad ſubdelegantem, ita loquitur *d. l. 1. in fin. C. qui pro ſua iuriſdict.* & probatur ibi, dum dicit cauſas iudicandas, & cætera, vnde ſola pronunciatio videtur delegata, & non tota cauſa. iſtam concluſionem tanquam veriorem tenet Philip. *in c. dilecti. la 3. 66 colum. 3. in princip. de appell.* & ibi etiam Card *in 5 col. princ.* & etiam Abb. & communiter Doctor. *ibi & in d. § porro.* & cum iſta opinione pertranſeo contra Bart.

29 Quinto † differunt; quia delegatus non poteſt abſoluere ab obſeruatione iudicii, ante litem conteſtatam, nec facere præceptum diffinitum: ſecus in ordinario, ita tenet Bald. *in l. ſi reus. 73. in 1. lect. in fin. col. ff. de procurat.*

30 Sexto † differunt; quia ordinarius dicitur habere iuriſdictionem fauorabilem, Delegatus vero odioſam, gloſſ. eſt *in c. 1. in verſ proceſſus prope fin. de reſcriptis. lib. 6.* & Alex. *in l. 1. col. 15. ff. de offic. eius.* & hoc poteſt eſſe vtile ad multa, maxime *c. odia 15. de regul. iur. lib. 6* & hanc etiam differentiam ponit Alexand. *in l. 1. ff. de damn. infect.*

31 Septimo † differunt; quia quando ſunt plures iudices ordinarii, poteſt vnus ſine alio ab initio cognoſcere, & ſententiare, *l. 1. ff. de offic. conſul & l. Pomponius.* alias incipit, *ſi vni. 36. & ibi Bart. ff de re iudic.* Ratio eſt; quia quilibet habet officium ſolidum, *l. Imperator. 11. ff. ad municip.* ſecus in delegatis; quia ſi vnus ſine alio procedit, proceſſus eſt nullus, *l. duo ex tribus. 39. ff. de re iudic. & c. cauſam. el. 116. & c. cum cauſa. 22. de offic. deleg.* adeo, quod etiam ſi eſt proferenda interlocutoria, non poteſt vnus ſine alio eam proferre: ſecundum Abbat. *in d. c. cauſam. in 3. not.* & Bart. *in d. l. ſi vni. 36.* Quod fallit, quando in commiſſione eſſet appoſita clauſula, *quod ſi non omnes,* & c. vel alia ſimilis, verum tunc debent requiri prius collegæ, alias ſine requiſitione, & declaratione, quod non poſſunt interuenire, non poſſunt alii ſoli procedere, text. eſt & ibi Abb. & Felin. *in c. prudentiam. 3. in princip. de officio delegati* In delegatis autem ad vniuerſitatem cauſarum eſt idem, quod in ordinariis, ſecundum Bart. *in d. l. ſi vni. 36.* & ibi etiam gloſſ. Alexan. dicit hanc eſſe communem opinionem, licet Abb. *in d. c cauſam 16.* tenuerit contrarium, & male, ſecundum eum. Quid † autem in 32 arbitris? Dic idem, quod in delegatis, *l ſi in tres.* alias §. 7. incipiens *Celſus. l. 17* incip. *Item ſi vnus. libr. 4. titul. 8 ff de arbitr* Additio. Iudicis enim delegati adiecta clauſula (*ſi vnus intereſſe nequibit, alter expediat*; vel ſimilis) facit, vt conſtito de impedimento collegæ, alius ſolus expediet, quod proſequitur Ludou. Rom. *in conſ. 13. in cauſa* vbi aſſerit, ita communiter teneri per Doct & Felin. *in c. ſciſcitatus. verſ. oportet notum eſſe impedimentum de reſcript.* & per Rot. *deciſ. 244. retento. & 166.* vbi limitat, hoc non procedere in beneficialibus, in quibus etiam non conſtito de impedimento collegæ, ſi alius ſolus procedit, & demum appareat, collegã fuiſſe impeditum; proceſſus valet, quod proſequitur Seb. Vant. *in tractat. nullita. in tit. de null. ex def. iur. ord nu. 180.* Et † quan- 33 do iuriſdictio in ſolidum non competit, nedum ſententia non poteſt per vnum ſolum ferri, ſed etiam requiritur, vt tempore ſententiæ proferendæ, omnes iudices ſint ad inſimul coadunati, & ſimul iudicẽt, vel vnus aliis præſentibus & mandantibus, & quod is, qui recitat, vtatur verbis pluralis numeri, vt puta nos tales iudices pronunciamus in hunc modum, vt *in c. cum ab vno. 4. de ſent. & re. iud. in 6.* alias non valeret ſententia, *l. tunc autem. 37. & ibi gl. l. duo ex tribus. 39. ff. de re iud.* Item requiritur, quod omnes ſint præſentes, alias ſi vnus dediſſet ſuum votum, & deinde receſsiſſet, non valeret, ſecundum Felin. *in cap. cauſam matrimonii. 16. col. fin. verſ. 3. limitat. extra de offic. deleg.* Pet. Foller. V. I. D.

Octauo † differunt; quia iuriſdictio ordinarii po- 34 teſt prorogari, cuius prorogationis ratione poteſt iudicare extra territorium, *l. ſi conuenerit. 18. ff. de iuriſd. omn. iud & l. 1. & 2. ff. de iud.* ſed iuriſdictio delegati non poteſt prorogari, nec poteſt cognoſcere delegatus, niſi inter perſonas contentas reſcripto delegatorio, *cap. P. & G. 40 de offic delegat. & l. priuatorum 2. C. de iuriſdict omn. iud.*

Nono † differunt; quia in pluribus delegatis vno 35 mortuo expirat officium omnium, adeo, quod vlterius ex illa delegatione cognoſcere non poſſunt, *cap. penult de offi. delegat.* ſecus in pluribus ordinariis, vt notat Abb. *in d. c. penult.* dum refert ſe ad ea, quæ dixit *in c. prudentiam 3. in princip. eod. tit* vbi hoc dixit *in 4. colum.* & gloſſ. *in c vt officium 11. de hæretic. lib. 6.* & Bart. *in l. 1. § ſi plures 13. ff. de exercit. act.* Ad hoc potes adducere omnia, quæ dixi ſupra in 8. differentia. Et idem dicimus in pluribus arbitris, quod in delegatis, vt *d. c. pen.*

Decimo † differunt; quia in dubia appellatione 36 iuriſ-

iuriſdictionis, intelligimus de ordinaria, non delegata, ſecundum Abb. *in c. pen. verſic. quæro, an vicarius, &c. de off. vic.* & Alexand. *in rub. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

37 Vndecimo † differunt; quia coram iudice ordinario, qui non poteſt cognoſcere, niſi de certa ſumma, non fit coaceruatio plurium ſummatum diuerſis actibus in eodem libello cumulatarum, ad impediendam eius iuriſdictionem, *l. ſi idem cum eodem. 11. in princ. ff. de iuriſdict. omn. iud.* ſecus coram delegato. Hanc differentiam poſuit Iaſ. *in d. l. ſi idem*

38 *cum eodem in 1. not.* Ratio eſt; † quia delegata iuriſdictio derogat ordinariæ. *c. ſtuduiſti. 2. de offic. delegat. & c. ſane, quia. 11. de offic. deleg.* Ergo debet reſtringi pro conſeruanda iuriſdictione ordinaria, & ſic debet fieri coaceruatio, *l. ſi plures 9. §. fin. ff de pact.* alias eſſet in odiū ordinarii, quod fieri non debet, ſecundum Bart. *in d. l. ſi idem cum eodem, 11. in princ. de iuriſd. omn. iud.* Item quia iuriſdictio delegata, eſt odioſa; ergo reſtringenda, *c. odia. 15. de reg. iur. lib. 6. & l. cum quidam. 19. ff de liber. & poſt.* & dixi ſupra in 2. differentia. Additio Concludit hic auctor, iuriſdictionem delegatam eſſe odioſam, quod verum eſt, vt eſt gloſſ. penult. *in Clem. fin. de offic. ord.* & Lap. *alleg. 53 in 2 col circa fin.* & ideo formiter de ea debet conſtare, *c. cum in iure. 31.* vbi gloſſ & ſcribentes *de offic. deleg. & in l. 1. C. de mand princ.* & habetur per Alexand. *conſil. 17 videretur lib. 7. & conſil. 200. in fin. lib 2 cum ſimil.* Petr. Foll.

39 Duodecimo † differunt; quia ſententia lata per ordinarium contra ius litigatoris, valet, & tranſit in rem iudicatam, ſi non appellatur, vt habetur *in c. cum inter. 13 de re iudic. & in l. cum prolatis 52. & ibi per Alex. & Doct. ff de re iudic.* ſecus, ſi eſt lata per delegatum, ita tenet Hoſt. *in c. fin. de præb & in c. 1. de offic. deleg. lib. 6.* & Old. *in conſil 81. col. 1.* & Barb. *in addit. ad Abb. in c. cum dilecta. 22. de reſcript.* in addit. quæ incip. *ordo iuris, & c. poſt. med.*

40 Decimo tertio † differunt; quia proceſſus contumaciæ punitiuus per delegatum factus contra citatum, non comparentem, ſi in veritate ille non erat delegatus, non valet, quamuis fuiſſet dubium: ſecus ſi fiat per ordinarium, licet in veritate non ſit ordinarius, dummodo poſſit eſſe: quia bene valet, ita dicit Abb. *in c. præterea. 22. col. penult. de dil*

41 Decimoquarto † differunt: quia ordinarius poteſt reuocare ſententiam ſecundi decreti, ſed delegatus non. Iſtam differentiam ponit Alexand. *in l. quod iuſſit. 14 col 6 ff. de re iud.* referens ita tenere Innoc. *in c. conſultationibus. 10. de offic delegat.* Additio Adde, quod Alexand tenet id, quod dicit D. Auct. per Doct. Innoc. *in d. c. ſignificantibus* & tamen (vt videre potui) nullum verbum de hoc dicit Innocent *P. F. V. I. D*

42 Decimoquinto † differunt: quia delegatus poteſt in totum recuſari, vt ſuſpectus, vt remoueatur, ſed ordinarius non, ſed datur ſibi adiunctus, ſecundum Bart. & Doct. *in l. apertiſsimi. 16. C. de iudiciis*, niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum: quia tunc ſimiliter debet ſibi dari adiunctus, gloſſ. eſt notab. *in l. fin in gloſſ 1. C. de iudic.* & quod dixi in delegato, procedit etiam in delegato principis, ſecundum Abb. *in c. ſuper quæſtionum 27. §. quæ vere. de offic. delegat.* & hoc eſt de iure ciuili: de iure vero canonico tam ordinarius, quam delegatus poteſt in totum recuſari, *c. ſi quis contra clericum. 4. & ibi Abbas & Doct. de foro compet.* & idem Abb. *in c. cum ſpeciali. 61. in 1 notab. de appellat.* Dummodo cauſa legitima inferatur & probetur, alias recuſatio non admittitur, vt dicit Abb. *ibidem, & in d §. quæ vero.* & eſt text. *in c. ſecundo requiris, 41 de appellat.* ſecus eſt de iure ciuili: quia non oportet inſerere cauſam ſuſpicionis, ſecundum Bartol. *in d l. apertiſsimi. 16.* & gloſſ. *in l. qui poterat. 4 ff. de Trebell.* & glo. *in l. item ſi ſuſpectus. 19 ff. de procu.* & Iaſ. plene *in d. l. apertiſsimi* & quæ ſint iſtæ cauſæ recuſandi iudicem ſuſpectum, tangit Specul. *in tit. de iud. deleg. §. ſupereſt.* & ego dicam plene infra *in tractat. de appel. in vlt. parte huius operis in ver recuſat.* & ibi videas. Hodie autem in regno ſeruatur ius canonicum, ex diſpoſitione regiæ pragmaticæ, quæ incip. *Item contingat.* per quam diſponitur, quod tam ordinarius, quam delegatus poteſt recuſari, vt ſuſpectus, & remouetur in totum, & debet allegari, & probari iuſta cauſa ſuſpicionis coram Diœceſiano loci, ſeu eius vicario, vt ibi habetur.

Decimoſexto † differunt: quia ordinarius poſtquam eſt recuſatus, vt ſuſpectus, poteſt cauſam alteri delegare, *c ſi quis contra clericum. 4. de foro compet. & c. cum ſpeciali 61. & ibi Abb. & Philip. de appellat.* Delegatus vero recuſatus, non poteſt cauſam committere, *c iudex ab apoſtolica. 5 de offic. delegat lib. 6.* Cum diſtinctione tamen, de qua, ibi, ſcilicet, aut nondum eſt propoſita recuſatio, & poteſt committere: aut eſt propoſita, ſed nondum fuit pronunciatum ſuper ea: & tunc non poteſt committere, niſi de cōſenſu partium. Aut eſt pronunciatum: & tunc etiam de conſenſu partium non poteſt committere: quia poſt pronunciationem deſiit eſſe iudex, vt *d. c. iudex ab apoſtolica.* & loquor de delegato principis, quia in eo cadit hoc dubium: nam delegatus ab inferiore, ſine dubio non poteſt ſubdelegare, vt ſupra dixi in 3. differentia. 43

Decimoſeptimo † differunt: quia ordinarius poteſt delegare totam cauſam, & ſententiam ſibi reſeruare, dummodo audiat ter cauſam: ſcilicet in principio, id eſt, in litis conteſtatione in medio, & in fine, vt *C. de iud. auth. ad hæc.* delegatus vero hoc facere non poteſt: nam aut totam cauſam committere debet, aut nihil, vt not glo. *in d auth. ad hæc. in verſic delegatus.* vnde non poteſt ſententiam ſibi reſeruare, etiamſi eſſet delegatus Principis: & hoc de iure ciuili: ſecus de iure canonico: quia poteſt ſibi reſeruare ſententiam, *c. ſuper quæſtionum. 27. in princ.* 44

*princ. de off. deleg.* & prædictam differentiam ponit Bart. *in l. nec quicquam 9. §. vbi decretum 1. colum. 3. ff. de off. procon.* dum ponit differentiam inter decretum & ſententiam, & Alexand. *in rubr ff. de off. eius, colum. 2.*

45 Decimooctauo † differunt; quia ordinarius poteſt ſuam ſententiam exequi, delegatus vero non, imo ſua ſententia mandatur executioni per ordinarium *l. à diuo Pio 15. in princ. & ibi gloſſ. & Bart. ff. de re iud.* & hoc procedit in delegato ab inferiore à principe, vt eſt text. etiam *in l. properandum. 13. §. ſin autem reus 3. iuncta gloſſ. in ver. ad maiorem. C. de iudic.* & tenet Alexand. *in d. l. à diuo Pio. 15. colum 3. & 4.* & Abb. *in c. ſi quis contra clericum. 4 col. ſi. de for. compet.* ſecus in delegato Principis; quia tam iure ciuili, quam canonico poteſt ſententiam exequi, ſecundũ Alexand. *ind. l. à diuo Pio. 15. col. 2.* & Abb. *in d. c. ſi quis contra clericum. 4. col. pen. & c. ſignificaſti 7. de off. de'.* quam ſententiam poteſt exequi infra annum tantum, & non vltra, *c. quærenti 26. de off. deleg.* Item poteſt delegatus à Principe cõmittere ordinario executionem ſuæ ſententiæ, vt *in d. c. ſignificaſti 7. & c. ſane 11. eod. tit.* & tenetur ordinarius ſibi obedire, etiam ſi iniuſta ſit ſententia, text. eſt *in c. paſtoralis. 28. § quia vero. de off. deleg.* & not *in d. c. ſane 11. & d. c. ſignificaſti. 7.* de qua materia vide in quadam diſputatione mea, quam poſui ſuper rubr *de off eius.* dum legi illam rub in almo ſtudio ciuitatis Salerni, conductus ad lecturam de mane ordinariam, quæ diſputatio incipit, *Pro ornamento, & c.* & tractat materiam *c. ſi quando § de offic. de'eg.* Item prædicta de delegato inferioris à principe procedunt de iure ciuili; ſecus de iure canonico; quia ſi delegatus habebat poteſtatem exequendi, poteſt etiam delegatus exequi, ſecundum Abb. *in d. c. ſi quis contra clericum. 4. de foro comp. col. pen. & fin* & ratio eſt; quia executio eſt mixti imperii, & de iure canonico delegantur ea, quæ ſunt mixti imperii, ſecundum gloſſ. *in c. quod ſedem. 10. de off. ord.* & Bartol. *in l. nec quicquam. 9. §. vbi decretum 1. de off. proconſ* licet ſecus ſit de iure ciuili, vt habetur *in l. iubere caueri 4 ff. de iur. om. iud. & in l. 1. ff. de off. eius.*

46 Decimononо † differunt: quia ordinarius poteſt ampliare & minuere tempus, quod datur iudicatis ex cauſa, *l. 2. ff. de re iud.* ſed delegatus non; quia ex quo ipſe non exequitur ſententiam ſuam, vt modo dixi in præcedenti differentia, non poteſt imponere legem ſuperiori exequenti, ſcilicet ordinario deleganti, *c. ex inſinuatione. 50. de appell.* hanc differentiam poſuit Bartol. *in d. l. 2. in 1. quæſt.* ADDITIO.

47 Concludit † hic (vt vides) do. Auct. quod iudex ordinarius poteſt ex cauſa minuere tempus, quod datur iudicatis (de quo vnum verbum ſupra dixi) & bene dicit, & quod iudex delegatus non poſſit tale tempus coarctare: eſt ratio: quia ad eum non ſpectat executio, & ſic coarctare eſſet imponere legem ſuperiori ſuo, ad quem ſpectat executio, ſecundum Bart. *in l. 2. & ibi Herc. ff. de re iud.* vbi multa allegat in contrarium, ſi tamen eſſet talis delegatus, qui haberet executionem ſententiæ, poſſet ſicut ordinarius, coarctare dictum tempus ſecundum Abbat. *in c. quod ad conſultationem. 15. extra de re iudic. num. 20.* Sed † nunquid reus condemnatus indiſtincte gaudeat iſta dilatione quadrimeſtris temporis, vt nullam interim moleſtiam pateretur? hanc quæſt. mouet Abb. *in d. c. quod ad conſultationem. 15. numer. 22.* & dicit, quod condemnatus, qui vult vti iſta dilatione debet ſatiſdare de ſoluendo in termino, alias non gaudet, per text. *in l. ſi debitori. 21. ff. de iudic.* & ibi dicit: quod hoc not. Bart. ſicque infra illum terminum condemnatus poteſt capi, & carcerari, niſi cauerit, quod ipſe intelligit, ſi eſſet inops, ita quod timeretur de fuga, quod eſt notandum; quia eſt pulchrum verbum, & ibi Aeneid de Falc. in add. intelligit hoc eſſe verum, ſi petatur à parte, alias non tenetur ex ſe præſtare ſatiſdationem, & ita dicit obtinuiſſe. *Petr. Foll.* 48

Viceſima † differentia eſt: quia appellatione magiſtratus, non venit delegatus, ſed tantum ordinarius, ſecundum Paul. de Caſt. quem ſequitur Alex. *in l. eum qui. 13. ff. de iur. om. iud* quod facit ſecundum eũ, pro interpretandis ſtatutis loquentibus de magiſtratu, vt non comprehendat delegatum: pro quo eſt text. *in l. properandum. 1. in prin. in verſ. ſiue magiſtratibus, & c. C. de iud.* 49

Viceſimoprimo † differunt, quia ordinarius debet delegare cauſam ſuo ſubdito, quem poteſt compellere ad acceptandum, *c. paſtoralis 11. & ibi Abb. in pen. not. & in c. quod ſedem. 10 de offic. ord. & l. vnic. C. qui pro ſua iuriſd.* non ſubdito inuito poteſt cauſam delegare, ſed volenti tantum, ſecundum Bart. *in d. l. vnica* vbi ita limitat *d. l.* & Abb. *in d. c. paſtoralis 11. in 4. not.* & ita intelligitur tex. *in l. & ſi prætor 3. ff. de off. eius* ſed delegatus à Principe, poteſt cauſam ſubdelegare cuicunque, etiam ſuo ſuperiori, & non ſubdito, etiam inuito. Vnde ſi delegatus Papæ eſt minimus clericus, poteſt cauſam ſubdelegare Archiepiſcopo, etiam inuito, *c. paſtoralis. 11. in princ. & ibi Abb. in penul not & c. ſane quia 11. de offic deleg.* Verum circa hoc ſcias, quod delegatus Papæ, debet ſubdelegare cauſas illis perſonis, quibus delegat Papa, ſcilicet in dignitate conſtitutis, per *c. ſtatutum. 11 de reſc. lib 6* alias ſubdelegatio non valet, & proceſſus factus eſſet ipſo iure nullus, ita tenet Abb. *in d. c. paſtoralis 11. in fin. illius prin. de off. del.* & Alexand. *in conſ. 77. col. 2. in 2. vol.* 50

Viceſimoſecundo † differunt: quia ordinarius ſi protulit ſententiam nullam, poteſt iterum de cauſa cognoſcere, & ſententiare, *l. ſi præſes. 6. C. quomodo & quando iud. & l. vnica. C. de ſent. præſ & l. ſi accuſatoribus. 4. C. de accuſ* & Bart. *in l. iudex poſtquam. 55 ff. de re iud* delegatus vero, qui nulliter pronunciauit, non poteſt vlterius de cauſa cognoſcere, *l. ſi vt proponis. 4. C. quomodo, & quando iud.* etiam ſi ſit delegatus 51

gatus à Principe, ſecundum Bald. *in d. l. ſi vt proponis, colum* 2. & Alexand plene *in rubr. ff. de offic. eius. col.* 2. niſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum; quia habetur vt ordinarius, ſecundum Bal. *in d l ſi vt proponis.* 4 & Felin *in c. in literis.* 9 *col.* 1 *de offic. deleg.* & de prædictis, an, quando, & qualiter procedant in delegato, vide plene per Felin. *in c. qualiter, & quando, el* 1. *&* 17. *col. antepen. & pen de accuſ.* & qualiter procedant in ordinario, quod poſſit iterato cognoſcere, vide Abb. *in d. c. in literis.* 9. *de offic. deleg.* & Bart. *in d l. iudex poſtquam.* 55. *de re iudi.* † Quo autem ad reuo-
52 candum interlocutoriam, non eſt differentia inter ordinarium, & delegatum; quia vterque poteſt eam reuocare ſecundum gl. *in d l. quod iuſſit.* 14. *ff de re iudic.* & ibi etiam Alex. *in* 1 *col.* & eſt tex. *in c. cum ceſſante* 60 *& ibi Abb. in* 2 *not. de appel.* quod limita, vt infra proxima differentia.

53 Vigeſimotertio † differunt; quia ordinarius ſi pronunciat ſe non iudicem, vel iuriſdictionem non habere, poteſt hanc ſuam interlocutoriam reuocare ſecundum Bal. *in d. l. ſi præſes.* 6. *per illum tex. C. quomodo & quando iud.* ſecus in delegato, quia talem interlocutoriam non reuocat, *c. ſignificantibus* 38. *& ibi Abb & Doct. de off. deleg.* hanc differentiam in terminis ponit Lud. Rom *in conſ* 358. *in fin.* & Barb. *in addi. ad Abb. in d. c ſignificantibus* 38 quibus adde Bart. *in rep. l.* 2 *col.* 3. *ff ſi quis in ius voc. non ier. & in d. l. quod iuſſit* 14 *ff de re iud.*

54 Vigeſimoquarto † differunt; quia ordinarius poteſt delegare vnum articulum cauſæ iuriſdictionalem, vt eſt gl. *in c. ſuper quæſtionum.* 27. *in verſ. quicunque, de offic. deleg.* quia ſi poteſt totam cauſam, multo magis vnum articulum delegatus vero non poteſt, etiam vnum articulum iuriſdictionalē ſubdelegare, ſecundum Abb *in d c ſuper quæſtionum* 17. *in prin. ſuper d. gl. in ver quicunq;* Sed articulum non iuriſdictionalem poteſt ſubdelegare. ita tenet Alex. *in l. more.* 5 *col.* 5 *de iur. om. iud.* licet Bart. ibi contrariū teneat; & male, quia communiter reprobatur, ſecun-
55 dum Abb. *in d. c ſuper quæſtionum.* † Fallit in delegato ad vniuerſitatem cauſarum; quia ille æquiparatur ordinario, vt pluries dictum eſt ſupra ſecundum Abba. *in d. c. ſuper quæſtionum, col.* 4. Non tamen poteſt ſubdelegare vniuerſam ſuam delegationem, vt not. Hoſt. *in tit. de off. deleg. §. quis poſſit.* quem ſequitur Alex *in l. à iudice.* 5 *C. de iudic.* quia etiā ordinarius non poſſet totam ſuam iuriſdictionem delegare inconſulto Principe, *l. penult. & ibi not. ff de off præſid.* † Quis
56 autē dicatur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vide Iaſon. *in d. l. à iudice.* Secundo fallit in delegato Principis, vt *d. c ſuper quæſtionum.* & ibi Abb. *in* 4. *colum.*

[Quod delegatus vnum ſaltem Articulum cauſæ ſubdelegare non poſſit, verius & communius eſſe contra Bar. probat. *Fachin. lib* 1. *cap.* 46. Et ibid. cap. ſeq. etiam hanc quæſtionem tractat, An delegatus principis cauſas meri Imperii delegare poſſit ]

Vigeſimo quinto † differunt; quia ordinarius poteſt aliquem citare per edicta, & idem in delegato principis, text *in authent qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & in § omnem* 3 *in Authent de litig col.* 8. *tit.* 13. *Nouel. conſti.* 11. ſed delegatus inferioris hoc facere non poteſt, vt not gl *in d. auth. qui ſemel, in ver. delegatus,* ibi etiam Bart. *verſ. venio ad ſecundam, &c.* idem Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. per edictum. & in l. plerique* 18. *ff. de in ius voc.* 57

Vigeſimoſexto † differunt; quia delegatus inferioris à Principe, non poteſt citare aliquem realiter, ſcilicet capiendo ipſum de perſona, ſed ordinarius ſic, & delegatus à principe. Ita tenent Bart. Alexan. & communiter Doct. *in l* 2 *ff. de iuriſd. omn. iud.* contra gl. ibi ſiue ante lit. conteſt. ſiue poſt, & idem Bar. *in d. l. plerique,* 18. *ff de in ius vocan.* & quod dixi in delegato principis, vt ſit idem quod in ordinario, iſta eſt communis concluſio, quam tenet Bart. *in d. auth. qui ſemel. C quomo. & quando iud.* & Alex. *in d l.* 2. *col* 2 & de prædictis eſt text. cum gl. *in l. conſentaneum.* 8 *C. quomo. & quando iud.* 58

Vigeſimoſeptimo † differunt; quia delegatus citās, debet citare cum inſerto tenore ſuæ delegationis, alias ſibi non creditur, niſi doceat de commiſſione, & copiam faciat, *c. cum in iure.* 31 *& ibi Abb. & Felin. de off. deleg & in c præterea* 2. *de dilat.* & Bart. *in l.* 2 *ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Sed ordinarius hoc facere non tenetur, ſed ſufficit, quod mandat nuncio, vt aliquem citet ſolo verbo ſine literis, tex. eſt *in c. cum dilecti.* 6 *ibi; viua voce, &c. de dol. & cont.* & Spec. *in tit. de cita. §. ſequitur, verſ. vtrum.* & eſt ratio; quia ſemper præſumitur pro iuriſdictione ordinaria, ſecus pro delegata, ita dicit Abb. *in d. c cum in iure.* 31. *de iud. deleg. col. pen.* Additio. † Vulgata eſt quæſtio, nunquid delegatus teneatur citare cum inſerto tenore reſcripti? in qua reperio Mar. Socin *in tract. de citat. in art* 20. late tangentem, & poſt multa hinc inde dicit quod do. eius cōcludit, tres caſus fore conſiderandos: primus, quando agitur de grauiſſimo præiudicio, & in eo concludit non eſſe parendum aſſerenti ſe delegatum, quantumcunque perſona eſſet auctorizabilis, niſi prius conſtet plene de delegatione, nec etiam tenetur pars coram eo reſpondere, niſi prius fiat plena fides de ipſa delegatione, nec ſufficit ſimplex copia, & ita (ſecundum eum) intelligitur tex. *in c. cum in iure* 31. *extra. de offic. del. & l. vnica. C de mand. princ.* aut tractatur de graui præiudicio, non tamen grauiſſimo, ſeu grauiori: & dicendum eſt, non ſufficere citanti aſſerere ſe delegatum: exemplum. ſi citatur valde remotus & citans ſimpliciter aſſerit, ſe delegatum tunc enim citatus non tractatur ad comparendū ex ſimplici aſſertione illius, ſed debet cum inſerto tenore citari. Tertio vero caſu, quādo tractatur de præiudicio, vt quia citatus eſt in loco citātis, vel modicum diſtat, & tunc dicendū eſt, quod non eſt neceſſe citare cum inſerto tenore reſcripti, quoad effectum arctandi 59 60

cita-

citatum ad comparendum, ſed ſatis eſt aſſerere ſe delegatum, & ita dicit Mar. ipſe tenendum eſſe, cum ſit æqua opinio P.F.

61 Vigeſimooctauo † differunt; quia iuriſdictio ordinarii, non expirat per mortem ſuperioris conſtituentis ipſum, etiam re integra, ſecundum Hoſt. *in c. quoniã Abbas* 14. *de off. deleg.* & Abb. *in c. relatum.* 19. *eo. tit.* & eſt text. *in d. l. & quia* 6. *ff. de iuriſdict. om. iud.* & eſt etiam tex. clarus, *in c. legatos* 2. *in fi. de offic. leg. li.* 6. ſed iuriſdictio delegati extinguitur morte delegantis, re integra, vt *d. l. & quia.* 6. *& d. c. relatum,* 19. *& c. gratum* 20. *& c. licet vndique* 30 *& in c. fi. de off. leg.* Dicitur autem res integra, quando nondum eſt facta citatio, & iſta eſt communis opinio, quam tenet Bart. & Doct. *in d. l. & quia,* 6. per *d. c. gratum.* 20. *& d. c. fin.* & not. Abb. *in d. c. relatum* 19. quod procedit etiam in delegato Principis per prædicta iura, & not. gloſſ. *in ver. principaliter. d. l. & quia.* 6. Et in tantum extinguitur iuriſdictio morte mandãtis, quod etiam de conſenſu partium non poſſet delegatus procedere, glo. eſt *in c. cum veniſſent.* 15. *in ver. egerit. de teſtib.* Item procedit etiam, ſi delegatus ignoret delegantem eſſe mortuum, ſecundum Bald *in d. l. & quia.* 6. *col. fin* Item procedit etiam in delegato ad vniuerſitatem cauſarum; nam quoad hoc æquiparatur ordinario. Eſt enim neceſſe, vt ſaltẽ vna cauſa ſit cœpta coram eo, vt res deſinat eſſe integra, ſecundum Bar. *in d. l. & quia.* 6 *ff. de iur. om. iud. verſ. quæro, quid ſi plures, &c.* quem ibi ſequitur Alex. & communiter Mod. & Abb. *in d. c. relatum.* 19. Illud autem quod dixi in delegato Principis, limita multis modis, vt per Iaſ. *in d. l. & quia. col* 4

62 † Item illud, quod dixi in ordinario, limita non procedere, quando vna iuriſdictio ordinaria cohæret alteri ordinariæ, vt acceſſoria, ſicut dicimus in Vicario, qui eſt ordinarius, & tamen eius iuriſdictio finitur morte Epiſcopi, vel alterius conſtituentis, ſecundum Alex. *in d. l. & quia. col.* 1 & Hoſt. *in d. c. quoniam Abbas.* 14. *de off. deleg. & in pen. de off. vic.* tunc enim iuriſdictio deuoluitur ad capitulum, vacante ſede, *c.* 2. *extra, ne ſede vac.*

Vigeſimonono differunt; † quia iudex ordinarius

63 etiam minimus poteſt delegare cauſam cum poteſtate ſubdelegandi, vt eſt gl. *in c. is, cui* 12. *de offic. del. lib.* 6. & Bart. *in l. more.* 5 & ibi etiam Alexan. *in* 5. *&* 6. *col. ff. de iuriſd. om. iud.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem: & Fel. *in c. ſuper quæſtionum.* 27. *§ ſi vero, verſ. fallit quarto, &c. de offic. deleg.* Secus in delegato etiam Principis, ſecundum Alex. *in rub. ff. de offic. eius, colum.* 3. & gl. *in d. c. ſuper quæſtionum.* 27. *§. porro verſ. transfert totam, de off. del.* hanc differentiam ſentit Bald. *in d. l. à iudice.* 5. *& ibi Sal. & communiter Doct.* C. *de iud.* & Abb. *in c. cum Bertoldus.* 18. *de re iudic.* & Bar. *in l. ſolet.* 16 *ff. de iuriſ. om. iud.* & Alex *in conſ.* 175. *col.* 3 *in* 2. *vol.* vbi dicit, hãc eſſe communem opinionem. & Iaſon. *in l.* 1. *col.* 8 *ff. de off. eius.* Prædicta limita, niſi delegatus ſubdelegaret, ſciente & patiente ordinario; quia tunc poteſt, ſecundum Alex. *in præalleg. conſ.* 157. & Iſa. *in d. l. à iudice, col.* 3. *in* 4. *limit.*

Trigeſimo differunt; † quia quilibet ordinarius 64 habens merum & miſtum imperium, poteſt ſuam ſententiam dubiam interpretari, & etiam ſententiã ſui delegati; ſed delegatus hoc facere non poteſt, ſecundum Bart. *in l. ab executore.* 4. *ver. veniamus ad ſecundam partem, & c. ff. de appel.* & Alexand. *in rub. ff. de off. eius. colum.* 3.

Trigeſimoprimo differunt, † quia ordinarius 65 poteſt condemnare victum victori ad expenſas, reſeruata ſibi taxatione, *l. terminato* 3. *C. de fruct. & lit. expen.* & ibi Bart. & Bald. ſed delegatus hanc reſeruationem facere non poteſt, & ſi fecerit, eſt nulla, vnde delegatus poteſt poſtea taxare, ita dicit Bart. *in l. ab executione.* 4. *col. pen. ff. de appel.* & Bart. *in d. l terminato* 3. quod tamen intellige procedere in tali delegato, qui non poteſt ſententiam exequi, de quo dixi ſupra in 18 differ. Secus ſi poteſt exequi, ita dicit Bart. *in locis præalleg.*

Trigeſimoſecundo differunt; † quia ordinarius 66 poteſt cognoſcere de cauſis meri & mixti imperii; intellige tamen de ordinario illuſtri, ſpectabili, vel clariſſimo, *l. illicitas* 6. *§. qui vniuerſas.* 8 *ff. de off. præſi.* de quibus habetur per gl. & Mod. *in l.* 1. *ff. de off. eius.* quia infimi Magiſtratus, prout ſunt defenſores ciuitatum, non habent huiuſmodi cauſas, niſi modicam coercitionem, *l. magiſtratibus* 12. *ff. de iuriſd. om. iud. & in Authen. de def. ciuit. §. & agi apud* 3. Verum hodie omnes magiſtratus municipales, qui capitanei appellantur, cognoſcunt de cauſis meri & mixti imperii; quia æquiparantur præſidibus, & not. gl. *in l. fin. in verſ. id eſt. C. de preſc. long. temp.* quod fuit inductum per pacem Conſtantiæ, ſecundum Bald. *in tit. de pace Conſtan. in verſic. criminalib.* & Ioann. Andr. *in addi. ad Spec. in tit. de iur. om. iud. col.* 1. & Ang. *in l.* 1. *§. ſolent.* 3. *ff. quan. app. ſit.* Sed delegatus non cognoſcit de cauſis meri & mixti imperii; quia tales delegari non poſſunt, *l.* 1 *in prin ff. de off eius & l. iubere caueri.* 4. *ff de iuriſd. om. iud. & l.* 2 *C. de pet iud. & l. nec quicquam* 9. *§. vbi decretum* 1 *ff. de offic. procu.* ſecundum vnum intellectum. Idem prędicta intellige de mero imperio, maximo, maiori, magno & paruo. De minori autem & minimo, bene cognoſcit delegatus, ſecundum Bart. *in l. imperium.* 3. *col.* 3. *&* 4. *ff. de iur. om. iud.* Fallit hoc ratione abſentiæ, vel infirmitatis; quia tunc ordinarius delegat merum & mixtum imperium, vt *d. l.* 1. *verſ huius rei, & ibi Bartol. & Alex. ff. de off. eius.* niſi quando veniret pœna mortis, vel abſciſſionis membri; quia delegatus non poteſt huiuſmodi cauſas decidere, vt *in d. Auth. de collat. § ad hoc prohibemus.* Item fallit in Principe, qui poteſt huiuſmodi cauſas delegare, *l. fina. C vbi ſenat. vel. clariſ.* & Bart. *in d. l* 1 *in* 2. *q ff. de off. eius.* Item fallit in cauſa reſtitutionis in integrum, quæ licet ſit mixti imperii, *l ea quæ.* 26. *§. & ibi not. ff ad munic.* tamen delegari poteſt, *l. ſi C. vbi & apud quem*

Item

67 Item fallit de iure canonico, † ſecundum quod omnes cauſæ meri & mixti imperii deleganrur, *c. quod ſedē. 10. & ibi gl. de off. ord* & glo. *cle. 1. de off. del.* & Alexand.
68 *in conſil. 106. col. pen. in 2. vol.* Item fallit † in delegato Principis, qui poteſt huiuſmodi cauſas ſubdelegare, ſecundum gl. & Bald. *in l. vnica C. qui pro ſua iur.* & Bart. *in d. l. 1. in 3. q.* quamuis ibi Alex. & alii contrarium teneant; tamen iſta eſt magis communis opinio, quam reaſſumpſit ibi Ia. *in d. l. 1. colum. 16.* & Abb.
69 *in c. venerabili. 37. de off. del.* Quod † limita, niſi electa ſit induſtria perſonæ, *l. inter artifices. 31. ff. de ſolut. & l. nemo. 5. ff. de duob. reis.* quod quomodo cognoſcatur, vide Abb. *in c. fin. de off. deleg.* & Iaſ. *in l. à iudice. 5. C. de iud.* Item limita, niſi eſſet facta delegatio de aliquibus caſibus reſeruatis Principi, quia tunc non ſubdelegat, vt not. Alexand. *in d. l. 1. col. fin. ff. de offic. eius.* & Bald. *in l. geſta 6. C. de re iud.*

70 Trigeſimotertio differunt; † quia eximens vocatum in ius coram delegato, non tenetur edicto, ne quis eum, & c. *l. 3 §. ſi quis. ff. ne quis eum.* & Bald. *in rub. extr. de offic. deleg. col. 1.* ſecus ſi coram ordinario. vt *in toto illo. tit. & Inſtit. de actio. § pœnales. 12.* & ibi Moder. & prædicta procedunt etiam in delegato Principis, ſecundum Alex *in rubr de off eius. col. 2.*

71 Trigeſimoquarto differunt; † quia capitulum ſede vacante ſuccedit in iuriſdictione ordinaria, *c. 1. de maior & obed. lib. 6 & c 2 ne ſede vac* & not. *in c. 2. ne prælat vic. ſuas* non tamen ſuccedit in iuriſdictione delegata, ſecundum Card. *in cl. 1. ver. duro, in 8 q. de hæret.* & Gem. *in d c. 2. de maio. & obed. lib. 6.* & Io. Andr. *in c. cum olim. 14. col. pen. de maio. & obed.* & habetur *in c. ad abolendam 9 de hær.*

72 Trigeſimoquinto differunt; † quia delegatus Papæ, non poteſt demandare poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione, nec prædicandi, nec prouidendi eccleſiis de prælatis. *c. ut cui. 12. de off. deleg. libr. 6.* & tamen ordinarius hæc omnia demandare poteſt, vt habetur *in c. inter cætera, 15. & c. fin. de offic. or. li & c. cauſam. 8. de elect. & c. fin de off. deleg.*

73 Trigeſimo ſexto differunt, † quia ordinarius poteſt libere inſtituere præſentatum in eccleſia per patronos, *c. 2. ex frequentibus. 3. de inſt.* ſecus in delegato, quando coram eo vertitur quæſtio inter patronos de iure præſentandi, & ipſe fuit delegatus à Papa, vt ordinet eccleſiam, & prouideat de rectore; quia poteſt tantum iudicare quis ſit inſtituendus, & Epiſcopus diœceſanus habebit ponere ipſum in eccleſia & inſtituere, ſed ipſe delegatus inſtituere non poſſet, *c. ſuper eo. 15 & ibi Abb. de off deleg.*

74 Trigeſimoſeptimo differunt: † quia ordinarius poteſt imponere maiores mulctas, *l. eos. 6. C de mod. mulct* & Alexand. *in rubr ff de off eius, colum. 2. in fin.* Delegatus vero licet poſſit mulctas imponere, *c paſtoralis 28. & c de cauſis 4. de offic. deleg* non tamen poteſt excedere ſummā ſex aureorum, ſi eſt de perſonis illuſtribus, ſpectabilibus, vel clariſsimis. Si vero eſt de minoribus, non poteſt excedere tres aureos, *l. 2. de ſportu* & Hoſti. *in d. c. de cauſis. 4.* & procedit hoc etiam in delegato Principis, vt ibidem dicit Alexand. Scias tamen, quod hodie diſpoſitio *d. l. eos. 6. C. de mod. mulct.* non eſt in vſu, & iudices de facto eam non ſeruant, ſed imponunt mulctas ad eorum arbitrium, ita dixit Specul. *in titu. de ſent. prolat. §. ſpecies. verſ. ſed nunquid titulus, & c.* Alexand. *in conſ. 35. in 2 volum. colum. pen.* & Iaſ. *in l. quod ſi 3. §. quod prætor. 2. in fin. ff ne quis eum.*

Trigeſimo octauo differunt; † quia ſi delegans excommunicetur, non per hoc ſuſpenditur iuriſdictio delegati, ſecundum gl. & Innoc *in c. licet. 30. de offi deleg.* & Specul. *in tit de iud. deleg. §. reſtat. verſ. quid ſuper duobus, & c.* ſecus eſt in Vicario, qui habet iuriſdictionem ordinariam, vt ſupra dixi, & tamen excōmunicato Epiſcopo ſuſpenditur iuriſdictio vicarii, *c. Romana de offic. vicar. lib. 6.* vide tamen Abb *in d. c. licet 30.* qui non tenet indiſtincte illud quod dixi de delegante excommunicato; nam diſtinguit prout in delegante mortuo, ſcilicet, aut fuit excommunicatus re integra, aut non. Illud tamen, quod dixi de vicario, non intelligas procedere in quolibet ordinario, vt per Abb *in d. c. licet. col. fi* quia iuriſdictio ordinarii nō finitur morte conſtituentis, multo minus finitur excommunicatione. 75

Trigeſimo nono differunt; † quia ordinarius poteſt delegare cauſam cum clauſula; *appellatione remota*; quod intellige de tali ordinario, qui habeat ſupremam poteſtatem, prout eſt Princeps; quia ſolus Princeps vtitur iſta clauſula in delegationibus, vt eſt gl. *in c. ſuper quæſtionum 27 in prin. in verſic. prouocationis de offic. deleg* & gl. *in c quod translationem. 11. in glo. mag. in fin de temp. ordin.* & text. *in l 1. in fin. ff. à quib. appel. non licet.* & Spec. *in tit. de delegato. §. nunc. oſtendendum, verſicul. 14.* ſed delegatus Principis non poteſt cauſam ſubdelegare, appellatione remota, tex. eſt *in d. c. ſuper quæſtionum. 27 § nos autē, de off. deleg* & Abb. *in d. c ſuper quæſtionum. §. ſi vero, in 2 notab.* Scias tamen, quod iſta clauſula non operatur in præiudicium tertii; quia non impedit tertium appellare, tex. eſt & ibi Abb. *in c. ſuper eo. 15 de off deleg.* 76

Quadrageſimo differunt; † quia quando committitur ordinario per ſuperiorē aliqua cauſa, quæ ſpectabat ad eius iuriſdictionem, cenſetur eius iuriſdictio excitata, adeo quod nō per hoc efficitur delegatus, ſed remanet ordinarius ēt in illa cauſa, & illa cōmiſſio appellatur iuſſus, & non delegatio, tex eſt *in Aut. vt nulli iud. coll. 9. tit. 7. Nouel. cōſt 134 §. & hoc vero iubemus. 6* propter quē ita tenent Bar. & Doct. *in l. more 5. ff. de iuriſd. om iud* & Fel. plene *in c 12. de off ord.* ſecus eſt, quādo fit cōmiſſio alicui, qui non erat ordinarius in illa cauſa quia ille cenſetur mere delegatꝰ vt *in toto tit. de ff deleg* Illud autē, quod dixi in ordinario, limita, niſi in cōmiſſione eſſet in aliquo alterata eius iuriſdictio, quia cenſetur tunc delegatus, & nō dicitur tunc iuriſdictio excitata, ſecundū Fel. *in d. c. licet. 12.* vbi plene de hoc. Rob de Venuſ. I. V. D. 77

## IVDICIORVM. VI. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 Iudicium aliud conuentionale, & aliud reconuentionale.

2 Compenſatio locum habet, vbi debitum eſt liquidum, non aliter. Item ceſſat, vbi debetur ſpecies.

3 Compenſatio fit de liquido ad illiquidum, quando per confeſſionem facta eſt liquidatio. & num. 27.

4 Compenſatio an ſimilitudinem aliquam habeat cum reconuentione.

5 Reconuentio ante litis conteſtationem fieri debet, vel incontinenti poſt: alias pari paſſu cum conuentione non ambulat. Intellectus ad c. diſpendia. §. reus. de reſcript. lib. 6.

6 Reconuentio facta poſt litem conteſt. an habeat effectum iuriſdictionis prorogatiuum.

7 Reconuentio pari paſſu ambulat cum conuentione, & fit proceſſus ſimultaneus: ſed debet prius reus actori reſpondere, & poſtea econtra.

8 Reconuentionis, & conuentionis cauſa, quando ſimultaneo proceſſu non terminentur.

9 Actore non reſpondente reconuentioni, denegatur audientia ſuper ſua conuentione.

10 Cauſa conuentionis, & reconuentionis an debeat vna & eadem ſententia terminari.

11 Appellatio à ſententia lata in cauſa conuentionis, non impedit iudicium procedere in cauſa reconuentionis.

12 Proceſſus valet, licet iudex cauſam reconuentionis pari paſſu non expediat: ſed male facit, & debet appellari.

13 Reconuentio an fiat coram delegato. num. 29. & 60.

14 Reconuentio an fiat coram diuerſis iudicibus, & numer. 9.

15 Reconuenire poteſt reus non ſolum ſuper actione orta ante reſcriptum, ſed etiam poſt.

16 Reconuentio an fiat coram iudice, aduerſus quem reus nonnulla oppoſuit.

17 Actor deſiſtere à conuentione non poteſt, ne reconueniatur. num. 55.

18 Actor poteſt reconuenire reum, ſuper re non comprehenſa in reſcripto.

19 Coram delegato tenetur reus reconuenire.

20 Reconuentio an coram arbitro locum habeat.

21 Auctoris laudatio, an habeat locum coram arbitris iuris.

22 Arbitri iuris an habeant ordinariam, vel delegatam poteſtatem, & ad quem appelletur ab illis.

23 Reconuentio an coram iudice prorogato locum habeat.

24 Item coram iudice appellationis, & numero 27. & 18.

25 Appellatio reducit cauſam ad illum ſtatum, in quo erat cauſa principalis poſt lit. conteſtat.

26 Appellatio ab interlocutoria deuoluit cauſam principalem ad iudicem appellationis, cum pronunciando bene appellatum, interlocutoriam retractauit.

27 Appellatio extra iudicialis, in quibus differat à iudiciali.

28 Reconuentio an locum habeat coram iudicibus particularibus ad certa negotia, vel perſonas deputatis.

29 Prorogari non poteſt iuriſdictio delegati.

30 Prorogatio iuriſdictionis quædam eſt voluntaria, & quædam neceſſaria.

31 Delegata cauſa principali, cenſetur etiam delegata cauſa neceſſaria & connexa.

32 Reconuentio an fiat coram iudice cauſarum certæ ſpeciei, de cauſa ſpeciei diuerſæ.

33 Intellectus ad l. ſi idem cum eodem. §. quid ſi inuitus. ff de iuriſd. om. iud.

34 Iudex habens limitatam iuriſdictionem acceſſorie, & incidenter de cauſa diuerſæ ſpeciei cognoſcere poteſt.

35 Iuriſdictione ordinaria conceſſa, id conceſſum cenſetur, ſine quo illa explicari non poteſt.

36 Reconuentio an fieri poſſit, quando iudicis officium imploratur.

37 Reconuentio non fit, cum per viam extra iudicialis iuriſdictionis proceditur.

38 Reconuentio an locum habeat in cauſis ſummariis.

39 In cauſis executiuis, an fiat reconuentio.

40 Reconuentio non fit, vbi præſentatur inſtrumentum ſecundum formam ritus: nec cum creditor petit familiam, vt ingrediatur poſſeſſionem, vigore pacti executiui.

41 Reconuentio, an, & quando locum habeat in cauſa poſſeſſorii, num. 33 cum plur. ſeqq.

42 Spoliatus agens non tenetur aduerſario ſuo reſpondere, niſi prius reſtituatur. Quod limita num. 44. 47. & 48.

43 Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.

44 Poſſeſſoria remedia, an ſint æque priuilegiata contra tertios non ſpoliantes, ſicut contra ipſos ſpoliatores.

45 Poſſeſſorium retinendæ datur ei, qui moleſtatur extra iudicium, ſecus ſi in iudicio.

44 Cauſa quælibet poſſeſſoria eſt ſummaria. numer. 47. & 48.

49 Reconuentio, an de poſſeſſorio fieri poſſit, cum agitur petitorio.

50 Spolium an deducatur in iudicio per viam actionis, vel exceptionis, & quæ ſit differentia.

51 Poſſeſſorium recuperandæ intentatum, an ſuſpendatur per exceptionem ſpolii alterius rei, oppoſitam reo.

52 Spoliatus citatus per ſpoliantem in alia cauſa poteſt contra citationem opponere, & non tenetur comparere, nec reſpondere.

53 Clericus reconueniri poteſt coram iudice laico.

54 Clericus ſuccumbens coram iudice laico, poteſt per eum condemnari ad expenſas.

55 Reconuentus an poſſit renunciare ſuæ conuentioni ad impediendum reconuentionem, num. 17.

56. Recon-

56 *Reconuentio an, & quando locum habeat in criminalibus, num ſeq & 61.*
57 *Accuſator no admittitur in regno, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. & num ſeq.*
58 *Diſpoſitio* l. 1. C. qui accuſ. non poſ. *eſt hodie correcta in regno per* conſtit. ſi ciuiliter agens.
59 *Nomen Rei quando receptum dicatur inter reos.*
60 *Reconuentio non fit in criminalibus coram iudice incompetenti, reſpectu reconuenti, num. 61. 67. & 68.*
62 *Reconuētio in regno hodie in criminalib. nō procedit.*
63 *Nouum delictum quod dicatur.*
64 *Diſpoſitio* l. neganda, C. qui accuſ. non poſ. *eſt hodie correcta.*
65 *Reconuentio an habeat locum, vbi per inquiſitionem proceditur.*
66 *Reconuentio de cauſa ciuili, an fieri poſſit per accuſatum criminaliter, & econtra.*

SEXTA diſtinctio principalis iudiciorum eſt; quia † Iudicium aliud dicitur conuentionale, & aliud reconuentionale. Iudicium conuentionale, eſt illud, in quo prima conuentio deducitur. Iudicium reconuentionale eſt, in quo deducitur ſecunda conuentio, quæ fit ex aduerſo per reum contra actorem, de quo loquitur *l. cum Papinianus. 14. & authen. & conſequenter. C. de ſentent. & interlocut. & tot tit. extr. de mut petit.* EST igitur SCIENDVM quoad practicam huius iudicii reconuentionalis, quod reus conuentus in iudicio, ſi debet aliquid conſequi ab actore, habet duplex remedium repul-
2 ſandi actorem. PRIMVM † eſt, per viam compenſationis, quam pōt ei opponere, etiam ſi eſſet debitor naturaliter tantum, *l. etiam. 6. ff de comp.* Verum; quia non ſemper datur ei hoc remedium; quoniam ita demum habet locum compenſatio, ſi debitū eſt ex vtraque parte liquidum, ſecus ſi ex vna parte tantum ſit liquidum, vel ſi ex vna parte debetur ſpecies, & ex alia quantitas; tunc enim non admittitur compenſatio, tex. & ibi Bal plene, *in l. fin. C de compen.* ADDITIO. Liquidi ad aliquidum (vt inquit auctor) compenſationem minime fieri, quod ſane intelligendum eſt, vt procedat, quando id, pro quo compenſationem fieri vult, liquidari non poteſt infra breuem terminum iudicis arbitrio ſtatuendum, ſed prolixam indaginem requireret; at ſecus ſi breui termino liquidari poſſet, quod totum iudicis arbitrio committetur, vt voluit Bal *in d. l. fi. C. de compen.* Pet. Fol. V I. D

[ Cōpēſatio quib. caſib. & in quib debitis admittatur, & an in debito iurato, egregie explicat Alex. Trentacinq. *li 3 pract. reſolut. de compenſat Reſolut. 1. per tot.* & Fachin *lib. 1. controuerſ iur. c 6. & 7.*]

3 Illud autem, † quod dixi de debito liquido ad illiquidum, vt non fiat compenſatio, limitatur, niſi debitum actoris eſſet liquidatum per confeſſionem rei; quia tunc admittitur cōpenſatio de debito rei liquido, q̄ venit liquidandū in proceſſu, ſecundum Bald. *in d. l. fi. col. 2.* & Abb *in c. cum Ioannes. 10. in 3. not. de fide inſt.* & ratio eſt illa, quæ ſumitur ex *l. eum qui. 30. ff de iureiur.* In illis ergo caſibus, in quib. ceſſat remediū compēſationis, neceſſe eſt reo, recurrere ad SECVNDVM remedium, ſ. reconuentionis, per q̄ plenius ipſi conſulitur. An † autem compenſatio habeat aliquam ſimilitudinem cum reconuentione? vide Bal. *in l. cum Papinianus 14 in fi. C. de ſent & interlocut.* ADDITIO Debiti per confeſſionem rei liquidati ad debitum liquidum admitti compenſationem (vt vides) receptum eſt; quod quidem procedere ſcias, vt tamen non ita indiſtincte procedat, ſed totum iudicis arbitrio committitur, ſicut quando liquidatio foret facta per probationem teſtium, vel inſtrumentorum, (vt ſupra dixi) vt ſi infra breuem terminum moderandum poſſet liquidari, admittatur, alias ſecus; & ita loquitur Bal. *in d. l. fi.* ſi recte inſpiciatur, & ita voluit Cyn. ibidem, vt refert & ſequitur dom. Abb. *in c. 2. extr. de depoſit* licet in eo caſu voluerint Cyn. & Abb maiorem delationem debere dari per iudicem ad liquidandum, quam daretur in alio caſu, quando non eſſet liquidatum per confeſſionem, ſed per alias probationes, ita etiam firmat Tind. *in tract. de cōpenſa. in art. 8. n. 38.* Pet. Fol.
Super † hoc iudicio reconuentionali, pro aliquali introductione ad practicam, proponam diſcutiendas TRES QVÆSTIONES. Prima erit, quæ ſit natura reconuentionis à principio iudicii, vſque ad finem. Secunda, corā quibus iudicibus poſſit opponi reconuentio. Tertia; de quib. cauſis opponi poteſt. 5

*Quæſtio prima principalis.*

REDEO ad primam quæſtionem, ſuper qua puto conſiderandam eſſe eius naturam, quoad TRIA. Primo, quoad tempus ſuæ propoſitionis. Secundo, quoad telam ſuæ proſecutionis. Tertio, quoad finem ſuæ determinationis. Quoad PRIMAM conſiderationem, dico, quod natura reconuentionis eſt vt proponatur in principio litis, ante litem conteſtatam in cauſa conuentionis; tunc enim dicitur vera reconuentio, & pari paſſu procedit cum ipſa conuentione: & iſta eſt communis opinio omnium Doct & probatur per gl. *in Clem. ſæpe. 2. §. verum, in verb. exordio, de verb. ſig.* & per Philip. Dec. *in conſil. vltim.* quod eſt *in num 200. colum 2.* & Felin. *c. 1. de mut pet.* quicquid teneat Specul *in tit. de reconuent. §. ſequitur* vbi dicit, quod vſque ad concluſionem in cauſa poteſt fieri reconuentio; tamen eius opinio non eſt vera, ſcilicet, quo adhoc, vt pari paſſu ambulet cum conuentione Nam verum eſt, quod poteſt fieri poſt litem conteſtatam, & in quacunque parte iudicii: tamen tunc non dicitur vera reconuentio, quia non ambulat pari paſſu, nec per eam retardatur cauſa conuentionis, ſecundum Phil. Dec. *in d conſ. vltim colum. 2* & ita intelligitur tex *in c diſpendia § reus de reſc. lib. 6.* ita etiam declarat Lanfranc. *in c. ſæpe colum 8 in fin. verſ. ſequitur text. in verb. exordio, &c. de verb. ſign.* Poteſt etiam fieri recon-

uentio poſt litem conteſtatam, dummodo fiat in continenti, ante quam iuretur de calumnia, ita tenet Bald. *in c. cum veniſſent. 12. de iudic.* & Iaſ *in l. non ſolum 8 §. morte. 6 colum. 6 ff de oper. noui nunc.* ADDITIO. Reconuentionem etiam poſt litem conteſtatam fieri poſſe (vt vides) conſtitutum eſt, differt tamen ab ea, quæ fit ante litem conteſtatam, quia non fit in ea ſimultaneus proceſſus. Sed vtrum di-
6 cta † reconuentio habeat ſaltem effectum iuriſdictionis prorogatiuam (vt ſcilicet, poſt litem conteſtat. ex interuallo poſſit fieri recõuentio coram iudice, qui alias non ſit iudex actoris,) in quo quidem varii varia dixere, vt refert late Marian. Socin. *in c. ex literis. 1. extr. de mut. pet. num. 97 in 7. princip. requiſ.* tandem relatis omnib opinionibus dicit poſſe concludi, quod aut quæritur, vtrum ante litem conteſtatam, quandocunque poſſit reconuentio fieri; & dicit, quod ſic, ita tamen ſi non obſiſtat qualitas cauſæ, vel iudicis, vel quid ſimile, aut quæritur, an in ipſa litis conteſtatione fieri poſſit? & idẽ tenendum eſt; & in hoc dicit, quod omnes concordant; aut dicit (ipſe) quæritur, ſi poteſt poſt litem conteſtatam fieri, & incontinenti? & vbique fieri poſſe dicunt Doctores, aut quæritur, an & ipſa reconuentio fieri poſſit poſt litem conteſtatam? & in hoc dicit varias reperiri opiniones, quas arbitratur poſſe reduci ad concordiam hoc modo, videlicet, quod reconuentio fieri non poſſit inuito actore; nam per viam propriæ reconuentionis fieri non poteſt, cum ſimul tractari non poſſint, etiam per viam impropriæ reconuentionis, ſcilicet reſpectu duntaxat priuilegii prorogationis, niſi ex voluntate actoris. Vnde dicendũ eſſe (inquit) quod ſi reus conuenit actorem poſt litem conteſtatam ex interuallo, & actor contradicit, quod non ſit facta debito tempore, & quod non vult reſpondere niſi coram ſuo iudice. & hoc caſu non procedit reconuentio etiam reſpectu prorogationis; quia ad ipſam exigitur conſenſus prorogationis, quod arbitratur verum eſſe, niſi cauſa eſſet tempore peritura, vel eſſet talis cauſa, quæ indigeret celeritate: aut actor non contradicit, & procedit reconuentio, ſaltem per viam prorogatiuam, & ita concludit Per. tol.

7 Quod ad ſecundam † conſiderationem, ſcilicet circa perſecutionem ipſius reconuentionis. Natura eius eſt, vt pari paſſu ambulet cum conuentione, & ſic fiat ſimultaneus proceſſus, videlicet quia eodem tempore, quo lis conteſtatur in vna, debet conteſtari in alia, & ſic in datione termini probatorii in publicatione, concluſione, & aliis actibus cauſæ. Verum prius reſpondebitur, & fiet actus ſuper conuentione, & poſtea ſuper reconuentione immediate, ita declarat Bartol. *in d. auth. & conſequenter. col. 2 verſ tertio eſt videndum, &c C. de ſent. & incert* per regulam traditam. *in l. qui prior.* alias *qui appellat. 29. ff de iudic.* vide Baldum *in d. l. qui prior 29* vbi & pulchre declarat hanc materiam. Et addit etiam, quod prius debet allegari Aduocatus Actoris, & poſtea Aduocatus rei. & iſte ordo adhibetur etiam in diſputationibus, ſecundum Bal. *in l. Neſennius. 34. ff de negot. geſt.* ADDITIO. Simultaneo proceſſu cauſa conuentionis & recõuentionis terminari debet. † Quod verum eſt, niſi eſſet cauſa, quæ celeri- 8
tatem deſideraret, & immineret periculum animarum; quia tunc prius decideretur ſuper ea, ſi de ea conſtaret, *per c. ex conqueſtio e. 19. el. 1. de reſtit. ſpol.* vel niſi petitio actoris exigeret altiores dilatiões, & intricationes; quia tunc deberet differri, & reconuentio antea expediri, & ſi reconuentio exigeret longiores dilationes, poſſet expediri conuentio, *per d. l. qui prior. 29. ff de iud.* de quo ad ſaturitatem per Mar. Socin *in c. prudentiam. 2 extr. de mut. pet. nu. 17.* vbi arbitrabatur, id maxime procedere, quando illa cauſa, quæ poſſet facilius expediri, eſſet pauperis, argũ. not. per gl. 2 *quæſt. 1. c. inprimis.* & vltra dicit, quod tunc ſimultaneo proceſſu debet cauſa expediri conuentionis, & reconuentionis, quando datur poſſibilitas expediendi vtramque cauſam: at ſecus, ſi eſſet aliquod iuſtum impedimentum, quod non poſſet procedi ad expeditionem talem. *Fe. r. Foller. V. I. D.* Si † autem actor nollet reſpondere ſuper reconuen- 9
tione, patitur iſtam pœnam; quia minime proceditur in cauſa conuentionis, & denegatur ipſi audientia, donec reſpondeat ſuper reconuentione, ita dicit Specul. *in tit. de reconuen. § fin.* vbi plures allegat, & habetur *in c. 1. & 2 de mut. pet.* & Spec. *in tit. de reconu. § videndum. verſ. ſed nunquid ſi actor, &c*

Quo ad † tertiam conſiderationem, ſcilicet, 10
quoad finem reconuentionis. Breuiter natura reconuentionis eſt, quod debet eadem ſententia terminari cum cauſa conuentionis; quia iudex debet vtramque cauſam inſerere in vna & eadem ſententia, ſecundum Bart. *in d. Authent. & conſequenter. colum. 2 verſ. item dictæ cauſæ, &c.* & licet dicat ibi Bartol. quod primo debet ferri vna ſententia, & poſtea alia, non per hoc contrariatur; quia eius ſenſus eſt; quod ambæ cauſæ debent poni in vna ſentẽtia ſcripta in eadem charta: verum primo ſcribi debet caput conuentionis, & poſtea reconuentionis, ſecundum ordinem ipſarum cauſarum. Sed vnum poſt aliud immediate legi & proferri debet, vnde quo ad iuris diſpoſitionem, duæ dicuntur ſententiæ: quia duo ſunt capitula, *l. etiam. 29. §. ex cauſa. 1. ff. de min. & l. quædam mulier. 41. ff. famil. erciſc.* ſed quoad vnicam ſcripturam, & vnicam prolationem, dicitur vna ſententia, & ita debet intelligi hæc materia, vt declarat Abb. *in c. 1. col. 4. de mut pet.* & Spec. *in tit. de reconu. § videndum. col. 2.* Illud tamen † quod di- 11
citur de vna ſententia, limita procedere, quando de vtraque cauſa pariter liqueret; ſecus autem, ſi prius liquet de vna, quam de alia; quia iudex poteſt pronunciare ſolum de ea cauſa, de qua liquet, & ſuperſedere in alia, nec pro hoc facit litem ſuam; quia lege permittente id facit. Ita tenet Abb. *in d. c. 1. col. 3.* de

*de mut. pet.* & Spec. *in d.* § *videndum verſic. & ſi iudex.* Hinc eſt, quod ſi appellaretur ab illa prima ſententia lata, puta in cauſa reconuentionis, poteſt nihilominus iudex procedere ad ſententiam in cauſa reconuentionis, & illa appellatio non ligat manus iudicis in cau'a reconuentionis; quia quoad hoc, cenſentur diuerſæ cauſæ, & non vna: ita tenet Specul. *in d.* §. *videndum circa fin. verſic. ſed pone.* & habetur per Doct. maxime Philip. *in fin col. in c. ſuper eo. 16. el. 1. de*
12 *appellat.* Quid † autem, ſi iudex nollet procedere pari paſſu in vtraque cauſa, ſed ſolum in vna procedit p ius, vel in vna tantum pronunciat, & non in vtraque, an valeat eius proceſſus ſententia? vel debeat ab eo appellari? Dic, quod vera concluſio eſt, quod non per hoc ſententia eſt nulla, nec proceſſus eſt nullus; ſed iudex male agit, vnde debet appellari, text. eſt *in l. 1.* §. *fin. ff quæ ſent. ſine appel. reſcin.* per quam ita tenet Spec. *in tit. de reconu* §. *videndum. verſ. & ſi iudex.* & Abb. *in d. c. colum. 3. in fin de mut. pe it.* Robert. Marant. Venuſi V. I. D. Additio. Adde plene dicta per dom. Marian. Socin *in dict. c. prudentiam. 2. extr. de mut petit.* vbi dicit vltra prædicta procedere, quãdo eſſent mutuæ tales petitiones, in quibus data liquidatione, admitteretur adinuicẽ compenſatio, vt quia ambæ conſiſterent in quantitate, ita, quod vna impediret executionem alterius ratione compenſationis, vt *l neque. 6. C. de compen* vbi autem in petitionibus eſſent talia deducta, in quibus nõ admitteretur compenſatio, & in quibus non videtur procedere; tunc non impediretur alterius executio, per not. *in d. l. neque. 6 & in l ſi conſtat. 4 in fin C. de comp.* P. F.

*Quæſtio ſecunda principalis.*

13 Secunda quæſtio principalis eſt, † Coram quibus iudicibus habet locum reconuentio. Et ſuper hoc ſunt proponendæ aliquæ quæſtiones: Sed pro reſponſione dicas, quod regulariter coram omni iudice locum habet, niſi expreſſe reperiatur prohibita, per reg. *c. cuius in agendo.* alias incip. *Accuſatores. 3 q. 8. & l. cum Papinianus. 14. in fin. C. de ſenten. & interloc.* Primo igitur quæro, an coram iudice delegato habeat locum reconuentio? Dic, quod ſic, nam in hoc non differt delegatus ab ordinario, *c. 1. & ibi Abb. in 1. col. de mut pet.* & Spec. *in tit. de reconu.* §. 1. *verſ. 1.* & Bart. *in d. auth & con, equẽter. col. pen. verſ. quæro, vtrum iſta auth & c.* & Bart. *in l. fin. ff quod quiſque iur.* & Bald. *in l neque 6. in fin C. de comp.* Quod intellige, quando delegatus fuit impetratus ad inſtantiam vnius partis tantum, puta actoris: quia tunc viget ratio tradita *in d. l. cum Papinianus 14. in fine,* ſcilicet, quod ipſe actor, qui impetrauit iudicẽ pro ſe, non debet dedignari habere eundem contra ſe: ſecus eſt, quando delegatus fuiſſet electus de conſenſu vtriuſque partis: quia coram eo non hab t locum reconuentio; quoniam ceſſat dicta ratio, ita tenet Bart. *in d. auth & conſequenter in fi* & Abb. *in d c. 1.* *col 1. in fin col. pen. de mut. pet.* Item fallit, quando fuit electus motu proprio Principis; quia ſimiliter ceſſat tũc reconuentio, ita tenet Iaſ. *in l. 4. in prin. col fin. ff. quod quiſque iur.* & ad materiam huius quæſtionis vide vnum dubium, quod tangam infra *in 5. quæſt.* Additio. Adeo † enim vera ſunt ea, quæ hic dominus 14
Auctor inquit, quod procedunt nõ ſolum per viam propriæ reconuentionis, ſed etiam per viam impropriæ reconuentionis (vt ſi actor vellet reum pluribus actionibus perſonalibus conuenire) non poteſt impetrare literas ad diuerſos iudices delegatos, *c. diſpendia. 3 in prin de reſc. lib. 6.* Item procedunt, vt ſi voluerit reus durante iudicio, contra actorem impetrare literas tam ſuper conuentione, quam reconuentione, non poteſt impetrare ad alios iudices, ſed ab eoſdem bene poteſt, coram quibus per literas actoris fuit conuentus, iuxta text. *in d c. diſpendia 3.* §. *reus. de reſcr libr. 6.* quod qui idem adeo procedit, vt ſi impetraret literas delegatorias ad alios iudices quã electos per actorem, ſi ſunt impetratæ ſuper reconuentione fienda, finita lite incepta contra eum per actorem, nõ valet impetratio ipſa, ſed ſi fuerint impetratæ ſuper cõuentione, vt finita lite incepta contra eum, poſſunt exequi, bene valet impetratio, ſecundum veram opinionem per Mar. Socin *in c. ex literis 1 in 4 art. nu. 18 de mut pet.* Item † adeo (vt dixi) 15
dicta procedunt, vt nõ ſolum reus reconuenire poſſit actorem ſuper actione orta ante impetratum reſcriptum, ſed etiam orta poſt reſcripti impetrationem ab actore factam, vt dicit, & firmatum reliquit in eodem quo ſupra loco Mar Soc *nu 19.* Item non ſolum reus poteſt reconuenire actorem coram iudice impetrato etiam per literas Apoſtolicas, ſi ſit actor ipſe infra vnam diætam. ſeu duas, à fine diœceſis rei, per *c ſtatutum. 11. de reſc. in 6.* ſed etiam ſi lõgius diſtaret, forte per quinque, decẽ, vel plures diætas, ſecundum Spec. *in tit. de reconu.* §. 1. *verſ quid ſi aliquis.* tex. *in 3. q 8. cuius in agendo.* alias incip. *Accuſatores.* Item † procedunt, vt etſi reus nonnulla oppoſuiſſet 19
contra reſcriptum impetratum per actorem, & ſuccubuiſſet, nihilominus reconuentio coram eo fieri poſſet, ſecundum Bart. Briſsic *in q. vener 31.* ſed Spec. *in tit. de recon.* § 1. *in fin* poſt Bart. Briſſ diſtinguit, ꝙ reus iuſto errore ductus dixit reſcriptum falſum, vel oppoſuit talia, aut ſimilia, hoc non obſtante poterit reconuenire actorem, 2 *q 3. c. paulum. 6. & in c. ſtatutimus 1. de electio. lib. 6* alias non poterit reconuenire, de quo per Mar. vbi ſupra *nu. 21* Item † procedunt a- 18
deo, vt ſi actor vellet deſiſtere à conuentione per eũ facta coram delegato, non poſſet in præiudicium rei volentis reconuenire; & hoc verum eſt poſt reconuentionem factam, quia ante factam reconuentionem, poteſt actor deſiſtere in totum, vt non reconueniatur, ſecundum Mar. Socin. *in loco, de quo ſupra num. 22.* Item procedunt, † vt ſi actor reconuentus 19
coram iudice delegato voluerit reconuenire ſuper re non comprehenſa in reſcripto eundem reum;

 quia

quia poteſt, ſecundũ *d. Soc. ibid. n. 22.* Itẽ procedunt, & habent locum, ſiue iudex ſit impetratus per actorem tantum, ſiue de communi conſenſu actoris, & rei, ſecundũ Ioan. de Imol. & Mar. Soc. *vbi ſupra.* Limitantur tamen primo prædicta, vt non procedant, quando eſſet talis cauſa, ſuper qua reus actorem voluerit reconuenire, de qua iudex delegatus non poſſet cognoſcere abſque ſpeciali mandato Papæ; quia tunc non poſſet fieri reconuentio ipſa. *6. q. 4. c. ſi Epiſcopus, & de conſi. vtil c.* ... *& 2. & c. penult. de reſt. in integr.* & habetur vbi ſupra. Secundo limitãtur prædi-

19 cta, † quod reus conuentus coram delegato tenetur reconuenire, vel litteras impetrare ad eundem iudicem, ſi vellet reconuenire actorem coram ordinario; quia actorem coram quocunque ordinario poſſet reconuenire, ſed de veritate videatur Maria. Soc. *in loco de quo ſupra.* Pet. Fol. V. I. D.

20 Secundo principaliter quæro, † an coram arbitro habeat locum reconuentio? Dic, quod communis concluſio eſt, quod non; quia ex quo eligitur de conſenſu vtriuſque partis, ceſſat coram eo ratio, *d. l. cum Papinianus 14. C. de ſent. & interlo. in fin.* text. eſt *in c. cum dilectus 6. de arbit.* per quã ita tenet Bart. *in d. auth. & conſequenter. in fin* & Specul. *in tit. de recon. §. 1. in princ.* & Abb. *in d. c. 1. colum. 1. & penult. de mutuis petit. & in d. c. cum dilectus 6.* Quod tamen intellige de arbitro voluntario, electo de communi voluntate partium, ſecus in arbitro iuris, electo ex neceſſitate ſtatuti ad totam cauſam; quia coram eo habet locum reconuentio, ſecundum Abb. *in d. c. cum dilectus. 6. col. 3.* vnde ſtante diſpoſitione regiæ pragmaticæ in regno, quæ incipit, *odia*, quod cauſæ inter coniunctos compromittantur, tales arbitri dicuntur iuris, & coram eis habet locum reconuentio, ſecundum Abb. *ibid* licet contrarium videatur tenere Abb. *in d. c. 1. colum. pen. de mut. pet.* referendo Specul. *in tit. de recuſat. §. effectu. colum. 5. verſic. ſed nunquid.* Sed prima opinio verior eſt, & dictũ Specul. procedit in arbitrio iuris, deputato ad certum articulum, puta ad cognoſcendum de ſuſpicione iudicis; quia verum eſt, quod coram eo non habet locum reconuentio; ſecus ſi eſt deputatus ad totam cauſam, vt in exemplo præpoſito: ita etiam tenet Fel. *in c. ſi. col. pen. in fin. de re iud.* Et ratio patet ad ſenſum; quia ibi arbitri eliguntur ex neceſſitate iuris, & habent iuriſdictionem à lege: nam ita neceſsitatur actor litigare coram eis, ſicut coram iudice, vt not. Abb. *in c. ſuſpicionis. 39. de off. del.* quidquid dicat Iaſ. *in l. eſt receptum. 14. col. fi. ff. de iuriſd. om. iud.* ADDITIO. Idem ampliſsime ſequitur Ioan. Bapt. *in tract. de arbit. in c. 10. noni libri.* & eſt communis, & vera opinio, & quatenus Auct. inquit; hanc communem opinionem minime procedere in arbitris iuris, quando ſunt electi ad totam cauſam; at ſecus ſi in certo articulo cauſæ, id expreſſe, & latius firmatum reliquit do. Mar. Soc. *in d. c. ex litteris. 1. de mut. pet. nu. 29. in fi.* Sed

21 quid dicemus, † an coram arbitris iuris habeat locum laudatio in Auctorem, quæ habet locum in iudicibus ordinariis? hunc caſum Salerni habui in facto, & non potui in ſpecie reperire, ſed dicebã, quod non; per rationes, de quibus in reconuentione, & per rationem: quia compromiſſum non egreditur perſonam, ſeu rem in compromiſſo comprehenſam, *l. non diſtinguemus. 32. de officio. 15. ff. de recept. arbit.* nam quomodo poſſent arbitri condemnare auctorem laudatum, qui non compromiſit, & hæc de plano procederent in arbitris ſimplicibus, ex quo per compromiſſum liberatur auctor laudatus, vt *l. ſi dictum fuerit. 56. §. ſi compromiſero 1. ff. de euictio.* quanto magis dicendum eſt, quod non habet locum laudatio in auctorem, ſed dubium eſt de arbitris iuris electis ſecundum formam regiæ pragmaticæ; & tamen idem dixi, & obtinui, ſed cogitandum relinquo. Vide quæ late dixi infra *in quinto membro iudicij in princ.* Pet. Fol. V. I. D. Quam autem † iuriſdictionem habeant iſti arbitri iuris, ſcilicet ordinariam 22 vel delegatam? Dic, quod veritas eſt, quod nec ordinariam veram, & nec delegatam habent, ſed quandam tertiam ſpeciem iuriſdictionis ſimilem, & æquiparatam delegatæ iuriſdictioni potius quam ordinariæ, ita tenet Bald. *in conſil. 90. & conſil. 460. in 1. volum.* & Petr. Philip. Corn. *in conſil. 54. colum 2. in littera M. in 2. colum.* & Baldus *in l. apertiſsimi 26. colum. fin. verſic. quarto quæro, & in l. fin. in 4. notab. C. de iudic.* & ibi etiam Bart. & Angel. & tangit Felin. *in c. fin. colum. pen. in fin. de re iud.* & probatur *in c. ab arbitris. 11. & ibi not. de off. deleg. lib. 6.* vbi probatur etiam, quod ab iſtis arbitris iuris debet appellari ad principem, & ſic ad legem animatam, ex quo à lege habent iuriſdictionem, & de materia illius pragmaticæ, *odia.* vide quo plene dicam infra *in ſexta parte huius tractatus, in ſecunda parte iudic. in verb. compromiſſum.*

Tertio principaliter quæro, † an coram iudice 23 prorogato habeat locum reconuentio, gloſſ. Bart. & communiter Doct. *in l. eſt receptum 14. ff. de iuriſd. om. iud.* tenent, quod ſic, per illum text. Ego tamen ita diſtinguerem. Quædam eſt prorogatio, quæ fit per ſubmiſſionem vnius ex litigantibus, vt quando maior, vel æqualis, ſponte ſe ſubmittit iuriſdictioni alicuius iudicis, conueniendo aduerſarium ſuum coram eo, & tunc habet locum reconuentio. Ita procedit *dict. l. eſt receptum cum ibi not.* & ratio patet; quia tunc procedit ratio *d. l. cum Papinianus.* nam quia actor ſubmittendo ſe, elegit illum iudicem pro ſe, non debet dedignari habere eundem iudicẽ contra ſe. Quædam vero eſt prorogatio, quæ fit de communi conſenſu partium, *iuxta l. ſi conuenerit. 18. ff. de iuriſd. omnium iudic. & l. 1. & 2. ff. de iudic. & lib. 1. C. de iuriſd. omnium iud. & c. ſignificaſti 18. & ibi Abb. de foro compet.* & coram tali iudice prorogato, dico, quod non habet locum reconuentio, & licet non inuenerim de hoc deciſionem in terminis; tamen per bona ſimilia poteſt decidi iſte caſus. Primo:

mo; quia ceſſat ratio dictæ *leg. cum Papinianus.* nam talis iudex prorogatus non fuit electus ab Actore ſolum, ſed ab vtroque. Secundo, per ea, quæ dicimus in delegato electo de communi conſenſu, coram quo non habet locum reconuētio, per ea, quæ dixi ſupra in prima quæſtione huius diſtinctionis. Tertio, per ea, quæ dicimus de arbitro, coram quo ceſſat reconuentio; eo, quia de communi conſenſu partium eligitur, ſecundum Bartol. *ind. auth. & conſequenter in fin.* & per ea quæ not. Abb. *in c. cum dilectus. 6. de arbitr.* & cum iſta diſtinctione intelligo ea, quæ notantur *in d. l. eſt receptum 14.* maxime per Caſ. ibi *in fin colum.* ADDITIO. De hoc legitō Maria. Socin. *in c. ex literis. 1. de mut petit. num 13.* Petr. Foller.

24 Quarto quæro, † an coram iudice appellationis habeat locum reconuentio. Communis concluſio eſt, quod non, ſecundum Bartol. *in d. auth. & conſequenter, col fin.* & ibi etiam Bald *in 3. col. verſic. quæro, nunquid in cauſa, &c.* Intelligendo ſcilicet, quando iudex appellationis aditur ex neceſsitate, propter iniuriam, quam putat appellans ſibi eſſe factam: idem tenet Innoc. *in c. 1. de mut. pet.* & Bald. *in l. per hanc. 4. col fin. C. de temp. & reparat. appell* & domini de Rota *in deciſ. 61 in antiquis.* & Bald. *in l. 2. §. ei quoque* alias incip. *legatis 3. ff. de iud.* & Specul. *in tit. de reconuent §. nunc dicamus. verſic. ſed nunquid coram iudice.* & mouentur per text. *in d l. 2. §. ei quoque & l. ad cognitionem. 13. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. & l. 1. ff. eum qui app. in prouinc. defendi.* Quod confirmo vrgenti ratione, † appellatio reducit cauſam ad illum priſtinum ſtatum, in quo erat cauſa principalis poſt litem conteſt. text. eſt, & ibi Bart. & Bald. & communiter Doct. *in l. ita demum 13. C. de procur.* ſed poſt litem conteſtatam non habet locum reconuentio, ſecundum communem opin. vt ſupra fuit dictum. ergo ſequitur, quod coram iudice appellationis non poteſt habere locum, ſcilicet, vt ſortiatur priuilegium, & naturam reconuentionis. Minime poteſt habere locum ſine dicto priuilegio; quia iudex ſecundarum cauſarum, cenſetur incompetens quoad primam cauſam, quæ non eſt ſibi deuoluta parte inuita, vt tenet Bald. *in d. l. per hanc. 4 col. fin. & in d. auth. & conſequenter. col. 5* Limita tamen iſtam communem concluſionem procedere, quando appellatur poſt litem conteſtat. puta à diffinitiua ſententia; quia tunc vrget ratio prædicta: Secus eſſet, ſi appellaretur ab aliqua interlocutoria ante litem conteſtat. nam tunc diſtingui debet: Aut iudex appellationis confirmauit primam interlocutoriam; & tunc ex quo cauſa remittitur iudici a quo, nō habet locum reconuentio coram iudice ad quem, ex quo minime cauſa conuentioni coram eo remanet. Aut iudex appellationis retractauit interlocutoriam pronunciando bene appellatum, & male iudicatum. ADDITIO. Adde [illegible] & Ang. *in l. 1. §. legatis 3. ff. de iudic.* & [illegible]

bis 19. de elect & Alexand. *in auth. & conſequenter. C. de ſenten. & interloc omn. iud.* & Card. *in clem. ſæpe. 2. §. 1. quæſt. 10. de verbor ſignif.* & pleniſsime legito Maria. Socin. *in d. c. ex literis 1. num. 95 de mut. petit* vbi aliter diſtinguit, & tenet quemadmodum Auctor hic. *Petr. Foll. V. I. D.* Et tunc † ex quo etiam cauſa principalis deuoluitur ad iudicem appellationis, vt eſt text. *in c. vt debitus. 59. & ibi Abb. colum. penult. & fin de appell.* & ibi etiam Philip. plene *in penult. charta. & fin.* eſt text & ibi per Doct *in c cordi. 1. § poſt hoc. & in c. cum appellationibus 4. de appellat. lib. 6.* & Bartol. *in l. eius 4 in fin. ff. de appellat. recip.* dicendum eſt, tunc habere locum reconuentionem, ex quo ſumus ante litem conteſtatam. & ſumus in cauſa principali. Ita ſubtiliter conſiderando tenuit Ioan. Andr. *in c. 1 de mut. pet.* quem ibi ſequitur Abb. *in antepenul. col. verſic tertio quæro, &c* Secundo; Limita † prædictam concluſionem procedere in appellatione iudiciali. Secus eſt, quando appellatur extra iudicialiter; quia ex quo ille iudex tunc principaliter aditur, habet coram eo locum reconuentio, ita tenet Specul. *in tit. de reconuen. §. nunc dicamus. verſ. ſed nunquid coram. in fin.* quem ſequitur Abb. *in d. c. 1. de mutuis petit. in penult. colum. in princip.* Et de materia huius appellationis extraiudicialis, & in quibus differat a iudiciali, vide plen per Abb. *in c. bonæ memoriæ 51. col. 1. & 2. de appellat.* & ibi etiam Philip. *& in c. cum ſit 5. eod. tit.* 26 27

28 Quinto quæro, † vtrum coram iudicibus particularibus ad certa negotia vel perſonas deputatis per legem vel ſtatutum, habeat locum reconuentio? Exemplum poteſt poni in iudicibus mercatorum, vel alterius artis, ſeu negotii, de quibus loquitur *l. fin. C. de iur. omn. iud.* ſimiliter poteſt poni exemplum in iudicibus ſcholarium, qui habent tres iudices ſpeciales, vt *in auth. habita. C. ne fil. pro pat* ſuper iſta quæſtio. Ant. de Butr. *in c. 1. de mut. pet.* tenet, quod non habet locum reconuentio; ſed Abb. *ibi in pen. & fin. colum.* melius loquitur. Nam quoad iſtos iudices mercatorum, & alios ſimiles deputatos certo collegio, tenet indiſtincte, quod habet locum reconuentio, quando talis iudex eligitur per actorem, & eſt ratio quia eorum iuriſdictio eſt prorogabilis, vt ſentit Bart. *in l. 1. ff. de iud.* vnde tanto facilius prorogatur per reconuentionem, ſecundum eum. Ego iſtud confirmo bona ſimilitudine. Nam delegatus ad vnam cauſam ſpecialem, extendit ſuā iuriſdictionem ad aliam cauſam, per viam reconuentionis, vt dixi ſupra, in prima quæſtione huius diſtinctionis. Ergo eodem modo, & iſti iudices ſpeciales, dato, quod ſint deputati ad certam ſpeciem cauſarum, debet eorum iuriſdictio extendi ad alias cauſas, per viam reconuentionis. Quo vero ad iudices ſcholarium, tenet Abb *in d. c. 1 in colum. fin.* quod ſi quis conuenit ſcholarem coram Rectore, & ſcholaris patiatur ſe ibi conueniri, poterit reconuenire Actorem coram eo. Si vero ſchola-

rii

ris non patiatur ibi conueniri, ſed declinat forum, & petit ſe remitti ad Epiſcopum ; tunc coram Epiſcopo non poterit actorem reconuenire, ex quo ille iudex non fuit electus per actorem, ſed per ipſũ ſcholarem conuentum, vnde ceſſat ratio *d. l. cum Papinianus. 14. in fin. C. de ſentent. & interl.* Et hanc opin. in effectu tenet Bald *in d. auth. habita, colum. 8. verſic 5. quæritur, &c.* licet idem Bald videatur tenere contrarium *in d. auth. & conſequenter in fin.* tamẽ opinio Abb. magis placet, cum fundetur per bonam rationem, ſcilicet cuius in agendo, &c. *per d. l. cum Papinianus.* † Ad vnum tamen volo, quod ad-
29 uertant hi, qui habent ſubtile ingenium: in quãtum modo in hac quæſtione, & plenius ſupra in prima quæſt. huius diſtinct. dixi: coram iudice delegato ad vnam cauſam particularem habet locum reconuentio, hic inſurgit difficile contrarium, delegatus habet iuriſdictionem limitatam: & non extendibilem, niſi ad perſonas & cauſas in delegatione contentas, adeo quod eius iuriſdictio non poteſt per alios prorogari, nec quoad alias cauſas; quia quoad alias cauſas & perſonas, remanet priuatus. text. eſt. & ibi Abb *in c. P. & G. 40. de offic. deleg.* ſed per reconuentionem prorogatur iuriſdictio iudicis, ſecundum Bald *in auth. & conſequenter, col. 2 in princ. C. de ſent. & interl.* quia per eam fit competens qui non erat, vt not Specul. *in tit. de iud. deleg. § ſequitur, verſic. item ad eius, & in tit. de compet. iud. adi. §. 1. verſic nouus* & patet ad ſenſum per ea maxime, quæ dicimus in clerico reconuento coram iudice laico, vt infra dicam, Ergo coram delegato nõ deberet habere locum reconuentio, quia eius iuriſdictio prorogari non po-
30 teſt. † Puto ad hoc *contrarium* poſſe reſponderi. *Primo,* quod prorogatio iuridictionis poteſt conſiderari duplici modo Quædam enim eſt prorogatio voluntaria, & iſta non poteſt fieri coram delegato. Ita loquitur *d. c. P. & G. 40.* Quædam eſt prorogatio neceſſaria, quæ fit contra inuitum ex neceſſitate legis, prout illa, quæ fit per reconuentionem, & iſta poteſt fieri: nam reconuentio inducit quandam neceſſitatem reconuento, vt reſpondeat coram iudice non ſuo, & ſic reconuentus prorogat iuriſdictionem, non ſponte, ſed ex neceſsitate. Secundo modo poteſt reſponderi; quia cauſa reconuentionis dicitur eſſe connexa cum cauſa conuentionis, quod patet; quia non poteſt coram diuerſis iudicibus ventilari, vt eſt text. *in authent. & conſequenter, & l ſi idem cum eodem. 11. § quod ſi mutua.* alias, *ſed ſi mutua. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* vnde ratione iſtius connexitatis, poteſt delegatus de ea cognoſcere maxime; quia agitur inter eaſdem perſonas, & cauſa reconuentionis venit conſecutiue ad cauſam conuentionis & acceſſorie: ita expreſſe tenet Abb. *in d. c. 1. col. 6. verſic. Item iuriſdictio prorogata, &c. de mut. pet.* † Sed
31 quando delegatur alicui aliqua cauſa principalis, cenſetur ſibi delegata omnis cauſa, quæ venit acceſſorie, & conſecutiue ad illam cauſam delegatam, vt not Abb. *in c. vt debitus. 59. colum. 9. in fin. verſic. in gloſſ. penult & c. de appell.* & ibi etiam Phil. *in vltim. car. verſic. dubitatur. &c.* per text. *in c. prudentiam 3. in fin. de offic. delegat.*

Sexto † quæro, vtrum coram iudice deputato 32
ad certam ſpeciem cauſarum, habeat locum reconuentio de alia cauſa diuerſæ ſpeciei. Exemplum in iudice cauſarum criminalium, an poſsit fieri reconuentio de cauſa ciuili, & econtra: coram iudice cauſarum ciuilium, an poſſit fieri reconuentio de cauſa criminali, vel liberali, vel de cauſa maioris ſummæ, quam poterat cognoſcere, glo *in d. auth. & conſequenter, in gloſſ 2.* tenet, quod ſic, quam ibi ſequitur Bald. *per l quotiens 3. C. de iudi.* & videtur probari *in l. ſi idem cum eodem 11. § quod ſi mutua.* alias, *ſed et ſi mutua. 1 ff de iuriſd. omn. iud.* contrarium tenet Spec. *in tit. de recon. §. 1. verſic quid ſi coram, & §. nunc dicamus, verſic. & trad.* Et hanc contrariam partem tenet Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. & Canoniſtæ *in d. c 1. de mut. pet.* pro quib. facit ratio: quia prorogare iuriſdictionem, eſt extendere eam, adeo quod eadem dicitur iuriſdictio prorogata, quæ prior erat, *l. ſed ſi manente. 3 ff. de precar.* & not. Alexand. *in l. 4 in princip. ff. de damno infect.* & ſic quando tractamus de prorogatione iuriſdictionis, eſt neceſſe, quod præſupponamus iuriſdictionem eſſe talem, qualem iudex prorogatus habebat alias in ſuos ſubditos in ſimilibus cauſis, alias prorogatio non valet de tali cauſa, quam in ſuos ſubditos non poterat expedire; quia quoad illam, caret omni iuriſdictione: & ſic iuriſdictio, quæ non eſt, non poteſt prorogari, ita tenet Alexand *in l. teſtamenta omnia. 18. C. de teſtam.* & Abb. *in d. c. P. & G. 40. colum. antepenult. verſic. venio ad ſextam, & c. de offic delegat. & Par. in l. 1 verſic. veni ad tertiam, &c. de iudic.* vbi exemplificant in iudice maleficiorum, cuius iuriſdictio non poteſt prorogari, quoad cauſas ciuiles; quia ſunt cauſæ diuerſæ ſpeciei, & talem iuriſdictionem non habet in ſuos ſubditos. Et iſtam partem tenet Angel. *in conſil 162. colum 2. verſic in cauſis, &c.* Quid ergo erit tenendum? Bart. *in d. authen. & conſequenter, colum. 2. circa finem.* facit vnam diſtinctionem inter cauſas, de quibus poterat fieri prorogatio, partibus volentibus, & hoc ipſum nota, vt ibi per cum. Et ipſum de verbo ad verbũ ſequitur Abb. *in d. c. 1. colum. 13. verſic. quæro ſecundo, &c. de mut. pet.* & ante cum iſta fuit originalis opinio Iacob. Butr. Ego autem reaſſum. plenius veritatem huius quæſtionis, per vnam ampliorem diſtinctionem, per quam habebuntur omnes veræ concluſiones, quæ poſſent cadere in hac materia. & dico ſic: Aut iudex non poteſt cognoſcere de aliqua cauſa propter priuilegium perſonæ litigantis, aut propter priuilegium ipſius cauſæ; quia iuriſdictio eſt limitata iudici, quoad certas cauſas tantum certæ ſpeciei vel ſummæ, ita quod ad alias cauſas diuerſæ ſpeciei, vel maioris ſummæ ſe non extendat. Primo caſu, vera con-

conclusio eſt, quo procedit reconuentio, ex quo perſona priuilegiata elegit illum iudicem pro ſe, debebit eundem habere contra ſe, non obſtante eius priuilegio; quia natura cauſæ id patitur, hoc probatur *in l. eſt receptum.* 14 *iuncta gloſſ. & ibi per Doct. ff. de iuriſd. omn. iud.* Probatur etiam per id, quod dicimus de clerico; nam iudex laicus non cognoſcit de cauſa clerici conuenti propter priuilegium perſonæ: *c. ſi diligenti. 12. de for. compet.* & tamen per viam reconuentionis bene cognoſcit ſecundum magis
33 communem opinionem, quam infra tenebo. † Secundo caſu principali, ſcilicet, quando obſtat priuilegium cauſæ, diſtinguo aliter, quam dicit Bart. nam diſtinctio Bar. & Abb. implicat obſcuritatem, dum dicit, aut eſt talis cauſa, de qua poſſit iudex cognoſcere partibus volentibus, aut non: quia adhuc remanet dubium, quæ ſit illa cauſa, & Bart. non clare declarat huiuſmodi cauſas; vnde ego clarius diſtinguo ſic: Aut cauſa, de qua ſit reconuentio, eſt de ſpecie cauſarum, de quibus poteſt cognoſcere iudex; differt tamen ab illis in ſola quantitate, & ſic per plus, & minus: & tunc habet locum reconuentio, ita loquitur text. *in dict. l. ſi idem cum eodem.* 11 *§. quod ſi mutua* alias, *ſed & ſi mutua.* 1. nam iudex pedaneus infimus non cognoſcit de cauſis ciuilibus, & à trecentis aureis ſupra, vt *in §. & iudicare fin. c. & agi* 3. *col. in Auth.* 15. *tit.* 2 *de def. ciu.* & tamen per viam reconuentionis poteſt de illis cognoſcere, vt *d. §. quod ſi mutua.* quia dato, quod ſit maior cauſa: tamen eſt de ſpecie cauſarum ciuilium, de quibus cognoſcit: quia eſt cauſa pecuniaria: & de re ad rem, ſeu de quantitate ad quantitatem, poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis, ſecundum Abb. *in d. c. P. & G.* 40 *col* 4. *verſ. venio ad ſecundum, &c. de off. deleg.* & eſt text. expreſſus *in d. l. de qua re* 74. *§.* 1. *ff. de iur.* tunc enim bene extenditur iuriſdictio de ſimili cauſa ad ſimilem. Aut cauſa, de qua fit reconuentio, eſt de ſpecie aliarum cauſarum penitus ſeparata ab illis, de quibus poteſt cognoſcere. Exemplum, ſi coram iudice cauſarum criminalium ſit reconuentio de cauſa ciuili, vel coram iudice ſeculari ſit reconuentio de cauſa ſpirituali, vel coram iudice pedaneo ſit reconuentio de cauſa meri, vel mixti imperii, vel de cauſa liberali, de quibus cauſis non poſſet principaliter cognoſcere, *l. ſolemus* 61 *§. latrunculator. ff. de iud. & l* 2 *C. de ped. iud.* & tunc reconuentio locum non habet. ita procedat opin. Canoniſt. *in d. c.* 1. vt hoc voluit in effectu Bart. *in d. auth. & conſequenter* & ratio eſt illa, quam ſupra tetigi, per not. per Alex. *in d. l. teſtamenta omnia.* 18 *C de teſtament.* & Abb. *in d. c. P. & G.* 40 *col. antepen. verſ. venio ad ſextam.* quia cum in ſimilibus cauſis non habeat iuriſdictionem in ſuos ſubditos: non poteſt iuriſdictio, quæ non eſt, prorogari, ſeu extendi, & ex conſequenti minime per reconuentionem extenditur, quæ eſt ſpecies prorogationis, vt dicit Bald. *in d. auth. & conſequenter. col.* 2. *in princ.* eſt etiam & alia ratio, quia huiuſmodi cauſæ ſunt præiudiciales, & vna facit alii præiudicium; quia in vna proceditur, & in alia ſuperſedetur, ergo non poteſt habere locum reconuentio, cuius natura eſt, vt in vtraque cauſa æqualiter procedatur, & hanc rationem ponderat Bart. ibi. Abb *in d. cap.* 1. *col. antep. in princ. de mut. pet.* Sed † contra prædicta poſ- 34
ſet inſtari: nam iudex habens limitatam iuriſdictionem, non poteſt cognoſcere de cauſa diuerſæ ſpeciei, verum eſt principaliter, ſed acceſſorie & incidenter bene poteſt, vt *d. l. quoties* 3. *C. de iudic.* & not. Bald. & Paul. Caſtr. *in d. l. ſolemus.* 61. *§. latrunculator. ff. de iudic.* & Bart. *in l. interdum.* 56 *§. qui furem.* 1 *ff. de furt.* Sed cauſa reconuentionis venit incidenter, & acceſſorie ad cauſam conuentionis, vt dicit Abb. *in d. c.* 1. *col.* 6. *verſ. item iuriſdictio, &c. de mut. pet.* Ergo in omnibus prædictis exemplis deberet habere locum reconuentio, ea ratione attenta: quia venit acceſſorie. Iſtud videretur difficile contrarium, cui nõ reperio dari aliquod reſponſum, per aliquem Doctor. puto tamen poſſe ſic reſponderi. † Quando 35
conceditur alicui iuriſdictio ordinaria, cenſetur conceſſum omne id, ſine quo iuriſdictio illa explicari non poteſt, etiamſi illud ſit magis conceſſum, dummodo de eadem ſit ſpecie, ita tenet Bar. *in l. cui.* 2. *col.* 1. *circa fin. ff. de iur. omn. iud.* vnde ſi coram iudice infimo ventiletur quæſtio de hæreditate, & ex aduerſo non per viam reconuentionis, ſed per exceptionem opponatur quæſtio ſtatus, ille iudex cognoſcit de ea: quia alias non poſſet decidere quæſtionem hæreditatis, niſi prius cognoſceret de cauſa ſtatus, & ſic cognoſcit, ſed non pronunciat ſuper cauſa ſtatus, ſed ſuper hæreditate, *l. cum & ipſe.* 1. *C. de ord. iud.* vnde de iſto incidenti & acceſſorio cognoſcit ex poteſtate ſibi data à lege: quia alias ſuam iuriſdictionem in cauſa pecuniaria explicare non poſſet, *d. l. cui.* 2 *ff. de iuriſd. omn. iud.* & hoc eſt, quod voluit innuere Spec. *in tit. de reconuent. §. nunc dicamus. verſ. & trado.* dum reſpondet ad *d. l. quoties.* 3 *C. de iudic.* & ita procedit *d. l. quoties.* quia illud eſt quoddam acceſſorium, ſeu incidens neceſſarium, ſine quo nõ poſſet decidi cauſa principalis: vnde intrat iuriſdictionem iudicis infimi, dato, quod ſit maius, quam ſit ſua iuriſdictio ordinaria, ex quo eiuſdẽ ſpeciei, intellige quoad hoc; ſcilicet: quia eſt ſimplicis iuriſdictionis, ſicut aliæ cauſæ pecuniariæ, ſecundum Bart. *in l. imperium.* 3 *colum. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic.* poteſt tamen diuerſæ ſpeciei dici: quia non eſt cauſa pecuniaria, ſed liberalis, & priuilegiata, vt *l. placet.* 2 *in fin. C. de pedan. iudic.* & ita declarato id quod dixi ſupra, dum appellaui hanc cauſam, eſt diuerſæ ſpeciei, ne videat contrariari dictis Bart. *in d. l. cui.* 2. *ff. de iur. omn. iud.* Sed ſi per viam reconuentionis vellet aliquis obiicere quæſtionem ſtatus coram iudice pedaneo, non ad effectum excipiendi, hoc non poteſt fieri: quia non poteſt iſta reconuentio ire pari paſſu cum cauſa pecuniaria, ex quo eſt præiudicialis. Item, tunc ſine ea poſſet iudex deci-

dere cauſam conuentionis; quia non viget illa neceſſitas, de qua ſupra, & hæc ſit prima concluſio, per quam eſt datum reſponſum ad *d.l. quoties. 3.* C *de iud.*

Pono ſecundam concluſionem pro reſponſione ad alia contraria. Quando incidens oritur ex eodem facto, ex quo oritur principale: tunc iudex incidenter cognoſcit de eo, dato, quod ſit diuerſæ ſpeciei, ita loquitur dictum Bal. & Paul. Caſtr. *in d.l. ſolemus. 61. §. latrunculator. 1. ff. de iudi.* & Inno. *in c. cum oporteat. 19 de accuſat.* ſcilicet quod iudex maleficiorum incidenter condemnat ad rei reſtitutionem; nam illud ciuile oritur ex eodem crimine, & ſic iudex, qui cognoſcit principaliter de crimine, poteſt cognoſcere de hoc incidenti ciuili; quia habet originem ex eodem fonte, ſed reconuentio non habet originem ex eodem fonte; quia venit ex parte contraria. vnde ſi tu accuſas me de furto coram iudice maleficiorum; ego reconuenio te ad decem, ex cauſa mutui, vel ad aliud ciuile; iſtud habet originem ex diuerſo fonte, merito iuriſdictio non ſe extendit, cum ſit quid ſeparatum à cauſa principali conuentionis, & ideo ceſſat reconuentio; quia etiam prorogatio ceſſat, ſecundum Alex. *in d.l. 61 § latrunculator. 1 ff de iud. in addit. ad Bar.* vltra quod vrget ratio ſcilicet præiudicii, propter quod non poſſunt ambo decidi. Illud ergo quod dicitur, quod iudex cognoſcit incidenter de cauſa, de qua principaliter cognoſcere nō poteſt, intelligo, quando illud incidens erat tale, ſine quo cauſa principalis non poſſet expediri, vel quando oriebatur ex eodem facto, ex quo oritur principale, per prædicta.

*Quæſtio tertia principalis.*

VENIO ad tertiam quæſtionem principalem, quæ eſt: de quibus cauſis poſſit opponi, ſeu fieri reconuentio. Et breuiter dico, quod regulariter de omnibus cauſis fieri poteſt: niſi quatenus reperiatur expreſſe prohibita, *l. nec non 28. §. quod eius. 28. ff. ex quib. cauſ. maior.* vnde expediam hanc materiam per aliquas dubitabiles QVÆSTIONES.

35 PRIMO QVÆRO, † vtrum quando imploratur officium iudicis, poſſit implorans coram eodem iudice reconueniri, glo. *in l. ſed et ſi reſtituatur. 28. ff. de iud.* tenet, quod non habet locum reconuentio, & illam ſequitur Ludou. Ro. ibi & Iaſ. *in d.l. nec quidquam. 9. § vbi decretum. 1. col. penul. ff. de offi. procon.* In contrariū tamen eſt veritas, & hanc contrariā partem tenet Bart. *in d. l. ſed et ſi reſtituatur ff de iud. & idē. Bart. in auth. & conſequenter, col. fin. C. de ſent.* & Abb. *in c. 1. col. pen. verſ. quarto quæro, de mut. pet.* & per text. *in l. præſes 1. in fin. ff de var. & extraord. cogn.* & Spec. *in tit. de recon. §. nunc dicamus verſ. ſed nunquid habet locum, &c.* Quod intellige verum, quando officium iudicis imploratur principaliter: ex quo tunc ſuccedit in locum actionis, *l. Quintus 7. ff de annu. leg. & l. fi. de off. iu. li.* ſecus, ſi incidenter imploratur; quia tunc non habet locum reconuentio. Ita communiter tenent Doct. *in locis prealleg.* & Iaſ. *in l. ius. 1. col. 7. in princip. ff. de iur. omn. iudi.* Item limita, niſi officium iudicis imploraretur ſuper eo, quod requirit celeritatem; quia tunc ſuſpenditur reconuentio, & expeditur cauſa requirens celeritatem, ita dicit Bal. *in rubri. extra de offic. iudic. colum. fin.* Non tamen intelligas, quod reconuentio tollatur in totum; quia imo procedit etiam in cauſis requirentibus celeritatem, & in cauſis ſummariis, quoad prorogandum iudicem, non tamen vt eadem ſententia terminetur, quando vna cauſa eſt ordinaria, & alia ſummaria, text. eſt, & ibi Bald *in l. ſed & hæ. 35. §. non ſolum. 2 ff de procur* & not. Bart. *in d. auth. & conſequēter, col. pen. in fi. C. de ſent. & interl* & Abb. *in d. c. 1. col. 7. de mut. pet.* ADDITIO. † Adde dictis hic per 37 do. Auct. & infra ea quæ congerit Marſi. Soc *in d. c. ex literis. 1. de mut. petit. num. 44.* vbi facit regulam, & demum dat infinitas limitationes, ex quibus dictis habes veritatem omnium dictorum per d. Auctorem tam hic, quam in omnibus infra dictis. *Pet. Foll. V. I. D.* Item limita notabiliter non procedere, quando officium iudicis imploratur, non in formam iudicii, ſed per modum actus extraiudicialis: quia tunc non habet locum reconuentio: Exemplum, ſi petitur teſtamentum aperiri, vt donationem inſinuari, vel ſi aliquis petit à iudice familiam, vt poſſit tute acqurrere, & manutenere ſibi poſſeſſionem, vel aliud ſimile, ita tenet Bald. *in d. c. 1. colum. fina. de controu. feud. apud pares.* & Socin. *in conſil. 167. colum. fina. verſ. concludo, &c. in 2. volum.* Et ex hoc infero ad nouam practicā in regno, quod ſi quis ſpoliatus ab aliqua perſona Eccleſiaſtica, intentaret remedium traditum per ca. titulum regni, quod incipit: *Omnis prædatio.* & aliud: *Ad regale faſtigium.* & aliud: *Finis præcepti charitas.* adeundo, ſcilicet, iudicem ſecularem, vt defendat ipſum à tali violentia, & poſſeſſionem reſtituat, in tali cauſa non haberet locum: ex quo iudex aditur, non per viam ordinariam, nec iudicialem, ſed per viam defenſionis extraiudicialis, vt plene traditur *in deciſ. 2. & deciſ. 23. conſil. Neapol.* Et hanc limitationem repete ad ſequentem quæſt.

Secundo, † iuxta hoc quæro, an in cauſis ſum- 38 mariis habeat locum reconuentio? veritas dependet ab his, quæ modo dixi in quæſtione præcedenti, & breuiter dic, quod ſic; ſed quoad proſecutionē ſit hæc diſtinctio, videlicet, aut ambæ cauſæ ſunt ſummariæ, & ſine dubio procedit reconuentio. Aut vna eſt ſummaria: alia plenaria; & tunc valet reconuentio, quoad iudicē prorogandum, non tamē quo ad hoc, vt ambæ cauſæ eadē ſententia terminentur, niſi parte volente. Ad hoc allego omnes deciſiones ſupra modo allegatas in præcedenti quæſtione ante finē, maxime Bald. *in l. ſed & hæ. 35 § non ſolum 2. ff. de procur.* & ita debet intelligi, quod not. Spec. *in tit. de reconuent. § nunc dicamus, verſ. ſed nec habet,* & Bar. *in l.*

*in l. fi. ff. de var. & extraord. cogn.* & Bald. *in l. & ſine. ſ. verſ & ideo dicit lex, &c. C. ad Treb.*

39 Tertio † ſucceſſiue quæro, an in cauſis executiuis habeat locum reconuentio? Breuiter dico, quod non, ſecundum Bal. *in d. auth. & conſequenter, col. 3. in verſ. quæro nunquid; &c. C. de ſent. & interl.* vbi dicit, quod ſi petitur executio inſtrumenti confeſsionati, non habet locum reconuentio, & Spec. *in tit. de reconuent §. nunc dicamus verſ. ſed quid ſi agebam, &c.* & ibi idem dicit, quando agitur ex depoſito. Adde Bald. *in l. ſi quis. 3 in 1. not. C. qui ad lib. procl. non lic.* vbi dicit, quod ille, qui confitetur debitum, non poteſt actorem reconuenire. & eſt ratio; quia in confeſſum partes iudicis non ſunt in alio, niſi in præcipiendo, vt ſoluat; habetur enim pro condemnato, *l. vnica C. de confeſſ.* & quod dixi ſupra, quando agitur ex depoſito, non habet locum reconuentio, adde, quod idem tenuit Bartol. *in d authent. & conſequenter col. 4. in princip. verſic. quæro, vtrum liceat actori, &c. C. de ſent. & interloc.* & ratio; quia inſtrumentum depoſiti, habet executionem paratam, *l ſi quis. C. dep.* ſed contrarium videtur tenere Bald. *in d. l. ſi quis. 3. verſ vlterius not. &c C. quib. ad lib. procla. non lic.* vbi dicit, quod quando agitur ex depoſito, non habet locum compenſatio, ſed reconuentio ſic; non tamen differtur liquidum propter non liquidum, ſed reſeruatur id, quod probandum eſt. Puto tamen poſſe concordari hanc contrarietatem, ſcil. vt non habeat locum reconuentio in depoſito, vt pari paſſu ambulet; quia non debet ſuperſederi liquido, propter illiquidum; bene tamen poteſt fieri reconuentio, quoad effectum prorogationis, vt poſtea procedatur in ea, & ita loquitur opin. Bald. prout dixi ſupra in præcedenti quæſt. Et † per prædicta

40 infero, quod quando præſentaretur in regno inſtrumentum criminaliter via extraordinaria ſecundum formam, & ritus magnæ curiæ, non haberet locum reconuentio, cum illa ſit via executiua, & extraordinaria per prædicta. Secundo infero, quod quando creditor vigore inſtrumenti continentis pactum de capiendo, vellet propria authoritate capere poſſeſsionem debitoris pro debito, & peteret familiam iudicis pro habenda poſſeſsione, ex quo iſte actus executiuus, & extraiudicialis, non haberet locum reconuentio per ea, quæ not. Bald. *in c. 1. colum. fin. de contr feud. apud paret.* Socin. *in conſil. 63. col. fin. verſ. 2. concludo, &c. in 2 volum.* & dixi ſupra in præcedenti quæſtione.

41 Quarto † quæro, an in cauſa poſſeſſorii habeat locum reconuentio. Reaſſume veras concluſiones, & dicas ſic: Aut actor agit poſſeſſorio recuperandæ, & reus vult eum reconuenire: & tunc aut reconuentio eſt de poſſeſſorio, aut de petitorio: primo caſu non admittitur reconuentio, niſi de poſſeſſorio pariter priuilegiato, vt quia reus reconuenit actorem de alio poſſeſſorio recuperandæ, & ſic de ſpolio pariter priuilegiato alterius rei, non eiuſdẽ: tunc procedit reconuentio, *c. ſuper ſpoliatione. 4 de ord. cognit.* & ibi Abb. *in 1 not. & in 4. col. circa fin.* Si vero reconuenit de alio poſſeſſorio, puta adipiſcendæ, vel retinendæ, non procedit reconuentio; quia non eſt priuilegiatum, vt ibi habetur. Secundo caſu, quando reconuentio fit de petitorio, dicas indiſtincte; quod non procedit, per tex. *in d. c. ſuper ſpoliatione 4.* & not. Abb. *in c. 1. col. 7. de mut pet.* & Spec. *in tit. de reconuen §. nunc dicamus verſ. item excepta & verſ. ſequen.* & ita debet intelligi, & declarari, quod dicit Bart. *in d. auth. & conſequenter colum. pen. in prin. C. de ſent. & interloc* vbi dicit ſimpliciter, quod agens ex ſpoliatione non poteſt reconueniri, niſi prius reſtituatur, per *l. ſi quis ad ſe fundum 7. ad l. Iul. de vi.* Et † prædictorum ratio eſt; quia agens ex ſpolio, 42 non tenetur in aliquo reſpondere aduerſario ſuo, niſi prius reſtituatur, *c. frequens. 1. de reſtit. ſpol. lib. 6. & c. cum di ectus. 4. de ord. cogn. & d. c. ſuper ſpoliatione. 2. & ibi Abb. de ord. cogn. & d. l. ſi quis ad ſe ſundum. 7.* & propterea non proceditur ſuper reconuentione, ante reſtitutionẽ. Sed quando reconuentio eſt de alio ſpolio; tunc ideo procedit; quia † priuilegiatus non 43 vtitur priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum, ſecundum Abb. *in d. c. ſuper ſpoliatione 4. col. 1. verſ. ex hoc. de ord. cod. &c.* vbi plus dicit, *in 3 not.* quod non ſolum debet ſpoliatus reſtitui ad rem; quia fuit ſpoliatus; verum etiam debet plenarie reſtitui ad fructus, & expenſas litis, antequam teneatur reſpondere, & idem tenet Abb. per illum tex. *in c. accedens 2 el. 2. verſ. not. ſpoliatũ &c. extra, vt lit. conteſt* Quod nota; quia eſt quotidianũ in practica. Limita † tamen 44 prædictam concluſionẽ procedere, quando reconuentio opponitur per ipſum ſpoliatorem, qui immediate ſpoliauit, vel ſpoliari mandauit cõtra ſpoliatum; quia tunc verum eſt, quod non tenetur reſpondere, niſi prius reſtituatur; ſecus eſt, quando ageretur contra eum, qui nõ ſpoliauit, ſed eſt tertius poſſeſſor illius rei, qua fuit quis ſpoliatus, & conuenitur poſſeſſorio recuperãdæ, puta remedio *can. reintegrãda. 3. q. 1.* vel alio ſimili, iuxta *c. ſæpe. 18. de reſt. ſpol.* quia tunc procederet omnis recõuentio, & tenetur actor reſpondere, antequam reſtituatur, quia iſta remedia poſſeſſoria contra tertios non ſpoliantes non ſunt ita priuilegiata, ſicut contra ipſos ſpoliantes. Ita in terminis tenet Abb. *in d. c. cum dilectus, 2. col. 3. de ordin. cogn.* per multas rationes ibi adductas per eum. ſed contrarium videtur tenere Bart. *in l. ſi coloni. 14. C. de agr. & cenſ. lib. 11.* & Alexan *in conſ. 77. col 1. verſ. & ſicut & colum. fin. in fin. 3. volum.* vbi dicit, quod poſſeſſorium recuperandæ, eſt priuilegiatum, ſiue interuenerit violentia, ſiue non, & loquitur proprie de remedio *d c. reintegranda.* Pro prima opin. Abb. ponderatur tex. *in d. c ſuper ſpoliatione. 4 in verſ. ſpoliatoribus.* & ibi Abb. *in 2 not. de ord. cogn.* vbi dicit, quoad ſpoliatoribus non tenetur reſpondere; ergo aliis poſſeſſoribus, qui non ſpoliauerunt, tenetur. Verum ad hoc poſſet reſponderi per

N 2 id,

id; quod dicit Bal. *in l. ſi de proprietate 3. col. 3. circa fin. verſi. & not. &c. C. ſi à non compet. iudi.* vbi dicit, quod probatur quis ſpoliatus ſaltem re ipſa, eo ipſo, quod probat ſe antiquiorem poſſeſſorem, & poſſeſſionem eſſe modo penes aduerſarium. Tamen quia ſumus in odioſis, & contra regulas iuris communis, puta quod ille terminus, *ſpoliator*, debet intelligi in principali & proprio ſignificatu, ſcilicet, de eo, qui ſpoliauit vere, prout ponderat Abb. *in d. c. cũ dilectus. 2 col. 3. de ord. cog* vnde puto opinionem Abb. eſſe ſuſtentabilẽ & veram, per iura, & rationes ſuas. Nec obſtat dictum Bart. *in d. l. ſi coloni 14. C. de agr. & cenſ. lib. 11.* & A. ex. *in d. conſil. 78. in 3. volum.* quia fateor, quod omne poſſeſſorium recuperandæ eſt priuilegiatũ, quoad hoc, vt ſi conuentus obiiciat quæſtionem dominii, teneatur reſtituere, antequam de dominio cognoſcatur, ſiue interueniat violentia, ſiue non, *l. ſi quis conductionis. 25 C. locat. & d l. ſi coloni.* & ita procedit contrarium; ſed nos loquimur in reconuentione, quæ regulariter eſt permiſſa. Reperitur tamẽ ſpecialiter prohibita à ſpoliatore, per *d. c. ſuper ſpoliatione, 4. de ordi. cogn.* ergo quando non eſt ſpoliator, ſed talis tertius poſſeſſor, ſtamus iuri communi, ſcilicet vt fiat recõuentio; quia tunc ceſſat illud odium ſpoliatoris, quod iura multum in hoc conſiderant, vt eſt tex *in Clem. vnica. de cauſ. poſſ. & propr.* & not. Abb. *in d. c. cum dilectus. 2 col. 3. de ord. cog.* Nunc in propoſito quæſtio domnii, quæ non poteſt obiici, cadit in eadem re, & ideo non obiicitur propter priuilegium poſſeſſorii. Ita loquuntur deciſiones, & iura contraria, ſed reconuentio conſideratur in diuerſa re, & non in eadem; quod patet ad ſenſum; quia petitorio non poteſt reconueniri pro eadẽ re; quoniam ſi conuentus poſſidet, non poteſt pro illa re agere rei vendicatione, vel hypothecaria; quia iſtæ actiones præſupponunt, poſſeſsionẽ eſſe debere penes aduerſarium, & non penes agentem, eundemq; reconuenientem. Poſſeſſorio recuperandæ, vel adipiſcendæ, minime poteſt reconueniri, eadem ratione; quia ipſe poſsidet: & quia ſuper eadem re prohibetur reconuentio, ſecundum Abb. *in d. c. ſuper ſpoliatione. 4. col. 1. circa. fin. de ord. cogn.* vbi aſsignat rationem. Solum remanet dubium de poſſeſſorio retinendæ circa eandem rem, quod videtur poſſe concurrere, vt ſi tu conuenis me poſſeſſorio recuperandæ, ego reconuenio te interdicto vti poſsidetis; quia turbas me in poſſeſsione eiuſdẽ rei, ſuper quod dico, quod per ſpoliatorem non poteſt contra ſpoliatũ fieri talis recõuentio; quia poſsidet ab eo vi: & interdictũ vti poſsidetis non fauet ei, qui poſsidet ab aduerſario vi, clam, vel precario, ſecundum Abb *in c. veniens. col pen. de præſc.* & text. *in l. ait prætor 1. in prin. ff. vti poſſid.* Item propter priuilegium ſpolii, & odiũ ſpoliatoris, prout ſupra dixi, quia non tenetur ſpoliatus reſpondere, niſi prius reſtituatur, vt *d. c cum dilectus. 2. &c. fin. de ordi. cogn.* ſi vero reconuentio fieret per tertium poſſeſſorem, qui non ſpoliauit, qui conuenitur poſſeſſorio recuperandæ, puta remedio *c. reintegrandæ 3. q. 1.* vel *d. l. ſi coloni. 14. C de agr. & cenſ. lib. 11.* & tunc procederet reconuentio in eadem re, per ea, quæ dicit Abb. *in d. c. cum dilectus. 2. col. 3. de ord. cog.* † Iſtud tamen intellige, 45
quando poſſeſſorium retinendæ proponitur ex alia moleſtatione extraiudiciali, non ex ſola conuentione iudiciali, ſuper poſſeſſorio recuperandæ; quia ex ſola moleſtatione iudiciali, non datur interdictum vti poſſ. deris: quia qui vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam, ita tenet Abb. *in c. audita. 4. colum. 3. circa fin. de reſtit. ſpol.* Quod confirmo; quia econtra eſt deciſum *in d. c. veniens. 19. & ibi Abb. in 4. not. de præſcript.* vbi patet, quod conuentus poſſeſſorio retinendæ, poteſt conuenire actorem poſſeſſorio recuperandæ pro eadem re; & ſic admittitur iſte concurſus in iſtis duobus poſſeſſoriis, verum qualiter ſit pronunciandum in eis, declarat plene Abb. *in d. c. veniens. 19 col. antepen. & pen.* † Hanc opinionem 46
confirmo alia ratione, ſcilicet quia vtraque cauſa eſt ſummaria, cum ſit poſſeſſoria: nam quælibet cauſa poſſeſſoria, eſt ſummaria, ſecundum Alexan. *in conſil. 66 colum. 1. in 6 volum.* & ſic poteſt admitti reconuentio, vt ſupra dixi in 2. quæſtione huius partis. Et ſi tu diceres, quare in ſpolio non admittitur reconuentio de poſſeſſorio retinendæ, cum ſit cauſa ſummaria? Dico, quod ibi eſt alia ratio prohibitiua, ſcilicet, priuilegium cauſæ, & odium ſpoliatoris, vt ſupra pluries fuit dictum. Vnde non admittitur reconuentio, niſi de alio ſpolio pariter priuilegiato alterius rei ſed contra eum qui nõ ſpoliauit, ceſſat dictum odium. Ex prædictis ergo colligo, & firmo iſtam concluſionem, quod ſpoliatus agens contra ſpoliantem, remedio recuperandæ, non poteſt conueniri nec petitorio, nec poſſeſſorio: niſi ſola cauſa ſpolii, alterius rei pariter priuilegiatæ, & non eiuſdem rei, ſecundum Abb *in d. c. ſuper ſpoliatione, 4. col. 4. circa fin. de ord. cogn.* Si vero agit contra non ſpoliantem, ſed contra tertium poſſeſſorem, poteſt reconueniri tam petitorio, quam poſſeſſorio alterius rei: ſed pro eadem re, nec petitorio, nec poſſeſſorio, recuperandæ vel adipiſcendæ, ſed poſſeſſorio retinendæ, ſic per prædicta. Fateor tamẽ quod cauſa conuentionis, ex quo requirit celeritatem, citius expedietur, per ea, quæ dixi *ſupra in 1. & 2. q. iſtius partis.* † Vnde ſequitur, quod illud priuilegium, 47
quod ſpoliatus ante omnia reſtituatur, & non teneatur reſpondere, procedit, quando opponitur quæſtio ſuper eadem re, & nõ ſuper diuerſa; & tunc eſt generale in quolibet poſſeſſorio recuperandæ. Fallit in reconuentione de poſſeſſorio retinendæ, quod poteſt cadere in eadem re, quando non agitur contra ſpoliatorem, vt ſupra dixi. Item procedit indiſtincte, quando agitur contra ſpoliatorem, ſiue ſuper eadem re, ſiue ſuper diuerſa, in odium ipſius ſpoliatoris. Fallit, quando fit quæſtio de alio ſpolio alterius rei, per *d. c ſuper ſpoliatione. 4.* & ita cum

iſta

48 iſta declaratione pertrāſeo ſuper difficultate. † Præ-
dictam opinionem & limitationem Abb. confirmo
per vnam optimam deciſionem, quam faciunt do-
mini de Rota *in deciſ. 149. in nouis.* quæ incipit, *ſi
inter.* vbi habetur, quod ſi duo litigant ſuper poſſeſ-
ſorio recuperandæ, p reſt tertius ſe obiicere pro ſuo
intereſſe, & agere petitorio, dummodo ipſe non ſit
ſpoliator: & tenetur agens poſſeſſorio illi reſpon-
dere ante reſtitutionem, ex quo reſpectu illius ter-
tii, ceſſat odium ſpoliantis. allegat. *d. c. ſuper ſpolia-
tione fin. de ord. cogn.* & pœna debet ſequi ſuos aucto-
res. & illud dictum ſequitur & declarat notabiliter
Abb. *in c. in litteris 5. col. fin. de reſtit. ſpol.* & idem Abb.
*in d. c. fin. in 2. not.* & Alex. *in l. naturaliter. 12. § nihil cō-
mune. 1. col. 11. in 16. fallentia. ff. de acqu. poſſ.* & Feli. *in
c. cum ſuper 17. col. pen. verſic. ſcias etiam, &c. de re iud.*
Et hæc quoad poſſeſſorium recuperandæ. Si vero
actor agit poſſeſſorio adipiſcendæ, & reus vult eum
reconuenire; & tunc ſi reconuentio eſt reſpectu di-
uerſæ rei, procedit indiſtincte, ſiue fiat de petitorio,
ſiue de poſſeſſorio, ſed reſpectu eiuſdem rei non
procedit, ſi fiat de petitorio; quia is, qui agit reme-
dio adipiſcendæ; negat ſe poſſidere, vnde non con-
uenitur petitorio *l. fi. ff. de rei vendic.* ita hæc omnia
tenet Bart. *in d. l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. col.
7. in 5. combinatione ff. de acq. poſſ.* Si vero fiat de poſ-
ſeſſorio eiuſdem rei recuperandæ, vel adipiſcendæ,
non procedit eadem ratione; quia agens non poſſi-
det, ſed de poſſeſſorio retinendæ, bene procedit re-
conuentio pro eadem re; quia concurrere poſſunt
ambo, per ea, quæ habentur *in d. c. veniens. 19. & ibi
Abb. de preſcript.* Nam pro ſola moleſtia cōpetit in-
terdictum vti poſſidetis, *c. audita. 4. & ibi Abb. in 3.
not. de reſt. ſpol.* Quod ſemper intelligas de moleſtia
extraiudiciali, non de iudiciali, ſecundū Abb. *in d. c.
audita 4. col. 3. in fin.* & fuit dictū ſupra. Si vero actor
agit poſſeſſorio retinendæ: tunc reſpectu diuerſæ
rei procedit indiſtincte reconuentio, tam de peti-
torio, quam de poſſeſſorio, ſecundum. *Bart. in d. l.
naturaliter § nihil commune, in 5. combinatione. ff. de acq.
poſſ.* & Card. *in Clem. 1. col. 2. in fi. de cauſa poſſeſſ. & pro-
priet.* ſed reſpectu eiuſdem rei de petitorio non pro-
cedit: quia primo eſt diſcutienda cauſa poſſeſſorii,
ſecundum Bartol. vbi ſupra, per *l. ordinarij 13. C. de rei
vēd. & l. incerti. 3. C. de interdict.* ſed de poſſeſſorio, pu-
to, quod procederet reconuentio, quia ambæ cau-
ſæ eſſent poſſeſſoriæ, & pariter priuilegiatæ, vt ſen-
tit Abb. *in d. c. ſuper ſpoliatione. 4. de ord. cog. col. 2. verſ.
venio more ſolito, &c. de ord. cog.* nam de poſſeſſorio
retinendæ probatur *in l. ſi duo. 3. ff. vti poſſid. & in c.
licet cauſam. 9. de probat.* de poſſeſſorio recuperandæ
probatur *in c. veniens 19. & ibi Abb. de præſc.* de poſ-
ſeſſorio adipiſcendæ patet ad ſenſum, quia nulla vr-
get contrarietas. Vnum tamen addo prædictis pro
declaratione, vt in omnibus caſibus, in quibus dixi
procedere reconuentionem de petitorio, in poſſeſ-
ſorio debeat intelligi eo modo, quo procedit re-
conuentio in cauſa ſummaria, de cauſa non ſumma-
ria, vt declaraui ſupra in 2. q. huius partis. † Hæc, quæ 49
hactenus dicta ſunt, procedunt, quando actor agit
poſſeſſorio, & reus vult reconuenire. Quid autem
econtra, ſi actor agit petitorio, & reconuentio ſit de
poſſeſſorio? iſte eſt proprie caſus *c. cum dilectus 2. de
ord. cogn.* & vera concluſio eſt: quod reſpectu diuer-
ſæ rei procedit reconuentio, vt *d. c. cum dilectus.* &
not. Abb. *in c. fin. col. 2. verſic. venio, &c. de ord. cogn.*
& Card. *in Clem. 1. colum. verſic. ſi vero vnus, &c. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ſed pro eadem re, ſimiliter te-
nent Doct. quod procedit reconuentio, ſecundum
Abb. *in d. c. fin. colum. 2. de ordin. cog. & in c. ex con-
queſtione. 10. col. 3. in princ. de reſtit. ſpoliat.* in hoc puto
aduertendum, quod ſi intelligis de poſſeſſorio re-
tinendæ, clarum eſt, quod procedit reconuentio,
quia iſta ſe compatiuntur: ſed quoad poſſeſſorium;
adipiſcendæ & recuperandæ, neſcio, quomodo
poſſet concurrere reconuentio in petitorio pro ea-
dem re; nam ſi conuenis me rei vendicatione ad
fundum, præſuppōnis me poſſidere; ſi ergo volo te
reconuenire poſſeſſorio recuperandæ, vel adipiſ-
cendæ, non cadit reconuentio in eodē fundo; quia
ſi poſſideo, non competunt mihi dicta remedia: in
vno ſolo caſu poſſet procedere, ſcilicet in terminis
*d. c. ex conqueſtione. 10.* & de prædictis vide plene Spec.
*in titu. de poſſeſſ. & petit. §. 1.* Super hac materia eſt e-
tiam ſciendum, quod intentato petitorio per acto-
rem poteſt reus deducere poſſeſſorium altero de
duobus modis, ſcilicet per viam actionis, vt per re-
conuentionem, vt modo dixi, & per viam exceptio-
nis, & de vtroque modo loquitur text. & ibi Abb. *in
d. c. cum dilectus. 2. de ordi. cogn.* & glo. & Abb. *in d. c.
fi. eotit.* & ibi dicitur, quod eſt vtilius intentare. † Et 50
nota pulchram practicam ex *d. c. cum dilectus. 2. de
ord. cogn.* Nam ſi tu conuenis me petitorio; puta a-
ctione reali, vel perſonali ad aliquam rem, ego poſ-
ſum te conuenire, quod ſpoliaſti me quadā alia re,
vel poſſum excipere contra te de ſpolio alterius rei,
petendo, quod non audiaris in petitorio tuo, niſi
prius reſtituas mihi dictā rem. Et differentia eſt iſta;
quia ſi deduco ſpoliū per modum reconuentionis,
nō repellitur actor ab agendo, ſed proceditur ſuper
vtraque cauſa, tanquam ſuper mutuis petitionibus;
quia ex quo deducitur ſpolium per modum actio-
nis, actio non eſt excluſio alterius actionis, & ideo
ſuper vtraque proceditur, ſed ſi deduco ſpolium per
modum exceptionis, ſuſpenditur petitorium acto-
ris, & proceditur ad dationem termini ad probandā
exceptionē ſpolii, qui terminus eſt quindecim die-
rum, vt *in d. c. frequens. 2. de reſt. ſpol. lib. 6.* & not. Abb.
*in d. c. cum dilectus. 2. in 5. not.* Qua exceptione proba-
ta interponitur decretum, quod actor non audia-
tur in petitorio ſuo, niſi prius reſtituat, non tamen
condemnatur ad reſtituendum; quia exceptio, eſt
ſolum actionis excluſio, vnde non operatur reſtitu-
tionem; quia illa venit per viam actionis, vt eſt tex.

*in d.c.cum dilectus.2.* & ibi Abb.*in 6 not.* Sed quando venit ſecundum primum modum per viam actionis; tunc venit reſtitutio, vt ibidem, & hæc eſt differentia inter vnum modum, & alium, vnde reus poteſt deliberare, quo magis ſibi expediat; nã ſi melius eſt incumbere actioni aduerſarii, opponat exceptionem; quia interim non procedetur ſuper petitorio, & ipſe detinebit rem petitam Si vero magis expedit ei habere reſtitutionem ſpolii, agat per viã reconuentionis; quia per eam obtinet reſtitutionem rei, ita declarat gl. *in d.c.ſi. de ord. cogn.* Sed quando proponitur poſſeſſorium ſuper eadem re ſemper eſt vtilius illud deducere per viam actionis, ſecundum Abb. *in d.c.ſi.col.2.de ord.cogn. & in c. ex conqueſtione.10.col.3.in prin.de reſtitu.ſpol.*

51 † Quid autem ſi actor deducat poſſeſſorium recuperandæ ſuper vna re; & reus excipiat de ſpolio alterius rei, an ſuſpendat poſſeſſorium actoris? Ratio facit, quod non; quia ſunt duo pariter priuilegiata: tamen veritas eſt in contrarium; quoniam proceditur ſuper exceptione, quæ eſt fauorabilior, ſuſpenſo primo poſſeſſorio, & nunquam auditur ea probata, niſi prius actor reſtituat, ita dicit gl. *in d.c fin.de ord.cogn.* & ibi Abb. *col.3.circa ſi.* Prædicta tamen limita procedere, quando exceptio ſpolii opponitur contra ipſum ſpoliatorem; quia tunc repellit eum ab agendo. Secus, ſi contra eum qui non ſpoliauit, ſed eſt tertius poſſeſſor, ita dicit Abb. *in d.c.cum dilectus. 2. de ord cogn.col.3 & in c.in litteris.5.col fin.de reſt.ſpol.* & habetur *in decis.19 conſil. Neapol. & in l.ſi te bonis. 10. C.de iure deliber.* vbi habetur de intellectu *d. c. frequens 1.de reſtitut.ſpoliat.libr 6.* vt procedat etiam de iure ciuili, vt not Iaſ. & communiter Mod *in d.l.ſi te bonis* reprobata ibi opin. Bart. qui aliter dicebat.

52 Item † ex prædictis verificabitur illud, quod dicit Specul. *in titu.de citat.§.1.colum.5 verſic item quod eſt ſpoliatus.* quod is, qui eſt ſpoliatus, ſi citatur per ſpoliantem, in alia cauſa, poteſt opponere contra citationem, vt non teneatur reſpondere, nec comparere, propter dictum ſpolium maxime, quando eſt notorium ſecundum eum.

53 Quinto, † principaliter ſuper iſta parte quæro, an in cauſa clerici poſſit fieri reconuentio coram iudice laico: vt ſi clericus agit contra laicum coram judice ſeculari, an poſſit ibidẽ reconueniri Iſta eſt longa quæſtio, quam plene examinant Abb & Fel. *in c. at ſi clerici 4.de iudic* Breuiter, quidquid dicat Abb. ibi, veritas eſt, & magis communis opin. quod poſſit clericus reconueniri, hanc opin. tenet Bart. *in d.authen.& conſequenter.col.fin.C.de ſent.* & gloſſ *in c. ex literis.1. de mut. petit.* & Bald. *in l. conſenſiſſe 2.§. item.5.verſic.ſed ſi agant.de iudi.* vbi plus dicit, quod iſta eſt prorogatio legalis. Et hæc opin. eſt hodie expedita in regno per ritum magnæ curiæ vicariæ, *in num.153.* qui incipit: *Item quod clericus, &c.* & habetur *in deciſ 173.conſ.Neapol.* & ita communiter ſeruatur Et hanc opinionem tenet Spec. *in titu.de reconuen.§. nunc dicamus, verſic ſed pone, clericus, &c.* vbi limitat hoc non procedere in tribus caſibus. Primus, ſi reconueniretur de cauſa ſpirituali, cuius eſt incapax iudex laicus. Secundus, ſi reconueniatur de cauſa criminali, quæ infamat. Tertius caſus eſt, ſi laicus data opera iniuriatur clerico, ad hoc, vt conuentus coram iudice laico, ibidem eum reconueniat, ſecũdum Spec. *eo tit.§.1. ver. quid ſi laicus.* & prædictis adde Bal. *in d. auth. & conſequenter. col pen. C. de ſent & interl* † Quod facit ad id, quod in ſimili dicimus de 54
clerico agente contra laicum coram iudice laico, nam ſi ſuccumbit in cauſa, poteſt eum iudex laicus condemnare ad expenſas, vt tenet Felin. *in c.at ſi clerici.4.col.7.in fin.de iudic* † Sed ſi clericus, vel alius 55
agens, ſi fuerit reconuentus, vult renunciare iudicio ſuæ conuentionis, ad hoc, vt non reconueniatur, vtrum poſſit? dic, quod ſi fuit per reconuentionem præuentus, non poteſt renunciare, ex quo ſemel eſt acquiſitum ius aduerſario; ſecus, ſi res eſſet integra. Ita tenet Bald. *in d. authen. & conſequenter. col.pen. C.de ſent.* & Spec. *in titu de recon §.fin.* & habetur *in dec.173.conſ. Neap.* facit tex. *in l ſi poſt mortem. 10 § fina ff de bono poſſ. contra tab.* & quod not. Iaſ. & Doct. *in l. ſi quis.3 prin. colum final ff. quod quiſque iur.* & Bald. *in l.petendæ. 6. C. de temp in integr. reſtit.* vbi habetur, quod omnis dilatio, quæ datur in cauſis, eſt communis reo, & actori, vnde ſi datur reo, eſt communis etiam actori, & econtra, adeo, quod non poteſt reus renunciare illi dilationi iam præſtitæ in præiudicium actoris, cui fuit ſemel ius quæſitum ſecundum *Bal. ibi.*

Sexto † quæro, an in cauſis criminalibus habeat 56
locum reconuentio? Hanc quæſtionem plenius, quam alii tangit Abb. *in c ex literis.1 col. 9. cum tribus ſeq.de mut.pet.* Ego aũt mẽte Abb. & Bar. *in d. auth. & conſequenter C.de ſent. & interlo.* & reaſſumendo communem, & veriorẽ opin. Doct. declarabo hanc quæſt per quatuor membra, & in ſingulis membris ponam veras concluſiones cum fallentiis; quoniam iſta quæſt eſt valde ardua, difficilis, & intricata Vnde facio primum membrum principale, videlicet, Quandoque accuſatur quis mere criminaliter. & ipſe reus vult reaccuſare accuſatorem de alio crimine, & ſic tam cauſa conuentionis, quam reconuentionis eſt criminalis, ſuper quo firmo iſtam concluſionem, videlicet, Accuſatus criminaliter poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare criminaliter; & ſic concludo, quod in criminalibus habet locum reconuentio, ſicut in ciuilibus, ita tenet gloſ. *in d. authent. & conſequenter. C. de ſentent.* & probatur *in l. prius. 1.& l. neganda 19. C qui accuſa. non poſſ.* Iſtam concluſionem limita primo, dummodo reaccuſans proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam, alias reaccuſare non poteſt, vt *in d. l. neganda & ibi not. & l. is, qui reus. 5. & ibi gloſſ. in ver. accuſare & ibi Bartol. ff. de publi. iudi.* & procedit tunc reconuentio indiſtincte, ſiue ante nomen receptum inter reos, ſiue

ſiue poteſt, vt colligitur ex diſtinctione Bart *in d. l. is quis reus. 5. colum 2. in fine. & ſequen ff de publi. iudic.* Item, etiamſi vterque proſequatur ſuam iniuriam, procedit reconuentio, ſecundum Bartol. *in d. l. is, qui reus, colum. 3* & Bald. *in l. prius, 1. colum. 5. & 6. C. qui*
57 *accuſar. non poſſunt.* † Et hoc refertur, quod ex quo hodie in regno nullus admittitur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur: vt eſt *ritus magnæ curiæ vicariæ, in numer. 14.* qui incipit, *Item, quod nullus laicus, &c.* ſequitur, quod tanto facilius in criminalibus habet locum reconuentio, quod intelligo cum aliis declarationibus, quas infra ſubiiciam. Secundo limita prædictam concluſionem procedere indiſtincte, antequam nomen rei ſit receptum inter reos; nam tunc poteſt fieri reaccuſatio, ſiue proſequatur ſuam iniuriam, ſiue non, & hoc eſt de mente Abb. *in d. c. ex literis. 1. colum. 9. de mut pet. ibi; primo caſu,* per *d. l. is, qui reus. 5 de publ. iudic. &c.* licet Bart. *in d. l. is, qui reus* diſtinguat, aut de maiori crimine, aut de pari, vel minori, & Bald. *in d. l. prius. 1. colum. 6. verſic. venio ad ſecundam, &c. C. qui accuſar. non poſſ.* tamen videtur verior opinio Abbat. vt procedat indiſtincte; quia ſi recte inſpiciantur verba Bartol. non videtur differentia in effectu, inter nomen receptum inter reos, & non receptum, quam differentiam iura facere videntur, ſed pro opinione Bartol eſt tex. *in d. l. neganda. 19 C qui accuſar. non poſſ.* poſt vero nomen receptum inter reos fit reaccuſatio de maiori crimine præiudiciali, vt *d. l. prius 1. C. qui accuſ non poſſ* non autem de pari vel minori, ſecundum Bart *in d. l. is, qui reus* [illegible]. & Gand. *in tract. maleſ. in tit.* [illegible] *ſum. & vtrum poſſit accuſare &c. colu n. 2. & 3* quod intellige ad effectum proſequendi, poteſt tamen præſentari libellus, & ſuperſederi vſque ad ſententiam primæ cauſæ, vt *d. l neganda*, ſecun-
58 dum Docto *in locis præallegatis.* † Verum, ſuper iſtis differentiis non ſatis inſiſto, quia in regno ſunt nullius vtilitatis propter dictum ritum magnæ curiæ, ſecundum quem nullus accuſat, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, quo caſu ſemper habet locum reaccuſatio, vt ſupra dixi. Similiter in regno eſt correcta diſpoſitio in *d l. prius. C. qui accuſa non poſſ.* per *conſt.* quæ incipit: *Si ciuiliter agens.* vt not. gloſſ. & Andr. de Iſern. & Matth. per quam conſt. eſt nouiter inductum, quod ſiue accuſatus reaccuſet de minori crimine, ſiue non, proceditur indiſtincte ſuper vtraq; cauſa, & per vnam non fit præiudicium alteri, & ſic hodie in regno per illam conſtitutionem omnia præiudicialia ſunt ſublata in iudiciis, per quam corrigitur etiam *l. fi. C. de ord. iud.* adeo, quod omnes cauſæ, quarum vna ſic ſe habet ad aliam, vt per eam fiat præiudicium alteri, & de iure communi propter præiudicium fit impeditio proceſſus, ſunt hodie reductæ ad æqualitatem, vt pariter procedatur in eis, & per hoc multæ leges iuris communis reperiuntur correctæ, vt plene declarat Matth. de Afflict. *in d. conſtitut. Si ciuiliter agens. in 6. not.* † Quando autem di- 59
catur nomen rei receptū inter reos: veritas eſt, vt dicit Bartol. *in d. l. is, qui reus. 5. colum. 3. in fine & ſequen ff de publ. iudic.* Abb *in d. c. 1. colum. 9 de mut. pet.* videlicet quando iudex non obſtantibus exceptionibus dilatoriis, pronunciauit eſſe procedendum ſuper accuſatione; ſi autem nihil fuit oppoſitum, adeo, quod non fuit opus tali pronunciatione: tunc per litem conteſtatam dicitur nomen receptum inter reos. Et declarat hoc plenius Bald. *in d. l. prius. 1 C. qui accuſ. non poſſ. colum. 10. in fin & ſeq.* & Bart. *in l adulterii. 33 C. de adulter.* & Bald. *in l. quamuis 5. C ſi pend. appel. mors interu.* Tertio limita dictam concluſionem procedere, † quando 60
iſta reconuentio in criminalibus fit coram iudice ordinario ipſius reconuenti. Si enim eſſet iudex incompetens reſpectu reconuenti, vel quia non poterat aliter cognoſcere de cauſa criminali; tunc reconuentio de cauſa criminali non procedit, tex. eſt *in l. conſenſiſſe. 2. §. item 5. verſ. ſed ſi agat. ff. de iud.* ſecundum Bart. *in d auth. & conſequenter. C. de ſent col. 3.* vbi aſſignat rationem; quia agens criminaliter, agit ex neceſſitate propter iniuriam ſibi factam, non autem ex voluntate, ſicut in ciuili. Vnde ceſſat ratio *l. Papinianus. 14. in fin C. de ſent. & interlocut.* & ſic non fit prorogatio iuriſdictionis per reconuentionem in cauſa criminali, ſicut in ciuili, ſecundum Bar. ita tenet Andr. de Iſern. *in c 1. col. 2. de contro. feud apud pares.* & eſt de mente Bald *in l. non quidem. 1 circa fin. C. de iuriſd. om. iud.* & Alexand *in addit. ad Bart. in d l. is qui reus 5. col.* [illegible] *ff. de publ. ind.* Et per hæc pulchre infert Bald. *in d. l.* [illegible] *col. 3. in 5. oppoſi. C. qui accu non poſſ.* quod † ſi Papa delegaret alicui delegato aliquam 61
cauſam criminalem, non poſſet coram eo locum habere reconuentio, de cauſa criminali: quia iuriſdictio delegati ad eam ſe non extendit: nam in criminalibus ſecundum eum non dicitur proprie reconuentio, ſicut in ciuilibus; quia non prorogatur iuriſdictio: & hoc etiam innuit Bald. *in d. authen. & conſequenter. C. de ſent & interlo. colum. 1. verſic. ſecundo quæro, &c.* ſecus eſt, quando delegatus impetraretur per ipſum accuſantem; quia tunc haberet locum reconuentio, ſecundum Bart. *in d. auth. & conſequenter. colum 3.* & hoc ratione impetrationis, quia videtur eligere impetrando, ſecundum eum. Adde tamē in hac materia, † quod in regno habemus tres ritus 62
magnæ curiæ diſponentes de hac materia: Quorū primus eſt in *nu 69.* & incipit, *Item ſi quis, vel ſi qua, &c.* per quem diſponitur, quod accuſatus non poteſt accuſantem reaccuſare, nec eius matrem, aut filios, vel fratres, vel nepotes, niſi eadem die, & ex nouo delicto, & ſic per dictum ritum videtur eſſe reſtricta poteſtas reaccuſandi ſolum in illa die, in qua fit accuſatio, & ſolum in nouo delicto. † Quod 63
autem dicatur nouum delictum, declarat ir per Bart. *in l. is qui reus, 5. colum. 3. verſic. communiter ſeruatur, &c.*

tur, & c. ff de publ. iud. vbi quando plura delicta ſunt facta vnico contextu, in eadem rixa, omnia illa reputantur pro vno facto, vnde ſi tu accuſas me de delicto facto in rixa, & ego reaccuſo te de delicto facto in eadem rixa, & illud delictum non diceretur nouum, ratione connexitatis. Sed ſi tu accuſas me de delicto commiſſo hodie, & ego reaccuſo te de delicto commiſſo heri, illud diceretur nouum: & ita colligitur ex verbis & mente Bartol. ibi. Et aduerte; quia ille ritus loquitur copulatiue, & dum dicit, *& niſi ex nouo delicto, &c.* vnde innuit, quod vtrunque copulatiue interuenit ad hoc, vt procedat reaccuſatio, ſcilicet, quod fiat eadem die, & ex nouo delicto, & non aliter, *l. ſi is qui ducenta 13. § vtrum. 3. ff. de rebus dub. & l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit, aureos decem. 129. ff. de verbor. oblig.* Secundus ritus magnæ curiæ eſt in *num. 180.* & incipit: *Item ſeruat ipſa curia, quod accuſator, &c.* quo cauetur, quod accuſator non poteſt pendente accuſatione in aliqua curia accuſari, dum tamen ſit paratus reſpondere in eadem curia, accuſatione durante, vel præſtat fideiuſſionem de reſpondendo in quacunque curia competenti, finita accuſatione.
64 Tertius † ritus eſt in vltimo tit. in *numer. 314.* & hoc videtur ius nouiſſimum in regno, quia cum ſit vltimus, derogat omnibus prioribus, quatenus contradicerent, vt *in §. poſteriore. 2. Inſtit. quib. mod. teſt. infirm. & l. ſi quis. 21. in prin. ff. de leg. 3. & l. hac conſultiſſima. 21 § fin. C. de teſta. & l. pacta nouiſſima. 2. C. de pact.* & per hunc vltimum ritum eſt correcta *l. prius 1. C. qui accuſ. non poſſ.* & ſimiliter eſt correcta illa conſtitutio; *Si ciuiliter agens.* quam ſuperius allegaui. Vult enim ille ritus, quod accuſator, vel eius coniunx, aut filii, parentes, vel fratres vtrinq; coniuncti in ſimul habitantes non poſſint aliquo modo reaccuſare de aliquo crimine etiam maiori, pendente accuſatione per accuſatum, vel eius coniugem, filios, parentes aut fratres, in ſimul habitantes: ſolum perſona reaccuſata tenetur præſtare fideiuſſoriam cautionem de ſtando iuri, finita prima accuſatione, & procedit illa diſpoſitio, etiamſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, vt ibi expreſſe dicitur, & ſic videtur etiã correcta *d. l. neganda. 19 C. qui accuſ. non poſſ.* Aſſignatur etiam ibi ratio, quod iſta reaccuſatio præſumitur calumnioſe fieri; ex quo non eſt veriſimile, quod accuſatus, ſi fuiſſet offenſus, voluiſſet tardare ad accuſandum, donec ipſe accuſaretur prius, vnde præſumitur fieri iſta reaccuſatio, vt perturbetur accuſans & ſic calumnioſe: ſequitur ergo, quod hodie in regno ceſſat omnino recõuentio, vel reaccuſatio in criminalibus, etiam, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriã, quis proſequatur, per diſpoſitionem dicti vltimi ritus, qui in hoc derogauit diſpoſitioni iuris communis; & conſtitutionis regni. ADDITIO. Nunquid diſpoſitio rituum procedat in blaſphemia? & videtur dicendum, quod non, per Doct. & Bart. *in l. Lucius, 17. in fin ff. ad Turpil.* quam ſequitur Matſ. *in l.* *vnius 18. §. cogniturum. 9. ff. de quæſt.* & Anchar. *in c. 1. §. canonum. extr. de conſtit.* & adde, quod quando cauſæ procedunt ex eodem fonte, poteſt ſuper vtraque procedi, vt habetur per Grammat. *in deciſ. 54. D. magnificus.* Petr. Foll. V.I.D.
65 An † autem cum iudex inquirit contra aliquem, ad inſtigationem alterius, poſſit inquiſitus petere à iudice, quod reinquirat contra illum inſtigãtem de alio crimine, vide Specul. *in tit. de inquiſ. §. 1. verſ. item nunquid, &c.* vbi tenet, quod non, reliqua vero quoad hoc primum membrum principale, proſequere de iure communi, vt per Bart. *in d. l. is qui reus. 5. ff. de publ. iud. & authen. & conſequenter. C. de ſent. col. 2.* & Bald. *in l. prius, 1. C. qui accuſ. non poſſ.* & Abb. *in d. c. 1. colum. 8. & 10 de mut. pet.*
66 Secundum † membrum principale eſt quãdo aliquis eſt accuſatus criminaliter, & vult reconuenire ciuiliter ſuum accuſatorem, in quo firmo concluſionem, quod non poteſt fieri talis reconuentio, & hoc tam de iure communi, per *l. final. C. de ord. iud.* & per Abb. *in d. c. ex literis 1. col. 11. verſic. 2. de mut. pet.* quam etiã ex diſpoſitione dicti ritus vltimi, ibi *per quamuis viam in iudicio euocare, &c.* & hoc per rationem; quia accuſator non eligit ſponte iudicem, ſed ex neceſsitate propter iniuriam ſibi factam, ſecundum Abb. ibi & Bart *in d. auth. & conſequenter. C. de ſent. & interl. colum 3.* Tertium membrum eſt econtra, quando conuentus ciuiliter vult reconuenire criminaliter. In quo breuiter dico: quod hodie procedit reconuentio in regno, nec ſuperſedetur in ciuili, propter præiudicium cauſæ criminalis, etiamſi eſſet crimen læſæ maieſtatis, ita proprie dicit tex. in illa conſtit: *Si ciuiliter agens* & ita ſeruatur in regno, quicquid dicat Abb. *in d. c. 1. col. 11 circa fin.* & Bar. *in d. authen & conſequenter colum. 3.*
67 Quod † tamen limita procedere, quando talis reconuentio fieret coram iudice competenti ipſius reconuenti: alias ſecus, ſi eſſet incompetens: quia non prorogatur ad cauſam criminalem, ſecundum Abb. ibi, & Alex. in addit. ad Bar. *in d. l. is qui reus. 5. colu. 1. ff. de pub. iud.* & dixi ſupra in 1. membro, in tertia limitatione. Et quod in criminalibus non habeat locum prorogatio, tenet Bal. *in l. ſi quis ex conſenſu. 7 colum. 2 in fin. verſ. reuoco, &c. C. de Epiſcop. aud.* & Bald. *in l. 1. in fi. C. vbi de crim. agi oport.*
68 † Quartum membrum eſt, quando conuentus de crimine ciuiliter, vult reconuenire de alio crimine ciuiliter, quod quomodo, & quando fit, declaraui plene ſupra in 1. diſt. huius partis. ſuper quo firmo concluſionem, quod procedit reconuentio coram iudice competenti, ſcilicet qui eſt iudex recõuenti; & hoc patet ad ſenſum; quia ſi quando agitur mere criminaliter, procedit reconuentio, vbi reconueniens proſequitur ſuam, vel ſuorũ iniuriam, vt ſupra fuit concluſum de iure communi: multo fortius, quando agitur ciuiliter: quia magis adhæret naturæ reconuentionis, quæ procedit regulariter in ciuili, per *d. l. cum Papinianus. 14. & auth. & conſequenter C. de ſent.*

ſent. & interl. Nam tunc ſuum proprium intereſſe quis proſequitur, quando ciuiliter agit, ſed ſi vellet reconuenire actorem coram iudice non ſuo, vt prorogetur iuriſdictio propter reconuentionem, hoc non poſſet; quia non obſtante, quod ciuiliter agatur, poreſt dici, quod actor agit ex neceſſitate propter delictum ſibi commiſſum, & ſic non ſponte eligit iudicem; vnde ceſſat conuentio, per ea quæ ſupradixi, & not. Bar. *in d. auth & conſequenter, col. 3.* ita tenet Abb. *in d. c. ex litteris. 1. col 11. in fi. extr. de mut pet.* Rob. Mar V.I.D.

[ De hac materia reconuentionis, quãdo, & quomodo ea proponi, & terminari debeat, & in quibus cauſis locum habeat, an in cauſis ſummariis, executiuis, poſſeſſoriis, Item in cauſa Appellationis, in paſſo iniuriam, rapinam, aut naufragium, in cauſa clerici coram iudice laico, item cum imploratur officium iudicis, & in criminalibus, & diuerſis aliis caſibus. Et coram quibus iudicibus, an coram delegato, arbitro, coram paribus curiæ, iudice prorogato, iudicibus particularibus, ad certas cauſas, vel perſonas, vel ad certam ſpeciem cauſarum deputatis, vide Alex. Trentacinq *pract reſolut. lib. 2 de mutuis petit. reſol. 1. per tot.* ]

## IVDICIORVM VII. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud petitorium, & aliud poſſeſſorium.*
2 *Poſſeſſorium iudicium triplex eſt, & quod dicatur.*
3 *Poſſeſſio an tranſeat ad hæredem antequam apprehendatur.*
4 *Agens interdicto,* quorum bonorum, *quid narrare & probare debeat.*
5 *Poſſeſſorium adipiſcendæ non datur hæredi, qui quandoque habuit poſſeſſionem, & ab ea cecidit.*
6 *Hæreditatis petitio non datur ei, qui quandoque poſſeſſionem habuit, & cecidit ab ea.*
7 *Interdictum* quorum bonorum, *reperitur vtile, & directum, & habet ſimilitudinem cum petitione hæreditatis, & quando locum habeat, n. 8.*
8 *Petitio hæreditatis, non ſolum datur ad vniuerſam hæreditatem, ſed etiam rem particularem.*
9 *Interdictum* quorum bonorum, *in aliquo eſt vtilius, quam hæreditatis petitio.*
10 *Interdictum,* quorum legatorum, *eſt poſſeſſorium adipiſcendæ, & quando habeat locum.*
11 *Interdictum Saluianum, eſt poſſeſſorium adipiſcendæ, & quando locum habeat.*
12 *Poſſeſſorium adipiſcendæ, eſt etiam remedium l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.*
13 *Item cum beneficiatus implorat iudicis officium, vt mittatur in poſſeſſionem beneficii nouiter acquiſiti.*
14 *Poſſeſſorium retinendæ, quod dicatur, & quando locum habeat, & num. 15.*
15 *Turbatio poſſeſſionis qualiter probetur.*
16 *Criminaliter an poſſit agi pro vi turbatiua.*
17 *Poſſeſſorium retinendæ, datur ei, qui extra iudicium moleſtatur, ſecus, ſi in iudicio.*
18 *Poſſeſſorium retinendæ, non datur contra deiectum, turbantem ſuum deiectorem.*
19 *Poſſeſſori retinendæ duobus litigantibus, an obtinere debeat, qui de antiquiori poſſeſſione probat, vel aduerſarius, probans de titulo.*
20 *Turbare quis, quot modis dicatur.*
21 *Tempus & locus an declarari debeant in interdicto retinendæ.*
22 *Operarii, an teneantur de turbata poſſeſſione.*
23 *Poſſeſſio de præſenti, an arguat poſſeſſionem de præterito.*
24 *Poſſeſſio antiqua, an præſumatur continuata.*
25 *Poſſeſſio antiquior non prodeſt agenti poſſeſſorio retinendæ, quando ab ea cecidit facto ſuo, ex propria alienatione.*
26 *Articulus de proprietate, an admittatur, quando poſſeſſorio retinendæ agitur.*
27 *Poſſeſſorium retinendæ, datur etiam pro iuribus incorporalibus.*
28 *Poſſeſſorium recuperandæ quod dicatur, & quando habeat locum.*
29 *Interdictum* vnde vi *datur violenter expulſo de poſſeſſione rei immobilis.*
30 *Interdictum* vnde vi, *competit pro iuribus incorporalibus, & annuis præſtationibus.*
31 *Interdictum* vnde vi, *an detur ei, qui putatur poſſe repelli.*
32 *Interdictũ,* vnde vi, *datur ſolum intra annũ vtilem.*
33 *Interdictum* vnde vi, *competit directo poſſidenti tempore ſpolii.*
34 *Locus, & tempus ſpolii requiritur in libello, in quo intentatur interdictum* vnde vi.
35 *Turbationis qualitas an ſit exprimenda.*
36 *Interdictum* vnde vi, *non datur contra ſingularem ſucceſſorem ſpoliatoris, ſed contra vniuerſalem ſic, & datur hæredi indiſtincte, & non poſſidenti, num. 37.*
38 *Interdictum* vnde vi, *datur ſpoliato, qui vere poſſidebat tempore ſpolii, ſecus ſi tantum detinebat.*
39 *Condictio triticaria datur etiam ad poſſeſſionem, & eſt remedium recuperandæ, & quãdo locũ habeat.*
40 *Condictio incerti, ad recuperandam poſſeſſionem dari poteſt.*
41 *Indebiti condictio, datur etiam ad poſſeſſionem recuperandam*
42 *Actio in factum, poteſt dari, etiam ad recuperandam poſſeſſionem*
42 *Officium iudicis competit etiam ad recuperandam poſſeſſionem.*
43 *Condictio* ex l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet. *habet locum pro recuperanda poſſeſſione.*
45 *Condicto* ex l. ſi coloni C. de agr. & cenſit. *datur ad recuperandam poſſeſſionem, & quæ requirantur vt competat.*

46 *Seruus fugiens, facit furtum ſuiipſius.*

47 *Condictio* ex l auctoritatem.C.vnde vi, *eſt remedium poſſeſſorium recuperandæ: & quando habeat locum.*

48 *Item condictio* ex l.meminerint.C.vnde vi.

49 *Item condictio* ex l.ſi quis conductionis, C.de locato.

50 *Item condictio* l.inuaſor.C.vnde vi.

51 *Item condictio* l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.

52 *Item condictio* ex l.conductores.C.loca & l.non ab re. C. vnde vi.

53 *Item condictio* ex l cum à te.ff.de vi & vi arm.

54 *Item condictio* ex l fin.C.vnde vi.

55 *Condictio* ex c ſæpe, de reſt.ſpol. eſt remedium recuperandæ.

56 *Item condictio* ex c.frequens de reſt.ſpol.lib. 6.& *num.57.Intellectus* d c.frequens.*remiſſiue.*

58 *Condictio* ex can.reintegranda 3 quæſt.1 *eſt remedium recuperandæ, & eſt plenius cæteris: & quando locum habeat.*

59 *Condictio* ex l. fin.C.de acq poſſ.*eſt remedium recuperandæ: & quando habeat locum, & quæ vtilitas ex ea.*

60 *Creditor agere poteſt aſſiſtentia, contra tertium poſſeſſorem vigore precarii, vſque ad 30. an.*

61 *Poſſeſſoria duo recuperandæ ſunt nouiter inducta in regno, & quando locum habeant num 62.*

SEPTIMA principalis diſtinctio iudiciorum eſt: quia † iudicium aliud petitorium, & aliud
1 poſſeſſorium Petitorium dicitur illud, in quo principaliter agitur de proprietate, ſeu dominio alicuius rei, puta vbi agitur de rei vindicatione, *l.cum fundum.12.§ fin.& ibi gl.ſſ. ff de vi & vi armat. c.paſtoralis.5 de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Idem, ſi agatur Publiciana; quia dicitur interdictum petitorium, *l.cum qui,* alias *ſed etſi 7 § ſed ſi quis.3.ff. de Publician.* Item, ſi agatur petitione hæreditatis, vt not.glo. *in l 2 in gloſſ penult C de edict. diui Adrian tollend.* Eodem modo, ſi agatur ad vſumfructum, vel vſum, vel aliam ſeruitutem, dicitur petitorium: quia agens ad iſta iura incorporalia, cenſetur dominus iſtorum iurium, ſecundum Alexandrum *in l.naturaliter.12.§ nihil commune.colum.1 & 3 circa fin. ff. de acquirend poſſeſſ.* & patet ex his, quæ notat Speculat. *in tit. de cauſa poſſeſſ & propr.§ ſequitur.& §.nunc dicendum.* Item, quando agitur actione perſonali ad rem, dicitur petitorium, ſecundum Bald.*in conſil.449. in 3. volum.* & colligitur ex præallegatis. Poſſeſſorium
2 iudicium † eſt, vbi agitur de mera poſſeſſione, & iſtud iudicium poſſeſſorium eſt triplex, videlicet, Poſſeſſorium adipiſcendæ, poſſeſſorium retinendæ & poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis.

Poſſeſſorium adipiſcendæ exemplificatur in tribus iudiciis: videlicet, in interdicto, *quorum bonorum,* quod competit ei, cui delata eſt hæreditas ex teſtamento, vel ab inteſtato, pro acquirenda poſſeſſione rerum hæreditariarum, & ipſius hæreditatis. Et ad hoc, vt competat hoc interdictum, ſunt conſideranda aliqua ex parte Actoris, & aliqua ex parte Rei. Et † præſuppono id, quod ha- 3
betur *in l.cum hæredes.22. in princ.ff.de acquir. poſſeſſ.* ſcilicet, quod hæres non acquirit poſſeſſionem hæreditatis ipſo iure, ſicut dominium: vnde non tranſmittitur poſſeſſio à defuncto ad hæredem ipſo iure, niſi actualiter hæres apprehendat, vt ibi. Quod tamen fallit, quando defunctus poſſidebat aliquam rem per colonum ſuum: quia per medium eiuſdem coloni tranſmittitur poſſeſſio ad hæredē, ſine aliqua apprehenſione. Ita notabiliter tenet Alexand. *in l.qui vniuerſas.30.§ quod per colonum.5.ff. de acquir.poſſ.* & habetur *in deciſ. 117. conſil. Neap.* Si enim hæres vult acquirere poſſeſſionem rerum hæreditariarum, habet duplex remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, ſcilicet, vnum per iſtud interdictum, *quorum bonorum,* & aliud ex *l. fin C. de edict. diui Adr. tollen.* de quo aliquid inferius dicam Re-
quiritur † ergo in hoc interdicto ex parte actoris, 4
quod ei ſit delata hæreditas, & quod eam adiuerit de iure ciuili, vel agnouerit bonorum poſſeſſionem de iure prætorio, vt eſt tex. *in l.1.& 2. C. quorum bonor.* per hoc patet, quod actor, qui agit tali interdicto, debet in ſuo libello narrare, qualiter hæreditatem adiuit, vel bonorum poſſeſſionem ſibi delatam agnouit; & nunc agit ad auocandam effectualem poſſeſſionem, vt not. Spec. *in tit de teſtam.§ nunc dicendum colum.1.* Ex parte rei requiritur, quod poſſideat titulo pro hærede, vel poſſeſſore, & in hoc æquiparatur petitioni hæreditatis, quæ non datur contra poſſidentem alio titulo. *l. regulariter. 9 ff de pet hæred.* de hoc eſt text *in l.1.ff quorum bonor.* not. & *in l.2.C.eod.tit & inſtit.de interd.§.ſequitur.* Item ad † 5
hoc vt competat, eſt neceſſe, quod hæres nunquam habuerit poſſeſſionem hæreditatis: vel illius rei, quam petit. Secus eſt, ſi quandoque habuit poſſeſſionem, & deinde ab ea cecidit: quia non competit ſibi vlterius poſſeſſorium adipiſcendæ: & ſic hoc interdictum, tex eſt *in §.pro hærede 3.Inſtit.de interd.* vnde tunc debet recurrere ad poſſeſſorium recuperandæ, de quo infra dicetur. & hoc eſt generale in omnib poſſeſſoriis adipiſcendæ, vt eſt gloſſ.*in c.1. in fin.de conſ.lib.6.*& Iaſ *in l eius qui.41 § fin.colum.pen.ff. ſi cert.pet.* Et in † hoc habet ſimilitudinem aliam cū 6
petitione hæreditatis; quia illa ſimiliter non competit hæredi, qui ſemel acquiſiuit poſſeſſionem rerum hæreditariarum, & poſtea ab ea cecidit: vt eſt gloſſ.& ibi Bart *in l.fin.ff.de fideicom. hæred.pet.* & tenet Petr.Philip.Corn. *in conſil.254.col.fin. in litera H. in 4.volum.*& ratio patet ad ſenſum: quia poſtquam hæreditas eſt ſemel acquiſita, deſinit eſſe hæreditas, & appellatur patrimonium hæredis, vnde non competit ei vlterius petitio hæreditatis, quæ non eſt, *l. ſi plures.10.§.filio. ff.de vulgar. & pupillar.* & not. Ludouic. Roman. *in conſil.40.colum.1.* Ex quib: nota pulchram practicam pro reo conuento petitione

tione hæreditatis, vel interdicto *quorum bonorum,*
vt nitatur probare, quod actor quandoque fuit in
poſſeſſione rei petitæ, & poſtea ab eo cecidit; quia
ſic faciet actorem ſuccumbere. Eſt ſciendum et-
7 iam † quod hoc interdictum repetitur directum &
vtile; directum datur bonorum poſſeſſori de iure
prætorio, ex quo interdictum eſt petitorium; vti-
le vero datur hæredi de iure ciuili, vt not. gloſſ. *in
rubr. ff quorum bonorum, & in l.1. in princ. eodem tit.* &
Bald. *in rubr. C. eodem tit.* Item directum datur ei, qui
agit ad vniuerſam hæreditatem: quia ad hoc prin-
cipaliter fuit inductum, vt dicit text. *in d. l.1. §. fin. ff.
quorum bonor.* Vtile vero datur ei, qui agit ad vnam
rem particularem, ita tenet Specul. *in tit. de teſtam.
§. nunc dicendum. verſic. quid ſi res.* & not. *in d. §. fin.* & in
8 hoc † habet ſimilitudinem cum petitione hæredi-
tatis, quæ non ſolum datur ad vniuerſam hæredi-
tatem, verum etiam ad vnam rem particularem,
*l. regulariter. 9 in fi. & l. licet. 10 ff. de petit. hæred.* & not.
Spec. *in tit. de tutore. § fin. col. pen. verſicu. quid ſi quaſi.*
& ad prædicta adde Abb *in c. paſtoralis. 5. colum. 3. cir-
ca fin. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* vbi declarat mate-
riam huius interdicti. Concluſiue igitur illi com-
petit petitio hæreditatis, præterquam in vno caſu,
ſcilicet, quia non datur contra debitorem hæredi-
tarium, ſed tantum contra poſſeſſorem alicuius rei
particularis, vt eſt text. *in l 2. ff. quorum. bon.* ſed peti-
tio hæreditatis datur etiam contra debitores hære-
ditarios, vt eſt text, *in l. item. 18. § fin ff. de pet. hæred.*
& multas alias differentias inter hoc interdictum
& petitionem hæreditatis, vide per gloſſ. & Doct. *in
9 rubr. C quorum bonor.* Vnam tamen † vtilitatem no-
ta tu aduocate, qui vis formare libellum pro hære-
de actore: quia vtilius eſt intentare interdictum
*quorum bonorum*, ex quo eſt remediũ poſſeſſorium,
& à ſententia lata ſuper eo non appellatur, ad effe-
ctum retardandæ executionis, per ea, quæ haben-
tur *in l. vnica & ibi Bald. C. ſi de mo. poſſ. fuer. appell.* &
per Card Alex. *in c.1 colum. 1. verſic. ſi ergo quæris, &c.
quid ſit inueſtit. in vſib. feud.* Quod ſecus eſſet in peti-
tione hæreditatis; quia illud eſt remediũ petitoriũ,
& à ſententia lata ſuper eo appellatur; item per peti-
tionem hæreditatis acquiritur pinguius ius; quia
per eam auocatur proprietas, ſed per hoc interdi-
ctum ſola poſſeſsio. Secundo, † poteſt exemplifica-
10 ri poſſeſſorium adipiſcendæ in interdicto *quorum
legatorum*, quod competit hæredi ad auocandam
poſſeſsionem legati a legatario, qui occupauit il-
lud propria auctoritate; nam de iure prohibetur
legatarius accipere poſſeſsionem legati propria au-
ctoritate, ſed debet illam capere de manu hæredis,
alias cadit à iure ſuo, quando illam caperet non va-
cantem, & ſic cum vitio, *l. non eſt dubium. 5. & ibi
Bart. & Doct. C. de legat.* puta, quando hæreditas e-
rat adita, ſed nondum adita hæreditate, ſi legata-
rius occupat poſſeſsionem vacantem, non cadit à
iure ſuo, ſed tenetur per hoc interdictum reſtitue-
re poſſeſsionem hæredi, vt poſsit detrahere Falci-
diam, & deinde ipſe debet hæredem conuenire, *l. hoc
interdictum. 1. § & continet 2. verſ redigit, & ibi gloſſ. ff.
quor leg* & Bart. *in d. l. non dubium.* & dicit Bart *in
d. l. 1. in fi. illius princ.* quod non aliter datur hæredi
hæc actio, niſi quando vult detrahere falcidiam. I-
dem tenet Petr. Philip. Corn. *in conſil. 37. colu. ante-
penult. in 3. volum.* & ſic nota, vt ſcias libellare in hoc
interdicto, de quo vide Abb. *in d. c. paſtoralis, 5. col. 4
in princ. de cauſa poſſeſſ & propriet.* & Specul. *in titu. de
teſt. §. nunc dicendum, verſ. verum quia* & ad hoc, vt
competat hoc interdictum, eſt neceſſe, quod reus
poſsideat titulo pro legato, *l. hoc interdictum 1. §. quia
autem 4 ff quorum legat.* Tertio, † poteſt exemplifi- 11
cari poſſeſſorium adipiſcendæ, in Saluiano interdi-
cto: quod habet locum, quando conductor intulit
bona in prædium conductum, nam illa inuecta, &
illata cenſentur tacite obligata pro penſione do-
mus conductæ, *l. item quia. 4. & ibi per Doct. ff. de pa-
ctis.* & habetur plene *in §. item Seruiana. 7. & ibi per Ia-
ſon. Inſt. de act.* Sed ſi conductor dicta bona inde ex-
traheret, poteſt conueniri per dominum prædii con-
ducti, remedio poſſeſſorio, ſcilicet per Saluianum
interdictum, vt reſtituat poſſeſsionem dictorum bo-
norum ipſi creditori, vt poſsit incumbere ſuæ hy-
pothecæ: & ſic eſt remedium adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis, & datur etiam contra tertios poſſeſſores, vt
eſt text *in l. 1 ff. de Salui interd.* & not. Abb. *in d. c. pa-
ſtoralis, col. 4 verſic. 3 de cauſa poſſeſſ & propr.* & Spec.
*in titu. de locat §. poſtquam. colum. penult. verſic. ad hoc.*
Quarto † poteſt exemplificari poſſeſſorium adipi- 12
ſcendæ in remedio *l. fin. C. de edict. diui. Adria. tol.*
quod competit hæredi tantum ſcripto in teſtamen-
to, qui producit teſtamentum in forma publica, non
abolitum, neque cancellatum, cuius vigore poteſt
petere ſe mitti in poſſeſsionem hæreditatis, & eſt
remedium executiuum, quod qualiter, & quando
procedat, traditur plene per Bart. & Doct. *in d. l. fin.*
Quinto, † poteſt exemplificari poſſeſſorium adi- 13
piſcendæ, generaliter in officio iudicis, quod im-
ploratur per eum, cui facta eſt collatio alicuius be-
neficii, vt mittatur in poſſeſsionem dicti beneficii,
quam nunquam habuit, & hoc procedit & ſeruatur
generaliter de iure canonico, ſecundum Abb. *in d. c.
paſtoralis. col. 4, ver. & ſcias. de cauſa poſſ. & propr.* & ha-
betur *in c accedens. 23 & ibi per Ant. & Doct de accuſ.*

Secundum † principale poſſeſſorium eſt, quod 14
appellatur retinendæ poſſeſsionis, quod exemplifi-
catur in duobus tãtum interdictis, videlicet, in in-
terdicto *vti poſſidetis, & vtrobi*, quæ differunt in
hoc: quia interdictum *vti poſſidetis*, datur pro re-
bus immobilibus, interdictum *vtrobi*, pro rebus
mobilibus, vt declarat gloſſ. & Abb. *in d. c. paſtoralis
colum. 4. verſic. 3. de cauſa poſſeſſ & propriet.* & Specul.
*in titul. de cauſa poſſeſſ. & propriet. §. 1. colum. penult. &
fin.* Competit enim illud poſſeſſorium retinendæ
ei, qui poſsidet, & turbatur in poſſeſsione per ali-

 quem:

quem: nam poteſt petere, quod imponatur turbanti perpetuum ſilentium, ne de cætero perturbet eum in ſua poſſeſſione, & quod teneatur ad intereſſe turbationis factæ. Hæc tria debet comprehendere libellus in hoc poſſeſſorio, per quod petitur quis conſeruari, & manuteneri in poſſeſſione, vt plene declarat Bar *in l. 1. § interdictum. 6. vti poſſid.* vbi ponit formam libellandi. Additio. In poſſeſſorio retinendæ, quando prætextu turbatæ poſſeſsionis a-
15 gitur: † Illud ante omnia probandum venit, videlicet turbatio poſſeſſionis: quod probatur inter alia, ſi conuentus reſpondeat accuſationi, & dicat ſe poſſidere, vt voluit Bar. *in l. ſi prius. 15. in 5. contra. 1. partis. ff. de noui oper nunc* & Bald. *in l. ordinarii. 13. C de rei vend.* & Cyn. *in l vnica C. vti poſſid. in 5. colum. & in l. ſi duo. 3 in pri ff vti poſſid.* de quo per Doct. Petrus Philip. Corn. *in conſ. 100 in cauſa vertente. 1 libr.* Et eſt
16 aduertendum, † quod pro vi turbatiua non reperitur proditum remedium criminale, niſi iudicium iniuriarum, prout volunt Iacobus de Aret. *in l. hoc iure. 152. de regul. iur. & in l. ſeruus. 20 per illum text. ff. de actio. & oblig.* & Bart. *in l. extat. 13 ff. quod metus cauſ.* & Ang. *in l. cum filius familias. 49. §. 1. ff. de verb. oblig.* & per Philip. Corn. *in d conſ. 100.* & per eundem *in conſ. 130. viſo libello, in 1 libr & in conſi. 94. in 3. lib.* vbi pulchre habetur, quando competat remedium turbatæ poſſeſſionis, & quænam debeant probari, *& in conſ 345. in 1. lib. & conſ. 280 lib. 4.* vbi multa pul-
17 chra ad hanc materiam *Pet. Foll. V. I. D.* † Limita tamen, & declara hanc materiam procedere, quando aliquis turbatur iniuſte, & extra iudicialiter: ſecus, ſi aliquis turbaretur iudicialiter: vt quia ſibi moueretur aliqua lis ſuper re, quam poſſidet; quia per hoc non datur ſibi interdictum, *vti poſſidetis,* ex quo is, qui vtitur iure ſuo per viam iudiciariam, non facit ſibi iniuriam, ita notab. declarat Abb. *in c.*
18 *audita. col. 3. circa fin. de reſtit. ſpol.* Item † Limita non procedere in eo, qui fuit deiectus de poſſeſsione ſua; quia poteſt quandocunque turbare deiectorem impune in dicta poſſeſſione, & non poteſt conueniri prædicto interdicto, & eſt ſingularis deciſio, & menti tenenda; quia licet alias deiectorem poſſit quis deiicere incontinenti, non autem ex interuallo, *l. prætor ait. 1. §. vim. vi. 27. & ibi not. ff. de vi & vi armat.* tamen turbare poteſt quandocunque, etiam ex interuallo, ita tenet Bartol. *in l. ait prætor. 1. § quod ait prætor 9 colum. 1. ff vti poſſidet. &* Alexand. *in conſi. 36. colum. 2. verſi. non obſtat, quod dicti, &c. in 1. volum.* vnde nota bonam practicam ad excludendum aliquem ab iſto poſſeſſorio; quia poteris obiicere exceptionem ſpolii, pro eadem re, per prædicta. Poteris etiam reconuenire eum de ſpolio eiuſdem rei, per text. *in c. veniens. 19 & ibi Abbas in 4. notab. de præſc.* & dixi ſupra in præcedenti di-
19 ſtinct. in 4. quæſtione. Si vero † eſſent duo, qui litigarent ad inuicem ſuper hoc poſſeſſorio, & quilibet prætenderet ſe poſſidere? tunc obtineret ille, qui probat de antiquiori poſſeſſione; quia poſſeſſio iunior præſumitur iniuſta, & clandeſtina, text eſt, & ibi Abb. *in 4. colum. in c. licet. 9. de probat.* & Bartol *in l. ſi duo. 3. col 2. ff vti poſſid.* & Alexand. *in conſi. 35 col 4. in 4 volum & in conſ. 110. n prin. in 1. volum.* & Pet. Philip. Corn *in conſ. 130. col. 1. in 1. vol. & in conſ. 171. in fi. col. 1. in 3. vol.* Quod procedit, etiam ſi habens poſſeſſionem iuniorem, probaret de titulo; quia præfertur habens antiquiorem, ſine titulo; nam ille titulus præſumitur habitus ab iniuſto actore, ſtante poſſeſsione antiquiore, ita tenet Paul. de Caſtr. *in conſil. 443 colum. .. in 2. vol.* vbi plus dicit, quod id, quod dicitur, in hoc poſſeſſorio obtinere eum, qui probat de titulo, intelligitur ſtante probatione æquali in tempore hincinde; ſecus quando vnus probat de antiquiori poſſeſſione, quia tunc non curamus de titulo. Idem tenet Alex. *in conſ. 88. colum. 3. & conſi. 89. & 150 in 5. vol.* Verum in iſto caſu quando antiquior poſſeſſor vult obtinere, debet allegare in ſuis articulis, quod eius aduerſarius poſſidet clã, reſpectu ſuæ poſſeſſionis, iſta fuit ſingularis doctrina Barto. *in l. ſi de eo. 40. §. fin. ff de acquir. poſſ* & ibi ipſum ſequitur Alex an. & Ioan. de Imol *in fi.* & Alex. *in prealleg. conſi.* maxime *in conſi. 88. colum. 4. in 5. vol* & idem Alexan. *in conſi. 55. col fin verſi. fateor, in 3. vol.* alias ſi hoc non articularet, ſuccumberet: quia præfertur is, qui probat de titulo, ſecundũ Doct. *in locis præallegatis.* Ad-
ditio. † Legito Bal. *in conſ. 446. in 3. lib.* vbi ponit, 20
quot modis dicatur turbare, & an procedat querela contra eos, qui dicunt ſe actum feciſſe ad mandatum domini. Et an qui olim poſsidebat, præſumatur hodie poſsidere: & quid ſi aliquis dixerit colono ſuo; quod non relaxet poſſeſsionem Titio, alias proteſtatur de ſuo intereſſe, an ex hoc videatur turbare dominum in ſua poſſeſsione, & poſsit accuſari? vide Bald. *in conſi. 447. in 3 lib* & de principali quæſtione domini Auctoris vide eundem Bal-
dum *in conſi. 448. in 1. parte.* Et † an agens interdicto 21
retinendæ poſſeſsionis, teneatur exprimere locum, tempus; & alias circumſtantias, per eundem Bald. *in conſi. 489. in 3. parte, num. 2.* & vide de principali quæſtione Domini Auctoris per eundem Bald. *in conſi. 448 ſupra allegato:* vide Baldum *in conſi. 468. in*
*1. parte:* Et † an teneantur operarii pœna turbatæ 22
poſſeſsionis? per eundem *in conſi. 463. in 3. parte.* & de principali quæſtione vide Bertrand. *conſi. 292. in 2. lib. & conſi. 373. in 2. lib.* & de principali quæſtione Auctoris vide Socin. *in conſil. 116. colum. 6.*
*verſi. 2. eodem conſi. 1. lib.* † Et an poſſeſsio de præ- 23
ſenti arguat poſſeſsionem de præterito, per eun-
dem *in conſi. 89. colum. fin. 1. lib.* Et † an poſſeſsio anti- 24
qua præſumatur continuata? per Boer. *deciſ 239. num 7. in 2. parte,* ſed de principali quæſtione domini auctoris hic, pleniſsime videas omnino per Boer. *in deciſ ſupra alleg.* vbi refert varias opiniones in hac quæſtione, & vide Afflict. *in deciſ. 230 & 277. & 323.* & tunc iunior poſſeſsio præſumitur clandeſti-

na,

na, probata antiquiori poſſeſſione, quando vitium clandeſtinitatis fuit allegatum, vt per Afflict. *in deciſ. 330.* & quid debeat probare agens remedio. *Vti poſſidetis*, per eundem *in deciſ. 394.* & quid ſit faciendum, quando vterque prætendit ſe poſſidere, & nullus vult ſuſtinere actoris partes? vide Capic. *in deciſ. 13. in cauſa illuſtriſſ. Marchionis.* Petrus Follerius V. I. D.

25 Quod † tamen LIMITA, niſi is, qui probat de antiquiori poſſeſſione, cecidiſſet ab ea facto ſuo: puta per propriam alienationem, quia tunc nõ prodeſt ei antiquior poſſeſſio, ita tenet Philip. Dec. *in conſil. 56. col. fin.* & ex hoc ſume bonam practicam articulandi contra eum, quem ſuſpicaris probaturum de antiquiori poſſeſſione:

26 An † autem in iſto poſſeſſorio retinendæ, admittatur articulus de proprietate? Dic quod ſic, quia non dicitur impertinens, imo pertinens ad cauſam, ex quo facit obtinere eum, qui probat de titulo, ſtãtibus probationibus æqualibus, vnde non poteſt repelli, ita determinat Philipp. Decius *in conſil. 162. colum. 3. in princ.*

27 Competit † etiam hoc interdictum retinendæ pro iuribus incorporalibus, puta, pro ſeruitutibus, & annuis præſtationibus, in quibus agitur de quaſi poſſeſſione, ſecundum Bartol. *in l. ait prætor. 1. in princ. ff. vti poſſid.* & Bart. *in l. final. ff. quorum bonor.* & Specul. *in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. §. 1. verſ. cæterum. & verſic. ſi quæritur:* & per Doct. *in c. querelam. 24. de elect.* & Bald. *in conſil. 425. in 3. volum.* & Philipp. Dec. *in conſil. 136. colum. 1.* ADDITIO: Hanc quæſtionem tetigit Ioan. Fabr. *in §. præiudiciales. 19. Inſtitut. de action. 9. colum.* & videtur concludere, quod vbi præſtatio annua præſtatur certæ rei, datur poſſeſſorium, ſed quando datur ſimpliciter; tunc non poteſt agi poſſeſſorio, ſed in hoc ſecundum eum, Legiſtæ, & Canoniſtæ contrariantur: quia Canoniſtæ tenent, quod poſſeſſorio; at Legiſtæ contra: ſed ſecundum eum præualet opinio Canoniſtarum: in curiis, ſequitur Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. in titul.* des cenſes, *rubr. 11. §. 1. folio 351. num. 27.* & habetur plene *per deciſionem Capellæ Toloſ. 59.* Ludouic. Roman. *in conſil. 311.* vide tamen Tiraquellum *in tractatu de vtroque retract. in verbo recte § 1. gloſſ. 6 numer. 11. & 12. & in §. 32. in gloſſ. 1. & vnica. numer. 79* & per Afflictum *in deciſ. 395.* vbi refert, per omnes dominos fuiſſe deciſum, nemine diſcrepante: quod licet pro annua præſtatione perſonali, non ſit dare poſſeſſorium, tamẽ eſt dare, quædam præſtatio, ad quam poteſt peti, vt fiat reſtitutio, & ita loquitur *d. c. querelam. 24. de elect.* & vide per Guidon. Papæ *in deciſ. 552. in materia col. 2* & Stephan. Bertrand. *in conſil. 243. quicquid in princ. l. 2.* & per eundem Afflict. *in conſil. Circa violentiarum. col. vlt.* Petr. Foller. V. I. D.

[ De duplici poſſeſſorio retinendæ; ſummario, & ſummariiſſimo, & quis ſit iudex competens in cauſa poſſeſſorii rei eccleſiaſticæ, tradit Fachin. *libr. 8. controuerſ. iur. cap 15 & cap seq.* An agenti hoc interdicto obſtet exceptio dominii. Item de duplici poſſeſſorio retinendæ, ordinario, & ſummario, & de proceſſu, & probatione in vtroque, vide Gail. *libr. 1. obſeruat. 7. per tot.* ]

Tertium principale poſſeſſorium eſt, † quod appellatur recuperandæ poſſeſſionis: in quo duo requiruntur copulatiue, ad hoc vt competat. Vnum videlicet, quod actor quandoq; poſſederit, & nunc à poſſeſſione ceciderit. Secundum, quod poſſeſſio ſit penes aduerſarium, vel quod dolo deſierit poſſidere. Idem, ſi non dolo, quando ſumus in interdicto, vnde vi, ſecundum Abb. *in c. ſæpe. 18. col. 3. de reſtitut. ſpoliat.* Primum probatur *in c. conſultationibus. 10. & ibi Abb. in 2. not. de offic. delegat.* & idem Abb. *in c. cum ad ſedem. 15. col. 7. de reſtitut. ſpol. & in c. olim 17. el 3. in 5. & 6. not. eod. tit.* quod tamen intellige, ſcil. vt poſſideat tempore ſpolii, *l. prætor ait. 1. §. interdictum autem hoc. 23. & §. hoc interdictum ff. de vi & vi armat.* alias non ſufficit probare olim poſſediſſe, niſi præciſe tempore ſpolii probetur, vt tenet Specul. *in tit. depoſitio. §. 7. verſ. 2. conſiderandum.* Secundum probatur *in l. cùm à te. 7 ff. de vi & vi armat.* & per ea quæ not. Bal *in l. ſi de proprietate. 3. col. 3. circa fin. C. ſi à non compet. iud.* Hoc tamen nunc ſuccincte attingo in genere: quia melius declarabo infra, in ſingulis remediis poſſeſſionum, ea, quæ ſunt ſpecialiter requiſita in eis. 28

[ Agens hoc interdicto recuperandæ poſſ. quid probare debeat, an antiquiorem poſſeſſionem ſuam & Rei iuniorem, vt plerique ſentiunt; An vero ſolum, ſe deiectum, & ſpoliatum eſſe ſua poſſeſſione, licet eam non probet fuiſſe antiquiorem, vt alii volunt; vide apud Fachin. *lib. 8. controuerſ. iur. cap. 9.* Qui ibidem etiam *cap. ſeq.* hanc quæſtionem examinat; An agenti hoc interdictio obſtet exceptio dominii, de qua etiam vide Gail. *lib. 1. obſ. 75. nu. 3.* ]

Sciendum eſt igitur, quod in hoc poſſeſſorio recuperandæ plura fuerunt remedia à iure introducta, de quibus ſingulis diſpiciamus: quia hic congruentius cadunt. Primum † igitur remedium, fuit interdictum *vnde vi.* de quo loquitur totus titul *ff de vi, & vi armat & C. vnde vi.* quo remedio prouidit prætor violenter ſpoliatis, vt recuperent poſſeſſionẽ ſuam, in quo interdicto ad hoc vt competat, plura requiruntur. Primo enim requiritur quod res, pro qua agitur, ſit immobilis, *l. prætor ait. 1. §. & generaliter. & §. illud. ff de vi, & vi armat.* nam pro re mobili non competit aliquod interdictum poſſeſſorium recuperandæ, ſed datur actio vi bonorum raptor. dantur etiam alia remedia poſſeſſoria, quæ non ſunt interdicta, de quibus habetur per Bart. Alexand & [illegible] d. *in l. rem quæ nobis 15. ff. de acquir. poſſ* de quibus infra dicetur: Quod tamen intellige: principaliter: ſed acceſſorie datur hoc interdictum ad mobilia, quæ erant in illo loco, vnde quis expulſus eſt, *l. prætor ait. 1. in princ. & §. ſi fundus. ff. de vi & vi armat.* & not. Alexand. *in l. vendicatio 56. ff. de rei vend.* & habetur *in leg. ſi quando. 9. C. vnde vi.* 29

30 Competit † etiam hoc interdictum pro iuribus in-
corporalibus, & annuis præſtationibus, ſecundum
Bald. *in conſil. 425. in 3. volum.* Secundo requiritur,
quod ſit illata violentia perſonæ pro re, & ſic, quod
quis ſit violenter expulſus de poſſeſſione, *l. prætor
ait. 1. §. & 3. ff. de vi & vi armat.* & Alexand. *in conſ. 94.
col. 5. in 5. volum. & l. ait prætor. 1. §. quid ſit vi. 5. ff. quod
vi aut clam.* & hoc patet; quia interdictum hoc ac-
cipit denominationem à violentia: quia dicitur,
vnde vi quis expulſus eſt, reſtituam, &c. vbi non in-
teruenit violentia, non competit, ſed nunquam di-
citur committi violentia, niſi contra perſonam;
vnde eſt neceſſe, quod perſona ſit præſens, alias
nõ diceretur committi violentia, ita declarat Paul.
de Caſtr. *in conſil. 205. colum. 1. in fin. 2. volum.* ADDI-
TIO. Ad materiam iſtam addo videndum Afflict.
*in deciſ. 85.* & Aymon. Crauett. *in conſil. 140 nu. 1. lib.*
31 1. Petr. Foller. V.I.D. Sed † quid ſi aliquis non fuit
vi expulſus, ſed ſuſpicatur poſſe repelli, quo caſu
perdit poſſeſſionem ciuilem, *l. clam poſſidere. 6. §. qui
ad nundinas. 1. ff. de acquir. poſſ.* Dic, quod non com-
petat ei hoc interdictum, *vnde vi.* ſcilic. directum,
ſed vtile tantum, ſecundum gl. & Bart. *in l. prætor ait.
1 §. ſiue autem 24. ff. de vi & vi arm.* & Alexan *in addit.
ad Bart. in l. ait prætor. 1. §. interdictum. 6. ff. vti poſſid.* in
32 addit. quæ incipit, *& ſic* Tertio requiritur, † quod
intentetur intra annum vtilem: nam elapſo anno,
non competit niſi ad id, quod peruenit ad deiecto-
rem, *l. vi pulſos 2. & ibi per Doct. C. vnde vi. & d. l. prætor
ait. 1. in prin. & § annus. 39. & ibi gloſſ. ff. de vi & vi arm.*
quod intellige agendo, ſed excipiendo eſt perpe-
tuum, ſecundum gl. *in d. l. vi pulſos.* per tex. *in l. purè. 5.
§. fin. ff. de doli except.* Quartò requiritur, quod deie-
33 ctus † poſſideat tempore ſpolii, vt *d. l. 1 §. interdictum
autem hoc 23 ff. de vi & vi armat.* vt habetur *in c. con-
ſultationibus. 10. de offic. delegat.* & ſupra dixi. Quintò
34 requiritur, quod † in libello, in quo intentatur hoc
interdictum, exprimatur locus & tempus ſpolii, ſe-
cundum Bart. *in d. l. prætor ait. 1 §. ſiue autem. 24. ff. de
vi & vi armat.* & Alex. *in conſil. 95. col. 5. in 5 volum. &
in conſ. 6 col. 1 in 3. vol.* ADDITIO. De veritate legito
35 Afflict. *in deciſ. 150* Et † quid ſi actor dixerit, ſe
turbatum in ſua poſſeſſione, & non exprimat mo-
dum turbationis: an parte opponente, quod decla-
retur modus turbationis, debeat declarari? dicas,
quod ſic, de quo per Afflict. *in conſtit. Dilationes*, vt per
Bart. *in d. l. 1 § hoc interdictum. ff. vti poſſid.* Pet. Foller.
Sextò requiritur, vt detur cõtra eum, qui vere ſpo-
liauit: vnde ſi tu ſpoliaſti, & poſſeſſio eſt penes a-
lium, non competit hoc interdictum contra illum
tertium, qui non ſpoliauit, *l. cum à te. 7 ff. de vi, & vi
armat.* & tenet Alexand. *in conſil. 94 col. 6. in 5. volum.*
licet illa *l. cum à te.* ſit correcta, ſcilicet in regno per
conſtitutionem, *Circa violentiarum.* de cuius intel-
36 lectu dicetur infra. Ex † hoc ſequitur, quod contra
ſingularem ſucceſſorem ſpoliatoris, non datur hoc
interdictum, ſecundum Innoc. *in c. cum ad ſedem. 15.
de reſtit. ſpoliat.* vbi eſt tex. de hoc, & Bald. *in l. hæres. 1.
circa fin. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred.* & Lanfranc.
*in repet. rubr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. col. 2. in 1. con-
cluſione.* Sed contra ſucceſſorem vniuerſalem bene
competit, quatenus ad eum peruenit, *l. prætor ait. 1.
§ fin ff. de vi & vi armat* habetur plene per Abb. &
Doct. *in c. quia 11 col. 5 de iudic.* hæredi autem indi-
ſtincte competit, *l. 1. § hoc interdictum. 44 la. vl. ff. de
vi & vi armat.* & not. Abb. *in c. ſignificauerunt 36 in 3.
notab. de teſtib.*

[ An contra tertium poſſeſſorem, qui bonam fi-
dem, ac iuſtum titulum habet, cõpetat aliquod re-
medium recuperandæ poſſeſſionis, egregie diſcutit
Fachin. *lib. 8. controuerſ. iur. cap. 12* Et *cap. ſequenti* tra-
ctat, An agenti tali remedio, exceptio præſcriptio-
nis obiici poſſit. ]

Septimo requiritur, † quod agens hoc interdicto, 37
non poſſideat, vt *d. l. 1. §. non alit autem. 45. ff. de vi &
vi armat.* Octauo † & vltimo requiritur, quod tem- 38
pore ſpolii vere poſſideat, vnde non ſufficit, ſi deti-
neat tantum; quia nõ competit ei hoc interdictum,
ſi habet alia remedia poſſeſſoria. Hinc dicimus,
quod miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi
deiiciatur, non habet hoc interdictum, ex quo non
poſſidet, ſed detinet tantum cauſa cuſtodiæ, ita te-
net Specul. *in tit. de primo & ſecundo decreto, §. iam de
effectuum. verſ. ſed quid ſi miſſus.* & idem Spec. *in tit. de
eo, qui mitt. in poſſeſſ. verſ. porro*

[ An ſpoliato agenti contra ſpoliatorem interdi- 39
cto recuperandæ obiici poſſit exceptio alterius
ſpoliationis ab ipſo factæ? vide Fachin *lib. 8. contro-
uerſ. iur. cap. 11.* ]

Secundum † principale remedium in poſſeſſo-
rio recuperandæ eſt condictio triticaria, quæ da-
tur ad poſſeſſionem, quando quis eſt deiectus per
vim de poſſeſſione ſua, *l. ſed & ei 2. ff. de condi. trit.* &
ſic requiritur, quod cum vitio rès vadat ad ſpolian-
tem, ſecundum Alex. *in l. rem, quæ nobis. 15. colum. 3. in
fin. ff. de acqu. poſſ.* Item requiritur, quod vere poſſi-
deat, nec ſufficit, ſi detinet: ſecundum Bartol. *in l.
& ideo. 12 §. Neratius. 2. ff. de cond. furt.* dummodo nul-
lum ius habeat in re, vt creditor; quia tunc daretur
cõdictio incerti, ſecundum eum. Et datur hæc con-
dictio etiam domino, qui poſſeſſione priuatus eſt,
ſecundum gl. *in d. l. ſed & ei 2. ff. de cond. trit.* non au-
tem datur contra titulo poſſidentem, etiamſi actor
titulum habeat: quia in pari cauſa melior eſt con-
ditio poſſidentis, ita per hanc rationem dixit Alex.
*in d. l. rem, quæ nobis. 15. col. 3. in fin. ff. de acquir. poſſ.* & ſic
videtur, quod hæc condictio triticaria concurrat
cum interdicto, *vnde vi*, & prædicta etiam tangit
Bart. *in l. fi. §. ſed cum in ſecundam. C. de furt.* Tertium
remedium † eſt condictio incerti, quæ competit ad 40
recuperandam poſſeſſionem ei, qui non eſt domi-
nus, ſed habet ius in re, vt quia eſt creditor, & habet
rem obligatam, quam poſſideat, & fuit ſpoliatus;
nam ad eam recuperandam habet condictionẽ in-
cer-

certi. Caſus eſt *in l. & ideo.12.§. Neratius.2. & ibi Bart ff.de cond furt.* & idem Bart. *in l.fin.§.ſed cum in ſecundam.3. C.de furt.& in d l. rem quæ nobis.15 ff. de acq.poſſ.* & ibi etiam Alex. *in 2.col.* Quartu n reme-
41 dium eſt † condictio indebiti, quæ datur, vbicunq; quis indebite ſoluit rem alienã, cuius ipſe erat poſſeſſor? & quia tunc non poteſt condicere proprietatem, quam non tranſtulit, condicet poſſeſsionem. Caſus eſt *in l.indebiti.15 §.ſed etſi nummi. 2.ff. de cõdict. indeb.* competit etiam hoc remedium, quando minor, vel Eccleſia contraxit alienando ſine ſolemnitatibus; nam transfertur poſſeſsio ex contractu inutili, *l.poſſeſſio.1.§.ſi vir.4.ff. de ac.poſſ.* & ibi per Bart. Alex. & Dd. vnde poterit illa poſſeſsio condici per condictionem indebiti, ſecundum Bart. *in d.§ ſed ſi*
42 *nummi.2.* Quintum remedium eſt, † actio in factũ, quæ datur detentatori, qui non poſsidet, ſed detinet, vnde ad recuperandam ſuam detentationem, habet actionem in factum, quando fuit detentatione priuatus, ſecundum Bart *in d.l fin. § ſed cum in ſecunda 3. C.de fur. & in d.l.& ideo.12 §. Neratius.2.ff. de cond.furt. & in d.l rem quæ nobis 15.ff de acq.poſ.* & de hoc remedio loquitur Lanfr. *in repet rubr. de cauſa poſſ.& prop.colum.3.in princ. in 5.concluſ.* Sextum
43 remedium eſt † officium iudicis, quod ſimiliter datur ei, quod non poſſidet, ſed detinet vt eſt commodatarius, & depoſitarius, *l.officium.9 ff.de rei vendic* qui, ſi cadunt ab eorum detentatione; quia nullum remedium habent, eſt ipſis indultum in ſubſidium, vt poſsint implorare officium iudicis, ad recuperandam eorum detentionem: maxime contra vitioſos poſſeſſores. Caſus eſt *in l & non tantum. 9 & ibi Bart ff de pet.hære.l.* & glo. fin. & ibi Bart. *in l.Aquilius Regulus. 27.ff de donat. & in d § Neratius 2.* & Bart & Alexand. *in d.l rem quæ nobis 15.ff de acq.poſſ.*
44 Septimum remedium eſt ex † æquitate *l. ſi & me & Titium 32.ff.ſi cert. pet* quod competit, quando res mea peruenit ad te titulo lucratiuo, & æquum eſt eam mihi reddi, & quod ſolum habeat locũ in titulo lucratiuo, tenet ibi Bart. quem ſequitur Alex: *in d. l. rem quæ nobis 15 col.8* Itẽ loquitur, quando quis ſine iuſta cauſa cecidit poſſeſsione, vt probat ibi text. itẽ datur habenti bonam fidem, ſecundum Bart. *in l ſi*
45 *coloni 14 C.de agric. & cenſit. lib.11* Octauum † remedium eſt condictio ex *d l ſi coloni.* & quod ad hoc, vt competat, tria requiruntur Duo ſcilicet ex parte actoris, & vnum ex parte rei. Ex parte actoris requiritur, quod ſit bonæ fidei poſſeſſor, vt dicit text. *in d l.ſi coloni in verſic.bonæ fide.* Secundo requiritur, quod ſine iuſta cauſa ceciderit à poſſeſsione, vt probatur ibidem, dum loquitur de amiſsione poſſeſsionis per fugam Tertio requiritur ex parte rei, quod res peruenerit ad eum cum vitio, vt *d.l ſi coloni ibi fuga vitio, &c.* & ibi iſta colligit Bartolus. idem tenet Bartol. *in d.l.rem quæ nobis 15. ff.de acquirend.poſſeſſ.* & ibi etiam Alexander. *in 2 colum.* & idem Alex. *in conſil 94.colum.6.in quarto vo-*
*lum.* & Lanfranc. *in rubrica de cauſa poſſ.& propriet.columna 3 in tertia concluſione.* & loquitur proprie ille textus de re affecta vitio reali, ſcilicet de fuga, quæ æquiparatur furto. † Nam ſeruus fugiens, facit, 46
furtum ſuipſius, *l.ſeruum.1 C.de ſeru.fug.* & not Alex. *in d.l.rem, quæ nobis.15 colum.2.* & gloſſ. *in l.inciuilem.2.C.de furt* & vide Abb. *in c.ſæpe.18.colum.3. de reſt.ſpol.* qui videtur velle reſtringere illum textum ſolum, quando agitur ad rem animatam, idem ſentit Pet. Philip. Cor *in conſil. 56.colum.penult. in princ. in 2 volum.* tamen magis communis opinio eſt in contrarium; ſcilicet, quod remedium *d l.ſi coloni. 14.* extendatur generaliter ad omnes res, etiam inanimatas, vt colligitur ex dictis Innoc & Ioan. de Imol. *in d.c ſæpe. 14* & Alex. *in conſil.90.in princ.in 5. volum.* vbi agebatur de ſpolio cuiuſdam terræ, & nihilominus dicit Alexand. competere remedium *d.l.ſi coloni 14.* ergo extenditur etiam ad bona ſtabilia, quæ ſunt inanimata. Et omnia iſta remedia prædicta, præter interdictum, vnde vi, competunt etiam pro re mobili, ſecundum Bart. *in d. l fin. §.ſecum in ſecundam.3.C.de fur. & in d. l.rem quæ nobis.15. de acq.poſſ.ff.* & ibi etiam Alexand. *in 2.col* & Bart. *in l. indebiti.15.§ ſed ſi num.i. 1.in 1. opinio.l.ff.de cond.indeb.* Differt autem hoc remedium *l. ſi coloni* ab interdicto *vnde vi* quia hoc datur malæ fidei poſſeſſori, etiam prædoni deiecto; illud vero non datur niſi bonæ fidei poſſeſſori, vt not. Luc. de Pen. *in d.l.ſi coloni. col. 6.in fin. verſic.2. quæritur, &c.* † Nonum reme- 47
dium eſt condictio ex *l auctoritatem.3 C. vnde vi.* quæ competit, quando quis ſpoliauit aliquem ſua poſſeſſione per vim, & deinde impetat reſcriptum à principe pro iuſtificanda ſibi dicta poſſeſſione violenta: nam non obſtante reſcripto impetrato, tenetur ante omnia reſtituere poſſeſſionem condictione ex illa lege, ſecundum Bart. ibi, qui exemplificat, etiam in occupante. † Decimum remedium 48
eſt condictio ex *l.meminerint.6.C.vnde vi.* quæ competit, quando aliquis auctoritate reſcripti impetrati, vel ſententiæ latæ, inuadit poſſeſſionem alienam propria auctoritate nã cadit à iure ſuo, ſi quod habet: & tenetur reſtituere poſſeſsionem condictione ex illa l. & ſi fuerit tutor, vel curator, deportatur perpetuo, & bona eius publicantur, & poſſeſsio nihilominus reſtituitur, vt ibi habetur. Et differt à præcedenti; quia ibi prius ſpoliauit, & poſtea impetrauit reſcriptum, hic ſecus. † Vndecimum reme- 49
dium eſt condictio ex *l ſi quis conduct onis.25.C. locat.* quæ competit locatori petenti ſibi reſtitui rem cõductam finita locatione; nam ſi conductor vult ſibi referre quæſtionem dominii, debet ante omnia ſibi reſtituere poſſeſsionem, per condictionem ex illa l. & deinde ſuper proprietate litigare, & datur condictio ex illa l. directe, in contractu locationis tantum, ſed vtilis datur pro omnibus contractibus, in quib. quis alieno nomine detinet, ſecundum Bart. *in l.commodare.15.ff.com.* & Alex. plene *in l.ſi alienam.*

11.*col.3.ff.ſolut.matrim.* de cuius intellectu loquitur
Alexand.*in l.ſi aliquã.28 circa fin.col.ff de acquir poſſ.*
vbi ponit, quod non datur remedium illius l. quan-
do locatio fuit nulla, vel quando notorie poteſt
50 excipi de dominio. Duodecimum † remedium eſt
ex *l.inuaſor 5.C.vnde vi.* quod remedium eſt nouum,
ſecundum Bart.ibi, & competit, quando quis ſine
dolo occupat poſſeſſionem vacantē rei alienæ: nam
poteſt dominus agere condictione ex illa lege, &
tenetur ei occupator reſtituere poſſeſsionem. & in
hoc conſiſtit ſpecialitas illius legis; quia per eam
datur remedium poſſeſſorium ei, qui non poſſide-
bat tempore inuaſionis; quia poſſeſsio erat vacans:
& ideo dixi, ſine dolo; quia ſi doloſe occupaſſet,
tunc competeret remedium *l fin.C. vnde vi.* & dicit
51 Bart *in d l.inuaſor. in fin C.vnde vi.* † Tertiumdeci-
mum remedium eſt condictio ex *l.ſi quis in tantam.*
*7.C.vnde vi.* quæ competit, quando aliquis propria
auctoritate ingreditur violenter poſſeſſionem pe-
nes alium conſtitutum: nam ſiquidem ipſe inuaſor
erat dominus, cadit a iure ſuo, & poſſeſſionem re-
ſtituit: ſi vero non erat dominus, reſtituit poſſeſ-
ſionem cum æſtimatione ipſius rei, condictione ex
illa l. cum qua concordat *l.extat 13 ff. quot met.cauſ.*
Hodie tamen in regno illa *l.ſi quis in tantam.* eſt cor-
recta per conſtit.*Violentias.* in eo, quod punit inua-
ſorē in amiſſione iuris ſui, & æſtimatione rei; nam
per illam conſtitut. punitur ſolum ad medietatem
æſtimationis, & non vltra. † Quartum decimum
2 remedium eſt condictio ex *l.conductores 34. C.locat.*
*& l.non abs re.10.C.vnde vi.* vbi habetur, quod poſſi-
dens rem alieno nomine, vt conductor, vel preca-
rius; ſi fuerit conuentus ad rei reſtitutionem, & vo-
luerit litem inferre, & non reſtituere ante ſenten-
tiam, condemnatur vigore dictarum legum, ad rei
reſtitutionem, & ad æſtimationem ipſius, vt ibi ha-
betur, & iſtud nouum continet plus, quam habe-
tur *in l.ſi quis conductionis.25.C.locati.* hoc remedium,
ſcil. quia vltra rem facit conſequi æſtimationem.
Quintumdecimum † remedium eſt condicto ex
53 *l.cum à te 7 ff de vi & vi armat.* vbi ſi tu ſpolias me
per vim, & alius ſimiliter te per vim ſpoliat, non ago
contra illum, qui ſpoliauit, ſed ago contra te, qui
ſpoliaſti me (licet non poſsideas) interdicto *vnde*
*vi.* Verum in regno iſta l. eſt correcta per conſt.*Cir-*
*ca violentiarum.* per quam datur electio ſpoliato, vel
agenti ad intereſſe contra ſpoliatorem non poſſi-
dentem, vel eius hæredem, vel contra poſſeſſorem
ad rei reſtitutionem. Decimumſextum † remedium
54 eſt condictio ex *l.fin.C vnde vi.* quæ datur contra
eum, qui doloſe occupauit poſſeſsionem rei alie-
næ vacantem; nam per talem occupationem res ef-
ficitur quaſi violenta, & ſic vitioſa, ſecundum Barr.
ibi, & datur hoc remedium infra 30. annos tantũ, vt
ibidem in fin. & datur tam pro re mobili, quam im-
mobili, ſecundum Bart.ibi & Alex.*in l.rem, quæ no-*
*bis.15.col.2.ff. de acquir.poſſeſſ.* vnde tenetur condi-
ctione ex illa l. ad reſtitutionem. & differt à *l.in-*
*uaſor.5.C.vnde vi.* quia illa loquitur in occupante ſi-
ne dolo, vt dixi ſupra in 12. remedio poſſeſſorio. De-
cimumſeptimum † remedium eſt condictio ex *c.* 55
*ſæpe 18.de reſtitut.ſpol.* quod fuit valde neceſſarium.
Competit enim contra quemlibet tertium poſſeſ-
ſorem, qui non ſpoliauit, ſed ſcienter habuit rem
à ſpoliante, ſciens rem eſſe vitioſam: nam tenetur
ad reſtitutionem condictione ex illa decretali, &
requiritur omnino ſcientia, vt dixi, alias non com-
peteret, vt not.Lanfranc. *in rep.rubr. de cauſa poſſeſſ.*
*& propriet.colum.2.in 2.concluſione.* & Abb. *in d.c ſæ-*
*pe de reſtitut.ſpol.colum.4.verſic.nunc quæro, &c.* Et
per illud capitulum eſt prouiſum ad id, quod ante
deficiebat, per *d.l. cum à te.7 ff.de vi, & vi armat.*
Decimumoctauum † remedium eſt ex diſpoſitione 56
*c.frequens.1 de reſtitut.ſpoliat libr.6.* per quod eſt in-
ducta pulchra, & notabilis prouiſio. Nam ſi ali-
quis violenter me ſpoliauit poſſeſſione alicuius rei,
& poſtea conuenit me in iudicio ſuper alia re, vel
actione, vel me criminaliter accuſat de aliqua in-
iuria: poſſum ego opponere ei exceptionem ſpo-
liationis illius rei; & petere, quod non audiatur in
actione, vel accuſatione ſua, niſi prius reſtituat mi-
hi illam poſſeſsionem, & ſic vigore illius *c.frequens.*
denegatur ipſi audientia, niſi prius reſtituat. Ve-
rum prius datur terminus quindecim dierum ſpo-
liato conuento, ad probandum ſpolium, & inte-
rim ſuperſedetur in cauſa mota per actorem: quo
probato, debet fieri reſtitutio, alias non proceditur
in ſua actione, vel accuſatione. Super hoc tamen
adhibetur iſta diſtinctio: quia ſiquidem actor agit
ciuiliter, poteſt ſibi opponi exceptio illius ſpolia-
tionis, ita demum ſi ipſe actor fuit, qui ſpoliauit, &
ſic qui poteſt conueniri interdicto; *vnde vi.* ſecus,
ſi ipſe non ſpoliauit, ſed eſt tertius poſſeſſor; quia
non opponitur ipſi dicta exceptio. Si vero agit cri-
minaliter; & tunc etiam ſi non ſpoliauit, ſed eſt ter-
tius poſſeſſor, opponitur ſibi dicta exceptio, dum-
modo ſpolium ſit tunc de omnibus bonis ipſius
conuenti, vel ſaltem de maiori parte bonorum. Ita
hæc omnia traduntur in text.*d.c.frequens.* & ibi Ge-
min.*in 3.colum.& in c.fin de ord.cogn.* & Abb.*in c.li-*
*teras.13.col.fin.de reſtitut.ſpol.& in c.cum dilectus 2.* &
ibi Abb. *in.3.colum.de ordin. cogn.* Et † de intellectu 57
illius *c.frequens.de reſtit.ſpol.in 6.* traditur plene *in*
*deciſ.18.conſil. Neapol.* & per Iaſ. & Doct. *in l.ſi te bo-*
*nis.10 C.de iure delib.* & per Socin.*in conſil.12.col.4.in*
*1.volum.* & fuit dictum plene ſupra in 8. diſtinct.
princ. in 4. quæſt. Decimumnonum † remedium 58
eſt condictio ex *cauſa reintegranda 3.quæſt.1.* quod eſt
pleniſsimum remedium, & magis generale, & vti-
lius inter omnia remedia poſſeſſoria, & concurrit
cum omnibus aliis remediis, ſecundum Lanfranc.
*in rubr.de cauſa poſſ.& propr.col.3.in 3.concluſ.* vbi etiã
dat cautelam pro libellante in poſſeſsione recupe-
randæ, vt in fine libelli deducat cõdictionem *ex d.c.*
*rein-*

*reintegranda.* Et quod concurrat cum aliis remediis poſſeſſoriis, tenet Alexand. *in conſil. 94. colum. fin. in 3. volum* & Abb. *in c. cum ad ſedem. 15. col. 10. in princip. de reſtit. ſpoliat.* Et datur iſtud remedium non ſolum pro rebus clericorum, vel Eccleſiæ, ſed etiam pro rebus laicorum generaliter, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, & iſta eſt communis concluſio, quæ ſeruatur in practica, quam tenet Lanfranc. vbi ſupra, & Alexan. *in conſil. 51. in princ. in 1. volum.* & idem Alex. *in d. l. rem, quæ nobis col. 5. ff. de acquir. poſſeſſ. & in conſil. 93. colum. fin. in 5. volum. & in conſil. 97 col. 2. verſic. & ex forma, &c. in 2. volum.* & habetur plene per Socin. *in d. l. rem, quæ nobis.* vbi plenius quam alibi, tractat materiam *d. c reintegranda. 3. quæſt. 1.* per 12. q. principales: quamuis contrarium, & male tenet Abb. *in c. cum ad ſedem. 15. colum. 10. circa fin. & in c. ſæpe. 18. colum. 3. in princip. de reſtitut. ſpol.* Competit autem dictum remedium generaliter ei, qui ſine iuſta cauſa cecidit à poſſeſſione, quæ peruenit ad alium, ſiue bona, ſiue mala fide, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue cum vitio, ſiue ſine vitio, ſiue cum titulo, ſiue non, & ſic datur etiam contra titulo poſſidentem, & iſte eſt verus & communis intellectus, quem poſuit Abb. *in d. c. cum ad ſedem. col. 10.* & Innocent. *in c. querelam 24. de elect.* & Alexand. *in d. conſ. 94. col. fin. in 5. volũ. & conſil. 6. col. 5. verſic. & ad hoc. & col. 5. in fin. in 3. vol.* licet Bart. *in d. l. rem, quæ nobis. 15. de acquir. poſſ.* teneat, quod non datur contra titulo poſſidentem. & idem Bart. *in l. fin. §. ſed cum in ſecundam 3. C. de fur.* & Alex. *in conſil. 118. in princip. in 2. vol.* per ea quæ habentur *in l. ſiue autem 9. §. ſi duobus. 4. ff de Publ. in rem act.* Tamen veritas & magis communis concluſio eſt in contrarium, vt ſupra, quam etiam tenet Alex. *in conſil. 117. col. 2. in 2. volum. & conſil. 91. colum. fin. in 5. volum.* vbi dicit communem opinionem eſſe contra Bart *in d. l. rem, quæ nobis.* & idem Alex. *in conſil. 92. col. 2. in fin. & col. 3. in 5. vol.* & habetur per Matth. *in deciſ. 161 conſil. Neapolitan. col. pen.* & Abb. *in dict. c. ſi diligenti. 17. de præſcript.*

[Hanc etiam opinionem amplectitur Gail. *lib. 2. obſeru. 75. num. 11.* & Menoch. *de recuperã. poſſeſſ. remed. 15. num. 89. & ſeqq.*]

Competit etiam hoc remedium malæ fidei poſſeſſori, ſecundum Alex. *in conſil. 6. col. 3. verſ. & ad hoc. in fin. & col. 4. verſ. præterea in 3. vol.* & Alex. *in conſ. 117. col. 2. in 2. vol.* & Socin. *in d. l. rem, quæ nobis 158. de acqu. poſſ. col. 6. verſ. 4.* & in hoc eſt pinguius quam remedium *l. ſi coloni. 14 C. de agri & cenſ. libr. 11.* quia illud datur tantum bonæ fidei poſſeſſori, vt dixi ſupra in 8. remedio. Item illud datur, quando res peruenit ad aliquem cum vitio, vt ibi: iſtud autem etiam ſine vitio. Item eſt pinguius, quam interdictum *vnde vi.* quia illud requirit violentiam: iſtud nõ. Item illud datur tantum ad res immobiles: iſtud vero etiam ad mobiles, & ad iura incorporalia, vt declarat Socin. *in d. l. rem, quæ nobis. colu. 11. verſ. circa quintam.* Item, illud non datur contra ſingularem ſucceſſorem, vt *l. cum à te. 7. ff. de vi & vi armat.* iſtud vero datur contra quemlibet poſſeſſorem, ſecundum Soc. *in d. l. rem, quæ nobis. 15. de acq. poſſ. col. 6. verſ. circa quartã.* Item eſt pinguius, quam remedium *c. ſæpe, de reſtitut. ſpol.* quia illud datur contra tertium poſſeſſorem cum vitio: iſtud etiam ſine vitio. Item, iſtud remedium durat perpetuo, & non præcluditur anno, ſed durat triginta, ſecundum Soc. *in d. l. rem, quæ nobis. col. 1. in fin. verſ. circa octauam.* & Anton. de Butr. & Doct. *in c. ſolicite. 2. de reſt. ſpol.* & Alexan. *in conſ. 60. col. 5. in 3. volum.* Vigeſimum † remedium eſt condictio ex *l. fin. C. de acquir poſſeſſ.* per quam eſt inductũ, 59
quod ſi is, qui alieno nomine poſſidet, alienat rem in alium, & ſic poſſeſſionem interuertit alienando: poteſt dominus reuocare poſſeſſionem à tertio poſſeſſore, condictione ex illa lege. Ex qua eſt inducta illa practica quotidiana, qua vtimur in regno, ſcilicet de petitione aſſiſtentiæ contra tertium poſſeſſorem. Nam quando debitor obligat omnia bona ſua cum poteſtate capiendi propria auctoritate, iuxta *l. creditores 3. C de pignor.* & cum conſtitutione precarii, per huiuſmodi conſtitutum transfert poſſeſſionem in creditorem, vt habetur *l. quod meo. 18. & l. interdum. 21. ff. de acqu. poſſ.* Si poſtea debitor alienat aliquam de rebus ſuis hypothecatis, cẽſetur interuertere poſſeſſionem creditoris. Vnde creditor agit aſſiſtentia contra tertium poſſeſſorẽ, ſuper illa re alienata, condictione ex *d. l. final. C. de acquir. poſſ.* ad receperandam poſſeſſionem ſuam, & in hoc non requiritur aliqua excuſſio debitoris principalis, propter dictum precarium, vt tenent Imol. Ludou. Roman. & Alexan. *in l. exitus controuerſiæ 35. ff. de acquir. poſſ.* & Bald. *in d. l. fin. colum. 1. C. de acquir. poſſ.* & de hoc in regno extat regia pragmatica, quæ incipit: *Aſſiſtentiam.* Reſultat † autem magna vtilitas ex *d. l. fin.* quia ſi creditor vellet agere a- 60
ctione hypothecaria, contra tertium poſſeſſorem, excluderetur præſcriptione decem vel viginti annorum, per tex. *in l. 1. & 2. C. ſi aduerſus cred. præſcr. oppo.* de quarum legum intellectu vide Alex. *in conſ. 58. col. fin. in 5. vol.* ſed quando agit aſſiſtentia per condictionem ex *d. l. fi. C. de acq. poſſ.* requiruntur triginta anni, ex eo; quia eſt actio perſonalis in rem ſcripta: contra quam non præſcribitur minori ſpacio triginta annorum, *l. ſicut. 3. l. omnes. 4. C. de præſcript. 30. annor.* ita de hoc eſt *deciſio 139. conſil. Neapol.* vbi deciditur iſte caſus in terminis, vnde ſequitur concluſio, quod creditor poteſt agere aſſiſtentia contra tertium poſſeſſorem, vſque ad triginta annos. Et prædicta intelliguntur, quando is, qui alieno nomine poſſidet, interuertit poſſeſſionem alienando tantum, & non alio modo, gl. eſt, & ibi Alex. *in l. qui vniuerſas. 30. §. fin. ff de acquir. poſſeſſ.* † Vigeſimum 61
primum remedium in regno eſt condictio ex conſtitutione regni, quæ incipit: *Circa violentiarum.* Per quam eſt nouiter inductum, quod quando deiector cecidit a poſſeſſione, eſt in arbitrio excluſi,

agere contra ipſum deiectorem, vel eius hæredem ad intereſſe (dato quod non poſſideat) vel agere cõtra poſſeſſorem, (etiam ſi ad mille manus trãſiuerit poſſeſſio) pro illius recuperatione, ſiue fuerit poſſeſſor in bona fide, ſiue in mala, vt ibi habetur. Et ſic per dictam conſtitutionem corriguntur duæ leges iuris communis, videlicet, *l. cum à te. 7. ff. de vi & vi armat.* quæ prohibebat dari remedium poſſeſſorium contra ſingularem ſucceſſorem. Secundo corrigitur *c. ſæpe. 18. de reſtitut. ſpol.* per quod dabatur iudicium contra ſingularem ſucceſſorem malæ fidei tantum, & non bonæ fidei: vnde dicta conſtitutio videtur habere plenius ac pinguius remedium, ſi-
62 cut *can. reintegranda.* † Vigeſimum ſecundum remedium in regno eſt, per tria capitula regni, quorũ vnum incipit *Omnis prædatio*, aliud incipit: *Ad regale faſtigium*, & aliud incipit: *Finis præcepti, charitas*, quibus nouiter eſt inductum, quod quando clericus, vel alia Eccleſiaſtica perſona ſpoliaret aliquem laicum ſua poſſeſſione: poteſt ille laicus adire iudicem ſecularem, & implorare officium ſuum ſuper eius defenſione, vt per viam extraiudicialem aſſiſtat ad defendendum ipſum, & reſtituat eum in ſua poſſeſſione, qui iudex facit vnam citationem per edictum, vt quicunque ſua putauerit intereſſe, compareat infra talem terminum, viſurus iuramenta teſtium, & allegaturus quidquid dicere, & allegare voluerit, quare ille ſpoliatus non debeat reſtitui: & ſic capiet informationem de iuribus ſpoliati, per quandam viam extraiudicialem, & ſummariam: & ſic cum cõpeterit, qualiter fuit indebite ſpoliatus, reſtituet eũ in ſua priſtina poſſeſſione, vt habetur in *d. c.* & eſt noua prouiſio, & notabilis. Nec poteſt dici, quod clericus citatur coram iudice ſeculari: quia quando citatur, ſi ſua putauerit intereſſe; tũc comparens, dicitur comparere vt actor, non vt reus, & ſic ſua comparitio eſt voluntaria, non neceſſaria, ſecundum Bald. *in l. teſtamen. 2. omnia & ibi etiam Alexan. in fine & Paul. Caſtren. C. de teſtame.* & habetur plene *in deciſ. 2. & 24. conſil. Neap. l.* & per Luc. de Pen. *in l. ſi col. ni. 5. colum. antepenult. & penult. C. de agric. & cenſ. libr. 11.* in quibus locis plene tractãt de intellectu dictorum c. regni. *Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.*

[An autem petitorium, & poſſeſſorium in eodem iudicio cumulari poſsint, controuertunt Doctores in tres diuerſas ſententias diſcedentes, quarum quæ probabilior ſit; vide Fachin. *lib. 8. controuerſ. iur. cap. 6. per tot.*]

## IVDICIORVM VIII. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud competens, & aliud incompetens.*

2 *Iudex competens quis dicatur, & quis incompetens, & ex quibus cauſis cognoſcitur.*

3. *Iudex incompetens reſpectu cauſæ principalis, poteſt eſſe competens quoad acceſſoria: quia ad expenſas poteſt condemnari.*

4 *Clericus inuentus de nocte in proſtibulo, vel in alio crimine, capi poteſt per familiam iudicis ſecularis, & duci ad epiſcopum.*

5 *Clericus ſuccumbens coram iudice laico, poteſt per eum ad expenſas condemnari.*

OCTAVA principalis diſtinctio iudiciorum eſt, quia † iudicium aliud competens, aliud in- 1
competens. Iudicium competens dicitur illud, quod ventilatur coram iudice competenti. Dicitur autem iudex competens, qui habet iuriſdictionem, & eius exercitium ſuper litigantes, vt declarat Cardi. *in Clemen. 2. in 3. quæſt. vt lite pend.* etiam ſi poſſet eius iuriſdictio elidi per exceptionem, ſecundum gloſſ. & Car. *ibi.* Iudicium vero incompetens dicitur, quod tractatur coram iudice incompetenti, de quo habetur per tot. *C. ſi à nõ comp. iud.* Dicitur autem iudex incompetens, non ſolum reſpectu defectus iuriſdictionis, ſed etiam ex quam pluribus cauſis, *de quibus per Card. in d. Clem. 2. in 3. quæſt.* vbi vide. Sunt autem multi caſus, in quibus ratione alicuius cauſæ ſpecialis, iudex alias incompetens, efficitur competens: & quis ſortitur forum iudicis non ſui, de quibus caſibus ſpecialibus tractat plene Specu. *in tit. de compet. iud. adit. § 1.* vbi cumulat quinquaginta duos caſus, & plenius per Mat. Socin. *in rub. extra de foro compet.* quos breuitatis cauſa hic non repeto ſed ad dicta per eos me remitto; quia potius eſſet eorum dicta transcribere, quam aliquid noui dicere. † Vnum tamen ſcias, 2
quod eſt notandum in practica: quod licet iudex incompetens reſpectu cauſæ principalis fuerit; tamen poteſt ſe intromittere, quoad acceſſoria: vnde ſi quis impetrat aliquem delegatum per falſum reſcriptum, licet ille ſit iudex incompetens; quia reſcriptum falſum non potuit ei dare iuriſdictionem; tamen poteſt illum impetrantem condemnare in expenſis, & etiam ipſum carcerare. Et † i- 3
dem in eo, qui temere adit iudicem incompetentem: quia poteſt ab eo condemnari in expenſis, & intereſſe. Ita tenet Felin. *in c. 1. colum. 4. de iud.* & Abb. *in c. dilectus 34. el. 3. colum. 1. de præbendi.* & Ioan. de Anan. *c. inſuper. eod. colum. 2. de crimi. falſ.* vbi etiam tangit illam quæſtionem.

[Qui in criminali negotio aliquem ad vetitum examen ſeu iudicem incompetentem trahit, cauſam perdit. *l. in criminali negotio. C. de iurisdict. om. iud.* Idque obtinet in aliis cauſis, ſiue quis ordinarie litiger, ſiue petat executionem alicuius ſententiæ, vel inſtrumẽti, vt videlicet actor cauſa cadat, reus autem habeatur pro confeſſo. An autem actor pœnitendo hanc pœnam euitare poſſit, & quam diu pœnitentia locum habeat, an vſque ad ſententiam, vel litis conteſtationem tantum. Item an ea pœna locum habeat, ſi vocatus ſcienter litigat coram

coram iudice incompetente, vel ſi exceptione incompetentiæ oppoſita, iudex ſe competentem pronunciet, & reus non appellet, vel iudex ſe incompetentem pronunciet Et quæ præterea requirantur, vt locum habeat. Item, an prædicta lex in foro adhuc obſeruetur, vel per deſuetudinem abrogata ſit, vide Alex. Trentacinqu. *libr. 1. pract. reſolut. de iudic. reſolut. 10.*)

4 An † familia iudicis ſecularis poſſit capere clericum repertum de nocte in proſtibulo, vel in alio crimine, & ducere eum ad Epiſcopum? & tenet, quod ſic. Idem † dicimus in clerico vocante lai-
5 cum in ius coram iudice laico; quia ſi ſuccumbit, condemnatur in expenſis per iudicem laicum, ita tenet Felin. *in c. at ſi clerici. 4. colum. 6. in fin. & ibi etiam Ioan. de Imol. de iud* & alias dixi ſupra. *Rob. Mar. V. I. D.*

## Iudiciorum IX. Distinctio.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud ordinarium, & aliud ſummarium.*
2 *Cauſa ſummaria quot modis dici poſſint.*
3 *Princeps ſolus & non inferior, cauſam ſummarie committere poteſt.*
4 *Supplicans ſi petat cauſam ſummarie committi, & Princeps dicat;* audiat talis, & iuſtitiam faciat; *an ſummarie imperaſſe videatur.*
5 *Princeps non cenſetur cauſam ſummarie committere, niſi expreſſe dicat.*
6 *Clauſula,* fiat vt petitur; *in reſcripto poſita, quid importet.*
7 *Abſolutio ſimpliciter conceſſa à pluribus excommunicationibus, ad omnes refertur.*
8 *Clauſula ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, quid importet.*
9 *Citatio, eſt iuris naturalis.*
10 *Probationes ſunt de iure diuino.*
11 *Verba;* ſine figura iudicii; *quid importent, & ponitur intellectus iurium municipalium regni. & numer. 12.*
12 *Libellus nõ requiritur, vbi proceditur ſine figura iudicii, ſed requiritur qualis qualis petitio, quæ eſt de iure naturali, & omitti non poteſt, & nu. 13.*
13 *Libellus generalis, & incertus, an admittatur, vbi ſine figura iudicii proceditur.*
14 *Libellus ineptus procedit, vbi proceditur ſine figura iudicii.*
15 *Copia primæ petitionis datur reo ſumptibus actoris in regno.*
16 *Libellus procedit in regno, etiamſi petatur ſolum cogi, & compelli. Idem, ſi agatur ex vna cauſa, & probetur de alia, num. 17.*
18 *Libellus in regno non requiritur in ciuilibus, imo cauſa poteſt incipere ab articulis.*
19 *Feriæ inductæ ad honorem hominum, vt feriæ meſſium & vindemiarum, non ſeruantur in regno.*
20 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ciuilibus in regno. ſed actus ille, qui immediate ſequitur, habet vim litis conteſtationis.*
21 *Dilationes ſunt breuiandæ, in quantum fieri poteſt in cauſis ſummariis.*
22 *Publicatio non requiritur in cauſis ſummariis, & an in cauſis ordinariis dicatur de ſubſtantia cauſæ, vel de iuſtitia.*
23 *Concluſio non requiritur in cauſis ſummariis.*
24 *Concluſio in ordinariis, an ſit de ſubſtantia proceſſus.*
25 *Sententia, qua iudex condemnauit dominum, & non procuratorem litigantem pro domino, valet.*
26 *Iudex non habet neceſſe pronunciare ſuper incidenti, in cauſis ſummariis, ſed poteſt illud decidere vna cum principali.*
27 *Sententia lata in cauſis ſummariis pro abſente non citato, valet.*
28 *Iudex, an & quando poſſit interrogare principalem, vel teſtes, etiam ad inſtantiam partis, poſt concluſum in cauſa, in ordinariis.*
*Et quid in ſummariis num 30. 31.*
29 *Iuramentum ſuppletorium deferri non debet poſt concluſum in cauſa ad inſtantiam partis: niſi ante petitum fuerit, ſed ſic ex iudicis officio.*
32 *Clauſula;* ſola facti veritate inſpecta; *quid importet.*
33 *Sententia poteſt ferri non conformis libello, vbi proceditur, ſola facti veritate inſpecta.*
34 *Teſtes aſſignantes cauſam non concludentem, fidem faciunt in ſummariis cauſis. Idem eſt in teſtibus infantibus, & alias à iure reprobatis.*
35 *Iudex ferre poteſt ſententiam diffinitiuam ſtando, vbi ſola veritate inſpecta proceditur.*
36 *Sententia diffinitiua fertur contra contumacem etiam lite non conteſtata, in cauſis ſummariis.*
37 *Sententia ferri debet in ſcriptis, etiam in ſummariis.*
38 *Legitimatio perſonarum ſemper requiritur in cauſis, etiam ſummariis.*
39 *Clauſula,* ſola facti veritate inſpecta; *intelligitur de tali veritate, cui ius patrocinatur.*
40 *Cauſa principalis quando eſt ſummaria, omnes eius articuli ſunt ſummarii.*
41 *Cauſa ſummaria ab ordinaria, quomodo cognoſcatur.*
42 *Cauſa ſummaria eſt omnis cauſa Eccleſiaſtica, vbi agitur de electione, præbenda ſeu beneficio Eccleſiaſtico. Quod quando procedat, vide ibid.*
43 *Cauſa poſſeſſorii dicitur ſummaria, & an in ea requirantur plenæ probationes, & aliæ ſolennitates.*
44 *Appellari an & quando poſſit à ſententia lata in poſſeſſorio.*
45 *Appellatio ab interlocutoria in poſſeſſorio, de iure ciuili poteſt fieri, ſed à diffinitiua non appellatur, & quæ ſit ratio.*
46 *Cauſa ſummaria, an & quando requirat plenas, & quando ſemiplenas probationes.*

47 *Agens interdicto retinendæ, tenetur ad petitionem rei, declarare modum turbationis.*

48 *Cauſa, quæ in curia mercatorum ventilatur, dicitur ſummaria.*

49 *Confeſſio extraiudicialis parte abſente facta, facit plenam probationem in curia mercatorum, de æquitate canonica.*

50 *Nundinæ, & mercata an differant.*

51 *Nundinæ vnde dicantur, & num. 53.*

52 *Nundinæ, & mercata idem ſunt aliquando, & nu. 54*

55 *Nundinæ ſunt hominibus neceſſariæ.*

56 *Mercatura an ſit ars ſordida.*

57 *Mercator quis dicatur, & num. 59. 60. 61.*

58 *Mercator quando quis dicatur ex vnico actu mercãdi, & num. 63.*

62 *Scholares quando gaudeant priuilegio ſcholarium.*

63 *Mercator an dicatur, qui per factores exercet mercaturam.*

64 *Locatores equorum num mercatores ſint?*

65 *Locans poſſeſſiones ſuas, & conducens alienas, dicitur mercator, & num. ſeq.*

66 *Agricola an dicatur mercator, & num. ſeq.*

67 *Negociator an is dicatur, qui fructus prouenientes ex fundis vendit.*

98 *Mercator an dicatur, qui de præſenti mercantiam non exercet, licet de præterito exercuerit.*

69 *Negociator quis proprie dicatur*

70 *Collegium mercatorum, an poſſit ſtatuta facere.*

71 *Statuta mercatorum, an in quolibet foro ſeruentur, & num. 72.*

73 *Mercator forenſis, nunquid ligetur ſtatuto mercatorum illius loci, vbi contraxit.*

74 *Statutum mercatorum, vt contra ſcripturas eorum, nulla opponi poſſit præſcriptio, an valeat?*

75 *Statutum, quod pater teneatur pro filio, nunquid valeat?*

76 *Statutum, quod emens rem in publico foro, non teneatur domino reſtituere, nunquid valeat?*

77 *Statutum, quod credatur libro mercatoris, comprehendit mercatorem de præterito.*

78 *Coaceruari, & cumulari quando debeant plures & paruæ ſummæ.*

79 *Falſa an reddatur ſubſcriptio ſi dicatur;* Titius & ſocii; *& tamen vnus eſt ſocius.*

80 *Stante ſtatuto, quod filius mercator obligetur: qualiter intelligatur.*

81 *Dotem an teneatur mercator ſtatim reſtituere, non expectato anno, ſoluto matrimonio.*

82 *Conueniri quis poſſit coram iudice mercatorum, & 83. & 85.*

84 *Depoſitarius poteſt cogi, vt reſtituat depoſitum, per iudicem non ſuum.*

86 *Conueniri pro quibus cauſis poſſint venientes ad nundinas, coram magiſtro nundinarum. & quid de cõſuetudine, num. 87. 90. 91. 92.*

88 *Mercatores, an conueniant, vel conueniantur pro aliis cauſis, quam ſpectantibus ad mercantiam.*

89 *Sententia non valet, ſi eſt lata per conſules artis, in rebus non ſpectantibus ad artem.*

93 *Hæres mercatoris, nunquid conueniatur coram iudice mercantiæ.*

94 *Socius in mercantia, nunquid in ſolidum teneatur pro contractu ſocii, & num. 95.*

96 *Debitor duorum in ſolidum, ſi poſtea promiſit per aliam ſcripturam vni tantum: an iſtud debitum debeat communicari cum nominato in prima ſcriptura?*

97 *Socius, an poſſit in cauſa ſocietatis compromittere?*

98 *Socius quando teneatur conſocio, ſi fuit diſturbatus.*

99 *Redhibitoria, vel quanto minoris, an agi poſſit contra vnum ex venditoribus, ſi plures ſint venditores, nec omnes reperiantur*

100 *Socius an habeat beneficium ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, & num. 101.*

102 *Socius, qui noluit contribuere in expenſis circa refectionem rei communis, an perdat partem ſuam.*

103 *Socius an deducat expenſas factas in itinere à corpore ſocietatis.*

104 *Socius, tenetur conſocio, de dolo, & culpa.*

105 *Inſtitor, an obliget dominum*

106 *Mercator matriculatus in diuerſis artibus coram quo conueniatur.*

107 *Mercator, an poſſit eſſe matriculatus in diuerſis artibus*

108 *Conſules mercatorum an poſſint citare per edicta.*

109 *Merces, an veniant in generali obligatione.*

110 *Et an merces futuræ veniant in generali obligatione.*

111 *Merces ſi vendantur, an remaneant hypothecatæ.*

112 *Merces venales inductæ in apotheca, an veniant in tacita obligatione.*

113 *Merces an poſſint vendicari à vero domino.*

114 *Reconuentio, an habeat locum coram iudice mercatorum*

115 *Promittens ſoluere Romæ, Capuæ, & Venetiis, & in die S. Marci, an poſſit ibi conueniri, ſi non reperiatur ibi.*

119 *Promittens ſoluere centum, & quod ſi non ſoluit, promiſit decem, an licite petantur iſta decem.*

117 *Promittens ſoluere Romæ, ſi ibi non reperiatur ipſe, ſed procurator, an poſſit conueniri.*

118 *Clerici conueniantur coram iudice mercantiæ.*

119 *Pater, an teneatur pro contractibus filii, ſi paſſus fuit eum negotiari.*

120 *Suſpectus, an & quando, contrahens in nundinis, allegari poſſit.*

121 *Pœna obligationis, an debeatur in curia mercatorum.*

122 *Præceptum vnius iudicis, an exequi poſſit per alium.*

123 *Domus mercatorum ſunt exemptæ ab hoſpitando milites.*

124 *Incudes, & malleus non veniunt in generali obligatione.*

125. Mer-

125 Mercator qui habet multa nomina debitorum, an poſſit iurari ſuſpectus.
126 Mercator fugitiuus an liberetur, ſi creditores ceperint omnia bona eius,
127 Mercator, tanquam ſuſpectus captus, an debeat liberari, ſi captura eſt iniuſta, & tamen conſtat de debito.
128 Carceratus ad inſtantiam vnius, an poſſit recommendari ad inſtantiam alterius.
129 Captus pro vna cauſa, an poſſit pro alia recommendari per eundem.
130 Mercator ceſſans & fugitiuus, an poſſit torqueri, vt indicet pecunias.
131 Mercatores falliti, non poſſunt cedere bonis.
132 Pacta facta mercatoribus fallitis, non ſunt ſeruanda.
133 Inſtrumentum ſecundum formam ritus, nunquid præſentari poſſit in curia nundinaria.
134 Vxor gerens mercantiam, nunquid videatur gerere de voluntate viri.
135 Minor matriculato in arte, an detur reſtitutio in integrum.
136 Socius an poſſit accuſare de morte ſocii.
137 Promittens ſoluere centum, & ſi non ſoluerit centum & vigintiquinque, quomodo intelligatur hæc promiſſio.
138 Filius, qui recipit pecuniam pro morte patris, an teneatur creditoribus ſoluere.
139 Mercator conuenitur ex qualibet promiſſione.
140 Mercator, qua actione teneatur ad ſoluendum mercedem ſanſario, pro venditione rerum.
141 Mercator an poſſit conueniri Lugduni, pro contractibus celebratis per ſuos factores.
142 Præuentio facta in curia debitoris, an rite ſit facta.
143 Obligatus reddere rationem infra certum terminũ, quid debet facere, vt non incidat in pœnam.
144 Mediatores, ſeu ſanſarii nunquid teneantur de dolo, & culpa.
145 Redhibitoria an agit, qui emit mediante proxeneta.
146 Compenſatio, an & quando fiat, ſi in libro mercatoris contineatur ſe eſſe creditorem, & debitorem
147 Intereſſe poteſt peti, ex nouo iudicio, per eum mercatorem, cuius merces fuerunt ſequeſtratæ, ſi ſequeſtrum fuit reuocatum.
148 Depoſitarius reſtituens depoſitum iuſſu iudicis, an ſit liberatus.
149 Mercatorum iudicium, quare ſit ſummarium.
150 Æquitas, in quo conſiſtat in curia mercatorum.
151 Æquitas quæ ſit, & quis rigor.
152 Æquitas debet ſemper haberi præ oculis, & numer. 157.158.159.160.161.
153 Vltima opinio cenſetur approbata, niſi prima eſſet æqua.
154 Ius ciuile attenditur, etiam in foro Eccleſiaſtico, ſi ſapit æquitatem.
155 Subtilitas inueſtigatiua veritatis commendatur.
156 Teſtes etiam poſt concluſum in cauſa, producuntur, ſi dictat æquitas.
162 Rigor quid ſit.
163 Æquitas qualiter à iure deſcendat.
164 Citatio non requiritur in curia nundinarum.
165 Libellus in ſcriptis, an detur in curia nundinarum.
166 Vſurarum cauſa eſt ſummaria, in curia Eccleſiaſtica.
167 In crimine vſurarum, deuenitur ad torturam, ſtantibus indiciis.
168 Alimentum cauſa, dicitur ſummaria.
169 Cauſa omnis contra confeſſum, eſt ſummaria.
170 Cauſa contra religioſos, eſt ſummaria.
171 Cauſa eſt ſummaria, quæ de monachatu agitur.
172 Matrimonialis cauſa eſt ſummaria.
173 Cauſa reſtitutionis dotis ſummaria dicitur.
174 Cauſa ſummaria dicitur, quando ad decimas agitur.
175 Cauſa omnis executiua, eſt ſummaria.
176 Cauſa dicitur ſummaria, quando præſentatur inſtrumentum, ſecundum formam ritus magnæ curiæ in regno.
177 Omnis cauſa, quæ contra abſentem agitur, ſummaria dicitur.
178 Cauſa dicitur ſummaria, quando tertius venit ad impediendum executionem.
179 Teſtium repulſa non admittitur in cauſis ſummariis, in quibus ſufficit ſemiplena probatio.
180 Cauſa ſummaria dicitur, vbi agitur ad exhibendum.
181 Cauſa dicitur ſummaria, quando agitur contra tributorum debitores.
182 Quando agitur contra gabellarios indebite exigentes, cauſa ſummaria dicitur.
183 Cauſa eſt ſummaria, quando mittitur quis in poſſeſſionem ex primo decreto.
184 Legatarius quando petit ſatiſdationem ab hærede, dicitur cauſa ſummaria.
185 Cauſa dicitur ſummaria, quando agitur, an actio ex teſtamento præponatur actioni præiudiciali.
186 Teſtes quando examinantur ad perpetuam rei memoriam, cauſa eſt ſummaria.
187 Cauſa naufragorum ſummaria dicitur, expeditur leuato velo, & in ea poteſt iudex ex officio procedere.
188 Cauſæ breues, ſeu modicæ ſummæ, ſunt ſummariæ.
189 Cauſa quæ dicantur breues, modicæ, & quæ magnæ.
190 Statur ſoli informationi, & relationi iudicis in cauſa modica.
191 Teſtis vnus facit fidem in cauſis modicis & ſummariis.
192 Fama probat in cauſis modicis.
193 Cauſæ pauperum & miſerabilium, ſunt ſummariæ, & expediuntur de plano, & ſine ſolutione ſportularum.
194 Miſerabiles perſonæ trahunt aduerſarios ſuos coram Imperatore, & laicos coram iudice Eccleſiaſtico.
195 Pupillus & vidua dicuntur miſerabiles perſonæ, quando ſunt pauperes, alias ſecus.

196 *Pauperes litigantes in iudicio non tenentur ſoluere ſportulas.*

197 *Vbicunque agitur de ſalario, ſeu mercede laboris, dicitur cauſa ſummaria.*

198 *Cauſa eſt ſummaria, quando agitur de probando impedimento, ad obtinendam ſecundam dilationem.*

199 *Cauſa dicitur ſummaria, quando agitur de leuibus delictis.*

100 *Vbi agitur de crimine læſæ maieſtatis, cauſa ſummariè expeditur.*

201 *Cauſa ſummaria dicitur, quando agitur de dando tutore, vel curatore pupillo per iudicem.*

202 *Mundualdus dari poteſt mulieri, etiam à iudice deambulante.*

203 *Proceſſus inordinatus factus ab eo, qui incipit procedere ordinariè prius, an valeat, & nu. 88. & 89.*

204 *Teſtamentum, quod in ſcriptis non valet, minime valet vt nuncupatiuum, n. 96.*

205 *Arbiter, qui vt arbitrator procedere poterat, ſi cœpit procedere vt arbiter, & poſtea inordinatè, an proceſſus valeat.*

206 *Teſtamentum in ſcriptis, quando non valuit iure communi, valebit iure militari.*

207 *Nemo videtur viam elegiſſe, per quam actus, & voluntas ſua impugnetur.*

208 *Libellus ineptus non vitiat proceſſum, in cauſis, in quibus non requirebatur.*

209 *Informatio capta per teſtes inhabiles, in caſibus, in quibus teſtes non requirebantur, valet.*

210 *Actus qui ſine aliqua ſolennitate expediri poterat, non vitiatur, ſi ita ſolennitas inutilis interuenit.*

211 *Intellectus ad gl.* l. proinde. § notandum in fin. ff. ad leg. Aquil.

212 *Intellectus ad* l. contractus. C. de fide inſtrum.

213 *Cauſa ordinaria an poſſit fieri ſummaria, conſenſu partium.*

NONA diſtinctio principalis iudiciorum eſt; quia † iudicium aliud dicitur ordinarium, & 1 aliud ſummarium. Iudicium ordinarium dicitur illud, quod ordinariè tractatur, iuris ordine ſeruato, ſcilicet, præcedente libello, interueniente litis conteſtatione, publicatione, & concluſione, & cum aliis ſolennitatibus iuris poſitiui in iudicio requiſitis, de quibus habetur *in l. 1. & in authent. offeratur, C. de litis conteſt. & in l. prolatam. 4. & ibi Bart. & Doct. C. de ſent. in c. quoniam contra 11. de probatio.* ſine quibus ſolennitatibus iudicium eſſet nullum, vt ibi habetur. Iudicium ſummarium eſt illud, quo ſummariè tractatur ſine ſolennitatibus prædictis, de quo habetur *in Clem. ſæpè. 2. & ibi Card. & Doct. de verb. ſig.* & per Bart. *in conſt. extrauag. ad reprimendum in verſ. ſummariè & in verſ. & figura.* & Bald. *in l. iudices 9 C. de iud.* Super hac tamen materia iudicii ſummarii, quæ eſt valdè vtilis, maximè in regno, in quo per iura municipalia omnes cauſæ ciuiles, ſunt ſummariæ: puto oppoRtunum eſſe, attingere hic DVAS QVÆSTIONES PRINCIPALES. Et prima quæſtio erit; Quot modis cauſa poteſt dici ſummaria, ſeu iudicium ſummarium. Secunda quæſtio erit; Quæ ſpecialitates ſunt introductæ in iudicio ſummario, in quibus differt ab ordinario. † Venio ad PRIMAM QVÆSTIONEM, 2 in qua dico: quod cauſæ ſummariæ pluribus modis dicuntur. Et PRIMO, dico, quod CAVSA SVMMARIA eſt, quando princeps committit, quod procedatur ſummariè, & de plano, ſimpliciter, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſeu leuato velo, vel extraiudicialiter. Et ſuper hoc eſt ſciendum, † quod 3 talis commiſſio non poteſt fieri, niſi per ſolum Principem non recognoſcentem ſuperiorem, non autem per inferiorem à Principe, vt not. gloſſ. *in d. Clem. ſæpè. 2. in prin. in verb. mandamus. de verbo. ſign.* & ibi etiam Card. *in 11. & 12. quæſt.* & gloſſ. *in c fin. de hæret. lib. 6.* & Card. *in Clem. diſpendioſam in fi. de iudi.* & Ioan. de Ana. *in c olim 26. colum. 3. in prin. de accuſ.* & ibi etiam Felin *in 3 volum.* qui dicit, quod in Legato de latere requiritur ſpeciale, quod de ſtylo poteſt cauſam ita committere, licet non de iure. adde Alexand. *in conſil. 106. colum. 5. in prin. in 4 volum.* & Socin. *in conſil. 96. colum. 2. in 1. volum.* † Sed 4 iuxta hoc cadit pulchrum dubium. Pone, quod impetrans porrigit ſupplicationem Principi, in qua narrat factum cauſæ, & in fine ſupplicationis, petit cauſam committi ſummariè, ſimpliciter, & de plano, &c. Princeps vero in ſuo reſcripto nihil ſpecificat, niſi quia tantum dicit hæc breuia verba: *Audiat talis, & iuſtitiam faciat*; an per hæc videatur cauſam commiſiſſe ſummariè. Dic, quod non. † Quia 5 nunquam Princeps cenſetur cauſam ſummariè committere, niſi expreſſe hoc dicat, ita de hoc eſt deciſio in terminis Rotæ, *in deciſ. 358.* quæ incipit; *Si in commiſſione. in noui.* & illud dictum refert, & ſequitur Alexand. *in conſil 93 colum. 1 verſic. ad hoc, in 2 volum.* nam illa verba (quod iuſtitiam faciat) intelliguntur, quod Commiſſarius ſeruet iuris ordinem, & veritate comperta faciat id, quod iuris eſt, ita dicit Ange. *in § exhæredatos in. Auth. de hære. & fal.* & Bald *in c. cum veniſſet. 25. colum. 2 de teſtib.* Bald. in Iaſ. *in l. iuſtitia. 10 colum. 1 ff. de iuſtit. & iur.* Si enim Princeps voluiſſet procedi ſummariè, hoc expreſſiſſet; ſecus eſt, ſi Princeps in reſcripto & eius ſignatura diceret: *Audiat talis, & procedat ſummariè, &c.* non ſpecificãdo alias qualitates, ſeu clauſulas; quia tunc non omnia imperata, cenſentur conceſſa, ita eſt deciſio in terminis Dominorum de Rota *in deciſ. 77* incip. *Si petitur, &c. in nouis.* & ſequitur Alexan. *in conſil. 24. colum. final. in 1. volum.* † Idem putarem, 6 quando Princeps nihil aliud ſpecificando diceret in ſignatura; *fiat, vt petitur.* Quia per hæc verba cenſetur velle committere ſummariè, &c. ex quo reſcriptum ſemper adaptatur ad ſupplicationem: & conceſſio ſimpliciter facta in reſcripto, referuatur ad

ad omnia ſupplicata, ſecundum Alex. *in d. conſil. 78. col fi in 2 volum.* & Iaſ *in l. 1. C. de diuer. reſ. in 2. colum.* & Pet Phil. Cor. *in conſ 220. in 2. volum.* quod confirmatur ex his, quæ dicit Bald. *in c. inter dilectos. 6. col. penult de fid. inſtrum.* vbi dicit, quod ex forma ſupplicationis declaratur intellectus priuilegii concesſi.
7 † Item facit, quod not. Abb. *in c. cum pro cauſa 27. colum final. de ſenten. excommun.* vbi dicit, quod ſi petatur generalis abſolutio à pluribus excommunicationibus, & concedatur ſimpliciter, refertur ad omnes. Pro hoc eſt text. *in l. ſi defenſor 9 §. qui interrogatus 3. ff. de interrog act. & § præterea Inſtit. de inutil. ſtipul* Verum licet iſta opinio in hoc vltimo dicto videatur ſuſtentabilis: tamen veritas eſt in contrarium, quod non videatur committere ſummarie per illa verba; *Fiat, vt petitur.* ex quo committere cauſam ſummarie, eſt contra ius commune: & illa clauſula; *Fiat vt petitur,* quando poteſt ſe referre ad alia ſupplicata, quæ ſunt ſecundum ius commune, non refertur ad ea, quæ ſunt contra ius commune. Ita in propriis terminis hunc caſum decidit Phil. Cor. *in conſil. 5. col. 3. in litera P. & conſil 119. colum. 5. in prin. in 2. volum. & in conſil. 312. in 3. vol.* vbi plene de hoc. Et de iſto verbo, *fiat,* appoſito in reſcriptis, quid importet, vide Bald. *in l. cum apud 2. C. de communi ſeru. manum.* vbi dicit, quod importat conceſſionem gratiæ ſtatim ipſo facto ante, quam gratia
8 bulletur. † Quid autem importent illa verba, *ſummarie, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii?* Dic, quod per ea cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates iuris poſitiui, ſecundum Alexand *in conſil. 6. colum. 2. in princip. in 3. volum.* adeo, quod ſolum decidi poteſt cauſa ſecundum merum ius gentium, ſecundum Bartol. *in extrauagan. ad reprimendum in verſic. videbitur.* vnde poſſunt tunc iudices cauſas expedire manu regia, prout olim tempore iuriſgentium, ita tenet Ludo. Roman. *in conſil. 20.* & Petr. Philip. Corn. *conſil. 44. in 4. volum* & Socin. *in conſil. 12. colum. 2. in 1. volum.* & Iaſon. *in l. certi condictio 9. § ſi nummos. 9. colum. 7. ff. ſi certum pet.* Poteſt enim iudex propter talia verba expedire cauſas eo ordine quo poteſt Princeps: ſed Princeps poteſt ſequi ſolam veritatem, omiſſo ordine iuris ciuilis, ſecundum Bald. *in c. 1. §. in inueſtitura, colum. fi de noua. form fidel* & Bartol. *in l. Aemilius 38 col. fin. ff. de minorib* ergo eodem modo iudex, propter dictam clauſulam, ex permiſſu Principis, pro hoc facit text. *in c. ad petitionem de accuſ.* Non tamen poteſt tunc o-
9 mitti † citatio; quia illa eſt iuris naturalis, ſecundum Soc. *in d. conſ. 12. col. 2. in 1. volum.* & habetur *in*
10 *Clem. paſtoralis de re iud* Nec † poteſt iudex omittere probationes neceſſarias; quia illæ ſunt de iure diuino, quo cauetur, vt in ore duorum vel trium, ſtet omne verbum vt habetur *Matth. ca. 18. & in c. nouit. de iur.* & hoc eſt expreſſe reſeruatū in regia pragma. prima quæ incipit, *Diſpendia.* Poſſem hic congruenter quærere ſigillatim de ſingulis verbis prædictis, quid importent, ſcilic. de verbo ſummarie, de verbo ſimpliciter & ſine ſtrepitu, & ſic de ſingulis abſolute, & ſeparatim: tamen quia iſta verba ſunt plene declarata per gl. & Card. & alios ſcribentes *in d. Clem. ſæpe. 2. de verb ſign.* & Card. *in Clem. diſpendioſam. de iud* & Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum.* & Bald. *in l. nec quicquam 9. § de plano. 3. ff. de offic. proc.* & Felin. *in c. dilecti. 6 de iud.* ideo ad dicta per eos me remitto. Solum hic nitar declarare duo † verba ex 11
prædictis, quibus vtimur in regno, in cauſis ciuilibus, ſcilicet illa verba: SINE FIGVRA IVDICII: quibus vtitur dicta regia pragmatica. & illa verba: SOLA FACTI VERITATE INSPECTA, quibus vtitur capitulum regni, *Deteſtantes,* per quæ duo iura municipalia, omnes cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ. PRIMO igitur QVÆRO, quid IMPORTENT illa verba; *ſine figura iudicii?* Dic, quod cenſetur relaxata omnis forma, & figura iudicii, & ſic omnis ordo iudiciarius, eſt enim figura ipſa facies iudicii: prout eſt, quando ordinarie proceditur, ita declarat Bald. *in l. nec quicquam. §. de plano, col. 2. ver. quid ſi cōmittitur ſine figura, &c. ff. de off proc.* & Anch. & Dd. *in c. indemnitatibus 43. de elect. lib. 6.* & gloſſ *in d. Clem. ſæpe. in verſ. non exigat.* & gloſſ. *in c. fin de hæret lib. 6 in ver. figura.* Vnde iſtud ſolum verbum; *ſine figura iudicii* eſt tantæ importantiæ, vt faciat cauſam ſummariam, in qua procedi poteſt omiſſis omnibus ſubſtantialibus iudiciorum, & omiſſo omni ordine iudicii: adeo, quod ſola ſolennitas iuriſgentium ſeruari debet, & ſic cauſa expeditur manu regia, vt ſupra dixi, ſecundum Lanfran. *in d. Clem. ſæpe de verb ſignif in verſic. & figura, & in verſic. libellus.* & Old. *in conſ. 115.* & Petr. Philip. Cor. *in conſil. 54 colum 2 verſ. illa etiam verba, &c. in 2. volum.* & Bart. *in d. extrauagant ad reprimend. in ver. & figura* & Card *in d. Clem. diſpendioſam colum fin. in 4 quæſtio. de iudi.* vbi diſtinguit inter acta reſpicientia ſolennitatem iudicii, vt illa cenſeantur ſublata per hanc clauſulam, & acta reſpicientia factum cauſæ, prout ſunt probationes per teſtes, vel ſcripturas, vel confeſſiones, & aliæ defenſiones, & ibi non cenſentur ſublata: & hæc eſt veritas, & ita diſponit dicta regia pragmatica, quæ incipit, *Diſpendia.* IMPORTAT ergo primo dicta clauſula; † *ſine figura* 12
*iudicii;* vt in cauſa non requiratur libellus, & ſic eſt ſublata ſolennitas libellorum, ſecundum Bart *in d. verſic. & figura. verſ. item an requiratur petit. &c.* & eſt text. *in d. Clem. ſæpe. poſt prin. & in §. verum. de verb. ſignif.* & per hoc apparet, quod hodie in regno per d. prag eſt correcta *auth. offeratur. C. de li. conteſt.* & *c. 1. de libel. obl* & *l. 1. ff. de ed.* in eo, quod iſta iura requirunt libelli oblationem. Verum licet non requiratur libellus formalis in ſcriptis: requiritur tamen talis qualis petitio, per modum ſimplicis petitionis, quæ contineat ſolam facti narrationem claram, ſine alia concluſione: ex qua reus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contendere, ſecundū

Barr.

Bart. *in d. verſi. & figura*, & Lanfran. *in d. Clem. ſæpe, in verb. libellus*, & Par. *in tract. ſynd. in verſ. ſententia, colum.* 4. & Bart. *in l. hac. 2. C. de ſent. ex peric. recit.* & Alexand. *in conſ. 1. colum. 3. in 2. volum.* & Petr. Philip. Corn. *in conſ. 62. colum. 1. in 1. volum.* Poteſt enim fieri iſta petitio ſolo verbo, & poſtea in actis redigi per Notarium, vt habetur in locis præallegatis, & dicit
13 Lanfran. vbi ſupra, q̃ talis petitio eſt de iure naturali, ideo non poteſt omitti. Item dicta † qualis qualis petitio, poteſt eſſe etiam generalis, & incerta, & admittitur, ſecundum Bartol. *in d. extrauag. ad reprimendum verſi. & figura* & per hoc eſt correctum in regno illud, quod dicit Bart. *in l. fin. C. de anna. excep.* ſcilicet, quod libellus generalis nõ procedit, donec declaretur. Quod tamen limita procedere; niſi parte opponente; quia ſi pars opponit, non admittitur libellus generalis, etiam in ſummariis, ſecundum Alexan. *in conſ. 82. colum. 3. in 4. volum.* & ibi aſſignat differentiam inter cauſas ſummarias quantum ad hoc, illud tamen dictum Alexandri intelligo; quando eſſet tanta obſcuritas, quod impediret reo deliberationem, alias ſecus; quia procederet etiam parte opponente: nam ſi aliter diceremus, nulla eſſet differentia inter cauſas ſummarias, & non ſummarias; cum etiam in cauſis non ſummariis procedat libellus obſcurus, ſi pars non opponat, vt dicit Bart. *in l. edita. 3. colum. 2. C. de eden.* & eſt tex. cum glo. magna *in fin. in d. l. fi. C. de anna. except.* & ſi recte ponderentur verba Alex. iſtud proprie ſentit *in d. conſ. 31.* ADDITIO. Quænam generalitas tolerari in libellis poſſit, & quæ non, vide Afflict. *in conſtit. Dilationes*, vbi plene. Petr. Foller. Item dicta qualis qualis
14 petitio, † etiam inepte compoſita, procedit, & admittitur, dummodo ex ea poſſit diſcerni, quid actor velit, & reus poſſit deliberare, ita dicit Paris, *in tract. ſynd. in d. verſ. ſententia col. 4. & 6.* & Bart. *in d. verſ. & figura.* & per hoc eſt correctum in regno illud, quod not. glo. *Inſt. de oblig. in prin. in verb. ſecundum, in fi.* quæ dicit, quod ſententia lata ſuper libello inepto, non valet, & Bald. *in l. actori. 8. circa. fi. C. de rebus cred.* & Bald. *in l. ex hoc iure. 5. colum. pen. verſi. 2. quæritur, & c. ff. de iuſt. & iur.* & Cyn. *in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoc.* & Alex. *conſi. 136. col. 1. in 2. volum.* Nam hodie, ex quo cauſæ ciuiles in regno ſunt ſummariæ, admittitur libellus ineptus, vt ſupra, & valet ſẽtentia ſuper eodem, ita declarat Alex. *in l. vinum. 22. colum. fi. in fin. ff. ſi cert. pet.* & ibi eſt gl. idem tenet Bal. *in l. & ſi ne 5. in verſ. oppono, libellus, &c. C. ad Treb.* per gl. *in d. l. vinum.* Plus dicit Lanfran. *in d. Clem. ſæpe, de*
15 *verb. ſign. in ver. libellus, poſt princ.* quod † de iſta tali quali petitione non datur copia Reo ſumptibus Actoris, ſed ipſe reus debet illã capere ſuis ſumptibus; & in hoc differt à libello ordinario, cuius copia datur ſumptibus actoris, vt eſt gl. *in c. quamuis, in verb. oblatos, de appel.* Tamen de illo dicto Lanf. non facio cauſam; quia hodie hoc eſt expeditũ in hoc regno in contrarium, ſcilicet quod etiam talis petitio debet edi ſumptib. actoris, per regiam prag. quæ incipit. *Comparente*, & ita practicatur. Poſſet autẽ illud dictum Lanfr. procedere in curia eccleſiaſtica, vbi non ſeruantur regiæ pragmaticæ, ſi forte in ea agitaretur aliqua cauſa ſummaria † Item procedit li- 16
bellus etiam ſi in eo petatur primo cogi, & compelli aliquem ad ſoluendum, & non dicatur condemnari ſecundum Lanfr. *in d. clem. ſæpe. in verſ. libellus. in 4. concl.* & Bart. *in d. verſ. & figura*, & per hoc apparet eſſe correctum illud, quod dicit Bar *in l. 1. C. de execut. rei iud.* vbi dicit non valere talem libellum, in quo petitur condemnari, ſed cogi, & compelli.
Item † procedit libellus, in quo intentatur iudiciũ 17
ex vna cauſa, & poſtea probatur ex alia: nam ſequitur condẽnatio ſuper cauſa probata, maxime quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, ſicut per *c. deteſtantes.* ita tenet Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus. 2. colum. 5. in §. fin. ff. de ver. obl.* & Iaſ. *in l. certi condictio. 9. §. ſi nummos. col. 7. ff. ſi cert. pet.* & per hoc patet eſſe correctam in regno *l. habebat. 13. ff. de inſt.* quæ vult, quod agens ex vna cauſa, & probans de alia ſuccumbit, vt is, qui agit ex numeratione, ſi probat de confeſſione, ſecundum Bart. *in d. l. ſi nummos.* Secundo † OPERATVR dicta clauſula *ſine* 18
*figura iudicii*; quod poteſt procedi in cauſa ſine aliquo libello, & ſine petitione, & poteſt cauſam incipere ab articulis; & articuli habentur loco petitionis, ita tenet Oldr. *in conſ. 244. in princ.* & Rota *in deciſ. 33. in nouis.* Tertio † OPERATVR, quod non eſt neceſſe 19
ſeruari ferias inductas in honorem hominum, ſecundum Bart. *in d. extrauagant. ad reprimendum in ver. & figura, verſi. item an procedi, &c.* & eſt text. *in d. Clem. ſæpe* & Petr. Philip. Corn. *in conſ. 102. colum. fi. in 2. volum.* prout ſunt feriæ vindemiarum, & meſſium, & hoc eſt expeditum in regno, per gloſſ. *in conſtit. Baiulos.* quæ expreſſe dicit in regno non ſeruari ferias vindemiarum, & meſſium, & per hoc apparet in regno eſſe correctam *l. 1. C. de feriis*,
Quarto † OPERATVR, quod per illam clauſu- 20
lam cenſetur ſublata litis conteſtatio: quia non requiritur de neceſſitate, vt eſt text. *in d. Clem. ſæpe, de verb. ſign.* & Bart. *in d. verſic. & figura* & per hoc patet in regno eſſe correctam *l. 1. C. de litis conteſtat.* Quo caſu ille actus, qui immediate ſequi ſolet in cauſis ordinariis poſt litis conteſtationem, habet vim litis conteſtationis, in cauſis ſummariis: & eſt præcluſiuus exceptionum dilatoriarum, & aliorum actuum, qui non poſſunt fieri poſt litis conteſtationẽ, & habet vim litis conteſtationis, ſecundũ Bart. & Bald. *in l. nulla. 24. & in l. nihil 20. C. de procur.* & Card. *in Clem. conſtitutionem §. fin. in fin. de elect.* & Ludou. Rom. *in conſ. 124.* & Abb. *in c. inſinuante. 25. in fi. de off. deleg.* & Fel. *in c. olim. 26. de accuſ.* & Par. *in tract. Synd. verſ. ſententia, col. 4.* Quinto † OPERATVR 21
circa dilationes; quia debet iudex breuiare cauſam in quantum poteſt: & dare breuiores dilationes, & eas amputare in quantum poteſt: vt eſt tex. *in d. Clem.*

*ſæpe*

ſæpe de verb. ſignif. Item non debet admittere exceptiones, & appellationes fruſtratorias, vt ibi habe-
22 tur †Sexto OPERATVR, vt non requiratur publicatio in cauſis ſummariis: vnde valet proceſſus etiam ſine publicatione, licet magis communis opinio ſit, quod etiam in cauſis ordinariis publicatio non eſt de ſubſtantia proceſſus; vnde eius omiſſio non vitiat proceſſum, ſecundum Bar & Alex. *in l. prolatam. 4. C. de ſen.* pro hoc eſt text. *in c. cum I. & A. 22. & ibi Abb. in 3. col in fin. de re iud.* vbi dicit Abb. quod publicatio non eſt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia, vnde ſi omittitur, eſſet contra ius litigatoris, & non redditur proceſſus nullus propter hoc, ſed imputatur litiganti, qui non petit publicationem, & ſi petit, & iudex non vult illam facere, debet appellare, alias valet ſententia ſine publicatione proceſſus, idem tenet Fel. *in d. c. cum I. & A. in 1. & 2. col.* Philip. Corn. *in conſ. 102. col. fin. in litera R in 1. vol.* & Bal. *in c. 1. co 3. ſi de inueſt. inter dom. & vaſallis ori.* licet Bart. *in d. verſic. & figura in 3. colum.* videatur velle, quod publicatio etiam in ſummariis ſit neceſſaria; quia reſpicit defenſionem: tamen eius dictum, ita ſimpliciter intellectum, non eſt verum, ſed eſt contra communem opinionem: vnde vt ſaluetur, debet intelligi, quod eſt neceſſaria, ſi petatur, ita vt ſi non concedatur, poſſit appellari, non autem, vt reddat proceſſum nullum, ita proprie intelligit Feli. & ſaluat illud dictum Bar. *in d. c. cum I. & A. 22. de re iud.*
23 *col. 2.* Septimo † OPERATVR, vt non requiratur concluſio, propter cauſam ſummariam, licet Abb. *in d. c. cum I. & A. in 4 colum.* teneat, quod etiam in cauſis ſummariis concluſio non eſt de ſubſtantia proceſſus, & idem Abb. *in c. cum dilectus. 9. in 3. notab. de fide inſtrum* vbi dicit, quod eſt de iuſtitia, vnde eius omiſſio non vitiat. Verum dicit ſpeciale eſſe in ſummariis, vt non requiratur eius concluſio, pro hoc eſt tex. *in d. Clem. ſæpe. § ſententiam. de verb. ſign.* dicit tamen Card *in d. Clem. ſæpe. §. quia in fin 19. q.* quod in cauſis ordinariis concluſio eſt de conſuetudine, vnde ratione conſuetudinis tenetur iudex illam facere, ſed in ſummariis eſt in electione iudi-
24 cis, an velit illam facere, vel non. Et † quod non requiratur concluſio in ſummariis, habetur *in deciſio. 172. conſil. Neap.* & tunc ille primus actus, qui ſolet fieri poſt concluſionem, habet vim concluſionis, ita tenet Phil. Corn. *in conſil. 235 col. 3. in litera F. in 3.*
25 *volum.* Octauo † OPERATVR, vt ſi aliquis litigauit per procuratorem, poteſt iudex in ſententia cōdemnare dominum, & non procuratorem, & valet ſententia, ſecundum Bart. *in d. extrauag. ad reprimen. verſi. & figura. in fi.* & per hoc eſt correcta in regno diſpoſitio *l. 1. C. de ſent.* quæ vult, non valere ſententiam, in qua dominus condemnatur, & non procu-
26 rator. Nono OPERATVR, † vt iudex non habeat neceſſe pronunciare ſuper emergenti, ſeu incidenti: ſed poteſt incidens decidere ſimul cū principali, & non eſt neceſſe, quod ſeparatim ſuper eo pronunciet, ita dicit Bald. *in l. ait prætor. 7. §. permittitur. ver. item not. ff. de min.* Decimo † OPERATVR, vt ſi lata 27
fuerit ſententia pro abſente non citato, valet ſententia, & poteſt per abſentem ratificari, ſecundum Bart. *in d. ver. figura in fi.* quem in hoc ſequitur Alex. *in l. furioſo. 9. col. 2. ff. de re iud.* & Petr. de Anch. *in d. Cl. ſæpe. de verb. ſign.* & per hoc eſt correctum in regno illud, quod tenet gl. *in l. ea quæ. 7. C. quo. & quand. iud.* & gl. *in d. l. furioſo.* & ibi Alex & Dd. vbi dicunt, quod non valet ſententia lata in fauorem abſentis non ci-
tati. Vndecimo OPERATVR, † vt iudex etiam ad 28
inſtantiam partis poſſit interrogare principalem, & teſtes poſt concluſum in cauſa, gl. eſt ſingul. *in d. Clem. ſæpe. in ver. interrogabit.* Pro veritate tamē iſtius dicti; quia eſt valde notandum, & quotidianum, videamus, quid obſeruetur in ordinariis, & poſtea, quid in ſummariis. Et primo in ordinariis reperio Spec. *in tit. de poſit §. 4. verſ. quidam tamen dixerunt & ver. ſed ſi ante.* & ibi Ioan. Andr. *in addit. in verſ. interrogare.* vbi tenet, quod iudex ex officio, non ad inſtantiam partis, poteſt partes interrogare ſuper declaratione antiquorum articulorum: & ſic ſuper iam actitatis, non autem ſuper nouo capitulo, & hoc etiam poſt concluſionem in cauſa, vbicunque ſibi æquum videbitur, per *l. vbicunque. 21. ff. de interrogat. act.* idem tenet Lud Rom. *in conſ. 20. in fin* ſed ſimpliciter loquitur non limitando ſe ad declarationem retro actitatorum: ſed Innoc. *in c. cum Ioannes. 10. de fid. inſtr.* dicit idem, quod Specul. ſcilicet, quod tantum ad declarationem retro actitatorum poteſt iudex ex officio interrogare, quem in hoc ſequitur Lud. *in l. dies. 4. §. hoc autem iudicium. 8. ff. de dam inf.* & Bald *in l. per hanc. col. 2. verſic. dicit Specul. &c. de tempor. appellatio.* hanc opinionem tenet Fel. *in d. c. cum Ioan. colum. 5.* vbi dicit, quod iſta opinio eſt in practica ſuſtentabilior propter auctoritatem Inno. & Fel. *in c. 1. col. 2. de iud.* Tamen alia opinio ſequēs dicit, quod eſt æquior, ſcilicet, quod indiſtincte poſſit interrogare ſuper nouo capitulo, ad fundandam intentionem partis, ad priuatam vtilitatem, & hanc ſecundam opinionem tenet Alexand. *in d. l. dies §. hoc autem iudicium, colum. 4.* ſequendo Anton. de Butr. *in c. cum cauſam. 6. de iuram. calum.* hanc etiam opinionem tenet ſimpliciter Abb. *in d. c. cum Ioannes. 10. colum 4 verſic. nota, & tenementi, &c. de fide inſtrum.* & Bald. *in l. ſi accuſatoribus. 4. colū. fin. verſic item propter aliud, &c C. de accuſ.* & iſta ſecunda opinio videtur magis communis, ſcilicet, vt etiam ad fundandum intentionem actoris poſſit iudex ex officio partes interrogare poſt concluſionem in cauſa indiſtincte: non autem ad petitionem partis: quam opinionem tenet Alexand. *in d. l. dies. 4. §. hoc autem iudicium colum. 4 ff. de dam. infecto.* & Ioan. de Anan *in c. ad petitionem colum. 3. ff de accuſatio.* & hoc vbicunque ſibi æquum viſum fuerit, per *d. l. vbicumque. 21. ff. de interrogat. actio.* Quod corroboratur ex eo, † quod in ſimili dicimus de iuramento 39
ſup-

ſuppletorio, quod non poteſt deferri ad petitionem partis poſt concluſum in cauſa, niſi fuerit petitum ante concluſionem: & tamen iudex ex officio poteſt illud deferre etiam poſt concluſionem, nemine illud petente, vbicunque ſibi æquum viſum fuerit, ſecundum Alexandr. *in conſil. 54. colum. fin in 1. volum* & Bald. *in d. l. ſi accuſatoribus. colum. fin. verſ. item poſſet, &c. C. de accuſat.* de qua materia vide plene Iaſonem *in l. admonendi 31 in repet. colum. 154 & ſeq. ff. de iureiuran.* Prædicta autem † procedunt in cauſis ordinariis. verum in ſummariis hoc eſt plus: quia poteſt iudex poſt concluſionem interrogare partes, & teſtes non ſolum ex officio, verum etiam ad partis inſtantiam, per illam gl. *in Clem. ſæpe. in verſic. interrogabit.* & ita tenet Card. *in d. Clem. ſæpe. §. & quia. in 4. oppoſit. de verb. ſign.* & Felin *in d. c. cum Ioannes. colum. 3 de fide inſtr.* & ibi etiam Abb *in 4. colum. verſic. not. & tene menti, &c* & Fel. *in c. cum dilectus. col. 3. verſic. 7. limit. &c. eod. tit.* & Lud. Rom. *in conſil. 176. colum. 5.* & Felin *in c. inquiſitionis. 21. § nec ad petitionem. col. 5. de accuſ.* Vnde quia in regno cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ, ceſſat illa difficultas, vtrum iudex poſſit interrogare ad inſtantiam partis; quia eſt expeditum, quod ſic, per prædicta. Ad † te tamẽ, † quod in omnibus caſibus, in quibus ſupra dixi iudicem poſſe ex officio interrogare, debet hoc intelligi, ſi vult; nam non poteſt compelli ad hoc: nec facit litem ſuam, ſi nõ interrogat: quia poſſet dicere, quod non ſubeſt æquitas. Ita tenet Bar. *in addit. ad Abb. at. in d. c. cũ Ioannes. de fide inſtrum.* in addit. quæ incipit: *Do hoc vide, &c circa ſi* per *l. non quicquid 40. ff. de iud.* & per hæc habemus expeditã materiã primæ clauſulæ SECVNDO QVÆRO, quid IMPORTET illa clauſula, † SOLA FACTI VERITATE INSPECTA, de qua loquitur capitulum regni, *Deteſtantes.* dicit Ant. de But. *in c. 2. de iura. calum.* quod iſta clauſula plus importat, quam omnes illæ clauſulæ: *ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, &c.* adeo quod cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates iuris poſitiui, idem tenet Felin. *in c. olim 26 colum. penul. de accuſ.* in tantum, quod dicit pulchre Franc. de Aret. *in c. dilecti. 6. col. 3 de iud.* quod per iſtã clauſulam iudex poteſt procedere vt Deus: qui ſoli veritati innititur, & illud dictũ Ant. de Butr. ſequitur Alex *in conſil. 6 colum. 2 in princ. in 3. volum* vnde ſequitur ex hoc, quod DICTA CLAVSVLA IMPORTAT OMNIA ILLA, quæ importat clauſula: *ſine figura iudicii*: & ſic omnes illi VNDECIM EFFECTVS, quos ſupra retuli, INCLVDVNTVR ſub iſta clauſula, idem declarat Iaſ. *in l. iuſtitia 10. colum 1. ff. de iuſt. & iure.* Duodecimo OPERATVR aliud: quia, per dictam † clauſulam poteſt ferri ſententia non conformis libello, & ſic ſuper aliis, quam ſuper petitis, ſecundum Iaſ. *in l. vinum 22. colum. 17. ff. ſi cert. pet.* licet per alias clauſulas hoc non eſſet prouiſum, vt probatur *in d. Clem. ſæpe. verum. ff. de verb. ſign. ibi: iuxta petitionis formam, &c.*

30

31

32

33

& per hoc patet correctam eſſe in regno, *l. vt fundus. 18. ff. communi diuid. & l. fin. C. de fideic. lib.* idem tenet Lanfr. *in d. Clem. ſæpe. colum. ante penult.* quam correctionem intellige ſolum, quoad regulam, quæ ſumitur ex illis legibus, ſcilicet, quod ſententia debet eſſe conformis libello. Decimotertio OPERATVR vt † iudex poſsit adhibere fidem teſtibus aſsignantibus cauſam veriſimilem, licet de iure non concludentem, ſecundum Franc. de Aret. *in l. eum qui. 51. § fi. ius in 2. not. ff. de acq. hær.* Item poteſt admittere teſtes infames, & alias de iure ciuili reprobatos, ſecundum Abb. *in c. dilecti. 6. col. 2. in fin. & ibi etiam Felin de iud.* & Bart *in l. filiusfamilias 7. colum. 2. ff de donat* vbi idem dicit de teſtibus non iuratis. Decimo quarto OPERATVR, † quod iudex poteſt ferre ſententiam diffinitiuam ſtando, abſque eo, quod ſedeat pro tribunali: quia hoc etiam operantur aliæ clauſulæ, de quibus ſupra, vt eſt tex. *in d. Clem. ſæpe §. ſententiam. de verb. ſign.* ergo à fortiori etiam iſta clauſula eſt maioris importantiæ, & per hoc patet in regno eſſe correctum *§ ſedebunt. in Auth. de iudic. & c. fin in fin. de reg. iur. lib 6.* Decimoquinto † OPERATVR, quod poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam contra contumacem, etiam lite non conteſtata, ſecundum Felin. *in c. olim. 26 colum. pen. de accuſ.* per hoc eſt correctus in regno *§. ſi vero etiam quidam iurent. in Auth. de exhib. reis. ibi; iudice aliquid facere non volente, &c* In eo, quod vult iudicem non poſſe procedere ad diffinitiuam ſententiam, lite nõ conteſtata, & habetur *in l. properandum. 13. § ſiquidem & § ſeq. C. de iud. & in toto tit. extr. vt lite non conteſtat* & per Socin *in conſil. 47. colum. 1. in 4. volum.* An † autem poſſit ferri ſententia ſine ſcriptura in cauſis ſummariis? Dic, quod non: quia ita requiritur ſcriptura in ſummariis, ſicut in ordinariis, ſecundum Abb. *in c. Albericus. 43 in 1 oppo. & ibi etiam Felin. in princ. de teſtib.* & in ſpecie dicit Fran. de Aret. *in d. c. Albericus, col. 1. verſic. ex quibus patet, &c.* quod vbi proceditur ſine figura iudicii, debet ferri ſententia in ſcriptis, per ea, quæ habentur *in Clem. diſpendioſam. de iud.* Et faciunt prædicta ad ea, quæ dicam infra *in vlt. parte, in verſic. ſententia.* Item † in cauſis quamuis ſummariis, ſemper requiritur legitimatio perſonarum, ſicut in ordinariis, ſecundũ Lanfranc. *in d. Clem. ſæpe. in verſicul. & figura. col. 1. circa finem. de verb. ſignif.* & Iaſ. *in rubr. C. qui admit. colum. 1.* & Alexan. *in l. iudices. 9 C. de iudic.* Vnum † tamen eſt ſcribendum pro complemento huius clauſulæ; *ſola facti veritate inſpecta.* Quia intelligi debet de veritate, cui ius patrocinatur: vnde vigore iſtius clauſulæ non poſſet iudex oriri facere actionem ex pacto nudo, licet veritas ſit, quod factum fuerit nudum, ita tenet Bald. *in l. nemo. 13. C. de ſentent.* Item, vbicunque † cauſa principalis eſt ſummaria, omnes articuli illius cauſæ debent ſummarie expediri, ita dicit Bart *in extrauag. ad reprimendum. in verſic. ſummarie. colum. 3.* & Iaſon *in rubr. C. qui admit. col. 1. in fin.*

34

35

36

37

38

39

40

Cogno-

41 Cognoſcitur † autem cauſa ſummaria ab ordinaria, quando tractatur ſine ordine iudiciario: vt quia non interuenit libellus, nec litis conteſtatio: vel quia incipit à principio de ſoluendo, ſicut cauſæ executiuæ, ita declarat Paul. de Caſtr. *conſ. 48. col. 1. in 2. vol* & ſic hucuſque habemus plene diſcuſſum primum modum dicendi cauſam ſummariam. SECVNDO principaliter † dicitur CAVSA SVMMA-
42 RIA, quælibet cauſa Eccleſiaſtica, vbi agitur de electione, præbenda, canonicatu, vel alio beneficio Eccleſiaſtico: nam in huiuſmodi cauſis proceditur ſummarie, & ſine figura iudicii, tex. eſt *in Clem. diſpendioſam. de iud.* & ibi Card *in 31. q.* Quod tamen intellige, quando agitur de titulo beneficii: vt quia ſunt duo, qui litigant ad inuicem de collatione ſibi facta; ſecus ſi ageretur de proprietate Eccleſiæ, vt quia Epiſcopus vult vnire aliquam Eccleſiam ſuæ diœceſi, aſſerens illam eſſe de ſua diœceſi, vel dicat ſe habere tale ius in tali eccleſia: iſta enim non dicitur cauſa de beneficio Eccleſiaſtico, ſed de proprietate Eccleſiæ, vel iuris: tunc talis cauſa debet ordinarie tractari, ſecundum Card. *in d. Clem. diſpendioſam. in 8. quæſt* & Bald. *in l. cum ſeruum. 6. verſ. item ſi ageretur. C. de ſer. fug.* & de iſta differentia inter titulum & proprietatem Eccleſiæ, vide gl. *in c. cum qui. in ver. vitioſus de eo qui mit. in poſſ. lib 6.* & gl. *in c. contingit. in gl. magna. verſ ſed nunquid. de dolo & contu.* & ibi Abb. *in 3. colum. in fin.* & gl. Dd. *in c. cura. de iur. patr.*

43 TERTIO † dicitur CAVSA SVMMARIA, quælibet cauſa poſſeſſorii, *l. momentaneæ 8. & ibi Bart. C. vnde vi.* nam cauſa poſſeſſorii dicitur minima, & ſufficiunt in ea ſemiplenæ probationes: ex quo præiudicium poteſt reparari in petitorio, ita tenet Phil. Dec. *in conſ 28 col 2. & in conſ 56. colu. 1* & quod ſit cauſa ſummaria, tenet Bar. *in extrauag. ad repr. in verſ. ſummarie. col. 2* & Alex. *in conſil. 60 col. 1 in 5. vol.* dicit tamen Bar. *in d. verſ. ſummarie.* quod imo in poſſeſſorio requiruntur plenæ probationes, quod quomodo intelligatur, vide Bart. *in l. 1 col fin C. quorum bon.* In eo tamen, quod ſupra dicitur, quod cauſa poſſeſſorii, eſt minima, & leuis præiudicii: reperio multas deciſiones contrarias, ſcil. quod imo eſt magni præiudicii, quia magnum eſt commodum poſſeſſionis, ita dicit Bal. *in l. conſentaneum. 8. in 6. notab. C. quomodo & quando iud.* & gl. *in §. retinendæ 4. Inſtit. de inter.* & Abb *in c. conſultationibus. 10. §. circa. ſſ. de off. deleg.* vbi pulchre dicit, quod magnum eſt commodum poſſeſſionis; quia releuat ab onere probandi dominium, quod eſt difficilis probationis: & ibi plus dicit Abb. quod in cauſa poſſeſſorii requiritur ordo iuris, & ipſum ſequitur ibi Fel. *in fi. col.* quæ verba videntur contrariari prædictis: quia ſi requiritur ordo iuris, non videtur, quod ſit cauſa ſummaria, & dicit Bart. *in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. col penul ff. de acq. poſſ.* quod falſum eſt, quod cauſa poſſeſſionis ſit vilis. In iſta varietate puto cōcordari poſſe iſtas opin. Nam quædam eſt cauſa poſſeſſorii, quæ eſt modici momenti, quæ poteſt de facili reparari in petitorio; & iſta dicitur cauſa vilis, & modici præiudicii; & in iſta ſufficerent ſemiplenæ probationes, poteſt poni exemplum in poſſeſſione Carboniana, prout declarat Bartol. *in l. 3 §. cauſa. ff de Carb. edict.* Similiter in interdicto, *quorum bonorum,* quod modici præiudicii, vnde ſufficiunt ſemiplenæ probationes, ſecundum Bart. *in lib. 1. colum. fin. C. quorum bonorum.* Idem in poſſeſſione quæ datur ventris nomine, *l. ſicuti, 1. §. ſi ea 14 & ibi Bart. ff. de ventr in poſſ. mit.* facit *l. 3 §. ſciendum & ibi gloſſ. ff. de exh.* Quædam eſt cauſa poſſeſſorii, quæ parat plenum præiudicium, quæ non eſt reparabilis per petitorium, vt quia deficit petitorium, vel quia eſt, impoſſibilis probationis: & iſta dicitur cauſa magna, & magni præiudicii; & in hac requiritur ordo iuris, & plena probatio, ita procedit opin. Abb. & ſequacium *in d. c conſultationib. 10. de offic. del.* & quod habetur *in deciſ 364 conſil. Neap.* ADDITIO. Dom. Auctoris dictis hic addo plene cumulata per do. Lud. Gomeſ. *in reg. Cancel. in reg. de non tollen iur. quæſito. in 5. q.* vbi proponit pulchram quæſtionem, ſi regula cancellariæ de non tollendo iure quæſito vendicet ſibi locum in poſſeſſione? & relatis pluribus, tandem dicit, quod ſic: quia id, quod dicitur, quod poſſeſſio eſt modici præiudicii, habet locum in momentanea & inſtrumentali poſſeſſione; at ſecus in poſſeſſione plena, ſucceſſiua & effectuali: quia talis poſſeſſio eſt maximi momenti, & illam perdere eſt damnum ſentire, item addo Capi. *in deciſ. 55. in c in cauſa mag. Pauli Brancacii.* vbi habetur, quod tunc poſſeſſorium eſt modici præiudicii, quando eſt præparatorium ad iudicium poſſeſſorium ordinarium, vt quando tractatur, quis debeat poſſidere pendente lite: quod ſecus eſt, quando tractatur de poſſeſſorio ordinario; quia eſt maximi momenti *Petr. Foll. V. I. D.* Iſtam † concordiam opin confirmo optimo ſimili; nam licet alia ſit in iure regula quod à ſen- 44
tentia lata ſuper poſſeſſorio, non appelletur *lib. 1. & ibi. Bald. & Dd C. ſi de momen poſſ. ſuer. appel.* tamen quando poſſeſſorium eſſet magni præiudicii, adeo, quod non eſſet reparabile per petitorium; tunc bene poteſt appellari, ſicut in petitoria, ita tenet Bart. *in l. ante 2 colum. 2. ver. quæro quæ eſt ratio, &c. ff. de appel. recip.* & Bald. *in l. ſi clericus 2 col. fin. verſic. vlt. C. de epiſ. aud.* intelligitur ergo illud in poſſeſſorio momentaneo, & leuis præiudicii; quia in eo nō appellatur; quod tamen procedit de iure ciuili, per *d. l. 1.* ſed de iure Canonico ſecus: quia appellatur ab omni poſſeſſorio, vt eſt tex. & ibi Card *in 1. col. in 1. oppoſ. in clem. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct* & glo. *in c. cum ad ſedem. 15. in gloſſ. pen in fin. de reſt. ſpol* ADDITIO. Adde Bald. *in conſ. 210. in 5. parte, conſ. 131 conſil. 153 & conſ. 330 1 parte.*

[ An appellatio à ſententia lata ſuper poſſeſſorio tam ſummario, quam plenario, & quo

& quo iure prohibita ſit? Et an talis Appellatio effectum deuolutiuum tantum habeat, non ſuſpectuum, plene & luculenter tradit Alex. Trentacinque. *li. 3. pract. reſolut. de Appell. reſolut. 14.* & Fachin. *lib. 1. controuerſ. iur. cap. 75.* vbi oſtendit, iure ciuili appellationes non penitus prohiberi, & non eſſe hac in re diſcrimen inter ius ciuile & canon. ſed vtroque iure appellationem in poſſeſſoriis permiſſam quo ad effectum deuolutiuum tantum, aitque nullum iuris canonici locum adſerri poſſe, quo appellatio permiſſa dicatur, quo ad effectum ſuſpenſiuum, vt videlicet executio ſententiæ per appellationem ſuſpendatur; ſed poteſt ea, non obſtante Appellatione, exequi niſi à ſuperiore iudice inhibeatur.]

Et à mixto poſſeſſorio, vtrum poſsit appellari? vide eundem *in conſil. 230. conſil. 331. conſil. 369. 1. parte, conſil. 217. in 2. part. & conſ. 365 3 part.* & Soc. *conſ. 390. col. 2. verſ. primum quali 2. lib.* & Petr. Phil. Corn. *conſ 10. num. 5. in 4. lib.* & vide quæ dixi *in pract. crim. in ſrag. part. in titul. de violentiis circa poſſeſſ. in ſi* Pet. Foller V. I. D. Dicit tamen notanter Ang. *in conſ. 46.* quod licet alias ab interlocutoria non appelletur de iure ciuili: tamen ab interlocutoria lata in poſſeſſorio poteſt appellari, licet non poſſit appellari à diffinitiua; & eſt ratio; quia eius grauamen non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, ex quo à diffinitiua non appellatur, ſecundum eum

46 Secundo, † iſtam concordiam confirmo per notabilem doctr. Bartol. *in l. 1. §. fin. colum. 1. ff. de præt. ſtipulat.* vbi ponit regulam generalem, per quam declaratur tota hæc materia; nam quando aliqua cauſa eſt ſummaria, vt quia lex mandat procedi in ea ſummatim, diſtinguitur. Aut parat plenum præiudicium; & tunc requiruntur plenæ probationes; ſed dicitur ſummaria quoad aliquas ſolemnitates iudiciorum. Si vero non parat plenum præiudicium; & tunc non requiruntur plenæ probationes, & ſic eſt ſummaria, quoad ſolennitates, & quo ad probationes. Idem tenent Barr. Bald. Alex. & Iaſ. *in l. iudices. 9. C. de iudic.* & Bart *in l. Carbonianũ 3. §. cauſæ 4. in ſi. ff. de Carbon. edi.* vbi dicit, quod in primo caſu dicitur cauſa ſummaria ex eo; quia dantur breuiores dilationes. Idem tenet Bart. *in l. ſi quis à liberiis. 5. §. ſi quis ex his. 10. ff. de lib. agnoſ.* & Abb. *in c. dudum 54. el. 2. col. 8. ver. in glo. in verb. irritantur. &c. de elect* & Fel. *in c. veniens el. 2. col 6. de teſtib.* illud ergo, quod dicit Abb. *in d. c. conſultationibus. 19. circa fin. de offic. delegat.* quod in poſſeſſoriis requiritur ordo iuris: poteſt intelligi, quando eſt tale poſſeſſorium, in quo ſententia parat plenum præiudicium, & ponit ius finale in cauſa, ita tenet Bartol. *in d. extrauagant. ad reprimendum. in verſi. ſummarie, poſt princ.* & cum iſta declaratione poſſunt dictæ opiniones concordari.

47 Vnum tamen ſcias pro † complemento huius materiæ, quod licet cauſa poſſeſſorii ſit ſummaria, in qua admittitur libellus generalis. prout dixi ſupra in principio huius diſtinctionis: tamen quando ſumus in poſſeſſorio retinendæ, in quo agens narrat in libello ſe fuiſſe turbatum, vel ſe turbari, tenetur ad petitionem rei conuenti declarare modum turbationis, alias non procedit libellus, ſecundum Bald. *in l. ordinarii. 13. colum. penult. verſi. item quæro, nunquid &c. C. de rei ven.* & idem Bald. in ſua diſputatione, quæ incip. *Accuſatus de vi turbatiua, in vltim. char.* & Bald. *in c. licet cauſam. 9 colum penult. in final verſi. opponitur, ille qui intentat, &c. de probatio.* & Alexand. *conſi. 71. in 1 colum. in 3. volum.* QVARTO † dicitur 48

SVMMARIA quælibet CAVSA, quæ ventilatur in CVRIA MERCATORVM, in qua proceditur de mera æquitate, omiſſis ſolennitatibus, & apicibus iuris, vt not. Bar. *in l. ſi ſi leiſſer 29 §. quidã, 5 & in l. Quintus 48 ff. mand* & Bald *in l. ſi pro ea. 10. colum. & penult. C. mand.* & Iaſ. *in l. iuriſgentium. 7. § ſed cum nulla. 4. colum 3. ff. de pact.* & Bald. *in conſil. 400. colum. pen. & conſ. 466. colum 2. in 5. vol.* & Socin. *in conſ. 5. colum. fin in 4. volum.* & in hoc æquiparatur curia mercatorum curiæ eccleſiaſticæ, vbi proceditur de æquitate canonica; quod patet; quia de æquitate canonica ex pacto nudo oritur actio, vt habetur *in c. 2 de pact.* & not. plene Iaſ *in d. §. ſed cum nulla*, & ſimiliter in curia mercatorum agitur ex pacto nudo, ſecundum Bart *in d. l. Quintus. 48 ff. mand.* Bald. *in d l ſi pro ea*, hinc dicit Spe. *in tit. de com. iud. §. 1. ver.* 37 quod mercatores dicuntur de foro Eccleſiæ, † Et 49

per hanc ſimilitudinem poſſet inferri, quod in curia mercatorum confeſsio extra iudicialis, facta parte abſente, facit plenam probationem, contra communem regulam: & eſt ratio: quia de æquitate canonica facit plenam probationem, ſecundum Franc. de Aret. *in conſi. 40. incip. Excellentiſsime. &c. col. 1. conſi 64. colum. 1.* & Doct. *in c. ſi cautio. 14. de fid. inſtr.* Et prædicta ſunt notanda in iſtis curiis nundinarũ: quia ſunt curiæ mercatorum, & in eis proceditur ſummarie, vnde poteſt dici in eis habere locum id, quod ſupra dictum eſt. ADDITIO. Quia video dominum Auctorem incidenter hic aliqua dicere de curia nundinarum, quæ eſt CVRIA MERCATORVM, & alias compilaueram praxim (quã nundinarum vocabam) in qua de modo & forma practicandi in curiis mercatorum late diſſerui, cõgruum mihi viſum fuit eam in hoc opere D. Rob. Marantæ, addere in locis oportunis, & congruentibus: quare DVAS PRIMAS PARTES ipſius nundinariæ praxis hic addendas cenſui: cum hic congruere videatur, cæteras vero in aliis locis, vbi magis conuenire videbuntur, addam, ſunt hæ duæ partes prædictæ, videlicet PRIMA, qui dicantur mercatores, quæ ſint nundinæ, quæ mercata, qualiter differant: SECVNDA, qui conueniri poſsint coram iudice mercatorum, & pro quibus cauſis; & qualiter conueniãtur, & de modo practicandi in curia mercatorum. Quare nundinariam praxim edocere pro viribus (quam veterum, & recentiorum iuris interpretum,

pretum, nullus in medium hactenus, vt videre potui, attulit) ad communem legentium vtilitatem, & mei ipſius eruditionem volens, primam ipſius in ordine partem aſſumens, perutile conſentaneumve vnicuique videri propalam eſſe poterit, ſi eorum, quæ principaliter hic pertractanda veniunt, quid-
50 ditatem quam primum diſſeramus. Quocirca † illud magni pendendum non abs re eſſe diximus: nundinas, & mercata ad imparia legibus iudicari: Nundinæ illæ proprie dici poſſunt, quæ ſunt affidatæ, nobiles, & in priuilegium conceſſæ, & quæ nullibi propria ſiquidem auctoritate celebrari queunt, ſed ex Principis permiſſu tantum. At mercata illa dicuntur, quæ vbiq; ad libitum, nullo Principis permiſſu præcedente paſſim celebrari videmus: conſiſtuntq; in facto, & per præconem affidata minime ſunt. De quibus ſiquidem conuenit text. *in Auth. vt non fiant pign* (vt eſt videre de mercato terræ S. Seuerini ſemel in hebdomada ſingulis ſabbatis) talia enim non habent nundinarum priuilegia, hic enim pro debitis haud tuta ſunt (ſicut ſunt nundinæ) quæ ſunt tutæ pro debitis gabellis in acceſſu, & receſſu, pro mora, licet bannitis, etiamſi iniuſte banniti extitiſſent, non ſint turæ, teſte & auctore Bald. *in l. 1. C. de nund. & merc.* & ante eum Bart. *in l. 1. ad l. Iul. maieſt. & in l. relegati de pœn. & ibi Alex.* Nundinæ † enim à nono die dictæ ſunt, quaſi nouendi-
51 næ, inſtitutæ autem eo conſilio perhibentur, vt ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die repeterent vrbem ad mercatum legum accipiendarū cauſa, & vt ſcita atque conſulta, frequentiore populo referrentur, & trinundino propoſita, à ſingulis atque vniuerſis facile noſcerentur, vnde etiam mos tractus, vt leges trinundino die apud Athenienſes promulgarentur. Cicer. contra Rul. pro lege Agrar. *Illi Capuam, nundinas ruſtic. horreum Campani agri eſſe voluerant.* Col. lib. 2. cap. 1. *Villici non vrbem, non vllas nundinas, niſi vendendæ, aut emendæ rei neceſſariæ cauſa frequentauerunt* Mercatum autem idem quod mercandi actus, Plaut. in Moſt. *ædes filius tuus emitte, ædes?* Tr. *ædes te euge Philolaces patriſſat, & iam homo in mercatum auertitur.* Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi vendendique gratia conueniunt. quem etiam appellamus emporium, vel forum. Cic. lib. 1. Officior. *Quo cum tanquam ad mercatum bonarum artium, ſi ſit profectus, inane redire turpiſſimum eſt.* Item aliquando mercatum accipitur pro ipſo tempore, quo negotiatores ad emendum & vendendum conueniunt: hoc
52 eſt, pro ipſis nundinis. Sicque † nundinæ & mercatum nonnunquam idem ſunt (improprie tamen) videmus etenim nundinas appellari mercatum, & mercatum nundinas, magis proprie tamen ad imparia iudicantur, vt ſupra diſſerui. Nundinæ etiam dictæ † ſunt a Nundina, Romanorum Dea, à nono
53 die naſcentium dicta, qui & luſtricus dicitur: erat autem luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur: is autem erat in maſculis nonus dies, in puellis vero octauus, ſecundum Macrob. *lib. 1. Satur. cap. 16.* Nec
te moueat † id, quod reſcribitur *in l. vnica C. de nundin.* ibi in illis verbis (qui exercendorum mercatuū, aut nundinarum licentiam) & ſic videtur innuere, quod & mercata, & nundinæ, Principis reſcripto, celebrantur, & pari etiam priuilegio immunitatis decorantur: quia etſi id prima facie innuatur, non eſt, quin remaneat differentia, de qua ſupra in genere; & in dubio eſt tamen bene verum, quod ſunt aliqua mercata, quæ licet non ſunt ſolennia, & notabilia, ſunt tamen obtenta, & impetrata veterum indulto, & Principis auctoritate, cum immunitatibus & prærogatiuis & de ill s ibi diſſeritur: & tunc rediguntur ad inſtar nundinarum, vel verba (mercatuum) ibi accipiuntur tanquam genus, & nundinæ tanquam ſpecies, (vt fieri pluries ſolet) vt *in rubric. C. de ſeruitutib. & aqua.* latius habetur. † Sunt 55
quoque & nundinæ atque mercata, hominibus & populis admodum vtilia, atque neceſſaria: & conſequenter mercatores, quorum opera & mercibus ipſæ nundinæ celebrantur, perutiles, adeo quidem, vt Plato ſummæ prudentiæ & auctoritatis cum inſtitueret, quemadmodum ciuitas bene ac beate habitari poſſit: in primis ipſos mercatores neceſſarios eſſe dixit, ſic inquiens: *Pluribus agricolis, aliis artificibus, ac miniſtris opus eſt, qui importent, ac exportent ſingula, vt ſunt mercatores.* Cui concinit Bald. *in rubr extr. de cler. pereg.* mercatura, inquit, eſt amica populis; quia mundus non poteſt ſine mercatoribus viuere, & propterea licet leges (vt ille ſubdit) nulla illis concedant priuilegia, in corpore iuris clauſa: Principes tamen ſæpiſſime plures eis tribuunt immunitates atq; exemptiones. Hinc † non 56
extra rem eſt, incidere in illam quæſtionem, VTRVM MERCATVRA SIT ARS SORDIDA, AN VERO HONESTA, & an nobilitati deroget? In qua prima ſiquidem facie non abſurdum eſſe videbitur dicere, non ſordidam, ſed honeſtam, & à nobilitate haud deuiam reputandam fore, cui quidem opinioni adſtipulatur ſententia Calliſtrati *in l. eos. 12. ff. de decurion.* (inquit enim) mercatores non prohiberi decurionatum, vel aliquem honorem in ſua patria exercere; nec enim infames ſunt, neque eos, vt ſubdit, tanquam viles perſonas, oportet negligi. Hinc Solon, qui & ſapiens vnus fuit ex ſeptem, & legem ſcriptor ſolus ex ſeptem, cum eſſet admodum iuuenis, & eius pater ad beneficentiam propenſus, patrimonium imminuiſſet ad mercaturam ſe contulit, non tam lucri cupiditate impulſus, quam periclitandi, videndique; ſicuti retulit Plutarchus in vita illius: qui & illud ſubdit ex Heſiodi ſententia, temporibus illis nullum opus ignominiæ fuiſſe, nec vllum artium delectum atque diſcrimen. Mercatura vero ad barbarorum neceſſitudines, comparandaſque regum amicitia, plurimum valere putabatur, ex eaque homines multarum & maxima-

rum vrbium extitiſſe, vt Maſſalius primus, quia Celtis iuxta Heridanum (lege Rhodanum) maxime obſeruatur. Thaletem quoq; Mathematicum, & Hippocratem exercuiſſe mercaturam aſſerit. Platoni etiam olei in Ægypto exportationem, peregrinationis viaticum ſuppetiiſſe, hinc etiam ſi verũ ſcribit Suet. Veſpaſianus Imperator non ſolum ante imperium ad mangonicos quæſtus, ſubſtituendæ dignitatis cauſa deſcendit: ſed & adepto imperio, negociationes alias propalam exercuit, quædam tamen emendo, vt pluris diſtraheret, pertinax. Item alter Roman. Imperator mercaturas exercerę per homines ſuos non aliter, quam priuatos ſolebat, vt ſcribit Iulius Capit. ante hos longo interuallo Tarquinius ille Priſcus, non ſolum mercatore genitus erat, ſed & mercator ipſe extiterat, multaſque pecunias è mercatura congeſſerat, vt ſcriptum reliquit Dion. *lib.3* pleroſque etiam alios, & Imperatores, & reges, & ſummæ ſapientiæ viros legitur mercaturas exercuiſſe, ex quo non abſurde inferri poterit concluſio, de qua ſupra. ſed ne à noſtratibus legibus deuiemus, legito quæ reſcripſerunt Impp. Theod & Honor. ad Theod. præfectum prætorio, *in l nobiliores C. de com & merc.* vbi inter cætera ſtatuerunt: nobiles natalibus, & honorum luce conſpicuos mercimonii exercere minime poſſe: notatque ibi Baldus, quod qui exercet artes mechanicas (tanquam mercatura ars ſit mechanica) non poteſt eſſe nobilis, accedat prædictis tex *in l. ne quis 6. C. de dign. lib. 12.* quod negociatores, aliiq; huiuſcemodi, dignitatem aſſequi non poſſunt, & aliam adeptam repelluntur. Vbi & Luc. de Pen. hos dicit eſſe ſordidos, eſt etiam tex. *in l humilem 7. C. de inceſt. nupt* qui inter humiles, & abiectas perſonas, eam annumerat, quæ mercimoniis publice præfuit. Quæ quidem ita demum procedere ſcito, niſi mos regionis, qui haud dubie ſeruandus eſt, induceret aliud: vt apud Venetos & Ianuenſes, nobiles quoque mercaturam exercent citra vituperium, & nobilitatis detrimentum: ſicut retulit Pogius *in ſuo libro de Nobilitate. & à noſtris Cep in materia nobilitatis in 18. opin.* Item mercatura tunc nobilitati derogat, quando per ſe quis eam exercet ſecus ſi per alios. de quo quidem articulo late diſſeruit Tiraquel. *in tract. nobilitat. cap. 33. per totum.* Nec inconueniens eſſe puto, † & illud
57 ſubnectere, quiſnam dicatur mercator: in quo ille verax iuris antiſtes Bart. à Saxofer *in l. legatis ſeruis. 65. ff de leg. 3.* (quem & alii ibi ſequuntur) inquit, illos dici mercatores, qui quæſtuariam negociationem faciunt, intelligendo tamen de illis, qui non vnicum actum mercandi exercent, ſed aſſidue mercantur & nundinantur. quia cum iſta nomina verbalia, videlicet mercator, & negociator, quæ ſunt ſignificatiua alicuius negocii, quod quis aſſeruit propria auctoritate, non verificentur ex vnico actu, ſed requirant aſſiduitatem, vt eſt tex. *in l. huius. 1 §. 1. ff de trib.* haud dici poteſt aliquis ex vnico actu mercandi mercator, ſecundum eundem Bart. *in l. mariti 29 § 1. ff. de adulter. & in 1. conſtit. D geſtorum. & in d. l. legatis 65. de leg. 3. & in rub. C. de conſtit. pec.* & ibi Bald. *in fine & in tract. de merc. & in conſil. 495 in 1. lib. nu. 2.* alibi etiam, vt *in c eiiciens. 88. diſtin* fertur mercatorem eum eſſe, qui rem comparat, vt integram & immutatam vendendo lucretur. Et nouiſſime in hoc vide Beneu. Strac *in tract. de merc. in princ.* qui multa verba effudit: & poſt multa, diffiniendo quis dicatur mercator, longam ponit diffinitionem, fere totam materiam mercatorum complectentem, quod quidem proculdubio neceſſarium minime videbitur, hac etiam ratione improbata fuit diffinitio Iacob. de Aret *in l. poſſeſſ. 1 ff. de acq. poſſ.* Dum quid ſit poſſeſſio, diffiniret, cum nec expediens videretur, vt diffinitio omnia comprehenderet, ſicque totam materiam diffiniti declararet, vt refert Herc. *in l. 1. ff. de acq. poſſ. nu. 34. in fi.* nec neceſſarium videri poterit id, quod in ea ſua diffinitione adiecit, mercatorem eum dici, qui licite mercaturam, quæſtuſve gerit, quia diffinitum & eius verba ſemper intelligenda ſunt de habilibus, arg. *l. vt gradatim 11 § et ſi lege. ff. de mun. & hon. & l. 1. iuncta gl. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & voluit Herc. *in loco ſupra citato. nu. 51.* & ſi recte Bart. iuris antiſtitis perpendatur diſtinctio, ſub paucis verbis omnia comprehendi propalam videri poterit. Sed licet ſupra dixerim † mercatorem non cen- 58
ſendum eum, quem vnicum tantum mercandi actũ exercuiſſe conſtiterit: non tamen procedere ſcias, ſi præcedit profeſſio, vel matriculatio. tunc enim ex vnico actu dicitur quis mercator, non ea ratione; quia vnicum actũ mercandi exercuit: ſed ea ratione; quia fecit profeſsionem, vel eſt deſcriptus in matricula, vt bene declarant *Dd. ſupra alleg.* Nec † te lateat, 59
quod & ſi volumus intueri quæ ſcripta reliquit Bar. ille Chaſſ Doct. Gal. *in com. conſuet. Burgun. in tit.* des droicts & appartenances à gens mariez. *§. 1. rubr. 4. in text. ibi,* s' ellen' eſt marchande, *fol. 131.* & vt quis dicatur mercator, quinque copulatiue requiri: primo, quod ſit deſcriptus in matricula mercatorum: ſecundo, quod exerceat artem; non enim ſufficit, ꝙ ſit in matricula deſcriptus, niſi artem exerceat, citat tex *in l qui ſub prætextu. 9. C de ſacroſanct. Eccleſ. & l. ſeriniarios 16. & ibi Bart. & Bal. C. de teſt. mil.* cui quidem aduerſatur id, quod proximo ſuperiori loco dixeram: cum ſi vera hæc eſſent, parum aut nihil proficeret deſcriptio in matricula, ſed ne equiuocè hæc ſcripta intelligas, ſcito eum mercatorem cenſeri, & mercatorũ priuilegiis gaudere, cuius matriculatio vel profeſsio præcedit, etiamſi non conſtiterit artem exercere, ita tamen ſi ex aduerſo non probetur artem deſeruiſſe, vel poſt deſcriptionem non exercuiſſe, eo etenim caſu procedunt, quæ ſupra pro me retuli, ita enim ſentire videtur Alex *in addit. ad Bar. in l. ſemper. 5. §. negociatores. 3. ff. de in. immu.* ex ſententia Iac. But. *in procem. fforũ.* & videas Beneu. Strac. *in tract. de merc. in 1. part. num 65 in fi.* qui & intrepide firma-

60 firmare videtur. Tertio dicit † requiri, quod maiorem partẽ fortunarũ quis habeat in negotiatione, vt recte dici poſſit mercator, quod & ante eũ voluit Bart. *in d.l.ſemper §.negotiatores. 8.ff.de iur immu. & in rub.C.de nauic lib.11* & Alex. *in conſil 108.in 4.lib.* Paul.de Caſt.*conſil.782.col.* & Fel *in proœm. decr.15. col.* & Franc. Aret.*conſ 29.* & Gem.*in c.clerici.1 de vit. & hon cler.in 6* in quo quidem è recentiorib noſtris ſubtilis Phil.Dec. *in l. ſcriniarios C.de teſt.mil nu. 16.* abſurdũ putat, & procul à ratione dictum Bart. non enim congruere æquitati & iuri videtur, quod & is, qui longo tempore in mercantiis verſatus fuerit, & matriculatus extiterit, priuilegiis mercatorum non deberet gaudere, ea ſola ratione; quod plus in bonis immobilibus haberet, quam in mercantiis. Item ſi verum eſt, mercatorem dici quem ex ſola matriculatione, à fortiori autem ſi longo tempore in mercantiis ſ. exercuit, vnde conſonũ eſt dicere, non dici mercatorem, eo quod maiorem partem ſuarum fortunarum in mercantiis non habuerit, quare dicit procedere dictum Bart in eo, qui diuerſas habet qualitates, quæ aliquo reſpectu repugnarent: tunc enim attenditur illa qualitas, quæ in eo verſatur plus, arg. *l.quæritur.10 ff.de ſtat homin.* vel intelligi debet, quando eſſet præſumptio fraudis: vt quia quis fingeret ſe mercatorem, cum non eſſet. Idem & antea dixit *in c.1 de iud in vlt lect.in fin.* quod & repetit *in l rog.ſi.11 ff ſi cert pe:* nec credo ab hoc diſſentiiſſe Bartol. & vtique ſi toruo oculo non inſpiciatur text *in d l ſemper.5.in § negotiatores 3. & in §. D.Har.5 in verſic.erent, & alij.& in §. negotiatio. 8. ff de iur. immun* non abſimilis intentionis Caliſtratum fore reperietur: cum poſtea quam immunitatem negotiatoribus & nauiculariis tribuendam eſſe conſtituerat, id procedere ita tamen dixit: vt artem nauiculariorum quis exerceat & naues habeat, & ampliorem partem ſubſtantiæ in nauigationibus, & negotiationibus habuerit: adeo vt illud ſemper excutiendum erit, nunquid effugiendorum munerum cauſa imaginem nauicularij induat, (vt ipſius Caliſtrati verbis vtar) ſicque vides intellectũ ad verba Bart. datum per Dec. non abeſſe ab ipſius
61 Caliſtrati ſententia † Nec prædictis, ET ILLVD abſimile videri poterit, quod & SCHOLARES non gaudent priuilegiis ſcholarium, ſi ſtudio minime vacauerint ſecundum Bart. per illum textum *in l qui ſub prætextu 9. C.de ſacroſanct Eccleſ. cũ ſimilib.* vt tradunt Alex. & Moden.*in l.ſcriniarios.16.C.de teſtam milit* Pro quo facit text. *in c.cum ex eo de elect. in 6.ibi, literarum ſtudio inſiſtentes* idẽque not Angel.*in l.ex eo 42.ff.de teſtã.mil.* quod & not. Panor.*in c.1.de iud.* vnde latius exordiendo mentem Doctorum, in hoc ſic puto diſtinguendum, an quis plures qualitates habuerit, quibus aduerſatur mercatura, & tunc licet & is mercaturam exercuerit, non poteſt, nec debet mercator dici, vt gaudeat priuilegiis conceſſis mercatoribus, quoad omnia, ac & prout alii mercatores gaudere debent, qui ſoli mercaturæ vacãt. bene tamen putarem mercatorem dici, vt gaudeat priuilegiis mercatorum, quod illam mercaturam tantum, quam gerit, quæ conceſſa forent ratione ordinis, motus ex iis, quæ not Dom. *in proœm.6.in rubr proœm.in fin.* & in ſimili not. Bald.*in d.l.qui ſub prætextu.9.C.de ſacroſ.Eccleſ.* & Bart.*in l.maximarũ.C. de exc.muner.lib.10.* dum inferũt, quod ſcholares nõ ſtudentes licet non gaudeant priuilegiis ſcholarium conceſſis: gaudent tamen priuilegio ordini conceſſo & dignitati, dummodo ſint matriculati; ſic ergo dicamus in hoc caſu, cum ratio diuerſitatis reddi minime poterit. Sed ſi magis verſaretur in mercatura, quam aliis qualitatibus, licet aduerſantibus, iudicabitur vt mercator, vt potiatur priuilegiis mercatoribus conceſſis, quoad omnia, aut quis eſt matriculatus vt mercator, & gerit ſe pro mercatore, ſed in fraudem & ficte: & tunc nec mercator cẽſendus eſt, nec dici debet eum potiri debere priuilegiis mercatoribus conceſſis. ſic itaq; concludendum eſſe puto, & vide Beneu. Strac. *in tract.de merc. in 1.par. nu.60.* vbi multa verba effudit: tandem dicit eſſe tenendum, eum dici mercatorem, qui ampliorem ſubſtantiæ partem in mercantiis minime habuerit, & pariter potiri dicere omnibus priuilegiis à lege municipali mercatoribus conceſſis, ſed quidquid ipſe dicat, non diſſentio ab iis, quos ſuperiori proximo loco retuli: cum & parum concludant intellectus, per eum dati ad *l.ſemper.5.in § negotiatores 3.& §.negotiatio 8.* quod intelligãtur de negotiatoribus ad publicam vtilitatẽ deſtinatis, & quando certa forma immunitatis tributa eſſet, nõ autem de aliis mercatoribus & negotiatoribus; cum & hoc ſit diuinare, lexq; generaliter loquitur, & ipſius ratio deciſionis, non plus in iis negotiatoribus quam in aliis verſatur; & ratio indeterminata & generalis comprehendit omnem determinationẽ quæ poteſt adaptari ad eã, *l.metum autem.9.§ animaduertendũ. 1.& ibi Bart.in 1.not.ff.quod met.cau.* quis ergo ſani iudicii dicet, rationis eſſe, eum dici mercatorem, vt gaudeat omnibus priuilegiis conceſſis mercatoribus, qui plus verſatur in aliis qualitatib aduerſantibus mercaturæ, quam in ipſa mercatura: ſeu qui gerit ſe pro mercatore, in fraudem tamen? hercle nullus, ſicque dicendum eſt, vt ſupra dixi. † Quarto 62
requirendum eſſe dixit, quod per ſeipſum negotiationem exerceat, nõ per factores, & miniſtros, citra tex. & ibi Bar. *in l ſi.ff de exc. tut.* & Franc.de Aret.*in d. l. ſcriniarios.16.C de teſtam.mil.* de cuius tamen veritate ſe remittit ad dicta per Alex. *in l.diem functo.4. de off. aſſeſſo.* in quo quidem puncto latius exordiendo Phil Deci. *in d. l.ſcriniarios.16. C.de teſtam. mil.* dicit contrarium tenuiſſe Ioan. de Plat. *in l.fin.C.de com.rei mil. lib 12.* & ad hoc dicit facere text. *in l quiſquis. 2. C.de cenſibus. & in l.aſſimilitudinem 21.C.de Epiſc. & cler. & in l neminem.64. §.ne tamen 2 C.de decur.lib.10.* & dicebat ſecundum eum, Ioã. de Plat.

non

non obſtare tex. *in d.l. fin.* quia illud officium piſtorum non videtur fauorabile, ideo reſtringitur, quæ ſolutio non ſibi ſatisfacit, dicens, quod imo eſt fauorabile; quia reſpicit alimenta, quæ ſunt fauorabilia, quare ipſe alio modo ſoluit (dicens) quod ibi conſideratur, quod ipſa perſona principalis occupata ſit, ideo habet excuſationem, quæ ratio ceſſat, quando facit per alium, & agitur ibi de fauore pu-
62 pilli. Quinto † requirendum eſſe dixit, quod non vnicum actum mercandi exerceat quis, ſed plures, da quo recolo ſupra latius diſſeruiſſe. Illud quidem præſens ſcire vtilitatis eſſe minime dici poteſt: an
63 locatores † equorum, mercatores, ſed negociatores cēſendi ſint? in quod Bart. ille auriga noſter, *in l. legatis ſeruis. 65. ff. de legat. 3* inquit, text illius l. nobis argumentum præſtare, quod tales mercatores dicantur, quod & ſequi videtur Pan. *in c. 1. pen. colum. extra de iud.* nec diſſentit Iaſ. *in l. de pupillo. 5 § ſi quis ipſi prætori. 76. col. ff. de nou. oper. nunc.* & Bald. *in conſil. 495. in 1. parte,* & firmat etiam Bart. Caſſ. *in loco ſupra allegato.* ſed ſi Bartol. recte inſpiciatur, non dicit locatorem equorum, mercatorem dici: ſed poſſe dici, & Pau. quem pro opin. Bart. citaui, contrarium innuere videtur: tamen in eo, quod Bart. dicebat locatorem equorum dici mercatorem, tum & ipſius contrarium dicit notari *in l. mercis appellatione.* 207. *iuncta gl. ff. de verbor. ſignif.* tum & in eo, quod dixit Bart. facere ad ſtatutum, quo cauetur, quod credatur libris mercatorum, vſque ad certam ſummam: quia cū ſit immunitas à ſtatuto conceſſa, habet locum in eo tantum, qui proprie ſit mercator, quod non eſt dicendum ſecundum eum, in locatore ratiociniorum, cum mercator dici nō poteſt per prædicta; & etiam quia in mercantiis non habet maiorem partem ſuarum fortunarum, ſed tenendo opinionem Bart. dico, quod & Pan. in finalibus verbis non videtur diſſentire à Bart. dum dicit, quod iudicis arbitrio committitur, an dicatur mercator, ſecundum vulgi opinionem ſecundum eundem Bart. quaſi ſentiat Pan. quod Bart. *in d.l. legatis ſeruis. 65. ff. de leg. 3.* voluerit large ſumpto vocabulo, & ſecundum vulgi opinionem locatorē ratiociniorum dici mercatorē, & pro hac parte citat eum Bart. Caſſ. *in loco ſupra allegato,* & ſic tenendum eſſe puto, quod poteſt dici mercator, & quod debeat gaudere immunitate cōceſſa à ſtatuto, reſpectu illius negociationis, & illa immunitate, & priuilegiis conuenientibus illi exercitio, & non aliis, per ea quæ ſupra dixi; quia vt retuli, ceſſat ille ratio, qua mouebatur Pā. vt diſſentiret à Bart. videl. (quod is dicatur mercator, qui ampliorē ſubſtantiæ partem in mercantiis habuerit) & vide Beneu. *in loco ſæpius citato.* qui tenet cōtra Bart. & ita dicit Pan. tenere *in nu. 38. primæ partis.* ſed ego teneo, vt ſupra. Sed † ex prædictis
64 inferri poſſe minime putes, eum dici mercatorem vel negociatorem, qui locat poſſeſſiones ſuas, & alienas conducit, cum & is, nec mercator, nec negociator dici recte poteſt. teſte Bart. *in d.l. legatis ſeruis.* citatur ad hoc tex. *in l. ſi cum villico. 16. ff. de inſtit. act.* Quocirca † infero iſtos Salernitanos conducentes 65
apothecas à venerabi i monaſterio S. Mariæ Montis virginis, & ab aliis: & mercatoribus relocantes, mercatores, ſeu negotiatores dici non poſſe, & ſic coram magiſtro nundinarum haud conueniri poſſe, & Ben. Strach. vbi ſupra, complures opin. Bart. adhærentes citat, quas vide per eum, vbi ſupra n. 48. ſed quatenus in eodem loco dicat eum, qui agris colendis quæſtus cauſa operam dat, negotiatorem dici, minime ei adhæreas: cum & is potius agricola cenſendus eſt, non negotiator, quod patet, quia monachis religioſis prohibetur negociatio, & tamen non agricultura, vt *in c. 1. de vi. & ho el. in 6. & in c. clericus in verb. agricultura. 91. diſtin. & in c. nunquam ibi, feratur.* vbi D. Hieron. monet Ruſticum monachum, vt ſeſe agriculturæ dedat, illi intendat, in illam feratur: *& in c. 1. ibi; & ſi voluerit, exeat ad opus rurale & ibi gloſſ. & Pan. de celeb. miſſ. & in c. 1. §. cæterum de verb. ſig. lib. 6.* & voluit Spec. *in tit. de cler. coniug. §. 1. verſic. ſed quam dices honeſtam ibi; verum tamen nō prohibeo.* vbi per hoc dicitur, quod clerici agriculturæ vacantes nō perdunt priuilegium clericale, ſicque negociator dici non poteſt. Cui † & illud adſtipu- 66
latur: quod mercatura & negotiatio derogat nobilitati, & tamen agricultura minime derogat, vt expreſſe firmat Guil. Pan. *in deciſ. 41.* & hoc refert fuiſſe concluſum in parlamēto Delphinatus, & *in deciſ. 296. nobilis etiam col. vlt. verſic ſed vtrum nobilis. & deciſ. 392.* ſed quid de nobilibus, & plenius Tiraq. *in tract. de nobilibus in c. 32.* ſicque agricola negociator dici non debet. Nec † dicendum eſſet eum, 67
qui fructus prouenientes ex fundis, quos colit vendit, negociatorem dici, vt negant Abb. *in conſil. 6. in 2. dub. lib. 1.* & Dec. *in c. Eccleſ. S. Mariæ col. pen. de conſt.* & Aymō. Crau. *in conſ. 136 nu. 3.* & Dec. *in conſil. 472. in fin. in 3. lib.* & ipſe quoque in loco ſuperiori (ſi opinio eius veritati conſona eſſet) cum is a fortiori dicendus eſſet negociator, quam qui fundum colit. Illud † etiam à tergo relinquere vtilitatis non eſt: 68
an dicatur mercator ille, qui non exercet artē mercantiæ de præſenti, licet exercuerit de præterito, & deſcriptus ſit in matricula mercatorum, in quo Ia. Butr. *in proœm. Digeſtorum* dicit, quod nō, niſi ſit ſolitus gerere, & animum gerendi mercantiam retineat, quod in dubio præſumitur, niſi contrarium probetur, *Inſtit. de rer. diuiſ. §. pauonum. 15.* & inſpicitur proxima conſuetudo, non remota, *vt ff. de alim. & cib. leg. l. Mela. 14. §. 1.* & firmat Alexan. *in addit. ad Bart. in d.l. ſemper. 5. §. negot. 3. ff. de iur. immu.* Quare ſi quis, vt mercator vult vti priuilegiis mercatorū, & probat de præterito exercuiſſe mercaturam, & eſſe deſcriptum in matricula, obtinebit: niſi per aduerſam partē probetur, quod deſeruerit mercaturam, & animū gerendi nō retineat: & cum hac opin. pertranſit, hoc idem approbat Beneu. *in loco ſæpius allegato*

69 *gato.nu.65.* Sed † & illud conſequens eſt videre: qui dicantur proprie negociatores, in quo Bar. *in rub. C. de nau. lib 11.* ſimpliciter tenet, quod negociator dicitur ille, qui contrahit, citat *l. legatis.* & ibi dixi, videlicet frequenter non ſemel tantum, idemque repetit *in l... § 1 ff. de tri.* Ioan. à Firm. *in tract. gabellarũ. in 3. parte princ. q. 23. num. 48* dicit, quod negociator appellatur ex frequentia negociorum, quæ gerit & contrahit, niſi conſuetudo regionis aliud induceret, ſed aduertendum puto, vt proprius intelligamus, qui ſit negociator, quod proprie ille dicitur negociator, qui rem emit, & integram lucrando reuendit, non mutata forma, & hoc non ſemel Quod autem dixi; *& integram lucrando reuendit, non mutata forma*; eo pertinet, vt ſi quis emit rem, vt ſibi ſit materia aliquid operandi cum ea, etiam ſi de venditione lucretur, non dicitur negociari, 88 *diſtin. c. eiiciens.* quæ eſt palea. & tenet Gemin *in c quamquã. de vit. & hon. cle* & Card. *in cl. præſenti. de cenſib.* & firmat Ioan. de Fir. *in tract gabel. in parte prin num 1*. dixi, & propter eos, qui rem emunt, & mutata forma rem vendunt, vt ſunt illi, qui emunt ferrum, vt faciant enſes, & ſic de ſingulis: nam iſti non dicuntur negociatores, ſed artifices vt eſt tex *in c. paratũ. 88. diſt. & d. c. eiiciens.*

70 Subſequenter † non extra rem puto indagare, nunquid collegium mercatorum poſsit ſtatuta facere: in quo omnes . oct. quos viderim *in l. receptitia 2 C. de conſt. pec.* cõcludunt, quod ſic: adeo, vt ipſo facto cenſeantur confirmata per ius commune, ſicque non requiritur, vt ſubſequatur confirmatio, à iure communi, vel per legem municipalem, vt *in d. l. receptitia. & in Auth de fideiuſſ §. fin.* & idem dicit Bald. *in l. ſi C de iur omn iud.* & plene per Sal. *in alleg. l. receptitia* & Beneu. Stra. *in ſuo tractat. de merc. in 8 parte. num. 8* vbi diffuſius tangit quæſtionem, & dicit procedere in iis, in quibus mercatores habent iuriſdictionẽ: & pertinentibus ad mercaturam: at ſecus in aliis, & recte, & idem Beneu. Strac. *in tract prædict. in vlt. part. num. 13* in eo, quod dicit Bald. *in d. l. receptitia.* quod quando ſtatutum mercatorum dirigitur ad conſules, & iudices mercatorum, non debent ſeruari coram poteſtate: dicit ipſe, quod hoc eſt verum, quando dictum ſtatutum ſe referret ad dictos conſules per taxatiuam tantũ, & dictionem ſolum; at ſecus ſi ſimpliciter ſe referret: quia tunc dictum ſtatutum ſeruandum eſſet etiam coram Poteſtate: ſed attenta hac ſua diſtinctione, dubitatio Bald nullam habuiſſet hæſitationem, ſed de plano procederet. intelligo tamen dictum Bald. ſiue ſimpliciter, ſiue cum taxatiua tantum, ſtatutum ſe referat ad conſules mercatorum, & ſtatutum eſt mere concernens mercaturam & perſonas mercatorum, & iudicium eorum, & non alias, & ita videtur innuere Sal. *ibi* Sed † exinde maiorem

71 video hæſitationem inſurgere, an tali ſtatuta in alia curia, quam mercatorum ſeruentur: in qua Bald. *in d. l receptitia.* dicit, quod gloſſ. ibi dicit, quod talia ſtatuta minime in alio foro ſeruari debent: ea ſiquidem ratione; quia mercatores, aliis officialibus legem imponere nequeunt: & præſertim ſuperioribus, cui quidẽ reſpondebat Bal. quod ex quo per ius commune talia ſtatuta confirmantur, non ipſi mercatores aliis legem imponunt, ſed ius commune, *l. 1. § omnia ff. de vet. iur. enucl.* & ideo dicit ipſe, quod Dd. dicunt, quod aut ſtatutũ mercatorum reſpicit actus eorum fidemq; actorum: vt ſi ſtatutum dicit, quod mercator poſsit conueniri ex nudo pacto, vel quod ſcriptura mercatoris plenam faciat fidem: & tunc in quolibet foro ſeruari debet, nedum ſeculari, ſed etiam Epiſcopali, vt not. *in l. ex ea ff. de poſtul.* intelligẽdo tamen niſi ſtatutum ſe referat ad proprios iudices, videl. ſi ſtatutum diceret, conſules mercatorum ſeruent pacta nuda, & ius reddant ex eis: tunc enim non ſeruarentur, niſi inter eos & coram conſulibus tantum Si autem ſtatutum reſpiceret modũ procedendi: puta extat ſtatutum, quod procedatur de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, tunc non reſeruaretur, niſi in eorum foro, & coram Poteſtate ſeruabitur ordo iuris, ſecundum Doct. *in l. cunctos populos 1. C. de ſum. Trin. & fid. cath.* Et † ex hoc alias inferebã, quod cauſæ, quæ 72 agitantur coram magiſtro nundinarum in nundinis Salerni de menſe Septembri, & finitis feriis redeunt ad Stratigorum eiuſdem ciuitatis in terminis, in quibus reperiuntur, debent agitari ſecũdum formam iuris, & non eo modo, vt fuerunt agitatæ coram dicto magiſtro nundinarum; & cum hac opinione tranſit Bald. & hanc appellat communem fore opin. Salic. *in d. l. receptitia* ſubdit tamen, quod ſi actor & reus eſſent eiuſdẽ profeſsionis, & ſic ambo mercatores, & agerent coram Poteſtate: ſtatutum mercatorum ſeruaretur etiam in eo foro inter eos: at ſecus ſi non ambo eſſent mercatores, ſed alter eorum tantum; quia tunc non ſeruaretur: & ita dicit intelligi debere gl *in d l receptitia.* ego autẽ vidi quotidie ſeruari, quod etiam ſi alter eorum mercator foret, ſeruatur ſtatutum mercatorum de conſuetudine Illud † etiam connexum huic dubitatio- 73 ni, fore non extra rẽ, video, Nunquid forenſis mercator ratione contractus initi in territorio, ligetur ſtatuto mercatorum illius loci: in quo Bald *in conſil. 457. incip. factum ſic proponitur. in 3. libr.* dicit, quod ſic, per tex. *in c. nos conſuetudinem. 2. diſtin. & c. illa. & l. exigere dotem. 6 5. ff de iud. & l ex ea. 9 ff de poſtul. & c. cum veniſſent. de eo, qui mitt in poſſeſſ. cum ſimil.* † Solet hic non inconuenienter quæri: nunquid ſubſi- 74 ſtat ſtatutum mercatorum, quod contra ſcripturas eorum nulla opponi poſsit exceptio præſcriptionis, in quo idem Bal. *in citata l. receptitia.* arguit pro & contra, & tandem ſubſiſtere inquit quia poſſunt mercatores aliter, quam per ius commune fuerit diſpoſitum, diſponere, vt per eum rationibus dictis habetur. Cuius † quidem & illam hæſitationem 75 ſequelam eſſe faciunt ſcribentes, nunquid mercatores

tores poſsint ſtatuere, quod pater teneatur pro filio: in quo quidem Bald. in d. l. receptitia, dicit, quod non, niſi patri filius referat quæſitum, l. prætor. 4. §. 1. ff. de edend. & eſt ratio ſecundum eum; quia tale ſtatutum eſt contra ius gentium, ſed ibi Salic. plenius tangendo (inquit) quod aut ſtatutum iſtud eſt confirmatum à conſilio ciuitatis, aut non: primo caſu valet; quia ſtatutum ciuitatis cenſetur; aut non eſt confirmatũ: & tunc aut pater & filius ſunt eiuſdem profeſſionis; & tunc valet; quia omnes dicuntur conſenſiſſe, aut neuter eorum de illa profeſſione eſt, & per tale ſtatutum non ligatur pater: aut eſt filius & non pater; & tunc videtur dicendum: aut filius refert quæſitum patri, & tenetur: aut non refert quæſitum patri; & non tenetur, ſubdit poſtea, quod verius ſibi videtur non teneri virtute ſtatuti: quia vt non ſubditus, non potuit illo ligari, ſed bene tenetur de iure cõmuni vel de peculio, vel quod iuſſu, vel de in rem verſo, & ita reſidet, ad hoc vide Soc. in conſ. 88. in 1. li. verſ. ſed ad præmiſſa. & vide Boer. in dec. 221. in 2 par. nu. 15 & ibi ſubdit, quod
76 tale ſtatutum habent Florentini, & Lucani. † Nec extra rem puto illud adiicere: an valeat ſtatutum, quod emens rem in publico foro ſeu in nundinis, non teneatur illam recognoſcenti domino reſtituere: in quo dicendum eſſe ſcriptũ reperio per ſcribentes, quod non; quia eſt contra ius diuinum, & nutrit peccatũ, ſecundũ Hoſt. in titu. de pœn. & remiſ. in ſumma § ſi in verſi. quid ſi quis emit rem furtiuam & Petr. de Anchar. in repet. c. canonum ſtatuta de conſtit. & ſequitur do. Fab. de Mon. ſan in tract. de empt. & vend. in vlt. quæſt. prin. nu. 3. per hoc habes, quod errant illi, qui dicunt, quod emens rem furtiuam in nundi-
77 nis non tenetur domino proprio reddere. † Non omitto, quod ſtatutum mercatorum, quod credatur libris eorundem, comprehendit etiam mercatores, qui de præſenti non ſint, ſed de præterito fuerunt, ſecũdum Doct. per l. prætor. § ſed hic, de eden. & Iaco. de Butr. in proœm. Digeſtorum & firmat Bert.
78 in tract. gabella. in 2. parte, num. 34. † Illud etiam in dubium verti ſolet, an ſtante ſtatuto inter mercatores, quod credatur libro mercatoris, vſque ad certam ſummam, debeant plures paruæ ſummæ coaceruari, & cumulari: in quo dicas, quod non, vt euitetur diſpoſitio ſtatuti ſecundũ Bal. in l. 1. C. de conſeſſ. col. 3. verſi. nec in iſta materia; quem refert Deci. in
79 l. ſi idem cum eo ff. de iur. omn. iudi. num. 11. † Quid enim ſi vnus mercator fecerit ſubſcriptionem, dicentem; Titius & ſocii; & tamen reuera ipſe Titius non habebat niſi vnum ſocium, an per hoc reddatur falſa dicta ſubſcriptio: in quo Cardin. in conſil. 155 incip. in ſocietate, decidit, quod non. quem refert & ſequitur Iaſ. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. ec-
80 cleſ. numer. 40 & 41. † Atque etiam prætermittendum eſt, quod ſtante ſtatuto, quod filiusfamilias mercator vel artifex obligetur, ſi contrahit, intelligi debet, ſi contrahit cauſa illius mercantiæ, vel artificii, ſecundũ Bald. in l. fina. 2. colum. C. ad Macedoni. & in l. 4. alias, Et ita de facto 5. §. ex hoc edicto. alias incipiente, Ait prætor. verſi. ex hoc edicto ff. nau. caup. & ſtab. & Paul. de Caſtr. in l. verba. 3. §. in filio familias. 3. ff. ad Maced. & ſequitur Iaſ. in l. age cũ Geminiano. 3.
C. de tranſact. nume. 6. † An mercatores & campſores ſoluto matrimonio teneantur ſtatim reſtituere dotem anni circulo non expectato, quæſtio eſt; & regula, hæredes mariti non teneri incontinenti reſtituere dotem, ſed tantum elapſo anno, quod tamen ſingulariter limitauit Angel. poſt alios in §. fina. in Auth. de fideiuſſ. & refert Iaſ. in §. fuerat. 29. Inſtit. de actio. num. 28. non procedere in mercatore, & alio homine pecunioſo, qui ſtatim tenetur ſoluere, ſed Iaſ. ibi tenet contrarium, quem videas. In hac igitur ſecunda parte ea congerenda non abs re eſſe duxi, videlicet ex quibus cauſis poſsit quis conueniri coram magiſtro nundinarum, & qui poſſint ibidem conueniri. † Et primo, qui poſsint ibi 82
conueniri videamus: & in hoc textus in l. 1. C. de nundi. illud innuere videtur, quod venientes ad nũdinas non poſſunt cauſa debiti arreſtari, aut modo aliquo conueniri, nec merces eorum ſequeſtrari, quod intelligit Angel. in l. hæres abſens. 19. §. in vlt. gloſſ. ff. de iudi. procedere, vt venientes ad nundinas, non poſsint conueniri à facientibus eas in eorum territorio de permiſſu Principis, ſed bene poſsint ab aliis mercatoribus contrahentibus cum eiſdem conueniri; vnde ſi nundinæ fiunt Florentiæ, non poſſunt venientes ad nundinas, conueniri ab ipſis Florentinis, ſed bene poſſunt ab aliis cum eiſdem contrahentibus ibidem conueniri; idem ergo puto dicendum, ſi Florentini ibi contrahunt cũ ipſis venientib. ad nundinas; nam tunc ratione contractus puto, quod habent cõueniri, & ita intelligit tex. præall. gl. ibi in verb. conueniunt. & declarat optime Bar. in d. l. hæres abſens. 19. §. proinde. 2. vbi intelligit d. l. 1. C. de nund. procedere pro alia cauſa. Sed ſi Florentini de nouo contrahunt cum mercatoribus in nundinis, quæ contrahuntur & celebrantur Florentiæ, dicit, poſſe ibi conueniri; & ita intelligi Bal. in d. l. 1. de debito alibi contracto: ſecus de ibi geſto, & eſt ſatis rationi conſonũ: nam ſi text. ille aliter intelligeretur, quod pro quocunque debito non poſſent mercatores conueniri, in foro poſſent infinitæ fraudes patrari. & committi, & non eſſet dare modum obuiandi fraudibus. † Nec credas eos ſolos conue-
niri poſſe coram magiſtro nundinarum, qui mercatores ſunt, ſed & illo quoque, qui minime mercatores ſunt, contrahunt tamen cum ipſis mercatoribus in ipſis nundinis; ratione enim contractus ibi conueniuntur, illud ve forum ob id non immerito ſortiri debent, vt ſcriptũ reliquerunt Doct. maxime Alex. in l. hæres abſens. 19. § ſi quis tutelam. 1. ff. de iud. & eſt text. in l. in contractibus. 14. §. in omnib. 4. & ibi Bart. C. de non nu. pec. & eſt ſatis rationabile, cum alias cogerentur mercatores finitis nundinis perſi-

ſtere.

ſtere in ciuitate & loco nundinarum ad conueniendum eos, qui cum ipſis contraxerunt coram iudice ipſorum: vel ſi forenſes forent, petere per loca eorum, & de facili fraudarentur. Hinc † patet non extra rem dixiſſe Iacob. Butr. & Caſtr. *in l. cum reorum. alias cum eorum. 5. C. de ſent.* quod ſi fuit factum depoſitum penes forenſem per aliquem iudicem, poteſt depoſitarius ille, licet non ſit ſubiectus iuriſdictioni illius iudicis, per eum cogi, vt reſtituat depoſitum & firmat Bald. *in l. acceptam. 19. col. 1. in fin. C. de vſur* & approbant idem Bal. & Iaſ *in l. ſi fideiuſſor. 7. § ſi ſatisdatũ. 2. ff. qui ſatisd cog* & Affl. *in dec. 24. in prin.*

84

85 Ex iis † n. infe as Salernitane, quod licet minime poſſint Salernitani conueniri corã magiſtro nundinarum, ſi non ſint mercatores, procedit id, ſi non conueniantur ratione contractus in ipſis nundinis geſti cu n ipſis mercatoribus; quia eo caſu bene cõueniuntur.

86 Illud † nunc conſequens eſt, vt congeramus, quibus ex cauſis venientes ad nundinas conueniantur in ipſis nundinis In quo tradendo regulam tex. *in l. 1. C. de nund.* (inquit) venientes ad nundinas non poſſe pro debito quocunque alibi contracto ibi conueniri aut moleſtari; at ſecus pro debito ibi contracto; ego tamen quotidie vidi venientes ad nundinas pro quocunque debito ibi cõueniri, & antiqui practicantes mihi alias aſſidenti pro iudice ibidem fecerunt fidem, quod eſt antiqua conſuetudo de hoc.

87 Nec † futile eſt dubitare, nunquid talis conſuetudo valeat: nam vt vides de iure communi pro debitis alibi contractis, quam in ipſis nundinis, nundinantes ipſi non poſſunt conueniri. ſed tantũ pro debitis ibi contractis, & ſic magiſter fori limitatam habet iuriſdictionem, & limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris. 16. ff. de acq. rer. do.* vnde reſtat videre, an per conſuetudinem maior iuriſdictio tribui poſſit, & certe poteſt: per tex. *in c. 1. de arb.* conſuetudo n. tribuit iuriſdictionem meram, mixtam, imperioſam, altam, & baſſam, ſecundum Bal. *in l. etiam. 5. C. de exec. rei. iud.* & Cæp. *in conſ. 60 incip. Lucius.* facit *c. ſi clericus laicũ. 5. vbi Abb. & alii not. extr. de for. compet.* & conſuetudo tribuit iuriſdictionẽ etiam fœminis *l. cum prætor. 12 in verb. morib. ff de iud.* & plenius proſequitur Roch. de Cur. *in c fin. de conſuet 16. col. verſ. 8. infertur.* & in ſeq qu. latius dicã.

88 Non † longe a prædictis diſtat id, de quo ſatis hæſitauerunt vbiq; ſcribẽtes, an mercatores cõueniantur vel conueniant alios, ſub iudice nundinarum, ſeu mercantiæ, pro rebus ad mercaturam non pertinentibus: in quo Bal *in l. fin. C. de iur. omn. iud. in 3. not.* tenuit, quod non poteſt quis conueniri coram præfato iudice, vel conſule artis, niſi pro rebus ſpectantibus ad illam artem, ſeu mercaturam; & eſt ratio ſecundũ eum; quia non ſunt ſubditi magiſtro nundinarum, ſeu iudici mercantiæ ſimpliciter, ſed ratione illius miniſterii, ſeu illius mercantiæ; ergo quando non ſumus in illa arte, ſeu mercantia, talis iudex in eos iuriſdictionẽ non habet, & ex continenti ius dicere inter eos non poteſt.

89 In † quo etiam Ang. *in conſ. 6. incip. dictum ſtatutũ.* in tantum inquit, hoc procedere, ꝙ non valet ſententia lata per conſules artis, in rebus non ſpectantibus ad artem. imo plus dixit, ꝙ vbicunque iuriſdictio tribuitur in certo caſu, vt hic, non procedet libellus coram illo iudice productus, niſi narretur ille caſus, in quo iuriſdictio eſt attributa: licet alias generalis libellus procedat, *l. qui ex multis. alias, ſi ex multis. 3. C. de anna. exc.* ita tenet ſecundũ eũ Ioan. And. *in c. cum ſit generale. 8. de for. cõp.* & ſic quando porrigitur petitio coram magiſtro nundinarum ſecundum eum debet fieri mentio, ꝙ conuenitur mercator pro rebus ad mercantiam ſpectantibus, & ſic in caſu conceſſæ iuriſdictionis, idem tenet ipſemet Bal. *in d. l. hæres abſens. §. ſi quis tutelam. ff. de iud. & in l. 3. C. eod.* vbi ponit exemplum de ſucceſſione, quæ non pertinet ad iuriſdictionem iudicis mercantiæ, ſeu nundinarum: eandem opinionem conſulendo ſequitur Lud. Rom. *in conſ. 300. incip. omnipotentis Dei in caſu propoſito.* eandem opinionem ſequitur conſulendo Bal. *in conſ. 460. in 4 lib. incip. In Chriſti nomine præmiſſis verbis.* & dicit Lud. Rom. *in conſ. 483.* ꝙ vbicunq; alicui licitum eſt ex aliqua cauſa à regulari iure recedere, non ſufficit cauſam ſubeſſe, niſi illa per eum, cui hoc de iure cõpetit, exprimatur, refert & ſequitur Chaſſ. *in conſuet. Burg. in tit. des iudices & droiſts d'icelles. fol. 45. nu. 23.* Et † dicit Bald *in d. conſ 440.* quod in tantum mercatorum iudex non poteſt iudicare, nec cognoſcere, niſi de cauſis ſpectantibus ad mercantiam; quod ſi factum eſt mutuum inter mercatores, & non fuit inſerta cauſa mercantiæ, videl. quod pro cauſa mercantiæ ſit factum tale mutuum, & ſic non fuit appoſita cauſa tribuens iuriſdictionẽ, iudex mercantiæ non poteſt cognoſcere: nam ſecundum eum, in iſtis caſibus cauſa eſt de ſubſtantia probationis, quoad iuriſdictionẽ: ergo ſpecialiter eſt probanda: accedunt ad hoc omnia iura loquentia de probatione cauſæ, *l. cum hic.* alias, *cum hi 8. §. cauſa.* alias, *in cauſa. 9. & § ſi prætor. 17. ff. de tranſ. & l. fi. C. de ediſt. di. Adrian tol cum ſimil.* licet poſtea contrarium conſulat in caſu ſuo: quia ex quo erat factum mutuum mercatori præſumitur, ꝙ in cauſa mercantiæ ſit factũ mutuum, & ita præſumit *l fin. §. fin C ad Macedon & ibi per Dd.* & iſta eſt præſumptio iuris, & habetur pro liquida probatione: vt not. *in l. ſi tutor. 5 C. de peric tut* non tamẽ recedit ab opinione prædicta ꝙ ſi non eſſet cauſa mercantiæ, quod iudex nundinarum non poſſet cognoſcere. pro quibus faciunt ea, quæ ſcripta reliquit Iaſ *in l age cum Geminiano. 3 C. de tranſ n. 4. cum ſeq.* & Thom. Gram. *in conſ 68 in prin. quia intentio in conſiliis ciuib.* Prædicta † vero intelligenda puto in cauſis penitus diuerſis a cauſis mercantiæ: at ſecus in cauſis connexis, ſeu depẽdentib. ab eis; quia eo caſu tales cauſæ poſſunt agitari per iudicẽ mercãtiæ, arg. text. *in l. ſi quis 5 §. ratione. 3. ff de eden.* & ibi Alex. & Bal. not. nam dicit ibi Bald. ꝙ Notarii ſunt ſub conſule-

90

91

ſule Notariorum, non ſolum pro eo, quod reſpicit artem tabellionatus; ſed pro omnibus de pendentibus, & connexis, & ad hoc dicit illum tex. ſæpe allegari, & ad hæc non omittas videre pulchra conſilia Ioan. de Imol. ſub *n.139.& 140.* vbi latiſſime. ego autem tẽpore meo, dum aſſidebam pro iudice in nundinis ciuitatis Salerni, vidi nonnullos conueniri pro cauſis omnino ſeparatis à cauſis mercantiæ, vt
92 pro legatis, ſucceſſione & aliis. Et † ob hoc alias dubitabam, an exiſtente tali conſuetudine, poſſit magiſter nundinarum de dictis cauſis cognoſcere, & in hoc Lud. Rom. *in d. conſ.* 300. in propriis terminis decidit, quod ſtante adhuc dicta conſuetudine, conſules & iudices mercatorum poſſunt licite cognoſcere indifferenter de dictis cauſis, quoniam, dicit ipſe, longa conſuetudo iuriſdictionem tribuit, alias nõ habenti, *l. viros 25. & vlt. C. de exc. tut. l. 11. & l. Scæuola. 26. fi. ff. de aqua plu. arc. & extra de foro comp. c. cũ contingat. 13. & c Rom. 1. extr. de pœnis lib. 6.* & cum iſta opin. pertranſit. Pro quibus videas per Cyn. & Sal. *in l. ſi lex 1. C. de emanc. lib.* & Alex *in conſ* 10 *alias 68 nu. 7. in 2. lib.* & Chaſſ. *in conſ. Burg. in tit. des iuſtices. fol. 9. 20. n. 90. cũ plur. ſeq.* & Par de Put *in l. ſynd. in tit.*
93 *de off. c.* 10. Nec † modicæ dubitationis eſt, indagare nũquid ſi mercator debitor meus diſceſſerit relicto filio ſuo hærede, valeam ipſum conuenire corã iudice mercantiæ, in quo Bald. *in l. nemo poteſt. 35. ff pro ſoc.* videtur tenere, quod non: nam dicit ipſe, quod hæres collegiati non ſit de collegio; vnde mercatoris matricula non obligat filium inuitum ad profeſſionem; vnde filius non poteſt conueniri ratione matriculæ patris in curia mercatorũ, vt dicit idem Bald. *in l. 1. C de pat. qui filios diſtr.* ſed Fran. de Aret. *in l. hæres abſens. 19. in prin. per illũ tex de iud.* tenet, quod poteſt conueniri, & idem videtur tenere Lud. Rom. *in d. conſ.* 100. motus per tex. *in d. l. hæres abſens. 19.* cuius contrarium expreſſe conſulit Raph. Ful. *in conſil. 100. incip. in propoſita q.* quid ergo dicendum? dicerem pro nunc, opinionem Franc. de Are ſuſtineri poſſe per ritũ magnæ curiæ vic. *in c. iten. vbi pupillus, vel pupilla* quo cauetur, quod filiusfam. hæres conuentus ex contractu paterno non poteſt declinare
94 forum. Nunc a. non † extra materiam nobis ſe offert illa vulgata quæſt. nunquid ſi ſunt plures mercatores, qui gerunt mercantiam, vel vnã negociationẽ, pro contractu vnius cæteri conueniantur inſolidũ Bar. *in l. eandem 9. ff. de duob. reis. in 7. qu.* diſtinguit, quod aut à plurimis geritur negociatio, quæ eis à publico decernitur, & tunc ſunt duo rei, actiue & paſſiue, *l. ſi vnus. 27. in prin. ff. de pact. & l. ſi duo. 34. ff. de arb.* ſi vero talis negociatio propria auctoritate fuit ſumpta, non ex publico: tunc aut plures gerunt iſtam negociationem & mercantiam, per ſuos inſtitores, ſeu factores, & quilibet eorum tenetur inſolidũ inſtitoria, vel exercitoria, *l. 1. in fin. ff. de exerc.* & ſic ſunt duo rei debendi, ſed duo rei credẽdi non ita conſtituentur, ſecundũ eum; quia ex contractu inſtitoris, vel exercitoris non quæritur actio domino, niſi ceſſa fuerit & in ſubſidium, *l. 1. in fin. cum l ſeq. ff. de inſt. & l. in eum, 19 §. 1. fi. eo.* Si vero gerunt negociationem per ſeipſos: tunc aut ambo ſimul, & quilibet tenetur pro portione, quam habet in negociatione illa, *l. ſi tamen plures. 4. ff de exerc. in princ.* aut ambo ſeparatim exercent, vnus Florentiæ, alter Bononiæ: tunc quilibet tenetur in ſolidum: videntur enim inuicem præpoſiti inſtitores arg. *l. eius qui in prouincia 41. ſi cert. pet. & l. iure prouiſum. 5. C. de fab. lib. 11.* idem videtur tenere Bald. *in l. nemo. 68. ff. pro ſoc.* Ang *in l. ſi vnus. 27. in princ. ff. de pact.* ſimpliciter tenet, quod vnus ſociorum in mercatura poteſt inſolidum debitum petere: nam ſi in libro reperiatur ſcriptum, quod Titius & ſocii debeut tantum conſequi, poteſt Titius in ſolidum agere: & quod ita de facto videt pluribus vicibus obſeruari, nec ſecũdum eum poteſt obiici, quod non habet mandatum, vel quod non debet audiri, niſi pro parte ſua, & oſtendere quanta ſit ſua rata. Sed contra Angel. tenet idemmet Bart. *in rep. l. 1. verſ. autem hoc ita. in 9. col. C. de duob. reis. & in l. pen. in 5 col. ff. de ſtipul.* & contra Ang. tenent Fulgoſ. Caſtrenſ. & Alexand. *in d. l. ſi vnus. 27.* & idem Alex *in conſil. 389 incip. ponderatis. in 1. col.* & Raph. Cuma. *in conſ 103. incip Titius & Seius ſocii Florentini.* Iaſ. *in d l. ſi vnus* reliquit cogitandum ſuper intellectu *d. l. ſi vnus.* dicit tamen hanc opinionem Bart. eſſe communem, & Bald. *in conſil 263. in 5. lib.* tenet, quod contrahens cum vno ex ſociis occaſione ſocietatis, vel cum præpoſito à ſociis, nõ habet neceſſe omnes conuenire, ſed poteſt eligere vnum ex eis, & cum eo inſolidum agere. † Limitat 95
tamen hanc communem opinionem Paul. de Caſt. *in d. l ſi vnus.* vt non procedat, quando mercatores alternis vicibus exercent mercãtiam, vt quia quandoque vnus ſtat in fundico, quandoque alter: quia iſto caſu quilibet tenetur in ſolidum; quoniam alter alterum videntur inſtitores ſe conſtituere:
Quid † enim ſi qui duorum debitor erat, cõſtituatur 96
per aliquam ſcripturam debitor vnius, ita vt alter, de quo vetus ſcriptura loquitur, repellatur ab agendo, an iſte, de quo noua ſcriptura cantat, teneatur conſocio per priorem chartam nominato, conferre? Ang. *l. in l. idem eſt 6. & l. fin ff de conſ. it. pec.* remittit ſe ad not. *in l. lege Fa. cidia. 7. ff. ad leg. Falcid.*
Sed † iuxta prædicta eiſdemque terminis retentis: 97
illud indagandum eſſe puto, nunquid vnus ſociorum? Ang. *in d. l ſi vnus. ff. de pactis.* tenet, quod ſic; congruit enim multum fidei mercatorum compromittere, neque trahere per litigia, directo ordinata, ad violentam extorſionem veritatis: ibique ſubdit, quod poteſt pro debito dubio iniurandum neganti deferri, *l. in duobus.* alias *iuſiurand. 27. in princ. ff de iureiuran.* aduertendumque eſſe dicit, quod ex quo in actione pro ſocio venit leuis culpa, ſi fuit in culpa in compromittendo (puta quia in non legalem compromiſit; vel quia non erat tanta debiti dubie-

dubietas, quod ſubito non potuiſſet probari in iudicio r. vel etiam fuit in culpa in deferendo iuramẽtum; quia detulit forſan cuidam ribaldo) quia iſtis caſibus tenetur ſocio, & ita tenendum eſſe inquit, idem tenet Alex. *in d. l. ſi vnus.* cum modificatione tamen, vt intelligantur prædicta de compromiſſo in duobus ſociis, qui ſunt duo rei credendi, & duobus argentariis, qui habent officium de publico, & quilibet eorum habet actionem inſolidum, nimirum ſi de tota actione diſponere poteſt: at ſecus in duobus mercatoribus ſociis: quia quilibet regulariter non habet actionem in ſolidum, ſecundum opin. Bar. & hæc Alex opin. verior videtur, ne per indire-

98 ctum auferatur pars alterius mercatoris. † Sed quid ſi contracta eſt ſocietas inter aliquos mercatores in aliqua mercantia: demum de voluntate vnius, alter mercantiam detulit Venetiis, & per viam fuit diſrobatus, conuenitur à conſocio pro parte ſua; an damnum ſit commune, ſi non fuit in culpa? Bald. *in conſi. 417. & 416. 3. lib.* tenet, quod damnum erit commune, ſi non fuit in culpa, ſecus ſi fuit in culpa,

99 procedendo per loca ſuſpecta, & non tuta. † Sed poſtquam in Sociorum materiam incidimus, non inutiliter videbitur eam aliquantum per fimbrias dilatare, & ideo quæro? Pone, quod ego emi à tribus mercatoribus beſtiarum nonnullas beſtias, porcos videlicet, vel capras, aliave animalia, vel à venalitiis ſeruorum emi ſeruos, volo agere, quanto minoris, vel redhibitoria, non reperio niſi vnum ex dictis mercatoribus, an poſſim eum inſolidum conuenire? & Bald. ſubtilis, & antiquus iuris interpres *in l. fina. C. de ædil. act. verſic. ſed pone 3. col.* dicit, quod poſſum conuenire inſolidum eum, qui maiorem partem habebat. & ſi omnes æqualem partem habebant, adhuc in ſolidum poſſum formare libellum: ratio eſt; quia lex præſumit hos mercatores eſſe ſocios: quoniam ita conſuetum eſt; & ideo qui habet maiorem partem, vel non minorem, poteſt inſolidũ conueniri: at ſecus ſi habet minorem partem: nam tunc non poteſt conueniri, niſi pro parte ſua: & idẽ dicit ſeruandum fore in mercatoribus olei, & alia-

100 tum rerum. † Succeſſiue illud attendendum erit, quod ſi agatur contra ſocium mercantiæ, per alium ſocium actione pro ſocio, conuento ſocio competit beneficium, ne conueniatur, niſi inquantum facere poteſt: ita tamen ſi à principio acceptaſſet debitũ, & ſe ſocium confeſſus eſſet: alias ſi negaſſet, ex negociatione imittit priuilegiũ dicti beneficii, vt eſt text. *in l. ſicut. 11. & in l. ſed hoc 22. ff. de re iud.* & ita per prædicta iura firmat Petr de Vnzo. *in pract. artis notar. in titu. deb. ne conuen. niſi in quan. facere poteſt.*

101 Procedunt † etiam prædicta, niſi ſocius huic beneficio renunciaſſet, quia eo caſu inſolidum conueniri poterit, vt inquit glo *in l. ſi conuenerit. 16. ff. de re*

102 *iud.* † Quid enim, ſi dum res communis eguiſſet refectione, & vnus ſociorum alteri intimaſſet, vt in expenſis contribueret, qui ceſſauit adeo, quod quatuor menſes elapſi ſunt, nunquid proprietas illius rei communis, in qua fuerunt factæ expenſæ, tota applicetur illi ſocio, qui eam ſuis ſumptibus refecit, ablata parte alterius, qui noluit contribuere, dicendum eſt, quod ſic, per tex. *in l. ſi duo.* alias *ſi fratres in l. cum duobus. 52. §. idem reſpondit: ſocius, qui ceſſantis 10. ff pro ſoc.* & text. *in l. ſi vt proponis. 4. C. de ædifi. priu.* & ſequitur Fran. de Cre. *in ſing. 97.* & firmat Ioa. Old. *in tract. de vſuc. & præſc. in c. de præſcript. quatuor menſ.*

*in ver. ſocius.* † Illud prope eſt, quod ſocius, qui ex- 103
penſas in itinere fecit in mercantia communi, ex corpore ſocietatis deducit, tam in foro conſcientiæ, quam ciuili, *l. cum duobus. 52. §. ſi quis ex ſociis. 15. ff. pro ſocio* ſecundũ Iac. de Are. & Cyn. *in l. 1. C. pro ſoc.* & eſt ratio; quia non dicitur lucrum, niſi deductis expenſis; imo nedum lucrũ non dicitur niſi deductis expenſis, ſed etiam non dicitur niſi deducta impenſa, & æſtimatione laboris perſonæ, vt eſt gloſſ. ſingularis *in l. per diuerſas. 22. C. mand.* quod intelligit Bal. *in d. l. 1. C pro ſoc.* eſſe verum, exceptis expenſis, quas domi eſſet facturus; quia illæ non debent fieri de corpore ſocietatis, argum. *l. heres furioſi. 51. verſi. ſed & ſi. ff. de pet. hæred.* & idem ſequitur Amb. de Vigna. *in tracta. de Vſu. verſicu. alia concluſ. nume. 176.*

Nec † longe diſtat, quod ſocius tenetur conſo- 104
cio de dolo & culpa, vt *l. ſi ſocius à ſocio. 72. ff. pro ſocio & Inſtitu. eodem titu §. fina. & l. à tutoribus 33. ff. de admin. tutor.* & ideo ſi aliquid eſt deperditum dolo vel culpa ſocii, tenetur ſocius, *l. cum duobus. 52. § venit autem. 1 & §. vtrum. 2. in verbo, ſi in coeunda. ff pro ſoc* & firmat cõſulendo Soci. *in cõſ. 24. in 1. lib 12.*

*col. verſ. & ideo dicunt.* † Vlterius quæro, quid ſi inſti- 105
tor mercatoris ſcribit apodiſſam, in qua cõſtituit ſe debitorẽ alicui inſtitorio nomine, & promittit ſoluere infra certum terminũ, an ex hoc poſſit, & debeat cõueniri dominus fundici. Ang. *in l. procurator. qui pro euictione. 67. in fin. ff de proc.* inquit, quod non poteſt conueniri dictus inſtitor, ſed dominus tantũ conueniendus erit: per *l. fi. ff. de inſt.* vbi in indiuiduo dicitur caſus noſter, ſed idẽ Ang. *in l. 4. ff. de re iud. in prin.* dicit hoc procedere, quando inſtitores tantum aſſerunt ſe debitores; ſecus ſi aſſerunt fundicum eſſe debitorem: ex eo quia ipſi receperunt pecuniã mutuo: quia iſto caſu licet recepiſſent pecuniam vt inſtitores; tamen ita ſcribentes videtur fidem eorum aſtringere, & ideo conueniuntur exemplo procuratoris, *d. l. procurator, qui pro euictione ff. de proc.* & ita refert fuiſſe deciſum Florentiæ in cauſa domini Paduani, & ſecundum iſtam opin. conſuluit Socin. *in*

*cõſ. 154. in 2. lib. in verſ. 2 caſus, & verſ. 8. caſus.* † Quid 106
enim ſi mercator aliquis erit matriculatus in diuerſis artibus, coram quo conſule erit conueniendus Bald *in l. receptitia. 2. C. de conſt. pec.* ſcriptum reliquit, quod inſpicienda erit ars, pro qua conuenitur, nam ad iudicem illius artis pertinet, *l. legatis ſeruis, 65 ff. de leg. 3. l. ſi vnus. 27 & l. ſi plures. 9. ff. de pactis, l. procurator. 61. ff. de act. & obligat.* ſi autem negotium eſt

tum eſt ex vtraque arte, ad neutrum pertinet cognitio, ſed ad forum commune Poteſtatis recurrendũ eſt, per tex. not. *in l.* 3 §. *eodem modo. 2. ff nau caup. &*
107 *ſtab.* † Sed nunquid quis poſſit eſſe deſcriptus & matriculatus in duobus collegiis & artibus. Vide Rom. *in ſing.* 175 & eundem Roma *in conſ.* 422. *incip. Iſte Franc. Pauli.* vbi ponit de eo, qui habet artem ſerici, & tentoriæ, decidit, quod quãdo exercet artem tentoriæ, ſubiicitur iudicibus tentoriç; quando vero exercet artem ſerici, ſubiicitur conſuetudinibus, conſtitutionibus & conſulibus eiuſdem artis
108 ſerici † An conſules mercatorum poſſint citare per edictum? Bal. *in l. ceſſante 2. C. quom. & quando. in 2. col.* dicit, quod ſic, ex quo habent merum & mixtum imperium, & ſic poſſunt citare per edicta proponẽ-
109 da in valuis ſeu foribus ſuæ audientiæ † Sed quia vt plurimum ſolent conueniri mercatores ad merces, quas emerant, hypothecaria ab aliquo creditore venditoris: Idcirco aliqua de iis ſubnectamus, & pro veritate huius notabilis dubitationis de duobus hæſitare contingit. Primo, an in generali obligatione veniant merces, & an præſentes, & futuræ. Secundo poſito, quod veniant etiam merces: an ſi reperiantur penes tertium bonæ fidei emptorem, poſſit ille emptor hypothecaria conueniri. Quoad primam quæſt. an in generali obligatione veniant merces. Bar. *in l. generali. 32. §. vxori 2. ff. de vſuf. leg.* inquit, quod diſpoſitio de rebus generaliter comprehendit res venales, citat arg. *l. pediculis. 32. §. Labeo. 6. ff. de aur. & arg. leg.* ſecus ſecundum eum, ſi diſpoſitio generalis fieret de rebus exiſtentibus in certo loco, quia tunc non comprehenduntur merces, & ſic ex dictis Bar. elicitur concluſio, ꝙ in generali obligatione bonorum, non reſtricta ad certum locum, comprehenduntur etiam merces, & res venales: & iſtam concluſionem expreſſe tenet Bal. *in l. cũ tabernam. 34. in prin. in repor. ant. ff de pig.* vbi refert ita tenere Bar. *in d. §. vxori.* & ita tenet Alex. *in l. ſi conſtãte 24 in prin. in 3. q. partis principalis, verſ. in quantũ ff.*
110 *ſol. matr.* & Bald. *in rub. C. de ver. ſig. 4. q.* † Sed an veniant merces futuræ in generali obligatione. Soc. *in l. qui Romæ, 122. §. Callimachus 1. 2. not. ff. de verb. obli.* tenet quod non, ſed contrariã partẽ firmat Neguzã. *in tract. de pig. & hyp. in 2. membro, ſecundæ partis princi-*
111 *palis, n.* 17. & ibi reſpondet motiuis Soci † Quo vero ad ſecundam quæſt. an merces venditæ per debitorem principalem remaneant in generali obligatione, ita quoad hypothecariã poſſit agi contra emptorem dictarum mercium, & in hoc Bal. *in l. vbi adhuc. 29. 3. col. ver. ſed pone maritus erat mercator C. de iure do.* dicit, quod ſi dictæ merces ante mortem debitoris, vel ante motam hypothecariam ſeu ante motum iudicium fuerint alienatæ, non competit ad illas hypothecaria; & eſt ratio ſecundũ Bal. quia licet merces venales veniant in generali obligatione; non tamẽ veniunt taliter, quod libere vendi vel permutari non poſſint. arg. *d. l. cum tabernam.* & ita etiam tenet Bar. *in l. ſi conſtante. 24. in prin. in 3. q. 3. partis principalis,* & ita ſequitur & firmat Neguz. *in tract. de pig. in loco citato, n. 22.* & ad hæc videas Iaſ. *in l. creditor. 28. ff. ſi cer peta. n. 3.* † Et retentis eiſdem terminis, quæ- 112
ro an merces venales inuecta, & illatæ in domũ ſeu apothecam conductam, ſint tacite obligatæ? Alex. *in d. l. ſi conſtante 24 in prin. in 3. q 3. partis. verſ. item in quantum. ff ſol. mat.* dicit, quod licet inuecta & illata in domum conductam realiter ſint tacite obligata; tamen fallit in mercibus venalibus inuectis & illatis; quia illæ nõ veniunt in tacite hypothecatis reſtringitur ad bona inuecta & illata in domum conductam, & ſic ad certum locum, & merces venales non dicuntur in loco eſſe, cum ibi non ſint, vt perpetuo permanſuræ, ſequitur & firmat Neguz. *in d. tract. in 4 memb. 2 partis, num.* 53.

[Contraria ſententia, quam defendit Zaſius *in §. item Seruiana. n. 20 & ibid.* Mynſing. *num.* 16. Item Schneidevvin *num. 39. Inſtit. de action.* eſt verior, pro qua eſt textus manifeſtus, *in l. cum tabernam ff. de pignoribus.* An & ſtudioſorum libri tacite pro mercede hoſpitii erunt obligati? De hoc quidem ambigit Ang. Aret. *in d. §. item Seruiana num.* 1. ſed negatiua ſententia, quam glo. defendit *in l. Nepos Proculo. ff. de verb. ſignif.* & aſſerens, ſcholaribus libros æque, vt militibus arma relinquendos; videtur tutior, quam & Zaſ. ſequitur *d. loc. num.* 23. Et Schneidevvin. *num.* 43. Item Neguſ. *in tract. de pigner. 4 memb. 2. par. nu. 144 & ſeqq.* Item an ſemel inuecta & illata, ſi poſt efferantur, pignoris nexu adhuc teneantur, controuertunt Dd. & licet communis ſit opinio, pignoris nexu adhuc teneri teſte Schneidevvin *in d. §. item Seruiana. numer. 53 Inſtit. de act.* & Caſtal. *in d. l. eſt differentia pen. ff. in quib. cauſ. pig.* contrarium tamen verius eſt per text. *in d. l. eſt differentia. & in l. eum tabernam. 34 ff de pignor.*]

Sed quid † ſi debitor meus dedit in ſolutum, & in ſ pro ſoluto merces quæ non erant ſuæ, ſed alienæ, an dominus illarum mercium poſſit vendicare ab illo, cui pro debito datæ fuerunt in ſolutum, & pro ſoluto. Afflict. *in dec. 3?0 incip. Alfonſus de Pariſio.* refert caſum fuiſſe de facto in ſacro regio conſ. & fuiſſe deciſum, quod valuit dicta datio inſolutum, licet rei alienæ: quia cenſetur venditio, quæ poteſt fieri de re aliena, licet dominus illarum mercium poſſit agere rei vendicatione, & Publiciana, vel remedio poſſeſſorio, *l. 1. & 3 ff de tri. & l. ſi colonus. 14. C. de agri. & cenſit lib. 11* vel agere actione furti, quando ſcienter emit rem alienam, vt *in l. ſi liberam. 10. C. quod cum eo.* & not. *in l. inciuilem 2. C. de furt.* An autem † coram iudice mercatorum 114
habeat locum reconuentio. Anto. de Butr. *in cap. 1. de mut. pet.* tenet, quod non habet locum reconuentio. Sed Abb. *ibi in pen. & fin. colum.* tenet indiſtincte, quod quoad iſtos iudices mercatorum habeat locum reconuentio, quando talis iudex eligitur per actorem, & firmat Rob. Marſil. *in 6. diſtin. 2.*

115 *ſtin. 2 q. prin.* Quid enim, † ſi quis mihi promiſit id
quod mihi debebat ſoluere Romæ, Capuæ, & vbi-
que locorum, & præciſe Venetiis in nundinis, quæ
ibi celebrantur in die *S.* Marci: an ſi tempore nun-
dinarum non reperiatur in illo loco, poterit ibi
conueniri? & licet regulariter, quando quis pro-
mittit ſoluere Capuæ, Romæ, & vbique locorum,
intelligatur, quod poſsit ibi conueniri, ſi ibi per-
ſonaliter reperiatur, vt per omnes Dd. *in l. ſi conue-
nerit. 18 ff. de iuriſd. om. iud.* tamen in caſu propoſi-
to eſt ſecus: quia licet in nundinis Venetiarum non
reperiatur tempore promiſſo, poterit ibi conue-
niri, quia fingitur per dolum abeſſe, vnde habetur
pro præſente (ſicut qui dolo deſiit poſsidere) *l. is qui
dolo. 69. & in l. ſi autem. 27. §. 1. ff. de rei vend.* & ita te-
net Iaſ. *in d. l. ſi conuenerit 18 ff de iuriſd. omnium iud.*
116 *numer 36.* Sed pone, † promiſiſti mihi centum ſol-
uere in nundinis Salerni, & ſi non ſolueris, promi-
ſiſti decem nomine pœnæ, an licite petantur illa
decem: Bald. *in l. rogaſti. 11. §. ſi tibi. 1. ff. ſi cert. pet. &
in l. vnica numer. 8 & 8. colum. de ſent. quæ pro eo quod
int.* quem ſequitur Alexand. *in conſil. 203.* alias *con-
ſil 61. in 2. lib. vlt. colum. incip. viſo proceſſu cauſæ verten-
tis* ſcriptum reliquit, quod non, niſi probetur tanti
117 mea intereſſe. † Prædictis etiam conſequens eſt,
quod ſi aliquis promiſit mihi ſoluere Romæ, & v-
bicunque fuerit inuentus, & ſub quocunque iu-
dice: ſi euenerit, quod Romæ non reperiatur prin-
cipalis promiſſor, ſed eius procurator, cum certa
quantitate frumenti domini & principalis pro-
miſſoris, poteritne ibi conueniri ipſe procurator,
ſi ad hunc locum & cauſam conſtitutus foret per
dominum, quia iuris fictione videtur ibi reperiri
principalis promiſſor, & ſic ibi citari & conue-
niri poterit: ſed ſi eſt ſimpliciter conſtitutus, tunc
ſecus; quia non videtur habere mandatum, vt re-
ſpondeat in eo foro, in quo abſens dominus con-
ueniri nequit, ſi ibi non reperitur, & hoc intelli-
gitur, quando tractaretur de conueniendo pro-
curatorem actione perſonali: ſed hypothecata a-
ctione ad frumentum, ſi frumentum non reperia-
tur alteri venditum, poteſt hypothecaria conue-
niri, verum ſi alteri reperiatur venditum, & tradi-
tum per conſignationem, vel inſpectionem ocula-
rem; tunc nec hypothecaria conueniri poteſt; quia
dictum frumentum non eſt in obligatione, *d. l.
cum tabernam 34 ff de pig.* & ita conſuluit Bald. *in
conſil 167. in 3. libr. & in l. final. §. ſed & ſi quis. 1. in vlt.
colum. verſ. extra quæro. C. communia de legat* & per
Franc. Curt *in addit. ad Alexan in d. l. ſi conuenerit. 18.*
118 *incip inuentus* Quid ergo † dicendum de clericis ne-
gociatoribus, & mercatoribus, an conueniantur
ſub iudice mercantiæ, & nundinarum Bald. *in ad-
dit. Specul. in tit. de reo, verſic. ſed quid ſcholaris.* dicit,
quod clericus delinquens in arte, quam gerit po-
teſt conueniri ſub Rectore vel Camerlingo occa-
ſione illius artis, per *l. fin. ff. de iuriſd om. iud.* nam cle-
rici negociatores, quãtum pertinet ad illam nego-
ciationem, iure communi laicorum vti debent, *l. 2.
C. de Epiſc. & cler.* & dicit Abb. *in c. fin. de vit. & hon. cler.*
quod clerici tenentur ſeruare ſtatuta locorum, vbi
negociantur, & ſimiliter tenet Bald. *in l. cunctos po-
pulos. 1 C. de ſum. Trinit.* & Stephan. Aufre. *in tract. de
poteſt. ſec. ſuper eccleſ. perſ in 1. regula nu. 24.* dicit, quod
quidquid ſit à tempore, cuius initii memoria ho-
minum non exiſtit, clerici artifices quando delin-
quunt in illa arte, vel abutuntur, iudicantur per
Baiulos illius artis, & per iudices ſeculares in hoc
puniuntur ciuiliter, & pro hoc dicit de anno *1394.*
Pariſiis fuiſſe deciſum, in præallegata forma, pro
quo vide Chaſ. *in conſuet. Burgun. in tit.* des iuſtices &
droicts d'icelles, *in prima rub fol. 52 num. 88. verſ. 20.
fallit.* Sed † quid ſi pater habens filium, quem pati- 119
tur negociari & mercari, hoc faciens per multum
temporis ſpatium, an mortuo filio; teneatur de ſuo
ſoluere debita contracta per ipſum filium, occaſio-
ne dictæ mercantiæ. Afflict. *in deciſ. 208.* dicit hunc
caſum de facto feciſſe *in ſac. reg. conſ.* & pro, & con-
tra allegat; tandem ex nonnullis bonis rationibus
videtur inclinare in eam partem, quod Pater te-
neatur, reperio inſuper Boer. *in deciſ 221. in 2. parte,
num. 11. cum ſeq* vbi inter cætera dixit, quod Floren-
tini habent ſtatutum, quod pater ſciens filium ne-
gotiari, & non prohibens, tenetur de ſuo; & ad hoc
citat Soc. *in conſ. 111 in prin 2 lib.* & ſimiliter dicit eſſe
ſtatutum in ciuitate Lucana, & dicit tale ſtatutum
valere. Illud etiam belliſsime tetigit Bal. *in l. fiſtulas.*
*78 ff. de contrah empt.* † quod contrahens in nundi- 120
nis cum aliquo abinde illico receſſuro, eum ſuſpe-
ctum minime allegare poteſt quia ſciebat eum ad-
uenam, pro quo dicit facere tex. *in l. hæres abſens. 19.
§. ſi quis tutelam. 1 ff. de iudic.* ſed hoc ſane intelligen-
dum erit ſecundum eundem Bald. *in rubr. de his quæ
in fraud. credit.* vt procedat, quando rem emptam
ſecum non portaret; at quando ſecum rem emptam
portaret, tunc ſecus: quia licet contrahens putare
debebat ipſum receſſurum, non tamen cum re,
non ſoluto pretio, & ideo iſto caſu, poteſt peti i-
pſum capi vt ſuſpectum & fugitiuum, & ſequitur
Ioan Bapt. de Caccialup. *in tract. de debit. ſuſpect. &
fug. in vltimis verbis* quod ego intelligerẽ, niſi aliter
conſtaret, fuiſſe habitam fidem de pretio, & fuiſſe
actum de aſportando rem ſecum non ſoluto pre-
tio. Nec abſonum putes, & illud intelligere, † quod 121
in curia mercatorum non poteſt conueniri merca-
tor ad ſolutionem pœnæ contractus obligationis,
ſeu fideiuſsionis, ſi non probatur intereſſe; quia li-
cet in pœnis non conſideretur intereſſe, *l. ſtipulatio
iſta. 38. § alteri. 17 ff de verb. oblig.* attamen iſtud non
habet locum, vbicunque debet ſeruari æquitas, in-
de quod in pœnis iudicialibus & prætoriis conſide-
ratur an interſit, text. eſt *in l. 2. §. fin. & ibi Ange. ff ſi
quis in ius vocat nõ ierit* & plene proſequitur Thom.
Gram *in conſ. 66. in ciuilibus,* citat Angel. *in conſ. 229.*
*incip.*

*incip. arbitror dictam pœnam, colum. 2. & voluit allegare eum in conſil 319.* Illud etiam legito Lector, quod conſuluit Bald. *in conſil. 155. in 5. part. num. 1.* vbi dubi-
122 tauit, † ſi mercator tenens fundicum, & ſtationem in aliqua ciuitate, puta Salerni, ibi fuerit conuentus ob aliquod debitum, qui confeſſus fuit debitum, propter quod ei fuit factum præceptum, de ſoluendo intra certum terminũ, quo facto, alibi ſe tranſtulit cum apotheca: an iudex illius loci, in quo debitor ſe tranſtulit, ad literas prioris iudicis exequi poſſit illud præceptum: & ibi tandem dicit, quod exequi non poteſt tale præceptum, niſi ille primus iudex pronunciauerit actorem mittendum in poſſeſsionem bonorum eius, cui fuit factum præceptum; tunc enim ad literas prioris iudicis, tenetur taliter iudex exequi. Nec etiam omittendum puto,
123 quod † domus mercatorum ſunt exemptæ ab hoſpitando milites, qui veniunt ad ciuitatem ad caſtrametationem, & eis deputantur hoſpitia ab officiariis ciuitatis; & eſt ratio, quia ergaſtaria mercatorum ſunt occupata à mercimoniis, vt dicit text *in l. pen. 11. C. de metat. & epit. lib. 12. & l. in qualibet. 2. eod. tit.* ſed video male hoc hodie ſeruati. Nec ſcite
124 te pigeat, † quod in generali obligatione artificis non veniunt incudes, & malleum, ſecundum gloſſ. *in c. in generali. 81. de reg. iur. lib. 6.* faciunt not *in l. Nepos Proculo. 125. ff. de verbor. ſign.* Quid ergo dicemus,
125 pone † quod quis vult mercatorem iurare ſuſpectum de fuga, an poſito, quod habeat multa nomina creditorum nutricata, cui de facili nõ eſt poſsibilis receſſus propter multitudinem mercantiarũ, vel grauitatem earum? in quo dicas, quod non, vt tenet Ang. Mod. *in l. ſciendum. 15. ff. qui ſatiſd. cogan. n. 2.* vbi dicit, quod mercator poſsidens egregia mobilia, & multa nomina debitorum non tenetur cauere, & ex conſequenti non poteſt iurari ſuſpectus, quod etiam firmat Ioan. Bapt de Caccialup *in tract. de debit. ſuſpect. & fug. 1. q. nu 10.* at ſane, & cum grano ſalis intelligas dictum Ang. copulatiue enim præſupponit, quod habeat egregia mobilia, & multa nomina debitorum, quorum cauſa veriſimile eſt quod non eſt de facili, & poſſibilis eius receſſus, & ſic non debet arctari ad ſatiſdandum de iudicio ſiſti: ſecus etenim crederem in quæſtione propoſita, quando ſolum præſupponitur nomina debitorum eum poſſidere tantum, & quomodo probetur paupertas mercatoris ad effectum prædictũ Angel. *in l. in fundo. ff. de rei ven. n. 2.* dicit probari ex probatione ceſsionis, & fugæ. Hinc autem non immerito & extra rem probandam eſſe propalam videbitur, an † ſi mercator cederet, ſeu falleret, liberetur, ſi
126 creditores eiuſdem cepiſſent omnia bona ſua. Paul. de Caſt per illum tex. *in l. heres à debitore, §. quod ſi ſtipulatus. 3. ff. de fideiuſſ* ſcriptum reliquit, quod non liberatur, nec ipſe, nec ſui fideiuſſores. Prædictis enim non aduerſatur, † quod ſi mercator vt cedẽs &
127 fugitiuus captus ſit, ſi captura erit iniuſta; & tamen de debito conſtat, an detineri poſsit, non obſtante quod captura ſit illicita, in quo Ioan. Bap à S. Seue. *in tract de debit. ſuſpect. & ſug. num. 140.* diſputat pro, & contra, tamen in effectu concluſum relinquit, quod ſi de debito conſtat per confeſsionem capti, vt debitoris ſuſpecti; tunc captura reuocatur, & hoc per tex. *in l. ſi §. ſi. ff. quod met. cauſ.* & per Bald. *in l. fundus, qui Lucii 9. ff. de reſ. vend.* vbi magiſtraliter dixit, quod paratum ſe offerens ſoluere, non debet grauamen reuocari, niſi ſoluat, cum cõſtat per eius confeſsionem; at ſecus concludit, quando aliter conſtaret, quam per eius confeſsionem, ſed quid ſi eſt captus vt ſatiſdet, an conſtito de debito poſsit detineri, ſi vult dare cautionem, dic quod nõ, vt dicit magiſtraliter Bar. *in l. ſi pecuniæ. 6. §. qui fideicommiſſi. 1. ff. vt in poſſ leg.* quia captus eſt ſimpliciter, vt ſatiſdet; ſecus ſi capiatur, vt ſoluat. Sed † quid de mercatore capto ad inſtantiam vnius, an poſsit re- 128
commendari in carceribus, ad inſtantiam alterius: in quo Batt. *in tract. de carc in vlt. col* tenet, quod ſic, allegat tex. *in l. quotiens. 3. C de exact. tribut* ſed hoc dicit verum Sal. *l. fin. C. de bon auct. iud. poſſid* ſi eſt tale debitum, pro quo quis de nouo incarcerari poſſet, ſed plenius de iſta materia congerit Marſil. *in praxi crim. § attingam. num. 31. cum pluribus ſeq.* Quid ergo e conuerſo? † an ſi quis capiatur ad inſtantiam 129
vnius, reſpectu vnius cauſæ, an ſatisfacta illa poſsit per ipſum recommendari pro illa cauſa in eiſdem carceribus: puta impetraui capturam ſuſpecti & fugitiui debitoris, ad effectum, vt detur per eum fideiuſſoria cautio, quam vult dare: verum quia conſtat de debito, creditor vult, quod non liberetur niſi ſoluat, quid iuris: ego pro nunc dicerem, quod debet liberari; nam quia a principio potuit impetrare capturam ad effectum ſoluendi, elegit viam impetrandi capturam ad effectum ſatiſdandi non poteſt variare; nam electo vno de contrariis non poteſt ad aliud redire, *l commiſſoriæ 4 & ibi gloſſ. C de pact. inter empt. & vend.* nec licita eſt variatio, vt ibi per gl. & Dd. ſed quis negabit iſta duo eſſe contraria, habere fidem de debito data cautione, & velle ſolutionem de præſenti. cogita quia pendet in facto, & non potui talem caſum in ſpecie deciſum reperire, & hoc maxime procedit re non exiſtente integra: puta quia debitor vellet dare cautionem, & poſtea creditor dicat, velle quod ſoluat, & an & quando dicatur mercator cedens & fugitiuus, vide Angel. *in conſil 65. incip. quæritur.* & eſt quæſtio per ſtatuta. Sed illud in mentẽ venit, † An mercatores 130
falliti cedentes & fugitiui poſsint torqueri, vt indicent pecunias eis datas ad mercandum; quia nunc habere denegant, illaſq; perdidiſſe & ſubtractas fore dicunt? Dicas, quod ſic, vt dicit Par. de Put. *in tractatu de Synd. in verb. tortura, c. an in cauſa pecuniaria. verſ an princ. in ciuili cauſa* & Hippol. de Marſ. *in l. diuus 9. colum 1. ff. de quæſt. & in ſua crim. prax. §. expedita, numer. 62.* & Franc. Purp. *in l. ſingularia. 15. num. 94. ff.*

4. *ff ſi cert. petat.* & eſt ratio; quia omnis coniectu-
ra creſcit contra fallitos, qui ad mentiendum faci-
les ſunt, & infamiſſimi, vt inquit Ioan. Baptiſt. à S.
Seuer. *in tract. de debitore ſuſpect. & fug. quæſt. 1. colum.*
*vltim.* qui (vt inquit) deberent more antiquiſſimæ
legis dari creditoribus lacerandi, & ideo noſter In-
uictiſſimus Carolus V. Romanorum Imper. nouel-
lam fecit pragmat. incip. *Contra autem.* qua ſtatuit
contra bancherios, & nummularios denegantes
depoſita deponentibus reſtituere: nam ſi ſe abſen-
tauerint, & per ſex dies latitauerint, debent citari
in domibus, in quibus habitare ſolebant, & ſi citati
per alios, ſex dies latitauerint, & non comparue-
rint, & ſuis creditoribus non ſatisfecerint, in pœnā
mortis naturalis incurrunt, & elapſis d. ſex diebus
poſt citationem, poteſt & debet contra eos proce-
di ad fori iudicationem, nullo alio tempore expe-
ctato, & debent publicari pro fori iudicatis per lo-
131 ca ſolita. Vlterius, † adeo leges odio proſequuntur
tales fallitores, vt nec eis concedant miſerabile ceſ-
ſionis beneficium, vt inquit Bald. qui omnia ſciuit
*in conſil. 219 incip. ſuper libris Theſuarariæ lib. 3. colum. 3.*
quem ſequitur Nicol. Boer. *in deciſ. 215. numero 6.*
vbi plus inquit, *num.* 7. quod nec etiam habent be-
132 neficium immunitatis eccleſiaſticæ. Nec † eis ſer-
uanda ſunt pacta à creditoribus facta, verbi gratia,
quod aſſerentibus ipſis, fuiſſe ablatas ab eis pecu-
nias, deuenerint ad concordiam, remiſerintque ob
id aliquam pecuniarum partem: nam conſtito ex
poſt facto, eos mercatores fore ſoluendo, pacta cū
eis facta haud ſeruanda ſunt, vt decidit Boer. *in de-*
*ciſio.* 215. citat in hanc ferme ſententiam fuiſſe Ioan.
Baptiſt. à S. Seuer. *in repet rubr. extr. de donat in antiq.*
*fol.* 13. *colum. 2. numer.* 15. *in addit. ſed de iis hactenus.*
133 Illud quoque † ſæpe me reddidit ancipitem, num
in curia nundinaria poſſit præſentari inſtrumen-
rum iuxta formam ritus magnæ curiæ Vicariæ, in
quo alias dicebam, quod ſic, & hoc per ritum dictæ
magnæ curiæ Vicariæ, incipient. *Item nota, quod quā-*
*do volens.* quo cauetur, poſſe præſentari inſtrumen-
tum debiti contra debitorem ſuſpectum, & fugiti-
uum, conſtito per duos de fuga; & tunc expeditur
citatio contra eum, vt veniat ad aſſecurandum iu-
dicium, & in defectum fideiuſſoriæ cautionis ca-
piatur de perſona, in nundinis vero non requiritur
probari de fuga, quia omnes venientes ad nundi-
nas ſunt ſuſpecti de fuga, vt dicam in ſequenti par-
te. ergo præſentatur inſtrumentum in curia nundi-
naria, & ducitur debitor per citationem realem, vt
dicam in ſequēti parte, ante tribunal magiſtri nun-
dinarum, & interrogabitur debitor ſuper tenore
inſtrumenti, & ſi fatetur debitum eſſe verum, & in-
ſtrumentum eſt liquidum, & dilatio data ad ſol-
uendum elapſa eſt, detinebitur, ſi vero non eſt ela-
pſa dilatio, & allegatur ex alia cauſa, quam ex eo,
quod reperiatur in nundinis ſuſpectum & fugiti-
uum, & probabitur per teſtes; & tunc interrogabi-
tur, ſi habet fideiuſſorem, & ſi non habet, detinebi-
tur de perſona, & ita vidi pluries practicatū. † Quid 134
enim ſi vxor mea publice mercaturam gerat, num
cenſeatur de voluntate mea gerere, adeo vt ex con-
tractibus per eam initis ego tenear? & quoad primū
dicendum eſſe inquiunt Doct. quod ſi publice exer-
cet mercaturam, cenſebitur ex voluntate mea præ-
uia id facere, arg. *l. Barbarius. 3 ff. de off. præt. & l. eius*
*qui in prouinciam. 41. ff. ſi cert. pet* & probat tex. *in l. 1. §.*
*igitur præpoſitio 12. ff. de exer.* quoad ſecundum, ſi mer-
caturam gerat de voluntate mea, vel eam ad id præ-
pono, ego teneor ex omni contractu celebrato oc-
caſione illius mercantiæ, vt declarat plene D. Pirrh.
Ang. Doct. Gal. *in conſ. quæ voc. aureæ, in tit. de ſociet.*
*inter vir. & vxor 3. c.* & ibi etiam dicit *in cap.* 4. quod
ipſa vxor poteſt conuenire, & conueniri, & maritus
eius obligatur ex ea re, & eſt ratio ſecundum eum;
quia vxor publica mercatrix, eſt tanquam procu-
rator cum libera, per *l. ſed & in ipſum procuratorem. 6.*
*iuncta gloſſ. ff. de inſtit.* Nunquid † minori matricula- 135
to in arte mercantiæ detur reſtitutio in integrum,
ſi læſus eſt, in quo Bart. iuris antiſtes *in l. 1. verſic. &*
*eadem ratione putarem. C. qui & aduer. quos* dicit, quod
non, niſi læſus foret in aliquo non concernente ar-
tem, ſeu mercaturam, quem ſequitur ad literam,
Lud. Roman. *in conſil. 319. incip. quæritur.* & Marſil. *in*
*l. infans. 12. num 2 ff de ſicar.* Illud etiam adſcriben-
dum hic duxi, † pone plures ſunt mercatores ſocii, 136
quorum vnus occidatur, nunquid ſocii ſuperſtites
poſſint accuſare de morte cōſocii? Reperi Maſuer.
*in ſua praxi, in tit. de expen. damnis, & inter ſol. 101. co-*
*lum. 2. item propter homicidium.* quem refert, & ſequi-
tur *in deciſ. 233 parte 2* Boer. quod poſſint accuſare
& proſequi ius vindictæ † Finge enim mercatorem 137
promiſiſſe, ſeque ſoluere centum conſtituiſſe infra
certum terminum, & ſi non ſoluerit, præſtare 125.
quomodo enim intelligatur illud, ſi non ſoluerit,
dicas, quod intelligi debet, id eſt, ſi fuerit in mora
ſoluēdi, *l. ſi duo. 16. ff. de conſt. pec. in fi.* quia elapſo ter-
mino ſtatim mercator dicitur in mora, & ita con-
ſiderat Bald *in tract de conſ. num. 2.* Alias † hæſitari 138
ſummopere vidi, nunquid mercatore intricato nō-
nullis debitis interfecto, ſuperſtite eius filio, qui
tranſegit cum occiſoribus recepta certa pecuniarū
quantitate, teneatur creditoribus illam pecuniam
ſoluere? reperi Alb de Roſ. *in l eum qui. 4. C. arb. tut.*
*& in l. hæredes. 1. C de his quib. vt indig.* tenentem, quod
non, quem ſequitur Boer. *in deciſ 221. num. 5. part. 1.*
Nec ambigendum putes, † quod mercatores con- 139
ueniri poſſunt ex qualibet promiſſione facta inter
abſentes per nuncium vel epiſtolam, vt not. Bart. *in*
*l. Quintus Mutius 48. ff mand.* & proprius ſecundum
Bald. *in l. in perſonam. 30 § qui pecuniam 1 ff. de pact. &*
*ſequitur Boer. in d. deciſ. 221. n. 14 in 2. part.* Sed † pone 140
quod mercator tradidit multas merces cuidā ſenſa-
rio, vt eas vendat, nec de mercede conuentum fuit:
qua actione conuenietur mercator per ſenſarium

pro mercede venditionis dictarum rerum: dicas,
quod conuenitur actione præſcriptis verbis, vt ma-
giſtraliter tradit Ioan. Fabr. *Inſtit. de act. §. actionum*
*autem.28.n.27.* ad eam mercedem, quæ in ſimilibus
ſolita eſt præſtari, pro quo vide tex. *in l. de proxeneti-*
141 *co 2 ff. de proxenet.* Sed finge † aliquem mercatorem
Florentinum habere nonnullos factores in ciuitate
Lugdunenſi ad vnam rationem, menſam ſeu fundi-
cum, an poſſit pro contractibus celebratis per facto-
res ſuos Lugduni conueniri, ſi ibi reperiatur: & di-
cas quod ſic, vt ſcriptum reliquit Paul. Caſtr. *in l.*
*hæres abſens.19.§. apud Labeonem. 3. per illum text. ff. de*
*iudic.* quem ibi ſequitur Boer. *in deciſ. 114. in 1. parte.*
142 Progredere † vltra lector, & finge ꝙ aliquis merca-
tor Ianuenſis ſe obligauit penes acta curiæ ciuitatis
Florentiæ dare cuidam Florentino centum, & eue-
nit, quod mercator Ianuenſis timens, ne accuſetur
obligatio Florentiæ, præuenit ipſum Florentinum
in curia Ianuenſi, ibique propoſuit quaſdam excep-
tiones, & citari fecit Florentinum, qui non compa-
ruit, ſed accuſauit obligationem Florẽtiæ, mercator
Ianuenſis allegat litis pendentiam, & petit cauſam
remitti: quid iuris, vide pul hre Boer. *in deciſ. 114. &*
*præſuppono, in 1. parte.* & de iure regni vide ritus mag-
næ curiæ vicariæ de præuentione, & regiam pragm.
ex quibus omnibus habes veritatem, & vide etiam
143 Affl. *in deciſ. 294 incip. quidam creditor.* Quid enim †
ſi aliquis mercator condemnatus fuit, vt infra cer-
tum terminum ſub pœna reddat rationem, vel ad id
ſe obligauit, penes acta, quid debet facere, vt non
incidat in pœnã, ſi forte ratio reddi non poteſt infra
terminum; quia eſſet intricata: dicas quod poteſt
comparere, & dicere, quod calcularia & rationibus
viſis, eſt debitor in vno numo, & illum ſoluat: & ſi
apparuerit eum debitorem in maiori ſumma, det
fideiuſſorem in promptu, & erit ſecurus, ſecundum
Angel. Alex. & Bald. *in l. ſi reſiduum. 5. C. de diſtr pign.*
& Bald. *in c. 1. §. 1. col. 5. verſic. ſed quid ſi arbitrator. de*
*leg. Corrad. & conſ. 351. lib. 3.* & Paul. de Caſtr. *in l 2. qui*
*legit. perſon. ſtan cum l. 1. & l. ſi à te 7. C. de pact. int. emp.*
*& vend.* & Ioan. Fab. *in l. acceptam 19 C. de vſur.* & ple-
nius Boer. *in conſuet. Bitur §. item; & ſi. f. 58.* Quid igi-
144 tur de iſtis mediatoribus † ſeu ſenſariis, quibus me-
diantibus multi contractus celebrantur, de quibus
loquitur totus tit. *ff de proxen.* num teneantur de do-
lo & culpa: dicas, quod ſic, vt voluit Bart. *in l. 1. ff. de*
*proxen in l. aut qui aliter. 5. §. hæc verba. ff. quod vi aut*
*clam.* & an ſi fieri fecerint contractum vſurarium,
teneantur ad vſurarum reſtitutionem? dic, quod ſic,
vt eſt gl. fi *in l ſi ſciente. 7. ff. ad leg. Pomp. de parric.* & ibi
Bart. Angel. & Alex. *in l. 3. § ſi procurator. 1. ff quod quiſ-*
*que iuris.* & habetur per Petr. Angel. *in conſil aur in c.*
*24. f. 157.* & vide Lud. Rom. *in ſing 271. incip. fui inter-*
*rogatus hoc mane* Verum † qui emit mediante proxe-
145 neta, aget redhibitoria: dicas, quod ſic, ſecundum
Alber de Roſ *in l. ſi proxeneta. 2. ff eod. tit.* Finge e-
146 nim † quod in libro mercatoris continetur, me
eſſe ipſius debitorem, & ipſum eſſe meum debito-
rem; an iſto caſu fiat compenſatio, & an ſit in pote-
ſtate mercatoris, in quam cauſam velit conuerti id,
quod mihi debet: dicas, ꝙ iſto caſu fienda eſt com-
penſatio eius debiti, quod vult exigere mercator:
nec poteſt dicere, id quod mihi debet, velle cõuerti
in talem quantitatem, eius, quod ego ipſi debeo, &
non in aliam, ex quo non ſumus in materia tituli
de ſolutionibus, quod quidem eſt verum, quando
debitum, quod quis vult compenſare, eſt æquale
illi, ad quod vult facere compenſationem, vel illo
maius: quia ſi eſſet minus, alio nolente compenſa-
re, non fieret compenſatio, niſi offerret reſiduum,
prout late concludit Guil. Mayner. *in l. ſi in duabus*
*actionibus. 104. ff. de regul. iur. in fin.* pro quo etiam vi-
de Alex. *in conſil 85. in 3. lib.* Vlterius nõ † omittas ſci- 147
re, quod ſi mercator ſequeſtrari fecit merces vena-
les alterius mercatoris, ſi deinde ſequeſtrum reuo-
catur per iudicem, qui id ipſum fecit, cognito
de iure ipſius: ſi mercator ille, cuius merces poſtea
non potuerunt vendi, ex eo damnum ſentiat, & iu-
dex qui reuocatoriam ſequeſtri tulit, nullam men-
tionem fecerit de damnis, expenſis, & intereſſe,
poteſt tamen mercator ille ex nouo iudicio pete-
re, ſecundum Bald. *in conſil. 249. incip. quidam merca-*
*tor, in 3 lib.* Quid etiam de eo qui depoſitum fecit
apud † aliquem mercatorem, & iudex coegit eun- 148
dem mercatorem depoſitarium, vt reſtitueret ali-
cui, ſit ne liberatus? hanc quæſtionem de facto con-
ſultus Raph. Cum. *in conſ 185. per totum.* dicit quod
ſi ille, cui per iuſſum iudicis fuit reſtitutum depoſi-
tum, prætendat creditorem fore deponentis, & an-
tequam ei fuiſſet reſtitutum, feciſſet eidem depoſi-
tario fieri ſequeſtrum, ſeu mandatum ſequeſtrati-
uum, debet depoſitarius intimare deponenti, vt ve-
niat ad reuocari faciendum ſequeſtrum: item debe-
bat appellare à iuſſu iudicis, & intimare etiam de-
ponenti, alias me ſolueret. Eſt enim ratio, † quare in 149
curia mercatorum iudicium dici ſummarium iuris
antiſtites nominare conſueuere, quia inter merca-
tores attenditur ſimpliciter veritas negocii, ſecun-
dum Bal. *in conſ 40. in 5 lib n 10. & conſ. 466. n° 5. eod.*
*lib.* eſt etiam ratio, vt dicit dominus Auctor; quia
mercatorum curia eccleſiaſticæ æquiparatur, vbi
ſecundum æquitatem canonicam proceditur; imo
non ſolum verum eſt, mercatorem dici de foro ec-
cleſiæ, ſed & mercator dicitur miſerabilis perſona,
dum eſt in mercimoniis, & peregrinatur, ſecũdum
Alexand. *in conſil. 131 lib. 7. in c. omnipotentis Dei. ad fi.*
& ſequitur Ioan. à Neuiza *in Sylua nupt. lib. 6. nu. 19.*
& Fel. *in c. ſignificantibus. 38. de off. deleg in verſ. 6* & hac
etiam ratione attenta, cauſæ mercatorum debent
ſummarie tractari, cum in cauſis miſerabilium per-
ſonarum de plano & æquo procedatur; abſque ſcri-
ptis, & ſolutione ſportularum, vt eſt tex. *in Auth. de*
*mand. princip § ſi tibi quoque, ibi. ( viliũ)* & ibi Bart. &
[illegible] pro hoc eſt text. iuncta glo. *verſi. vel perſonæ, in l.*

*2. [illegible]*

nonnunquam, l. a. ff. de iud. ſed quid inquit Bar. Doct. Gallicus, in n modicæ auctoritatis & ſcientiæ, in conſ. 53. lib. 2. n. 10. quod de iure communi nõ eſt procedendum inter mercatores de bono & æquo, ſecundum opinionem Bar. quia dicit ipſe, quod Bart. quando de hoc mentionem facit, in l. ſi fideiuſſor. 29. §. quædam. 4. ff. man. & in l. Quintus. 48. ff. eo. tit. id dicit ex diſpoſitione ſtatuti, ſeu municipalis conſtitutionis, & ſic non dicit, quod id de iure communi procedat; quod apertius ſecundum eum colligitur ex dictis Bald. in l. ſi pro ea 10 colum. fin. verſic. vnde facit ad quæſtionem in curia. C. mand & Angel. in §. item ſi quis. 6. Inſtit. de actio. verſic. quæro ſtatuto. & ſic ſecundum Bart. omnes Doct. qui loquuntur, quod in curia mercatorum agitentur cau æ de bono & æquo, loquuntur, quando in forma ſtatuti diſpoſitum, non quod ita ſit de iure communi, licet dicat, quod etiam de iure communi curia mercatorum habet aliquid ſpecialitatis, propter præcipuam fidem, quam habent homines in eorum promiſsionibus; eſt tamen bene verum, quod poſtea reperi eundem Bert. in conſil. 103 in 2. lib. in vltim. colum. ſimpliciter tenentem, quod cauſæ mercatorum debent tractari de bono & æquo, non rigoroſe, ad hoc citat Angel. in conſ. 198. incip. Arnaldus ſerici. col. 2. & conſil. 321. exordiente, creditor volen. Imo plus ſubdit, quod mercatorum domus debet eſſe veritatis & æquitatis, & idem inquit ipſemet in conſil. 149 lib. 3 num. 4 ſed vtcunque ſit, dicamus, quod id ſit de iure communi receptum, vel quod longa conſuetudine, aut cõſtitutione municipali inter mercatores ædita, id ſit adinuentum, omnino receptum video. ca ſas
150 mercatorum de bono & æquo tractari. Sed † quia turpe eſt neſcire, quæ proprio ore quis profert. Videamus igitur, quid ſit dicere, quod in curia mercatorum agitur de bono & æquo? In quo ſunt, qui dicũt quod æquitas debet attendi, quæ proueniat ex iure gentium & generali non autem quod ius ciuile diſpoſuit. ſunt etiã, qui dicunt, vt Sal. in l. placuit. 8. C. de iud. quod iſti male dicunt, & contra caſum l. bona fides. 31. ff. depoſi. in prin. vbi ius ciuile inſpicitur: alii, vt Bar. ſecundum eum dicunt, quod omnia debent prætermitti, quæ non attingunt principalis negotii veritatem; quia tales ſolennitates ſunt de apicibus iuris, quæ non conſiderantur in curia mercatorum, l. fideiuſſores 29. §. quædam. 4. ff. mand. vt ſi ſit intentata actio directa, vbi competat vtilis, vel econtra, & intelligit Bald. in l. ſi pro ea. C. mand & in d. § quædam. & Socin in conſil. 242. incip circa primum conſultationis articulum, verſic. fin. in 1 parte, & in conſil. 126. & 120. in 1. lib 7. colum. verſ nec ex eo, v inquit, quod per talia verba, de bono & æquo, non videtur reiecta allegatio iuridica, ſed bene allegatio cauilloſa, & ita dicit notari per Abb in c. dilecti filii, 6. de iudic. videntur enim reiecti apices iuris, qui veritatem negotii non tangunt In hanc ferme ſententiam nouiſsime reperi concurrere Benuen. Strach. in tractatu, quem de Mercatura appellat in ea parte, quomodo procedendum ſit in cauſis mercatorum. ſed ad vnum aduerte, vt nõn curſim legas eius dicta quod quatenus inquit, non eſſe faciendam differentiam inter bonum & æquum, ſed quod vbi eſt bonum, ibi eſt æquum, ſalua pace, id non eſt verum, imo vbi iuxta verbum, bonum, non addatur, æquum, remanet materia odioſa, ſecundum Baldum in l. certum. 5. C. vnde legit. & vnde cogn. vbi ponit exemplum de ſtatuto, quo cauetur, quod maſculus excludat fœminam ſuccedendo; nam iſtud ſtatutum factum eſt propter bonum publicum, vt conſeruentur familiæ, quæ per maſculos conſeruantur, & ideo dicitur bonum & æquum, vt fœmina excludatur, l. maximum vitium. 4. C. de liber. præter. Ideo verba ſtatuti tanquam odioſa ſunt, quantum fieri poteſt, reſtringenda, ſeruandum tamen eſt ſtatutum prædictum, propter bonum publicum in ſuo ſtricto ſignificatu, & quod inter bonum & æquum ſit differentia vltra Bart. tenet Ant. de Butr. in ſuo repertorio iuris ciuilis in litera E. in verb. æquitati allegat l. congruit 13 ff de off. præſi. & expreſsius firmat Gulie. Mayner. in l. in omnibus quidem 90 ff. de regu. iuris. verſ. ſu finem pro quo citat l. hac lege. 8. C de pactis conuent.
Illud etiam prædictis affine eſt, † quænam dicatur 151
æquitas, & quis rigor: In quo Salic. in d. l placuit. 8. ex mente diui Cypriani ſcriptum reliquit, quod æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata: at Bald in l 1. colum. 4 ff. de iuſtit. & iur. dicit, quod æquitas eſt iudicium, in quo circumſcriptis regulis iuris, ſtatuitur ad dictamen rationis naturalis, & hoc optime probat Ariſtoteles in lib. 5. Ethicor. c. 9. & alibi idem Bald in l. 3. C. de dot. promiſſ. dicit, quod æquitas nihil aliud eſt, quam naturalis ratio, l. ſcire oportet. 13. § ſufficit. 6. ff de excuſ. tut. & Afflict. in conſtitu. circa violentiarum. 6. notab. dicit, quod æquitas eſt quoddam temperamentum rigoris, & ſic non eſt illi rigori oppoſita, vt dicit Gulielm. de Mont. Laud. in Clem. 2 de appel. & ſequitur Dom. à S. Geminia. & Præpoſi. in c. diſcretioni. 1. ver diſtrictus. de decimis in 6. & plus ſubdit Afflict. vbi ſupra. quod ſi extaret aliquod ſtatutum continens æquitatem, & aliud in eodem caſu ſtatutum extaret, continens rigorem, quod debet iudicari ſecundum illud ſtatutum continens æquitatem: quia æquitas & rigor non ſunt omnino contraria, ſed æquitas eſt temperamentum rigoris, vt ſupra idẽ Afflict. in conſtitut. ſi quis in poſterum. in 5. notab. ſequitur id, quod dicit Salicet. videlicet, quod æquitas nihil aliud eſt, niſi ordinata iuſtitia, temperata dulcedine miſericordiæ, & ſi recte inſpiciantur omnes dictæ expoſitiones, idem ſunt, nec ad in paria iudicandę, & adde multa dicta per Mar. Ma. Bon. Pata. in libro dialog. in verb. æquitas. 23 fol. 481 Hæc enim † eſt il- 152
la æquitas, quam ſemper debet præ oculis iudex habere, l. quod ſi Epheſi. 4 §. in ſumma 1 ff. de eo quod certo loc. Hæc eſt illa æquitas, quam perfectam rationem

tionem appellant, quæ leges ſtrictumque ius interpretatur & emendat, nulla ſcriptura comprehenſa, ſed ſolum in vera ratione conſiſtens, vt inquit Cicer. *pro Cæcinna. omnino bene agis, à verbis enim recedis, & æquitate vteris* alibi dicitur iuſtitia, & honoranda, vt *in Auth. de æqual dot § 1. in fin.* alibi: quod iudices in proferendis ſententiis debent vti æquitate, vt *4. quæſt. 4. c 1* & proniores eſſe debemus ad miſericordiam, quam ad rigorem 86 *diſt. c. non ſatis.* ſententia enim, quæ miſericordiam in ſe non habet, fugienda eſt, 50. *diſt. c. ponderet* humanior enim ſententia ſequenda eſt, *l. fi. C. qui bon. ced. poſſ.* ſemper enim æquitas præferenda eſt rigori, per tex. notab. *in l. placuit. C. de iud. & c. fin de tranſact. & c. diſciplina. 15. diſtinct* in ſubtilitatibus iuris pernicioſe erratur, *l. ſi ſeruum 91. § ſequitur. 3 ff. de verb. obligat.* & in tantum veritati conſona ſunt prædicta, quam attendenda eſt potius æquitas, quod licet vltima opinio gloſſ. vel Doct. cenſeatur approbata, vt not. Bart. *in*
153 *l. bona fides 31 ff. depoſit.* Non tamen † procedit, quando prima opinio ſaperet æquitatem, & vltima rigorem; quia eo caſu cenſetur approbata prima, & non vltima, ſecundum Fran. Aret. *in conſ. 163. incip. diligenter & mature diſcuſſis. 6. colum.* Item licet regula
ſit, † quod in ſpectantibus ad ius canonicum, & fo-
154 rum Eccleſiaſticum attendatur ius canonicum; tamen ſi ius ciuile æquitatem ſapit, & ius canonicum rigorem: attendendum erit ius ciuile, & in foro Eccleſiaſtico, contra ius canonicū, ſecundum Archid. *in c. quod à patribus. 85. diſt* His omnibus vnum ſalis
155 granum addas, † vt non procedant in ſubtilitate veritatis inueſtigatiua: quia, & illa à iure nedum non reſpuitur, ſed commendatur, *c. capellanus. 4. & ibi gloſſ. fin. & dom. Abb ad hoc not. extr. de feriis, & in c. licet cauſam. 4. verſi. ſubtiliter inquirentes & ibi Abb. colum. 2. extr. de probat.* & per Abb. *in c. dilecti. 6 colum. 3. de iud.* & Iaſon *in l. cum ſtipulati ſumus 91* (alias) *ſi ſer-*
156 *uum, §. ſequitur. 3. ff. de verb. oblig.* Item † adeo æquitati iura fauent, quod licet poſt concluſum in cauſa teſtes produci nequeant: tamen æquitate ſuadente etiam poſt concluſum producuntur, *ſecundum Abb.*
157 *in 1. c. de iud.* Item † ſtante ſtatuto, quod reus nō poſſit opponere cōtra actoris intentionē, æquitate tamen ſuadente agentem iudex repellet ſecundum dom Ant. *in c. cum dilectus. 8. de conſue. citat. Innoc. in c. cum olim. 19 de cenſi.* & idē dicit ipſe dom. Ant *in c. bo-*
158 *næ de poſtul prælat.* Item † ſi excommunicatus iniuriam paſſus fuerit, qui agere nequaquam poteſt, vt *in c intelleximus. 7. de iud.* æquitate tamen ſuadente, iudex motus, talem iniuriantem punire poteſt, vt
159 ibi per Dd Item † ſi res mea peruenit ad te, ad quam recuperandam nulla mihi competat actio: iudex tamen æquitate ſuadente, compellet detentorem ad eam reſtituendam, & voluit Hoſti. *in c. bene, de appel. & c. per tuas. 9. de arb.* pro quibus etiam faciunt dicta per Abbat. *in c. peruenit 4. de empt. & vend.* Faciunt etiam pro prædictis dicta per Hoſti. *in c. Quin-*
*tauallis 23. de iureiur.* vbi dixit, † quod iudex ex offi- 160
cio æquitate ſuggerēte, debet occurrere manifeſtæ iniquitati, etiā ſi parti eſſet præcluſa via per pactū, ſeu per ſtatutum. Item, ſi † indebitum vigore ali- 161
cuius ſententiæ ſoluero, potero æquitate ſuggerente illud repetere per condictionem ſine cauſa ſecūdum dom. Alexand. *in l. Iulian. verum debitorem. 59. colum 2 circa med. ff de condict indeb.* citat pro hoc caſum *in l eleganter. 23. § ſi quis poſt 3. ff. eod. tit.* & hæc hactenus, & quid ſi rigor iuris, & apices ipſius, vide *Mar Mant. Ben in libro obſeruat. 50. in obſeruat. 66. in tit d. apicibus iuris. & in obſeruat. 71. de aſperitate iuris.* Quidditatem † æquitatis, ex iis quæ ſuperiori 162
loco diximus, minime ignorare poteris: ſequitur, vt quis ſit rigor, in publicum afferamus, & reperio aliquando rigorem à Grammaticis accipi pro nimio frigore, ſecundum Plin. *in epiſt. ibi, rigor æque certauerit niuibus, nec color cedit.* lib. 9. cap. 14. *quam recentiſſimi rigoris aqua infuſa* Plin. lib. 7. cap. 50. *tertis peſtifer color remeat horis aut rigor.* alibi pro duritie & inflexibilitate. Virg 1 Georg. *Tum ferri, atque argutæ lamina ſerræ.* Tranſumitur & alias, vt rigor naturæ, hoc eſt, ſeueritas, & implacabilitas. Plin. lib. 7. cap. 19. *exit hic animi tenor.* aliquando in rigorem quendam, toruitatemque naturæ duram, & inflexibilē, affectuſque humanos adimit. aliquando dicitur rigor actionis, id eſt, tenor quidam perpetuo ſui ſimilis. Quintil. lib. 9 cap. 3 *Oratio habeat rectam quandam velut faciem, quæ ſtupere immobili rigore nō debeat,* ſed à noſtratibus rigor deſcribitur pro quadam diſtrictione iuris, ſeu exceſſu, aut auſteritate iuris ſcripti, aliquando ad terrorem, aliquando rigor ſeueritas appellatur, vt 50 *diſtinct c. vt conſtitueretur in gloſſ & 45. diſtinct. c. diſciplinam. in gloſſ. ſed qualiter. & 1. quæſt. 7 c. diſpenſationis, & c exigunt. de ſent. excommun* quandoque rigor idem eſt, quod ſubtilitas iuris, vt *in c. in literis. 5. de reſt. ſpol. & c. ſæpe. 44. de appel.* quandoque rigor dicitur iuſtitia vt *ead. diſtinct. c. omnis qui, & c. vera.* quandoque rigor ius ſtrictum, à quo nullo modo recedi poteſt, appellatur, ſecundum gloſſ. *in l placuit. 8. C. de iud. in gl. vlt.* & ſequitur Bald. *in c. ſi cauſam, col. 1. verſ. ſed quid ſi in ſtatuto, extr. de re iud. & in conſil. 343. examinanda ſunt, col. 1.* hunc autem rigorem iuris, qui & ſtrictum ius vocatur, conſiſtere in eo dicamus, videlicet, in ipſa ſcriptura, & verbis præciſe obſeruandis, vt & Baldus in ſuperiori citato loco dicendum eſſe inquit. † Sed quia 163
non ſemper verbis inhærendum eſt, ſed medullitus leges intueri debent, quod & ab ipſo iure haud diſſentire videtur, cum à verbis receditur, & id, quod naturali rationi conſentaneum videbitur fieri, contigerit, æquitatis nomen non immerito vſurpat: & non imaginariā, & noſtri capitis ad libitum, æquitatem leges ſumi putauere, ſed eam, quam rationi coniunctam (vt dixi) viſum fuerit, vt ſcriptum & adnotatum reliquit Bald. *in rub. C. de cōſtit. pecun. colum 2. verſic. quæro an circa, & in conſil. 99. ſuper 1. col. in fin.*

in fin lib. 4. & Rom. conſil. 149. concluſionem colum. 2. quorſum enim (inquit Bald.) attinebat leges ſcribi, ſi iudicibus liceret ad libitum recedere à ſcripto, & ſuo arbitrio æquitatem fingere, vt tradit Odofr. d. in c. 1 §. & quia vidi. colum. antepenult. de iis, qui feudum dare poſſ. æquitates enim hominum, non habere in ſe pondus ſtatuti, niſi legibus, vel conſuetudine præſcripta ſint roboratæ, nemo eſt, qui neſciat; quia ſæpe ab hominib. erratur in coniecturanda mente tacita, propter hominum ſubtilitatem; & quia diſponentis animum non videmus, vt tradit idem Bal. in l. precib. 8. col. 2. verſ. dixi ergo de duobus. C. de impub. & al. ſubſt. & vt exemplis ea quæ diximus, magis intelligere valeas, legito tex. in l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iact. ibi n. reperies, Paulū in iure reſpondiſſe quod ſi merces plurium mercatorum fuerint in naue periclitante, & merces vnius fuerint iactatæ in mare, vt ſaluetur nauis, & aliorum merces, alii mercatores debent contribuere pro rata, quoad res iactatas, & ea videbatur ratio: quia ex iactu mercium vnius merces aliorum ſaluæ factæ ſunt; ecce enim, ſi ſimplicem ſcripturā, & verba illius legis intueri velis, eo tantū caſu fit contributio per dominos aliarum mercium, quando nauis & merces aliorū ſaluæ factæ ſunt: & quia poterat euenire, ꝙ periclitante naue, merces vnius fuerint iactatæ, propter quod merces & nauis euaſerunt illud periculum, & deinde illinc ad duos dies ex alia tēpeſtate nauis & merces periclitatæ ſunt, & aliquæ ex mercibus periclitatis recuperentur, nunquid debeat fieri contributio de mercib. recuperatis cum iactatis: & intuendo verba tantum illius l. 1. non deberet fieri; quia merces & nauis non euaſerunt; & tamē de æquitate Sabinus (vt refert Calliſtrat.) in l. nauis 4 ff. eod. tit. §. ſed ſi nauis. 1. voluit, quod fieret contributio, ex quo mercator, qui primo proiecit merces, vtiliter geſſit, licet effectum non habuerit; non tamen ei poterit imputari, & ſic æquitas vnius legis prouidet in eo, quod rigor alterius denegare videtur. Vlterius legito tex. in l. habebat. 12. ff de inſt. act. vbi habetur, ꝙ ſi quis præpoſuerat inſtitorem mutuis pecuniis accipiendis: item merci oleariæ, qui inſtitor accepit mutuam pecuniam: creditor egit contra dominum, q̄ præpoſuiſſet eum merci oleariæ, & per cōſequens mutuis pecuniis accipiendis ob eam cauſam, & non potuit probare ea, quæ ſunt neceſſaria ad obligandum dominum in iis, ad quæ præpoſitus eſt, & ideo abſolutus fuit. vult igitur agere iterū ex illo capite, ex quo fuit etiam pecuniis mutuandis expreſſe præpoſitus, an poſſit? & certe ſecundum rigorē iuris nō poteſt, ſed de æquitate bene poteſt agere vtili actione, ſicque æquitas ab ipſis legibus adinuenta
164 eſt. In tantum † verum eſt, inter mercatores agi de bono & æquo, quod licet iudicium incipiat à citatione, ſecundum Bart. in rubr. ff ne quis eum qui in ius voc. tamen inter mercatores in nundinis non ſolet fieri citatio verbalis; quia ibi volens aliquē conuenire in ipſis nundinis eum euocare facit per birroarios, & eum coram magiſtro nundinarum aſportare facit de perſona; & eſt ratio; quia venientes ad nundinas omnes ſunt ſuſpecti, & præſumuntur in fuga, ſecundum Bart. in l. hæres abſens. 19. in fi. ff. de iud. & pulchre Fran. Curt. iunior in tractat. de ſequeſtr. 6. quæſt. vnde ob hanc cauſam non fit citatio; nam quando periculū eſt in mora, actus expediri poteſt, abſque citatione partis, ſecundum Alex. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. 7. §. ſi ſatiſdatum eſt 2. ff. qui ſatiſd cog. & Innoc. in c. ſignificauit. 41. in fin. de teſtib. & Alex. in l. de vn quoq;. 47. ff. de re iud. col. 2. & licet pro debito ciuili nunquam poſſit quis capi, niſi pro debito fiſcali, niſi citetur: vt notabiliter inquit Bart. in l. cum eo. 9. alias, ſacrilegi. ff ad leg. Iul. pecul. tamen aduertendum eſt, quod ibi ſubdit Bar. quod etiam pro debito priuato iudex, ſi vult, poteſt quem capi facere, non vt in carcerē ponat, ſed vt veniat, ſicq; ob iſta, ita practicatur in curia nundinarū, vt inchoetur iudicium per citationem realē, vbi alias & regulariter à verbali exordium capit; hoc etenim non ſine ratione receptum eſt, cum ſi citatio verbalis fieri deberet in curia nundinaria, ſtatim citati recederent ab inde, ſcientes vlterius ibi non poſſe conueniri: & iuriſdictionem eſſe temporalem, & reſtrictam ad illud territorium nundinarum tantum, & ſic actor deluderetur, quod fieri non debet Item † reo conſtituto 165
in præſentia magiſtri nundinarum, licet alias in iudiciis ordinariis ſoleat dari libellus in ſcriptis, ſimpliciter; fit tamen qualis qualis petitio, vt ſolum appareat, quid, quale, quantumve petatur; ſicut etiam fieri adſolet in iudicio ſummario, vbi proceditur ex non ſcripto, ſeu de plano & æquo, ſecundum Bart. in conſt. extrau ad repri. in verb. & figura. & Lanfr. in c. quoniā contra. 11. in ver. libellus. extr. de prob. & Bart. in l. hac lege. 2. C de ſent. ex peric. recit. Pet. Foll. QVINTO † dicitur SVMMARIA CAVSA, vſurarum ſcil. 166
quando excipitur contra creditorem, quod contractus eſt vſurarius, vel quando agitur de compenſatione vſurarum, vel ſi dicatur teſtamentum vſurarii non valere, vel non eſſe ſepeliendum in Eccleſia, & in multis aliis ſimilib. caſibus, de quibus per Card. in Clem. diſpendioſam. in 31. q. cū quinque aliis quæſt. ſeqq. de iud. & ibi etiam eſt text. loquens expreſſe de vſuris; verum intelligitur iſtud, quando quæſtio ventilatur coram iudice Eccleſiaſtico, non coram ſeculari, quia iudex ſecularis debet ſeruare leges. Ita dicit Card. in d. Clem diſpendioſam. in 34. q. An † autem 167
in crimine vſurarum poſſit deueniri ad torturam, ſtatibus indiciis? vide Socin. in conſil. 219. in fin. in 2. volum. vbi tenet, quod ſic, & nota illam deciſionem, quia forte quis reſponderet in contrarium ADDITIO. Hoc autem in regno procedere minime ſcias, cum tortura non inferatur niſi in caſibus, in quibus ve it imponenda pœna vltra relegationem, vt in c. tormenta. P.F.V.I.D. SEXTO, † dicitur SVM- 168
MARIA CAVSA alimentorum: quia expeditur

de plano, & etiam die feriata, vt eſt text. *in l. 2. ff de*
*ferijs*, & not Alex. *in addit. ad Bart. in l. ſi quis à liberis.*
*5. § ſi quis ex his. 10. ff de lib. agn.* & Bald *in l. ſi quis in*
*ſuo. 33. C. de inoff. teſt.* vbi dicit, quod cauſa alimento-
rum eſt ſummaria, non ſic in cauſa legitimæ; quia
non eſt ſummaria, non obſtante, quod legitima ſuc-
cedat loco alimentorũ: & Bald. *in l. nonnunquam. 82.*
*in 2 lect. ff. de iud.* & Bart. *in l. 1. § fin. in 1. col ff. de præ-*
*tor. ſtipu.* Quod tamen declara, & limita procedere,
quando agitur de alimentis præſentibus vel futu-
ris; ſecus ſi de præteritis: quia tunc non eſt ſumma-
ria. Ita tenet Bald. *in l. 1. col 2. verſic. quæro nunquid in*
*cauſa, &c. C. de fideic.* Item ſecus ſi alimenta debean-
tur ex contractu, ſecundum Bald. *in d l nonnunquam.*
169 82. SEPTIMO, † dicitur SVMMARIA CAVSA
quæ agitur contra confeſſum; quia eo ipſo, quod
debitor in iudicio confitetur, nõ requiritur ibi alius
ordo iuris: ſed tantũ fit ſibi præceptum, quod ſoluat,
ita tenet Bald. *in l. ſi debitori 21. in 1. lect. ff. de iud.* pro
hoc eſt text. cũ ibi not. per Bart. & Dd. *in l. vnica. C. de*
170 *conf.* OCTAVO, † dicitur CAVSA SVMMARIA
quando agitur contra religioſos, maxime per viam
inquiſitionis: nam ibi non requiritur ordo iudicia-
rius, ſed de plano agitur, text. eſt *in c. olim 26 & ibi*
171 *Franc. de Aret. in 4. col. in 6 not. de accuſ.* NONO, † di-
citur CAVSA SVMMARIA, quando agitur de
monachatu: vt quando monachus poſtulatur ab ali-
quo Prælato, ſeu Abbate alicuius monaſterii. vel à
ſeipſo, ſecundum Card. *in Clem. diſpẽdioſam. col 4. in 4.*
172 *q. de iud.* DECIMO, † dicitur SVMMARIA CAV-
SA matrimonialis; quia expeditur de plano, ſine
ſtrepitu, & figura iudicii, text eſt *in d. Clem. diſpen.* &
ibi gl. & Bart. *in 24 q. cum tribus aliis ſeqq* & habetur
per Abb & Dd. *in c. Albericus. 43. de teſtib.* VNDECI-
173 MO, † dicitur CAVSA SVMMARIA, quãdo agi-
tur de reſtitutione dotis; puta in caſu ſoluti matri-
monii; nam ex quo eſt cauſa, quæ dependet ex ma-
trimonio, dicitur ſummaria, ſicut cauſa matrimo-
nii, ſecundum Card. *in d. Clem. diſpendioſam in 30. q.*
174 DVODECIMO, † dicitur CAVSA SVMMA-
RIA, quãdo agitur ad decimas, vel quæcunq; oria-
tur differẽtia ſuper decimis, text. eſt *in d. Cl. diſpẽdio-*
*ſam* & ibi Card. *in 12. q. cũ tribus ſeq.* Idem eſt, quando
ageretur contra aduocatos, vel alios potentes, qui
fauerent detentatori ius decimarum; quia ſimiliter
proceditur ſummarie contra eos, ſecundũ Card. *ibi*
175 *in 17. quæſt.* DECIMOTERTIO. † dicitur SVM-
MARIA CAVSA executiua, puta ſi ſumus in exe-
cutione ſententiæ, *l. à diuo Pio. 15 § ſi ſuper rebus, &*
*ibi per Doct. ff. de re iud.* & Bart. *in l. litibus 20. col pe-*
*nult. C. de agr. & cenſi. lib. 11* & Lanfr *in C. l. ſæpe, col. 2.*
*in 13. concluſ. de verb ſignif.* quod tamen intellige, &
declara, ſecundum Bald. *in l. vnic. § is videtur. 1. in fin.*
*col l. ſi quis ius dic non obtemper.* ſcilicet. vt procedat,
quãdo cõtra executionẽ nulla opponitur exceptio;
nam ſi opponitur; tunc datur inſtantia in cauſa exe-
cutionis; & ſic non habet illam naturam ſumma-
riam. Idem eſt in executionibus inſtrumentorum;
vt quando eſt factum pactum de ingrediendo pro-
pria auctoritate, iuxta formam *l. creditores. 3. C de*
*pign.* nam tunc illud iudicium ſummarie expedi-
tur, ſecundum Bart. *in d. l. creditores 3. colum. 6. in fin.*
*verſic. aduerte tamen, &c.* † Et ex hoc infero idem eſ- 176
ſe, quando præſentatur inſtrumentum ſecundum
formam ritus magnæ curiæ in regno: nam talis
cauſa dicitur ſummaria, ex quo eſt executiua, & in
ea nullus obſeruatur ordo iuris. ſed ſtatim deueni-
tur ad capturam perſonæ, vt dictat ille ritus qui inci-
pit: *Item ſi qui debitores, &c* & talis cauſa appellatur
extraordinaria, propterea quia fit extra ordinem
iuris. † DECIMOQVARTO, dicitur SVMMA- 177
RIA omnis cauſa, quæ agitur contra abſentem,
idem tenet Felin. *in c cauſam quæ, el 1. 19. colum. 4. ver-*
*ſic. 4. reſp. de teſti.* alleg. not. per glo. Bart. & Docto. *in*
*l. 1 C. quorum appel non recip.* † DECIMOQVINTO 178
dicitur CAVSA SVMMARIA, quando tertius
venit pro ſuo intereſſe ad impediendam executio-
nem ſententiæ: nã ſummarie examinatur de ſuo in-
tereſſe, antequam admittatur, vt eſt text. & ibi Abb.
*in 4. col. in fin. verſ. non reſtat, &c. in c. veniens, el 1. 10.*
*& ibi etiam Felin. in 6. colum. de teſtib.* & habetur per
Bart. *in l. à diuo Pio. 15 § ſi ſuper rebus. ff. de re iudic*, de
qua materia tertii comparentis, vide plene per Bart.
*in l. ſi perluſorio. 14. § 1. ff de appell.* & ibi Abb. *in c. cum*
*ſuper. 17. de re iud.* & in iſta ſummaria cognitione
ſufficerent ſemiplenæ probationes, non autẽ per iu-
ramentum, ſecundum Bart. *in d § ſi ſuper rebus, in 1.*
*colum* ex quo eſt modici præiudicii. & grauamen
eſt reparabile. Quando autem in ſummaria co-
gnitione requirantur plenæ probationes, & quan-
do ſemiplenæ, & quando ſufficiat ſolum iuramen-
tum, vide Abb. *in d. c. veniens 10. in loco, vbi ſupra.*
Vnum † tamen ſcias, quod in iſtis cauſis ſumma- 179
riis, in quibus ſufficit ſemiplena probatio, non ad-
mittitur repulſa teſtium, ita tenet Ioan. Andr. &
Anton. de Butr. *in d. c. veniens, el. 2. 10. de teſti* & ſequi-
tur Abb. *ibi in 5. colum. in prin.* & Fel. *in 6. colum. in 5.*
*concluſ.* † DECIMOSEXTO, dicitur CAVSA 180
SVMMARIA, quando agitur ad exhibendũ; nam
in tali cauſa ſummarie proceditur, & admittuntur
probationes leues, per ſolum iuramentum, vt eſt
text. & ibi gloſſ. *in verſ. ſummatim, in l. 3 §. ſciendum*
*9. & l. theſaurus. 15. ff. ad exhib.* & Bart. *in l nec quic-*
*quam 9 § de plano. 3 in fin. ff. de off procons* † DECI- 181
MOSEPTIMO dicitur CAVSA SVMMARIA.
quando agitur contra debitores tributorum, &
datiorum, & aliarum functionum fiſcalium, & col-
lectarum Nam in exigendis iſtis collectis, & tribu-
tis publicis, nullus ordo iuris ſeruatur, imo etiam
nec citatio requiritur, ſed ſolũ fieri ſolet præceptũ
de ſoluendo. Solet etiam fieri præceptum genera-
le vt quicunque tenetur ad collectas, ſeu ad datia
publica, debeat ſoluere ſub certa pœna, ita in ter-
minis tenet Bald. *in conſil. 434. incip. licet. &c. in 3.*
*volum.*

182 *volum.* †Decimooctavo, dicitur Cavsa Svmmaria, vbicunque agitur contra gabellatos, paſſagerios, & platearios, qui indebite opprimunt aliquem exigendo indebitas gabellas & extorſiones; nam contra iſtos proceditur in regno de plano, & celeriter, vt eſt conſtit. regni, quæ incipit, *Auctoritatem.* & ibi Andr. de Iſern. & Matth. de Affl.
183 Decimo nono, †dicitur Cavsa Svmmaria, quando agitur de mittendo aliquem in poſſeſſionem ex primo decreto. Nam ſufficit conſtare de debito ſummatim, & ſic ſemiplene, etiam per ſolum iuramentum, ſecundum Bart. *in l. cum propones. 9. C. de bon. auct. iud. poſſ.* & gloſſ. *in l. Fulcinius. 7. §. 1. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eat. in verſic. oportet.* & Bart. *in l. ſi finita. 15. §. Iulianus 18. ff. de dam. infect. & in l. 1. §. final. C. vbi in rem actio.* per illum textum.
184 Vigesimo, †dicitur Svmmaria Cavsa, quando legatarius petit ſatiſdationem ab hærede nomine legatorum. Nam ſi hæres opponit, quod calumnioſe petitur talis ſatiſdatio, debet iudex de hoc cognoſcere ſummatim: & ſufficit tunc ſolum iuramentum legatarii, text. eſt iuncta gloſſ. *in ver. ſummatim. in l. ſi is, à quo. 3. §. 1 ff. vt in poſſeſſ. leg.* & idem procedit in aliis ſtipulationibus & ſatiſdationibus ſimilibus, *l. 1. §. 1. & ibi Bartol. ff. de prat.*
185 *ſtipul.* Vigesimoprimo, † dicitur Cavsa Svmmaria, quando agitur, an actio ex teſtamento ſit præponenda actione cauſæ liberali, ſiue præiudiciali, text. eſt *in l. ſi quis libertate. 7. in §. plane.*
186 2. alias, *in fin. § 1. ff. de petit. hær.* †Vigesimosecvndo, dicitur Cavsa Svmmaria, quando aliquis vult examinari facere teſtes ad perpetuam rei memoriam; nam debet conſtare facere iudici, quod dicti teſtes ſint ſenes, vel alias valetudinatij, adeo quod veriſimile eſt, quod de facili poſſent mori: & ſuper hoc adhibetur ſummaria cognitio per ſemiplenas probationes, text. eſt *in l. in lege Aquilia 40. § ſi deletum. & ibi Bartol & Doctor. ff. ad legem Aquil.* iuncta gloſſ. ibi *in verſic. qui teſtes, &c.* de qua materia examinandorum teſtium ad perpetuam rei memoriam, ante litem conteſtatam, vide gloſſ. & Abb. plene *in c. quoniam frequenter. 5. §. ſunt & alii 4. vt lite non conteſt.* & Alexand. *in conſil 206. colum. fin. in 2. volum* & Abb. *in c. ſignificauit. 41 de teſtib.* & Bartol. *in l. 4. alias, 5. §. præterea 12. colum. 1 ff. de damn. infect.* In hoc tamen habemus in regno nouam prouiſionem, per conſtit. quæ incipit, *Probationum*, quæ vult, quod tales depoſitiones teſtium, receptæ ad perpetuam rei memoriam, non faciunt fidem, niſi tantum infra annum.
187 Vigesimotertio, † dicitur Svmmaria Cavsa naufragorum: nam contra ſurripientes aliquid de naufragio proceditur leuato velo, & ſic ſummarie de plano, text. eſt, vbi Bart. & Doct. *in l. de ſubmerſis 5 C. de nauf. lib. 11.* & eſt ratio, ne addatur afflictis afflictio quia paſſi naufragium, ex quo remanent pauperes, & denudati, nõ eſt æquum, quod velint pati iudiciorum anfractus, & prolixitates litigantium, ſed debent citius expediri, ne alias cogantur iudicium derelinquere, propter inopiam.
Vigesimoqvarto, † dicitur Svmmaria Cavsa, breuis ſeu modicæ ſummæ, per tex. *in authent. niſi breuiores. & ibi Bart. & Bald. C. de ſentent. ex breu. recit.* & not. gl. *in § alias. c. neceſſitatem 8. in verſ. ex non ſcripta. in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. fiant* & text. *in §. alias c ſit tibi quoque. 3. in Authen de mandat. princ. col. 3. tit. 4. Nouell. 17. iuncta gl. ibi in verſ. breuiores.* debent enim tales cauſæ videri de plano, ex non ſcripto, vt habetur in locis præallegatis, & ſine ſportulis, vt eſt text. *in §. alias. c. ne autem 9. in Authen. de iud. colum. 6. tit. 9 Nouell. 82 & in d. §. ſi tibi quoque. 3.* 188
Quæ † autem, dicantur cauſæ modicæ ſeu breuiores, text. *in l. ſi oleum* alias, *ſi quis. 9. § fin. cum l. ſequ. ff. de dol.* dicit, quod cauſa modica eſt infra duos aureos; communiter tamen tenetur, quod relinquitur arbitrio iudicis, attenta qualitate perſonarum, & cauſæ, nam inter magnos dominos cauſa centum aureorum, eſſet modica, & econtra inter perſonas pauperes, cauſa vnius bouis, vel vnius porcelli, poſſet dici magna, ſecundum Bartolum *in d. authent. niſi breuiores.* & not. plene Iaſ. *in repet. l. admonendi. 31. colum. 123. ff. de iureiur. facit gl. in l. illicitas 6. §. ne tenuis 5. ff de offic. præſid* Cardin. *in Clemen. ſæpe in 3. quæſt. de verbor. ſignificat.* Item dicitur cauſa breuis, quando eſt talis, in qua plus expenderetur in ſportulis, quam ſit valor cauſæ, ſecundum Bart. *in l. mediterraneæ 9 C. de ann. & trib. lib. 10.* & Felin. *in c. nonnulli 28. col. 1. & 2. de reſcript.* & quod iſtud de modicitate cauſæ remittatur arbitrio iudicis, tenet Bar. *in l ſed etiam ſi ſuſceperit. 52. §. 1. ff. de iudic. & in d. l admonendi. 31. col. antepen.* & gloſſ. *in c. fin. de iud. lib. 6.* & Bald. *in l. 2. col. 3. C. de ped. iud.* & Felin. & Can. *in c. in cauſis 15. de teſtib.* & Bartol. *in l. diuus. 6. ff. de bonis dam.* Et † in tantum eſt ſummaria cauſa modica, quod ſtatur ſoli informationi & relationi iudicis ſuper ea, ſecundum Bartol. *in d. authen. niſi breuiores.* 189
190
Item † vnus teſtis facit plenam probationem, vt not. Iaſ. *in repet. d. l. admonendi. colum. 96.* vbi † idem dicit de fama, quæ plene probat in cauſis modicis. 191 192
Vigesimoqvinto, † dicitur Svmmaria Cavsa pauperum, & miſerabilium perſonarum, prout ſunt viduæ, & pupilli; quia debet talis cauſa videri de plano ſine ſcriptis, & ſine ſolutione ſportularum, vt eſt text. *in d. § ſit tibi quoque. in Authen de mand. princ. bi. vilium, &c.* & ibi Bartol. & Doct. pro hoc eſt text. *iuncta gloſ. in verſ. vel perſona in l. nonnunquam. 'a.t. 72. ff. de iud. & in d. l. illicitas. 6. §. ne tenuis. 5. ff. de offic. præſid.* Pro † hoc facit; quia iſtæ perſonæ miſerabiles poſſunt trahere aduerſarios ſuos coram Imperatore, facere cauſas earum decidi ab ipſo imperat. *l. vnica. C quando Imper. inter pupill. & vid.* nec poſſunt trahi per aduerſarios extra prouinciam, vt ibi habetur. Sed Imperator decidit cauſam, ſola facti veritate inſpecta, ſecundum Bartol. 193 194

*in l.*

*in l. Æmilius. 38. col. fin. ff. de min.* & Bald. *in c. 1. §. inueſtitura. col. fin. de for. fidel.* Item poſſunt perſonæ miſerabiles trahere laicos coram iudice Eccleſiaſtico, text. eſt & ibi Abb. & Felin. *in c. ſignificantibus. 38. de offic. deleg.*
195 Illud † tamen quod dicitur de pupillo, & vidua, intelligas ſemper procedere in vidua paupere, & in pupillo paupere, ſecus ſi diues, quia tunc non dicitur miſerabilis perſona, nec gaudet priuilegio miſerabilium, ita tenet Abb. *in d. c. ſignificantibus. in 1. not.* ibi etiam Ioan. de Imol. & Fel. idem tenet Alex. *in conſil. 12. col. fin. in 1. volum.* Et
196 quod † pauperes litigantes non teneantur ſoluere ſportulas in iudicio, ſed eorum cauſæ debent audiri gratis, tenet Paris *in tract. ſynd. in verſ. expenſa. col. 1.*
197 VIGESIMOSEXTO, † dicitur SVMMARIA CAVSA, vbicunque agitur de ſalario, ſeu mercede laboris, ſecundum Bald. *in d. authen. niſi breuiores. C. de ſentent. experic. rec.* vbi ponit exemplum de ruſtico petente mercedulam ſuam, cum hoc etiam videatur introductum de iure diuino, per id quod habetur *Matth. cap. 20. Voca operarios, & redde ſingulis mercedem ſuam.* & not. gloſſ. *in Clemēt. dudum. §. verum. de ſepul.* quod patet etiam; quia merces ſoluenda eſt laborantibus in fine diei ante occaſum ſolis, ſecundum Cardin. *in Clem. fin. in 13. quæſt. de præb.* & habetur *Deuter. cap. 24. & Tob. cap. 4 & Leuit. cap. 30.*
198 VIGESIMOSEPTIMO, † dicitur CAVSA SVMMARIA, quando agitur de probando impedimento ad obtinendam ſecundam dilationem: vel ad probandum, quod exceptio de nouo peruenit ad notitiam; nam iſta probatio fit ſummarie, & per ſolum iuramentum, vt eſt tex. *in c. paſtoralis 4. in fine de except. & Bartol. in extrauag. ad reprimendum. in verſic. ſummarie col. 3.* An autem aliud impedimentum in aliis cauſis probetur per ſolum iuramentum, vide Bart. Iaſ. & alios Doct. *in l. 2. §. quod diximus. 6. ff. ſi quis cautio.*
199 † VIGESIMO OCTAVO, dicitur CAVSA SVMMARIA, vbicunque agitur de leuibus delictis; quia talia delicta expediuntur de plano, *l. leuia. 6. & ibi Bart ff de accuſat.* & Lanfranc. *in Clement. ſæpe. in verſic. plano. in 2. concluſ. de verbor. ſignificat.* quæ autem dicantur delicta leuia, quantum ad hoc, *in d. l. leuia.* & Lanfran. *vbi ſupra.*
200 VIGESIMO NONO. † dicitur CAVSA SVMMARIA, vbi agitur de crimine læſæ maieſtatis; nā talis cauſa expeditur ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, vt eſt tex. *in d. extrauag. ad reprimend.*
201 TRIGESIMO † dicitur SVMMARIA CAVSA, vbicunq; agitur de dando tutorem vel curatorem alicui pupillo per iudicem: vel ſi agitur de filio adoptando, vel emancipando: vel de bonorum poſſeſſione agnoſcenda, & de aliis ſimilibus, quia iſta expediuntur de plano, & à iudice procedente, & quolibet die, etiam feriato, *l. eadem. 2. de feriis. & l. qui habet. 3. §. quolibet. 3. ff. de tutel. & l. nec mandante. 8. §. dari. 2. ff. de tut. & curat. dat. ab his. & l. vt verborum. fin. C. qui adm. ad bonor. poſſeſſ.* & Lanfran. *in d. Clem. ſæpe. in verſic. de plano. in fin.* vbi refert, notabiliter ad reprobationem cuiuſdam practicæ, qua vtuntur quotidie tabelliones, quando faciunt ſcripturam tutelæ decretæ per iudicem alicui mulieri, & vadit iudex ad domum mulieris cauſa honeſtatis: nam faciunt ſcribere, quod iudex elegit illum locum pro ſuo tribunali, mutato loco iudicii ex cauſa. Nam iſta practica eſt ſuperuacua & inanis; quia in omni loco poteſt iudex tale decretum interponere, etiamſi non ſedeat pro tribunali. ego vidi plures Notarios, qui volunt ſe facere iuriſperitos, errare in hoc (vti & in ſimilibus quotidie maximo quandoque partium damno, euenire videmus) quando faciunt in regno contractum alicuius mulieris, maxime viduæ, ſolent dare illi mulieri Mundualdum. Et in aliquo loco ſeruatur, quod datur baiulus loco Mundualdi, & ſcribunt, quod iudex regius ad contractus pro tribunali ſedens, in domo talis mulieris, dat ſibi Mundualdum mediante eius decreto, mutato loco iudicii ex cauſa. Et ſic apponunt omnes iſtas Phylaterias in inſtrumento, quas ponere eſt potius ſuperſtitio, quam neceſsitas. Quia † datio talis Mundualdi, cum 202
ſit iuriſdictionis voluntariæ, poteſt fieri à iudice etiam deambulante, & in quocunque loco, etiam in platea, vel theatro, ſicut dicimus de datione tutoris, per prædicta. Pro hoc eſt textus *in §. ſerui vero. 2. Inſtit. de libert.* Poſſent dari etiam multi alii modi, in quibus cauſa poteſt dici ſummaria, quos ſtudioſus quilibet perquirere poteſt, & multos alios ponit Specu. *in tit. de offic. omn iudic. §. poſtremo.*

Vnum † reſtat diſcutere in hac materia, quod eſt 203
valde vtile, & neceſſarium, maxime in regno, videlicet: Pone quod partes litigantes in cauſa ciuili, vel alia ſummaria, porrexerunt libellum in forma, fecerunt litis conteſtationem & omnes alios actus iudiciarios, ſeruando ordinem iuris communis: an videantur renunciaſſe proceſſui ſummario, ita vt cauſa debeat dici ordinaria de voluntate partium, vt tunc ſeruent ius commune, & non ius municipale? Dubium eſt valde vtile; quia tunc ſi proceſſus pateretur aliquem defectum circa ſubſtantialia iudicii, quoad ordinem, eſſet nullus, & ſimiliter ſententia non valeret, per ea, quæ not. *in l. vinum. 22. ff. ſi cert. pet.* & dixi ſupra in prin huius diſtinctionis. Nec ſaluaretur per illas clauſulas; *ſine figura iudicii, & ſola facti veritate inſpecta, &c.* quibus vtuntur iura municipalia huius regni, ex quo obſtat voluntas litigantium, volentium cauſam fieri ordinariā. Super iſta q. reperio varias opin. Bald. *in l. diffamari. 5. col. 1. in verſ. 2. oppo & c. C. de inge. manu.* tenet, quod quando partes poſſunt procedere ſummarie, & eligunt viam ordinariam, cauſa efficitur ordinaria: & ſic videtur hoc depēdere ex voluntate partium, allegat gloſſ. ſing. *in l. proinde. 15 §. notandum. 2. in gl fin. ff. ad leg. Aquil.* & ita per illam gl. tenet Fran. Cur. *in add.*

*add. ad Alex. in d. l. vinum. 5. col. fi. ff. ſi cer. pet.* in addit. quæ incipit: *Tamen fallit, &c.* vnde tunc non valeret ſentẽtia lata ſuper libello inepto, ſecundũ eum. Hinc dicit Bal. *in l. quod fauore. 6. col. 1. C. de legib. & in l. nulla. 25. ff. eo.* quod ſi princeps mãdat iudici, quod procedat ſummarie, & ille procedit ordinarie, valet proceſſus, tanquam ordinarie factus, idem tenet Lanfran. *in c. ſæpe, colum. 3. in prin. de verb. ſign. in*
204 *15. concluſ.* † Hoc corroboratur ex his, quæ dicimus in ſimili teſtamento; nam teſtator, qui poterat teſtari ſine ſolennitate, faciendo teſtamentum nuncupatiuum, ſi elegit viam teſtandi in ſcriptis, & non valet teſtamentum, minime valebit vt nuncupatiuum, ex quo illam viam ſolennem elegit, ita tenet Bartol. *in l. fina. ff. de iure cod.* facit etiam, quod dicimus de contractu in ſcriptis: nam quando erat in voluntate contrahentium, contrahere in ſcriptis, & ſine ſcriptis, & elegerunt viam contrahendi in ſcriptis, non valet contractus ſine ſcriptis, *l. contractus. 17. & ibi Bald. colum. 1. in fin. C. de fid. inſtrum.* vbi plus dicit Bald. quod eo ipſo quod partes dicunt, habeamus Notarium, vt conficiat ſcripturam de contractu, cenſetur velle contrahere in ſcriptis, in tãtum quod ante, quam ſcribatur, poteſt eas pœnitere vel alteram partem pœnitere, & nolle contrahere, vt habetur per Matth. *in deciſ. 39. conſ. Neap. verſ. 3. &c.* ita etiam videtur dicendum in caſu noſtro; quia erat in poteſtate partium procedere ſummarie, & elegerunt viam ordinariam, debet iis imputari: vnde ſi deficit ſolennitas iudicii in aliquo non debet valere proceſſus. Contrarium tenet Bald. *in l. ſi miles. 3. ff. de teſt. mili.* vbi dicit, quod ſi is qui poteſt procedere ſummarie, & de plano, incipit procedere ordinarie per libellum, poteſt omittere viam ordinariam, & reliquum proceſſum expedire ſummarie; quia eligendo ius commune,
205 non cenſetur priuilegio renunciare. † Vnde inferet ibi Bal. quod ſi eſt compromiſſum in aliquem tanquam in arbitrum, & arbitratorem, & ille incepit procedere, vt arbiter, & proceſſit inordinate, valet nihilominus eius laudum, tandem arbitratoris, & hoc dictum facit valde ad propoſitũ quæſtionis noſtræ, vt ſi proceſſus fuit initiatus ordinarie, & non fuit rite compoſitus, debet valere tanquam ſummarius, propter dicta iura municipalia.
206 Et † prædicta tenet Bald. ibi per illum text. *in d. l. ſi miles;* vbi miles, qui poterat teſtari iure ſpeciali, ſi voluit teſtari iure communi, & omiſit ſolennitates: adeo quod teſtamentum non poteſt valere iure communi, valebit ſaltem iure militari: & ſic non videtur renunciare priuilegio, adeundo viam iuriſdictionis. Et iſte contraria opinio mihi magis placet, intelligendo tamen, quando partes non expreſſe declarauerunt, ſe velle procedere ordinarie, ſed tantum incœperunt ita ordinarie procedere, ex quo proceſſu poteſt reſultare tacitus conſenſus: non autem expreſſus; quia iſte tacitus conſenſus non debet ita interpretari, vt partes voluerint facere actum inutilem, & iudicium fruſtratorium, arg. *l. quoties, la. 2. 12. ff. de reb. dub. & l. quoties 59. ff. de verbo. oblig* † Nemo enim videtur elegiſſe viam, 207
per quam actus, & voluntas ſua impugnetur. vt *d. l. ſi miles. 3. ff. de milit. teſtam.* & Alex *in l hac conſultiſsima. 21. §. per nuncupationem. 2. C. de teſtam.* & Socin *in conſil 142. colum. 3. in 1. volum.* † Hanc ſecun- 208
dam partem, quam teneo, confirmo per id, quod dicit Alexan. *in l. vinum. 22. colum fina. & ibi gloſſ. ſingularis. in gloſſ. fin. ff. ſi cert. petatur.* vbi dicitur, quod in cauſis, in quibus non requiritur libellus, ſi interueniat, & ſit ineptus, non vitiat proceſſum: ſic etiam poſſumus dicere in quolibet actu ſubſtantiali iudicii, vt ſi interueniat & ſit ineptus, vel ſi penitus omittatur, non debet vitiare, ex quo non requirebatur de neceſſitate. Si enim eſſet vera prima opinio, nunquam poſſet verificari illud dictum gl. & Alexand. *in d. l. vinum.* quod communiter approbatur, quia ſemper, quando quis præſentat libellum, videtur eligere viam ordinariam, & ſic eſſemus in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam libellus ineptus vitiaret, quod eſſet contra illud dictum. † Ad quod facit, quod not. Bald. 209
*in l. qui teſtamento 20. § per contrarium. 2 ff de teſtam.* vbi dicit, quod valet informatio capta per teſtes inhabiles in caſibus, in quibus teſtes non requirebantur, facit etiam textus, iuncta gloſſa, *in d. § ſerui. 2. Inſtitu. de liber. & ibi glo. in verſicu. tranſitu.* quæ probat, quod † quando actus poterat geri ſine in- 210
teruentu alicuius perſonæ, ſi illa interueniat, & ſit inutilis, non vitiat actum. Pro hoc eſt text *in l. rem in præſenti 1. in princip. C. de rei vxoriæ act.* Sic etiam dico in quæſtione noſtra; quia cauſa poterat expediri ſummarie, & ſine ſolennitate iuris: ſi interuenerunt dictæ ſolennitates, & inutiliter, non debet per hoc vitiari proceſſus. Præterea, quod iſta pars ſit verior in regno, maxime vbi viget diſpoſitio *d. c. Deteſtantes.* non eſt opus ire per mendicata ſuffragia, quia patet euidenter per *d. c. Deteſtantes* vbi mandatur, quod quando in proceſſu liquet de ſola ſubſtantia veritatis, non poſſit opponi aliqua exceptio nullitatis ex defectu omiſſæ ſolennitatis iudicii, & illud mãdatum dirigitur iudici, vt patet ibi ex ſupraſcriptione, vnde non eſt curandum in regno, quomodocunque partes procedant in cauſa, ſiue ordinarie, ſiue ſummarie; quia dummodo liqueat de veritate, ſemper iudex poterit proferre ſententiam validam, etiam ſi aliqua ſubſtantialia omittãtur; quia de his non eſt curandum. Et per *d. c. Deteſtantes* apparet reſponſio ad omnes deciſiones contrarias adductas pro prima parte; quia omnes ceſſant in regno, vbi habemus ius municipale expreſſim in contrarium. Et vltra, quod hæc ſola reſponſio ſufficeret, poteſt etiam de iure communi ſuſtentari iſta ſecunda pars, & reſponderi ad contraria Et † primo non obſtat glo. *in d. l. proinde. 25 §. notan-* 211



*dum*

*dum.2.in fi ff.ad leg. Aquil.* quia iſta gloſſ. loquitur in caſu, in quo non requirebatur ſententia, vt quia ſumus in confeſſo, in quo ſolum ſit præceptũ, vt ſoluat, *l. vnica. C. de confeſſ.* Verum eſt, quod ſi actor vigore confeſſionis rei voluerit formare libellum ſolenniter, & petere id, quod cõfeſſus eſt; tunc requiritur ſententia, ex quo cauſa eſt initiata in forma iudicii, & ſententia debet eſſe conformis libello, & *h. d. illa gloſſ.* Non tamen ibi fit aliquod verbũ, quod ſi interueniret libellus ineptus, vitiaretur proceſſus, vel ſi aliter proceſſus fuit non rite factus, ſed ſolum ſent. t, quod ſi fuit fabricatus proceſſus ordine iuris, vbi nõ requirebatur, talis proceſſus eſt ſolenniter per ſententiam determinandus, idque ex quadam neceſſitate: quia omnis proceſſus maxime ordinarie factus expectat diffinitiuam ſententiã Non obſtat dictum Baldi *in d. l. diffamari. 5 C de ingen. & man.* quia nihil facit ad propoſitũ. Dicit enim, quod partes poſſunt procedere ordinarie, vbi poterant ſummarie, & valet proceſſus ordinarius, iſtud eſt clarum, & expeditum, per text. *in Clem. ſæpe. § ſi ff. de verb ſign* quia tunc res reuertitur ad naturã ſuam, & ſic ad ius commune: vnde de facili ſit, vt not. *in d. § final.* Non tamen dicitur, quod ſi in aliquo omitteretur aliquod ſubſtantiale, vitietur proceſſus, & ita etiam reſpondeo ad id, quod dicit Bald. *in d. l. quod*
212 *fauore 6 C de legib. & in l nulla 25 ff. eodem tit.* Non † obſtat, quod dicimus de teſtamẽto in ſcriptis: quia illud procedit, quando teſtator expreſſe declararet, quod valebat in ſcriptis teſtari; tunc ſi non valet vt teſtamentum in ſcriptis, minime valet vt nuncupatiuum, licet interuenerunt requiſita in nuncupatiuo; tamen non valebit vt nuncupatiuum: Secus, quando hoc expreſſe non apparet; quia tunc poteſt valere vt nuncupatiuum ita ſentit Bar *in d. l. fin. ff. de iu. cod.* & Cyn. Alexan & Iaſ. *in l. hac conſultiſſima 21. §. per nuncupationẽ. 2. C. de teſtam.* & Angel. & Imol. *in l. qui teſtatur. 1 §. l. ſi autem ff de hær. inſti* & Alexan. *in conſ. 176 colum. 2. in 5. volum. & in conſil. 13. in 3. volum.* & Paul. de Caſtr *in conſil 415 in 2. vol.* & Soc. *in conſil 142. in 1. vol.* & habetur aliquid *in deciſ. 69. conſ Neapol* & eodem modo reſpondeo ad *l. contractus. 17. & ibi Bald. C. de fide inſtr.* ſcilicet, quod loquitur, quando expreſſe apparet, quod partes voluerunt cõtrahere in ſcriptis, & per hoc dico, quod quando expreſſe partes conuenirent, quod procedatur ordinarie, coram iudice, & renunciarent illi *Conſtitut. Deteſtantes.* tunc propter expreſſum conſenſum dicerem, quod non valeret iudicium, ſi aliqua ſolen-
213 nitas omitteretur per prædicta. Quid † autẽ econtra, an poſſint partes facere, quod in cauſa ordinaria procedatur ſummarie, Spec. *in tit. de libel. concept. §. nunc dicendum. verſ. 9.* tenet quod ſic. Contrarium tenet Card. *in Clem. ſæpe in princ. in 12. q.* & Alex. *in addit. ad Bart. in l. ſi ſocietatem. alias ſocietatem. 76. § arbitrorum. 2. ff pro ſocio. in 2. col. in addit.* quæ incip. *Adde ad hoc. &c.* Et ratio eſt; quia quod ordinarie procedatur, eſt iuris publici, & partes nõ poſſunt iuri publico renunciare, *l. ius publicum. 38. ff de pact.* & idem tenet Luc. de Pen. *in d. l. de ſubmerſis. 5. col. pen. in fin. & ſeq. C. de naufr. lib. 11.* per eandem rationem, dicunt tamen Card. *in d. 12. qu.* & Lucas, vbi ſupra, quod ſi partes vellent, quod iudex procedat tanquam arbitrator, poſſunt hoc facere, & ſic per hunc modũ poſſunt facere cauſã ſummariã. Et ex prædictis remanet expedita 1. q. prin. huius 9. diſt. iud. ea SECVNDA QVÆSTIO principalis eſt, quas ſpecialitates habit iudicium ſummarium, in quibus differat ab ordinario, ſuper qua inſiſto; quia ex ſupradictis in 1. quæſtione omnia hæc bene perpenduntur, ex quo nimium me dilataui ſuper 1. quæſtione, in qua comprehenſa ſunt omnia, quæ eſſent dicenda ſuper vtraque. Vnde tranſeamus ad 10. diſtinctionem iudiciorum. *Robert. Marant V. I. D.*

## IVDICIORVM X. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1. *Iudicium aliud ordinarium, & aliud extraordinarium.*
2. *Iudicium extraordinarium quod dicatur. & num 3. & ſeqq.*
4. *Pœna extraordinaria, ſeu arbitraria quando irrogetur.*
5. *Proceſſus inquiſitionis extraordinarius dicitur Et quæ pœna irrogetur damnato per viam inquiſitionis. num. 6.*
7. *Iudicium dicitur extraordinarium in regno cum præſentatur inſtrumentum, ſecundum formam ritus.*
8. *Iudicium omne criminale, extraordinarium dicitur.*
9. *Iudex attenta qualitate perſonæ & cauſæ, alterat pœnam in criminalibus.*

DECIMA principalis diſtinctio iudiciorum eſt; † quia iudicium aliud eſt ordinarium, & aliud extraordinarium. IVDICIVM ORDINARIVM, dicitur illud, in quo agitur aliqua cauſa ciuilis, vel criminalis intentata per viam competentis actionis vel accuſationis, & in qua venit irroganda pœna ordinaria à lege, vel ſtatuto expreſſe inducta. Omnia iſta verba pono ad differentiam iudicii extraordinarii, vt infra patebit. IVDICIVM vero EXTRAORDINARIVM poteſt multipliciter intelligi, vt infra dicam. ET PRIMO poteſt dici iudicium extraordinarium, omne iudicium ſummarium. vel executiuum, in quo non ſeruatur ordo iuris: & ideo dicitur extraordinarium; quia fit extra iuris ordinem, vt not. Specul. *in tit. de offic. omn. iudic. § poſtremo. verſic. quarto, &c.* SECVNDO † dicitur extraordinarium iudicium, vbicunque non eſt prodita aliqua actio ad aliquid exequendum, ſed prætor ex ſua poteſtate, & officio illud exequitur:

tur: ſiue manu militari, ſiue captis pignoribus, ſiue
mulcta iudicta vel aliis remediis prætoriis, hoc pro-
batur *in l. ſi quis ſepulchrum. 12 ff. de relig. & in l. ſi
quis miſſus. 3 ff. ne vis fiat ei. & in l. qui reſtituere. 68.
ff. de rei vendic. & l. temporibus. 1. §. quid ergo. 3. ff. de
ventr. inſp.* & Specul. *in tit. de offi. omn. iudic. §. poſtre-
3 mo colum. 3. in fin verſic. ſecundum genus, &c.* † TER-
TIO dicitur extraordinarium iudicium, vbicun-
que generaliter ſuper aliqua cauſa imploratur of-
ficium iudicis in locum deficientis actionis Exem-
plum in *l. Quintus. 7. ff. de ann. leg. & in l. præſcr.
1. ff. de variis, & extraord. cogit.* nam quando implo-
ratur officium iudicis, dicitur cauſa extraordina-
ria, & quando lex dicit ſubueniri extra ordinem,
ibi cenſetur concedere officium iudicis, ſecundum
Bart. *in l. ſi cui legatum 92. ff de cond. & dem.* & Fran.
de Aret. *in l. cum filius. 17. ff. ſi cert. pet.* QVARTO
dicitur iudicium extraordinarium, in quo agitur
de tali crimine, in quo venit irroganda pœna arbi-
traria, ſeu extraordinaria, vt habetur *in tit. de extra-
4 ord. crimin. ff. per totum* † Et tunc imponitur pœna ar-
bitraria, quando à lege vel ſtatuto non eſt impoſita
certa, & determinata pœna, *l. de his 1 § expilatores 1.
& ibi Bart ff. de effr. & l ſanctio legum 4 ff. de pœn.* &
Bald. *in rub. C. de fid. inſt. col. 7 in prin. verſic. quæro, dixi
ſuperius, &c* & Alex *in l hodie 13. ff de pœn. & in l ſi
quis id quod. 7 ff. de iur. om iud.* & Bald. *in l vnica. C. ex
del def.* Item generaliter, vbi lex prohibet aliquid
fieri, & vltra non procedit adiiciendo pœnam, ſi
contra factum fuerit, tunc ſemper imponitur pœ-
na extraordinaria. gloſſ. eſt notab *in l. nemo martyres.
5. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* idem dicimus in crimine in-
iuriarum, vbi imponitur pœna extraordinaria *l.
fin. ff. de iniur* & not. Abb. *in c. cum te, col 2 & 7. de re
iudic.* QVINTO dicitur iudicium extraordinari-
um, vbi agitur per viam inquiſitionis, ſine accuſa-
5 tore, † vnde proceſſus inquiſitionis, dicitur extra-
ordinarius, ſecundum Baldum *in l etiam. 8. C. de fur.*
& Bald *in l non eſt 1. C. de lib. & eorum lib.* & Bald.
*in l. eius, 1. C. quorum appell. non rec* & Calder. *in conſil.
1. col. 1. in tit. de accu. & in conſil. 6. in tit. de pœn.* In tan-
6 tum, quod ille, † qui damnatur per viam inquiſitio-
nis, non punitur pœna ordinaria inducta à lege pro
illo crimine, ſed mitiori pœna, & pœna arbitra-
ria, ſecundum Abb. *in conſil. 2 cap. 2 verſic nunc ve-
nio, &c. in 1. volum.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 19. col.
2. in litera E in 3 volum.* & Abb. *in c. per inquiſitionem.
26. in fine de elect.* pro hoc eſt text. *in c. inquiſitio-
nis. 21 & ibi per Dd. & in c. qualiter & quand. 24. el.
2. de accuſ.* limita tamen Abb. *in d. c. per inquiſitio-
nem, in fin.* niſi de crimine conſtaret per confeſſio-
nem; quia tunc punitur eadem pœna ordinaria. ac
ſi fuiſſet conuictus per accuſationem. De hac mate-
ria dixi aliqua ſupra in diſt. iudiciorum. † SEXTO
7 dicitur iudicium extraordinarium in hoc regno,
quando præſentatur inſtrumentum ſecundum for-
mam ritus: nam ex quo illa cauſa eſt executiua; quia
debitor ſtatim carceratur, per hoc dicitur hæc cauſa
extraordinaria: ita dicitur in ritu magnæ curiæ, *in
nu 63* qui incip. *item nota, quod aſſignans, &c.* † SE- 8
PTIMO generaliter poteſt dici iudicium extraor-
dinarium: omne iudicium criminale, vt probatur *in
l. quotiens. 1. §. fin ff. de pœn. & in l. ordo. 8. cum ibi no-
ta. ff de publ. iudic.* tum quia non ſeruantur in eo an-
tiquæ ſolennitates, vt *d. l. ordo.* tum etiam † quia
iudex ſemper poteſt attenta qualitate perſonæ & 9
cauſæ, alterare pœnam in criminalibus, vt plene
habetur per Bartolum *in l. quid ergo 13. §. pœna gra-
uior 7. ff. de his, qui not infam.* & Bald. & Salicet. &
Doct. *in l. & ſi ſeuerior. 3 C ex quib cauſis infam. irrog.*
Rober. Mar. Venuſ.

## IVDICIORVM XI. DISTINCTIO.

## SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud ſeculare, aliud eccleſiaſticum.*
2 *Clericus tam in ciuili, quam criminali, & tam in actione reali, quam perſonali, debet conueniri coram Eccleſiaſtico iudice: & trahens eum coram iudice laico, iure ſuo cadit, coram quo etiam ſponte conueniri nequit.*
3 *Clerici appellatione, qui veniunt, quoad forum.*
4 *Famuli, & ſeruientes clericorum, coram iudice eccleſiaſtico conueniri debent.*
5 *Clerici coniugati, an gaudeant priuilegio fori.*
6 *Iudex eccleſiaſticus, cognoſcit contra laicum, detentatorem alicuius rei ad Eccleſiam vel clericum pertinentis Item, pro legatis piis contra laicum.*
7 *Item contra laicum tenentem feudum ab Eccleſia.*
8 *Item de cauſis ſpiritualibus, etiam contra laicos. Item de cauſis miſerabilium perſonarum, etiam laicorum, num 9 Et poteſt punire laicum de blaſphemia in Deum, nu 10.*
11 *Iudex eccleſiaſticus, cognoſcit inter laicos, cum iudex ſecularis negligit iuſtitiam facere. Et cum laicus detinet alienum debitum cum peccato, num. 12.*
13 *Iudex eccleſiaſticus, dat curatorem ad litem minori laico, litiganti coram ſe.*
14 *Iudex eccleſiaſticus, cognoſcit inter laicos, ratione iuramenti. Item de fracta pace, nu. 15.*
16 *Iudex eccleſiaſticus, reſtituit eccleſiam, quæ contraxit cum laico, & cognoſcit de nullitate contractus eccleſiæ contra laicum.*
17 *Item de validitate iuramenti, an liget vel non.*
18 *Iudex eccleſiaſticus aditur, cum petitur reductio à compromiſſo facto in laicum, & clericum.*
19 *Et compellit laicum executorem teſtamenti ratione clerici ipſi adiuncti.*
20 *Appellatur ad iudicem eccleſiaſticum, cum Iudex laicus ſimul cum clerico pronunciauit.*
21 *Heredes duo, quorum alter eſt clericus, alter laicus.*

eus, ambo conueniri debent coram Epiſcopo, etiam ſi plures ſint laici, quam clerici.
22 Delinquentes plures, quorum vnus eſt clericus, an omnes poſſint declinare forum ſeculare.
23 Collegia, in quibus ſunt clerici, & laici, coram quo iudice conueniantur.
24 Laicus debitor ſimul cum clerico, non conuenitur coram Epiſcopo, cum cauſa eſt diuidua.
25 Iudex eccleſiaſticus poteſt punire laicum perſeuerantem in excommunicatione. Et poteſt procedere contra ſpoliantem Eccleſiam, vel prælatum. numer. 26.
27 Iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicos, in omnibus, concernentibus animam.
28 Iudex eccleſiaſticus punire poteſt aromatarium laicum, miſcentem farinam fabarum in cera, & illam vendentem, omneſq; vendentes vtenſilia, eaq; falſificantes.
29 Fraus quid ſit. Et quotupliciter committatur, nu. 30. 31. & 32.
33 Qua pœna puniatur habens penes ſe aurum & argẽtum vitioſum. Et qui committit fraudem in ſubſtantia. num. 34.
35 Candelarii facientes candelas, cum mixtura, qualiter puniantur. Item vendens pannos fracidos pro bonis, num. 36.
37 Vendens libros corruptos, ad quid teneatur.
38 Qualitas rerum, quæ venduntur, debet declarari.
39 Tabernarii vendentes vinum limphatum pro puro, qualiter puniantur.
40 Fraus committitur, addendo aliquid inutile mercibus. Et ponendo merces bonas in ſuperiori parte ſacci, & malas infra. Item cum oſtenduntur merces bonæ, & deinde traduntur malæ. nu. 42.
43 Vendens aliud pro alio, an puniatur, & reſcindatur venditio.
44 Venditor carnium, habens maiora pondera, an debeat puniri?
45 In menſura, vel pondere læſus, intra quod tempus debeat conqueri. & ad quid agere poſſit. & nu 46.
47 Fraus in quantitate quando committatur. Et quando in qualitate committatur, num. 48.
49 Precia rebus imponentes, vt alii pluris emant, qualiter puniantur. Item aromatarii facientes fraudem in arte, nu. 50.
51 Diffamans merces mercatoris, vt vilius emat, quomodo puniatur.
52 Fraudem committit ſurripiens ſignum de ſacco, ne ſciatur pondus.
53 Aſſerentes rem eſſe alterius qualitatis quam ſit, ad quid teneantur.
54 Iudex eccleſiaſticus poteſt excommunicare teſtes laices, nolentes deponere coram iudice ſeculari.
55 Iudex eccleſiaſticus inhibere poteſt iudici ſeculari, ne procedat ſuper incidenti ſpirituali.
56 Iudex eccleſiaſticus compellit laicum litigantem in foro ſuo, ad obſeruantiam iuris canonici.
57 Et cognoſcit in regno de cauſa ſuſpicionis iudicis ſecularis.
58 Item poteſt ſequeſtrare corpus mortuum vſurarii, donec hæres caueat de reſtituendis vſuris.
59 Iudex ſecularis quibus caſibus poſsit iuriſdictionem ſuam exercere contra clericos.
60 Iudex laicus poteſt condemnare clericum in expenſas, cum litigauit coram eo contra laicum, & ſuccubuit.
61 Clericus citari poteſt coram iudice laico, ſi ſua putauerit intereſſe.
62 Clericus ſequeſter electus per iudicem laicum, poteſt per eum compelli, vt ſequeſtrum reſtituat.
63 Iudex laicus ſe interponere poteſt contra clericum, ſpoliantem laicum ſua poſſeſsione.
64 Curatorem ad litem dare poteſt iudex laicus clerico minori, litiganti coram ſe.
65 Clericus, an tutor conſtitui poſsit per iudicem laicum.
66 Iudex laicus compellere poteſt creditorem laicum ad remittendum iuramentum turpiter receptum à debitore.
67 Iudex laicus cognoſcit de cauſa ſpirituali inter Iudæos.
68 Abſolutione à iuramento conceſſa per iudicem eccleſiaſticum, poteſt iudex laicus de eius nullitate cognoſcere.
69 Clericus non incedens in habitu & tonſura, captus per familiam iudicis laici, non remittitur ad Epiſcopum.
70 Verberans clericum in habitu laicali, non eſt excommunicatus.
71 Clericus degradatus, poteſt puniri per iudicem ſecularem.
72 Degradatio clericorum, qualiter fiat, & ſupra numer. 45.
73 Clericus degradatus, an celebrando conficiat corpus Chriſti.
74 Iudex laicus non poteſt, etiam de mandato Epiſcopi, torquere, vel verberare clericum.
75 Clericus ratione feudi, quod tenet à laico, ſortitur forum iudicis ſecularis. Idem quando eſt auctor laudatus. num. 78.
76 Clericus puniri poteſt per iudicem ſecularem de aſſaſſinio.
77 Clericus pro poſſeſſorio retinendo, poteſt coram laico conueniri.
79 Inſtantia inchoata cum laico defuncto, tranſit in clericum ſuccedentem.
80 Clericus negociationem exercens, tenetur ad gabellas.

VNDECIMA diſtinctio † iudiciorum eſt, 1
quod IVDICIVM ALIVD SIT SECVLARE, ALIVD ECCLESIASTICVM. Iudicium SECVLARE, eſt illud, quod ventilatur coram iudice ſeculari. Iudicium ECCLESIASTICVM eſt illud, quod vẽtilatur coram iudice eccleſiaſtico. Et quia

quia iſtud dictum eſt ſatis vulgatum, & planũ, ideo ad hoc, vt ex iſta diſtinctione aliqua habeatur vtilitas, videamus de quibus cognoſcit iudex eccleſiaſticus, & circa quæ poteſt ſe intromittere, ad hoc vt ſciamus aliquas particularitates iudicii eccleſiaſtici, & idem videamus ſucceſsiue de iudicio ſeculari.
1 In † PRIMIS, igitur cognoſcit iudex eccleſiaſticus de omnibus cauſis clericorũ, ſiue ciuilibus, ſiue criminalibus intelligendo ſane, quando clerici conueniuntur, non autem quando ſunt actores, ſiue accuſatores; quia tunc actor ſequitur forum rei, *c. cum ſit generale. 8. de foro compet. & l. iuris ordinem. 2. C. de iuriſdict. omn. iudi.* iſtud principale dictum probatur in *authent. ſtatuimus. C. de epiſco. & cleric. & c. ſi diligenti. 12. de for. compet.* licet aliquæ leges ciuiles dicant, quod in cauſa criminali clericus conuenitur coram iudice ſeculari, vt eſt tex. *in Auth. vt cle. apud pro. Epiſ. per totum tit. in Auth. de ſanct. Epiſ. & Deo amabili. C. ſi quis contra. 21. §. ſi quis autem pro pecunia. ria. 2. & in auth. clericus. 2. C. de Epiſ. & cler.* tamen omnes iſtæ leges ſunt correctæ, per *d. auth. ſtatuimus.* in tantum, vt ille qui trahit clericum coram iudice ſeculari, priuetur iure ſuo tam in ciuili, quã in criminali cauſa, vt *d. auth. ſtatuimus.* Dicitur autem trahere clericum per ſolam citationem, ſecundum Abb. *in c. ſignificantibus 2. in 2. not. de lib. oblat.* Item in tantum eſt verum, quod clericus etiã ſponte non poteſt conueniri coram iudice laico, etiam ſi iuriſdictionem prorogaret cum iuramento, vt *d. c. ſi diligenti 12. de foro compet.* imo etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi, non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis laici, vt not. glo. & ibi. Abb. *in fin. colum. in c. ſignificaſti. 18. de foro compet.*

[Sed contrarium, quod cum conſenſu Epiſcopi id poſſit, innuit Gail. *lib. 1. obſ. 40. nu. 7.*]

Item procedit hoc non ſolum, quando clericus conuenitur ſuper actione perſonali, verum etiam in actione reali, ſecundum Abb. *in c. eccleſia S. Mariæ, 10. col. antepen. de conſtit.* & Abb. *in c. qualiter, & quando. 17. de iudi.* pro hoc eſt text. *in c. ſignificauerunt. 21. & fin. de iud. & in c. ſi clericus laicum 5. de foro compet.*

[Imo contrarium de iure verius eſt, quod videlicet clericus, ſi de re controuerſia ſit inter ipſum & laicum, actione reali, coram iudice laico, ſub quo res ſita eſt, conueniri poſſit per rationem *l. fin. C. vbi in rem act. & c. fin. de for. compet.* cum ratione rei quis forum ſortiatur vbi res ſita eſt. Nam in actione reali perſona non dicitur obligata, *§. omnium inſtit. de act.* Et ſic non trahitur in iudiciũ perſona Eccleſiaſtica, ſed res ipſa. Et ita in camera imperiali & obſeruatũ tradit Gail. *lib. 1. obſ. 37.* vbi alios inſuper huius ſententiæ adſtipulatores citat. Et plures etiam caſus recenſet, quibus clericus coram iudice ſeculari conueniri poſſit, quem omnino vide.]

3 Qui † autem veniant appellatione clericorũ, in iſto caſu? Dic quod omnes, qui in eccleſia ſeruiunt, etiam illi qui ſunt in ſacrâ militia, & de prima tonſura, vt *in c. cleros. 21. diſtin.* & gl. *in ver. quod in clericum, in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* & Spec. *in titu. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua, colum. 33. verſ. quid de propoſitis.* & Card. *in Clem. 1. in prin. de off. ord.* † Sed iuxta hoc cadit dubiũ: 4
certũ eſt, quod famuli, & ſeruientes clericorũ gaudeant priuilegio fori, ſicut ipſi clerici quia conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, etiã ſi ſint laici, vt not. glo. *in c. eos. 32. diſtin.* & gl. *in c. in iudicatum 89. diſtin. & gl. in c. clericũ. el 1. 11. quæſt. 1.* & gl. *in c. eccleſiarũ ſeruos. 12. q. 2.* & Bal. *in l. omnis. 2. C. de epiſ. & cler.* Pono modo, quod aliquis trahit huiuſmodi famulos coram iudice ſeculari, an cadat à iure ſuo, ſicut ſi traxiſſet clericum? Dicerem, quod non: quia hoc non repetitur iure cautũ, & pœna priuationis iuris nunquã irrogatur, niſi quatenus expreſſe reperitur iure cautũ, tex. eſt *in §. cum igitur.* alias *c. 3. in Auth. de non elig. ſecund. nuben. coll. 1. tit. 2. Nouel. conſtit. 2.* & tenet Alex. *in l. etiam. 18. §. licet. 1. ff. ſol. matr.* & Abb. *in c. transmiſſæ. 33. & fi. de iure patr.* & Iaſ. plene *in l. diuortio* alias *fructus. 7. §. ſi fundum. 12. ff. ſoluto matrimo.* ADDITIO. Familiares clericorum eorundem fori priuilegio gaudere (inquit) dominus Auctor hic: tu legito deciſ. cap. 2. in cauſa Hurgonii. *Petr. Foller.*

[De hac quæſtione; An qui ſunt de familia Epiſcopi, gaudeant priuilegio fori, Item ii, qui ſunt de familia vicarii Epiſcopi: Et familiares ſeu famuli laici, clericorum; Et in quibus caſibus: Et quid conſuetudine ea in re hodie receptum ſit, agit Alexand. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. De foro compet. reſolut. 1.*]

Quid † autem de clericis coniugatis? Dic, quod 5
gaudent ſimiliter eodem priuilegio fori, dummodo incedat in habitu, & tonſura clericali, & dummodo duxerint vxorem vnicam, & virginem. Si autem nõ incedunt in habitu, & tonſura, vel ſi ſunt bigami, vt quia duas habuerunt vxores, vel vnam viduam, vel aliter corruptam, omne priuilegium clericale amittũt, text. eſt *in c. vnico. de cler. coniug. l. 6.* & Socin. *in conſ. 12. colum. 7. in 1. volum.* & in quantum ſupra dixi, quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa clerici, ita demum ſcilicet, quando clericus eſt reus, ſecus ſi eſt actor, limita, vt infra prox. verſi. ADDITIO. De veritate vide, quæ dixi in *pract. cauſ. criminin. in verb. audiat excuſatores.* Petr. Foll. † SE- 6
CVNDO, principaliter cognoſcit iudex eccleſiaſticus de cauſa clerici etiam actoris contra laicum in caſibus infraſcriptis, videlicet, quando laicus eſt detentator alicuius rei eccleſiaſticæ, vel rei alicuius clerici, vt quia ſpoliauit clericum, vel eccleſiã poſſeſſione alicuius rei; nam pro tali re poteſt coram iudice eccleſiaſtico conueniri, tex. eſt & ibi Abb. & Felin. *in c. ſi clericum laicum. 5. de for. compet.* & Abb. *in c. relatum. 21. de iur. patro.* Iſtud enim dicitur crimen, quaſi ſacrilegii, vt ibi habetur. Item, quando agitur pro legatis piis conſequendis à laico, poteſt laicus conueniri coram iudice eccleſiaſtico, puta quando ſunt legata facta eccleſiis, vel pauperi-

bus, vel aliter pro anima. gl. eſt *in c. relatum, el. 1. 1t. & ibi Abb. in fi. de teſtam.* & Bald. *in l nulli. 28. col fin. C. de Epiſ & cler.* ADDITIO. Laicum detentorem rei eccleſiaſticæ, poſſe coram iudice eccleſiaſtico conueniri, ſcriptum reliquit dominus Auctor hic, de cuius veritate vide Steph. Aufr. *in tracta. de poteſta. eccle. ſuper laicum, numer. 31.* vbi dicit id de conſuetudine non ſeruari, & idem dicit *in tract. de poteſt. ſecu. contra eccleſ. in 4 regula, in 5 fallen.* item in eo, quod dicit, poſſe laicum ſimpliciter conueniri coram iudice eccleſiaſtico pro legatis piis, intellige, ſi defunctus in apparenti contritione deceſſerit, ſecundum Siculum *in c. à nobis, 21. cl 2 de ſent. excom.* & Sal. *in l. vnic. col. 7. C. ex del. defunct* de quo per Zab. & Sicul. *in c. parochiano, fin. de ſepult.* Petr. Fol. V. I. D.

7 TERTIO, † cognoſcit iudex eccleſiaſticus contra laicum, de cauſa feudali, vbicunque aliquis laicus tenet feudum ab eccleſia, text. eſt *in c. verum. 7. de foro compet* & ibi per Abb & Dd. QVARTO cognoſcit
8 iudex † eccleſiaſticus de omnibus cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis ad eccleſiam ſpectantibus, etiã ſi inter laicos agitentur: prout eſt cauſa vſurarum, cauſa matrimonialis & legitimationis filiorum, & ſic de aliis ſimilibus cauſis, ſiue cauſa ſit principalis, ſiue emergens, vt eſt tex. *in c. tuam. 3. de ord. cog.* & ibi Abb. *in c. lator 5. qui fil. ſint leg. & in l omni nouatione. 6. C. de ſacroſ eccl.* & not. Bart. *in l. Titia. 34. ff. ſolut. matr.* & Bart *in l. quoties 3. C de iud. & in l. cui. 2 ff. de iur. om iud* idem tenet Ang. *in d § . ſi quis autem pro pecunia. c. ſi quis contra aliquem. 21. in Auth. de ſan Epiſ.* reprobata gl ibi, quæ aliter ſentiebat. Item in cauſis ſpiritualib. annexis, vt habetur *in c quanto. 3. de iud.* prout eſt ius patronatus. ADDITIO. Procedit indiſtincte Auctoris concluſio, quando quæſtio eſt iuris, ſed vbi quæſtio eſſet meri facti, vterque iudex, & ſecularis, & eccleſiaſticus cognoſcit, vt voluit Bart. *in d l. Titia 34 ff ſol. matr & d. l. cui iuriſdictio. ff de iuriſd om iud* quod & repetit in ſexcentis locis. & Arch. *in c. quid dicam. 14 q. 4.* & Ant. de Butr & Car. *in c. cum ſit generale 8. extr. de foro comp.* & ibi do Abb qui teſtatur hanc eſſe communem opin. hanc opinionem ſequuntur Ioan. de Imol. & Lud. Rom in *d l. Titia ff ſol matr* & hanc opinionem in iſto regno Neapol approbauit noſtra conſt. regni, incip. *Statuimus* poſita ſub tit *de vſuris* quam ita intelligit Afflict ibi; ſed videtur huic concluſioni per me citatæ, obſtare c regni, incip. *Item ſtatuimus, quod officiales* quo cauetur, quod nullus ſecularis iudex debet ſe cõmittere ad cognoſcendum de crimine eccleſiaſtico, ſed ei reſpondet Affl *in d. c. ſtatuimus. in 2. not* vt intelligatur ſecundum prædicta. Item videtur obſtare tex. *in c. ſtatuimus quod officiales, committentes, &c.* quo ſimpliciter cauetur, vt nullus ſecularis iudex poſſit ſe intromittere, vt cognoſcat de cauſis ſpiritualibus, niſi ex priuilegio, vel ratione iuris particularis, aliquibus competentis: & ſic tex. ille non diſtinguit, ſed ego intelligerem illud c. vt ſupra; quia illa eſt communis opin. omnium Doct. de quo etiã late habetur per Affl. & Bart. *d. c. in conſt. Maieſtati noſtra.* P. F. QVINTO cognoſcit † iudex 9
eccleſiaſticus, de omnibus cauſis miſerabilium perſonarum, etiam laicorum, puta de cauſis pupillorum, viduarum, pauperum; nam tales perſonæ poſſunt laicos coram iudice eccleſiaſtico conuenire, vt habetur per Abb. & Doct. *in c. ſignificantibus. 38. de off. delegat.* & Abb. *in c. licet ex ſuſcepto 10. col. 2. de foro compet* & Bald. *in auth. ad hæc colum. 2. verſic. quæro nunquid, C. de vſur.* Quod intellige procedere in pupillo, vel vidua paupere: ſecus ſi ſit diues; quia tunc non dicitur perſona miſerabilis, ſecundum Abbat. *in c. ſignificantibus. 38. in 1. notab* & ibi etiam Ioan. de Imol. & Fel. & Alexand. *conſil 121. colum. fin. volum. 1.* ADDITIO Forte non procederet in regno hæc concluſio, cum plura ſint iura municipalia in regno ſtatuta, in fauorem miſerabilium perſonarum & data eſt electio ipſis, adeundi quemcunque iudicem voluerint (vt præſides prouinciatũ, magiſtratum iuſtitiarum, magnam curiam Vicariæ, alioſque ſuperiores) vt *in conſt. Statuimus. in c violentiis.* & ſi cum ipſæ miſerabiles perſonæ habent plures iudices ſeculares, & habent electionem eligendi quem voluerint, fruſtra adirent eccleſiaſticum iudicem, & ita tenet And. Barbat. *in addit. ad Abbat. in c. ex ſuſcepto. de foro compet.* Petr. Foller. SEXTO † cognoſcit 10
iudex Eccleſiaſticus, & punit laicum de blaſphemia Dei, textus eſt, & ibi Abb. *in c. ſtatuimus & ibi etiam Ioan. de Anan. de maled.* & hoc eſt; quia dicitur crimen Eccleſiaſticum, vnde idem eſſet in omni crimine eccleſiaſtico, per ea, quæ habentur *in d. c. tuam. 3 de ordi. cognit.* ADDITIO Intellige quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit de blaſphemia, ſi coram eo fuerit expoſita denunciatio, & ad pœnam Canonicam infligendam, & ſic vterque iudex concurrit ad puniendum, vt dicit Abb. *in c. ſtatuimus.* Petr. Foller. V. I. D.

[An vſurarum crimen, ad ſolum forum eccleſiaſticum pertineat, an vero mixti fori ſit, examinat Fachin *lib. 9. controuerſ. iur. cap. 30.*]

SEPTIMO. † generaliter cognoſcit iudex eccle- 11
ſiaſticus de omni cauſa inter laicos, vbicunq; iudex ſecularis non vult iuſtitiam facere, vel negligit, vel eſt abſens, & ſic in defectum iuſtitiæ efficitur cõpetens iudex eccleſiaſticus, tex. eſt *in c. ex tranſmiſſa 6. & c. licet ex ſuſcepto 10 & c. ex tenore. 1 de foro compet.* & Fel. *in c. ſignificauerunt 21. de iud.* & Bal. *in l. in contractibus. 14. § in omni 4. C. de nõ numer pecun.* pro hoc eſt tex. *in Auth. vt differ. iud. coll. 6. tit. 16. nouel. conſt. 87. per totum.* & ibi Ang. *& in Auth. vt cle. apud pro. epiſ. coll. 6. tit. 12. nouel. conſti 83* & Bal. *in auth ad hæc col. 2 circa fi. C. de vſur* ADDITIO Intellige ſane, vt procedant hæc dicta, data negligentia iudicis nõ habentis ſuperiorem, vt ſunt ciuitates liberæ; at ſecus, ſi plures eſſent iudices inferiores, & ſuperiores; quia ſi iudex inferior eſſet negligens, adeundus erit iudex ſuus

ſuus ſuperior, & non eccleſiaſticus. exemplum in regno. vbi ſtatutum eſt in ſpecie, quis iudex adeundus erit in caſu negligentiæ iudicis inferioris, vt habetur *in c. Regis Roberti.* incipien. *Quorundam expoſitio, querela.* & ſic intelligit hanc concluſionem do. Abb. *in c. licet ex ſuſcepto de foro competen. n. 9.* de quo etiam per Petr. de Anchar. *in conſ. 147.* alias *196.* & ſic in regno hæc concluſio non procedit. *Petr. Foll.* OCTAVO † cognoſcit iudex Eccleſiaſticus inter laicos, vbicunque aliquis detinet debitum alienum cum peccato, vel rem alienam, & eſt tale debitum, ad quod nulla competit actio; & ſic non poteſt aliquo remedio recuperari in curia ſeculari; nam tunc ratione peccati, poteſt adire iudex eccleſiaſticus, per viam denunciationis euangelicæ, quæ denunciatio eſt tantæ efficaciæ, quod poteſt iudex eccleſiaſticus ratione peccati, compellere illum detentatorem ad pœnitentiam, & conſequenter; quia non poſſet facere pœnitentiam niſi reſtituat, poteſt eum compellere etiam ad rei reſtitutionem per excommunicationem, & etiam mittendo denunciantem in poſſeſſionem bonorum ſuorum, ita valde notabiliter tenet Bald. *in auth. ad hæc col. 3 in princ. C. de vſur.* quem refert & ſequitur Felin. *in c. nouit. 13. col. fin. de iud.* & nota perpetuo pulchrum modum recuperandi aliquam rem, ad quam non competit actio de iure ciuili, & ſemper inſpicias, an illa res poſſit detineri ſine peccato; quia eccleſia ſuper peccato ſe fundat principaliter, & inter alia vide vnum exemplum, quod ponit Abb. *in c. quia circa fin. de conceſ. præ.* vbi dicit, quod ſi quis obtinuit aliquid per ſententiam iniuſtam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poteſt contra eum agi ad recuperationem per viam denunciationis euangelicæ, de qua materia vide aliqua per Abb. *in conſil 40. in 2. volum.* & vide Abb. *in c. ad noſtrum. 20. el. 2. de iureiurand.* ADDITIO. Contrarium eius, quod hic dicit Auctor in exemplo dato per Abb. tenuit Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. denunciationem, verſic. quid de tuto* & ibi abſolute concludit, quod ſuper ſententiato per iudicem proprium, non habet locum hæc denunciatio, quia non poteſt amplius cognoſci de peccato obſtante exceptione rei iudicatæ; nam ſpeciale eſt in cauſa criminali, vt quandocunque poſſit cognoſci, ad hoc allegat tex. *in l. diui. 27. ff. de pœn.* Idem videtur tenere Bald. *in c. ſi quis per triginta, ſi de feud. fuer. controuerſia, coll. 10.* vnde Abb. *in c. 1 extr. de iudic.* dicit, quod iſti Doct. non faciunt mentionem dicti Hoſtien quod eſt contrarium, & ſic pro concordia inquit eſſe dicendum, quod aut victor in cauſa, confiteretur ſententiam pro ſe latam, iniuſtam fore, & debet denunciatio admitti: quia talis ſententia eſt reuocanda. & idem dicit, vbi notorie conſtaret ſententiam eſſe iniuſtam, ſed vbi ceſſat confeſſio victoris, ſeu notorietas, dicit quod magis eſt dubium, ſed putat eſſe dicendum, quod aut iſta denunciatio poteſt probari per clara indicia, quod victor peccat, quia ſcit ſententiam iniuſtam; & tunc debet admitti denunciatio, aut non probatur per clara indicia, & non admittitur denunciatio, ſed in hac vltima parte Andr. Barbat. in additione ad dominum Abbat contrarium videtur ſentire, vide ibi plene de materia denunciationis euangelicæ. *Petrus Foll. V. I D.* NONO, † iudex eccleſiaſticus poteſt dare curatorem liti, quando minor laicus litigat coram eo, quia talis curator ſemper datur per illum iudicem, coram quo lis vertitur, ſecundum Bald. *in d l. ſancimus ſi. poſt princ. C. de adminiſtr tut.* & eſt tex. *in c. ſi annum. fin. de iud lib. 6.* ſicut dicimus e-contra; quia iudex laicus dat curatorem minori clerico coram eo litiganti, vt eſt *deciſ. Rotæ. 207. in antiq.* DECIMO † cognoſcit iudex eccleſiaſticus inter laicos, ratione iuramenti, vt quando debitor eſt obligatus per inſtrumentum iuratum; nam poteſt tunc conueniri coram iudice eccleſiaſtico, pro obſeruantia iuramenti, tex. *eſt in c. cum C. laicus fin de foro compet. lib. 6.* hinc eſt, quod ſi aliquis petit abſolutionem à iuramento coram iudice eccleſiaſtico, poteſt coram eodem iudice de tota cauſa litigare; quia is, qui fuit iudex cauſæ præparantis, & ſic abſolutionis à iuramento, erit etiam iudex cauſæ præparatæ, ita dicit Bald. *in l. ordinariis. 13. col. 1. C. de rei ven.* & Iaſ. *in l. nam & poſteaquam 9. §. ſi minor. 4. col. 3 ff de iureiur.* Et ſi lis initiata coram iudice ſeculari, ſuper debito iurato, poteſt interim creditor lite pendente adire iudicem eccleſiaſticum, vt moneat iudicem ſecularem, vt acceleret cauſam, & cogat debitorem ad obſeruantiam iuramenti, nec poteſt ei obiici exceptio litis pendentiæ, ſecundum Bald. *in l. è re eſt. 1. colum. fin. C. de reb. cred.* ADDITIO. Apud antiquos quæſtio eſt, an iuramentum laici faciat mutare forum, an vero accumulet? & Ioan Monachi, & Arch. *in d c cum C laicus. fin. de foro compet. in 6.* tenuerunt, quod faciat mutare forum, in tantum, vt iudex laici de hoc cognoſcere non poſſet, & Ioan. Andr. ibidem, prout refert dom. de S. Gemin qui dicebat, quod aut agitur de vinculo iuramenti in foro pœnitentiali; & tunc planum eſt, quod eſt crimen eccleſiaſticum & ſic loquitur, ſecũdum eum, *22. quæſt. 1 c. prædicandum* & eſt ratio; quia laicus non habet poteſtatem clauium, vt poſſit abſoluere, vel ligare in foro pœnitentiali, vt not. glo. *de offic. ordi. c. paſtoralis. 11.* aut agitur de iuramento in foro contentioſo, quando verſatur alterius intereſſe; & tunc diſtingue; quia aut agitur ex iuramento vt ſeruetur, aut excipitur ex illo: ſi agitur; tunc vterque poteſt eſſe iudex competens, quando non reuocatur in dubium, an iuramentum ſit licitum, vt ne, de iudice ſeculari, quod poſſit eſſe iudex, probat text. *in c. licet mulieres. 8. de iureiur. in 6.* & quod eccleſiaſticus iudex etiam cognoſcere poſſit, probatur per tex. *in d. c. cum C laicus fi. al. de foro compet. in 6.* ſi autem excipiatur coram iudice laico, etiam de illo cognoſcet, & diffiniet ſecularis, ſeruãdo ta-

do tamen ius canonicum, ſi autem verſatur in dubio probabili, an iuramentum ſit licitum, vel non; tunc debet remitti ad eccleſiaſticum; & ſic tenendū putat Dom. de S. Gemin ibi, & de veritate vide Fel. *in c. extr. de iureiur. nu.* & *7.* vbi qualiter procedat id, quod iudex cauſæ præparantis, debet eſſe iudex cauſæ præparatæ, & per eundem *in c. cum ſit generale. 8. de foro compet.* Petr. Foller. V.I.D.

[Quod iudex ſecularis, ſuper contractu iurato, quo ad eius obſeruantiam cognoſcere poſſit, ex Panor. Bart & Felin. probat Gail *lib. 1. obſ. 38. num. 8.*]

VNDECIMO cognoſcit † iudex eccleſiaſticus
15 de pace factâ etiam contra laicos, gl. eſt ſingularis, & ibi Abb. *in c. ſuper quibuſdam. 26. in fi. de verb. ſign.* aſſignat ibi Abb. rationem: quia qui frangit pacem, oppugnat charitatem, & ſic Ieſum Chriſtum, qui reliquit pacem in terris. ADDITIO. Hāc enim opinionem ſequitur idem Sicul. *in c. cum ſit generale. 8. de foro compet.* Petr. Foller. DVODECIMO, † co-
16 gnoſcit iudex eccleſiaſticus, vbicunq; eccleſia, quæ contraxit cum laico, fuit læſa, & vult petere reſtitutionem in integrum: nam talem reſtitutionem poteſt petere etiam coram iudice eccleſiaſtico, ita decidit Abb. *in c. ad noſtram 11. in 1. notab. de rebus eccleſ. non alie.* & Innoc. *in c. cum ſit generale, 8. de foro compet.* Idem, quando eccleſia vellet dicere de nullitate contractus, ad ipſum reuocādum quia poteſt adire iudicem eccleſiaſticum, ſecundum Abb. *in d. c. ad noſtram 11. colum. 2. verſic. nota tamen, &c.* & ſic eſt caſus ſpecialis, in quo actor non ſequitur forum rei. ADDITIO. Adde huic dicto Sicul. *in d. c. ſi generale. 8. de for. compet. n. 10. & in c. requiſiuit 1. de reſti. in integr.* & Lap. *alleg. 65.* & vide *c. ſi clericus laicum. 5. & quæ ibi not. extr. de foro compet.* P. F. DECIMOTERTIO, † co-
17 gnoſcit iudex eccleſiaſticus, quando coram iudice ſeculari vertitur dubium ſuper validitate iuramenti, videlicet vtrum legit. vel non. Nam tunc iudex ſecularis non poteſt de hoc cognoſcere, ſed debet remittere ad iudicem eccleſiaſticum, ita ſingulariter tenet Abb *in c. cum contingat. 28. col. 12 verſ. vnum tamē nō obmitto, &c. de iureiur.* QVARTODECIMO, ſi eſſet † factum compromiſſum in clericum, & lai-
18 cum, & opus eſt petere reductionem ad arbitrium boni viri, talis reductio debet peti coram iudice eccleſiaſtico, & ipſe de ea cognoſcit, non obſtante, quot litigantes ſint laici: & ſi alter arbiter eſt laicus, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ita tenet Bald. *in l. præcepimus 31. in fi. C. de appel.* idem quod ſupra dixi de reductione ad arbitrium boni viri, tenet Lud. Rom. *in conſil. 245* & Iaſ. *in l imperium. 3. col. 4. verſic. 7. ff. de iuriſd. om. iud.* Idem † dici-
19 mus, quando clericus & laicus eſſent executores teſtamenti; nam iudex eccleſiaſticus compellit laicum, ratione clerici adiuncti, ita tenet Barb. *in rubr. de off. deleg colum. 2.* quem ſequitur Iaſ. *in l. ſi emancipati. 9. col. 4 in prin. C. de collat.* QVINTODECIMO,
20 idem † dicimus in duobus iudicibus, quorum alter eſt clericus, & alter laicus; nam ſi eſt appellandum ab eorum ſententia, debet appellari ad ſuperiorem eccleſiaſticum, & ſic iudex eccleſiaſticus cognoſcit de huiuſmodi appellatione, ita tenet Bartol. *in l. appellandi. 1. §. ſi quis in appellatione, col. 3. verſic. quæro, pone 3 &c. ff. de appel.* & Lud Rom. *in conſil. 265.* & Iaſ *in d. l. imperiū. 3. colum. 3. in fin. verſic. 4.* DECIMOSEXTO, quando † ſunt duo debitores eiuſdem rei, 21
puta duo hæredes, quorum alter eſt clericus, & alter laicus, ambo conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, per regulam prædictam, quod magis dignum, &c ita tenet Bart. *in l. præcipimus. 32. §. eodem obſeruando. 7.* (alias *§. ſane 5. in fin.*) *C. de appel.* in tantum quod dicit *in l. ſolent 3 ff de alim. & ciba. leg.* & Bald. *in l. fin. in 6. quæſt. C. de edict. Diui Adr. toll.* quod quando ſunt duo hæredes, qui conueniuntur, vnus laicus, & alter clericus, iudex laicus compellit laicū ad prorogandam iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici: tamen iſtud dictum impugnat Fel. & bene, *in c. placuit 1. colū. 4. circa fin. verſ. non credo, &c de præſc.* ſcilicet quod non ſit neceſſe, quod iudex compellat laicum ad prorogandum; quia ipſo iure, laicus ex perſona clerici cohæredis, ſortitur forum iudicis eccleſiaſtici, cuius opin. confirmat dictum noſtrum præcedens, ſcilicet dictum Bart. *in d. §. eodem obſeruando.* Quod amplia procedere, etiam ſi eſſent plures laici, quam clerici, puta ſunt quatuor hæredes: vnus clericus, & tres laici; nam omnes ſortiuntur forum eccleſiaſticum, ita tenet Soc. *in conſil. 12. col. 6 in 1. vol.* adde prædictis Abb. *in c. ex præſcripto. 1. col. 2. de locat.* Et † per prædicta infertur ad vnum pul-
cherrimum & ſingulare dictum: fuit originaliter 22
Antonii de Prato veteri, *in l. illud. 1. in fi. ff de ſent. quæ ſine appel. reſc.* quem refert & ſequitur Fel. *in d. c. 1 col. 4. de præſcr.* vbi multum exclamat tale dictum, ſcilicet, quod ſi ſint plures homines reperti in eodem crimine, inter quos eſt vnus clericus, & alii laici, & omnes inquirerentur per iudicem ſecularem, & clericus declinaret forum, poſſent omnes alii laici ſimiliter petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticū, contemplatione illius clerici, ne cauſæ continentia diuidatur, & illud dictū multum commendat Mar. Soc. *in c. prudentiam. 2. col 3. in 8. fall. de mut pet.* quod eſt perpetuo notandum; quia quotidie euenit ADDIT. Legito quæ dixi in *pr. 4. mea cauſ. crim. in verb. audiantur excuſatores* Petr Fol.

[Contrarium eius, quod ex Ant. de Prato hic refertur, quem, teſte Menoch *de arbitr. iud. quæſt. caſu 371. num. 13.* & Farinacio *de inquiſit. quæſt. 8 num. 151.* plures alii ab iis relati, ſecuti ſunt, tradit Fachin. *lib. 9. controuerſ. iur. cap. 31.* ex regula notiſſima; quæ mandat eccleſiaſtico iudici cognitionem cauſarum clericorum, & ſeculari iudici, laicorum, *c. clerici. c. cum ab homine, de iudic. c. 2. c. ſi diligenti. de for. compet c. ſi clericus c. licet eod. tit.* Vnde patet, quemlibet delinquentem in ſuo foro relinquendum; cum nihil prohibeat, quominus vterque iudex tali caſu cogno-

cognoſcat, eccleſiaſticus, quo ad perſonam clerici, & ſecularis, quo ad perſonam laici. Nec continentia cauſæ obiiçi poſſit; cum diuerſæ ſint perſonæ derelinquentes, *l item Mela.* §. *ſed & plures l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. Aquil.* nec alterius cauſa alteri annexa ſit, neque de rebus agatur, quibus ad eundem iudicē eundum ſit, ſecundum *l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.* vide de hac eadem quæſtione etiam Alexand. Trentacinq. *pract. reſolut. lib. 2. de iudic. reſolut. 3. numer. 3. & reſolut. 15. numer. 2.* plenius hæc tractantem, & plures huius ſententiæ adſtipulatores allegantem ]

Limita tamen principale dictum præcedens, vt procedat, quando plures conueniuntur vt ſinguli; ſecus ſi vt vniuerſi: † vnde ſi eſſet aliqua vniuerſitas ſeu collegium, in qua vel quo eſſent clerici & laici, ſi eſſet conueniēdum dictum collegium, debet diſtingui, an ſint plures clerici vel laici; quia ſi ſunt plures clerici, tota vniuerſitas conuenietur coram iudice eccleſiaſtico; ſi vero ſunt plures laici; tunc tota vniuerſitas conuenietur coram iudice ſeculari; quia collegium accipit denominationem à maiori parte, ita tenet Bart. *in l. ſodales. fin. colum. 3. ff. de colleg. illic.* & Felin. *in c. 1. colum. 4. de præſcrip.* & Socin. *in d. conſil. 12. colum 6. in 1. volum.*

23

24 Secundo Limita procedere, † quando cauſa eſſet indiuidua: ſecus ſi diuidua; quia tunc clericus eſſet conueniendus in foro ſuo. & laicus in foro ſuo, ſecundum Socin. *in d. conſ. 12. col. 6. in 1. vol.* & Bart. *in l. iuriſperitos. §. 1. numer. 1. ff de excuſ. tut.* allegatum à

25 Gail. *lib. 1 obſ 37. num. 2.* † Decimoseptimo cognoſcit iudex eccleſiaſticus contra laicum perſeuerantem in excommunicatione, nam poteſt ipſum mulctare, & temporaliter punire, ſecundum Abb *in c. grauem. 13. de pœnis.* Decimooctavo,

26 ſi aliquis † laicus ſpoliaret Eccleſiam, vel prælatum, aliquibus bonis, vel reditibus Eccleſiaſticis, poteſt ipſe prælatus ferre ſententiam excommunicationis, vel interdicti, contra dictum laicum, non obſtante, quod videatur vindicare propriam iniuriam, tex. eſt *in c. dilecto 6 de ſent. excom. lib. 6.* Deci-

27 monono, † habet iudex eccleſiaſticus iuriſdictionem in laicos, in omnibus concernentibus animam, & maxime, vt ſaltem ſemel in anno confiteātur eorum peccata, & ſumant euchariſtiam, alias poteſt eos arcere ab eccleſia, & eis morientibus denegare eccleſiaſticam ſepulturam, vt eſt text & ibi Abb *in c. in omnibus vtriuſq; ſexus 12. de pœn. & remiſ.*

28 Vigesimo † poteſt iudex eccleſiaſticus punire aromatarium laicum, miſcentem farinam fabatum in cera, & illam vendentem; nam poteſt ipſum punire pœna pecuniaria, vel arbitraria propter peccatum, ita tenet Abb. antiquus *in c. vt menſuræ. 2. de emptio. & ven.* & Fel. *in c. irrefragabili. 13 §. certum. 1. col. 2. in prin. de off. ord.* Quod potes extendere contra omnes facientes ſimiles miſturas, & falſificantes ea, quæ vendunt, maxime vtenſilia, ſicut faciunt iſti venditores croci, qui ſolēt miſcere carnes bouinas in croco, & iſti, qui vendunt candelas vel vinum, in quo miſcent aquam, & etiam in melle ſolent miſcere farinam, qui etiam per iudices ſeculares debent atrocius puniri. Additio. Hodie autem cognoſcit de iſtis fraudibus magna curia ſiclæ; & quia ſæpe contingit hæſitari de iſtis fraudibus, idcirco aliqua dicam, & primo inueſtigandum illud puto.

Qvid † sit fravs, & ſecundum Grammaticos fraus nihil aliud eſt, quam deceptio, circumuentio, vel impoſtura, Cic. *1.* Off. *Vi aut fraude* (inquit) *fit iniuria, fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrūque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore.* Plaut. in mil. *Atque adeo, vt ne lege fraudem faciam talaris accuſatore, vt ſine talis domi agitem conuiuium.* accipitur quandoque pro pericu'o. Virg. lib 5. 29

*Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia noſtra eſt;* Terent. in Heaut. *In eandem fraudem, ex hac re atque illa incidens.* vſurparunt etiam veteres, nō raro fraudem pro crimine. Vnde capitale fraudem admittere, teſte Vlp. *de ædil. edict.* eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit, qui deliquit. Liu. bel. Pun. *Qui capitali fraude, ea ſi quique pecuniæ indicatæ, in vinclis eſſent* inde fraudi eſſe, veteres dixerunt, pro crimine latæ culpę, aſcribi, aut vitio verti. Cic. *5.* Phil. *Cenſeo q; vt iis, qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calend. Februarias ab eo diſceſſerint.* Liu. lib. 1. ab vrb. cond. *fecialis regem interrogauit. Rex facisne me tu regium nuncium, populique Romani Quiritum, vaſa comiteſque Quiritum, fiat? facio, hoc eſt, quæ res ſine meo damno, crimine, aut dedecore fiat.* è noſtratibus autem Bald. *in l. quæ fortuitis. 6. C. de pig. act. in 2 col. verſ præmitte.* dicit, fraudem proprie dici contra fidem, & ob hoc differt à dolo, qui non eſt ſolum contra fidem, ſed etiam extra cōmittitur, & ideo tanquam genus de pluribus iudicatur, vt *ff. de pact. l iuriſgentium 7 §. ſed ſi fraudandi. 10.* Dolvs enim, ſecundum eundem eſt dvplex; velatvs ſcilicet, qui committitur ſine vi, ſimulando & diſſimulando, *l. ea quæ 43. ff. de contrah. empt.* item faciendo clam, vt in furto non manifeſto. Item retinēdo, quod non debet retineri, *l. ſi quis mancipiis. 17. §. Proculus. 4 ff. de inſtit. actio.* Alius eſt Dolvs apertvs, & committitur cum vi, vt *ff. quod met. cauſ. l ſi mulier. 21. §. ſi dos. 3* Item dicit idem Bald *in tit. ſi de feud. fue. cont. inter dom & agn. 26. § hoc beneficium. 21. in princ.* quod fraus proprie dicitur, quando promiſſum eſt ſimu'atum, & re vera prohibitum agitur. Ioan Mon. *in c. auaritiæ. 5 de elect. in 6* & facit tex. *in l. fraus 30 ff. de legibus.* Nam fraudem dicitur committere ille, qui ad deceptionē alterius, & ad ſui commodum, aut verum tacet, aut falſum exprimit, ſecundum Abb. *in conſ 67. incip. primo videtur dictū magiſtrum, col. 1. lib 1.* allegat not. *in l. iuriſgentium 6. de lo malo. 9 & §. ſed ſi fraudandi 10. ff de pactis.* de quib. audi, quod dicit Ioan Chryſoſt. *in Ioan. cap. 10. in homi. 59 in litera R.* in hæc verba: Quid dicis latrones, &

 fures

fures carcere habitare; dic quæſo in ciuitate omnes iuſti ſunt; nonne multi peiores, & impudentius rapientes? illi enim, & ſi nihil aliud, deſerta ſaltem & tenebras petunt, & clam deprædantur: hi autem omni obiecta perſona, aperta fronte, violant, rapiũt, vim inferunt, difficile eſt purum hominem inuenire, quod ſi non aurum rapimus, ſi non innumera terræ iugera occupamus, quadam tamen fallentia, & fu tum in minoribus, & quæ poſſumus, exercemus, nam cum in commerciis & emendis rebus debitum non reddere, aut aliquid ſubtrahere contendimus, nonne latrocinium, furtum, rapinam dicimus Neque te excuſaueris, quod do num, aut ſeruum non auferas. Non enim ablatorum copia, ſed rapientium voluntate iniuſtitia metienda eſt, iuſtum namque, & iniuſtum in magnis & paruis rebus eandem vim habeat, & ita furem appello, qui aurum ſurripit, quam qui in emendis rebus iuſto precio vendentem defraudat, & cætera, & alibi *in lib. 1. de Sacerdotio, vltim. colum. in litera B* idem inquit, in hæc verba, proinde veri illuſoris, deceptorisq́; nomine dignus fuerit, quiſquis re ipſa iniquo ac nocenti animo abutitur, ubi quam ſæpenumero profuit decepiſſe, ac potiſſimum arte in maximis rebus alteri opem ſubſidiumque tuliſſe. Cæterum, qui recto ſemper calle ingreditur, de eo nunquam deflectens, ſæpe fit vt iniquitatem cui non aſtum aliquem ſtruxerunt, malorum incommodorumq́; quam plurimorum auctor ſit. ibique infinitas enumerat fraudes in bonam partem factas, & e quibus non modica orta fuit vtilitas. COMMITTITVR
30 autem † FRAVS DVPLICITER, ex proposito ſcilicet & intentione, & re ipſa, vt *l. ait prætor. 10. §. ita demum. 1. ff. quæ in fraud. cred. & l. libertas. 2 C. de ſer. pign. da. ma.* & probatur *in l. fraudis interpretatio. 79. ff. de reg. iur.* & ibi Phil. Dec. & aliquando actus dicitur fieri in fraudem legis, aliquãdo vero in fraudem hominis, vt notabiliter declarat Bal *in l. hac edictali. 6. §. omnibus. 2. C. de ſecun. nupt.* vbi dicit quod quando actus geritur inter perſonas non prohibitas, ſed fit in præiudicium tertii; tunc dicitur fieri actus in fraudem hominis, *l. ſi in fraudem. 1. C. ſi in fraud. patr.* Item, quando actus fit ad excludendam l. prouidentiam, vel legis ſtatutum, actus dicitur geſtus in fraudem legis, vt dicit ibi Bal. & eſt de mente Iuriſconſulti *in l. ſi libertus. 16 in prin. in verb. diuerſitatis ff. de iur. patro.* Pluribus quidem caſibus committi fraudem conſtitutum eſt † nam quandoque fit fraus de
31 re ad rem, puta de pecunia ad frumentum, *l. ſed Iulianus. §. alias, item ſi filiusfamil. 7. § mutui. 3. ff. ad Mace.* & ex hoc infert Bald *in l. non dubium. 5. C de legib. colum. 3. in fine.* quod ſi ſtatutum prohibet extrahi frumentum, non poterit extrahi farina: quia fieret fraus legi de re ad rem: licet farina, & frumentum non ſint idem, imo diuerſa *l. quæſitum 78. §. illud fortaſſis 4 de leg 3.* licet idem Bald *in l. quod non ratione. 49 ff de legib.* dicat, quod poteſt extrahi farina ſtãte dicto ſtatuto; quia eſt caſus omiſſus, & ibi etiam dicit, quod ſi prohibetur extrahi vinum, poſſunt extrahi vuæ; quia aliud eſt materia, & aliud materiatum: licet poſtea dicat hæc procedere, dum tamen hæc nõ fiant in fraudem ſtatuti. Secundo modo fit fraus legi de perſona ad perſonam, vt *in l. ſi ſponſus. 5 in prin. ff. de donat. inter virum, & vxor.* Item fit fraus de contractu ad contractum, *d. l. ſi ſponſus. 5. § circa 5 ff de don. inter vir. & vxor.* & aliis quoque modis & exemplis late cumulatis per Bald. vbi ſupra, & Guliel. Mayn. *in l fraudis interpret. vir. 79 ff. de reg. iur.* ſolum autem intendo proponere fraudes, quæ committuntur ad deceptionem, vt ſic, quæ dixero, conſona ſint dictis hic per dom. Auctorem, non extra rem. Idcirco ſciendum eſt, quod Ioan. de Nider *in tra. de contr. mer* tradendo regulã generalẽ, † quot modis cõmittitur fraus in mercimoniis, 32
inquit fraudes cõmitti per mercatores, in ſubſtantia, in quantitate, & qualitate. Committitur enim fraus in SVBSTANTIA vendendo aurichalcum in locum auri; vel aquam pro vino, vel vinum miſtum cum aqua: contra quos inuehitur Eſaias, argentum (inquit) tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum permiſtum eſt aqua, quod enim permiſtum eſt, patitur defectum quantum ad ſpeciem, & ſic non ſine cauſa, inquit dom. auctor, quod committitur fraus per mercatorem vendendo ceram miſtã cum farina fabarum. Committitur etiam fraus in QVANTITATE, quæ per menſuram cognoſcitur vtendo ſcienter deficienti menſura per modum, per virgam, & pondus, & ſimilia deficiẽte menſurando, contra quos habetur Leuit. c. 19. & Deut. c. 25. *Non habebitis in ſacculo diuerſa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tuo modius maior, neque minor, abominabitur enim Deus eum, qui hæc fecit, & auerſatur omnem iniuſtitiam* Tertio caſu committitur fraus in QVALITATE, puta ſi quis ſcienter vendit animal infirmum, vel vinum corruptũ dat, vbi alter vult vinum ſanum, ſeu purum, ſeu quod dant falſam monetam ſcienter pro bona. POTEST etiam COMMITTI FRAVS TRIBVS ALIIS MODIS (ſecundum eundem) Primo, ſi omni inexperto carearem, ſeu merces, ſuperuendat rem ſcienter. Secundo, ſi vidit emptorem arctari neceſſitate, vel inordinata affectione impulſum, & ob hoc ſuperuendit. Tertio, quando venditor verbis, & alliciamentis rem, quæ vix valet vno denario, exhibet, & vendit pro quatuor, contra quos inuehitur Hoſt. *in ſumma in pœn. in tit. 8.* dum dicit, quod hodie mercatores vix ſine fraude & mendacio vendere poſſunt, & lucrari, & ideo (inquiunt) tenentur ad reſtitutionem, & ſic anima eorum eſt in maximo periculo. † Punitur ideo in regno ille, qui penes ſe retinet 33
aurum, & argentum vitioſum vel falſum, & vendit vel nõ vendit, pro prima vice pœna vnius libræ auri; pro ſecunda vice manus mutilatione punietur, vt habetur in tex *conſt. ſi quis campſ r,* & ibi declarat Afflict.

Afflict.quid erat de iure communi? vide Bar. *in l.lege*
34 *Cornelia.9 ff.de falſ.* † Et ſi quis commiſerit etiā fraudem in ſubſtantia, vt quia vendit picturas deauratas,& argenteas, cum non ſint, punitur pro prima vice pœna vnius libræ auri: & ſi non poterit ſoluere, debet fuſtigari: & pro ſecunda vice debet manus pœna plecti: & pro tertia vice furcis ſuſpēdi debet, vt habetur *in conſt. Magiſtro mechanicarū artium.ſub tit.de fin.mir.in ver. mer.* debet enim, qui talia facit certiorare emptorem, vtrum picturæ argento vel
35 auro ſuppoſitæ ſint † Simili quoque pœna plectuntur candelarii, facientes candelas cum miſtura adipis,& non de bono ſeuo, ſeu de bona cera, & cum bono litigno, de bona bombyce ſiue alia miſtura. Cum & ſi hoc fecerint, debent notificare emptoribus: alias ſi vendant pro perfectis,& bonis, puniun-
36 tur. Item committitur † fraus in ſubſtantia per eū, qui vendit pannos fracidos pro bonis nam iſto caſu habet locum actio redhibitoria, id eſt. vt vendēs ad ſe recipiat pannos, & reſtituat pecuniam, vt dicit Bald. *in l.ob quæ vitia. 4 §.ſed ſi vitium ff de ædil.*
37 *edi.* Item committitur † fraus in ſubſtantia per eum, qui vendit libros corruptos & inutiles, na habebit locū redhibitoria, vt venditor ad ſe recipiat libros, & reſtituat pretium, ſecundum Bal. *in d.§.ſi vitium.*
38 Vnuſquiſque † enim debet manifeſtare qualitatem rei, alias eſſet in dolo, vt eſt tex. *in l.cenſemus fin. & ibi Bald.C. de litig.* Item committitur † fraus in ſub-
39 ſtantia per caupones vendentes vinum lymphatum pro puro (vt ſupra dixi) puniuntur enim per conſt. regni, Magiſtros mechanicarum, vt dictum eſt in
40 candelariis. Item committitur † fraus in ſubſtantia per eos mercatores; quia in eorum mercatura addunt aliquid inutile, vt calcem in vino, puluerem & arenam in blado,& gomma, ſeu aliquid ſimile in cera,& cammatantes tenendo in loco humido, gingiber, piper, crocum, & ſic de ſingulis, qui tenentur pœna falſi, vt *ff de falſ. d.l.lege Cornelia.9. in prin. & ff. de extraord.crim. l ſaccularii.7.in prin. & l.ſi ſeruus ſeruum 27.§ item ſi quis frumentum. 20 ff.ad leg. Aq.* & tales falſæ merces non debent permittere iudices vt vendantur, ſed potius eas concremari facere debēt, vt *§ illud autem.in procem.ff rum. arg.l.mathematicos. 20.C.de epiſc.aud.& l.damnato.6. C.de hæret. & l.quicunque 8.circa fi.eod.tit. & l.nulli.10.C.de iud.* & firmat dom.Iacob.de Beluiſ. *in ſua prax. crim. in tit. de iniur.*
41 *§.falſarium inſerenda.* Item committitur † fraus in ſubſtantia per eos mercatores, qui portant merces ad vendendum,& ſupra ſaccum ponunt bonas merces, & ſubtus malas, nam iſti tales ſunt puniendi pluſquam fures, vt eſt text. *in.l.ſaccularii.7.ff de extraord.crim.* ſecundum vltimum intellectum gloſſ.
42 quod eſt notandum. Item committitur † fraus per eos mercatores, qui tempore venditionis demonſtrant emptoribus bonas merces,& tempore traditionis tradunt malas; nam iſti tenentur crimine ſtellionatus, vt *l.ſtellionatus.3.ff de cri.ſtel.* & generaliter concludendo, ſemper dicitur committi fraus in ſubſtantia, & punitur ſaltem crimine ſtellionatus, quando alia pœna non eſt determinata, iuxta tex. *in l.actio.1.ff.de crim.ſtel.* Sed illud pulchrum eſt,
an ſi † vendatur vnū pro alio, reſcindatur venditio, 43
& puniatur venditor? & videtur poſſe dici, quod nō reſcindatur venditio, licet fieri debeat defalcatio pretii, arg.tex. *in l.domum.57.ff.de contrah. empt.* vbi vendita domo, quæ pro parte erat combuſta inſciis contrahentibus & nihilominus tenet vēditio, licet fiat defalcatio pretii, vt ibi, & *l.Iulian.13.§.ſi venditor. 4.verſ.per contrarium ff.de act.emp.* vbi vendita hæreditate, ex qua ſubtractæ erant plures res, tenet nihilominus venditio, facit *l.ſi in emptione 2.& l.tenetur. 6 in prin.ff.de act.emp.* vbi ſi menſura dicta non inueniatur in fundo vendito, nihilominus tenet venditio, licet pro parte deficiente habeatur ratio, idem dixit Bal. *in l.emptionem.2.C.de contrah. emp.* ad idē facit *l.ſi poſt 9 ff.de peri. & commod.rei ven.* vbi dicitur, quod ſi poſt inſpectum fundum, quem emere volebam, arbores vi ventorum euulſæ fuerint, nihilominus tenet venditio de fundo poſtea facto, abſque eo, quod arbores venditæ intelligantur, cum non ſint pars fundi, licet ſi emptor ignoraſſet, & venditor ſciuiſſet, & non dixiſſet, debeat haberi ratio intereſſe arborum, *l.ſed ſi communis.18.ff.de contra.emp.* ſed prædicta non procedunt, quādo dolus emptoris ſe venditoris dediſſet cauſam contractui; quia tunc non tenet venditio, *l.ſi dolo.5.C.de reſcin.vēd.* Præterea, prædicta non procedunt, quando contemplatione eius, q ex diminutione abeſt, facta fuiſſet vēditio, quaſi alias quis non fuiſſet rē empturus; quia ex toto tunc annihilatur diſpoſitio, cum deficiat, etiam in eo, q remanet conſenſus, *l.arborib.38.ff de cōtrah.emp.* qui tex. vult hoc procedere, quamuis vterque diminutionem ignoraſſet, vt quia arbores in fundo exiſtentes vento euulſæ, vel igne combuſtæ eſſent, quarum cōtemplatione quis fundū emerat: quod inducitur per Bal. *in l.emptionem.2.C.de cōtrah. empt.* vt ſi quis emiſſet hodie piſcationē alicuius lacus cuius piſces heri fuiſſent deuaſtati me ignorante, q non tenet venditio, propter defectum conſenſus; & hoc modo intelligit gl. *in l.ſi duos 44.ff.eod.tit.* præterea non procedunt prædicta, quando quis aſſeueraſſet partē vel qualitatē, quæ deeſt tempore emptionis, licet ambo ignoraſſent abeſſe, rei potentiā habentes (vt quia quis menſam ligneā, vel æneam argento coopertam venderet mihi ignoranti pro ſolida argentea, credens eam ex toto argenteam) quia nulla eſt venditio, *l.cum ab eo.41.in fin.ff de contrah. empt.* cui fortiter obſtat tex *in l quid tamen.14.ff.eod. tit.* dum ibi dicitur, quod vēdita re deaurata, quam ambo credebant ſolidum aurū, tenet emptio, quos text. dicit Bald. *in d.l. cum ab eo.41.§.fin.* non poſſe à contrarietate bene defendi. ſed eſt aduertendum, quod *in d. l cum ab eo, in fin.* venditor, qui credebat purum argentum licet falſo, & impudenter vendebat

bat menſam argento coopertam pro ſolido argen-
to; & tunc non mirum, ſi nulla eſt emptio, prout e-
tiam in *d. l quid tamen in fi.* cum æs pro auro vendi-
tur in *d. l. quid tamen.* venditor vendens rem deau-
ratam, non dicebat, quod venderet illam pro ſolido
auro, licet ita crederet: quò caſu, vt dixi, nulla fuiſ-
ſet emptio, vt etiam vult *d l. quid tamen.* in vltimis
verbis, ſed rem ſimpliciter vendebat; eſt bene verũ,
quod quando quis rem deauratam pro auro vendit,
licet non teneat in illo corpore emptio; tamen tene-
tur tantũ auri præſtare, quamuis fuerit ignorans,
*l. Labeo lib. poſter. 45. ff. eod. tit.* Ideo caueant, qui non
habent rerũ peritiam in talibus, quomodo aſſeue-
rant, & tuto faciant rem ſimpliciter vendentes. Ita
prædicta procedunt, quando diminutio talis eſt, de
toto, vel de maiori parte, *l. & ſi conſenſum. 15 in princ.*
*& l. domum. 42. ff. de contrah. empt.* quæ *l. domum.* 42.
dicit, quod ſi domus vendita erat tempore venditio-
nis exuſta in totum, ita quod ad areã redacta eſt, nõ
tenet venditio, ſiue ambo ignoraſſent, ſiue emptor
ſciuerit, & non venditor, ſiue venditor, & non em-
ptor; eo, quia cum deficiat ſubſtantia rei, quæ vendi-
tur, non tenet venditio; quia defectus in corpore
ſubſtantiæ magis impetit venditionem, quã rei vi-
tium, *l. in venditionib. 9 in princ. & per totã l. & l alio-
quin. 11. & lib. ſeq l. & ſi conſenſum. 15 in princ. iuncta l.
Labeo libro poſter 45. eo. l. tit* quia defectus corporis
inducit defectũ conſenſus, *d. l & ſi conſenſum, in princ.*
vbi autem aliquid de domo remanſit, dimidia pars,
ſcilicet vel pluſquam dimidia, & tenet venditio, et-
iam ſi ambo ignorauerint diminutionẽ & deterio-
rationem, licet fiat defalcatio valoris partis exuſtæ.
ſiue venditor tantum ſciuerit, quo caſu tenetur præ-
ſtare non tantum ſimpliciter valorẽ partis deficien-
tis, ſed quanto emptoris intereſt, vt ibi, *& d. l. Labeo*
45 ſiue emptor tantum ſciuerit vel ambo, quo caſu
nulla fit præiudicii falcatio. *d. l. domum,* cũ ſcienti &
volenti non fiat iniuria & fraus, etiam re ipſa, *l. ſi res.
1. ff de act. empt.* quod ſi pluſquam dimidia pars ſit ex-
uſta & diminuta: ſi ambo ignoraſſent, nõ tenet ven-
ditio ex veriſimili defectu conſenſus emptoris: &
quia ſubſtantia in maiori parte deficit, vt dicit ibi
text. quod ſi venditor tantum ſciuerit, in eius odiũ
tenet venditio, vt teneatur quanti intereſt emptoris
domum integram eſſe, & exuſtam non eſſe, vt ibi,
*& d. l. Labeo.* quod ſi emptor tantum ſciuerit, tenet
venditio, vt dicit text. & idem ſi ambo ſciuiſſent, vt
ſcilicet, pro parte quæ ſupereſt, teneat emptio, *ſecun-
dum gloſſ. penult.* & in reliquo non, ſed dolus cum do-
lo in ea parte compenſetur, licet innuat text. vendi-
tionem ex toto nullam, quod etiam ibi Fulgoſ. vo-
44 luit in vltimis verbis. † Nunquid venditores car-
nium tenentes maiora pondera, debeant puniri: vi-
de Bald *in conſ. 155. in 1. lib.* & adde quod iudex ſciens
& patiens pondera & menſuras illicitas, & non pu-
niens, tenetur, & punitur: quia de ſuo emendabit, &
etiam vtens illis, punitur pœna falſi, & reddit, quod
extorſit, *l. aurum. 14. & fin. C. de ſuſc prepoſ. & arcar.
lib. 10.* Et eſt tamen aduertendum, † quod ille, qui 45
grauatur in menſura, vel æſtimatione perperam
facta poteſt & debet infra annum de hoc conque-
ri, vt *C. de cenſib. & l. qui grauatos. 5. lib. 11.* poſt an-
num vero conqueri non poteſt; exceptis minori-
bus, & abſentibus, ſecundum Bald. *in conſil. 387. in-
cip. ille qui grauatur 3. lib.* Et ad † quid agere poteſt 46
deceptus ex falſis ponderibus, vel menſuris? Dicas,
quod ſi vult agere crimine extraordinario, cuius
pœna eſt extraordinaria, vt *in l. annonam. 6. ff. de ex-
traord. crim.* poteſt. Sed de iure regni aliter cauetur,
quo ad pœnam, nam Imp. Fred. ſtatuit *in conſtit. in-
cip. Ad legitima pondera,* quod quicunque falſitatem,
ſeu fraudem commiſerit in menſuris, & ponderibus,
& pannos tirauerit: debet per ſententiã puniri pœ-
na vnius libræ auri, quam ſi non poterit ſoluere, de-
bet fuſtigari per totam ciuitatem, & appendi in col-
lo illud pondus falſificatum vel menſura: & ſi ſe-
cunda vice ſimilem fraudem vel falſitatem com-
miſerit, amputabitur ei manus; & ſi tertio reitera-
uerit, ſuſpendatur, & mortis periculum ſubeat. Si
vero voluerit agere ciuiliter: & tunc agitur ad in-
tereſſe, *l. rem alienam 28. ff. de contrah. empt.* aut vult
contra ſecum contrahentem agere, & tunc aut eſt
venditor, qui deceptus eſt; & tunc aut vendebat res
in genere, aut in quantitate, in ſpecie (puta vende-
bat fundum; tamen volebat ſcire, quot iugera con-
tineret, quot ardenta, in falſo menſuraſti; quia di-
xiſti, quod non erant ibi niſi 10. cum eſſent 20. iuge-
ra) & tunc poteſt peti intereſſe, in quo deceptus, vt
*l. Iulianus libro quintodecimo. 13. §. per contrarium 5. ff.
de act. empt.* aut in genere vel quantitate vendebat,
(vt puta 10. modios bladi, vel 10. amphoras vini) &
tunc aut vendebat in genere generaliſſimo (vt ven-
do tibi 10. lagenas vini) nec agebã, quod tu haberes
totum vinum, pro 10. lagenis menſuraſti, & ſunt 15.
tunc repetam quod plus habuiſti, ſic intelligitur *d.
§. de eo* aut ibi vendebam in genere ſpeciali, ita ta-
men, quod totam rem volui quod haberes (vt ven-
didi tibi dolium, & quamlibet lagenã pro 10. tamen
ibi erant 30. & dicis, quod non ſunt niſi 20. & men-
ſuraſti pro 20. (& tunc non repetam, quod eſt vltra
20. de 10 lagenis pretium petã, vt *l. ſi duobus. 3 §. com-
petit. 1. & §. Pomponius. 2. ff ſi men. fal. mo. dix.* aut em-
ptor deceptus eſt: & eſt dicendum idẽ, & proſeque-
re ad longum, vt per do. Ioan. Rogn. *in ſuo paruulo
opuſculo de menſuris. in 8. q.* item committitur
fraus † in quantitate rei, per mercatores, qui men-
ſurant pannos, quos vẽdunt, & tirant ipſos pannos; 47
quia nõ debent tirare, ſed debent vendere eos in ta-
bula plana, cũ canna abſq; tiratione, vt dicit text. *in
cõſt. Mercatores,* & ibi not. Affl. *3. not.* & quid de pannis
lini, vide Bal. *in l. leges. 3. C. de legib.* vide Benue. Strach.
*in tract. de merc. 2. par. n 6.* Item (vt redeamus ad pro-
poſitũ noſtrum) committitur † fraus in qualitate
vendendo merces, & occultando defectus, & vitia 48
rerum

ſerum, oſtendendo apparentias, quæ non ſunt in
eis, vt inquit Afflict. *in conſtit. Magiſtros.* nam vendi-
tor tenetur ſpecialiter certiorare emptorē, de qua-
litatibus rei venditæ, propter quas emptor eſſet
minoris empturus, *l. quæro. 39. in verb. ſpecialiter. ff. de
actio. empt.* & vbicunque venditor ſcienter non cer-
tioraſſet emptorem de qualitate rei, propter quam
eſſet vendita minoris, emptori ignoranti tenetur
ad omne intereſſe, *l. ſi res. 1. §. venditor. 1. & l. Iulia-
nus. 13 poſt princ. & d. l. quæro. 39 ff. de act. empt.* & ſi
venditor ignorauit, tenetur quāti minoris emptor
fuiſſet empturus, ſi ſciuiſſet, *l. quotiens Seruio 29. l.
Labeo libro poſterior. 45. ff. de contrah. empt.* & plene per
49 Alexan. *in conſil 95. in 5. lib.* Item † magna eſt fraus
eorum, qui vadunt per plateam, & imponunt pre-
tium rebus plus debito, vt alii ſic emerent in alte-
rius detrimento; nam puniuntur crimine ſtellio-
natus, vt dicit Bart. per illum text. *in l. ſtellionatus ac-
cuſatio. 3 §. item ſi quis impoſturam 2.* (alias *1. in fin.*) *ff.
50 de crim. ſtellio* Et qua pœna † puniantur aromatarii,
facientes eam fraudem? de qua per dom. Auctorem,
& in hoc proditæ ſunt duæ conſtit. in regno, altera
incipit, *In terra quālibet.* & altera, *Quia nunquam,*
quibus cauetur pœna publicationis omnium bo-
norum mobilium, & ſi proxeneticus conſenſerit,
punitur vt ibi, & vide Ang. *in l. ex facto. 30. ff de negot.
51 geſt.* Item committitur † fraus per eum, qui vt e-
mat merces vilius, quas quis tenet venales, & vt
non reperiatur alius emptor præter ipſum, diffa-
mando vadit, quod dominus illarum mercium eſt
ipſius debitor, & quod dictæ merces ſunt eidem ob-
ligatæ, vel quod ſunt litigioſæ, vel aliter, propter
quod emptores abſtrahuntur à propoſito emendi
dictas merces; nam tenetur actione iniuriarum, &
ad intereſſe, arg. text. *in l. item apud Labeonem. 15. § ſi
quis non debitorem. 33. ff. de iniur. cum §. præcedenti 32.*
& not. per Iaſ. *in l dedi. 3. § quanquam. 9. ff. de cond. cau.
data, cau. non ſecuta. cū ſimil,* de quo vide gl. *in l. ſi duo.
3. § alii. in vlt. gl. ff. vti poſſ.* & Bald. *in conſil. 149. incip.
52 quidam mercator in 3. lib.* Item † committitur fraus
per eum, qui ſurripuit ſignum de ſacco frumenti, vt
non poſſit ſciri pondus ipſius, & vt non poſſit per-
cipi, quantum plus debito acceperit quis, de moli-
tura, & tenetur pœna falſi, ſecundum Marſ. *in l. pœ-
na. 1. §. qui in rationibus. 4. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Item
53 committitur † fraus per illos mercatores, qui ven-
dunt pannos, & vt pluris pretii vendant, aſſerunt
doloſe pannos eſſe Venetianos, ſeu Norcinos, &
non ſunt: nam iſto caſu tenetur venditor emptori
præſtare, quanti pluris pannos emiſſet, ſi ita eſſent,
& nihilominus punitur tanquam vendens vnū pro
alio, prout de primo eſt tex. *in l d Iulianus. 13. §. ven-
ditor. 4.* & de ſecundo eſt tex. *in d. l quis in pignore. 36.
ff. de pign. actio.* & hæc ſufficiant ad materiā fraudis.
54 *P. F. V. I D.* VIGESIMOPRIMO, † poteſt iudex
eccleſiaſticus excommunicare teſtes laicos, nolen-
tes deponere in curia ſeculari; quia tacere veritatē,

eſt peccatum, & poteſt facere proclama, ſub pœna
excommunicationis, vt quicunque ſcit veritatem
ſuper tali negotio, compareat in iudicio ad depo-
nendum, ita tenet Abb. *in c. ad noſtram. 20. c. 2. col 1.
de iureiurando.* ADDITIO. Adde quod textus ille
*d. c. ad noſtram. extr. de iureiur el. 2.* eſt ſatis notabilis
ad practicam hodiernam, quam in aliquibus parti-
bus, (& præciſe Salerni) vidi ſeruari, quod per viam
excommunicationis etiam in criminalibus, poſ-
ſunt moneri omnes ſcientes veritatem de aliquo
delicto, vt eam deponere habeāt, nam tenentur te-
ſtes eam reuelare coram iudice eccleſiaſtico, licet
alias ſatis impugnaſſem, *P. F.* VIGESIMOSECVN-
DO † poteſt iudex eccleſiaſticus, quando coram ſe 55
eſt deductum aliquod incidens ſpirituale, inhibere
iudici ſeculari, quod in cauſa principali non proce-
dat, durante dicto incidenti. Verum in hac inhibi-
tione debet adhibere cauſæ cognitionem, & cita-
re partem aduerſam, ita tenet Alex. *in l. ſi ſe non. 4. §.
condemnatum. 6. colum. 4. ff. de re iud.* & Abb. *in c. tuam.
3. in vlt. not. de ordine cognit.* & ibidem Abb. *in 4. col.
verſic. quæro nunquid, &c.* VIGESIMOTERTIO,
iudex † eccleſiaſticus poteſt compellere laicum li- 56
tigantem in foro ſuo, ad obſeruantiam iuris cano-
nici. Ita tenet Card. per illum text. *in Clem. cum ſe-
cundum. 1. in 8. not. de pœnit. & remiſſ.* & pro hoc eſt tex.
*in c. licet. 2. de iureiur. lib. 6. & in c. decernimus. 8. de ſent.
excom. lib. 6. & in c. cum quidam. 2. de except. in 6.* VI-
GESIMOQVARTO, † cognoſcit iudex eccleſia- 57
ſticus hodie in regno de cauſa ſuſpicionis iudicis
ſecularis; nam quando iudex allegatur ſuſpectus,
non auditur allegans, niſi proponat, & probet iu-
ſtas cauſas ſuſpicionis, coram diœceſano illius loci,
vbi cauſa ventilatur. & ſic iudex eccleſiaſticus co-
gnoſcet, an ſit ſuſpectus, vel non: ita de hoc eſt regia
pragmatica, quæ incipit, *Itē ſi contingat.* & eſt poſita
*in 1. chart. rituum magnæ curiæ vicariæ.* ita hodie ſer-
uatur. ADDITIO. Adde dictis hic per dominū Au-
ctorem, quod regia pragmatica allegata per eum,
non dicit ſimpliciter cauſam ſuſpicionis iudicis or-
dinarii, proponendam fore coram diœceſano, ſed
dicit proponi debere coram Logotheta regni, vel
protonotario: licet in fine ſubdat, quod in aliqui-
bus partibus regni proponitur corā diœceſano lo-
ci, quare puto, quod coram iuſtitiariis regionū de-
bent ſimpliciter cauſæ ſuſpicionum proponi, & ita
tempore meo vidi emanatam eſſe regiam proui-
ſionem iuſtitiario, & præſidi huius prouinciæ prin-
cipatus citati, quæ hodie ibi eſt regiſtrata, & legi, &
vidi. Pet. F. VIGESIMOQVINTO, † poteſt iudex 58
eccleſiaſticus ſequeſtare corpus mortuum alicu-
ius vſurarii, & facere, quod non ſepeliatur, donec
eius hæres caueat de vſuris reſtituendis, ita tenet
Ang. *in Auth. vt defun. ſeu fun. & c. in princ.* SVCCES-
SIVE † ſequitur videre de IVDICE SECVLARI, 59
CIRCA QVÆ POTEST SE IMPEDIRE
CONTRA CLERICOS; quia contra laicos non

 eſt

eſt dubium; vnde decidamus hic aliquos caſus dubitabiles, pro vtilitate huius diſtinctio. Primo igitur iudex laicus impedit ſe contra clericos, per viam reconuentionis: quia ſi clericus agit contra laicum, in foro ſeculari, poteſt ibidem reconueniri ſecundum magis communem opinionem, quam tenui ſupra in ſexta diſtinctione in quinta quæſtione tertiæ partis. ADDITIO. Glo. in *c. clerici.* 8. nullum videtur tenere contrarium, ſed pro opinione domini Auctoris, bene facit gloſſ in *c. & ſi clerici.* 4. *de iud.* & ſequuntur Innoc. *in c. 2 de for. comp.* & Hoſt. *in ſumma, eo. tit. §. quibus. ver. licet 9 col.* & Ioan. And. *in alleg. c. & ſi clerici.* 4. dicens ita de cõſuetudine ſeruari, & eſt communis opinio, quam LIMITA, niſi clericus in fraudem conueniſſet laicum coram ſeculari, vt ibi reconueniatur, nam tali fraude detecta, non reconueniretur ibi, ſecundum Ang *in l. conſenſiſſe.* 1. *§. ſed ſi agat.* alias, *Item ſi extra* 5. *ff. de iudi.* de quo per Afflict. *deciſ* 173. Secundo LIMITA, niſi laicus in fraudem procuraſſet conueniri à clerico, ad hoc, vt ipſum potuiſſet ibi reconuenire, pro quo videtur bonus text. *in c. relatum* 21. *iuncta gloſſ. in verſic. ſeculari, de iur. patr.* & tenet Arton de Burr *in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.* 10. *de conſtitut.* Tertio LIMITA, niſi clericus conueniret laicum ſuper actione famoſa, vel pro iniuria ſibi facta, ſecundum Bald. & Salicet. *in authen. conſequenter. C. de iud.* Quarto LIMITA, niſi reconuentio tangeret cauſam ſpiritualem, vel illi annexam: tunc enim nullo modo fieri poſſet coram laico, ſecundum Innoc & communiter Doct. *in c. ex literis* 1 *de mut. pet.* & Bald. & Salic. *in d. auth. & conſequenter.* Quinto LIMITA, niſi reconuentio eſſet de crimine; quia ſiue veniret imponenda pœna pecuniaria, ſiue infamiæ, ſiue agatur de crimine criminaliter, ſiue ciuiliter, non poteſt clericus reconueniri coram laico, ſecundum Sicul. *in c. & ſi clerici.* 4. *extra de iud.* & ibi Ioan. Andr. *in d c.* 1. *de mut. pet.* & Bald. *in c.* 1. *de contro uer. apud par. term.* Sexto, LIMITA, niſi ageretur de diſtringendo perſonam clerici virtute reconuentionis; quia illa ſemper eſt interdicenda iudici ſeculari, licet ei permittatur cognitio cauſæ reconuentionalis, ſecundum Arch *in c. vnico, de cler. coniug. lib.* 6. & adde, quod clericus reconuentus ſi grauetur, appellabit ad ſuperiorem iudicis ſecularis, ſecundum Archidiac. *in c. non ita.* 2. *quæſt.* 5. & Imol. *in c. ſignificantibus.*
60 38. *de offic. delegat.* Petr. Foller. † SECVNDO, iudex laicus condemnat clericum in expenſis, quando litigauit coram eo, contra laicum, & ſuccubuit, ſecundum Imol. *in c. & ſi clerici.* 4. *& ibi etiam Felin.*
61 *in.* 6. *colum. in fin. de iudic.* † TERTIO, poteſt iudex laicus citare clericum coram ſe, ſi ſua putauerit intereſſe, & ſic in actu voluntario, & valet citatio ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. & Alex. *in l teſtamenta omnia* 18 *C. de teſtam.* & Ang. *in l.* 2. alias *ſi cui.* 1. *§. hæc ſtipulatio.* 9. *ff. ſi cui plus quam per legem Falcid.*
62 QVARTO, † quando eſſet factum ſequeſtrum ſeu depoſitum penes clericum per iudicem ſecularem, poteſt idẽ iudex præcipere clerico, quod reſtituat, ſecundum Bald. *in l. ſi fideiuſſor.* 7. *§. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* & Bald. *in l. acceptam.* 19. *colum.* 2. *C. de vſur.* & ſequitur Iaſ. *in d. §. fin.* per text *in l. fin. § penult. C de bon. aut in poſſ.* † QVINTO, intromittit ſe iudex 63
laicus contra clericum ſpoliantem laicum ſua poſſeſſione, in reſtituendo laicum ſpoliatum in poſſeſſione, per viam cuiuſdam defenſionis extraiudicialis, citando generaliter omnem, qui ſua putauerit intereſſe, & iſta eſt noua prouiſio inducta per capitula regni, videlicet, per *c. Omnis prædatio* & *c. Ad regale faſtigium.* & *c. Finis præcepti charitas, &c.* de qua materia habetur *in deciſ.* 1. *& deciſ.* 54. *conſil. Neap.* Et dixi ſupra *in* 7. *diſtinct iudiciorum circa fin* † SEXTO, iudex laicus dat curatorem, ad 64
litem clerico minori litiganti coram ſe, vt eſt *deciſ. Rotæ* 207. *in antiquis* Nam ſemper talis curator datur per illum iudicem, coram quo lis vertitur, ſecundum Bald. *in l. ſancimus fin. C de admin. tut.* pro hoc eſt text *in c. ſignificauerunt fin de iudic.* ADDITIO. Adde Oldr. *in conſ* 59 & Gemin *in c. ſi annum,* 3. *& vlt. de iud. lib* 6. † Imo, quod plus eſt, poteſt 65
per iudicem laicum dari ſacerdos in tutorem ſecundum Angel. Aret. *Inſtit. de Attil tut §. ſed hoc iur.* 4. allegat *auther. presbyteri C de epiſc. & cler* nam vt ait, iudex ſecularis eſt iudex competens cuiuſcunque etiam clerici petentis tutelam, *vt* 11. *q.* 1. *c. experientiæ, & c ſi clericus* 5 *& c. cum ſit.* 8. *de for con. pet.* adiicit etiam, quod præſes ſeu alias ſecularis iudex poteſt presbyterum dare in tutorem, quod videtur probari in *l. neque* 5 *C. qui da. tut. vel cur. poſſ.* & gloſſ *in authen. presbyteros. & authent generaliter, C de epiſcop. & cleric* voluit, quod exorciſtæ, & alii clerici inferiores compellantur per iudicem ſecularem ſuſcipere tutelam legitimam: quia dati ſunt à lege, ſed presbyteri & alii in ſacris, volentes poſſunt eſſe tutores legitimi, non autem teſtamentarii vel datiui, pro quo text. & gloſſ. *in c. peruenit.* 86. *diſtinct.* non tamen coguntur, vt in *authen presbyteros. C. de Epiſ. & cler.* ſed ad tutelam miſerabilium perſonarum omnes presbyteri, & monachi tenentur, vt 88. *diſtin. c.* 1. *& c Epiſcopus gubernationem* & Spec. *in tit. de tutor. §. generaliter, verſic. Item opponitur contra tutorem, & in verſ. illud autem.* dicit tamen ibi, quod forte non cogentur. *Petr. Foller* † SEPTIMO iudex laicus poteſt compellere creditorem lai- 66
cum ad remittendum iuramentum turpiter receptum debitore. ita tenet Fel. *in c. ex administrat.* 1. *col* 7. *inſi. de iureiur.* iſtud tamen putarem verum, antequam debitor incidat in periurium per non ſolutionem, puta ante diem ſolutionis: quia poſtquam venit dies ſolutionis, & debitor in periuriũ incidit, non poteſt illud periurium per partem remitti, vnde illa coactio iudicis nihil operaretur. ita tenet Bald. *in auth. quod eis. C. de nupt.* & habetur *in deciſ.* 36. *conſil. Neap.* † OCTAVO iudex laicus cognoſcit de 67
cauſa

cauſa ſpirituali incidenti inter Iudæos, vel infideles; quia ex quo ipſi ſunt extra Eccleſiam, ideo Eccleſia non impedit ſe de eis: ita tenet Alex. *in l. Titia. 34. col. 3. verſ. vel ſecundo, & c. ff. ſol. mat.* & Petr. de Ancha. *in c. ea qua. 26. in 5 quæſt. de reg. iur. libr. 6.* Nono
68 poteſt † iudex ſecularis cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento, conceſſæ per iudicem Eccleſiaſticum, ſecundum Felin. *in d. c. ex adminiſtrat. 1. col. 5 in fin. verſ. poſſet etiam ſecularis, & c. de iureiur.* allegat Petr. de Ancha *in conſil 38 2. incip. retento ordine, &c. col. 4.*

[An etiam principes ſeculares, iuramenta relaxare, ſeu ab iis abſoluere poſſint, diuerſæ ſunt Doctorum ſententiæ, vt notat Fachinæus *lib. 3. controuerſ. iuris cap. 13.* vbi aſſerit, ſecundum leges veteres, Principes abſque dubio id potuiſſe, ſecundum *l. vlt ff. ad municipalem.* ſed ſecundum canones, ſolum iudicem Eccleſiaſticum id poſſe, per *c. nouit. de iudiciis.* Ius vetus in Camera Imperiali adhuc obſeruatur, cum ibi ii, qui inique carceri mancipati, & ſub obligatione iurata, de non vindicando carcere, relaxati ſunt, ad Cæſ. Maieſt. eiuſve iudicem, pro relaxatione iuramenti ad effectum agendi ſupplicare, relaxationemque iuramenti obtinere ſoleant, vt teſtatur Andr. Gail. *lib. 1. obſer. 22. per tot.*]

69 Decimo, † poteſt iudex laicus, vel eius familia capere clericum delinquentem, deprehenſum in crimine vel rixa, non tamen vt ipſum detineat, ſed debet eum præſentare iudici eccleſiaſtico, ita tenet Bald. *in leg. ſi quaper calumniam. 22. colum. 2. in fin. verſic. ſed quæro. C. de Epiſcop. & cler.* De qua materia habetur plene per Abb. Felin. & communiter. Doctor. *in c. cum non ab homine 10 de iud.* & Bartol. *in l. ſi quis in ſeruitute. 7. ff de furt.* & Ioan. de Ana. *in c. ſuper eo. 2. col. 2. de crim. falſi.* Quod procedit, quando clericus incedebat in habitu & tonſura, alias ſecus; quia non tenetur iudex laicus ipſum dimittere ad iudicem Eccleſiaſticum, niſi prius conſtet ſibi de clericatu, ſecundum Bald. *in d. l. ſi quaper calumniam 22. verſic. ſe iponamus, &c.* Verum de iſto incidēti, ſcilicet, ſuper probatione clericatus, non poteſt cognoſcere ſecularis, ſed Epiſcopus cognoſcet, textus eſt *in c. ſi iudex laicus 12. de ſentent. excommun lib. 6.*

[An clericus ſine habitu clericali in enormi crimine deprehenſus a iudice ſeculari puniri poſſit, etiamſi à prælato ſuo non fuerit ter monitus, vide Fachin. *lib. 9. controuerſ. iur. cap. 28*]

70 Sic † dicimus in ſimili, quod percutiens clericum non incedentem in habitu, & tonſura, eſt excommunicatus, ſecundum Bart. *in l. item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virgines. 15 ff. de iniuriis.* & Bald. *in d. l. ſi quaper calumniam. 22. colum. 1. verſic. deinde venio, &c.* & habetur *in c. ſi vero. 4. de ſentent. excommun.* Adde prædictis Bald. *in d. l. ſi quis curialis. 12. C. de Epiſcop. & cleric.* & Socin *in conſil. 122. col pen in princip. in 1. volum.* & Alexand. *in conſil. 8. in 1. volum.*

Additio. Adde hoc in regno non procedere; quia clericatus probatio, fieri debet coram iudice ſeculari, coram quo petitur remiſſio, vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ, incip. *Item ſeruat ipſa curia, quod nullus clericus.* Petr. Foller. Vndecimo, † iudex laicus poteſt punire clericum prius delegatum per Epiſcopum: nam quando clericus delinquit taliter, quod meretur mortem, debet proceſſari per Epiſcopū, & poſtea degradatur, & deinde traditur curiæ ſeculari puniendus, vt not. Bart. *in l. quotiens. 1. ff. de pœnis.* & text. & ibi Abb. *in c. nouimus. 27. de verb. ſignif.* & Abb. *in c. cum non ab homine. 10. col. 8. & ſequen. & in c. at ſi clerici.* alias, *& ſi clerici. 4. de iudic. in §. de adulter* & vidi plene per Specul. *in tit. de accuſ. §. ſecundo loco.* vbi tractat hanc materiam, videlicet, quando clericus deponitur, & quando ſuſpenditur, & quando degradatur, & qualiter fiat degradatio. De quo etiam eſt text. *in c. degradatio. 2. & ibi per Gem. de pœnis libr. 6.* & circa materiam degradationis hæc datur regula, quod quando agitur de degradando Epiſcopum, requiruntur 12. Epiſcopi, vna cum Metropolitano. Si vero eſt degradandus ſacerdos conſtitutus in ſacris, requiruntur ſex Epiſcopi: in degradatione vero diaconi, vel ſubdiaconi requiruntur tres Epiſcopi: in clerico vero in minoribus cōſtitutio ſufficit ſolus epiſcopus proprius, ita hæc omnia declarat Abb. *in c. non poteſt. 3. & ibi etiam gloſſ de re iud.* & gloſſ. *in c. quoniam. 1. in verſ. canonibus. de hæret. lib. 6* & gl. *in d. c degradatio. 2.* & habetur *in ſumma. 15. qu 7. & in c. felix. & c. ſi autem, eadem cauſa, & q.* Fallit in crimine hæreſis, in quo non requiritur numerus tot Epiſcoporum, ſed ſolus Epiſcopus proprius poteſt degradare cōuocatis Prælatis, Abbatibus, religioſis, & aliis literatis de ſua diœceſi text. eſt *in c. quoniam 1 de hær. libr 6.* & Ioan. de Ana. *in c. pen. in 1. not. de hær.* Item † dictus nume- 72
rus Epiſcoporum, requiritur in verbali degradatione, ſed in reali, & actuali non requiritur, ſecundum Felin. *in d. c. non poteſt. de re iud. colum. 4 in princ. & col. pen. & ibi etiam Abb.* Item, quando aliquis eſt degradatus verbaliter, adhuc retinet priuilegium clericale; quia nondum efficitur de foro ſeculari, ſecus poſtquam eſt actualiter degradatus, ſecundum Ioan. de Anan. *in c. ad abolendam. 9. colum. 6. in fin. de hær.* Poſtquam igitur eſt actualiter degradatus, traditur curiæ ſeculari puniendus. Verum debet iudex Eccleſiaſticus rogare iudicem ſecularem, vt procedat contra eum, citra pœnam ſanguinis, vt eſt text. *in d. c. nouimus. 27 de verb. ſignificat* An † au- 73
tem clericus degradatus ſi de facto celebrat, conficiat corpus Chriſti, vide gloſſ. & Abb. *in c. 2. de cleric. excomm.* vbi tenent, quod ſic; idem tenet Ioan de Ana. *in d. c. ad abolendam. 9. col. 6. in fin. & ſequ. de hær.* Pro quibus autem criminibus poſſet clericus deponi, vel degradari, vide Felin. *in c. at ſi clerici alias, & ſi clerici in princip. colum. penult. & fin. de iudic.*

Vnum

74 Vnvm † tamen ſcias hic, quod licet iudex laicus poſſit de mandato Epiſcopi capere clericum, non tamen poteſt ipſum torquere, vel verberare, etiam de mandato Epiſcopi: alias incideret in excommunicationem, ita tenet Ioan. de Anan *in c. ſuper eo. 2. colum. 2. in fin. de crim. falſ.* & Petr. de Ancha. & Abb. *in c. vniuerſitatis. col. 1. de ſent. excomm.* & Archid. & Gemin. *in ſum. 45. diſtinct.* De materia autem degradationis, præter ſupra dicta vide plene per Firmia. *in ſuo tract. de Epiſcopo, in vlt. parte.* † Dvodecimo, iudex ſecularis exercet iuriſdictionem in 75 clericum, ratione feudi, quod tenet clericus ab eo, *c. cæterum. 5. de iud. & c. ex tranſmiſſa. 6. & c. verum. 7. de foro compet. & in c. 1 §. item ſi clericus. & ibi And. de Iſern. in 2. colum. de cap. Corra. tit. 40. libr 2.* & Socin. *in conſ. 12 col. 8. in prin. in 1 vol.* Item quando eſt Auctor laudatus *per l. venditor 49. & ibi per Doct. de iud.* & Abb. *in c. ſi venditori fin. de empt. & vendit.*

[Quod ratione bonorum feudalium, ceſſet fori priuilegium clericis conceſſum, per text. *in c ſi diligenti. § final.* iique conueniri debeant coram iudice laico, id eſt domino feudi, vel parib. curiæ, per text. ab authore hic allegatos, probat Gail, *lib. 1. obſ. 37. n. 3.* vbi alias etiã authoritates & rationes adducit.]

Additio. Intellige ſane hanc concluſionem ſecundum Inno. *in c verum. 7. extra de foro compet.* vt procedat, quando ageretur de cauſa feudali, ciuili, ſecus ſi ageretur contra clericum vaſallum ad amiſſionem feudi criminaliter, aut ciuiliter propter crimen; quia tunc ſecundum eundem Innocentium, Sicul. & Ioan. Andr. *in d. c. verum. 7.* remittenda eſt cognitio ad prælatum ſuum, etiam ſi feudum ſit paternum; dicit tamen Innocent. quod ſi per prælatum ſuum de proditione, vel alio crimine, propter quod debeat feudum amittere, fuit condemnatus; tunc dominus auferret feudum pro velle ſuo, & ſi fuerit abſolutus tunc vlterius non poterit dominus ei propter crimen auferre; & vltra dicit, quod cum quilibet dominus feudi ſit iudex ordinarius, ſuas ſententias exequetur etiam laicus contra clericos vaſallos, nec incidet in excommunicationem, ſi eos reſiſtentes compellat, arg. *c. olim. 12. de reſtit. ſpol.* ſed communiter Doct. in hoc contradicunt, volentes, quod dominus feudi prætextu huiuſmodi cognitionis in clericum vaſallum non habet diſtinctionem perſonalem, & expreſſe tenent Ioan. Andr. & Sicul. *in alleg. c. verum. 7. de foro compet. & in c. vnico de cler. coniug. lib. 6* Petr. Foller. † De-
76 cimo tertio, iudex ſecularis poteſt punire clericum de aſſaſſinio; quia propter criminis enormitatem, ipſo iure, cenſetur degradatus in caſu iſto. ita tenet Lapus *in c. pro humani. vnic. de hom. lib. 6. & Paris in tractat. ſyndic. in verſ. inquiſitio. colum. 7. in fin.* Robert. Marant. Venuſ. I V.D. Additio. Vide ad hæc Anton. Capic. *in deciſ. 112. num. 1. & deciſ.*
77 *155. num 26.* Item † vltra dom. Auct hic, aliquos caſus applicandos cenſeo vtiliores cæteris, quare illud ſcire non tædeat, quod clericus, cum agitur pro poſſeſſorio retinendæ; poteſt coram iudice ſeculari trahi, & conueniri etiam ab altero clerico, de quo late per Ioan Fab. *Inſtitut. de inter. § retinendæ. 4.* & per Bartol *in l. videamus. 1. ff. de interd.* & pro hoc videtur facere *c. cauſam. 7. qui filii ſint legit.* ibi (non attendentes, quod ad regem, & non ad Eccleſiam pertinet de talibus poſſeſſionibus iudicare) propter quod Anton *in c. cum dilectus, 2. de ordin. cogn.* dicit, quod ſi agatur ſuper poſſeſſorio beneficii, cauſa propterea non dicitur eſſe ſpiritualis, & idem tenet Nicol. Mil. *in verb. beneficium.* & expreſſe tenet Vinc *in c. ſignificauerunt. fin. de iud.* quod de iure ſpirituali poteſt agi poſſeſſorio, coram iudice ſeculari, quod etiam videtur ſentire gloſſ. *in c. cum dilectus. 37. de elect. in verb. iuramento.* dicens, quod quando agitur poſſeſſorio de iure ſpirituali, non agitur ſpiritualiter, & ideo non eſt tractanda tanquam ſpiritualis. Idem volunt gloſſ. *in c literas 2. de iur. calum.* & ſentit Innocent & alleg. *d. c. cum dilectus. 37.* Archidia. & Ioan. Andr. *in c. frequens 1. de reſtitu. ſpol. libr. 6.* dicens, quod cauſa non eſt mere ſpiritualis, cum agitur de poſſeſſorio de re ſpirituali, de quo plene per Guid. Pap. *in deciſ. 207. & 87* & Boer *deciſ. 69. pri. lib.* & Gram. *deciſ. 88.* & hoc paſsim in foro obtinet.

[Adde Gail. *lib. 1. obſeru. 37. num. 5 & obſ. 38.* vbi docet, an iudex laicus, de cauſa decimarum, materia iuramenti, & iure patronatus cognoſcere poſsit.]

Item † poteſt clericus coram ſeculari iudice citari, & cõueniri, vt auctor laudatus pro euictione, & defenſione rei venditæ; nam ex perſona defenſoris venientis ad cauſam non debet mutari forus, *l in rem. 1. C vbi in rem actio.* & videtur caſus *in l. venditor. 49. de iud.* & ita videtur tenere Bald. *in d. l 1* & Angel. *in l. non ſolum. 32 § quod vulgo. 1. ff. de vſucap.* & tenet Petr. de Ancha. *in regula iuris, ea quæ. 26. 17. qu.* Bald. *in auth. clericus C. de Epiſc. & cler.* & idem habetur per do. Anton. Capic. *in deciſ 197 num. 7.* ſed vide do. Thom. Gram. *in deciſ. 21.* vbi refert contrarium ſeruari in ſacro Regio conſilio Neapolit. & contrarium in pluribus cauſis fuiſſe deciſum. 78

[Hanc quæſtionem, an videlicet clericus venditor, cui lis, emptori mota, denunciatur, cauſam ad forum Eccleſiaſticũ trahere poſsit, tractat Fachin. *lib. 2. controuerſ. iur. cap. 37.* vbi probat communem, & veram eſſe ſententiam; quod clericus id facere non poſsit; licet quidam contrarium, ſed male ſentiant. Priorem ſententiam etiam probat, & ſequitur, veriorem item & communiorem eſſe, & in Camera Imperiali obſeruari, aſſerit Gail. *lib. 1. obſeru. 37. numer. 7*]

Item, † ſi contingeret, clericum ſuccedere laico, iam conuento coram iudice ſeculari ſuper aliqua cauſa; nam talis inſtantia inchoata cum laico defuncto tranſit in clericum ei ſuccedẽtem, ſecundum Imol. *in l ſi eum hominem 53. ff de fideiuſſ.* & Paul. 79
Caſt.

Caſt. *in l. hæres abſens. 9. ff. de iud.* & Lud. & Paul. Caſt. *in l. ſi conſtante. 84 §. ſi bona, fi, ſolut. matr.* Adde Gail. *lib. 1. obſ. 37. nu. 8.* licet contrarium tenuerit Bald *in l. etiam 1 C. ſi pen. app. mors inter.* & Ang. *in l. tam ex contractibus. 75. ff. de iud.* & Bald. *in c. in præſentia. 4. ex-*
80 *tra de procur.* item † ſi clericus negotiatur, tenetur ad gabellas in concernentibus negociationem ſecundum Fred. de Sen. *in conſ. 3. incip. quæſtio talis eſt. vlt. col.* per tex. gloſſ. *in Clem. præſenti 3 & vlt. de conſ.* pro quo facit *c. ſacerdotibus. 2. ne cle. vel mona.* ſequuntur Matth. Paul. Steph. Zab. & Imol. *in d. Clem. præſenti. 3. & vltim.* & bene facit *c. recolentes. 3. de ſtat. mon.* pro quo facit id, quod dicit Petr. de Anch. *in conſ. 104. incip. contra fratres:* & de iis hactenus. *Pet. Foll. V.I.D.*

[An iudex ſecularis clericū, falſum teſtimonium coram ſe dicentem, punire poſſit, variant Dd. Fachinæus *lib. 9. controuerſ. iur. cap. 28.* vult enim à iudice ſeculari nec in perſona, nec ære puniri poſſe, quem vide.]

## Ivdiciorvm XII. Distinctio.

## Svmmaria.

1 *Iudicium aliud ordinarium, & aliud prorogatum.*
2 *Prorogatio in iure multipliciter accipitur.*
3 *Prorogatio iuriſdictionis, poteſt fieri de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus, de loco ad locum.*
4 *Prorogatio iuriſdictionis de loco ad locum, an requirat expreſſum conſenſum partium.*
5 *Prorogatio iuriſdictionis fit etiam de caſu ad caſum.*
6 *Prorogatio à tempore ad tempus, qualiter fiat.*
7 *Prorogatio de re ad rem, qualiter fieri debeat.*
8 *Iuriſdictio prorogata non extenditur, niſi in ipſas partes prorogantes.*
9 *Iuriſdictio prorogata in aliquem iudicem, an mortuo illo iudice, poſſit per eius ſucceſſorem exerceri.*
10 *Iuriſdictio iudicis, habentis illam de iure ſpeciali, prorogari non poteſt.*
11 *Prorogatio iuriſdictionis, tacite & expreſſe poteſt fieri.*
12 *Prorogatio iuriſdictionis, inducitur per exceptionem dilatoriam oppoſitam, non autem per petitionem copiæ libelli, neq; per confeſſionem. num. 13.*
14 *Prorogatio tacita, non poteſt fieri in cauſa criminali, nec etiam expreſſa.*
15 *Prorogatio de loco ad locum, tacite fieri non poteſt, ſed expreſſe ſic.*
16 *Iuriſdictio per contumaciam non prorogatur.*
17 *Prorogatio per reconuentionem duplici modo inducitur.*
18 *Iuriſdictio limitata ad certam ſpeciem cauſarum, nō poteſt prorogari.*
19 *Iudex prorogatus non poteſt ſententiam ſuam exequi.*
20 *Iuriſdictio delegati, prorogari non poteſt.*
21 *Prorogatio, an & quando impediatur per errorem.*
22 *Prorogatio non poteſt fieri in cauſa appellationis, & quæ ſit ratio.*
23 *Prorogari non poteſt iuriſdictio à Deo conceſſa, prout eſt poteſtas excommunicandi, vel abſoluendi.*
24 *Clericus iuriſdictionem alterius Epiſcopi, ſine cōſenſu ſui Epiſcopi prorogare non poteſt.*
25 *Prorogari an poſſit iuriſdictio alterius iudicis per laicos ſubditos Baronibus, ſine conſenſu ipſorum Baronum.*
26 *Barones regni habent iuriſdictionem à Rege, reſeruatam cum priuilegio primarum, & ſecundarū cauſarum: & ideo reuocant prorogationes factas per eorum vaſallos in alios iudices.*

Dvodecima principalis diſtinctio iudiciorum eſt. † Quia iudicium aliud ordinarium, 1
& aliud prorogatum. Ivdicivm Ordinarivm eſt illud, quod agitatur corā iudice ordinario competenti, vel delegato à ſuperiore, inter certas perſonas: vel limitato in certo territorio, quando agitatur per ſubditos ſuæ iuriſdictionis. Ivdicivm vero Prorogatvm, eſt illud, quod ventilatur inter partes coram iudice non ſuo, principaliter tamen addito; de conſenſu partium, de qua materia tractatur plene *in l. ſi ſe. 1. & l. conſenſiſſe 2. ff. de iudic. & in l. ſi conuenerit 18. ff. de iu. omn. iudic. & in c. ſignificaſti. 18 de foro compet. & in c. P. & G. 40. de offic. delegat.* Super † hac materia eſt ſciendum, 2
quod iſte terminus, Prorogatio, accipitur in iure multipliciter. Quandoque enim refertur ad terminos & dilationes; & tunc prorogatio nihil aliud eſt, niſi dilationis labentis, nondum lapſæ extenſio, ſecundum Bald *in rep. l. Æmilius. 38. colum. 6 in princ. verſ. not. quinto, & c. ff. de minor.* Exemplum: datur dilatio alicui, & in medio, vel in fine ipſius dilationis, nondum elapſæ prolongatur vlterius: & tunc dicitur eadem dilatio cum prima, *l. ſed ſi manente 3. ff de precar* & Bald. *in d. l. Æmilius.* 38 & Alex. *in l. dies 4. in prin. ff. de damn. infect.* vbi facit differentiam inter prorogationem, & reuocationem, & infert ad q. ſi finita dilatione fuerit dictum. quod dilatio fuit prorogata; an valeat prorogatio, ſaltem ad vim nouæ dilationis, vide per eum. De qua materia habetur etiam *in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. 113 ff de verbor. obligat.* Quandoque iſte terminus, *Prorogatio*, refertur ad compromiſſa, & eſt materia, de qua *in l. diem proferre 27. ff de arbit.* & iſta prorogatio poteſt fieri per arbitros, quando eſt eis data poteſtas per partes, & poteſt fieri etiam partibus abſentibus, vt *d. l. diem proferre. 7 d. titul in princ.* Verum debet poſtea prorogatio notificari partibus, & alias non aſtringit, ita tenet Alex. *in cōſ. 34 col. fin. in 1. vol.* & Bald. *in l. arbitri. 1 C. de ſenten ex breui. rec.* & Felin. *in c. cum olim 12. colum. 9. verſ not. 3. & c. de reiud.* Quandoque † iſte terminus, Proro- 3
gatio, refertur ad iuriſdictionem, & iſta eſt ma-



teria

teria noſtra, ſuper qua dic, quod prorogatio iuriſdictionis FIT QVATVOR MODIS, videlicet: quandoque de perſona ad perſonam, quandoque de re ad rem, quandoque de tempore ad tempus, quandoque de loco ad locum, vt not. gloſſ. & Bart. *in l. conſenſiſſe. 2. §. ſed ſi iudex.* alias, *ſi & iudex 2 ff. de iu.* & Bald. *in l. non quidem 1. verſ. 3. quæro. C. de iur. omn. iud.* & per Bald. *in l. ſi quis ex conſenſu. C. de Epiſc. aud.* EXEMPLVM PRIMÆ prorogationis, ſcilicet, quando fit de perſona ad perſonam, ponitur *in d. l 1. & 2 ff. de iud. & d l ſi conuenerit. ff. de iur. omn. iud.* vt quando iudex habet limitatam iuriſdictionem in vna ciuitate, vel territorio: nam ſi alii de aliena iuriſdictione volunt conſentire, quod cauſa eorũ iudicetur per illum iudicem, cui nõ ſunt ſubditi, poſſunt hoc facere, & ſic illa iuriſdictio, quæ erat limitata inter illas perſonas illius territorii tantũ modo per conſenſum partium extenditur ad alias perſonas ſibi non ſubditas, & iſta dicitur prorogatio. EXEMPLVM DE SECVNDA prorogatione, ſcilicet, de re ad rem, puta ſi vnus iudex habet limitatam iuriſdictionem, vt non poſſit cognoſcere, niſi de cauſis à cen um aureis iufra, iuxta *l. ſi idem cum eodem 11 & l. cum quadam 19 §. quoties 1. ff. de iur. omn. iud & in Auth. de defenſ. ciu. coll. 3. tit. 2. Nouell. conſt. 15. §. & iudicare vlt. c. & agi 1.* poſſunt facere partes habentes cauſam maioris ſummæ, quod ille iudex cognoſcat de tali cauſa, & ſic extẽditur iuriſdictio de ſumma minori ad maiorem, & ſic de re ad rem, tex. eſt *in l. de quare 74 § Iudex. 1. ff de iud* & Bald. *in d. l ſi quis ex conſenſu. 7. col. 3 C. de Epiſ aud.* EXEMPLVM DE TERTIA prorogatione, ſcilicet de tempore ad tempus, puta iudex habet limitatã iuriſdictionem finiendam certo tempore, puta per annũ (prout communiter ſolent creari officiales in regno) poſſunt facere partes, quod vltra illud tempus iudex cognoſcat & iudicet, & ſic extenditur iuriſdictio de vno tempore ad aliud, tex. eſt *in d l. conſenſiſſe. 2 §. ſed ſi iudex.* alias, *ſi & iudex 2 ff. de iud.* quod procedit in iudice delegato: ſed in ordinario non procedit prorogatio in tempus ſucceſſoris Ita pulchre declarat Bald. *in d. l ſi quis ex conſenſu 7. C. de Epiſcop. aud. col. 3 verſ. ſecunda ſpecies, &c.* & vide Bald. *in tit. de pace Conſt. col. 14. in prin ſuper verſic. conſenſum.* vbi tenet quod de conſenſu partium poſſunt prorogari tempora appellationis. EXEMPLVM DE QVARTA prorogatione, ſcilic. de loco ad locum, de qua tenent Doct. quod non poteſt fieri, & ſunt aliqui, prout eſt Bald. *in d l. non quidem. 1. verſ. 3. quæro. & c. C. de iur. omn. iud. & in d. l. ſi quis ex conſenſu. 7. col. penult. & fin.* referendo Iac. Butr. tamen Bartol. *in l. quæro. 100. ff. de ſol.* tenet contrarium, ſcilicet quod valeat prorogatio. & hanc opin. tenet Alex. quem communiter ſequuntur ibi Moder. *in l. cum quadam. fin. ff de iur. omn. iud.* cum limitatione tamen, ſcil. dummodo iudex illius territorii conſentiat huic prorogationi. Exemplum poteſt poni dupliciter, ſecundum Bald. *in d. l. ſi quis ex conſenſu. col. pen. verſ quartã ſpeciem. &c.* Primo modo, quando iudex ex form ſtatuti, vel conſuetudinis deberet ſedere pro tribunali in tali loco, puta in palatio; nam poſſunt facere partes, quod ſedeat in alio loco eiuſdem ciuitatis: puta in platea, & valet talis prorogatio ſine dubio, quia ſumus in loco eiuſdem iuriſdictionis. Secundo modo, poteſt poni exemplum extra locum iuriſdictionis: vt ſi partes conueniunt. quod iudex Peruſinus cognoſcat, & pronunciet in territorio Bonon. & iſta prorogatio eſt magis dubia, quã dicit Bald. vbi ſupra fieri non poſſe Sed dic, quod magis cõmunis opinio eſt, quod valeat, interueniente conſenſu iudicis illius loci, puta Bononienſis, ſecundum Alex. *in d l fin* arguendo de loco ad tempus, iuxta *l. vinum. 22. ff ſi certum petat.* & hanc opinionem tenet Abb. *in c. nouit. 7. col. 2. & c. excommunicatis. 9. col. fin. de offic. leg.* ADDITIO. Vt † vides 4
præſtantiſſime lector, quatuor eſſe ſpecies prorogationis, vt ſcriptum reliquit dom. Auctor, & illam inter alias connumerare viſum fuit, quæ fit de loco ad locum: quam dupliciter intelligendam fore diſſeruit ſed quoad ſecundum exemplum (vt iudex vnius territorii iudicet in territorio alterius iudicis) nõ aperit, ſi in tali prorogatione iuriſdictionis de loco ad locum, requiratur expreſſus conſenſus partium litigantium, an ſufficiat tacitus, & in hoc Angel. *in l. quæro. 100. ff. de ſol.* dicit, quod requiritur expreſſus conſenſus: & ad hoc citat tex. *in c. ſtatutum. 11. §. in nullo. 3 extra de reſcr in 6.* & idem tenet Paul Caſtrenſ. *in l. extra 2 c. & fin. ff. de iur. omn iud.* & Doct. *in d § in nullo.* & voluit Ang *in conſil. 85.* & idem firmat *in d. § in nullo* Philipp Franc. vbi refert ita tenere Rotam *in deciſ. 380.* quæ incipit, *Item ſi iudex* ſed contrarium tenuerunt ſecundum Alex *in d l extra. 20 & in fin. ff. de iur. omn iud* Arch. & Ioan. Andr, *in c vt litigantes. 5 de offic ordin. in 6.* & Imol. *in d. l. quæro. 100.* inquiunt enim prædicti, quod ſufficit tacitus conſenſus, ſicut regulariter ſufficit in prorogatione, *l. ſed & ſi ſuſceperit. 52 in prin. ff. de iud.* nec ſecundum eos obſtat text. *in d §. in nullo.* quia procedit in iuriſdictione delegata, quæ eſt odioſa, & reſtringenda, vt not. *in c. ſtatuimus. 1. de off. deleg. in 6.* & cum hac opinione videtur tranſire Alex. *in d. l. fin.* Sed pro prima opin. poteſt allegari text. *in l. & in priuatorum 4. fin. C. ſi à non compet. iudic* vbi ſententia eſt ipſo iure nulla: & tamen valeret, ſi ſufficeret tacita prorogatio, & hanc ego tenerẽ, & vtcunque ſit, requiritur conſenſus illius iudicis, in cuius territorio alter iudex cognoſcere voluerit, ſecundum gloſſ. *in d c. vt litigantes. 5 de off ordin. in 6.* & ita tenuit Ioan. Andr. *in d. nouella* ſed ſecundũ Alex. *in d. l. extra 20, fin. ff. de iur. omn. iud.* contrarium tenuerunt Petr. & Cyn. *in l ſi qui ex conſenſu 7. C. de Epiſc. aud. & in d. l. fin.* & Archidiac. *in d. c vt litigantes 5.* & Paul. Caſtr. *in l ea lege 3. & l aduocationis. 11 fin. ff. de cond. ob cauſ* volentes, quod non requiratur conſenſus

ſus iudicis territorii,ſed ſatis eſt , quod non prohi-
beat : ſed ad coucordandum opiniones dicit Alex.
quod aut iudex territorii ſcit , & non contradicit,
& procedit opinio Cyn.quia videtur conſentire, ex
quo prohibere poterat,& non prohibet : aut igno-
rat,& tunc procedat prima opinio, ſed ſi iuriſdictio
competeret de iure ſpeciali , etiam accedente cou-
ſenſu partiū.& iudicis,non poſſet prorogari ſecun-
5 dum Rom.*in ſing.49*.Adde † ETIAM QVINTAM
reperiri SPECIEM PROROGATIONIS, quæ fit
de caſu ad caſum;exemplum,ſi aliquis eſt iudex,cui
ſub conditione eſt tributa poteſtas, & iuriſdictio,
puta appellaui ab interlocutoria iudicis ad ſupe-
riorem : quo caſu ipſe ſuperior non poteſt cogno-
ſcere de negotio principali , niſi pronunciet prius
bene appellatū ab interlocutoria : ſed ſi pronuncia-
ret male appellatum à grauamine,tunc totum nego-
tium principale reuertitur ad primum iudicē, *c.vt
debitus honor.59.extra de appel.* nunquid ergo pēden-
te diſcuſſione articuli appellationis , poterit ipſe
ſuperior de conſenſu partium cognoſcere de nego-
tio principali;& tunc licet quidam ſimpliciter con-
cludant, quod non, eo quia pendente conditione
non habet iuriſdictionē in habitu,nec in actu,con-
cludendum tamen eſt : quod aut ille ſuperior, ad
quem fuit appellatū,eſt talis,qui poterat adiri,per
viam quærelæ,vt Papa vel Princeps ſæcularis;& tūc
ille ſuperior poterit de conſen u partium, de nego-
tio principali cognoſcere, *c.cordi.1 §.1.(ibi,partium
voluntat an,)extra de appel.libr.6*.imo plus dicit do.Pa-
norm.*in c.vt debitus honor. 56.extra de appel.* quod hoc
caſu ſufficeret conſenſus ſolus appellati, ſi aut eſſet
talis ſuperior, qui non poterat adiri per viam que-
relæ;tunc omiſſo articulo appellationis non poſſet
cognoſcere de negotio principali, & ita ſpecifice
concludit dom.Iac.de S. Georg. *in l.conſenſiſſe.2.§.ſi
6 & index.2 ff.de iudic.num.8.& 9* Et † quatenus Au-
ctor concludit poſſe fieri prorogationem de tem-
pore ad tempus,& exemplum dat in eo iudice, cu-
ius iuriſdictio anno durat , dicas procedere dicta
ipſius,& exemplum datum, quando iuriſdictio per
lapſum anni non finiebatur ipſo iure, alias ſi finire-
tur elapſo anno,totaliter,& ipſo iure: & tunc non
poterit eius iuriſdictio prorogari ; quia fieret iniu-
ria ſucceſſori , hæc ſunt de mente Bald.*in d.l.ſi quis
ex conſenſu.7.C.de Epiſc aud.* ſequitur Paul.Caſtr.*in d.
l.conſenſiſſe.2.§.ſi & iudex.3 ff.de iud.* vt refert Iac. de
S.Georg. ibidem,& ſic non poſſet prorogari iuriſ-
dictio magiſtri nundinarum, cum elapſis nundinis
7 totaliter eius iuriſdictio finit. Et † quod proroga-
tionem de re ad rē, adde, quod eſt neceſſe, quod iu-
dex,cuius iuriſdictio prorogatur de re ad rem,ſciat
eius iuriſdictionem eſſe prorogatam , vt proroga-
tio teneat, alias nulla erit, vt notabiliter dicit Iac.
de ſancto Georg. *in l conſenſiſſe. 2. §. conuenire. 1. in fin.
8 ff.de iud.* Illud † tamen ſcire neceſſe eſt , quod iu-
dex,cuius iuriſdictio eſt prorogata, habet ſolum iu-

riſdictionem inter ipſas partes prorogantes,non au-
tem contra alias perſonas, ex hoc infertur ſecun-
dum Angel.& Paul. Caſtrenſ.quod non poterit co-
gere teſtes alienæ iuriſdictionis, ad ferendum teſti-
monium : & minime poteſt cogere patrem illius,
qui prorogauit ſuam iuriſdictionem , ad præſtan-
dum conſenſum filio , iuxta *leg. cum non ſolum.8.§.
neceſſitate. 1.*(alias,) *in fin.princ C.de bonis,quæ lib.* &
firmat Iacob de S.de Georg.*in l.ſi ſe.1.ff.de iud.num.3.*
& ſic minime poteſt per illum iudicem cogi auctor
laudatus , ad defendendum emptorem illo iudi-
cio.Sed † finge, quod iuriſdictio ordinaria iudicis,
in quem facta eſt prorogatio , ſit finita ; quia mor- 9
tuus eſſet, vel eius officium eſt finitum:an ſucceſſor
in illo officio poſſit determinare cauſam inter par-
tes, quæ prorogauerunt iuriſdictionem illius iudi-
cis?Spec. *in tit.de compet.iud.adi.§.1.verſic.quid ſi duo
Piſani*.diſtinguit, quod aut prorogatio facta eſt ha-
bito reſpectu ad perſonā ipſius iudicis; & tunc ſuc-
ceſſor non poterit determinare : aut habito reſpe-
ctu ad iuriſdictionem,ſeu dignitatem ; & tunc ſe-
cus,ſed Paul.Caſtr.*in d.l.1.ff.de iud.*dicit, quod ne-
ſcit videre,quomodo potuerit fieri prorogatio, ha-
bito reſpectu ad perſonā:quia perſona eſt de ſe pri-
uata, & conſenſus priuatorum non tribuit iuriſdi-
ctionē,*l.priuatorum.3.C.de iur.omn.iud.* & ſic ſemper
partes videntur habuiſſe reſpectum ad iuriſdictio-
nem,quæ non mutatur,imo eſt eadem cum perſona
ſucceſſorum, *c.innotuit extr.de elect.* & ita pertrau-
ſit Iacob. de S.Georg.*in d.l.ſi ſe.1 nu.10.ff de iud.* ego
autem puto dictū Spec. licet non poſſit verificari in
prorogatione tacita;poteſt tamen verificari in pro-
rogatione expreſſa , vt quia expreſſe partes proro-
gant iuriſdictionē alicuius iudicis, habentes reſpe-
ctum ad eius perſonam , vt quia dixerunt ſe confi-
ſos de prudentia,ſcientia,& legalitate talis iudicis,
idcirco prorogant eius iuriſdictionem, & ita puto
procedere dictum Spec.*Petr. Foller.V.I.D.* † Quam
opinionem limita procedere in iudice habente iu- 10
riſdictionem de iure communi;quia talis iuriſdictio
poteſt prorogari de conſenſu partium extra territo-
rium, vt ſupra ſecus in iudice habente iuriſdictio-
nem de iure ſpeciali,prout eſt Legatus ; quia extra
territorium non poteſt cognoſcere ex prorogatio-
ne partium, etſi iudex illius territorii conſentiret,
ita in terminis tenet Abb. *in d.c.excommunicatis 9.
col fin.de offic.leg.* Scias † tamen pro complemento
huius materiæ, quod prorogatio iuriſdictionis po- 11
teſt fieri expreſſe & tacite Expreſſe fit,quando par-
tes per eorum expreſſum conſenſum conſentiunt
in iudicem non ſuum,& iſta eſt materia *d.l.ſi ſe.1 &
l.conſenſiſſe.2.ff.de iud. & d l.ſi conuenerit.18.ff. de iur.
omn.iudic & c.ſignificaſti.18.de foro comp.* Tacite ve-
ro fit prorogatio, quando quis patitur ſe conueniri
coram iudice incompetenti, & non declinat eius
forum, & in hoc eſt varietas Doctorum *in d.l.ſi con-
uenerit.18.ff.de iur.omn.iud.*quia gloſſ. ibi dicit,quod

 requi-

requiritur litis conteſtatio ad hoc, vt inducatur conſenſus. ſed veritas eſt illa, quam tenet ibi Bart ſcilicet, quod ſiquidem cōuentus opponit aliquam exceptionem dilatoriam ante litis conteſtationem; quia tunc per talem exceptionem videtur prouocare iudicem, vt ſuper ea pronunciet, accenſetur eo ipſo in iudicem conſentire, nec expectatur litis conteſtatio. Si vero non opponit exceptionem aliquam; tunc requiritur litis conteſtatio, & ita procedat gl. ibi. Non tamen cenſetur in iudicium conſentire, ſi quis petit copiam libelli, vel dat ſatiſdationem de iudicio ſiſti, ſecundum Bart. *in d. l. ſi conuenerit.* per *l non videtur 33. la. 2. ff. de iudic.* ADDITIO. Habes amantiſſime Lector, per exceptionem dilatoriam oppoſitam ante litem conteſtatam conſentiri in iudicem, adeo vt amplius non poſſit declinari eius iuriſdictio per Doct. Bartol. *in d. l. ſi conuenerit. 18. ff. de iur. omn. iud.* hunc paſſum late tangit Iaſon *in d. l. ſi conuenerit* vbi dicit, quod hanc opinionem Bart. ſequatur Alexand. *in d. l.* dicens, quod opinio Bartoli poteſt recte defenſari per textum *in l. cum Papinianus 14. in fine. C. de ſentent & interloc.* & idem tenet Bartol. *in d. l. non videtur. 33 la. 2 ff. de iudic.* & *in leg. eleganter. 23 §. ſi quis poſt. 3. ff. de condict. indeb.* & Bald. *in l. cum ſpecies 18 fin. C. de iudic & in l. exceptionem. 19 poſt gl. ff. C. de probat.* Innocen. Cardin. & Abb. *in c. inter monaſterium. 20 de re iudic.* ſed contrariam opinionem dicet tenere Fulgoſus ibidem, & hanc ſecundam opinionem Fulgoſ. ſequitur Cyn. *in l. final. C. de ſponſa.* & Cyn. poſt Iacob. de Aret *in l. 2. quæſt. 2. & ibi etiam Bald. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* & Imol. *in l. quidam conſulebat. ff. de re iudic.* ſed ipſe Iaſ. ſequitur opinionem Bart. quam dupliciter limitat: & opinionem Fulgoſ. tenet expreſſe, conſulendo Petr. Phil. Corn. *in conſil 209. in 2. lib. nu. 22.* vbi dicit, quod eſt communis opinio, & verior. de quo etiam per Bald, *in conſil. 475 in 4. libr.* tu tamen omnino pro veritate huius paſſus non omittas videre Felin. *in c. inter monaſterium. 20. num. 4. cum pluribus ſequent. extra de re iud.* vbi tenet opin. Bartoli, quam limitat, declatari. 11. modis *Petr. Foller. V. I. D.*

12 Et † ex prædictis verificatur illa iuris regula, quæ habet, quod exceptio declinatoria fori, debet eſſe prima exceptio, quæ opponitur ante alias dilatorias: quia ſi opponitur alia prius, per eius oppoſitionem inducitur conſenſus in iudicem, & non poſſunt poſtea opponi declinatoriæ, text. eſt *in l. ſed & ſi ſuſceperit 52. in princ ff. de iud. & in l. fin. C. de excep.* & Abb. & Doct. *in c. inter monaſterium. 20. de re iud.* ſicut dicimus etiam de recuſatione iudicis ex cauſa ſuſpicionis, quia debet eſſe prima exceptio, quæ opponitur, vt tenent Bart. Alex. Ioan. de Imol. *in l. quidam conſulebat. 57 ff. de re iud* & Lanfr. *in c. quoniam contra. 11. in verſicu'. recuſationes. in princip. de probat.*

13 An † autem per ſolam confeſſionem factam coram iudice incompetenti, inducatur prorogatio iuriſdictionis, vide Socinum tenentem, quod non, *in conſil. 108. col. fin. 3 volum.* LIMITA † illud, quod 14 dicitur de tacita prorogatione, non procedere in cauſa criminali; quia in eo non prorogatur iuriſdictio per oppoſitionem exceptionis, ita tenet Iaſ. *in d. l ſi conuenerit. 18 col. 8. circa fin.* alleg. Bart. *in l. licet. 42. col. 2. C de proc.* Et hoc eſt regulare, quod in cauſa criminali non poteſt prorogari iuriſdictio, etiam expreſſe, in præiudicium iudicis cōpetentis, ſecundum Bald. *in l. ſi quis ex conſenſu. 7. col. 2. in fin. C. de Epiſ. aud.* & Felin. *in c. P. & G. 40. col. 4. de offic. delegat.* & vide Socin. *in d. conſil. 108. in fin. in 4. volum.* vbi dicit, quod quando iudex requirit ex officio, non poteſt eius iuriſdictio prorogari. Secundo, † LIMITA 15 non procedere in prorogatione, quæ fit de loco ad locum; quia illa non poteſt fieri tacite, ſed requiritur expreſſus conſenſus prorogantium. Ita tenet Franc. de Aret. *in c. 1. col. pen. verſ. illud etiam ſcias, &c. de iur.* allegat. text. *in c ſtatutum. 11. §. in nullo. de reſcr. lib. 6.* TERTIO LIMITA † non procedere in contumace; quia per contumaciam nunquam prorogatur iuriſdictio; vnde in hoc caſu non æquiparatur præſens, & abſens per contumaciam, ita tenet Bart. *in l. ex quacunq; 2. in 1 lect. col. 2. & ibi etiam Alex. in 2. col. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* per tex. & ibi Bald. *in d. l ſi quis ex conſenſu. 7. C. de Epiſcop. aud.* & Ludou. Roman. *in conſ. 48.* Inducitur † etiam tacita proro- 17 gatio per reconuentionē, quod poteſt intelligi duplici modo, ſcilicet ex parte reconuenientis, & ex parte reconuenti. De primo eſt exemplum: vt ſi tu conuenis me coram iudice incompetenti, ego qui ſum reus, poſſem declinare eius iuriſdictionem, ſi vellem; ſi tamen non declino, ſed ſtatim reconuenio te coram eodem iudice, ex hoc ipſo videor in iudicem conſentire, & ſic non poſſum declinare ipſum vlterius in prima cauſa reconuentionis. Ita habetur per Matt. *in decif. 27. conſ. Neap.* de ſecundo eſt exemplum, vt ſi tu es clericus, vel alius non ſubditus, & conuenis me corā iudice meo ſeculari, poſſum te coram eodem reconuenire, per quam reconuentionem tu reconuentus prorogas iuriſdictionem illius iudicis ex neceſſitate iuris, ita tenet Bal. *in auth. & conſequenter.* quæ eſt ex Nouell. Conſt. 90. *cap. 2. col. 2. in prin. ibi, nam reconuentio, &c. C. de ſent.* & Spec. *in tit. de comp. iud. adi. in prin. verſ 9.* probatum eſt etiam per *l. ſi idem cū eo. 11. §. quod ſi mutuæ.* (alias.) *ſed & ſi mutuæ. ff. de iuriſd. omn. iud* & dixi plene ſupra in 7. diſt. prin. LIMITA † viciſſim hic primo hanc materiam prorogationis procedere, quando prorogatur talis iu- 18 riſdictio, qualem habet ille iudex prorogatus in ſuos ſubditos; quia tunc valet prorogatio, vt ſupra dixi. Secus eſt, quando illam iuriſdictionem non haberet. Exemplum, ſi eſt aliquis iudex maleficiorum deputatus, ad cognoſcendum ſolum de cauſis criminalibus, modo duo forenſes vellent coram eo litigare in cauſa ciuili, certe non valet prorogatio, quia ta'em iuriſdictionem cauſarum ciuilium non habet iudex ille, in ſuos ſubditos, & illud quod

quod non eſt prorogari non poteſt, ita per plura tenet Iaſ. *in l. ſi per errorem. 13. col. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.* Pro hoc eſt tex. *in l. ſolemus. 61. §. latrunculator. 1 ff. de iudic.* Idem econtra, quando eſſet iudex cauſarum ciuilium, & prorogatio fieret de cauſa criminali; quia non valet, ſecundum Bald. *in l. 1. colum final. C. de iuriſd. omn. iudi.* idem dicimus in omnibus ſimilibus iudicibus, habentibus iuriſdictionem limitatam ad certam ſpeciem cauſarum, vt non poſſit fieri prorogatio ad aliam ſpeciem, vt tradit plene Iaſ. *in d. l. per errorem. 13. col. 1.* vbi multos allegat, & habetur per Abb. *in c. P. & G. 40. de off. delegat.* adde
19 Bald. *in l. teſtamenta. C. de teſtam.* † Secundo LIMITA hanc materiam non procedere, quoad executionem ſententiæ; quia licet iudex prorogatus poſſit procedere, & ſententiare; non tamen poteſt ſuã ſententiam exequi, ſed executio debet fieri per ordinarium competentem, tex. eſt *in l. Epiſcopale. 8. C. de Epiſ. aud.* per quem tex. ita dicit Alex. *in l. cum quadam. 19 in pen. not. & ibi etiam Iaſ. in 4. not. ff de iur. om.*
20 *iud.* † Tertio LIMITA non procedere in iudice delegato; quia eius iuriſdictio prorogari non poteſt, text. eſt *in d. c. P & G. 40. de off. deleg* quod quomodo, & quando procedat, vide omnino ibi Abb. & Doct. Sed de tempore ad tempus poteſt prorogari iuriſdictio delegati, *c. de cauſis. 4. & ibi Felin. in 1. not. de offic. deleg.* ADDITIO. Concludendum eſt, quod iuriſdictio delegati prorogari poteſt de tempore ad tempus, *l. conſenſiſſe. 2. § ſi & iudex. 2. ff. de iudi* Item, poteſt prorogari de re ad rem *l. de quare. 74. § quod ſi is. 1. ff eo. l. titu.* Item poteſt prorogari de loco ad locum, *c. ſtatutum 11. §. in nullo. extra de reſcript. in 6.* ſed de perſona ad perſonam non poteſt fieri prorogatio, *d. c. P. & G. 40. de off. deleg.* & quæ ſit ratio, vide plene per Iaco. de S. Georg. *in l. ſi ſe. 1. ff. de iud. numer. 24.* vbi dicit, quod nec iure canonico, nec iure ciuili poteſt prorogari iuriſdictio de-
21 legati de perſona ad perſonam. *Petr. Foller.* † Quarto, LIMITA non procedere, quando interuenerit error in prorogatione; quia error impedit eam fieri, *l ſi per errorem. 15. & ibi Bartol. & Doctor. ff. de iur. omn. iudi.* Quod tamen reſtringe procedere in eo iudice; quia erat penitus incompetens de iure communi: ſecus ſi erat competens de iure communi; & tamen poterat aliquo priuilegio exemptionis declinari; quia ſi fuit prorogatus etiam per errorem, valet prorogatio, ita tenet Bar. *in rep. l ex quacunque 2. colum. 4 ff. ſi quis in ius voc. non ier.* pro hoc eſt gloſſ. *in l. conſenſiſſe. 2. §. conuenire 1. verſic. conſenſus. ff. de iud.* vbi ponit exemplum de ſcholari, & te-
22 net Iaſ. *in d. l. ſi per errorem. 15. colum. 3.* † Quinto LIMITA non procedere in cauſa appellationis: quia in ea non habet locum prorogatio; quoniam appellatio debet fieri gradatim; vnde non poteſt fieri ad iudicem incompetentem, de conſenſu partium, ita tenet Bald *in titu. de pace Conſtantiæ, in 13 colum. in fin. ſuper verſicul. ſecundum mores, leges, &c.* & ſequitur Felin. *in d. c. P. & G. 40. colum. 4. de off. deleg. verſicu. item nota.* & Specul. *in titu. de appel. §. nunc tractemus, verſic. quid ſi de facto.* & Alexand. *in d. l. conſenſiſſe 2 in princ in addit. ad Bartol. ff. de iudi.* † Sexto, LIMITA non procedere, quoad iuriſdictionem conceſſam à Deo, prout eſt excommunicare, vel abſol- 23
uere: quia talis iuriſdictio prorogari non poteſt, ſecundum Bald. *in d l. ſi quis ex conſenſu. 7. in §. verbis. C. de Epiſ. aud.* & Alex *in d. l. conſenſiſſe. 2. ff. de iudi* in addition quæ incipit, *ſed vtrum. in fin.* † An autem 24
clericus poſſit prorogare iuriſdictionem alterius Epiſcopi, ſine conſenſu ſui Epiſcopi? Dic, quod non, ſed requiritur conſenſus proprii Epiſcopi, tex. eſt *in c. ſignificaſti. 18. & ibi Abb. & Doct. de for. compet.* quod intelligitur, quando vellet expreſſe prorogare, ſed contrahendo vel delinquendo, poteſt iuriſdictionem alterius prorogare abſque conſenſu proprii Epiſcopi, per *c Romana. 1 §. contrah. 3. de for cõp. lib. 6.* ita tenet Alex. in add. ad Bar. *in l. ſi ſe. 1. ff. de iud. in add. quæ incipit: adde, &c.* & prædictis adde Spec. *in titu. de comp. iud adi. in prin. col. 9 ver. in clericis.* † Vltimo quæritur generaliter, quid de laicis ſubditis dominis ſuis temporalibus, puta Regi, vel Baroni, an poſſint prorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis, ſine conſenſu ſui domini, & ſi prorogant, an poſſit dominus reuocare eos, ne litigent coram alio iudice? iſtam quæſtionem tangit Bart. *in l. hoc edicto. 1. §. & poſt operis. 9 in fi & ibi communiter Doct. ff. de oper no. nun* & gloſſ & Doct. *in c imperialem. 55. § præterea ſi inter duos. fin. de prohib. feu. alie. per Frede.* & Abb *in c. cæterum. 5 de iudic.* & Bald. *in l. decernimus. 16. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l ſi quis in conſcribendo. 51. in 4. not. C. de Epiſcop. & cleri* Bald. *in c. 1. colum. 2. in fin. de inueſt. in mari fact.* & breuiter iſta eſt magis communis concluſio. Nam quidam ſunt vaſalli ſubditi dominis ratione feudi, quod tenent ab eis, & iſti nullo modo poſſunt prorogare iuriſdictionẽ alterius iudicis ſine conſenſu dominorum ſuorum, & ſi de facto prorogarent, poſſent domini reuocare prorogationẽ, & impedire eos litigare; quia de facili poſſet fieri colluſio, & priuare dominos ſua proprietate, vel iuriſdictione, quam habent reſpectu feudi. Quidam ſunt vaſalli ſubditi, non ratione feudi, ſed ratione perſonæ, prout ſunt omnes Burgenſes, qui recognoſcunt dominos ſuos ratione perſonæ, quam habent ſubiectam, non tamen tenent aliquod feudum, & iſti poſſunt prorogare ſine conſenſu dominorum, per text. *in l. ſi ſe. 1 ff. de iud.* ita tenet Andr. de Iſern. *in d. c. imperialem. 55. § præterea ſi inter duos. fin. colum. 3. in princ.* ſequitur ibi Aluar. *in 3. colum.* & hoc videtur ſentire Bartol. ſi bene ponderetur *in d. §. & poſt operis. 9. in fine* & Bartol. *in d. l. 1. col. 1 ff. de iud.* Prædictam † tamen concluſionem LIMITA, niſi iu- 26
riſdictio eſſet per Principem reſeruata; quia tunc, non poteſt fieri prorogatio etiam per Burgenſem, ita tenet Bal. *in d. §. præterea ſi inter duos fin. colum. penult. verſ. in contrarium.* vbi ſequitur Aluar. *in 3. col.* Ex

X 3 hoc

hoc infero, quod cum hodie omnes Barones regni, vt plurimum habeant priuilegia primarum & ſecũdarum cauſarum, & ſic eſt eis reſeruata iuriſdictio ſuper vaſallis ſuis Burgenſibus, per Regem, qui eſt Princeps, & Monarcha in regno; quia nõ recognoſcit ſuperiorem, vt not. Andr. de Iſern. *in c. quia. 1. verſic. Regis de his qui feudum dar. poſ. & in proœm. conſt. colum. 1.* per hoc dico, quod non poſſent vaſalli alicuius Baronis, habentis tale priuilegium, prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, ſiue conſenſu Baronis, propter dictam reſeruationem, & ita videamus quotidie ſeruari in regno; quia quando eſſet facta prorogatio, quocunque ſolent Barones reuocare ſubditos prorogantes, ad ſuam iuriſdictionem. *Rob. Mar. Venuſ. V. I. D.*

## IVDICIORVM XIII. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud temporale, & aliud ſpirituale.*
2 *Iudex ſecularis, non poteſt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus.*
3 *Iudex ſecularis cognoſcere poteſt de cauſis ſpiritualibus, ſi conſtet per confeſſionem partis.*
4 *Cauſæ ſpirituales ſunt ciuiles & criminales, & quæ dicantur, num. 5. 6. 7. cum ſeq.*
5 *Poſſeſſorium beneficii, quando dicatur cauſa ſpiritualis, & an poſſit talis quæſtio coram iudice laico ventilari.*
6 *Titulum ſuæ poſſeſſionis, ſeu beneficii, an & quando cogatur quis oſtendere.*
8 *Cauſæ ſpiritualibus annexæ, quæ dicantur.*
9 *Libellus an requiratur in cauſis ſpiritualibus.*
10 *Papa, an poſſit laico delegare cauſas mere ſpirituales.*
11 *Compromiſſum, an fieri poſſit de cauſis ſpiritualibus.*

TERTIADECIMA principalis diſtinctio iudi-
1 ciorum eſt; † quia iudicium aliud eſt temporale, & aliud ſpirituale, & iſta eſt noua diſtinctio, ab vndecima præcedenti, quia ibi fuit diſtinctum iudicium ſeculare ab Eccleſiaſtico, hic autem diſtinguitur iudicium temporale à ſpirituali, ibi fit differentia inter duas curias ſcilicet, Eccleſiaſticam, & Secularem; hic fit differentia de eo, quod vtrinque poteſt accidere in curia eccleſiaſtica; nam iudicium temporale dicitur, vbi agitatur de aliqua re temporali, puta de fundo, equo, pecunia, & ſimili, cuius rei eſt capax laicus: & hoc iudicium poteſt eſſe ſeculare, & eccleſiaſticum. Iudicium ſpirituale eſt, vbicunque agitur de aliqua re ſpirituali, vel annexa ſpirituali, & iſtud non poteſt fieri, niſi in curia eccleſiaſtica, ſecundum Bart. *in l. Titia. 34. ff. ſolut. matr. & in l. quoties. 3. C. de iudic. & in l. cui. 2. ff. de iuriſd. omnium iud.* & Abb. *in c. tuam 3. de ordin. cognit. & in c. lator. 5. qui filii ſint legit.* ADDITIO. Iudex enim † ſecularis, vt ex dictis Auctoris, perpenditur, eſt incapax in cognoſcendo de cauſis ſpiritualibus, procedit etiam ſi eſſent incidenter coram iudice laico; quia deberent remitti ad eccleſiaſticum *d. c. tuam 18. de ordin. cognit.* Sed intellige, quando quæſtio eſt ſuper iure, videlicet an matrimonium teneat, vel non: ſecus, ſi quæſtio eſt facti, quia ſecularis eſt capax, ſecundum Bar. *in d. l. cui iuriſdictio. 2. col. verſ. iuxta prædicta quomodo. ff. de iur. om. iud. & in l. omni. 6. C. de ſacroſan. eccl.* & per Doct. *in d. l. Titia 34. ff. ſolut. matr.* dixi plene ſupra in 11. diſtinct. *num. 8.* 2

[Contrarium eius, quod ex Bartolo in hac additione aſſerit Follerius, tradit Fachineus *lib. 1. controuerſ. iur. cap. 44.* ex Baldo, Imola, & Lapo, Iudicem videlicet ſecularem de cauſa ſpirituali, etiam quoad ea, quæ in facto conſiſtunt: cognoſcere, & iudicare non poſſe. Et ſic nec de eo, an matrimonium fuerit contractum; vel contractus ita fuerit celebratus, & ſimilibus, allegat *c. ſi Iudex laicus de ſent. excom. lib. 6.* Et hanc inſuper aſſignat rationem, ſi Iudex laicus de quæſtione facti cognoſceret, & Iudex eccleſiaſticus de quæſtione iuris, id nihil aliud fore, quam vnius cauſæ continentiam diuidere, contra *l. nulli C. de iudic.* & diuerſis proceſſibus intricare negotium.]

Et † licet, vt dixi, iudex ſecularis non poſſit nec principaliter, nec incidenter cognoſcere de cauſa 3 ſpirituali; tamen quando cognoſcitur per confeſſionem partis, poteſt ſecularis cognoſcere, licet cauſa ſit ſpiritualis, ſecundum Bald. ſingulariter *in l. quoties. 3. colum. 2. verſic. ſed nunquid. C. de iudi.* & Specul. *in titul. de reconuent.* Lanfranc *in c. quoniam contra. 11. verſicul. confeſſiones colum. 6. de probat.* & ſi eo caſu non tenetur remittere; quia id, quod dicitur, quod cauſa ſpiritualis incidens coram ſeculari debet remitti ad eccleſiaſticum, procedit, quando ſumus in iudicio contradictorio; at ſecus in voluntario. *Petr. Foller. V. I. D.* Super hoc tamen † eſt 4 ſciendum, quod cauſæ ſpirituales ſunt ciuiles & criminales, & appellatione cauſarum ciuilium comprehenduntur etiam ſpirituales, ſecundum Card. *in Clem. 1. in 4. col. in ſ. quaſi. de offic. deleg.* Cauſæ ſpirituales ciuiles poſſunt multipliciter exemplificari. Primo, vbi agitur de aliquo iure incorporali, puta de donis DEI, & ſacramentis eccleſiæ. Item, de officio, & adminiſtratione eccleſiæ. Item, de aliqua præbenda, dignitate, perſonatu, ſeu canonicatu, vel decima. Item de veſtibus, & aliis ornamentis eccleſiæ, prout hæc omnia habentur per Abb. & Ioan. de Anan. *in c. conſulere. 38. de ſimo. & in c. ad aures 24. & c. ad noſtram. 21. eod. titul.* Similiter, vbi agitur de matrimonio, vel legitimatione prolis, vt *d. c. tuam. & d. c. lator.* Et generaliter, vbicunque agitur de beneficio eccleſiaſtico, & de omnibus illis, quæ habentur in *Clem. diſpendioſam 2. de iud. & in d. c. literas. 2. & ibi Abb. de iur. calum.* LIMITA tamen id, † quod 5 dixi

dixi de beneficio eccleſiaſtico, vt procedat, quando ageretur petitorio, ſecus ſi agitur poſſeſſorio ſuper aliquo beneficio eccleſiaſtico, puta ad recuperandam poſſeſſionem beneficii; quia iſta cauſa non dicitur ſpiritualis, ſed temporalis, vt not. gloſſ. & Abb. *in penult. colum. in c. cum dilectus. 32. de elect.* & gloſſ. & Abb. *in c. literas 7. de iuram. calum.* & Card. *in d. Clement. diſpendioſam. 2. in 10. q. in fin. de iud.* vbi infertur, quod tunc agens non tenetur oſtendere titulum beneficii, licet quando agit petitorio, ſecus, de cuius dicti veritate, an poſſeſſorium beneficii, dicatur cauſa ſpiritualis; & an poſſit talis quæſtio ventilari coram iudice laico, vide plene per Abb. *in d. c. literas. 7. colum. 2. & 3.* ADDITIO. Vide quæ dixi ſupra *in 11. diſtin num. 48.* Petr. Foller. V. I. D.
6 In eo autem, † quod dixi clericum agentem poſſeſſorio, non debere probare titulum beneficii, adde, quod licet alias regulariter nemo compellatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, *l. cogi 11. C. de pet. hæred.* tamen fallit, quando agitur contra clericum poſſeſſorem beneficii; quia ſemper tenetur ad inſtantiam iudicis interrogantis oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſecundum Bald. *in l. ceſſante. 2. C. quomodo & quand. iud. & in l. cogi 11. colum 2.* & Bald. *in l. ſiue. 16. C de prob.* Sed ad inſtantiam partis non cogitur, ſecundum Bald *in l. ciuile 5. C. de fur.* Item minime cogitur clericus, etiam per iudicem, quando per longum tempus ſterit in poſſeſſione beneficii, puta per decem annos, concurrente fama, ſecundum Innoc *in c. illud. 11. & ibi Abb. colum. 4. de præſump* & Bald. *in d. l. ſiue. 16. C de probatio.* ADDITIO. Adde regulam Cancel *ſub numer. 33.* & ibi late dicta per Dom Lud. Gom. & vide Rotam *in deciſ 467 in antiquis.* & vide Capi. *in deciſ 6. in cauſa mota.* vbi quærit, an rector ſeu beneficiatus agens contra debitores ſuos teneatur ad petitionem eorum oſtendere titulum. *Petr. Foller. V. I. D.*
7 CAVSÆ † CRIMINALES SPIRITVALES poſſunt dici, quando agitur de criminibus eccleſiaſticis, vt de hæreſi, ſimonia, ſchiſmate, apoſtaſia, ſortilegiis, & de aliis ſimilibus, de quibus habetur in quinto libro decretaliũ. puta de vſuris, & aliis ſimilibus, non tamen de omnibus quæ habentur ibi; quia ibi ponuntur aliqui tituli continentes crimina ſecularia, prout eſt titulus de furtis, de homicid. & aliis. Iſtæ autem cauſæ poſſunt magis congruenter appellari cauſæ criminales eccleſiaſt. quam cauſæ ſpirituales, quia regulariter cauſæ ſpirituales includuntur ſub appellatione cauſarum ciuilium; ergo de ſtricta ſignificatione, non poſſent dici crimiuales ſpirituales, per ea, quæ ſupra dixi, per dom. Cardi. *in Clemen 1.*
8 *in 5. quæſtio. de offic delegat.* Spiritualibus autem † annexæ dicuntur cauſæ iuris patronatus eccleſiæ, vt eſt text & ibi per Dd. *in c. quanto 3. de iudic.* vbi probatur, quod idem iudicatur de iſtis, quod de mere ſpiritualibus, & habetur per Ioan de Anan. *in d. c.*
9 *conſuluere. 38. de ſimonia* An † autem in cauſis ſpiritualibus requiratur libellus? Speculat. *in tit. de libel. concept. §. nunc dicendum. verſicul. 23. in fin.* tenet quod non, ſed Ioan. Andr. ibi in addit. reſtringit dictum Specul. ad caſus poſitos in *Clem. diſpendioſam. 2 de iud.* Et quid ſi agitur de iuramento appoſito in contractu ſimulato, an dicatur cauſa ſpiritualis? vide Bald. tenentem, quod non, *l. ſi tempore. 1. C. de oper. libert.* Robert Maran. V. I. D. ADDITIO.
Nunquid † Papa poſſit laico delegare cauſas mere 10
ſpirituales criminales & ciuiles? & videtur, quod ſic, vt *63. diſt. c. Hadrianus & c in Synodo, & c. decernimus. 2. extr. de iud. & c. bene quidem. 67. diſtinct.* & voluit expreſſe dom. Ant. de Roſ. *in tract. de poteſt. Imperat. & Papæ. verſic. ex hoc etiam deciditur.* † Nunquid 11
de cauſa ſpirituali poſſet fieri compromiſſum? Hoſtien. *in c. ex literis. 1. de conſang. & affin.* tenet, quod non poteſt fieri compromiſſum ſuper illa cauſa ſpirituali, ſed de fructibus, expenſis, & aliis cõtingentib. cauſam ſpiritualem, bene poteſt fieri compromiſſum, & de veritate vide Lanfr. *in tract. de arb in 4. parte.* & ſic etiam de tranſactionibus dicendum eſt. *Petr. Foller. V I. D.*

## IVDICIORVM XIV. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud iuriſdictionale, & aliud arbitrarium.*
2 *Arbitrarii tres dicuntur eſſe ſpecies, & quæ ſint.*
3 *Arbitramentum, eſt quædam tranſactio.*
4 *Compromiſſum poteſt fieri per procuratorem ſine ſpeciali mandato, ſtante ſtatuto, quod cauſæ compromittantur. Idem in tutore.*
5 *Prælatus an poſſit compromittere ſuper rebus eccleſiæ.*
6 *Clauſula compromiſſi;* quod procedatur de iure & de facto; *quid importet.*
7 *Compromiſſum nunquam valet, niſi ex die, quo arbitri illud acceptauerunt.*
8 *Compromiſſo ſi quis lædatur, poteſt intentare remedium* l. 2 C. de reſcin. ven *etiam arbitramentum homologaſſet.*

QVARTADECIMA diſtinctio iudiciorum eſt; quia iudicium † aliud eſt iuriſdictionale, & aliud arbitrarium, id eſt, coram arbitrio. Iuriſdi- 1
ctionale eſt illud, quod agitatur coram iudice, habente iuriſdictionem, ſiue ſit iudex ordinarius, ſiue delegatus. Iudicium arbitrarium, dicitur illud, quod ventilatur coram arbitro Et quia iſta materia eſt plenius tractata in diuerſis locis, maxime per Speculat. *in titul. de arbitro, per totum.* & per Lud Roman. *in repet. rubr de arbitr.* per Bart. *in l. ſi ſocietatem 76.* (alias, *ſocietatem*) *§. arbitrorum. 1. ff. pro ſocio.* Ideo non eſt opus hic tractare materiam arbitrorum, ſed remitto me ad dicta in locis prææallegatis,

legatis, & maxime, quo ad materiam huius diſtinctionis, ſcilicet in quibus differat iudicium iudicis, à iudicio arbitri, ponit plene Spec. *in d. tit. de arbitr. §. differt. per totum.* SED pro aliquali introductione, VIDEAMVS VNAM tantum QVÆSTIONEM, ſcilicet: QVOT SVNT GENERA ARBITRORVM.
2 RVM. Et breuiter † arbitrorum TRES reperiuntur eſſe SPECIES principales in iure. Quidam dicitur arbiter ſimpliciter, quidam dicitur arbitrator, & quidam dicitur arbiter iuris. Arbiter ſimpliciter dicitur ille, qui de partium conſenſu eligitur, & in eum ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur, ſecundum Spec *in tit. de arbitr. §. 1 in princ.* Arbiter enim æquiparatur iudici, & quoad proceſſum, tenetur ſeruare iuris ordinem, licet compromiſſum ſit quidam contractus, *l compromiſſum 1. & ibi Bald. ff. de arbitr.* & Spec. *in d §. 1. verſic. & eſt etiam, &c.* Arbitrator vero, eſt quidam amicabilis compoſitor, qui habet dirimere, & diuidere litem de facto potius, quam de iure, & ſine aliquo iuris ordine, vt habetur per Spec. *in d. §. 1 in verſ. arbitrator.* & de hac materia tractatur per Bart & Doct *in l. ſi quis arbitratu. 43. ff. de verb. oblig. & in d l ſi ſocietate. 76* (alias) *ſocietatem §. arbitrorum 1. ff pro ſoc.* & per Abb. *in c. Quintauallis. 23. de iureiur.* Eſt iſtud † arbitramentum dicitur quædam tranſactio, ſecundum Bar. *in d. l. ſi quis arbitratu. 43 ff. de verb. obl.* & Alex. *in conſil. 82. in fin. in 1. vol.* quod qualiter intelligatur, vide Phil. Dec. *in conſ 60. col. 3* Et hanc differentiam inter arbitrum, & arbitratorem, ponit etiam Bar. *in d § arbitrorum. verſ. 1. quæro quæ ſit differentia, &c* Arbiter iuris dicitur is, qui eligitur ex neceſſitate ſtatuti, & quando iudex allegatur ſuſpectus, debent eligi arbitri ad cognoſcendum de ſuſpicione ex neceſſitate iuris, *l. cum ſpecialis fin. & ibi Bart. & Doct. C. de iud* & habetur *in c. ſuſpicionis 39. de off. deleg. & c. ab arbitris 11. de off. deleg lib 6.* Similiter, quando extaret ſtatutum, quod cauſæ compromittantur inter coniunctos, tales arbitri, dicuntur iuris arbitri, ſecundum Abb. *in c. cum dilectus. 6 col. 7. de arb.* Et an coram iſtis arbitris habet locum reconuentio, & quam iuriſdictionem habeant, ordinariam ſcilicet, vel delegatam, dixi plene ſupra, *in 6. diſt. principali, verſic 2. quæro an coram arbitro.* Et quia iſti arbitri eliguntur de neceſ-
4 ſitate † legis, vel ſtatuti, & non ex propria voluntate partium, infertur, quod licet alias procurator non poſſit compromittere, nec tr nſigere ſine ſpeciali mandato, per text. *in c per tuas 9. & ibi Abb. in 1. not. de arb.* & Phil. Dec. *in conſ. 60. col. 1. in prin* & Socin. *in conſ. 18. col. 15. verſic. & ad compromittendum, &c. in 1. vol.* tamē ſtante ſtatuto, vel lege, quod cauſa compromittatur, poteſt compromittere, etiam ſine ſpeciali mādato, vt not. Alex. & communiter Mod. *in l. ſi plures. 9. ff. de pact.* vbi loquitur de tutore, qui poteſt compromittere in arbitriū iuris, & vide ad materiam do. *in l. præſes. 12. C. de tranſact.* An † autem
5 Prælatus poſſit compromittere ſuper rebus eccleſiæ, vide plene Alex. *in conſ. 32. in 2. vol* & Soc *in conſil. 18. col. 14. in 1. vol.* Lud. Rom. *in conſ. 369. col. 4. in fi 1. verſic. tertia ratio, & c.* & Petr. Phil. Corn. *in conſ 57. in litera A. & litera P. in 3. vol.*

[Item an clericus compromittere poſſit in arbitrum laicum, & arbitri ſententia hoc caſu valeat, vide Gail. *lib. 1. obſ. 37. num 1. & obſ. 38. in fin* ]

Et an tale compromiſſum transeat in ſucceſſorem, vide Fel. *in c. præſentata 50. col. 1. de teſtib.* Quid autem important † illa verba, quæ communiter 6 ſolent apponi in compromiſſis, ſ. vt procedat, & iudicet de iure, & de facto, & c Dico, quod per huiuſmodi clauſulam non poteſt arbiter lædere aliquam partium contra naturalem æquitatem, ſed ſolum importat quod non teneatur ſeruare iuris ſolennitates, ſed quod procedat manu regia, ſecundum ius gentium debet tamen ſeruare iuſtitiam in non lædendo aliquam partem, ita tenet Pet. Phil. Corn. *in conſ. 114. col 2 in fi. in 2 vol.* & Bal. *in l. ſiue tota res. 1. ff. de euict.* ſi vero dicatur de iure tātum, operatur vt ſententia lata contra ius, ſit ipſo iure nulla; quia exceſſit formam compromiſſi, ſecundum Bart. *in l. diem proferre. 27. §. ſtari. 2 ff. de arb.* Vnum tamen ſcias in hac materia, † quod compromiſſum nunquam incipit valere, niſi ex die, quo arbitri illud acceptauerunt, & ante acceptationem non currit terminus præfixus compromiſſo. Ita tenet Bald. per illum tex. *in l.* (alias) *§. ſi cum dies. 5. legis, quid tamen. 21. in fi. princ. ff. de arbitr.* Alex. *in conſil 34. col fin. verſic. ex quibus. in 1. volum.* Vltimo, ſuper hac materia adde vnum pulcherrimum dictum, † quod vbicunq; quis ex arbitramento eſſet læſus vltra dimidiā iuſti pretii, poteſt intentare remediū *l. 2. C. de reſcind. vend.* etiamſi laudū & arbitramentū homologaſſet & approbaſſet, ita tenet Phil. Dec. *in conſ. 60 col 3.* vbi arguit de compromiſſo ad tranſactionem; & nota hoc; quia quilibet prima facie reſponderet in contrarium. Et ad materiam huius diſtinct. adde quæ dicam infra *in vlt. parte, in tract. de appellatione, in 4 q. pr verſic 8. limita, & c in 1. quæſt in verſ. reductio* Rob Mar. V. I. D. 8

IVDICIORVM XV. DISTINCTIO.

SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud delegatum, aliud ſubdelegatum.*

QVINTADECIMA diſtinctio iudiciorum eſt; quia † iudicium aliud delegatum, aliud ſubdelegatum. Delegatum eſt illud, quod ventilatur coram iudice delegato de qua materia dixi plene ſupra *in 5 diſt.* Subdelegatum vero eſt illud, quod agitatur coram iudice ſubdelegato, id eſt, coram eo, qui fuit delegatus à delegato, de qua materia habetur plene *in l. à iudice 5. C. de iudic.* & ibi per moderniores, & per Alexand. *in l. quæcunque. 1. ff de offic. eius* & per Canoniſt. *in c. venerabili 37. de offic. deleg. & in l. in cauſarum. vnic. C. qui pro ſua iuriſdict.* 1

Et

Et quia hanc materiam plenius attigi ſupra *in dicta quinta diſtinctione*; ideo hic aliter non inſiſto, vnde deuenio ad decimamſextam diſtinctionem.

## Ivdiciorvm XVI. Distinctio.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud validum, & aliud inualidum, ſeu nullum.*

2 *Iudicium quot modis poſſit dici nullum, & numer. 3. cum ſeq. vſque ad fin.*

3 *Iudicium quando ex defectu iudicis ſit inualidum.*

4 *Proceſſus factus à iudice recuſato, eſt ipſo iure nullus.*

5 Clauſula; quod ſi nō omnes, &c. *in reſcripto apposita, quid importet.*

6 *Cauſa pluribus commiſſa cum clauſula, vt omnes, vel vnus procedere poſſit, is qui incipit procedere, debet finire, alias alii nulliter procedunt.*

7 *Exceptio nullitatis ex defectu iudicis cauſata, ſemper poteſt opponi, etiam ſtante ſtatuto, ne contra ſententiam vlla opponatur exceptio.*

8 *Delegato procedente ante præſentationem reſcripti delegatorii, proceſſus eſt nullus parte opponente.*

9 *Proceſſus in contumaciam factus, ante nuntii relationem, eſt ipſo iure nullus.*

10 *Citatio omiſſa, reddit actum iudicii ipſo iure nullum.*

11 *Statutum inducere non poteſt, vt feratur ſententia contra abſentem non citatum.*

12 *Citatio an poſſit omitti à principe.*

13 *Citationis defectus, qualiter opponatur.*

14 *Citatus præſumitur, qui longe aberat, & deinde in iudicio reperitur.*

15 *Sentētia lata pro parte præſente, non citata, an valeat.*

16 *Iudicium & ſententia, nulla ſunt, cum iudex ad prolationem ſententiæ magna celeritate, ſine examinatione proceſſus, & cauſæ cognitione procedit.*

17 *Cauſæ cognitionis effectus.*

18 *Sententia an præſumatur lata cum cauſæ cognitione.*

19 *Procurator falſus, vel ſubſtitutus, à non habente poteſtatem, facit iudicium cum eo agitatum eſſe nullum.*

20 *Exceptio falſi procuratoris apponi poteſt ante & poſt ſententiam, ad annullandum iudicium,*

21 *Falſus procurator quis dicatur.*

22 *Nullitas iudicii agitati cum falſo procuratore, poteſt vſque ad mille annos opponi, & qualiter hæc nullitas opponatur, & numer. 23. 24. 25. 26. & 27.*

28 *Procurator habens poteſtatem ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere, ante litem conteſtatam, niſi hoc in mandato expreſſum ſit.*

29 *Maritus agens, vt procurator vxoris, nullum habens mandatum, facit iudicium eſſe nullum, licet vt legitimus adminiſtrator, agere potuiſſet.*

30 *Filiusfamilias agens, vel conuentus in iudicio ſine conſenſu patris, facit iudicium eſſe nullum, & poteſt opponi tam ante, quam poſt ſententiam.*

31 *Filiusfamilias, vbi non requiritur vſusfructus patri, libere poteſt agere.*

32 *Filiofamilias minori dandus eſt curator.*

33 *Filiusfamilias ſi agit in aduentitiis ſine conſenſu patris & obtinet, iudicium eſt validum.*

34 *Pater citatus vt præſtet aſſenſum, ſi non compareat, an iudicium ſit nullum?*

35 *Filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio, tanquam procurator alterius.*

36 *Filiusfamilias litigare poteſt ſuper ſpirituali negotio.*

37 *Statutum, quod mulier contrahere non poſſit ſine propinquorum conſenſu, non comprehendit mulierem alieno nomine contrahentem.*

38 *Contractus mulieris in regno Siciliæ contrahentis alieno nomine, valet ſine mundualdo.*

39 *Mundualdus an requiratur, cum mulier contrahit.*

40 *Inſtantia perempta, poteſt iudex ferre abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, & actorem condemnare in expenſis.*

41 *Inſtantia an pereat de iure canonico.*

42 *Iudicium geſtum cum procuratore excommunicato, an valeat*

43 *Pupillus litigans in iudicio ſine tutore, facit iudicium ipſo iure nullum, & quando tutorem non habet, eius conſanguinei citari debent.*

44 *Sententia lata in fauorem pupilli, valet ſine tutore: quando pupillus eſt maior infante, alias ſecus, & num. 50 eiuſque ratio. nu. 45.*

46 *Alienatio rei Eccleſiæ ſine ſolennitate valet, quando tendit in fauorem Eccleſiæ.*

47 *Minor quando poſſit ſtare in iudicio.*

48 *Statutum requirens conſenſum propinquorum in cōtractu mulierum, intelligitur de contractibus damnoſis, non autem vtilibus.*

49 *Mundualdus non requiritur, quando mulier facit contractum ſibi vtilem.*

51 *Iudicium agitatum ſine conſenſu patris, cum filiofam. tendens in eius fauorem, valet, etiam ſi ſit minor.*

52 *Tutor non faciens ſolennia, litigans pupilli nomine, facit iudicium eſſe nullum, & quæ dicantur iſta ſolennia & qualiter practicatur in regno.*

53 *Teſtator, ſi in teſtamento dat poteſtatem tutori, vt poſſit propria auctoritate adminiſtrare; non requiritur inuentarium.*

54 *Tutor non poteſt facere procuratorem, ante litem cōteſtatam, ſed actorem, cum decreto iudicis, alias non valet iudicium.*

55 *Procurator qui litem conteſtatus fuit in cauſa, in ſingulis actibus citari debet, alias ſi citetur dominus, non valent acta, niſi procurator eſſet impeditus,*

56 *Curator ad litem pupillo qualiter dari debeat, vt iudicium valeat.*

57 *Curator ad litem an debeat cauere, & alia facere.*

58 *Auocata cauſa per ſuperiorē ab ordinario, vel alii delegato, ordinarius cenſetur priuatus iuriſdictione.*

59 *Mortuo delegato, cauſa nō reuertitur ad ordinarium, ſed ad principem delegantem.*

60 *Cauſam cœptam coram ordinario, non poteſt inferior à Principe ad ſe aduocare.*
61 *Proceſſus factus contra eiectos è ciuitate in contumaciam, non valet.*
62 *Libellus ineptus, in criminali, reddit iudicium nullũ.*
63 *Libellus continens indeterminatum locum, valet, & in probationibus ſuppleri poteſt.*
64 *Libellus non continens nomen accuſati, vel occiſi, an procedat.*
65 *Libellus criminalis, an diem commiſſi criminis continere debeat. & an teneatur accuſator illum ad inſtantiam rei declarare.*
66 *Proceſſus factus contra eum, qui iniuit iter ad Papam, eſt nullus.*
67 *Sententia lata de conſilio iuriſperiti, non valet, cum lectum eſt ſolum conſilium, & nulla ſcribitur ſententia poſt conſilium.*
68 *Dilatione pendẽte, iudiciũ factum, eſt ipſo iure nullũ.*
69 *Dilatione pendente, quando conquieſcat officium iudicis, & num. 70.*
71 *Sententia lata pendente impedimento allegato, an valeat.*
72 *Iudicium agitatum contra mortuũ, eſt ipſo iure nullum, licet per viuum defendatur.*
73 *Iudicium nullum dicitur, quando factum eſt per delegatum, impetratum per literas ſurreptitias, vel quando delegatus non ſeruauit formam reſcripti delegatorii.*
74 *Sententia in qua error iuris eſt expreſſus, reddit iudicium nullum.*
75 *Decretum iniuſtum contra ius litigatoris, eſt ipſo iure nullum, quod ſecus eſt in ſententia.*
76 *Ingrediens poſſeſſionem ex decreto iniuſto, punitur de vi turbatiua.*
77 *Hæreticus iudex facit iudicium & proceſſum nullum.*
78 *Vſuras non eſſe peccatum dicens, cenſetur hæreticus.*
79 *Filiusfamilias ſi conuentus ſit in iudicio criminali, etiam conſenſu patris, non valet iudicium, cum eſt minor.*
80 *Minor ſine curatore in iudicio criminali eſſe nõ poteſt.*
81 *Iudicium agitatum die feriato, eſt nullum*
82 *Feriæ inductæ ad honorem Dei, & ſeruandæ in iudiciis, quæ ſint.*
83 *Proceſſus factus die feriato ad honorem Dei, etiam de conſenſu partium, non valet.*
84 *Die feriato qui actus fieri poſſint, remiſſiue. & n. 86.*
85 *Feriæ vindemiarum & meſſium, non ſeruantur in regno, & quæ hodie ſeruentur.*
87 *An per ſtatutum vel conſuetudinem induci poſſit, vt feriæ in honorem Dei inductæ, non ſeruentur in quibuſdam caſibus, & num 89. 90. & 91.*
91 *Debitor fugitiuus capi poteſt, etiam die feriato ad honorem Dei.*
93 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, an valeat, & ſupra, num. 28.*
94 *Feriæ inductæ ad honorem Dei, an poſſint tolli per ſtatutum.*

SEXTADECIMA diſtinctio iudiciorum eſt; quia
iudicium † aliud validum, & aliud inualidum, 1
ſeu nullum. Iudicium validum eſt illud, in quo
ſunt ſeruata omnia ſolennia, & ſubſtantialia iudiciorum. Inualidum vero eſt, vbi aliquid deficit ex dictis ſolennitatibus, ſecundum Bartol. *in l prolatam. 4. C. de ſenten.* & Lud. Roman. *in conſil. 220. in princ.* vel quando agitatum fuit cum perſona minus legitima, vt habetur *in l licet. 24. C. de procur* & dicetur plenius infra. Super iſta diſtinctione tangam ſolum vnam quæſtionem, quæ videtur neceſſaria,
videlicet, † QVOT MODIS DICI POTEST 2
IVDICIVM NVLLVM, SEV SENTENTIA NVLLA? & erit quæſtio valde vtilis pro inſtructione Aduocatorum, qualiter impugnabunt iudicia Et quoniam de iure communi poſſent adduci multæ nullitates, puta ex defectu litis conteſtationis; vel quia ſententia non fertur in perſonam procuratoris, & multas ſimiles, quæ hodie ſunt ſublatæ in regno in cauſis ciuilibus, ex quo proceditur ſola facti veritate inſpecta, vt pluries ſupra fuit dictum. Ideo cum hoc vtile opuſculum deſtinauerim principaliter ad vtilitatem iudicum, & aduocatorum regnicolarum, omittam nullitates ſublatas, & ponam tantum illas, quæ hodie ſeruantur regno. Bene verum eſt, quod in criminalibus, in quibus ſeruantur iura communia, ſeruarentur nullitates iuris communis, de quibus tangam aliqua infra ſuo
ordine. PRIMO † igitur dicitur iudicium nullum, 3
ſeu inualidum, ex defectu iudicis, quod poteſt multipliciter procedere, ſcilicet vel quia iudex non interuenit, quo caſu cum iudicium dicatur à iudice, non poteſt dici ſine eius interuentu, *c. forus. 10. de verb. ſign.* vel quia interuenit iudex incompetens, quo caſu totum iudicium ruit, niſi appareat de prorogatione, vt *in toto tit. C. ſi à non compet. iud.* vel quia interuenit pro iudice aliquis priuatus, *l. priuatorum. 3. C. de iuriſd. om. iud.* vel quia iudex eſt incapax ex aliquo defectu, qui defectus in iudice poſſunt eſſe plures. Quidam enim ſunt defectus naturales, vt quia iudex ſit furioſus, mutus, ſurdus vel impubes, & iſti defectus quandocunque obiiciantur, reddunt iudicium retro nullum, etiam ſi obiiciantur poſt latam ſententiam, & poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, vt not. Specul *intit de except. §. fi. colum. pen verſic. hoc quoque & §. nunc videndum. verſ. ſed quæro.* & Abb. *in c. ſciſcitatus, 13. colum. 3. & 4. de reſcri.* & ibi etiam Felin. *col. 3.* Pro hoc eſt tex. *in l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. & ibi Bald. ff. de iudic.* Quidam ſunt defectus accidentales, & inducti per ius poſitiuum, vt quia iudex eſt infamis, vel ſeruus, vel excommunicatus; & tunc ſi iſti defectus ſunt notorii & manifeſti, poſſunt quandocunque opponi ad iudicium inualidandum. Quod tamen intelligo in illis defectus, qui ipſo iure inualidant iudicium, prout ſi iudex eſt ſeruus, vel ſi eſt excommunicatus. vt habetur *in c. ad probandum. 24. de re iud. & in c.*

*pia. &*

*pin.1. de except. libr.6. & in d. c. ſciſcitatus* 13. Secus eſt
in defectu infamiæ; quia ſi non opponitur ab initio
ante litem conteſtatam, valet proceſſus & iudiciũ,
ita tenet Spec. *in tit. de iud. deleg. §. excipitur. colum.1.*
*verſ. ſed nunquid infamis.* & Bald. *in d. c. ſciſcitatus. 13.*
*col.2. ver. quæro, an valeat &c.* ſi autem iſti defectus
ſunt occulti; tunc diſtingue, vt per Abb. & Felin. *in*
*d. c. ſciſcitatus.* SECVNDO dicitur iudicium nullum,
4 quando † iudex recuſatus vt ſuſpectus, procedit ad
vlteriora poſt propoſitam ſuſpicionem; nam to-
tus proceſſus, quem poſtea facit, eſt ipſo iure nul-
lus, ita tenet Bart. *in l. quia poterat. 4. ff. ad Trebel.* &
Ludou. Roman *in conſi.220. colum.2.* & Paul. Caſtr. *in*
*conſi.122. in 2. volum.* & Gem. *in c. iudex. 5. de off. dele-*
*ga. lib.6.* & Alex. *in conſi.89. in 1. vol.* ADDITIO.
Vide Dec. *in conſi.175. in cauſa falſitatis. lib 1.* & huius
opinio ante Bar. fuit Accurſ. *in l. apertiſſimi. 16. ſuper*
*verb. executore. C. de iud.* & gloſſ. etiam iuris Canonici
*in c. quoties 2. quæſtio 6.* quod & fuit de mente Oldr. *in*
*conſ.6. thema tale eſt,* & ſequitur conſulendo Stephan.
Bertr. *in conſi 53. in 1. lib & conſi. 184. in 2. lib.* mihi
videtur id procedere, ſi iuſta & legitima fuerit ſu-
ſpicio, & formiter propoſita, iuxta formam ritus
magnæ curiæ vicariæ. Item ſi contingat, vt voluit
Iacob. Butrig. ſecundum quod refert Stephan. Ber-
tran. *in d. conſi 184.* & vide omnino Alex. *in l. quia*
*poterat. 4. ff. ad Trebel* & vide Bald. *in Margar. in ver-*
*bo proceſſus.* & intellige etiam prædicta procedere, ſi
recuſans poſt recuſationem non conſenſit in iudi-
cem recuſatum, vel coram eo non comparuit, ſe-
cundum Alex. *in d. l. quia poterat.* vide Sebaſtianum
Vant. *in tract. de nullitatib. in tit. de nullit. ſentent. ex de-*
*fect. iuriſdict. ord. num.140* Petr. Foller. V.I.D. TER-
TIO dicitur nullum iudicium, † quando cauſa eſt
5 commiſſa pluribus iudicibus, cum clauſula; *quod*
*ſi non omnes ſimul intereſſe poterint, alii iudicent;*
prout communiter ſolet iſta clauſula poni in dele-
gationibus Apoſtolicis, nam antequam alii proce-
dant, debet eis conſtare de impedimento collegæ:
alias ſi procedant, antequam collega notificauerit
eis ſuum impedimentum, eorum proceſſus eſt nul-
lus, ita per illum text. tenet Abb. *in c. prudentiam 21.*
*in 2. not. & in fin illius princ. de offic. deleg.* & Bart. *in*
*l. multum 21. in fin. ff de cond. & demon.* & Fel. *in d. c.*
*ſciſcitatus. 13. colum 7 verſi. oportet notum, &c. de reſcript.*
vbi multum plene declarat hanc materiam, cum
nonnullis limitationibus, & ibi vide: & plene per
Gemin. & Doct. *in c. cum plures 8 de off. deleg lib.6.*
& prædicta procedunt in illa clauſula; *quod ſi non*
*omnes, &c.* Et ſic quando conditionaliter loquitur
commiſſio; ſecus, ſi eſſet appoſita alia clauſula,
quæ communiter ſolet hodie apponi in literis A-
poſtolicis ſcilicet, vt omnes, vel duo, vel vnus pro-
cedant & iudicent: & ſic non conditionaliter; quia
tunc cenſetur data iuriſdictio ſingulis in ſolidum,
quo caſu poteſt vnus procedere, etiam ante notifi-
cationem impedimenti collegæ, & abſque eius re-
quiſitione, tex. eſt & ibi gloſſ. *in verſi. libere. in d. c.*
*cum plures. 8.* & Abb. *in d. c. prudentiam. 21. 2. not.* vide
tamen de præcedenti clauſula; *quod ſi non omnes, &c.*
quandam addit. *in deciſ. 166. dominorum de Rota, in*
*nouis,* quæ incip. *Si duo ex tribus, &c.* vbi tenet de
mente Ioan quod valeret proceſſus factus ante no-
tificationem impedimenti, dummodo in rei veri-
tate impedimentum ſit verum: tamen communis
opinio Doct. eſt illa, quam ſupra dixi: vt tenet Ab-
bas *in d. c. prudentiam. 21. in fin. illius princ.* ADDI-
TIO. Adde quod contrarium tenent domini de
Rota *in deciſ 559.* & Ludou. Roman. *in ſingular. 14. in-*
*cip. ſi cauſa committatur,* & Alexand. *in l. multum inter-*
*eſt ff. de condit. & demonſtr.* & Hippol. de Marſi. *in l.*
*patre. ff. de quæſt num 55. & 160.* vide Sebaſt. Vand. *in*
*tractatu de nullit. in titul. de nullita. ſentent ex defectu*
*iuriſd. ordin. num.180.* Petr. Foller. V.I.D. QVARTO
dicitur † nullum iudicium, quando commiſſa eſt 6
cauſa pluribus iudicibus cum clauſula; *vt omnes*
*vel alter procedere poſſit*; quo caſu poteſt vnus ſi-
ne alio procedere, vt modo dixi in præcedenti; nam
tunc ſi vnus incipit procedere, cenſetur præoccu-
paſſe iuriſdictionem, & alii non poſſunt vlterius
impedire, & ſi alii poſtea procederent, eorum pro-
ceſſus eſt nullus, niſi primus ex iuſta cauſa eſſet im-
peditus, text. eſt *in d. c. cum plures. 8 de offic deleg. lib. 6.*
cum ibi not. per Geminia. *in 2. colum. verſic. in 6 porro*
*quæro, &c.* vbi hoc expreſſe tenet, & Felinus *in d. c. ſci-*
*ſcitatus 13. colum. fin. verſic. & nota, quod ceſſante.* Et
adde his incidenter, † quod vbicunque exceptio 7
nullitatis proceſſus, vel ſententiæ dependeat ex de-
fectu iudicis, ſemper poteſt opponi, etiam ſi exta-
ret ſtatutum, quod contra ſententiam non poſſit
opponi exceptio, ita tenet Ludouic. Rom. *in conſ.43.*
*colum.1.* Petr. Philip. Corn. *in conſil.144. colum.2. in 1.*
*volum.* ADDITIO. Vide quæ dicam infra in ſe-
cundo actu iudicii. *Petr. Foller.* QVINTO, dicitur
iudicium nullum, † quando iudex delegatus pro- 8
cedit ante præſentationem reſcripti delegatorii, li-
cet ſcias eſſe conſtitutum delegatum. Et licet pro-
cedat poſt datam reſcripti, tamen non valet proceſ-
ſus; quia ante præſentationem, non habet exerci-
tium iuriſdictionis, text. eſt *in c. ſuper eo. 12. cl. 2. &*
*ibi Phil in vlt. not de appel.* & Felin. *in d. c. ſciſcitatus.*
*13. colum. 8 de reſcript.* & Bald. *in l. eum qui. 13. ff. de iu-*
*riſd. omnium iud.* vnde licet ſuperueniat poſtea re-
ſcriptum; tamen non validatur proceſſus antea fa-
ctus; quia cenſetur factus à priuato, ſecundum Bald.
*in d. l. eum qui. 13. verſic. quarto quæro, &c. & in l. fal-*
*ſus. 21. colum. 5. verſic. ſed pone. C. de furt.* Quod tamen
limita procedere, dummodo pars opponat de re-
ſcripto non præſentato; ſecus ſi non opponeret, &
ſub ſilentio pertranſiret; quia valeret proceſſus, ita
tenet Angelus *in l. cum furioſus. 39. ff de iud.* & Bald.
*in l. nec quicquam 9 §. vbi decretum 1. in fin. verbis. ff.*
*de offic. proconſul.* SEXTO dicitur iudicium nullum,
quando † iudex procedit in contumaciam alicuius, 9

non conſtito ſibi prius de contumacia; quia citauit eum, & nuncius nondum fecit relationem, & ſic non conſtat ex actis de contumacia: & iudex ante relationem procedit ad ſententiam, vel ad alium actum: tunc iudicium, vel actus ita factus, eſt ipſo iure nullus, ita tenet Bar. & Bald. *in l. multum intereſt. 21. ff. de cond. & demonſt.* & Bart. *in l. hac autem. 5. §. non defendi. 1. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eat.* vbi expreſſe dicit, quod proceſſus factus in contumaciam ante relationem nuncii, eſt ipſo iure nullus, & ſequitur Felin. *in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. 10. colum. 8. verſic. 10. de conſtitut.* Quod nota; quia milies poteſt euenire, & ſis cautus, quando vides actum, factum in contumaciam, vt ſemper perquiras, an in actis ſit ſcripta relatio nuncii. ADDITIO LIMITA hanc concluſionem, niſi periculum eſſet in mora, puta, quia ſtatutum arctabat iudicem ad pronunciandum, & forte nuncius erat corruptus, & non reportabat ambaſciatam; tunc enim valet ſententia, ſi iudex credidit eum eſſe citatum, ſecundum Bald. *in l. falſus. 21. col. 10. verſic. item dubitatur. C. de furt.* Secundo LIMITA, niſi iudex ante relationem nuntii pronunciaret vtraque parte præſente: quia valent ſententia ſecũdum Bald *in c. quoniam contra. 11. de probat.* allegat *l. de vnoquoque. 47. ff. de re iud.* & ita voluit Felin. *in d. c. quoniam contra. 11. num. 16. & 17.* & LIMITA alijs modis, vt per Alex. *in l. ſi finita 15. §. Iulianus 16. ff de damn. infect.* & per Phil. Franc. *in c. cum parati. 19. de appellat.* & Socin. *in l. multum intereſt. 21. ff de condit & demonſtrat.* & per Marſi. *in l. patre. 6 ff de quæſt col. 9.* Pet Foller. V.I.D.

10 SEPTIMO dicitur iudicium nullum, † quando fuit factum ſine citatione partis: non citatio, eſt de iure naturali & diuino, adeo, quod omitti non poteſt, & ſic quilibet actus iudiciarius factus ſine citatione, eſt ipſo iure nullus, per ea quæ habẽtur *in Clem. paſtoralis. 2. de re iud.* pro hoc eſt text. & ibi per Dd. *in d. l. de vnoquoque. 47. ff. de re iud. & l. ea quæ. 7. C. quomodo & quan. iud. & l. ſi quandò, & ibi Bal. C de teſtib. & c. in nomine 2. de teſtib.* Et quod citatio ſit de iure naturali, vt non poſſit omitti; quia eſt ſpecies defenſionis, tenet Bald. *in l. cum fratrem 9. col. fin. verſic dubitari conſueuit. C. de his quib. vt indig. & in l. non ſemper. 1 col. 2. verſic ſed hic quæritur C. quom. & quand. iud.* vbi plus

11 dicit quod † etiam per ſtatutum non poteſt induci, vt feratur ſententia contra abſentem non citatum, Ioan. de Anan. *in c. quam pernicioſum 11 col. 1. de vſur.* & Socin. plane *conſi. 266. col 21. verſic. ſed tamẽ præmiſſis, &c. in 2. vol.*

12 ADDITIO † Quod non poſſit à ſtatuto induci vt omittatur citatio, ponit late Fel. *in c. ex parte 12 col. 2. ver. primo.* Bald. *in c. quia 1 extr. de off. deleg.* nec etiam à principe; eſt text. *in Clem. paſtoralis. 2. §. cæterum. & c. ſuſcepit. 1. de cauſ. poſſ. & prop. & c. inter quatuor. 7. de ma. & ob.* & tenent communiter Dd. prout refert Dec. *in conſ. 63 incip. viſo puncto. colum. pen. num. 12 & conſil. 681. colum. fin. & 4 6. in teſtamento; circa fin.* & *conſ. 528. pro reſolutione, col. penult. lib. 4.* & Roman. *ſing. 674 tu ſcis, quod nedum.* & eſt gloſſ. Ioan. Imol. *in extra Boniſ. IX. incip. rem non nouam.* & quod Papa, & Imperator etiam ipſi neceſſe habent, quod citent, late per Dd. *in l. ſi imperialis. fin. C. de legib.* & Alex. *in l. de vnoquoque. 74. ff. de re iud. & conſil. 225. num 1. lib. 6. & conſil. 11.* alias *conſului, colum. 1. lib. 7.* & Abb. *conſ. 84. in prin. lib. 1.* & Dec. *in conſil. 410. in cauſa, colum. 4.* Afflict. *in deciſ. 307. regia maieſtas in fin. & deciſ. 391.* & eſt communis opin. vt dicit Boëri. *in dec. 247. col. 3.* Eſt tamen aduertendum † quod ſuper 13 iſto defectu citationis, duplex eſt modus opponendi; vnus, quod quis nullo modo fuit citatus; alter, quod ſi citatus fuerit, citatio eſt nulla, & ſic eum non arctauit, prout de vtroque videtur text. *in l. 1. §. item cum ex edicto 3 ff quæ ſent. ſine appel. reſcin.* & quo ad primum modum, quod quis nullo modo fuerit citatus, probari poteſt per modum abnegationis; quia eo ipſo, quod de contrario non conſtat, non præſumitur quem fuiſſe citatum (ſi præſens non fuerit) ſecundum Bald. per illum text. *in c. vnic. §. ad hæc. in verb. quod Imperator, de pac. iur. firman.* & habetur plene per Panorm. *conſil. 84. col 2. lib. 2.* & Alex. *conſil. 106. lib. 5.* Item poteſt probari per acta ipſius cauſæ; quoniam id, quod ibi non apparet, dicitur non factum, *l. cum quis. 13. fin. & ibi ſcribens per illum text. C. de reb. cred.* ponit Bart. & alii ſequũtur *in l. ſententiis fin C. de error. aduocat.* ponit Bald. *in l. abſentem. 6. poſt princ. verſ. in text. ibi nunquam. C. de accuſ.* & Afflict *in deciſ. 182. quia regia. n. 3.* Eſt † tamen notandum, quod ſi quis longe aberat, & in iudicio reperitur, præſumitur quod fuerit citatus, vt declarat 14 Arch. *in c. propoſuiſti. 82. diſtinct.* quẽ refert & pro nota ſequitur Abb. *in c. bonæ, colum. penult. extr. de electio.*

Item vlterius eſt aduertendum, † quod licet ille, 15 qui reperitur præſens in iudicio, non fuerit citatus ad audiendum ſententiam; tamen quia præſens eſt, ſatisfactum erit legi, quæ ſolennitatem citationis ad hunc effectum introduxit, ideo ſententia valeret, cum ſolennitas ipſa ſit relaxabilis per ſuum æquipollens, vt determinatum reliquerunt Bart. & Bald. & Ang. *in l. in ius 1. ff de in ius voc.* per text. *in l. de vnoquoque. 47. ibi; præſentibus omnibus, &c. ff de re iud. & in l. etiamſi 29. §. ſi hæreditate: fin. ibi; præſente vel vocato ff. de minor.* & Bald. *alias* Tanc. *in compendio ſeu pract. in tit. de citat.* & Dec. *in conſil. 446. nu. 8.* & Caſtr. *deciſ. 1. de re iud.* & plene per Sebaſt. Vant. *in tractatu de nullit. in tit. de nullit. ex defect. citat. num. 17.*

[Adde Gail. *lib. 1 obſ. 58. nu. 2.* vbi dicit ſolam partis præſentiam abſq; alia citatione ſufficere; quia præſens regulariter citari non debet. de quo etiam vide Vant. *de nullit. ex defect citat. nu. 7. cum ſeqq.*]

Alio modo (vt dixi) opponitur defectus citationis; quia licet interuenerit, eſt tamẽ nulla, inualida, & inefficax; nã proceſſus factus præcedente citatione nulla, & inualida nullus eſt, ſecundum Bald. per illum text. à contrario ſenſu, *in authent. ſi omnes. col. 2. verſic. deinde not. C ſi min. ab hæred. ſe abſtin. &*

in

*in c. quoniam contra.* 11. *col.* 6. *de probation.* & eſt gloſſ. fin. *in l. ſi accuſatoribus.* 4. *C. de accuſat.* & Afflict. *in deciſ.* 366. *in pleno. col. fin.* & per Sebaſtian. Vant. vbi ſupra. *num.* 12 Pet. Foller. V. I. D. Octauo, † dicitur

16 iudicium nullum, & ſententia, quando iudex proceedit ad prolationem ſententiæ, cum magna celeritate, ſine percunctatione proceſſus, & ſine cauſæ cognitione, ita tenet Bart. *in l. prolatam.* 4. *in fin. C. de ſentent.* quod dictum pleniſſime examinat Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ.* 11 *col.* 6. *in fin. cum tribus col. ſeqq. de conſtit.* & multa ſimilia adducit, & tandem concludit, quod iudicium eſt nullum, vt ſupra dixi. & Alexand. & Iaſ. *in l. iudices.* 9. *C. de iud.* quod tamen limita & declara, vt Abb. *in c. tum ex literis.* 5. *in not.* 8 *de in integr. reſtit.* vbi hoc declarat procedere, quando iudex protſus ignarus de meritis cauſæ protulit ſententiam; quia eſt ipſo iure nulla, vt quia de ſero habuit proceſſum, & in mane ſequenti protulit ſententiam: ſecus, quando infra breue tempus protulit ſententiã; quia oritur præſumptio iniuſtitiæ; non tamen eſt nulla, ſecundum eum. ADDITIO.

17 Naturali enim iuri, † ſeu rationi conuenire (nemo eſt qui neſciat) vt prius cognoſcat id, ſuper quo iudicare debet, & propterea dici conſueuit, quod cauſæ cognitio à iure diuino deſcendit, vt inquit Abb. *in c. ſuſceptis* 1. *de cauſa poſſ. & propr.* quem ſequitur Felin. *in d. c. Eccleſia.* 11. *col.* 12. *verſic.* 2. *not. de conſt.* & talis cognitio debet ſententiam præcedere, non ſequi, alias huiuſmodi præpoſteratio vitiaret, ſecundum Bald. *in l. non enim.* 18 (alias, *non aliter enim.*) *in pr. commenti ff. de adop.* quem ſequitur Fel. *in c. quoniam contra* 11. *col.* 1. *in prin. vt lit. non conteſt.* & habetur per Alexand *conſil.* 37. *viſo, colum.* 6. *libr.* 2. & per Dec. *in conſ.* 517 *in ſententia. lib* 4. præcipitatio enim dicitur nouerca iuſtitiæ, vt probatur *in Clem. paſtoralis.* 2. §. *verum de re iud.* Hippol. *in l. ſtatu liber.* 14. *n.*

18 2 *ff. de quaſt.* Et licet † ſententia præſumatur lata cũ cauſæ cognitione, nihilominus talis præſumptio tollitur ex breuitate temporis, vt ſi iudici de ſero præſentaretur proceſſus magni voluminis, & chartoſus, & de mane profert ſententiam; præſumitur enim eo caſu, abſq; cauſæ cognitione ab eo latã fore ſententiam, & ſic eſt nulla, vt late firmat, multos Doct. hanc opinionem tenentes, allegans Felin. *in c. quoniam contrà.* 11. *col* 8. *verſic. ſecundo declara. ext. de probat.* & Alexand. *conſil.* 318. *viſis. col. fin. libr.* 2. poſt Abb. *in c. afferte.* 2. *col.* 1. *de præſumpt. & in c. cum ex literis.* 5. (alias, *tum ex literis.*) 8. *not. de reſtit in integr.* & Dec. *conſil.* 295. *in cauſa iſtorum. colum. fin verſic ſecundo principalis libr.* 2 *& conſil.* 470. *in controuerſiã. col.* 2. *in fin. libr.* 4 & Capi. *deciſ* 69. *in cauſa Ioan. num.* 36 & pleniſſime per Sebaſt. Vantium *in tract. de nullit. in tit. de nullit. ſentent. ex defect. proceſſ. num.* 31. vſque ad *num.* 36. vbi dicit, prædicta procedere, etiam ſi eſſet ſententia Papæ, vel Imperatoris; quia ſi ex abrupto, & non præcedente cauſæ cognitione fieretur ſententia diceretur nulla, argumento text. *in c. tum ex literis. de reſtitut. in integr.* & ponit Decius (ſecundum eum) *in conſil.* 544 *ſerenis. col.* 4. *verſic. ſecundo principaliter. libr.* 4. Item intelligit prædicta procedere, quando ſententia fertur in abſentem; ſecus in præſentem, & proceſſui non contradicentem; quia dicit ipſi debere imputari citat Lapum *allegat.* 28 *de legata.* & dicit, quod tunc ſententia valet, prout etiam valeret, ſi adeſſet timor ſcandali futuri; nam tunc licitum eſt iudici fallere, ne fallatur, ſecundum Baldum *in conſil.* 127. *libr.* 3. relatam ab Alexand ad Bart. *in l. ſi finita.* 15. § *ſi quis.* 20. *verſic. arma ff. de dam. infecto.* alias vero limitationes, vide per Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ.* 11. *de conſtit.* Petr. Foller. V. I. D. NONO, † dicitur iudicium nul- 19
lum, quando fuit agitatum cum falſo procuratore, qui nullum habuit mandatum, per ea, quæ not. Bartol. & Doctor. *in l. licet.* 24. *C. de proc.* & Abb. *in c. in noſtra.* 4. *col.* 2. *de procur.* vbi in tantum dicit iudicium eſſe nullum, quod talis † exceptio falſi pro- 20
curatoris poteſt opponi ante, & poſt ſententiam ad annullandum iudicium. idem tenet Ioan. de Anan. *in conſ.* 96. *& in add Lud. Bol. poſt dictum conſilium.* vbi pulchre & per multas remiſſiones declarat, † quis 21
dicatur falſus procurator, & dicitur falſus etiam ille, qui habuit mandatum, & poſtea fuit reuocatum, vt *d. c. in noſtra & ibi per Abb.* idẽ ſi incipit gerere habita notitia mandati, vt *in d. add. Lud. Bolognini, poſt d. conſil.* 96. Idem ſi eſſet procurator ſubſtitutus, à non habente poteſtatem ſubſtituendi, puta à procuratore ante litem conteſtatam; quia ante ſubſtituere non poteſt, ſed poſtea ſic, *l. quod quis.* 8 *& ibi per mod. C. de procur. & in c. non indiſcrete* 1. *de procur. lib* 6. & hoc ſentit Ioan. de Ana. *in conſ.* 96 *col.* 2. *verſ. conſtat. autem.* ADDITIO Et † talis nullitas vſque ad mille 22
annos opponi poteſt ſecundum Bald. *in l. & qui.* 2. *C. ſi ex falſ. inſtrum.* quem ſequitur Alexand. *in conſil.* 191. *perſpecto inſtrum. colum.* 2. *volum.* 6. *& conſil.* 1 *colum.* 5 *in lib.* 4. *& conſil.* 35. *conſideratis. colum.* 1 *libr.* 7. Dec. *conſil.* 215. *in cauſa vertente. colum.* 1. & *conſil.* 36. *col.* 3. & 4. *lib.* 1. & dicit Bald communiter approbatum, vt dicunt Modernio. *in tract. de præſcript. in tertia parte principali, in quæſt* 10 *colum* 8 *verſic.* 2. generaliter quidquid dixerit Dec. *in conſil.* 406. *viſis. colum. penult. lib.* 4 *& in conſil.* 538 *Communitas, colum.* 2. *in libr.* 5. & Curt. Iun. *in conſil.* 77. *colum* 2 *verſic.* 2 ſed non obſtantibus, quem refert Boer. *in deciſ.* 228. *colum.* 12. *in fin.* & talis defectus tam ex parte actoris, quam rei eſt magnus defectus, cum per eum deficiat voluntas, & conſenſus principalium, qui de iure naturali exiſtit, vt docet Bald. *in l. falſus* 19. *in colum.* 2. *verſic. factum vero falſi. C de fur. & in l. falſi,* 5. *ad leg. Cornel. de falſ.* & facit text. *in l. cauſa.* 27. § *ſi ex parte* 1. *ff. de procur. & c. vnico, de ſponſ. in* 6. vbi defectus conſenſus, tanquam inſanabilis ab aliis defectibus ibi enarratis, excipitur, qui etiã per ipſum Principem ſuppleri non poteſt, quaſi à iure proueniens naturali, per *Clem. paſtoralis.* 2. §. *cæterum.* vbi

Card. Petr. de Anchar. & alii extra de re iudic. Vocant enim Modern. hanc nullitatem inſanabilem, vt Staphil. in tractat. de literis gratia. fol. 145. & Gomeſ. in
23 Comment. regularum in comp. vtriuſ. ſigna. fol. 185. † Et ad practicam reduci poteſt hæc nullitas altero de quinque modis. Primus MODVS opponendi erit, ſi opponatur nullum habuiſſe mandatum: id enim probatur, ſi contrarium ex actis non appareat. quia negatiua cenſetur eo ipſo ex ipſis actis probata: videlicet, talem non fuiſſe procuratorem; quia quod ibi non eſt, dicitur non eſſe. l. cum quis. 13. fin. C. de rebus cred. & l. in lege 77. ff. de contrah. emp. Talia enim probantur per inſpectionem actorum, vt dicit Bart. in l. qui neceſſario. 2. C. de error. adu. & in l. hi qui ad ciuilia 7. C. de app. & licet à principio non fuiſſet oppoſitum, & fuerit cum eo lis conteſtata, taliter quod ad eum repellendum, vel extorquendum ab eo cautionem de rato, poſſit denuo opponi, prout not. gl. & Doct. in l. Pomponius 40. §. rati. 3. ff. de procur. & Canoniſtæ in c. cum in iure. 31. de offic. delegat. nihilominus ad inualidandum acta, & proceſſum, iſtud poterit indiſtincte opponi, & ſaltem per modum abnegationis ex proceſſu probari: quia hoc caſu etiam, quod quis tantum procurator in iudicio de facto admiſſus fuerit, ad detegendam nullitatem geſtorum, quod non fuerit procuratoris, qui in iudicio interfuit, quandocunque excipi poteſt, vt declarat Bald. in l. licet. 24 in princ. C. de proc. & Alexand. conſ. 147. viſis dubitationibus lib. 6. & pleniſſime proſequitur Sebaſt. Vant. in tractat. de nullit. in tit. de nullit.
24 ſentent. ex inhab. ſeu defect. ma. comp. Secundus † MODVS opponendi erit, ſi apparet in actis mandatum comparentis; non tamen eſt ſufficiens, nec ad id extenditur, quod in iudicio deductum eſt: nam eo quidem caſu perinde haberi debet, ac ſi nullum mandatum oſtenderetur, ſecundum Baldum, quem omnes ſequuntur in d. l. licet. 24. C. de proc. & in l. falſi. 5. in princ. C. de falſ. & Canoniſtæ in c. ex parte Decani. 33. de reſcript. & in c. conſtitutus. 12 vbi hoc not. Abb. ex-
25 tra de procur. Tertius † MODVS opponendi erit, vt ſi in rei veritate fuerit factum mandatum: tamen procurator ille conſtitutus comparuit antequam de eo notitiam haberet, & antequam recepiſſet inſtrumentum procurationis; quia ante notitiam mandati, geſta per illum procuratorem non valebunt: quoniam exercitium, & poteſtas vere non acquiritur conſtituto, niſi à die receptionis mandati, vt eſt gloſſa ordinaria in Clem. inſtrumento. 1. in verb. receptis. de procur. & text. in c. is, qui. 3. ſuper verb. ſuſceptum. & c. licet. 7. vbi gloſſ. in verb. ſuſcipere. eod. tit. in 6. & tenet Lap. alleg. 81. non valuit. verſic. non fuerunt delatæ literæ. & Caſſad. deciſ. 8. num. 21. de reſtit. ſpol. & deciſ. 3. num. 4. de appell. & ita concludit Bart. in conſil. 73 incip: quæritur vtrum procurator. & Angel. Inſtit. de iis, per quos age. poſ. col. 2. verſic. octauo, quando quis eſt. & Bonifac. in tract. maleſ. in fin. ſub tit. de procur. & Rot. in deciſ. 145. ſi procurator. in nouis. & Nicol. Boer. in deciſ. 274. in princip. & Ægid. in concluſ. 181. ſciſcitatus quæ omnia limitantur, vt non procedant, ſi mandatum ſuperueniens, haberet in ſe clauſulam rati, quæ communiter ſolet apponi, quia tunc virtute talis clauſulæ, geſta per illum procuratorem, ante mandati receptionem, in vim ratihabitionis, quæ à voluntate ſolius conſtituentis pendet, & retro trahitur, valerent, & ſuſtinerentur, prout ſentit Rot. in deciſ. 386. quidam qui non erat procurator. in ant. & tenet hoc Dom. de ſancto Gemin. in d. c. is, qui. 3. de procur. in 6. & Bald. in d. l. dummodo. 2. de procur. & in l. cautio. 1. C. de procur. licet contrarium voluerit Sebaſtian. Vant. in tractat. de nullitat. in titul. de nullit. ſentent. ex inhab. ſeu deſe. ma. comp. licet dicat, quod de ſtylo ſeruatur contrarium, quod valent geſta per procuratorem antequam habuiſſet mandatum. Quartus † MODVS opponendi erit; vt ſi 26
demonſtretur mandatum; tamen aliqua ratione, vel cauſa, eſt nullum; nam tunc perinde habetur, ac ſi nullum foret mandatum demonſtratum, quia paria ſunt aliquid non eſſe, vel eſſe, & nulliter, ac minus canonice, l. nulla. 2. ff. de author. tutor. & l. de ætate. 11. §. quod autem ait prætor. 5. ff. de inter. act. & tenet Andr. de Iſern in c. 1 §. præterea. quæ ſit prima cauſ. ben. amitt. in vſibus feud. quod quidem multis modis poteſt contingere, vt plene congerit Sebaſtian. Vant. vbi ſupra, num. 122. cum ſequent. Quintus † & 27
vltimus MODVS opponendi erit, vt ſi poterit aliquo modo deprehendi, quod mandatum ſeu poteſtas primo loco data, fuerit reſoluta & expirauerit; quia qui fuit & non perſeuerat eſſe talis, non dicitur talis, l. ſi pro parte. 10. §. verſum. 6. vbi gloſſ. ff. de in rem verſ. & gloſſ. in c. religioſorum 1. § confirmatos. in verb. domum. de relig. domi in 6. & per Baldum in d. l. falſus. 19 colum. 1. verſ. primo modo dicitur falſus. C. de fur. & in d. l. licet 24 colum. 1 poſt princip. C. de procur. & ſequitur Boer in deciſ. 174. colum. penult. nu. 6. de quo ad longum videas Sebaſtian. Vant. vbi ſupra, nu. 155. cum ſequent. Pet. Foller. V. I. D. Super † hoc autem 28
nota incidenter vnam bonam practicam in regno, in quo extat ritus magnæ curiæ vicariæ, in num. 121. & incipit, Item ſi procuratori, &c. quo cauetur, quod ſi conſtituens procuratorem dat ſibi poteſtatem ſubſtituendi, non poteſt talis procurator ſubſtituere ante litem conteſtatam, niſi expreſſe dicatur in mandato, quod poſſit ante litem conteſtatam. quod dictum tene perpetuo menti in practica; quia multi, qui non habent notitiam illius ritus, errant in hoc; quia quilibet diceret contrarium, ad hoc, vt verba aliquid operentur, iuxta l. ſi quando. 109. ff. de legat. 1. & per d. c. 1 de procur. lib. 6. quod in hoc videtur corrigi per dictum ritum, & ſic poſſes impugnare, & inualidare proceſſum, quando faceret contrarie. DECIMO, dicitur † iudicium 29
nullum, quando maritus egit, tanquam procurator vxoris, cum in rei veritate non haberet mandatum; nam proceſſus eſt nullus: dato quod potuiſ-

tuiſſet agere, vt maritus, & legitimus adminiſtrator: nec ſaluatur illa via, quia maritus; & imputatur ei, quare talem viam elegit agendo, vt procurator; ita ſingulariter tenet Lud. Rom. *in conſil.* 446.

30 VNDECIMO, † dicitur iudicium nullum, quando filiusfamil. agit vel conuen tur in iudicio ſine conſenſu patris; quia talis conſenſus requiritur pro legitimatione ſuæ perſonæ, & ſi non interuenit, iudicium eſt nullum, de qua nullitate poteſt opponi quandocunque tam ante quam poſt ſententiam, ita tenet Speculat. *in tit. de except. §. dicto. col. 5. verſic. quid de illa, & in tit. de actore, §. 1. colum. 10. verſic. ſed & filiusfamil.* per *l. cum non ſolum 8. fin. §. neceſſitate,* alias, *in fin. princ. C. de bonis, quæ liber.* & ibi plene per Baldum ADDITIO. Hæc dicta intellige procedere, ſi filius agit ſuper rebus ſeu bonis, quorum vſusfructus, & actionum ſeu iurium neceſſarium exercitium patri de iure quæreretur, & competeret: prout eſt in aduentitiis, quo caſu cum patri, non filio, exercitium actionum quæritur; nil mirum, ſi filius agens abſque conſenſu patris, tanquam is, cui minime competit iuris exercitium, fruſtra ageret: & hæc eſt ratio leges *in d. § neceſſitate.* non autem (prout dicebat gloſſ.) quod filiusfamilias cenſeretur indifferenter perſona minus integra; quia in hoc eadem gloſſa communiter reprehenditur, ſecundum Ioan Andr in addition. Speculat. *in titul. de act. verſic. ſed & ſi filiusfamilias.* & Alexand. *in conſil. 106 quoad præſens, colum 2. verſic. ſimiliter. libr.* 1.

31 In † reliquis igitur cauſis, puta beneficialibus, vel Caſtrenſibus, ſeu quaſi, & in aliis, in quibus patri nihil quæritur, filiusfamilias libere, abſque conſenſu patris agere poteſt, & ſuper illis in iudicio experiri: cum exercitium actionum & iurium, à nemine ſit præoccupatum, vel impeditum, & ita procedat text. *in c ſi annum 3 in fin. de iudic. libr 6 & in Authent. vt lic matr & aui. in prin & l ſi in poteſtate 1. §. matris. 1. C. de caſtr. pecul & l. filiusfamilias 8. in princip ff. de procurat. & l. ſi longius 18. § 1. & ibi ſcriben. ff. de iudic.* & hæc fuit opinio Otho antiqui gloſſatoris poſita per gloſſ. *in d. §. neceſſitate.* quæ (vt verior) eſt communiter à Doctor. approbata, ſecundum Angel. *Inſtit. de act. §. actiones autem. 10 colum. penult.* & Paul. Caſtrenſ. *in conſil. 54* & ita teſtatur fuiſſe deciſum in ſacro regio conſil. Afflict. *in deciſ. 180. filiusfamilias.* tenet iſtam Guido Pap. *in deciſ. 54. tempore.*

32 Intellige † tamen prædicta: quod ſi filiusfamilias eſſet minor, ſibi deputãdus erit curator ad illam litem, vt dicit gloſ. fin. *in d. l. ſi longius 18. §. fin.* quam ibi ſequuntur Bart Bald. & Caſtrenſ. & Doct. *in d §. ne-*
33 *ceſſitate* & ibi Alexand. *in addit.* Et † eſt notandum, quod in aduentitiis, in quibus ſi agit filius (vt dixi) requiritur patris conſenſus: ſi agit ſine conſenſu, & obtinet ſententiam pro ſe ferri, valet, & tenet in ſui fauorem; quia gaudet benefic. o *l. non eo minus. 14. C. de procur.* ſecundum Alex. *in addit. ad Bart. in d. §. neceſſitate.* ſed in hoc contradicit dom. Sebaſtian. Vant. *in tract. nullit. in tit. de nullit. ſent. ex inh. ſeu def. mand. comp. num. 41. 42. & 43.* & adde, quod conſenſus quandocunque ſuperueniens conualidat iudicium, vt per Afflict. plene *in deciſ. 180* quod quidem Sebaſt. Vant. in loco, de quo ſupra, intelligit procedere in iis, quæ ſunt præparatoria, & præcedunt litis conteſtat. vt puta in impetrando reſcriptum, & in aliis præambulis ad cauſam.

34 Et † quid ſi pater citatus, vt præſtet ad ſenſum, non comparet, ſed latitat, & contumax eſt, an iudicium teneat; dicas, quod ſic, ſecundum Baldum *in l. cum non ſolum 8. §. alias, verſ. voluntate C. de bonis, quæ lib. in 2. quæſt.* Pet. Foller. V. I. D.

35 Quod † tamen limitatur procedere, quando filius agit proprio nomine. Secus ſi interuenit in iudicio tanquam procurator alterius; quia non requiritur conſenſus patris. vt eſt text. *in c. qui generaliter. 5. § 1. de procur. lib. 6*

36 Idem † quando agit, vel conuenitur ſuper aliquo negocio ſpirituali, text eſt *in c. ſi annum 3 fin. in fin de iud. lib. 6.* & plures fallentias, in quibus poteſt filius eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vide per Speculat *in tit. de actore §. 1. verſic. vbi ſupra* & tex. *in auth quod locum, & ibi Iaſ. colum. 6. in fin. C. de coll.*

37 quod † facit ad id, quod in ſimili dicimus in muliere, quæ ex forma ſtatuti, non poteſt contrahere ſine conſenſu propinquorum; quia illud intelligitur, quando contrahit nomine proprio; ſecus, ſi nomine alieno: puta tutorio, vel procuratorio nomine, ita tenet Alexand. *in d. l. quæ filium 8. fin colum. 2. ff. vt legato. ſeu fideicommiſſ.* & Paul. Caſtrenſ *in l. quicunque* alias. *cuicunque. 5. § ſi ab alio. 17 ff de inſtit act*

38 Et † pro hoc infero ad diſpoſitionem ritus magnæ curiæ vicariæ, ſecundum quem eſt communis obſeruantia in regno, quod mulier viuens iure Longobardico, non poteſt contrahere ſine Mundualdo: nam illum ritum, & obſeruantiam intelligo procedere, quando mulier contraheret proprio nomine; ſecus ſi alieno, per prædicta.

39 ADDITIO. De † muliere contrahente alieno nomine, an Mundualdi præſentia neceſſaria ſit? quæſtio eſt, in qua Angel. poſt Iaſon. & Aret. *in l. quamuis. 46. in prin ff de acq. poſſ.* dicit, quod non, & ita refert obtinuiſſe Florentiæ, & ſequuntur Alexand. & Franc. Aret. ibi. & pro ſingul. citat Philipp. Dec. *in c. cum dilecta 4. col. penul verſ. & hoc procedit. extra de confirm. vtil vel inut & conſil. 168 concluſio. col. 1.* & Angel. *in l. multum. 5. vbi etiam Alexand in fin. ff. de acquiren. hæred.* Franc. Aret. & Iaſon. *in l. merc. 8. eodem tit.* pro quo facit id, quod Iacob Aret. *in l. moris. 9. ff. de pœn.* & pleniſſime habetur per Tiraquell. *in tract. de legib. connubial poſt ll. coniug in gloſſ. 3 num. 160. cum ſequent* vbi prædicta limitat, vt procedant quantum ad præiudicium domini, nomine cuius mulier interuenit: quia ei eſt imputandum omnino, quod talem elegit: non etiam quantũ ad id, vt ipſa mulier aut filiusfamilias priuatim obligentur, niſi interueniat ſolennitas requiſita à lege, ſeu ſtatuto, citat Paul Caſtr. *in d l. quicunque.* alias, *cuicunque. 5. §. ſi a*

*ſi ab alio.17 .ff.de inſtit.act.* & Socin. *in l. quæſitum 16.*
*ff.de in ius voc.*ſuper quo dicit videndum Cor. *con-*
*ſil.16.in præſenti conſultatione lib 4* Item limitat non
procedere in mandato legis, quod exercere nõ po-
teſtis,qui propria negocia adminiſtrare nõ poteſt:
per text.*in l.nemo neque.5.vlt.C.de legit.tut.& l.non ſo-*
*lum.10.§ ſi libertus 7.ff.de excuſ.tutor.* & ita dicit li-
mitaſſe Franc.Aret.*in d.l quamuis. 45. in princ ff.de*
*acq.poſſ.*Item limitat tertio, vt non procedat etiam
in mandato hominis,quod reſpicit publicam vti-
litatem:citat Fran.Aret.vbi ſupra , & ibi etiã mul-
ta congerit ad principalem quæſtionem domini
Auctoris,de filiofamilias. an alieno nomine agere
40 poſsit.*Pet.Foll.V I. D.* DVODECIMO † dicitur iu-
dicium nullum,quãdo ſententia fuit lata poſt per-
emptam inſtantiam,gl.eſt & ibi Bar.& Bal & com-
muniter Moder.*in l properandum in princ.C.de iudic.*
pro hoc Bald. allegat ibi text *in l ſcire oportet.13.§.o-*
*portet.10.verſ. poteſt.ff de excuſ.tutor* idem tenet Alex.
*in conſil.82.in prin.in 4.vol.*plus dicit Bald. *in d. l pro-*
*perãdum.col.2 .verſ ſecundo quæro* quod etiam in cau-
ſa appellationis ſententia lata poſt appellationem
deſertam,eſt ipſo iure nulla. Quod tamen intellige
de ſententia diffinitiua ipſius cauſæ principalis;quia
illa non poteſt ferri poſt lapſum inſtantiæ:ſed bene
poteſt iudex ferre ſententiam abſolutoriam ab ob-
ſeruatione iudicii, & condemnare partem actricem
ad expenſas,vel illam partem,cuius culpa inſtantia
fuit perempta.ſecundum Bart.& communiter Dd.
*in d.l.properandum.13.§.illo.9.*& Lanfran.*in c. quoniam*
*contra 11.in fin verbis de probat.*& Alexan.*in conſ.136.*
*colum.1 in 2 volum.& in conſ. 66 colum 1. in 5. volum.*
41 ADDITIO De † iure enim canonico , quando-
cunque de cauſa cognoſci poteſt, ſecundum Hoſt.
*in ſumma de iud.§.quæ ſunt.col.3.*& per Rot.*in dec.411.*
*ſi lite pend in nouis* & per Gomeſ.*in reg.de anna. po.qu.*
*44* & Chaſſ *in deciſ.5 num.4 .vt lite pend.*& per Fel.*in*
*c.de cauſis 4.de off deleg.*& Iaſ. *in d.l.properandum.13.C.*
*de iud in princ.col.pen.in fin.*& quod poſsit iudex non
obſtante peremptione inſtantiæ abſoluere reum
ab obſeruatione iudicii,& actiorem in expẽſis con-
demnare,firmat Roman.*ſing 788* Dec.*in conſ. 54 in*
*fin.libr.1* & Rot *deciſ.98 licet in nouis.* & hoc eſt ve-
rũ,etiam ſi eſſet iudex delegatus;cum hoc ſit quod-
dam incidens in cauſa:vt tenet Rot *in deciſ 53 au-*
*ditor in nouis.& 692.qualiter. in antiquis.* & Ægid.
Bellame.*in deciſ 22.& 28 iudex.*Pett.Foller. V.I.D.
42 TERTIODECIMO † dicitur iudicium nullum,
quando fuit geſtum cum procuratore excommu-
nicato: quod tamen intellige, quando tempore
conſtitutionis erat excommunicatus ; quia tunc
ipſo iure non tenuit conſtitutio procuratoris , &
per conſequens remanet procurator falſus , & ſic
proceſſus non valet:ſicut dixi ſupra de procurato-
re falſo. Secus ſi poſt mandatum ſuperuenit excom-
municatio procuratori;quia valent acta,ſi non op-
ponatur,ſed ante mandatum non valent ipſo iure,
ſiue opponatur,ſiue non. Ita hæc omnia tenet Abb.
*in c.poſt ceſſionem.7.col.antepen.& pen.& fin.de prob.* &
ibi etiam Fel.qui magis clare loquitur. Et proce-
dunt prædicta,ſiue ſit procurator ex parte actoris,
ſiue ſit procurator ex parte rei:ſecundum Abb. *in d.*
*c.poſt ceſſionem col.antepen.in fin. verſ. ſed dubium eſt,*
*&c.* ADDITIO. Hanc opinionem tenuit Specul.
*in tit.de proc §.1.in princ* & tenet Ioan.And.& Gald *in*
*d c.poſt ceſſionẽ.*& vide latius per dom. Sebaſt. Vant.
*in tract.nullit.in tit.de nullit.ſ ntent.ex inhabilit.ſeu de-*
*fect.man num.136 cum ſ quen* Pett.Foller. † QVAR- 43
TODECIMO dicitur iudicium nullum , quando
eſt agitatum cum pupillo , ſine tutoris auctorita-
te, *l.cum & minores.4.& ibi Bald.C. ſi aduer.rem iud.*
*& l.1.C qui leg.perſ.hab ſtandi in iudic. & l. clarum 4.*
*C.de auct.præſt.*nam quando pupillus habet tutorẽ,
debet iudicium agitari cum tutore; & ſi non habet,
debẽt citari coniuncti ipſius pupilli, vt conſtitua-
tur in contumacia, alias citatio ſolius pupilli, ni-
hil valet,*l.hac autem.5 §.1.ff ex quib.cauſ.in poſſeſſ. eat.*
& ibi Bartol. idem tenent Alexand.& communiter
Doct.*in l.neque impuberes.22 ff de in ius voc. & in l.ſi*
*ex legati.23.cum l.ſequen.ff.de verbor.oblig.& in l.contra*
*pupillum.54.& ibi etiam Ioan.de Imol.de re iudic.* & ita
communiter tenetur,reprobata opin. Bart.*in l. ge-*
*nere.1 §.ſufficit.2 .ff de adm.tut.* qui tenebat poſſe ci-
tari ſolum pupillum , quem in ſpecie reprobat A-
lexan *in d.l neque impuberes 22.*Et ad prædicta, ſcili-
cet quod nullum actum iudiciarium poteſt facere
pupillus,eſt text. & ibi per Modern. *in l. iuſiuran-*
*dum 17.§ pupillus 1.ff.de iureiur.* & vide omnino *de-*
*ciſ.167 conſ.Neapol.*Prædicta † tamen limita,quando 44
iudicium tenderet in damnum pupilli ; quia tunc
verum eſt,quod non valet ſine tutore. Secus eſt,
quando tendit ad vtilitatem:quia tunc valet,vt pu-
ta quia fuit lata ſententia pro pupillo,ita tex. & ibi
Bart & Bald.& Modern.*in l.non eo minus. 14. C de*
*proc.*& Bart.& Bald.*in l ſi tutor.4.C in quibus cauſ. in*
*integ.reſt. non eſt neceſſ.* & † eſt ratio;quia in actibus
concernentibus fauorem pupilli,dicitur habere le- 45
gitimam perſonam:ſecundum Bal.& Iaſ. *in l. contra*
*iuris.28 in princ ff de pactis* & † *in d l.contra iuris* in-
fert Bald.idem eſſe in eccleſia, vt ſi fuerit alienata 46
res eccleſiæ,ſine ſolennitate, quæ alienatio tendit
ad eccleſiæ vtilitatem,valet idem tenet Iaſon *in d.*
*l.iuſiurandum.17.§.pupillus.1.col fin.ff. de iureiur.* vbi
idem dicit de geſtis ab intruſo in fauorem eccleſiæ,
de qua materia vide Abb.*in c.cauſam.9.col.penult. &*
*fin.de iudic.*

[An autem valeat alienatio rei immobilis, à mi-
nore,ſine decreto,aliiſque ſolennitatibus facta, ſi
ei vtilis ſit,vide Fachin.*libr. 3.controuerſiar.iur.cap.3.*
vbi cum Simoncello,ex *l magis puto. § ſi æs alienum.*
*ff.de rebus eorum.* contra Dd citatos à Tiraquello,
*de legibus connubialib.gloſſ.8.numer.68.quæſt.8.* & Si-
moncell.*de decret.part.2.in ſpect.17.*concludit , eam
non valere. Sed an minor & Eccleſia poſsint appro-
bare

bare talem contractum venditionis à ſe factum ſine ſolennitate, & cogere emptorem ad eius obſeruantiam, egregie reſoluit Alex. Trentacinq. *l. 2. pract. reſolut. de minorib. reſolut. 8. per tot.*]

47 ADDITIO. Et † hanc concluſionem tenent Glo. Bartol. Paul. Caſtrenſ. & alii, *in l. cum & minores. 4. pen. C. ſi aduer. rem iud. & in l. acta. 45. §. contra. 2. vbi Bartol. & Caſtr. ff. de re iud* & eſt deciſ. Guid. Pap. *in q. 494 ſententia.* & facit text. *in §. inuito.* alias, *item inuiti. 2. Inſtit. de curat. & l. ſi præſes. 6. verſ. quidquid eo tempore ſtatutum eſt. C. quomodo & quãdo iud.* qui tex. loquitur de interlocutoria, etiam contra ſimiles perſonas lata: non valet, prout ibi, & tenet Bartol. Bal. Caſtr. poſt Guliel. Petr. & Cyn. *in leg. ſi cum eſſes. 1. C. qui legit. perſon.* (licet ibi aliter ſentiat gl.) & procedunt prædicta etiam, ſi ſumus in cauſa eccleſiaſtica aut beneficiali: ſecundum Lap. *alleg. 123. quidam expoſuit.* limitantur tamen prædicta, niſi eſſet interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem, per *l. ſi frater: 3. fin. C. de filiofam. min.* & gloſſ. *in d. l. ſi cum eſſes. 1. C. qui leg. perſ.* Item limitantur vt procedant, ſi minor cum iuramento aſſeruit ſe maiorem, per *l. ſi alterius. 3. & totum tit. C. ſi min. ſe ma. dixit.* Item limitantur prædicta non procedere, vbi minor litigaſſet, per procuratorem legitime conſtitutum, cum clauſulis ſolitis, & cum iuramento, ſecundum Bartol. *in l. minor. 51. ff. de procur.* per text. *in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.* qui text. licet in contractibus loquatur: procedit etiam in iudicialibus, ſecundum Bartol. *ibi colum. final. verſic. quid in iudiciis.* idem tenet Guid. Pap *in quæſt. 35. ſi adultus, & 494. ſententia in fin.* & in contingentia facti tenuit Parlamentum Regium, vt per Boer. *in deciſ. 92.* licet Specul. *in tit. de actor. verſic. ſed quid ſi minor.* contrarium tenuerit, prout contrarium etiam tenet Bald *in l. 1. colum. 13 verſ. & per hoc reſpondetur.* de quo per Tiraquell. *in tract. de leg. connub. in tit. contracter. in gloſſ. 3. num. 172.* Item limitantur prædicta non procedere in cauſis ſpiritualibus, vel dependentibus ab eis, in quibus minor 15. annis, maior tamen 14. pro maiore & legitima perſona reputatur, *c. ſi annum 3. vlt. & ibi gloſſ. & ſcriben. de iud. in 6.* & hæc exceptio minoris ætatis ex parte eorundem minorum ad inualidandum proceſſum, quandocunque opponi poterit, per regulam *l. licet. 24. C. de procur. & c. in noſtra 4. eod. tit* ex parte etiam aduerſariorum ad impediendum proceſſum, & ne vlterius in cauſa progrediatur, etiam quandocunque opponi poterit, vt docet Speculat. *in tit. de actor. verſ. quid ſi minor in iudicio.* & Doct. *in l non eo minus 14. C. de procurat* & per Afflict. *in deciſ. 366. in pleno. num. 8.* Petr. Foller. V. I. D.

[Plures caſus & cauſas, in quibus iudicium cum minore, ſine tutoris authoritate agitatum, valeat, recenſet Alexander Trentacinquius *lib. 2. practicar. reſolut. de iudic. Reſolution. 6. numer. 3 & ſequentibus.*]

Similiter † per prædicta infertur ad ſtatutum, 48
requirens conſenſum propinquorum in contractu mulierum; quia intelligitur in contractibus damnoſis mulieribus, ſecus in contractibus vtilibus, ita tenet Bald. *in l. neque 7. C. de contrahen. & commit. ſtipul.* Ang. & Imol *in l. mutuum. 3. § fin. ff. de acq. hær.*

Et † per illud dictum Bald infero ad diſpoſitionem 49
ritus magnæ curiæ, requirentis Mundualdum in contractu mulieris quia ſi aliqua mulier faceret aliquem contractum vtilem ſibi, valeret ſine Mundualdo, quod nota; quia millies poteſt accidere. ADDITIO. Hæc concluſio probatur *in l. naturaliter. 13. §. item quod. vlt. cum l. nam hoc, ſeq. ff. de cond. indeb. & l. ait prætor. 3. §. pupillus. 4. & l. ſi pupilli 6. in pr. ff. de negot. geſt. & l. eatenus. 10. ff. de inſtit. act. & l. quid ergo. 2.* alias *depoſitum 1. §. an in pupillum. 15. ff depoſ. & l furioſus 46. ff. de actio. & obligat. & l. pupillus. 3. in princip. & § pupillus. 1. ff de auct. tuto. & l. eum qui. 9. vltim. C. de vſucap. pro empt.* & idem procedit in Eccleſia, vt dixit ſupra proxime dom. Auctor, quod voluit gloſſa, & Bartol. *in authent. qui res. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Bald. *in l iubemus 14 § ſane. 1. in princip. C. eodem tit. & l. ſi prædium 16 in princip. C. de præd. & aliis reb. min.* Panorm. *in c. ſi quis presbyterorum 6. in fin. de rebus Eccleſ. non alien.* & Alexan *in conſil. 4. viſo proceſſu. colum. 1. lib. 3.* & Cuman. *in conſil. 176 in fin.* & hoc videtur voluiſſe Bald. *in l. contrariam. 1. in princ. ff. de contrar tutel. & vtil. act & l ſi pro contutore. 1. C. de cont. iudic tut* per text. & ibi Raph *in l. more. 8 ff de acquirend. hæredit.* & pleniſſime per Andr Tiraquel. *in tract. de leg. connub. in tit. contracter. in gloſſ. 3. num. 24*

Petr. Foller. V. I. D. Item † illud, quod dixi vale- 50
re iudicium tendens in fauorem pupilli, ſine tutore, intellige procedere, quando pupillus eſſet maior infante. Secus ſi eſſet infans; quia tunc æquiparatur furioſo, ex quo nullum habet intellectum; vnde non valet ſententia, etiam in ſui fauorem lata. ita tenent Alexand. & Iaſ. *in d. l. non eo minus. 14. C de proc.* Alexand. *in l. furioſo 9. ff. de re iudic.* & Bald. *in d. l. neque. 7 C. de contrahend. & committen. ſtipul.* per textum *in § pupillus. 8. Inſtit de inutil ſtipul.* ADDITIO. Vide dom. Sebaſt. Vant. *in tractat. nullit. in tit. de nullit. ſentent. ex inhab. ſeu defe. mand. com. num. 15. cum*

*ſequent.* Petr. Foller. V. I. D. Item † prædicta exten- 51
duntur procedere etiam in filiofamilias, vt ſi eſt agitatum iudicium cum eo, ſine conſenſu patris, etiam ſi eſſet minor, valet in ſui fauorem. Ita ſingulariter tenet Alexand *in conſil. 59. colum. 2. in 2. volum.* quod nota pro limitat. *l. cum non ſolum. 8 fin. § neceſſitate.* alias, *in fin. eiuſdem leg. princ. C de bon. quæ liber.* & eorum quæ dixi ſupra *in 11. nullitate.* † DE- 52
CIMOQVINTO dicitur iudicium nullum, quando fuit agitatum cum tutore, qui non fecit ſolennia; vt quia non ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore, non fecit inuentarium, non fuit ſibi decreta adminiſtratio per iudicem, vt dicit Bald. *in leg. ſi tutor. 4. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſar.* de quibus

bus ſolennibus habetur per Bartol *in l. legitimos ff. de leg. tutorib.* Nam in iſto caſu, dato, quod talis gerebat ſe pro tutore; ſi tamen fuit lata ſententia contra eum, talis ſententia eſt ipſo iure nulla, & non nocet pupillo, tex. eſt *in d. l. ſi tutor. 4. & ibi Bartol. & Bald.* & iſtud dictum tene menti perpetuo, quia poteris mille proceſſus impugnare; quia raro inuenitur hodie tutor, qui faciat iſta ſolennia, & de hoc eſt vnus ritus magnæ curiæ vicariæ, *in numer.* 213. qui incipit, *Item ſeruat ipſa curia, quod cum aliquis tutor, &c.* qui vult, quod tutor non admittatur ad litigandum in iudicio tutorio nomine, niſi prius doceat de ſolennibus, ad quod docendum, datur ſibi nouus terminus, ad quod vide *deciſ. 256. conſil. Neapol* ADDITIO. Quo ad iſta, vide Alexand. *in conſil. 129. in c. ponderatis, colum. 2 libr. 1. conſil. 80. viſis. colum 2. in fin. lib 5.* Guido Pap. *in quæſt.* 330. & Capic. *in deciſ 50. in cauſa Iacobi.* & Roman. *in conſil. 425.* vbi ponit quindecim adimplenda per tutores, & Alexand. *conſil. 86. viſis. colum. 2. verſic. non obſtat, quod non fecerit, libr. 2.* & melius *in conſil. 163 lib. 5.*

53 Et † eſt notandum, quod ſi pater in teſtamento dixit, vt tutor propria auctoritate poſſit adminiſtrare, non requiritur confectio inuentarii, vt dicit Angel. Aret. *in §. 1. Inſtit de leg agn. tut. 3. col. verſ. ſecundi confiscatur.* & Boer. *in deciſ. 124 num 15. parte.* Petr. Foller. V. I D.

54 DECIMOSEXTO, † dicitur iudicium nullum, quando eſſet agitatum cum procuratore conſtituto ab aliquo tutore, ante litis conteſtationem, quia tutor non poteſt facere procuratorem ante litis conteſtat. in cauſa pupilli, ſed debet conſtituere actorem, in quo actore requiritur decretum iudicis, alias vitiatur conſtitutio, & non valet proceſſus, & pro hoc eſt text. & ibi Bart. & Doct. *in l. neque tutores. 11. C. de proc.* & gloſſ. *in l. ſi actor. 10. C. de apell.* & tex. *in § quod ſi tutor 6 ſin. Inſt. de curat.* & habetur *in deciſ. 262. in conſ. Neap verſ tertio ille, &c.* Pupillus vero cum auctoritate tutoris poteſt ante litẽ conteſt. conſtituere procuratorem, vt *d. l. neque tutores 11. C de proc.* & hanc materiam plene tetigi infra poſt diſput. t. in repet mea *l ſi actor. 24 ff. de procur. in 2 col.*

55 DECIMO SEPTIMO, † dicitur iudicium nullum, quando fuit agitatum cum procuratore, vſque ad litis conteſtationem incluſiue, & poſtea in aliis actibus citatur dominus, & non procurator: quia ſi dominus non comparet, & fit proceſſus in contumaciam, non valet; quia poſtquam procurator eſt conteſtatus litem, ipſe debet citari in actibus ſucceſſiuis; quia eſt effectus dominus litis, & non dominus cauſæ, & ſi aliter fit, non valet proceſſus, ita tenet Bartol. *in l. procuratoribus. 21 C. de procurat.* & Bart *in l. mutari 24. de procurat & in l. furioſo. 9. ff de re iudic* & Bald. *in d. l. ſi quando 19. in 7. quæſt C. de teſtib.* & Abb. *in c. in nomine. 2 colum. penult. & ibi etiam Felin. de teſtib.* quod tamen intelligitur, niſi procurator eſſet abſens, vel infirmus: quia tunc poteſt citari dominus, ſecundum Alex. *in d. l. procuratoribus, 22.* & Gemin. *in c. ſi quem. 8. ſecus. in 6. not. de procurat. lib. 6.* & dixi *in d. l. ſi actor. 10 ff. de procurat col. 2. in fine.* ADDITIO. Adde Alexan. *conſil. 202 ſuper. in fin. lib. 2.* ſed de iure canonico, vterque dominus, & procurator citari poſſunt, vt inquit Baldus *in l. non videtur. 1. col. 3. ver. breuiter opi. C. de ſent.* & Spec. *in tit. de ſent §. qualiter. col. 3. verſ. porro.* & ibi Ioan. Andr. *in verb. litigauerit.* & Anch. *in conſ. 98.* & eſt gloſſ. ordinaria *in c. querelam. 24 in verb. œconomi. de elect.* eſt deciſ. Guid. Pap. 431. *debet & 86. procurator.* & Rot. *deciſ 21.* & Fel. poſt Bald. *in c. in nomine Domini. 2. col. fin de teſtibus.* & Boer. *in deciſ 185.* & ſic de iure canonico non datur nullitas ex iſto capite. *Petr. Foller.*

[De quo etiam vide Vant. *in tract de nullit ex defect. cit. nu. 85.* vbi dicit in curia Romana, dominum ſolum citari, præterquam in foro Capitolino, licet tutius eſſe aſſerat, ambos, procuratorem ſcilicet & dominium citari. Et ita ſe quoq; ſemper obſeruaſſe ſcribit Viuius *in ſyl. com opin. l. 2. opin 652. n 1. circa fi.*] 56

DECIMOOCTAVO, † dicitur iudicium nullum, quando fuit datus curator ad litem pupillo minus legitime; vt quia pupillus non petiit; quia curator ad litem non datur, niſi pupillo petenti: ſecundum Bart. *in l. qui habet 3. § ſi pupillus 2 ff de tutel.* Verum aduerte; quia in ſacro conſil. Neap. ille text. *in d. § ſi pupillus.* cum ibi not per Bart. intelligitur procedere in caſu ſpeciali, in quo loquitur tantum, ſcilicet, quando pupillus haberet litem cum tutore: tunc opus eſt, vt habeat curatorem ad litem, alias non datur non petenti. Secus eſt, quando pupillus haberet litem cum alio extraneo: quia tunc poteſt iudex ſibi etiam non petenti, dare curatorem ad litem Verum ad inſtantiam partis aduerſæ debet iudex facere mandatum pupillo, quod veniat ad petendum curatorem ad litem, & ſi comparuerit, dabit ſibi illum, quem petierit. Si vero non comparet; tunc iudex ex officio, dat ſibi curatorem ad litem: iuxta formam *l. admone. 1. C qui pet. tutor.* Hæc omnia habentur *in deciſ 256. conſ. Neapol* & per Bald *in l. ait. prætor. § permittatur.* alias, *ſed & ſi ei 2. verſ. permittitur etiam. 1. in prima not. ff. de min.* Et prædicta intelliguntur de pupillo maiori infante, vt habetur *in deciſ 256.* nam ſi pupillus eſt infans, non poteſt ſibi dari curator ad litem: ſed debet peti ſibi dari tutorem, vt tenet Ioan. Andr *in addit. Specul. in tit. de reo. § 1. col. 5. in addit.* quæ incipit, *auctoritate.* & Bald. *in c. 1 col. 6. in fin. in verſ. de citatione, &c. de milit vaſal qui cont. eſt.* & habetur *in deciſ 262. conſil. Neapol. verſic. 2. dicitur, &c.* Et iſte eſt alius modus annullandi proceſſum, ſcilicet, quando eſſet datus curator ad litem infanti; qui dari non poteſt, niſi in vno caſu, ſcilicet quando tutor poſſet reperiri: vel quando bona pupilli ſtarent ſub periculo, ſecundum Bald. *in d c. 1. verſ. de citatione.* vbi ſubdit, quod tunc debet dari curator, cum interuentu conſanguineorum pupilli Hinc dicit Bald. *in l. donatarum. 3. in fin. C. de acquiren. poſſeſſion.* quod quando aliquis litigat cum infante, 57

omnes

omnes actus debent fabricari in perſonam ſolius tutoris. non autem in perſonam infantis, cum auctoritate tutoris. Hodie autem in regno extat diſpoſitio ritus magnæ curiæ, *in num. 10.* qui incipit, *Item quod pupillus, &c.* per quem diſponitur, quod curia prouidet pupillis de curatore ad litem, aſſerentibus ſe carere curatoribus, & talis prouiſio fit ſine difficultate, & ſine cauſæ cognitione, vnde per diſpoſitionem illius ritus, iudex potuit indiſtincte prouidere pupillis, de curatore ad litem: ſiue petant, ſiue non; quia dicit, ſine difficultate: & ſine cauſæ cognitione; verum non puto, quod per illum ritum ſit conceſſum dari curatorem infanti: quia dicit, pupillis aſſerentibus ſe carere curatoribus; nam talis aſſertio non poteſt fieri per infantem. qui nullum habet intellectum, vnde de neceſſitate ille ritus intelligitur de pupillo maiore infante, & iſta not. quia ſunt quotidiana. ADDITIO. Si bene ac perpenſe aduertatur ritus allegatus per dom. Auctorem, ſentit, & probat totum contrarium, dum expreſſe dicit, quod pupillo aſſerenti non habere tutorem, datur curator ad litẽ, & ſic ad petitionem ipſius aſſerentis non habere tutorem, datur, ſed vtcunque ſit, datur hodie curator ad petitionem litigantis cum pupillo, ſine difficultate, & abſque cauſæ cognitione, vt
57 dicit ritus Et † an curator ad litem debeat cauere & alia facere? vide text. & ibi gloſſ. *in l. & ſi ad ſpecies. 8 ff rem pupil. ſal. fo. & in l. fin. C. de admin. tut* & ibi Ang. Alex. *in conſil. 163. in 5. libr.* & plenius Alb. de Roſ. *in d. l. & ſi ad ſpecies. 8. & in rub. C. de tut. vel curat. qui non ſatiſ.* & Carol Molin *in conſuet. Pariſ. in §. 6 in gloſ. 6. ver. rendre compte. ſol. 01. in 2 qu. n. 12.* & Cap. Tholoſ. *dec. 146.* & Sebaſt. Vant. *in tract. nullitat in tit. de nullit. ſent. ex inha. ſeu deſe man com. nu. 145.* Petr Foll.
58 V.I.D. DECIMONONO, † dicitur iudicium nullum, quando cauſa eſt auocata à iudice inferiore, per ſuperiorem: vt quia Princeps delegat aliquam cauſam ſpectantem ad ordinarium alicui delegato; nam per talem delegationem cenſetur priuaſſe ordinarium iuriſdictione, quo ad illam cauſam, & cenſetur cauſam ad ſe aduocaſſe: idem ſi ipſe ſuperior cœpit de cauſa cognoſcere. ita tenet Bald. *in c. 1. §. ad hoc. col. 4. de pace iu. fir.* & Abb. *in c. cum M. Fer. 9. col. penult. in fin. de conſtit.* & idem Abb. *in c. cum dilectus 15. in vlt no. de pur. cano* pro hoc videatur tex. *in c. paſtoralis. 28. § præterea. & ibi Felin. de off. deleg.* & Fel. *in c. quoniam. 14. Abbas in fin. eod tit.* & Ludou. Rom. *in conſ. 330. col. 3. & conſil. 325* & Bald. *in l. ſi vt proponis. 4. la. 1. col. 3 verſ. quæro Papa, &c. C. quomo. & quan. iud.*
59 vbi plus dicit Bald. quod † mortuo delegato, cauſa non reuertitur ad ordinarium, ſed vadit ad principem delegantem, adde Iaſ. *in l. more maiorum. 5. col. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* In iſto igitur caſu, ſi ordinarius inferior faceret proceſſum, in dicta cauſa auocata per ſuperiorem: tale iudicium eſſet ipſo iure nullum, tanquam agitatum à priuato, text. eſt & ibi Abb. & Phil. *in c. vt noſtrum. 56. de ap.* & proba-

batur *in l. iudicium ſoluitur. 58. de iud.* An † autem in- 60
ferior à Papa, vel a Principe, poſſit indiſtincte cauſam cœptam coram ſuo inferiore, ad ſe aduocare: puta ſi Archiepiſcopus vellet ad ſe aduocare cauſam, quæ agitur coram Epiſcopo? Dic, quod non: ita tenet Phil. *in d. c vt noſtrum. 56. col 4. verſ. 3. quæritur.* vbi limitat non procedere in Vicario; quia Epiſcopus poteſt cauſam cœptam coram ſuo Vicario indiſtincte ad ſe aduocare & idem tenet ibi *in 1. col.*
VIGESIMO, † dicitur iudicium nullum, quando 61
eſt factum contra exititios, ſeu expulſos de ciuitate, ad inſtantiam alicuius creditoris, in contumaciam; quia ex quo non tenentur comparere, quoniam locus non eſt eis tutus, non valet proceſſus factus contra eos, ita tenet Bar. *in l. inter. 8. fi. col. 2. verſ. ſed iuxta hoc quæro. 8. cap. ff de in integr. reſt.* de qua materia vide Felin. *in c. accedens. 3. el 2. vt lite non conteſt.* vbi tractat, an & quando iſti tales teneantur per procuratorem comparere. ADDITIO. Contrarium videtur tenere Bal. *in l. 2. C. de iur. omn. iud.* & dicit, ita velle Guliel. de Suza per *l. Papinianus lib 20. ff. de min & l. eius. 27. §. domicilium. 3 fin. ff. ad mun.* pro quo vide, quæ not. Petr *in c. cum olim. 34 de teſti.* & ibi And Barb & Bald. *in l. ſi qua pœna 7. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* & Salicet. *in d. l. ſi militaris. 2.* & Bald. *in rubr. C. ſi à non compet. iudic. & in l. per diuerſas. 22. C. man. 9. quæſt.* & Mar. Socin. *in tract. de cita. in articulo. 5 nu. 48.*
Petr. Foller. V.I.D. VIGESIMOPRIMO, † di- 62
citur iudicium inualidum, & nullum, quando fuit agitatum in cauſa criminali ſuper libello inepto: vt quia non fuit appoſitus in eo locus, ſeu tempus, ſecundum formam *l. libellorum. 3. ff. de accuſa.* vt *d. l. libellorum §. quod ſi libelli. 1.* & ibi Bartol. vbi dicit, quod ipſo iure eſt libellus ineptus, & iudicium nullum, etiam ſi non opponatur; de cuius dicti veritate; quia multi tenent contrarium, ſcilicet, quod opus eſt, quod opponatur, vide plene per Socin. *in conſil. 146. col. 6. & 7. in 1. volum* Quid † autem, 63
ſi apponeretur locus indeterminatus in libello dic, quod valet libellus, & poteſt ſuppleri probationibus ſecundum Socin. *in d. conſil. 146. col. pen.* ADDITIO. De hac nullitate in Regno parum curatur per literas Reginæ Iſabellæ, de qua dixi *in practica mea cauſar. crimin. in verb. audiantur exceptiones proponendæ.* Petr. Foller. Quid † autem, ſi non ſit expreſſum no-
men proprium accuſati, vel hominis occiſi: vt pu- 64
ta; quia ignorabatur, an procedat libellus: vide plene per Felin. *in c. auditis 15 colum. 16. & 17. de præſcript.*
Dicit † tamen Bart. *in d. l. libellorum col. 1.* quod dies 65
commiſſi criminis non debet opponi in libello, & valet libellus ſine eo. Verum idem Bartol. *in l. ſi qui reus. 5. col. 5. in fi. de public iud.* tenet, quod ſi reus petit edi ſibi diem commiſſi criminis, ad hoc vt poſſit facere ſuas defenſiones, tenetur accuſator exprimere diem ad inſtantiam rei; & illud dictum ſequitur Iaſ. *in l. arbitraria. 2. § ſi quis Epheſi 2 ff de eo, quod cert. loc.* Contrarium tamen & melius tenet Ioan. de

Z 2 Imol.

Imol. *in d.l.ſi qui reus, colum.23.in fin.* ſcilicet, quod non teneatur exprimere diem accuſator, etiam ad inſtantiam rei: & iſtam contrariam partem puto veriorem, quam tenet etiam Alex. *in d.l.ſi qui reus,*
66 *5.in add.ad Bar.* † VIGESIMO SECVNDO, dicitur iudicium nullum, quando eſt factum contra eum, qui arripuit iter ad ſedem Apoſtolicam; nam interim dum vadit ad Papam, eximitur ab omni iuriſdictione iudicis inferioris & eſt ſub protectione Papæ, vnde proceſſus, quæ contra eum fieret in patria ſua, eſt nullus, tex eſt & ibi Abb. & Doct. *in c.meminimus.9.de appel.* ADDITIO. Procedit tamen ſi non habuit notitiam literarũ expeditarum contra eum, & ante citationem: non autem ſi diſceſſit poſt citationẽ, vt ibi dicit tex. allegatus per dom. Auct. *Petr.*
67 *Foll.* † VIGESIMOTERTIO, dicitur iudicium nullum, quo ad ſententiam, quando ſententia eſſet lata de conſilio alicuius iuriſperiti, & reperiretur in proceſſu latum ſolum conſilium, & poſt conſilium non eſſet aliqua ſententia iudicis, qui pronunciaret ſecundum formam illius conſilii; nam proceſſus remanet indeciſus, perinde ac ſi non eſſet lata aliqua ſententia, & ſic non poteſt fieri executio, ita de hoc eſt vnum pulchrũ conſ. Ang. *in conſ.249.incip.domina Lambertina.* & habetur per Felin. *in c. cũ venerabi lis.col.16. cum tribus ſequen. de except.* & iſtud nota perpetuo quia quotidie euenit, maxime in curiis, in quibus ſunt iſti officiales idiotæ, qui ferunt ſententias de conſilio iuriſperiti, & ſolum legunt conſilium, & magiſter actorum ſcribit, lecta & lata fuit ſupraſcripta ſententia, &c. cum in rei veritate nulla ſit ſententia lecta, ſed ſolum conſilium, quod non eſt ſententia, vnde poteris opponere, & impedire executionem. Et ego bis obtinui: non ſunt multi dies, quibus impediui duas executiones per dictam oppoſitionem, vnde ſint cauti iudices idiotæ, vt in calce conſilii faciant ſcribi; Nos talis iudex. &c. ſententiamus, & pronuntiamus, prout in ſupraſcripto conſilio continetur, & deinde ſe ſubſcribat; nã iſta pauca verba habent vim ſententiæ, alias nulla eſſet ſententia. Adde prædictis Iaſ. *in l. nec quicquam.9.§. vbi decretum.1.col 15.de off.proconſ.* & quo ad reliqua de hac materia, vide quæ dicam infra *in vlt. parte, in verſi. ſententia.* ADDITIO. Quinimo oportet, quod illud conſilium à iudice aperiatur, & legatur, vt dicit Bal. *in l. arbitri.1.col.2.C.de ſent.ex peric. rec.* & per Specul. *in titu. de reo.con.circa fin.* & Angel. *in conſi.240 domina Lambertina.* alleg per dom. Auctorem ſub *nu.249* refert & ſequitur Alexand. *in l.ſi poſt 1.circa fin. C.ſi aduer lib & in conſil.185. in fin.lib. 2.* & Iaſ. *in d.l. nec quicquam. 9 §. vbi decretum. 1.ff. de offic. proconſ.* alias ſi quis ſententiaret, prout in conſilio nondum exhibito, ſententia non valeret, ex quo illa per relationem ad acta illius inſtantiæ nõ poſſet certificari, quod neceſſario requiritur ſecundum communem ſcribẽtium opinionem, de qua atteſtatur Iaſ. *in l. ait prætor. 5. § ſi iudex.1.colum.4.ff. de re iudic. & in §. curare. Inſtitu. de act.* & Alexand. *in conſi 53.colum.fina.libr.5.* Item requiritur, quod conſilium ſit clarum, & lucidũ, & non perplexum, aut obſcurum, & quod conſulentes non ſint contrarii, alias non valeret ſententia, vt per Docto. *in c. fin.* vbi Bald. & Fran. de Aret. Barto. Alexand. & Paul. de Caſtr. *in l. duo iudices. eod titu.* Angel. & Imol. *in l. ad Principem.ff de appel.* Petr. Foller. I.V.D. † VIGESIMOQVARTO, dicitur iudicium nullum, quando eſt agitatum, dilatione pendente: quia dilatione pendente officium iudicis conquieſcit: & interim attentatum, eſt ipſo iure nullum, tex. eſt, vbi hoc tenet Bal. *in l ſiue pars. 3. C. de dilat.* ADDITIO. Adde gloſſ. *in l. dicere.* alias, *qualem. 9 § dicere.1. in fin.ff. de arb. in l. ne quis. 1.§. ſed ſi prætor. 1. in verſi nullius.ff de fer. & in c. ſignificante. 69. in verb. prouenire. vbi Ioann. Andr. & Scriben. extra de appel.* & gloſſ. *in c. vbi periculum.3 in verb. decem, & in c. commiſſa.35. in princip. de electíon. in 6* & Bald. *in l. cum antea. 5. colum. 3. verſicu. & conſidera hic. C. de arbitr. & in l. ſi appellationem. 31. colum.3. verſi. eſt, & tertia delib. C. de appel.* & Lap. *alleg.2. verſi ad hoc quia pendente.* † Et intellige prædicta procedere, vbi non ceſſaſſet cauſa, per quam data fuit dilatio: alias ſi ceſſat officium iudicis, non amplius conquieſceret, prout declarat idem Bal. *in c.2. de dil.* & Lap. *alleg.81 in cauſa matrimoniali. verſ. ad id, quod dicebatur.* & Mil. *in verb. dilatio,* & Bartol. *conſil.164. proceſſus, & in l. à filia. 62. §. alumno.1.ff. ad Treb.* & Abb. *in c. ſignificauit. 48. num.9 de appellat.* & Alexand. *conſil.34 viſo, colum. 2. lib.2.* Item † intellige, quando actus, qui fiunt poſt dilationem pendentem, ſint in præiudicium dilationis pendentis, alias non, vt eſt cõcluſio Ægid. Bellame. *in concluſ. 324 pendente termino.* & per Bart. & Doct. *in l. quamdiu. 69. la grande. ff. de acquir. hæred.* & illud, quod dicitur de dilatione à iudice data: dicendum erit, vt procedat etiam in terminis à iure, vel ab homine ſtatutis, ad aliquid peragendum: nam durantibus illis, manus iudicis quaſi ligatæ, & impeditæ cenſetur & proptorea proceſſus illis pendentibus factus non valet, vt inquit *deciſ. Rot. 742. Nota, quod pendente termino, in antiq.* termini quoque præfixi vim dilationis habent, vt inquit Abb. *in c. cum cauſa. 8. colum. 5 verſic. item præfixio termini. de re iudic.* declarat Franc. *col. penult.* & poſt eum ibi Felin. *in c. perſonas. 4. penul. colum. verſic. ſola dilatio de appellat.* verbi gratia: proceſſus factus per iudicem, à quo appellatum fuit, pendente termino ad dandum, vel recipiendum Apoſtolos, eſt ipſo iure nullus, vt tenent Dom. ſupra alleg. videlicet Franc. *in d. c perſonas, colum. penult. verſi. ſed dubitatur.* quod ibi approbat Felin. & Bald. *in d l. appellationem.* quamuis poſt tenuerit, & teneat, quod talis proceſſus, huiuſmodi termino pendente factus valeat, vt per plures rationes firmat Ægid *concluſ. 622.* proceſſus factus, & Rot *deciſ. 128 ſi iudex in nouis.* & ita ſe habet communis opinio ſecundũ Boer. *deciſ. 159. in fi.* Am-

Right margin numbers (second column): 68 (at "VIGESIMOQVARTO"), 69 (at "Et intellige prædicta"), 70 (at "Item † intellige").

71 Amplia † prædicta procedere, non ſolum dilatione pendente, ſed etiam procedunt, quando iudex iudicaret poſt aliquod legitimum impedimentum abſentis in actis allegatum, puta infirmitatis, & de ea quatenus opus foret, fuiſſet oblata fides, quoniam ob huiuſmodi legitimum impedimentum ſuſpenditur iudicis poteſtas, & iudicium in tempus bonæ valetudinis diffunditur, & ſi interim procedatur, proceſſus erit ipſo iure nullus, prout eſt text. & ibi declarant Bart. & Doct. *in l. quæſitum. 60. ff. de re iud. & in l. 2. §. ſi quis iudicio, 3. ff. ſi quis caut.* vbi etiam Iaſ. *& eſt deciſ. Rot. 62. quod vbi eſt, in antiquis.* & idem eſt in aliis impedimentis, de quibus ad longum proſequere, vt per Sebaſt. Vant. *in tract. nullit. in tit. de nullit. ſent. ex def. iur. ord. num. 161.* Petr. Fol.
72 V.I.D. † VIGESIMOQVINTO, dicitur iudicium nullum, quando eſt agitatum contra mortuum, licet defendatur per viuum, vnde ſi tempore latæ ſententiæ is, qui ſententiam contra ſe reportat, reperitur mortuus, eſt ipſo iure nulla, tex. eſt *in l. in ſumma* alias *in ſententiis 59. §. ſi quis. 3. final. & ibi per Doct.*
73 *ff. de re iudi. & l. penult ff. quæ ſen. ſine app. reſc* † VIGESIMOSEXTO, dicitur iudicium nullum, quando eſt factum per delegatum impetratum per literas ſubreptitias, vel quando delegatus non ſeruauit formam reſcripti delegatorii, text. eſt *in c. cum dilecta. 22* & ibi Abb. *in 4. not.* & plenius ibi per Fel. *de reſcri* ADDITIO Licet enim proceſſus agitetur per iudicem delegatum cum commiſſionibus obreptitiis, & ſubreptitiis: ſi non excipiatur, valet, & tenet: quia iuriſdictionem, & poteſtatẽ tribuunt, vt plenius per Doct. *in c. cæterum. 3. & c. ad audientiam. 31. el. 2.* vbi late per Fel. *& c. ſuper literis 20. de reſcrip.* & ponit Ægid. *concluſ. 482.* Legiſtæ *in l. præſcriptione. 2. per illum tex. C. ſi contr. ius vel vtil publ.* dũmodo reſcripta ad delegationes cauſam, de qua agitur, ab alio iudice non aduocarent: quia tunc ſubreptio ipſo iure vitiaret, vt eſt *dec. Rot. prima de reſcrip.* fallit etiam in pluribus aliis, in quibus ſubreptio ipſo iure vitiat, vt per Iaſ. *in d. l. præſcriptione. 2.* & Felin. *in d. c. ad audientiam. 31* & ita intellige dicta dom. Auctoris hic.
74 *Petr. Foller V.I.D.* † VIGESIMOSEPTIMO, dicitur nullum iudicium, quo ad ſententiam, quando in ea eſt expreſſus error iuris, tex. eſt *in l. ſi cum. 2. C. quando prouoc. nõ eſt neceſſ.* & intelligitur, quando eſt talis error, qui poteſt legi oculo corporali; non enim ſufficit oculus intellectus, ita declarat Alex. vbi plures limitationes ponit, *in l. cum prolatis 32. col. 3. de re iud.* & Abb. *in c. ſententia. 1. colum. 3 de re iud.* ſi tamen eſt contra ius litigatoris, vt quia error non apparet oculo corporali, valet: licet ſit iniqua, vt *d. l. cũ prolatis. 52 ff. de re iud.* & habetur per Dd. *in c. inter cæteras. 9. de re iud.* tamen poteſt is, qui eam obtinet, denunciari Eccleſiæ, per denunciationem Euangelicam, vt reſtituat quod vigore talis ſententiæ habuit; quia cum peccato tenet, ita habetur *in [illegible] conſ.*
75 *Ne. xp. col. 2* tamen † limitatur hoc procedere in ſententia; ſecus in decreto; quia ſi interponitur decretum ex falſa cauſa cõtra ius litigatoris, eſt ipſo iure nullum, licet error non exprimatur, ſecundum Bart. *in l. Fulcinius 7 §. circa fin. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat.* quem ſequitur Alex. *in conſ 85 in prin in 2 volum.* pro hoc eſt tex *in l 1. §. hæc verba. 5. ff. ne vis fiat ei.* † idem 76
tenet Socin. *in conſil. 18. colum. 8. in 1. volum.* vbi ponit pulchrum caſum, de ingrediente poſſeſſionem auctoritate decreti iniuſti, vt poſſit puniri de vi turbatiua, & decretum non valet. ADDITIO. Hanc atteſtatur communem eſſe opin. Alexand. *in conſil 59. attentis, colum. 7 ver. nec obſtat, lib. 3.* [ Adde Franciſc. Viuium *in Sylua Com. opin. lib. 2. opin. 767.* ] quod autẽ requiratur error expreſſus, nec ſufficiat tacitus, ꝓbatur *in l ſi expreſſim 19. ff. de appel. & in l. ſi cum 2. ibi; tã manifeſti iuris. C. quan. prouoc. & in c. ſolet. 2. ibi; vel intolerabilem errorem, de ſent. excomm in 6.* & facit *c venerabilibus. 7. §. fi. eod tit.* & ita tenuit Innoc. & Hoſt. *in c. P. & G. 40 circa fi. de off. deleg.* cuius dictum famoſum & ſingulare tenet Ant. *in c ab excommunicato. 41. de reſc.* Dd *in d c. ſententia 1* vbi Fel. *colum. 3. de re iud.* Doct. *in Rubr. de erro cal.* & voluit Bal. *in l. ad probationem. 22 la 1. C. de probat.* & Ang. *in l. prætor ait 20. ff. de oper. noui nunc.* & ſequitur Dec. *in conſ. 78. colum. penul. lib. 1.* Petr. Foller. V.I.D. VIGESIMOOCTAVO, dicitur iudicium nullum, † quando eſt agitatum, 77
coram iudice hæretico, ita tenet Specul *in tit. de aduoc. §. 1 colum. 1. verſic. item obiicitur, in fin.* quod nota, quãdo † extaret iudex aliquis, qui non crederet a- 78
liquem articulum fidei: vel qui forte diceret, vſuras non eſſe peccatum; quia per hoc cenſetur hæreticus, & poteſt opponi contra eius iudicium, ita habetur *in Clem. 1 §. fin. & ibi plene Card. de vſuris.* vbi hoc limitatur procedere, quando quis pertinaciter id diceret: ſecus, ſi loco, vel lapſu linguæ: quia tunc non eſt hæreticus, & ibi plene Card. declarat, quis dicatur hæreticus, & Oldr. *in conſ. 109.* & per B. Thomam. *2. 2. quæſt 5. art. 3.* & quod vſura ſit peccatum mortale, habetur per eundem B. Thom. *2. 2. quæſt. 78 art. 1.* VIGESIMONONO, dicitur iudicium nullum, † quando fuit agitata aliqua cauſa crimi- 79
nalis contra filiumfamilias minorem, quia licet in iudicio tali interuenit conſenſus patris; tamen adhuc proceſſus eſt ipſo iure nullus: quia in criminalibus non ſufficit auctoritas patris, quando filius eſt minor: ſed debet ſibi dari curator, ita tenet Bald. *in conſ. 408 incip. Factum ſic proponitur, &c. in 3. volum.* & ſentit *in l. ſi infanti 18. colum. 2. verſ. & ideo aduerte, &c. C. de iure delib.* Hinc dicit Bald. *in l. clarum. 4. C. de auth. præſtan. in 2. not.* † quod minor non poteſt 80
eſſe aliquo modo in iudicio criminali, ſine curatore, & tenet plene Petr. Phil. Corn. *in conſ. 198. in 4. volum.* vbi plene examinat de confeſſione minoris in criminalibus, an valeat, & an poſſit reuocari. TRIGESIMO, dicitur iudicium nullum, † quan- 81
do eſt agitatum in tempore, vel die feriato, maxime in honorem Dei, ſecundum Specul. *in tit. de citatio-*

tatione, §. 1. colum. 7. verſic. item excipitur, quod facta eſt, &c. per text. c. conqueſtus. 5. fin. de fer. & in l. fin. C. de
82 fer. Quæ † autem feriæ ſint in obſeruantia ad honorem Dei, vide Abbat. in d. c. conqueſtus. 5 de fer. & inter alia dicit Abb ibi in 3. colum. quod tota ſeptimana ſancta, & omnes illi dies infra octauā Paſchatis, ſunt feriati ad honorem Dei, ſimiliter in feriis inductis ad honorem hominum, prout ſunt feriæ meſſium & vindemiarum: de quibus in l. ne quis. 1. & l. eadem. 2. ff de fer. Verum illæ feriæ hominum non ſunt ita potentes, ſicut feriæ ad honorem Dei.
83 Quia † feriis ad honorem hominum, poteſt de conſenſu partium renunciari: & valet proceſſus factus de conſenſu partium, ſed feriis ad honorem Dei non poteſt renunciari, nec valet proceſſus etiam factus de conſenſu partium, vt not. Specul. in tit. de renunc. & concl. §. 1. in 3. colum. & Abb. in d. c. conqueſtus. 5. fin. colum. 4. verſic. ſed quæro. & Bartol. in l. ſi feriatis. 36. ff. de arb. & Bald. in l quoniam. 1. C. de
84 feriis. & Specul. in tit. de fer. §. fin. qui † autem actus poſſunt fieri in die feriato; & qui non, vide per Fel. in c. ſignificauerunt 21. colum. 4. cum tribus ſeq. de iud.
85 Vnum adde, † quod feriæ vindemiarum & meſſiū, hodie in regno non ſunt in vſu, prout expreſſe dicit gloſſ. in conſtit. regni Baiulos. & eſt expeditum per Clem. ſæpe. 2. de verb. ſignif. vbi dicitur, quod vbi proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicii, prout in regno, in cauſis ciuilibus, & tales feriæ non ſeruantur. Quæ autem feriæ ſeruentur hodie in regno, in curiis, & quæ non, vide plene per Matth. de Afflict. in d conſtit. Baiulos. in 3. 4 5. & 6. colum. vbi cumulat.
86 Prædicta † tamen intellige procedere in actionibus contentioſæ iuriſdictionis; quia non poſſunt fieri in die feriato ad honorem Dei : ſecus in iuriſdictione voluntaria; quia actus voluntariæ iuriſdictionis poſſunt expediri die feriato, etiam ad honorem Dei, prout ſunt adoptiones, & emancipationes: Item poteſt Notarius facere inſtrumentum in die feriato; quia ſimiliter hoc eſt voluntariæ iuriſdictionis, ita tenet Specul. in tit. de fer. §. ſe-
87 quitur. verſic quid ſi in feriis, &c. † Vltimo ſuper hac materia attingo vnam vtilem quæſtionem: videlicet, an per ſtatutum vel conſuetudinem poſſit induci, quod feriæ ad honorem Dei, non ſeruentur in aliquibus caſibus. Et pono caſum in terminis. In regno quotidie videmus fieri iſtas nundinas in diuerſis ciuitatibus, & locis, quibus durantibus, ſolet creari vnus Officialis; ad iuſtitiam miniſtrandam, de emergentibus in nundinis inter aduenas, qui appellatur magiſter nundinarum, in cuius curia & tribunali celebrantur, vt plurimum actus in die feriato, ad honorem Dei: quia actus tolerantur de antiqua conſuetudine. Quæro igitur, an valeant huiuſmodi actus? Ego vidi quandoque fuiſſe oppoſitum per quendam peritum Doctorem in ciuitate Venuſii: in nundinis, quæ celebrantur in feſto S. Mariæ, de menſe Auguſto, qui oppoſuerat non valere acta facta in die S. Mariæ: adeo quod fuit magna diſcuſſio inter iuuenes ſtudentes ac profeſſores, & Doctores, qui ibi aderant in illo die. Quia allegabat præfatus Doctor nonnullas coloratas rationes, quæ prima facie ducebant adſtantes ad hæſitationem. Et primo dicebat, † arguendo de pacto 88
ad ſtatutum, ſiue conſuetudinem, iuxta l. non impoſſibile 50. cum ibi not. per Doct. ff. de pact. Nam per pactum non poſſunt partes renunciare huiuſmodi feriis, vt ſupra dixi, ergo minime poteſt fieri per ſtatutum, vel conſuetudinem. Præterea, † conſuetudo, 89
vel ſtatutum, cum dicatur ius ciuile poſitiuum, vt in §. ſine ſcripto 9. Inſtit. de iur. natur. & in l. omnes populi. 9. ff de iuſtit. & iur. non poteſt tollere ius diuinum. Nam iſtud, quod feriæ in honorem Dei ſeruentur, eſt de iure diuino, & ſic de præcepto decalogi. vbi habetur, Sabbata ſanctifices, &c (de qua materia plene dixi ſupra in 3. parte principali huius tract. in illa quæſt. 1. vnde habuit originem iudiciū.) Ergo non poteſt tolli per ius poſitiuum, vt not. gl. & Dd. in l. omnes 6. ſi. C. ſi contra ius vel vtil. publ † Præ- 90
terea allegabat not. per Doct. maxime per Alexand. in l milites. 15 C. de teſtam milit. vbi habetur, quod licet ſtatutum dicat, quod procedatur nulla ſolennitate iuris ſeruata, non tamen cenſetur tollere ferias inductas ad honorem Dei, vnde in propoſito, licet in curia nundinarum procedatur ſummarie, & ſine aliqua iuris ſolennitate, vt declaraui ſupra in iſta parte. in 6. diſt in ver. 4 principaliter, &c tamen nō debēt cenſeri ſublatæ feriæ inductæ ad honorem Dei, & per huiuſmodi oppoſitiones, feci impediri iuriſdictionem magiſtri nundinarum in procedendo in illa cauſa; adeo, quod prius expirauit iuriſdictio ſua per lapſum nundinarum, quam caſus fuiſſet deciſus. Et licet tunc † quia iuuenis eram, & tyruncu- 91
lus profeſſor, ac ſtudens non cogitaſſem congruum reſpōſum ad prædicta oppoſita, nec habuiſſem certam concluſionem, quæ tenenda eſſet: nunc tamen poſtquam incidenter euenit, hunc caſum diſcutere, ſum indubitanter in contraria opinione Et teneo concluſiue, quod ſtatutum vel conſuetudo poteſt inducere, vt feriæ in honorem Dei non ſeruentur in aliquibus caſibus ex cauſa. Et ſignanter, quod valent acta, facta coram magiſtris nundinarum tempore feriato. Et pro defendenda iſta contraria opinione, aſſumo vnam ſolam concluſionem communem & veram, quæ eſt quod ius poſitiuum, licet non poſſit in totum tollere ius diuinum, poteſt tamen illud limitare diſtinguere, & interpretari, vt habetur per gloſſ. & Doct. in d l omnes. 5. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub. & declarat pleniſſime Felin. melius, quam alius, in c. quæ in eccleſiarum. 7. col. 2. cum quampluribus ſeqq. de conſt. vbi ponit quam plura exempla. Et inter alia in ſpecie in materia feriarū, quod ius poſitiuum poſſit limitare ius diuinum, vt non procedat in aliquibus, tenet Bald. in conſ. 166. in fin. in 5. volum. pro hoc eſt tex. in l. prouinciarum 10 C. de fer.

*de ſer.* vbi in cauſa latronum inſignium poteſt procedi, etiam in die feriato, ad honorem Dei, & ſic quo ad hunc caſum limitatur ius diuinum. ADDITIO. Vide quæ late dicam *in tractatu meo de conſ. in*
92 *præfatione.* Petr. Fol. Similiter limitatur † in capiendo debitorem fugitiuum, qui poteſt capi in die feriato ad honorem Dei: propterea quia periculum eſt in mora, & proceſſus eodem die feriato contra eum factus valet, & tenet, vt not. Iaſ. *in l. ne quis. 1. § ſed ſi prætor. 1. colum fin. ff. de fer.*

[Contra hanc opinionem videtur eſſe text. *in l. fin. C. de feriis.* ibi: *veniant aduerſarii non timentes.* vide Ant. Teſſau. *deciſ. Pedemont. 40. num 7.*]

Sunt etiam caſus, in quibus poteſt procedi die feriato, quos diligens perquiſitor inueſtigare poterit, & in illis limitatur ius diuinum, vnde non eſt mirum, ſi in caſu propoſito poteſt limitari ius diuinum, vt valeant acta in curia nundinarum, ex iuſta cauſa; quia iuriſdictio eſt modico tempore duratura, & ſumus in cauſis mercatorum, quæ de plano expediuntur, & multæ aliæ rationes vrgent, quæ de facili conſiderari poſſunt, vnde cum in tali obſeruantia concurrat tempus, cuius non eſt memoria in contrarium, certe talis conſuetudo habet vim ſtatuti, & ſpecialis priuilegii, *l. hoc iur. 3. §. ductus aquæ. 4. ff de aq. quot. & æſti* & Abb *in c. ſuper quibuſdam 26. de verb. ſign.* Vnde potuit limitare ius diuinum, vt non procedat in curia nundinarum, ſicut in quampluribus aliis cauſis ipſum limitat, & ſic non ex toto tollit. vt habetur per Felin. *in d. c. quæ in eccleſiarum. 7* & tetigi aliquantulum ſupra *in 8 part. huius tract. verſ. quo ad octauam legem, &c* Non ob-
93 ſtant modo rationes contrariæ. Et primo † reſpondeo ad primam, quod argumentum de pacto ad ſtatutum, procedit affirmatiue, tanquam de minori ad maius. Nam id, quod poteſt fieri per pactum, poteſt fieri per ſtatutum; ſed non ſequitur, non poteſt fieri per pactum; ergo minime per ſtatutũ; quia plus fit per ſtatutum, vel conſuetudinem, quam per
94 pactum, ita declarat Iaſ. *in d. l. non impoſſibile. 30. ff. de pact. col. fin.* Vnde in propoſito, † licet partes non poſſunt tollere ferias in honorem Dei; tamẽ ſtatutum, vel conſuetudo, poteſt illis derogare, limitando ex maiori potentia, & hoc ſentit Alex. *in d. l. milites. 15. C. de mil. teſtã.* & Ioan. de Imol *in l. filiusfam. 7. col. pen in fin. ff de don.* Ad ſecundam rationem reſpõdeo, quod non tollit, ex toto, ſed limitat quod facere poteſt, vt modo dixi. Ad tertiam rationem patet reſponſum ex his, quæ dicit Alex. *in d. l. milites.* Multas alias nullitates poſſem ſubnectere: quas cauſa breuiandi non pono, quas & poteſt quilibet ſtudioſus inueſtigator perquirere. Et de hac materia nullitatis, an, & quando, & qualiter dici poſſit, & vſque ad quod tempus, vide pleniſſime per Phil. *in c. dilecti. 1. de appel.* quod capitulum legit in fin. illius tit & facit bonam repetitionem ſuper eo & reliqua circa hanc materiã ſupple per ea, quę dicã infra. *in vlt part in verſ ſententia.* Rob. Mar. Ven V. I. D.

## IVDICIORVM XVII. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud ſimplex, aliud duplex.*
2 *Actiones mixtæ tribus modis dicuntur.*
3 *Actio familiæ erciſcundæ, cui & quando competat, & quæ requirantur in ea, num. 6.*
4 *Actio communi diuidundo, quando competat, & cui, & quæ requirantur, n. 7.*
5 *Actio finium regundorum, ad quid competat.*
8 *Diuiſio inter fratres, eſt quædam tranſactio.*
9 *Minores non poſſunt diuidere ſine decreto iudicis.*
10 *Iudicia diuiſoria, an ſint petitoria, vel poſſeſſoria.*
11 *Forma procedẽdi in actione finiũ regundorum, quæ ſit.*
12 *Agrimenſor non debet per iudicem mitti ad menſurandum, non citata parte.*

DECIMA SEPTIMA diſtinctio iudiciorum eſt; quia † iudicium aliud ſimplex, aliud duplex. 1
IVDICIVM SIMPLEX, eſt illud, in quo vnus ſuſtinet partem actoris, & alius partem rei, prout eſt in actione mutui, vel exempto, vel in rei vendicatione, vel alia ſimili. IVDICIVM DVPLEX eſt illud, in quo quilibet litigantium eſt actor, & reus, text. eſt *in § tertia. 7. verſ. duplicia Inſt. de interd.* Exemplum eſt in iudicio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum. *d. l. in tribus. 13. ff de iud* idem in interdicto, vti poſſidetis, *l ſi duo. 3. §. hoc interdictũ. 1 ff. vti poſſid. & d. §. duplicia.* alias *tertia.* & alio vocabulo iſta iudicia vocantur mixta, *§. quædam. 20. Inſtit. de act.* Verum in huiuſmodi iudiciis ille fungitur vice actoris, qui primo ad iudicium prouocat, vt *d. l. in tribus. 13. ff. de iudic.* de cuius intellectu vide Alexand. & Imol *in l. ſi duo iudices. 28. colum. 1. ff. de re iud.* Robert Marant. V. I. D. ADDITIO. Eſt enim ſciendum, QVOD IN IVRE † ACTIONES MIXTÆ TRIBVS MO-
DIS DICANTVR. PRIMO modo dicuntur mi- 2
xtæ illæ actiones, quæ ſunt perſecutoriæ rei, & pœnę ſimul: & ſic quæ partim ſunt rei perſecutoriæ, & partim pœnales, ſecundum Dyn. Iac. Butr. Ioan. Fab. Angel. Nicol. & Iaſ. *in d. § quædam. 20. Inſtit. de act* & de iſtis non loquitur Auctor. SECVNDO modo dicuntur actiones mixtæ illæ, in quibus quilibet litigatorum eſt actor, & reus: & ſic in quibus non diſcernitur quis ſit actor, & quis ſit reus, & hoc modo iſtæ actiones, de quibus in præſenti, dicuntur mixtæ, vt *l. iudicium communi diuidundo 10. ff fin. reg. & l. 2 § in familia 3. & l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ 4. ff fam erciſ.* TERTIO modo dicuntur actiones mixtæ illæ, quæ dantur ad reales, & perſonales præſtationes, & hoc modo proprie accipiuntur iſtæ actiones, de quibus per dom. Auctorẽ, & eſt bonus text. *in l item Labeo 22 § familiæ. 4. ff. fam. erciſ.* Item ſciendum eſt, † actionem familiæ erciſcundæ, competere pro diuidenda hæreditate, & ſic ad vniuerſalia 3

ſalia diuidenda, & competit inter cohæredes, *l. hac actio. 1. & l. per ſamiliæ. 2. ff. fam. erciſ.* Item competit etiam inter bonorum poſſeſſores, & inter hæredem & eum, cui ex Trebelliano reſtituitur hæreditas, & inter alios honorarios ſucceſſores, *l. ſed & eius rei. 24 § familiæ. 1. ff. fam. erciſ.* de quo per glo. ibi, & Flo-
4 ria. Item † actio communi diuidundo competit pro diuidendo aliquo communi, ſiue ſit commune ratione veræ ſocietatis, ſiue non *l. nihil autem. 2. in pr. ff. commun. diuid & l. ſi actum. 43. & l. quibus caſibus. 34. & l. pro ſocio arbiter. 38. §. ſi tecū. 1. ff. pro ſocio.* Actio-
5 ne vero † finium regundorum agitur vt diuidantur fundi, & quod termini, & confinia ponantur: vel ſi poſiti fuerint termini, & auulſi, quod reponantur, iuxta *l. in finalibus 11. & l. ſi irruptione. 8. in princ. ff. fin. regun.* Item agitur ad damna & ſumptus. iuxta *l. ſed & loci. 4. §. poſt litem 2. ff. fin. regund.* Et eſt notandum, † quod ad hoc, vt competat actio fami-
6 liæ erciſcundæ, neceſſario requiritur, quod ſint cohæredes, vt habetur per Doct. *in §. quædam. 20. Inſtit. de act.* Item requiritur quod iſte, qui vult intentare iudicium familiæ erciſcundæ, non negetur ab alio cohærede eſſe cohæres. Sed iſtud eſt hodie correctum per *conſtit. ſi ciuiliter agens.* vt ibi per Afflict. qui alias excluderentur per exceptionem, ab hac actione, niſi poſſiderent; quia ſi eſt in poſſeſſione hæreditatis, quamuis negetur cohæres, nihilominus competit ſibi actio, vt eſt caſus in *l 1 ff. famil. erciſcund.* & quando cohæres negatur, & non poſſidet: quamuis ſibi non competat hæc actio, poteſt tamen agere alia actione ſibi competente: puta petitione hæreditatis, petendo, quod declaretur cohæres, quo obtento, poterit poſtea agere, & condeſcendere ad hanc actionem familiæ erciſcundæ, ita declarat glo. *in d. l. hac actio 1. ff. famil erciſc.* & declarant Ang. & Iaſ. *in d. §. quædam.* & quæ ſit ratio, quod ſi negetur cohæres, non competat hæc actio, vide Bald. *in l. non epiſtolis. 13 colum 2. C de probat.* intellige tamen, quod non competit hæc actio ſi negetur cohæres ante litem conteſtat. alias, ſi nō fuiſſet oppoſitum ante litem conteſtatam, bene teneret ipſum iudicium, vt eſt gl multum ſolennis *in l. 2. in verb. reſtitui C. commun. diu.* & ibi Bar. & ſcriben. & gloſſ. *in l ſi mancipia § 1 in gloſſ in verb. eſſet ff de euict.* & Bart. *in l. 1. ff. familiæ erciſc.* & Bald. *in l familiæ. C. famil. erciſ.* & Iaſ. *in d §. quædam num 46. de actio.* In actione † autem communi diuidundo ſeruantur
7 omnia ea, quæ ſeruari debent in actione familiæ erciſcundæ. vt eſt tex *in l ſi quis putans. 6. § penult. & ibi gloſſ. in verb. tractauimus. ff. commun. diuid.* agitur enim ex ea ad diuidendas res, quæ communes ſunt: ſiue ratione ſocietatis initæ, ſiue non. *l. 2. ff. eod. tit.* & qualiter ſit facienda diuiſio in hoc iudicio communi diuidundo inter plures ſocios. recurre ad Io. Fabr. Angel. & Iaſ. *in § quædam. Inſtit. de act* & ibi etiam habebis multa ad materiam iſtarum actio-
8 num. Eſt tamen aduertendum, † quod diuiſio inter fratres, eſt quædam tranſactio, ſecundum Ful. *in conſil. 120. in c ſuper eod.* Item ſciendum eſt, quod minores † non poſſunt diuidere ſine authoritate iudi- 9
cis, id eſt, decreto: vt eſt doctrina Bal. *in l. 1. C. ſi aduerſus tranſact.* & Bart. *in l. inter pupillos. 20. ff. de auctor. & conſ. tut. & in l ſi conuenerit. 14 ff. pro ſoc.* & habetur *in l. fin. & ibi Doct. & Bald. C. commun. diuid.* & per Baldū *in l. generaliter. in fi. princip. C. de ſecund. nupt.* Nunquid autem † iſta iudicia diuiſoria ſint poſſeſſoria, vel 10
petitoria? Bald. *in l. poſt ſententiam. 9. colum. 2. in fin. verſic. modo quæro. C. de ſentent.* dicit, quod in principio litis ſunt poſſeſſoria; quia fundantur ex poſſeſſione: oportet enim agentem communi diuidundo poſsidere, alias cogitur intentare prius rei vendicationem, *l. fundum. 16. ff de exceptio.* quod eſt verum, vt dixi, ſi excipiatur: ſed in fine litis ſapiunt petitorium, propter adiudicationes, & ſic dicit, quod ſunt mixta. † Et qualis debet eſſe forma iudicii, & procedendi per iudicem in hac actione finiū 11
regundorum, & ſuper ea ſententiandi, vide *l. 3. & ibi gloſſ. 1. Iacob. Butr. Cyn. Bart. Bald. & Salic. C. fin. regun.* Et eſt aduertendum, † quod quando iudex vult mit- 12
tere agrimenſorem; vel ipſe vult ire: debet ſtatuere terminum partibus, vt ſint tali die, & hora cum talibus magiſtris, vel ſecum in illo loco, ſecundum Bart. *in l. qui bona 13. §. huic ſtipulationi, fin. colum. 1. ad fin ff. de dam. infect.* Pett. Foller. V. I. D.

## IVDICIORVM XVIII. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud neceſſarium, aliud voluntarium, & numer. 2.*

3 *Notarius dicitur iudex chartularius, & exercet actus voluntariæ iuriſdictionis.*

4 *Emancipatio fieri poteſt ſine iudice coram Notario & valet.*

5 *Filius renuncians emancipationi, non reintrat in patriam poteſtatem.*

DECIMA OCTAVA diſtinctio iudiciorum eſt; quia † iudicium aliud neceſſarium. ſeu con- 1
tentioſum, & aliud voluntarium. IVDICIVM CONTENTIOSVM, ſeu NECESSARIVM dicitur illud, quod habet contradictorem, & redditur in inuitum, *l. inter ſtipulantem. 83. §. 1. ff. de verb. oblig.* & ideo dicitur contentioſum. quia actor contendit contra reum, & econtra. Neceſſarium autem dicitur: quia reus tractus in iudicium, tenetur de neceſſitate ibi reſpondere. & iudicium redditur in inuitum, vt ſupra IVDICIVM † VOLVNTARIVM, eſt illud, quod expeditur à voluntate, 2
& non habet aliquam neceſſitatem, prout eſt adoptio, emācipatio, manumiſſio, & alii ſimiles actus, iſti enim expediuntur coram iudicibus, & dicuntur voluntariæ iuriſdictionis; quia non fiunt contra inuitos, ſed tantū à volentibus, & poſſunt fieri vbique & omni

& omni die, nec enim requiritur, quod iudex ſedeat pro tribunali, vt probatur *in l. 2. ff. de off. procur. & Inſtit. de libertinis. § ſerui vero.* poteſt etiam poni exemplum in agnoſcente bonorum poſſeſſionem, ſecundum formam *l. fin. C. qui admit.* videlicet, quando nullus exiſtit contradictor. Item poteſt poni exem-
4 plum † in contrahente coram Notario; quia Notarius dicitur iudex chartularius, & exercet iuriſdictionem voluntariam: vt notat Philip. Corn. *in conſil. 238. in 3. volum.* & Spec. *in tit. de fer § ſequitur. verſ.*
3 *quid ſi in ferijs, &c.* Sed iuxta hoc † poſſet dubitari, an emancipatio facta coram Notario, de qua Notarius facit publicum inſtrumētum, valeat ſine interuentu alicuius iudicis habentis iuriſdictionem contentioſam? Dic, quod ſic; quia Notarius dicitur iudex chartularius, vt ſupra dixi, & habet iuriſdictionem voluntariam: vnde coram eo poteſt fieri emancipatio, & Notarius poteſt eam auctorizare, ita in terminis tenet Petr. Phil. Corn. *in d. conſil. 38. & conſ. 59. in 3. volum.* vbi multa allegat in hac materia, & alias habui in facto in cauſa cuiuſdā Franc. de Campania, & ita fuit iudicatum, tanto fortius allegabam iſtud procedere in regno, in quo in contractibus adhibetur iudex regius ad contractus, ſecundum formam *conſtit. Inſtrumentorum robur.* Nam iſti iudices regii ad contractus, dicuntur meri iudices chartularii; quia habent ſolam iuriſdictionem voluntariam, & habent honorem iuriſdictionis ſine adminiſtratione, vt probatur *in l. rem non nouam. 14 iuncta gloſſ. in ver. facultate. C. de iud* & not. gloſſ. & Bartol. *in l. fine. C. vbi, & apud quem.* & Alexand. *in l. ſi cum dotem 22. § eo autem tempore, colum. 2 ff. ſolut. matri.* vnde procul dubio à fortiori eſt tenendum in regno: quod valet emancipatio coram Notario, & iudice regio ad contractus; quia ambo habent vo-
5 luntariam iuriſdictionem, per prædicta. An † autem filius renuncians emancipationi, reintret in patriā poteſtatem? Dic, quod non, ita tenet Per. Phil. Cor. *in conſil. 218. litera F. in 4. vol.* Rob. Mar. V.I.D.

## IVDICIORVM XIX. DISTINCTIO.

### SVMMARIVM.

1 *Iudicium aliud principale, aliud appellationis.*

DECIMANONA diſtinctio iudiciorum eſt, quia
1 iudicium † aliud eſt principale, aliud appellationis. IVDICIVM PRINCIPALE eſt illud, quod agitatur in prima cauſa, coram iudice primarū cauſarū, qui dicitur iudex à quo IVDICIVM APPELLATIONIS eſt illud quod poſtea agitur corā iudice ſecundarū cauſarum: quando fuit a ſententia appellatum, qui dicitur iudex ad quem, *iuxta l. cum apud Sempronium 2 c ff. iudic ſolui* Et quia ſub iſta diſtinctione venit examināda materia appellationis quæ eſt valde ampla, quam etiam examinare decreui in vlt. parte huius tract. videlicet, poſt ſentētiam, ideo quia congruentiori ordine cadit ibi, reſeruo propterea hanc materiam tractare in dicta vlt. parte.

## IVDICIORVM XX. DISTINCTIO.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud præiudiciale, & aliud non præiudiciale.*
2 *Iudicia præiudicialia, ſeu præiudiciales actiones quæ dicantur abſolute, & quæ reſpectiue, vt ſupra n. 1. & num. 4 cum ſeq.*
3 *Sententia lata ſuper principali, parit actionem rei iudicatæ ſuper acceſſorio.*
4 *Contraria allegans, non auditur.*
5 *Criminalis actio ciuili præiudicat, ratione maioritatis.*
6 *Hæreditatis petitio intentata, præiudicat aliis actionibus, & facit illas quieſcere.*
7 *Status quæſtione intentata, quieſcit omne iudicium, ſiue prius, ſiue poſtea intentatum, tam ciuile, quam criminale.*
8 *Spoliator contra ſpoliatum agentem poſſeſſorio recuperandæ, nullam litem mouere poteſt, & omnis lis ceſſat, etiam ſi per modum excipiendi deducatur.*
9 *Actio familiæ erciſcundæ, impeditur per exceptionem quod agens non ſit hæres.*
10 *Actio communi diuidundo, impeditur per exceptionem; quod res non ſit communis.*
11 *Hypothecaria actio, contra tertium poſſeſſorem, impeditur per exceptionem excuſsionis, cum non eſt precarium conſtitutum.*
12 *Principalis debet excuti antequam conueniatur fideiuſſor, vel tertius poſſeſſor.*
13 *Vxor vendicans maritum, vel e contra, excluditur per exceptionem conſanguinitatis.*
14 *Exceptio excommunicationis, impedit proceſſum, & debet probari intra octo dies.*
15 *Proceſſus impeditur per exceptionem, quod ſine actione agatur.*
16 *Exceptio legitimationis perſonæ, impedit proceſſum vlteriore.*
17 *Exceptio contra perſonam iudicis, impedit proceſſum.*
18 *Iudicia omnia præiudicialia, an in regno hodie ſint ſublata. & num. 19.*

VIGESIMA diſtinctio iudiciorum eſt; quia iudicium † aliud dicitur præiudiciale, & aliud non præiudiciale. 1
IVDICIVM PRÆIVDICIALE conſideratur principaliter duobus modis. Vno modo, ſcilicet abſolute, & de per ſe. Secundo modo, reſpectiue ad alia iudicia, ſed ad alias actiones. IVDICIVM PRÆIVDICIALE ABSOLVTE, dicitur, vbi ventilatur cauſa magni præiudicii: prout ſunt cauſæ ſtatus libertatis & ſeruituris, item ingenuitatis, & libertinitatis; vel vbi agitur de par-

de partu agnoſcendo; vt quia eſt quæſtio quod talis non eſt filius, vel eſt filius, iſtæ tres actiones dicuntur præiudiciales de per ſe, propter præiudicium perſonæ, & de his loquitur text. cum gl. *in §.*
2 *præiudiciales. 13. Inſtit. de actionib.* † Sunt etiam, & aliæ actiones præiudiciales de per ſe, videlicet, quãdo filius dicit, ſe non eſſe in poteſtate, & denegat obedientiam patri: vel quando ciuis, vel vaſallus denegat obedieutiam domino, vel monachus Abbati. Nam iſtæ perſonæ in caſibus prædictis compelluntur per actionem præiudicialem ciuilem, ad obedientiam præſtandã, ita tenet Spec. *in tit. de off. ordin. & maio. & obed. verſ vlt. nota, &c* Et hanc diſtinctionem inter actiones præiudiciales abſolute, & reſpectiue ponit Bald. *in l. per minorem 54. ff. de iud.* IVDICIVM PRÆIVDICIALE reſpectiue dicitur, quando in eo deducitur aliqua actio priuilegiata, de cuius natura eſt, vt ſtatim ea intentata, faciat ceſſare alias actiones, & ideo dicitur præiudiciale; quia præiudicat aliis actionibus: & ſic eſt præiudiciale reſpectiue ad alias actiones. & hoc poteſt CONTINGERE altero de PLVRIBVS MODIS. PRIMO modo ratione contingentiæ, ſeu ratione principalis, & acceſſorii: vt quia contingit in iudicio intentari duas cauſas, quarum altera eſt principalis, & altera acceſſoria: certe actio principalis, dicitur præiudicialis; quia facit præiudicium acceſſoriæ: nam, quandiu mouetur, & durat principalis, ſuperſedet ſuper acceſſoria. Exemplũ, ſi peto à te fundum rei vendicatione, quem meum eſſe dico: & deinde volo cumulare vnum aliud iudicium, & condicere à te fructus eiuſdem fundi, obſtat mihi exceptio præiudicii: & ſic ſuper ſecunda petitione fructuum, non procedetur; quia iſta eſt acceſſoria, & dependet à prima; nam ſi pronunciatur fundum eſſe meum, poſſum poſtea condicere fructus, alias ſecus, tex. eſt *in l. fundi 18 ff. de excep* Similiter, ſi peto à te fundum, & poſtea cumulo actionem confeſſoriam, & dico illi fundo deberi ſeruitutem per alium fundum tuum, obſtat mihi exceptio; quia iſta prætenſa ſeruitus dependet à prima cauſa intentata, tex. eſt *in l. fundum. 16. ff. de exceptio.* & ſic actio principalis præiudicat acceſſoriæ. Nam
3 ſententia † lata in principali, parit exceptionem rei iudicatæ in acceſſoria. Ita declarat Iaſ *in d. §. præiudiciales. 13. colum. 1.* & Bart. *in d. l. per minorem. 54.* Bart. & Alex & communiter Doct. *in l. edita. 3. C. de edend.* in materia cumulationis. SECVNDO modo
4 † dicitur iudicium præiudiciale ratione contrarietatis: vt ſi primo intentatur vna actio, & poſtea intentatur alia contraria illi primæ intentatæ, & non amittitur ſecunda: quia per primam fit præiudicium ſecundæ, ex quo allegans contraria non auditur, tex. eſt *in l ſi pecunia. 1. C. de ſur. & in l eum qui 14. & l contra maiores 16. C. de inoff. teſtam.* & Bal. *in d. l. per minorem. 54 ff de iud.* TERTIO modo dicitur † iudicium præiudiciale ratione maioritatis, & præeminentiæ, quod DVOBVS MODIS cõtingit. PRIMO MODO in cauſis ſe non contingentibus: prout eſt cauſa criminalis & ciuilis. Nam ſi mouetur vtraq; cauſa ſuper eodem negocio ſimul: tunc cauſa criminalis præiudicat ciuili. & prius proceditur ſuper criminali, & interim ſuperſedetur ſuper ciuili; quia criminalis dicitur eſſe maior, & maioris auctoritatis, tex eſt *in l quoniam. 4. ſi C. de ord. iud. & in d. l per minorem 54. ff. de iud* quod qualiter procedat, & quando, vide tex. & ibi Dd *in l à pleriſque. vnic. C. quan. ciu. act præiud. crim.* & Bar. *in l. prætor ait. 2 § hoc ed icto. 1. ff. vi bon rapt.* Secundo MODO conſideratur † iſta maioritas in cauſis ſeſe contingenti- 6
bus, prout eſt, quando producuntur in iudicio duæ cauſæ ciuiles, & vna eſt maioris auctoritatis, prout eſt petitio hæreditatis: nam etiam ratione qualis qualis præiudicii, petitio hæreditatis, quæ eſt iudicium vniuerſale, facit quieſcere alias actiones particulares, vt habetur *in l. cũ hæreditatis. 12 ſi. C. de pet. hære & in l ſi quis libertatem. 7. & ibi Bar. ff. eod tit. & in d. l per minorem. 54.* Iaſ. *in d. §. præiudiciales 13. col. 2. Inſt. de act.* Poteſt etiam poni exemplum in duabus cauſis criminalibus; quarum vna eſt maior altera; nam ſuper maiori proceditur prius, vt eſt tex. & ibi Bald. *in l. prius eſt. 1. C. qui accuſ. non poſſ.* QVARTO † modo 7
dicitur iudicium præiudiciale reſpectiue, etiam vbi intẽtatur aliqua actio, quæ eſt præiudicialis de per ſe: ſiue per modum agendi, ſiue per modum excipiendi, prout eſt quæſtio ſtatus: nam illa intentata facit quieſcere omne iudicium prius ſiue poſtea intentatum, ſiue ſit ciuile, ſiue criminale. De ciuili eſt tex. *in l. ſi de hæreditate. 2 & l. cum ſtatus 5. & l. pres. 6. C. de ord. cog.* & habetur *in l. ordinata 24 ff. de lib. cau. & l. adite. 1. C. de ord. iud* De criminali eſt tex *in l. quoniam Alexandrum 26 C. de adult. & l. ſi crimen. 3 & l. ſi ſtatus. 4. C. de ordin cogn.* & ſic illæ actiones, de quibus ſupra feci mentionem in primo membro, quæ dicuntur præiudiciales abſolute, poſſunt etiam dici præiudiciales reſpectiue: quando aliæ actiones intentantur, quas quieſcere faciunt, & hoc etiam tangit Bart *in d. l. per minorem. 54. & in d. l. ſi quis libertatem. 7.* maxime *in penult. colum. ff. de petitio. hæred.* & vide ad materiam aliqua per Bar. *in l. ſi quæramus. 5 ff. de teſtam.* Vltra prædictos modos conſideraui multa alia iudicia præiudicialia, quæ ex variis iuribus colligi poſſunt, hic tamen ſolum ponam aliqua magis quotidiana, & frequentata. QVINTO modo † dicitur iudicium præiudiciale, 8
quando in eo deducitur ſpolium, & ſic poſſeſſorium recuperandæ contra ſpoliatorem, nam interim ſpoliator nullam litem mouere poteſt contra ſpoliatum, ſed iſta quæſtio ſpolii facit præiudicium, & facit ceſſare omnem litem: etiam ſi deducatur per modum excipiendi, tex. eſt *in c. frequens. 1. de reſtit. ſpoliat lib. 6. & in c. cum dilectus. 2. de ordin. cognit. & in c. ſuper ſpoliatione. 9. eodem titul.* de qua materia vide quæ plene ſcripſi ſupra, *in 6. diſtinctio. in quarta quæſtio.*

9 *quæſtio tertia quæſtionis principalis.* SEXTO † modo
dicitur iudicium præiudiciale, quando aliquis liti-
gat in iudicio, & intentat actionem familiæ erci-
ſcundæ, dicens ſe cohæredem, cum non poſſideat
hæreditatem: nam ſi opponitur contra eum, quod
non eſt hæres: iſta exceptio facit præiudicium a-
ctioni intentatæ, donec probet ſe hęredem, tex. eſt,
10 & ibi Bald. *in l. hæc actio. 1 ff. fam. erciſ.* † SEPTIMO
modo dicitur iudicium præiudiciale, quando ali-
quis agit communi diuidundo, & opponitur exce-
ptio, quod res non eſt communis: nam primo de-
bet probare ſe dominum agendo rei vendicatione,
ſi non poſſidet: & poſteà proceditur ſuper iudicio
communi diuidundo, vt not. gl. & Bart. *in l. ſi proba-
tum. 2. C. communi diuid.* & habetur *in l. ſi mancipium.
11 34. § ſi communi. 1 ff de euict.* OCTAVO modo † di-
citur iudicium præiudiciale, quando creditor agit
hypothecaria contra tertium poſſeſſorem: quia ſi
opponitur exceptio excuſſionis, vt fiat excuſſio cō-
tra principalem, iſta exceptio facit præiudicium
actioni intentatæ & prius debet exceptio diſcuti,
quam ſi ſuper principali procedatur, tex. eſt. *in auth.
hoc ſi debitor C. de pign.* Quod tamen non habet lo-
cum, quando in inſtrumento eſt conſtitutum pre-
carii: prout communiter apponitur: quia tunc nul-
la fit excuſſio, & agitur aſſiſtentia contra tertium,
excuſſione non facta, ſecundum Angel. & Alex. *in l.
exitus. 35. col. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* & hoc eſt deciſum
in regno, per regiam pragmaticam, quæ incipit:
12 *Adſiſtentiam.* NONO modo † dicitur iudicium præ-
iudiciale, quando creditor vult agere contra fide-
iuſſorem, & opponitur ſibi exceptio, quod excutiat
principalem. Nam iſta exceptio facit præiudicium
actioni intentatæ, tex. eſt *in auth. præſente. C de fideiuſſor.* ſi tamen non opponitur iſta exceptio, proce-
dit iudicium tam in iſto caſu, quam in præcedenti,
ſecundum Bart. *in d. l. probatum. 2 C commun diuid.*
DECIMO, † dicitur iudicium præiudiciale, quan-
13 do vxor vendicat maritum, vel econtra, & obiicitur
exceptio conſanguinitatis: nam prius debet de con-
ſanguinitate obiecta cognoſci, poſtea de principa-
li cauſa, text eſt *in c. intelleximus. 1 de ordin. cogn.* VN-
14 DECIMO, † dicitur iudicium præiudiciale, quan-
do contra agentem in iudicio opponitur exceptio
excommunicationis. Nam per talem exceptionem
fit præiudicium actioni intentatæ, & prius debet de
hac exceptione cognoſci infra octo dies; tex eſt *in
c. pia. 1. de except. lib. 6.* Verum hodie in regno eſt in-
ducta noua prouiſio, videlicet, quod quandocunq;
in iudicio contra perſonam litigantis, vel contra
teſtes opponitur excommunicatio, debet in conti-
nenti probari, & in ipſo inſtanti per legitima do-
cumenta, & eſt ritus magnæ curiæ, qui incipit: *Item
15 quod quibuſcunque cauſis, &c.* DVODECIMO, † di-
citur iudicium præiudiciale, quando contra agen-
tem opponitur, quod ſine actione agit: quia non
pceditur, niſi prius diſcutiatur an actionē habeat,
per *l ſi pupilli. 6 § videatur. 12.* alias, *videamus. ff. de
neg. geſt.* & Bart. *in l. ſi Titius & Seius. 9. ff de verb. obli-
gat.* & gloſſ. & Dd. *in l. vbi pactum. 40. C. de tranſact.*
& Bald. *in l. Papinianus. 8. § ſi quis impubes. 15. C. de in-
offic. teſtam.* DECIMOTERTIO, † dicitur iudicium
præiudiciale, quando contra agentem opponi- 16
tur de illegitimitate perſonæ; quia donec perſo-
na legitimetur, non proceditur in cauſa mota, et-
iam in ſummario iudicio debet fieri plena legiti-
matio, gloſſ. & ibi Bart. & Alexand. *in l. cum inter. 1.
C. de edict. diui Adr. tollend.* & Iaſ *in rubr. C. qui admit.*
& habetur *in l. licet. 24 C. de procurat.* & Alexand. *in l.
iudices. 9. C de iud.* Pro hoc eſt tex. formalis *in l. non
ignorat. 9. C. qui accuſ. non poſſ.* DECIMOQVARTO
dicitur † iudicium præiudiciale, quando in iudicio
opponitur aliqua exceptio contra perſonam iudi- 17
cis, prout eſt exceptio incompetentiæ, & exceptio
ſuſpicionis, vel alia ſimilis quia donec excutiatur
veritas exceptionis oppoſitæ, non proceditur in
principali iudicio, vt habetur *in l. apertiſſimi. 16. C.
de iudic & in c. ſuſpicionis 39 de offic deleg. & in l. ſi quis
ex aliena. 5. ff. de iud. & l ex quacunque. 2. & ibi Bart. ff.
ſi quis in ius vocat. non ier.* de qua materia vide quæ
dixi ſupra *in 8 diſtinct.* & quæ dicam infra *in vltima
parte, in materia appellationis, in verſic recuſatio.* DE-
CIMOQVINTO, † dicitur iudicium præiudiciale 18
in regno, quando aliquis accuſat aliquem de ali-
quo crimine, quia pendente accuſatione ſua non
poteſt nec ipſe, nec eius vxor, nec alius de eius do-
mo reaccuſari ab ipſo accuſato, neque ab alio de eius
domo, niſi eadem die, & ex nouo delicto, prout de
hoc ſunt tres ritus magnæ curiæ, de quib. plene feci
mentionē ſupra *in 6 diſtinct. in 6. quæſt. principali*, & ad
ibi dicta me remitto. Poſſunt etiam multi alii caſus
præiudiciales conſiderari, vt quando in iudicio op-
ponitur aliqua exceptio, quæ impedit proceſſum
ad vlteriora, quos diligens ſtudioſus poterit per va-
ria iuris volumina inueſtigare.

VNVM ſupereſt addere, † quod hodie in regno 19
ſunt ſublata omnia iſta iudicia præiudicialia, &
qualiter proceditur in omnibus per conſtitutionem
regni, quæ incipit: *Si ciuiliter agens.* & ibi gloſſ. &
Andreas de Iſern & Matth. de Afflict. maxime in
*6 not.* vbi plene demonſtrat multas leges iuris ciui-
lis, loquentes de actionibus præiudicialib. eſſe ho-
die correctas in regno per *d. conſtit.* per quam poſ-
ſumus dicere, quod omnes ij caſus ſupra narrati
ſunt hodie correcti in hoc regno, præterquam in
quatuor caſibus enumeratis ſupra in 12. 13. 14. & 15.
caſibus, in quibus patent rationes ad ſenſum, & de
iſtis præiudicialibus ſublatis tetigi ſupra *in 6. diſtin.
in 6. quæſt. 3. quæſt. princ.* & ibi vide, quæ hic deficiunt.
Supereſt modo aliqua tangere de ſecundo mem-
bro principali huius diſtinct. ſcilicet, de iudicio nō
præiudiciali, in quo non oportet laborare; quia co-
gnito, quod dicatur eſſe iudicium præiudiciale, co-
gnoſcitur & non præiudiciale: & eſt illud, quod

non commemoratur in iudicio præiudiciali; quia contrariorum eadem eſt diſciplina, *l. de iure, 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Et ex his remanet expedita iſta 20. & vltim. diſtinct. iudiciorum. per quam remanet completa nota iſta 4. pars principal. huius tractatus: vnde venio ad 5. partem principalem *Robert. Marant.*

## Iudiciorum XXI. Distinctio.

### Summaria.

1 *Agere quando quis compellatur.*
2 *Diffamare quid ſit.*
3 *Remedium* l. diffamati, *quando competat.*
4 *Cauſa iuſta quæ ſint, vt agere quis compellatur, & num. 5. & 6*
7 *Remedium* l. diffamari, *datur in petitorio, & poſſeſſorio, & in ciuilibus & criminalibus, & nu.* 8.
9 *Remedium* l. diffamari, *an competat aduerſus prælatos, & contra fiſcum, & contra tutores, ſeu curatores, num. 10. & 11.*
12 *Terminus ad proponendum omnes exceptiones ſtatui poteſt.*
13 *Actionem habens ad commodum alicuius, cogi poteſt ad agendum.*
14 *Tertius poteſt citari ad opponendum, & contradicendum, fundato iudicio contra diffamantem.*
15 *Silentium perpetuum vt imponatur, an requiratur bina monitio, & an debeat fieri eadem inſtantia bina monitio & num. 16.*
17 *Remedium* l. diffamari, *vt competat, quæ requirantur, & num* 18.
19 *Remedium* l. diffamari, *coram quo intentetur*
20 *Libellus qualiter concipiatur in remedio* l. diffamati.
21 *Citatio quomodo fiat in remedio* l. diffamari.
22 *Diffamatio quomodo probetur.*
23 *Terminus diffamanti ad agendum, qualiter ſtatui debeat.*
24 *Contumacia an debeat accuſari, diffamante citato, vt agat.*
25 *Contumax in remedio* l. diffamari, *an debeat citari ad audiendam ſententiam.*

Vigesima prima diſtinctio iudiciorum
1 eſt; † quia quoddam eſt iudicium coactum, quoddam voluntarium: de voluntario quoque ſatis abunde dictum eſt, de coacto autem dicere reſtat. Nam licet nemo inuitus agere compellatur, *l. vnic. C. vt nem. inuit.* nihilominus ſi aliquis diffamauerit ſe habere aliquod ius ſuper bonis meis; cogetur eo caſu agere; *l. diffamari 5. C de ingenu & manumiſ. cum ſimilib.* diffamator enim ſe tacite aſtringit ad agendum. Nam † diffamare eſt
2 prouocare, & laceſcere ad iudicium, ita quod ſe defendere diffamatus cogitur, ſecundum Baldum *in d. l. diffamari. 5.* quem ſequitur Angel. *in rubr. Inſtitut. de except num. 23* Et idem Bald. *in l. ſed ſi per pratorem. 26 § ait prator. 4 ff. ex quibus cauſis maior.* eſt tamen bene verum, quod licet diffamatus ſtimulatus dici poſſit, vt ab infamia ſe defendat, non tamen huiuſmodi defenſio neceſſaria eſt, neceſſitate præciſa, vt per Canoniſt. & maxime Dec. *in c. intelleximus. 7. nu. 16. de iud* inquit enim Bald. *in conſ. 163. lib.* 2 quod diffamatus dicitur neceſſariari facto aduerſarii neceſſitantis. Eſt tamen diligenter aduertendum, quod † n dum remedium dictæ legis, competit 3
propter diffamationem, ſed etiam vbicunque ſubeſt aliqua iuſta, & legitima cauſa, vel ſuſpicio calumniæ, ſecundum Bart. *in l. edita. 3. C. de eden. num. 3.* Salycet *in l. ſi quis alterius 2. in fin C. vbi in rem act.* Innoc. *in c cauſam quæ. 7 num. 5. qui fil. ſint legit.* Abb. *in c. cauſam. 3. col. penult. verſic. primo, quia de dol. & contumacia in ca venerabilis 20. pen. num. 9. de iud. Capel. Tholoſ. quaſt. 98. verſic. contrariam ſententiam.* Et † inter 4
alias iuſtas cauſas erit, ſi viderit iudex actorem expectare tempus, quo reus probationibus careat, ſecundum Innocent. Ioan. Andr. & alios *in cap. lator. 5. qui fil. ſint legit.* & Azo. *in d. l. vnic. C. vt nem. inuit.* Item ſi dubitet iudex, † ne partes ad rixam procedant, 5
occaſione contentionis poſſeſſionis, poteſt etiam neutro petente terminum eis præfigere ad probandum ſecūdum Bart & Paul Caſtr *in l. ordinarii 13. C. de rei vend.* & Paul Caſtr *in conſil. 5. in antiquis* Capic. *in deciſ. 13.* Item † ſi tu teneris mihi ad aliquid, & ego tibi, poteſt mihi aſſignari dilatio arbitrio iudicis, vt faciam, quod facere debeo, & recipiam, quod 6
recipere debeo: alias dilatione decurſa, imponetur mihi ſilentium, ſecundum Bald *in tit. quæ fuit prima cauſa beneſ. amit. §. & alia.* & ibi valde cōmendat Afflict. *num. 3.* Et † datur huiuſmodi remedium tam 7
in poſſeſſorio, & petitorio, quam in perſonalibus & realibus actionibus, ſecundum Aret & Felin & alios Doct. *in c. in præſentia. 8. extr. de probat* & Socin. *in conſil. 38. colum. 5. verſic. principaliter, in 1. volum. & deciſ. Rot. 221. in antiquis* & Nicol. Boer. *deciſ. 255. nu. 7* [Adde Gail. *lib 1. obſ 9. nu. 2.* vbi tradit in quib. cauſis citatio ex l. diffamari locum habeat. Et an iudex diffamantis, vel diffamati adeundus ſit Et quis in eo iudicio pro actore, vel reo habendus ſit, *num. 3.*]

Item habet locum † in ciuilibus & criminalibus, 8
vt habetur *in l. Titia. 18.* alias, *cum Titia, ff. de accuſat. & l. ſi ea. 7. C qui accuſ.* Bald Paul. Caſtren Angel. & alii *in l. Papinianus. 8. § ſi quis poſt 1. ff. de inoff. teſtament.* Bald. *in l. ſed & ſi per pratorem 26. verſic. in gloſſ quæ incip. ff. ex quibus cauſis ma.* & Nicolaus Boer. *in deciſio.* Item † huiuſmodi remedium habet 9
locum etiam aduerſus prælatos, ſecundum Felinū & alios *in c. accepimus 4. per illum text de fide inſtrument.* & Alexand. *conſil. 103. lib. 5.* & Capic. *in deciſio. 18.* & ſi eſt impoſitum ſilentium prælatis, cenſetur impoſitum eorum ſucceſſoribus, ſecundum Doct. *in d. c. accepimus. 4.* ſed non procedunt prædicta, ſi prælatus doloſe agere diſtuliſſet; quia tunc

tunc etiam poſt quadriennium Eccleſia poterit petere reſtitutionem in integrum. *c. 1. de reſtitution in integr. in 6.* Item procedunt, ſi appareat de enormiſſimo damno, ſecundum gl. *fin. c requiſiuit. 1. de reſtit. in integ.* & eam ſequuntur ibi Abb. & alii. & allegatur per Ang. *Inſt de actio §. rurſus. 5. col. 6.* & Aufre. *in addit. Cap. Thol. deciſ. 138.* & Abb. *in c. veniens. de verbor. ſignif. in 6.* Item procedunt prædicta, ita tamen, vt Eccleſia ſeruetur indemnis, & ſic, vt habeatur recurſus per Eccleſiam contra prælatum, vel eius hæredes, vt de ſuo ſoluant, ſi eſſet damnum lucri ceſſante, vt per gloſſ. *in §. poteſt.* alias, *poſt. in verb. perueniat. 16. qu. 3.* & Abb. *in c. requiſiuit. 1. col. 3. de reſtit. in integr.* cũ iis, quæ adducit Fel *in d. c. accepimus. 4 nu. 9. verſic. tertio declara.* Non credo tamen, quod prælato poſſit imponi perpetuum ſilentium, reſpectu ſolius diffamationis, ita quod Eccleſiæ præiudicet; nam delictum prælati, quod conſiſtit in faciendo, nullo modo præiudicat Eccleſiæ. *c. delictum. 76 de regul. iur. in 6.* Felin. *in c. ad Apoſtolicam 42 num. 2. de ſimo.* Doct. *in l. iubemus nullam. 10. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* poteſt tamen ei imponi ſilentium, vt ſibi noceat: iure tamen Eccleſiæ remanente illæſo, per ea, quæ ſcribit
10 Roman. *in conſil. 364. incip. circa. 1. colum. fin.* † Item tale remedium competit etiam contra fiſcum, ſecundum Alciat. *in l procurator. 7 C. de edend.* & Anchar. *in conſil 164. in fine* fiſcus enim iure priuatorum vtitur, nec eſt priuilegiatus, niſi in caſibus à iure expreſſis, *l. quod placuit. 57. in fin. ff de iur. fiſc.* gl. *in l. Item veniunt. 20 § priuatorum. 9. in verſic. publica. de petit. hær.* Iaſ. *in l. properandum 13 §. ſine autem alterutra 6. num. 34. C de iudic* Fulgoſ *conſil. 127. quidam*
11 *nomine. colum 2.* Item † aduerſus tutores ſeu curatores ſtatui poteſt terminus ad agendum: quia eadem ratio militat in prælato, quæ militat in fiſco; ergo idem in eis dicendum eſt, *l. his ſolis. 7. §. de his.* alias, *de cæteris. 5. penult. C de reuoc. donat.* Item, quia fiſcus, minor & Eccleſia æquiparantur, ſecundum gloſſ. fin. *in l. ſi procurator.* alias, *ſi curator. 5. de iud. fiſc.* & gloſſ. 1. *in l ſi præſes. 6. & ibi Doctor. C. quomodo & quando iud* & gloſſ. fin. *in l. ciuitas. 27. vbi Bald. & Ludouic. Bolognet in ſua ſecunda interpret. ff ſi cert. petat.* prædicta tamen ſane intelligenda ſunt, vt ex ſola diffamatione non cogantur tutores, & curatores agere: quia extra negotia non ſolent minoribus præiudicare, ſecundum Doct. *in l neque in interdicto. 198 ff de reg. iu.* Hieron. Cagnol *in l. vnica. § ſi procurator. 2. num. 97 ff ſi quis ius dicen non obtemper* Iaſ. *in l. poſſeſſio. 3. §. Item acquirimus. 5. num. 47 ff de acquirend. poſſeſſ.* Bene tamen cogetur agere, ſi concurrit alia iuſta & legitima cauſa, ex illis, quibus poſſunt tutores ſeu curatores præiudicare minoribus, de quibus *in d. § ſi procurator. 2. d. l. vnica ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* & ſi iuſta cauſa iudici videbitur, ſtatuere po-
12 teſt terminum ad agendum. Item † nedum terminus poteſt ſtatui ad agendum, ſed ad proponendum omnes & ſingulas exceptiones dilatorias, mixtas & peremptorias, vt eſt text. *in c. paſtoralis. 4. extra de except.* & Alb. *in d. l. diffamari. 5. C. de inge. & man. & in l. ſi ſeruus. 4. ff. de bon. auct. iud. poſſ. & l. ſi quis libertatem 7. ff de pet. hæred. & in l. minor 25. ann. 32. in fin. ff. de min.* Paul. Caſtrenſ. *in authent. iubemus. num. 6. C. de iudic.* Item † ſi eſt aliquis qui habet actionem ad 13
commodum alicuius, poteſt cogi ad agendum, & exactum illi reſtituere, vt *in l. Iulianus, 13. §. ſi venditor. 30. ff. de act. empt. & l. cum in plures. 60. §. menſem. 5. ff loc. l. lege Rhodia. 1. § penultim.* alias, *l. ſi laborante. 2. §. porro. 4 in fin. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. ſi ſic. in fin ff. de legat 3. & l cum pater. 77. §. mater. 2. ff. de leg. 2.* & Paul. Caſtrenſ *in d l vni. C. vt nem. inuit. ager. vel accuſ. cog.* Et † eſt aduertendum, quod fundato iudi- 14
cio contra diffamatorem, reſpectu diffamationis, poteſt citari tertius ad comparendum & contradicendum, ſecundum Bald. & Salicet. *in authent. ſed etſi quis ab aliquo aliquid. C de teſtib.* quos refert, & ſequitur Nicol. Boer. *in deciſ. 255.* An autem, † vt imponatur perpetuum ſilentium, requiratur bina monitio, 15
vel ſufficiat vnica tantum? gl quam ibi ſequitur Angel. *in §. alias, c. his igitur 1. in 2. col in Auth. de hæred. & Fal. col. 1. tit. No. conſ. 1.* voluit, quod bina merito requiritur, & ſequuntur Ang. *in tract. maleſ.* & ibi Ang. de Aret. *in addit ſuper verbo nec non querelam, col. 11.* & Fel. *in c. licet cauſam 9. num. 18. de probat. & in c. accepimus. 4. num. 6. de fid. inſtr.* Iaſ. & Franc. de Rip. *in l. rem. quæ nobis 15. nũ. 4 ff de acquir. poſſ.* Matth. de Afflict. *in tit. de prohib. feud. alien. per Fred. 55.* alias, *verſic. fin. §. imperialem 1. §. præterea fin. quis 1. nu 3. & in deciſ. 244.* & Cap. *in deciſ 205.* & Nicol. Boer. *deciſ. 255.* & ſequitur Alexand. *in l. in pecuniariis. 10. vlt. in 1. not. ff. de ſer. & in conſil. 108. viſo themate, in vltimis verbis. in 1. lib.* & Barth. Cæpol. *caut. 175.* & Catel. Cotta *in memorab. in verb. iudex poteſt.* & hanc ſequitur, & aliis mediis firmat dom. Cæſ. Contar. *in rep. d. l. diffamari. 5 C. de ingen. & man.* in limitationibus *d. legis, num. 32. cum pluribus ſequent* quam quidem opinionem dicit limitandam in eo, qui à iudice interrogatus, reſpondeat ſe nolle agere; nam in eo non requiritur bina monitio, ſecundum Felin. *in c. ex literis. 11. nu. 9. in verſic. fallit. 9. de conſtit.* Item dicit non requiri binam monitionem, vbi eſſet facta à iure comminatio, de vlterius eum non audiendo, elapſo termino, ſecundum Fel poſt Anton. *in d. c. accepimus. 4. num. 6. extra de fid. inſtrum.* hæc autem limitatio intelligitur ita demum, ſi iudex non adderet in comminatione, quatenus de iure poſſum; quia hæc non eſſet comminatio, vt per Bald. *in l. ad peremptorium. 68 ff. de iud* cum iis, quæ adducit Felin. *in c. ad petitionem. 22. num. 20. de accuſ & in c. cauſam, quæ. 18. col. 3. de reſcr.* Item non requiritur bina monitio, ſi binus terminus ſtatuatur ad agendũ, ſecundum Ang. *in rub. Inſt. de excep. num. 24.* Item non requiritur bina monitio, vbi ad agendum ſtatueretur annus, vt late proſequitur do Cæſ. *in eod. quo ſupra loco.* Item † eſt aduertendum, quod dicta bina monitio non debet fieri 16

eadem inſtantia,ſed interuallatim, ſecundum Ale-
xand. *in l.de pupillo.5.§.ſi quis ipſi prætori.7.ff de nou.o-
per.nunc* & Felin.*in c.ex literis.1. col..verſic.fallit.no-
no.de conſtitut.* & ſequitur Purpur *in l.is,apud quem.2.
17 C.de edendo.num.54.* Item † eſt vlterius aduerten-
dum,quod dictum remedium ita demum competit,
ſi abeſt culpa ab eo, qui petit ſtatui diffamanti ter-
minum ; & tamen culpa eſt in eo,cui præfigi peti-
tur, vt quia ſuper nullo iure fundatur illa diffama-
tio, adeo quod inſurgit præſumptio calumniæ, ſe-
cundum Purpur.*in d.l.2.C.de edend.num.59.* & ſequi-
18 tur dom.Cæſ.*in d.repet.num.78.* Item † dicit Afflict.
*in conſtit.inquiſitiones generales.in 3. & 4.colum.* quod
tale remedium tunc competit, ſi ius diffamati eſt
effectum deterius & non aliter, vide eum. Coram
19 quo† igitur iudice ſit agendum , diffamantis , vel
diffamati?& in hoc Caſtrenſ. *in l.in criminali.5.C.de
iuriſdict.omn.iudic.* voluit, quod agendum erit co-
ram iudice diffamantis , & idem refert fuiſſe deci-
ſum *in conſil.Neap.* Afflict.*in decis.268.* quam deciſio-
nem etiam ſequitur Cardin.Pariſ. *in c. in præſentia.8.
col 10.de probat* & ita videtur tenere Nicol Boer.*de-
ciſ.255* & ſequitur Dec.*in conſil.487.& 686.* Contra-
riam vero opinionem tenuerunt Alexand. *in conſil.
103 in 2.libr.*& Ca ic.*in deciſ.18* Felin.*in c ea,quæ 4 in
princ de re iudic. & in c.ſignificauerunt.36 colum.fin.de
teſtib.*& Modern.*in d l diffamari.5* & conſuluit Rom.
*conſil.412.incipit,pro habenda.*& Aretin. *conſil 143.co-
lum.8.verſic.venio igitur ad tertiam* Nicol Boer.*deciſ.
118.*& ſequitur Cæſ.Contar.vbi ſupra,*nu.8.in 1.quæſt.*
& hanc opinionem vltra alios corroborat ; quia di-
cit ipſe: intentans remedium *l diffamari.* non effi-
citur abſolute ex reo actor , & ideo quibuſcunque
reorum gaudet prærogatiuis, ac in dubio venit ab-
ſoluendus,ſecundum Decium & Modern. *in l.fauo-
rabiliores.125.ff.de regul.iur.* & eundem Dec.*in c.cum
inter.5.num.14.de except. & in c ex literis.3.num.7.de
probationibus* Hoſtien.*in ſumma de mut.petit.§. quali-
ter procedatur.in fin.*Guid.Pap. *in conſil.108. & 114.*&
Dec.*conſil.3.circa finem.& conſil. 400 & 87.& 687.*
nec dicit obſtare fundamentum tenentium contra-
riam opinionem,quod ſcilicet ſit actor, qui inten-
tat remedium *l.diffamari.* ſaltem reſpectu huius iu-
dicii, & controuerſiæ, an competat illud remedi-
um:nam non valet conſequentia in iis terminis;er-
go forum rei ſequitur,per textum *in l.non cogendum.
45 §.ſi procuratori.2.fin.de procurat.*non enim eſt me-
rus actor, qui intentat hoc remedium, ſecundum
Card.Pariſ. *in conſil.83.in 2.lib.*& Bald. *in conſil 173.
lib.2.*& aliud eſt, quod quis ſit actor, vel fungatur
vice actoris,vt in terminis per Decium *in dict.c.cum
inter.5.num.14.de except.* Qualiter † ergo concipia-
20 tur libellus in hoc iudicio?& certe ſecundum Ang.
*in rubr.Inſtit.de except num.34.verſic.2 fallit.* & Bald.
& Salic.*in d.l.diffamari.5.*& Nicol.Boer. *in deciſ.255.
num.6.* ita erit concipiendus ; nam narrabitur in
primis diffamatio ſtatus,ſeu iuris ſui, ſeu alia ſimi-
lis iuſta cauſa, quæ ſufficiens ſit, vt ſupra dixi , &
demum petatur diffamanti,ſeu aliter vexanti, ter-
minum ſtatui ad agendum , & eo non agente pro-
nunciari,non eſſe de cætero audiendum, & eidem
imponi perpetuum ſilentium. Qualiter † ergo con- 21
cipietur citatio?Et certe, iudex viſo libello citari
faciet diffamatorem ad contradicendum, ſi defen-
ſionibus ſuis confidat , vel per æquipollens, puta
ad opponendum, ſi diffamationem ſuam defende-
re confidit, & ſi diffamator ad iudicium non vene-
rit, neque legitimis cauſis excuſetur; & tunc iudex
iterum eum citabit ad videndum ſibi terminũ ſta-
tui,infra quem ſi non experiatur de iure ſuo, nun-
quam de cætero audietur, & ita docetur practican-
dum *in c. cum G perpetuus 12.de fid.inſtrumen.* & Iaſ.
& alii *in l.is,apud quem.2 C.de edend.* Qualiter † ergo 22
probabitur diffamatio?& dicendum eſt, quod pro-
babitur,ſi verificetur vociferatio diffamantis , vel
vulgo, vel in cœtu hominum, vel coram pluribus,
vel etiam coram paucis , *l.item apud Labeonem.15 §.
ſi quis libello 19.ff.de iniur.* per quem textum ita con-
ſuluit Soc.*in conſ.45.viſa appellatione col.1.*& late Bar.
Caſtren.Imol.Alexand & Iaſ & reliqui *in l.turpia.
54.in princip.ff.de legat.1* Angel.*Inſtit.de except.in rub.
num.23.*& Nicol.Boer.*in d.deciſ.255.num.7.* † Quis 23
ergo terminus debet ſtatui,& præfigi diffamanti ad
agendum? gloſſ. *in l.à quo fundus.4. in gloſſ.ſ.n.c.rea
med ff de damn.infect.* & gloſſ. *in l.ſi quis libertatem.7.
in verb.modicum de petit.hæred.* voluit,quod remitta-
tur arbitrio iudicis, & hoc voluerunt Alber & Sa-
licet.*in l.inea.* alias, *ſi ea.7 in princip.C.qui accuſ.* &
Matth.de Afflict. *tit quæ ſit prima cauſ benef.amitt.
§.eſt & alia.num.4.* An † ſit accuſanda contumacia 24
diffamantis non agentis in termino præfixo?& cer-
te ſic:ſecundum Ang.*in rubr.Inſt de except.* quem ſe-
quitur Hieron. Cagnol.*in d.l diffamari 5.in 6.limita-
tione* & Bald.*in l.ſi per alium 5 §.decre 2.ff ne quis eum.*
An † poſt lapſum terminum contumax debeat ite- 25
rum citari ad audiendam ſententiam ? & videtur,
quod ſic,ſecundum Bald. *in dict l diffamari 5.in fine.*
quem ſequitur Abb *in c.licet B.Petro.14 col 2.verſ in
gloſſ in fin.de accuſ.* licet aliter voluerit Nicol.Boer. *in
deciſ.255 num.2.*& ita tenet Cæſ.Contar. *in d.repet l.
diffamari.5 in 4 quæſt.num.87.* Pet.Foller. V.I.D.

[Quænam requirantur, vt in Camera Imperiali
citatio ex *l.diffamari.* obtineri poſſit: Et an præuen-
tio locum habeat in materia *l.diffamari.* tradit Gail.
*lib.1.obſ.10.& 11.*]

## Ivdiciorvm XXII. Distinctio.

### Svmmaria.

1 *Inſtitor quis dicatur.*
2 *Inſtitor poteſt eſſe maſculus, & fœmina, puer, vel ſeruus.*
3 *Actiones actiue, quando nobis quærantur per inſtitorem.*

4 *In-*

4 *Inſtitor quando obligetur proprio nomine.*
5 *Inſtitor an ſemper obliget præponentem.*
6 *Probatio, quænam requiratur in actione inſtitoria.*
7 *Mercatores an teneantur ex contractu geſto, per pueros, qui mittuntur per ciuitatem cum caſſata in collo.*
8 *Diſcipuli an obligent magiſtrum eorum, ſi contrahunt.*
9 *Inſtitor, an obliget præponentes ad pœnam.*
10 *Inſtitor præpoſitus à pluribus ſociis ex diſparibus partibus, qualiter obliget præponentes.*
11 *Tabernarius mittens famulum ad merces comparandas obligatur per famulum.*
12 *Inſtitor an poſsit habere fidem de pretio.*
13 *Mercator, qui prius ſcripſit amico, vt emat frumentum à certo mercatore, ſed ne excedat precium carlenorum octo, poſtea ſcripſit, vt conueniat de frumento cum illo mercatore, ſicut poteſt; ſi amicus emat frumentum ad rationem carlenorum nouem pro tumulo, an ſcribens obligetur.*
14 *Hæres mercatoris, an obligetur ex contractu inſtitoris, præpoſiti per eius partem.*
15 *Inſtitor contrahens extra conditiones adiectas in eius inſtitutione, an obliget dominum.*
16 *Inſtitor etiam obligat dominum de euictione, & redhibitoria.*
17 *Exercitor nauis obligatur, & agit ex contractibus magiſtri, & ſubſtituti ab eo, & nu. 18. & qualiter hoc procedat & num. 19.*
20 *Pater quando teneatur ex contractu filii, & num. 21. & 22.*

VIGESIMASECVNDA non omittenda iudiciorum eſt diſtinctio, (vt ordinem dom. Auctor. ſequar) nam aliud eſt iudicium, quod aggredimur, vel ſuſcipere compellimur ex propria obligatione, & aliud, quod ex aliena. de primo iam ſupra abunde patet: de ſecundo autem neceſſe eſt, pro iuuenum introductione, aliqua dicere. Quare 1 † illud primo ſciendum eſt, quod aliquando quis gerere negocia mea tacite, vel expreſſe de voluntate mea reperitur; & a iure receptum eſt, ex contractibus eius me obligari, & agere poſſe (cuiuſmod eſt inſtitor) dicitur enim inſtitor, ſecundum Grammaticos, factor mercatorum, qui à mercatore negociationi alicui eſt præpoſitus, qualis eſt ille, quem negociatores tabernis ſuis ſolent præponere, vel merces aliquas vendendas committere, dictus eſt autem inſtitor (vt è noſtratibus indicat Vlpianus *in l. inſtitor appellatus. 3 ff. de inſtit. actio.*) ab inſiſtendo, quod negotio inſiſtat: hinc Iuuenalis ſatyr. 7.

*Inſtitor Hybernæ tegetis, niueique Cadurci.*

Et Liui 6. ab vrb. *Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorum quæ, & inſtitorum, opificumque recenta.* alibi dicitur inſtitor eloquentiæ. Quintil lib. 11 cap. *Commoueatur ne quiſquam eius fortuna, quem tumidum, ac ſui inſtantem, & ambitioſum inſtitorem eloquentiæ, in ancipiti ſorte videat.* at poetæ fere ſemper accipiunt inſtitorem, pro eo, qui venditor eſt mercium delicatarum, cuique veſtiarii & lintearii dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam. Ouid. de arte amand.

*Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem.*

Plaut. ancillam pro domina negociantem inſtitricem vocat. at e noſtratibus illum dici inſtitorem reperio, qui vniuerſaliter adminiſtrationi quæſtuariæ eſt præpoſitus, etiam non deſignato certo loco, *l. inſtitor 18 ff. de inſtit. act.* ſed ſi quis alicui negocio non quæſtuario præpoſitus ſit, is non recte inſtitor appellatur, ſed potius procurator dicendus eſt. Nec differt † inſtitor maſculus, fœmina, puer, vel maior, pupillus, vel filiusfamilias, ſeruus proprius, vel alienus, aut liberis ſit, vt dicit tex *in l. ſed & ſi quis 7. §. fin. cum l. ſequen. ff. de inſt. act.* niſi proponens ſit minor, *l. ſed & ſi pupillus. 11. ff. eod.* nam eo caſu ſi foret præpoſitus, ſiue auctoritate curatoris reſtitueretur in integrum, vt ibi, vel niſi ipſe præponēs fuerit pupillus, & ſine auctoritate tutoris præpoſuerit: nam eo caſu pupillus non obligatur, niſi factus ſit locupletior, vt eſt text. *in l. verū. ſi ipſe 9 ff eod. tit* Item inſtitor dicitur is, quem patitur mercator ſic facere; quia patiendo videtur eum inſtitorem inſtituere, *l. quicunque in princ. & ibi Bart & Bald. in rub. C. de coſt. pec. 3 colum* & tam in primo, quam in ſecundo caſu obligatur mercator ex contractu eorum: niſi ipſe inſtitor palam, & publice fuerit reuocatus per mercatorem, qui eum propoſuit; ex tunc enim amplius non obligatur ex contractu eorum, vt dicit text. *in d. l. ſed & ſi pupillus 11 §. de quo palam. 2. ff. eod. tit.* & econuerſo ex contractu eorum nobis quæritur actio, vt infra aliquantiſper videbimus Nam † illud receptum eſt *in l. æquum. 1. ff de inſtit. act.* quod ſi inſtitor ſit ſeruus præponentis, tum actiones tam actiue, quam paſſiue transferuntur in præponentem: ſed ſi ſeruus præponentis minime fuerit, ſed liber homo, vel alterius ſeruus, tunc actiones paſſiue tantum in dominum præponentem transferūtur, non autem actiue, & directæ, ſed vtiles bene transferre viſum eſt: & in ſubſidium tam vtiles, quam directæ transferuntur, vt ibi dicit text. iuncta *l. eo nomine. 2.* ſed qualiter intelligatur in ſubſidium transferri actiones actiue: ſcias tunc demum, quando forte inſtitores latitant, & fugiunt, ne cedāt actiones domino eorundem, vel mortui ſunt ſine hærede, ita vt non poſſint ipſi mercatores habere ceſſionem, vel aliter ceſſionem ipſam obtinere non poſſunt; tunc in ſubſidium, vt dixi, in eos transferuntur actiones, & actiue, & paſſiue, ſine ceſſione, vt ibi declarat Alb. de Roſ. & in rub. ff eod. tit. & ibi Angel. & eſt ratio, cur dominus teneatur ex facto inſtitoris, nam vbi permittit quis res ſuas aliquem gerere & mercantiam facere, ei mandare videtur, *d. l. ſed & ſi pupillus 11. ff. de*

4 *ff de inſt. actio.* Sed † nunquid ipſe inſtitor obligetur proprio nomine, adeo vt conueniri poſſit, ſi tantum inſtitorio nomine promiſit? vide ad plenum Dec. *in d. l. ſed inſtitorem* 29 *ff. ſi cert. pet.* & Ang. *in l. eandem.* 9. *ff de duo. re.* & Paul de Caſtr *in l. ſi quis.* 3 *§. ſi procurator.* 1. *ff quod quiſ. iur.* & Soc. *in conſ.* 54. *conſultorem, col. fin verſ.* 6. *& recol ſuperius dixiſſe.* Sed † ſi vis ſci-
5 re, an verum ſit, mercatorem præponentem inſtitorem ex omni contractu per eum geſto obligari, vel non, legito text. *in l. quicunque.* 5. *§. non tamen omne.* 11. *ff. de inſt. actio.* ibique reperies mercatorem non teneri, niſi de eo contractu, qui celebratur reſpectu illius negociationis, cui propoſitus fuerit: exemplum, ſi aliquis ſit præpoſitus ad vendendum, obligat dominum ipſum de omnibus, de quibus regulariter obligatur venditor, vel qui fuit præpoſitus ad emendum, obligat ipſum mercatorem principalem de omnibus illis, ad quæ regulariter, & de iure tenentur emptores, & ſic de eo contractu inſtitoris tenetur mercator principalis; quia principaliter vel in conſequentiam ſpectat ad illã negociationẽ, cui præpoſitus eſt; non tamen de eo, quod celebratur per ipſos inſtitores, extra ipſum negociationem; & ibi tex. ponit multa exempla, quibus tenetur mercator ex contractu inſtitoris, qui venit in conſequentiam ad ipſam negociationem; exemplum, ſi eſt præpoſitus inſtitor ad emendas merces, & ei fuerint mutuatæ pecuniæ pro ipſis emendis, vel pro ſoluendo penſionem apothecæ; nam iſto caſu dicit text. quod locus eſt inſtitoriæ actioni, & ſic obligatur dominus. Item ſi præpoſitus fuit ad vendendum, & habuit fidem de precio, (quod poteſt) & habuit annulum loco arrhæ, vel aliud pignus, & nõ vult reddere, poteſt agi cum ipſo mercatore præponente, vt reddat. Item ſi fideiuſſit quis pro iſto inſtitore, ſimiliter poteſt agi contra mercatorem præponentem, vt dicitur *in d. § non tamen omne.* 11. *cum §§. ſequent.* eodem modo, ſi ſit præpoſitus inſtitor ad merces vendendas, & conducat apothecam, in qua vẽdat illas merces: certe tenetur dominus præponens, vel ſi conduxit nauem ad ipſas merces vehendas ad aliquem locum, vel equum & ſimilia, in omnibus iſtis exemplis, licet principaliter non ſpectent ad negociationem; tamen quia in conſequentiam ſpectant, idcirco tenentur præponentes. Qua-
6 liter † ergo probabit agens inſtitoria actione, ex cõtractu inſtitoris mercatorem præponentem obligari, vt obtineat, in quo reperi Alexand *in conſil.* 43. *in* 2. *lib.* alias, 186 *in c. viſo & diſcuſſo. per totum.* qui in caſu, quo quis mutuauit pecuniam inſtitori, dicit, quod aut inſtitor habebat expreſſum mandatum, ad accipiendam mutuam pecuniam, aut tacitum: primo caſu ſufficit probari, quod tanquam inſtitor accepit mutuam pecuniam; ſecundo vero caſu dicit, quinque debere probari ad obtinendum. Primo, quod tempore mutui declararit ſe accipere illã pecuniam pro adminiſtratione negociationis, qui præpoſitus erat, per text. *in l. vtilitatem.* 1 *§. quod ſi ab initio* alias, *quid ſi mutuam pecun.* 8 *ff. de exer.* Secundo requiritur, quod tempore facti mutui fuerit neceſſarium, capere illam pecuniam mutuo pro adminiſtratione illius negociationis, per *l. Lucius.* 7 *fin ff de exer.* Tertio requiritur, quod ipſe mutuans pecuniam, notitiam habuerit de dicta neceſſitate, & quod intereat accipere dictam pecuniam mutuo pro dicta adminiſtratione, & quod habuerit notitiam mutuans, quod ille, cui mutuauit, erat inſtitor illius mercatoris, & ſic appareat, quod habuerit animum obligandi præponentem, vt probatur *in d. l. Lucius.* 7. *fin. ff. de exer. & l ei qui.* 7. *in fin. C. quod cum eo.* ſecundũ Bart. & Bald. *in l. ſi pupilli.* 6 *§. item.* 1. *poſt. med ff. de nego. geſt.* niſi mercator præponens ratificaſſet, vel verſum eſſet mutuum in eius vtilitatem, vt *d. l. ei, qui. in fin.* Quarto requiritur, quod non mutuauerit maiores quantitates pecuniæ, quam erat neceſſarium, alias non haberet regreſſum niſi vſque ad quantitatem neceſſariam, vt *d. l. fin.* Quinto requiritur, quod mutuum ſit factũ in loco, in quo poſſet adimpleri cauſa, ob quam mutuum factum eſt, ſecundum Bart. *in d. l. vtilitatem* 1. *§. non autem.* 7. *ff. de exer.* in aliis autem caſibus qualiter formentur poſitiones, vide Spec. *in tit. de oblig. & ſoluti §.* 3. *verſ. Item frequenter.* & Salic. *in l. ſeruus.* 1. *C. de inſtit. & exer.* Sed † illud hæſitationem 7
parit, videmus in dies, iſtos mercatores mittentes ſuos famulos, cum caſſetta in collo, cum rebus ad ornatum mulierum ſpectantibus, vt vendant, an teneantur mercatores ipſi ex contractu eorum? dicas, quod ſic, vt eſt text notabilis *in l. quicunque*, alias, *cuicunque* 5. *§ ſed etiam eos.* 4 *ff de inſtit. actio* vbi dicit text. quod etiam illi dicantur inſtitores, qui mittuntur circum ferentes per totam ciuitatem, ad vendendum veſtes, & ſic ibi eſt caſus in indiuiduo; nam ſi iſti ſunt inſtitores, ſequitur, quod eos præponens obligetur ex contractu, & geſtis per eos, vt *d l* 1 *in princip.* An † autem diſcipulus contrahendo obliget 8
magiſtrum ſuum, vt toto die videmus in diſcipulis eorum qui portant ad apothecam pannum, deinde vendunt vel pignorant, an dominus apothecæ teneatur? & dicendum eſt, quod ſi diſcipuli vt diſcipuli, non habent aliud mandatum tacitum vel expreſſum, non obligant dominum ſeu magiſtrum, *d. l. quicunque.* alias, *cuicunque.* 5. *§ ſed & cum fullo.* 10. *ff. de inſtit. actio.* tamen ſi conſentiente magiſtro iſti diſcipuli conſueuerint negociari in apotheca, ex hoc videntur conſtituti inſtitores, & ex facto eorundem obligatur magiſter ipſe, argum. *l omnia.* 1. *ff quod cum eo. & toto tit.* & firmat Baldus *in tractat. de conſtit. num.* 4. Sed † illud conſequens eſt, an in- 9
ſtitores poſſint obligare præponentes ad pœnam? & certe, ſi ſunt pœnæ, ex natura contractus, obligantur præponentes ad eas pœnas, ſed ſi ſunt pœnæ extra naturam contractus, non obligatur, ſecundum Bald. *in tractat. de conſtit. num.* 3 *& in rubr. de conſtit per col.* 2. *ver. quæro an circa perſonam.* & habes

per

per Decium *in d. l. ſi inſtitorem 29. ff. ſi certum petat.* Et
10 ſi † inſtitor à pluribus ſociis ex diſparibus partibus præpoſitus fuerit, ex contractu ipſius, quilibet eorum inſolidum obligatur, text. eſt *in l. habebat. 13.*
11 *§. ſi duo pluresve. 2. de inſtit. act.* Et † ſi contigerit tabernarium continuo mittere famulum ad merces comparandas pro taberna, & ei habetur fides de precio ab aliquo, agnoſcente eum eſſe famulum illius cauponis, vel aliter cum eo contraxit, nulli dubium debet eſſe, tabernarium obligari ex cõtractu, & geſtis per illã, vt eſt text. *in l. quicunque.* alias, *cuicunque. 5. §. ſed & ſi tabernarius. 7. ff. de inſtit. actio.* pariter dicas de piſtore, qui mittit famulum ad vendendum panem, vt *d. l. quicunque. 5. §. idem Labeo ait: ſi quis*
12 *piſtor. 9.* Et † inſtitores habentes fidem de precio, transferunt ſine dubio dominium in emptores, niſi expreſſe eis ſit inhibitũ, ne fidem de precio habeãt, ſed præſenti pecunia vendant, vt *d. l. cuicunque. 5. §. ſi ei. 14. ff. de inſtit. action.* & niſi in hoc doloſe verſentur, vt quia vendunt alicui receſſuro, vel de fuga ſuſpecto, vel cui diligens paterfamilias non venderet niſi præſenti pecunia, vt *l. creditor. 60. in fin. ff. mand.* & ita concludit Bald. *in l. inciuile 12. C. de rei*
13 *vendicat.* Quid † autem ſi aliquis indigens frumento, ſcripſit mercatori, an ei vendere velit, centum tumulos frumẽti, & pro quo precio: cui ille reſcripſit, quod ſic, & quod petat ducatum vnum, pro quolibet tumulo; at ille ſcripſit cuidam ſuo familiari, ſeu amico, vt conueniat de precio frumenti cum mercatore, & non excedat carlenos octo, pro tumulo, deinde ſecundo ſcripſit dicto ſuo amico, vt cum dicto mercatore de precio grani conueniat, ſicut conuenire poteſt pro commodo, & vtili ſcribentis, & dictus nuncius amicus, ſeu familiaris firmet contractum cum mercatore, ad rationem carlenorum nouẽm, pro quolibet tumulo, poſtea ille, qui indigebat grano, non contentatur; quæritur, quid iuris? hunc caſum poſuit Baldus *in conſil. 334. in 1 libr creditor indigens.* vbi tenet, quod cogatur ſtare illi con-
14 tractui, rationibus, de quibus per eum. Nec † ambigendum etiam eſt, ſi præpoſitus fuerit inſtitor per mercatorem, qui deinde moriatur, ſuperſtite eius filio, & hærede, & inſtitor deinde poſt mortem præponentis contrahat, quod ex tali contractu tenetur, & obligatur hæres ipſe, vt dicit textus *in d. leg. quicunque. 5. §. fin. ff. de inſtit. actio.* quod intellige, ſi ipſe hæres vtatur dicto inſtitore, ſicut defunctus, & ſi contraxerit ante aditam hæreditatem inſtitor, obligatur hæres præponentis, vt ſubueniatur contrahenti cum eo ignoranter, & vide textum *in l. ſi quis mancipiis 17. §. ſi impubes. 2. ff. de*
15 *inſtit actio. & ibi Doct.* Et † ſi quis præpoſuerit inſtitorem cum aliquibus pactis (v. g. ne contrahat ſolus, ſed cum interuentu certæ perſonæ, & vt vendat merces non habita fide de precio, vel ſi habuerit fidem de precio, vt habeat cautionem, vel pignus) & demum non obſeruatis conditionibus, & pactis, contraxerit, non obligatur præponens, vt eſt text. notabil. *in l. ſed & ſi pupillus. 11. §. condit. 5. ff. de inſtit. act.* niſi fraus præponentis argui poſſit, vt ibi. Et † 16
ſi præpoſitus quis fuerit inſtitor ad equum vendendum, vel oues, ſeu pecudes vendendas, & contingat dicta animalia euinci ab alio, vel eſſe in caſu redhibitionis, non eſt dubitandum, quin obligetur dominus præponens, *d. l. ſi quis mancipiis. 17. ff. de inſtit. act.*

[Quæſtio etiam inter Iuriſconſultos controuerſa eſt, An inſtitores, quos Factores vocant, ex contractu tempore præpoſitiónis celebrato, poſt finitũ officium recte conueniri poſſint? Bartolus, cuius ſententia curiam Pariſienſis teſte Coſtal. *in l. 1. §. eſt autem. de inſtit act.* in iudicando ſecuta eſt, tenet, quod non, motus reſponſo Sceuolæ *in l. fin. d. tit.* ſed contraria ſententia videtur verior, arg. *l. 7. §. interdũ. ff. ad ſenatuſcõſ. Maced. & l. procurator qui. 67. ff. de proc. 4. & l ſeruum Titii. 49 ff. mandati* Item arg. *l. ſolutum. 11. §. per liberam. ff. de pign. act* quam etiam ſequitur Caſtr. *in §. exercitorem. nu. 4. & l. fin. ff. de inſt. act.* & Iaſ. *d. lo. nu. 51.* Item Coſtal. *in l Slautius. 61 de procur.*]

Et hæc ſufficiant, quoad inſtitores. Sequitur, vt videamus de aliis perſonis, quibus mediantibus nos agimus, & conuenimur. Ideo † ſciendum eſt, 17
quod ſi quis habeat nauem, & in ea præpoſuit magiſtrum, obligatur, & agit ex contractibus illius, & de hoc loquitur totus titulus *de exerc. act* nam ſicut inſtitor obligat præponentem; ita & multo magis ex contractibus magiſtri nauis, obligatur ipſe patronus nauis, (qui exercitor vocatur) intelligendo tamen de eo magiſtro, cui totius nauis gubernatio mandata eſt: at ſecus ſi eſſet ſimplex nauta; quia licet patronus nauis obligetur ex delicto cuiuſuis nautæ; tamen ex contractu minime obligatur, vt *d l. vtilitatem. 1. ff. de exerc. act.* Nec † ſo 18
lum tenetur patronus ipſe ex contractibus ipſius magiſtri, per eum vt ſupra præpoſiti, ſed etiam ex contractu inito, per alium magiſtrum, loco ſui ſubſtitutum per ipſum magiſtrum, vt dicit idem text. *in d. l. 1. §. vt magiſtrum autem. 5.* quod ibi dicitur procedere, etiamſi patronus nauis expreſſe inhibuiſſet, ne alium loco ſui ſubſtitueret, quod eſt ſpeciale in negociationibus naualibus. Sed † ſane prædicta 19
ſunt intelligenda, vt non ſemper, & paſſim patronus nauis, ſeu exercitor obligetur ex contractibus magiſtri; ſed tunc demum, ſi magiſter nauis contraxerit in eam rem, in qua expreſſe, vel tacite eſt præpoſitus, & exprimat in contractu illo in illam cauſam contrahere; ſed ſi contraxerit nulla cauſa expreſſa, patronus nauis non obligatur, niſi fuerit verſum in vtilitatem eius, & contrahendo in cauſa, in qua eſt præpoſitus expreſſe, ſufficit cauſæ expreſſio, licet cauſa in ſeipſa non ſit vera, vt magiſtraliter tradit Vlpianus *in dict. leg. vtilitatem. 1. §. non autem. 7 ff. de exerc.* & ibi Iacob de Aret. ſecundum Azonem (vt refert ibi Baldus) pro intelligen-

 tia

tia illius legis diſtinguit, quod aut magiſter accipit pecunias mutuo in eam cauſam, in qua eſt præpoſitus tacite; verbi gratia, accipit pecuniam mutuo ob cauſam, quæ venit in conſequētiam eius, ad quod eſt expreſſe præpoſitus; & tunc ad hoc, vt dominus nauis ex tali contractu teneatur, requiritur, quod magiſter contrahendo dicat expreſſe, quod vult ob illam cauſam pecuniam mutuo. Item, quod illa ſint vera, & quod creditor ſciat cauſam illam ſubeſſe tempore contractus, per *l. fin ff eod. tit.* quandoque magiſter accipit pecuniam mutuo in illam cauſam ſimpliciter, hoc non exprimendo; & tunc dominus nauis non tenetur ex tali contractu, niſi pecunia fuerit verſa in vtilitatem patroni nauis.
20 Quandoque † etiam ex contractibus filiorum obligatur pater, & ex contractibus ſeruorum obligatur dominus: nam quandoque cōtrahitur cum filio vel ſeruo in merce peculiari dominica vel paterna: vtputa, quia negociatur de mercibus & pecunia ipſius patris vel domini, tunc tenetur pater, vel dominus præponens, inſolidum, & inſolidū poteſt conueniri: quandoque contrahitur cum filio vel ſeruo in merce peculiari, hoc eſt, ſi conceſſum fuit filio vel ſeruo peculium, vt de eo negocietur ad libitum eorum voluntatis, & in mercibus ſeu mercantiis iſtius peculi cōtrahitur; & tunc ſi ſciente patre vel domino, filius aut ſeruus contraxerit, pater, vel dominus vocatur in tributum, cum cæteris creditoribus, in tantum, quod ipſe pater vel dominus non poteſt ante omnia deducere id, quod eis debetur ex peculio ipſo. nec gaudent aliquo priuilegio: ſi autē contrahitur cum filio vel ſeruo, patre & domino ignorantibus, eo caſu pater & dominus non obligantur; & tūc id, quod eis debetur ex peculio, ante omnia deducunt, & ad id quod ſupereſt, cōfluere poſſunt cæteri creditores filii vel ſerui, & ita loquitur totus tit. *ff. de pecul. & ff. de tributor. & inſtit. act.* Deficientibus autem prædictis, ſi filius vel ſeruus cōtrahit iuſſu patris vel domini, tunc obligatur dominus ſeu pater inſolidum: ſi vero non iuſſu, paterno vel dominico contraxerit ſeruus, vel filius, ſed id, ſuper quo contractum extiterit per filium, vel ſeruum, conuerſum eſt in vtilitatem domini vel patris; & tunc eatenus, quatenus in eorum vtilitatem verſum eſt; tenetur ipſe dominus, ſeu ipſe pater, toto tit. *ff. quod iuſſu, & de in rem verſo, & ff. quod cum eo.* & ad prædicta omnia, videas omnino Nic. Boer. *in deciſ.* 221 *in 2. parte num.* 11.

[Hanc quæſtionem, quādo videl. pater pro filio, & ex eius contractu, vel delicto obligetur & conueniri poſſit, egregie reſoluit Alex. Trentacinq. *libr. 2. pract. reſolut. de arbitriis. reſol. 2 nu. 2. & ſeqq*]

Et † dicitur verſum in vtilitatem domini, ſeu pa-
21 tris, ſiue principaliter, ſiue ſecundario, & in conſequentiam, vel quocunque modo ſit verſum in vtilitatem patris, vel domini, *l. quod ſi ſeruus 3 § in rem autem. 1 ff. de in rem verſ.* vt puta ſi emit triticū, & conuertit in alimoniam totius domus patris, vel accipit mutuo pecuniam, & illam ſoluit creditori patris, vel adminiſtrabat bona paterna, & contraxit occaſione illius adminiſtrationis, vel ſi accipit mutuum pro ſe veſtiendo, vel pro ſe alendo, iuxta conſuetudinē patris, vel ſi filius fam. fuerit per patrem ad ſtudium miſſus, & emit libros, in omnibus iſtis caſibus conuenitur ipſe pater, vt toto tit. *ff. de in rem verſ.* & ſi filius contraxerit quaſi vt conuerteret in vtilitatem patris, & tamen poſtea non conuertat, non obligabitur ipſe pater, vt dicit ibi textus. & ſi forte id, ſuper quo filius contraxerit, non erat neceſſarium ipſi patri, eatenus dicitur verſum in vtilitatem patris, quatenus illa res valet, ſed quando res eſt neceſſaria, agitur in totū, & ſic ad illud precium, quo res illa vendita eſt, vt eſt tex. *in l. ſi res domino non neceſſarias. 5 ff. de in rem verſ.* dicitur etiam verſum in vtilitatem patris omne id, quod fit per filium, & eius onus ſpectat ad patrem, vt dicit text. *in d. l ſi res domino. 5. & l. ſi filiusfamilias. 15. ff. eod. titul.* & ſi filius debitum paternum, ſeu iudicium animo nouandi in ſe ſuſcipiat ſeu per ſtipulationē promiſerit, adeo, quod pater liberatur, videtur verſum in vtilitatem patris, taliter, quod pater obligatur, vt dicit tex. *in l. pro parte. 10 ff de in rem verſ.* & vt pater obligetur de in rem verſo, ſufficit negotium eſſe vtiliter geſtum, *l. ſi ſeruus. 17. ff. eod. tit.* verum actio de in rem verſo competit ei, qui principaliter contrahit cum filiofamilias, vt in rē domini vel patris vertatur *l. quamuis 18. ff. eod. tit.* Nec putes † per ea, quæ ſupra dixi, 22
patrē obligari pro filio contrahente ex quouis ſimplici iuſſu ipſius, vt ſic teneatur actione, quod iuſſu, vt dicit text. *in l. Lucius Titius, Caium Seium 21 ff. de admin. tutor.* adeo, quod ſi in inſtrumento continetur; talis filius contraxit patre conſentiente, non tamen ex hoc pater teneri debet actione, quod iuſſu; & idem eſt, ſi inſtrumentum dicit: *talis filius contraxit patre volente*; nam ſimplex patris voluntas non inducit iuſſum, *l vtilitatem 1. § ſi is, qui nauem. 19. ff. de exerc.* oportet ergo ad hoc, vt teneatur ex contractu filii, quod iuſſu, quod inſtrumentum dicat, quod filius facit id iubente, & mandante patre, vel ratum habente, vt eſt text. *in l. merito 1. ff. quod iuſſu.* & ibi declarant omnes Doctor. & talis iuſſus non ſolum poteſt probari per inſtrumentum, ſed per teſtes, & epiſtolam, vel nuncium, & poteſt fieri inter abſentes, & præſentes, & generaliter & ſpecialiter; verum poteſt reuocari & integra certiorato eo, cū quo contrahi debebat: re ſemper ex eo, quod filius contrahit iuſſu patris, ſemper tenetur, & obligatur pater inſolidum, per actionem quod iuſſu, vt in toto tit. *ff. quod iuſſu.* & ad intelligentiam omnium prædictorum videas Franc de Aret. *in conſ. 29. in 6. dubio.* vbi plene, & licet ſint multi alii caſus tam in prædictis exemplis, quam in aliis, quibus nos obligamur, & agimus ex contractibus alienis, vt in toto tit. *ff. mand. & de procur. & de negot. geſt. & aliis.* nihilo-

hilominus quia magis frequentia ſunt prædicta exempla, ideo alia omitto. *Pet. Foller. V.I.D.*

## QVINTA PARS.

### Iudicium, lis, inſtantia, & cauſa qualiter accipiantur. Et quid vnumquodque illorum.

SVMMARIA.

1 *Iudicium, lis, cauſa, & inſtantia, in quo differant.*
2 *Inſtantia cauſæ, quæ dicatur.*
3 *Inſtantia quando in cauſis currere incipiat.*
4 *Inſtantia quando incipiat currere in cauſis, in quibus lis non conteſtatur.*
5 *Inſtantia cauſarum, quanto tempore durat.*
6 *Inſtantia currit, & perit, vbi proceditur per inquiſitionem.*
7 *In cauſis ciuilibus, vbi proceditur per officium iudicis nobile, currit, & perit inſtantia.*
8 *Inſtantia perit in cauſis executiuis, & inſtrumentalibus, in quibus parata eſt executio.*
9 *Inſtantia currit etiam coram iudice delegato.*
10 *Inſtantia perit coram arbitro, cui non eſt tempus præfixum.*
11 *Inſtantia coram arbitratore non currit, neque perit.*
12 *Inſtantia cœpta cum defuncto tranſit ad hæredem.*
13 *Inſtantia cœpta cum defuncto laico, non tranſit in clericum hæredem.*
14 *Inſtantia nunquam perit de iure canonico, quod in foro eccleſiæ ſeruatur.*
15 *Inſtantia, in conſiſtorio Principis nunquam perit: & quid ſeruetur in ſacro conſilio Neapolitano.*
16 *Inſtantia non perit triennio, quando iudex habet liberum arbitrium in procedendo, & ſententiando.*
17 *Inſtantia per ſtatutum, & per reſcriptum Principis breuiari poteſt.*
18 *Inſtantia breuiata, ſi petatur dilatio vltra metas inſtantiæ, an poſt illam peremptam, poſſit ſententia ferri.*
19 *Inſtantia à Principe prorogari poteſt.*
20 *Inſtantia nunquam perit, in cauſis fiſcalibus.*
21 *Inſtantia in cauſis eccleſiarum nunquam perit, etiã ſi ventiletur coram iudice laico.*
22 *Tempus inſtantiæ poteſt per partes breuiari.*
23 *Inſtantiæ prorogatio, non firmatur etiã iuramento.*
24 *Inſtantiæ tempus per compromiſſum non poteſt prorogari.*
25 *Inſtantia ſtatutoria breuior triennio, prorogari poteſt.*
26 *Inſtantia breuior triennali tempore in reſcripto delegatorio præfixa, poteſt conſenſu partium prorogari.*
27 *Inſtantia breuiari poteſt per inferiorem à Principe, delegantem cauſam decidendam infra breue tempus, & quid importet talis breuiatio.*
28 *Inſtantia durat vltra triennium, mortuo iudice prope finem triennii.*
29 *Inſtantia nunquam perit in emergentibus ante litem conteſtatam.*
30 *Litigatori impedito, facto aduerſarii, non currit inſtantia.*
31 *Impedito facto iudicis, vel tertii, an currat inſtantia.*
32 *Inſtantia quando per Principem reſtituitur, dicitur inſufflatio: ſed an tunc debeant refici expenſæ, vide ibidem.*
33 *Inſtantia inſufflatæ per Principem, nulla expenſarum facta mentione, poteſt per partem opponi, quod expenſæ reficiantur.*
34 *Inſtantia lapſa facto iudicis, ipſo iure reſtituta cenſetur: neq; neceſſe eſt adire Regem, nec ſacrum conſilium pro inſufflatione.*
35 *Inſtantia perempta reſtituitur abſque refectione expẽſarum illis perſonis, quibus reſtitutio in integrum de iure conceditur.*
36 *Iudex quilibet tam ordinarius, quam delegatus, poteſt de reſtitutione in integrum cognoſcere, & illam concedere.*
37 *Inſtantia non perit triennio, quando lite pendente litigator effectus eſt familiaris illius officialis, coram quo lis agitur; nam ſucceſſor expectari debet.*
38 *Inſtantia non currit in cauſa, in qua eſt Princeps conſultandus.*
39 *Inſtantia non currit durante inhibitione ſuperioris, vel Epiſcopi.*
40 *Impedito agere iuris impedimento, non currit inſtantia.*
41 *Inſtantia an currat, donec proceſſus ſtat penes conſultorem.*
42 *Inſtantia in cauſa feudali durat per annum.*
43 *Inſtantia cauſæ clerici deuolutæ ad iudicem laicum propter impedimentum Epiſcopi, quanto tempore duret.*
44 *Propter impedimentum Epiſcopi non poteſt iudex laicus cognoſcere de cauſa clerici coram eo conuenti*
45 *Inſtantia perempta poteſt innouari, omnia acta de conſenſu partium repetendo.*
46 *Inſtantia perempta, reſtaurari poteſt altero de quatuor modis*
47 *Inſtantia perempta non perit cauſa, neq; ius partis: ſed actor poteſt cauſam de nouo incipere, & nouam inſtantiam fabricare, refectis expenſis in cauſa ciuili, ſecus in cauſa criminali, & nu. 48.*
49 *Inſtantia euaneſcit tam per lapſum temporis, quam per abſolutoriam ab obſeruatione iudicii.*
50 *Libello male concepto, abſoluitur reus ab inſtantia iudicii.*
51 *Sententia fertur ab obſeruatione iudicii, etiam in cauſa appellationis, quando iudex cauſæ principalis protulit ſententiam diffinitiuam ſuper proceſſu inualido.*
52 *Abſolutoria fertur ab obſeruatione iudicii, quando actor lite conteſtata ſe abſentat, & non proſequitur cauſam.*
53 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicii dicitur etiã, quando*

*do actor ſemiplene probauit, & propter eius abſentiam non poteſt ſibi iuramentum ſuppletorium deferri.*

54 *Abſolutoria obſeruatione iudicii, diffinitiua dicitur, quando reus ſoluit debitum pendente iudicio.*

55 *Inſtantia perempta, quæ acta pereant.*

56 *Acta non publicata in prima inſtantia, non faciunt fidem in ſecunda.*

57 *Acta non ſolum ordinaria, ſed etiam probatoria in cauſa criminali, per lapſum inſtantiæ pereunt.*

58 *Sententia lata poſt peremptam inſtantiam, eſt ipſo iure nulla & nullum habet effectum.*

59 *Auctor perempta inſtantia in expenſis debet condemnari.*

60 *Iudex etiam poſt peremptam inſtantiam, poteſt ferre ſententiam contra confeſſum ex vi notorii*

61 *Omnes exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ poſſunt opponi in nouo iudicio, quando cauſa de nouo incipitur poſt peremptionem inſtantiæ: ac ſi nunquam iudicium fuiſſet intentatum.*

62 *Inſtantia perempta per abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, omnia acta pereunt.*

63 *Lis quomodo intelligatur.*

64 *Lis incipit poſt litis conteſtationem, quod limitatur in quatuor caſibus, num. 65.*

66 *Cauſa quæ dicatur.*

67 *Cauſa vnde dicatur.*

68 *Cauſa in quo differat à lite, controuerſia, negotio, & occaſione.*

1 DEVENIO ad quintam partem principalem huius tractatus, videlicet. In † qua tractabitur, in quo differant iſti quatuor termini, ſcilicet, IVDICIVM, LIS, INSTANTIA, & CAVSA. Super quo breuiter dic. quod iudicium eſt tota illa diſcuſſio cauſæ, quæ durat à citatione vſque ad ſententiam, vt declarat Alexand. *in d. l. poſtquam liti. 4. C. de pact.* & iſtum terminum iudicium, plene declaraui, quo ad eius quidditatem ſupra *in 2 parte prin. huius tract.* vbi poteris videre.

2 Inſtantia † vero dicitur illa exercitatio iudicii, quæ fit à litis conteſtatione vſque ad ſententiam latam: ſeu vſque ad finem triennii, quando non fertur ſententia infra triennium in cauſa ciuili, vel infra biennium in cauſa criminali, *l. properandum. 13. C. de iud* & ſic, quando dicimus, inſtantiam eſſe peremptam, intelligimus de illa exercitatione iudicii, quæ habetur pro non facta: quia ſuper illa non poteſt dari ſententia: non tamen refertur iſte ſermo ad cauſam, nec ad iudicium: quia perēpta inſtantia, non eſt perempta cauſa, nec ius partis, nec iudicium quoad illam cauſam, quin poſſit de nouo agitari: ſed ſolum illa exercitatio iudicii, ſcil. illa tela iudicii, quæ reperitur incœpta; & non completa, efficitur fruſtratoria, & habetur pro non facta: quia non poteſt per eam deueniri ad cauſam finalem iudicii, ſcil. ad ſententiam, niſi de nouo in iudicium deducatur, vt habetur *in d. l. properandum. 13.* & fuit inducta iſta peremptio inſtantiæ, in fauorem publicum ne lites fierent immortales, vt *d. l. properandum. 13. in princ.* & not. Soc. *in conſ. 31. col. 4. in fin. in 1. volum.* SVPER HAC tamen MATERIA opportunum cadit examinare TRES QVÆSTIONES. Quarum prima eſt, quando incipiat currere inſtantia. Secunda, quanto tempore duret, & in quibus caſibus finiatur. Tertia, quis ſit effectus peremptionis inſtantiæ, & quid poſſit facere iudex ea perempta.

Quæro † igitur PRIMO, quando incipiat currere inſtantia in cauſis. Dic, quod communiter tenetur, quod incipit currere à conteſtatione litis; vnde ſi per mille annos ſtarent litigātes ad conteſtandum litem, nunquam inciperet inſtantia, vt *d. l. properandum. 13 poſt princ. & ibi; non vltra triennii metam. &c.* vbi dicit expreſſe poſt litem conteſt. & ibi hoc not. Alex. *in princ.* & Iaſ. *in 2. col.* & communiter Doctor. & Bald. *in conſil. 226. in 3. vol.* & Soc. *in conſil. 95. in princ. in 1. vol.* Hinc dicit pulchre Bald. *in l. & poſt edictum. 73. §. pen. in fin. ff. de iud.* quod in omnibus emergentibus ante litem conteſtatam nunquam perit inſtantia; vnde infert, quod ſi partes per 10. annos litigarent ante litem conteſtatam ſuper legitimatione perſonarum, nunquam periret inſtantia; & illud dictum ſequitur Alexan. *in d. l. properandum. 13. col. 1. in fin.* 3

[Adde Alexand. Trentacinqu *lib. 2. pract. reſolut. de iudic. reſolut. 4 num. 2.* & Viutum *lib. 1. ſyl. commun. opin. opin. 376. num. 12. & ſeqq.*]

Quid † autem in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, prout ſunt cauſæ ſummariæ, vel executiuæ? 4 Dic, quod in illis currit inſtantia, quam primum incœptum eſt cognoſci de meritis cauſæ, ſecundum Alexand. *in d. l. properandum. 13. colum 1.* Potes dicere ad maiorem declarationē, quod in huiuſmodi cauſis ille actus, qui ſolet fieri immediate poſt lit. conteſtat. in cauſis, in quibus lis conteſtatur, haber vim litis conteſtationis; vnde ab illo actu inciperet inſtantia, ſecundum Bart Bald & Doct. *in l. nulla 23. & l. nihil. 20. C. de procur.* & Card. *in Clem. conſtitutionem. 4. § fin in fin. de elect.* & Abb. *in c. inſinuante 25. in fin. de off. deleg.* & Lud. Rom *in conſil. 174 col. 2.* & Felin. *in c. olim 26. de accuſ.* & Par. *in tract. ſynd. in verb. ſententia. col. 4.* & in propriis terminis hoc tenet Abb. *in c. venerabilis. 20. col. fin. de iud.* & Iaſ. qui plene examinat *in d. l. properandum. 13. col. 3. C. de iud.* & Alexan. *in conſ. 50. in 2. volum.* ADDITIO. Vide gloſſ. ordinariam hoc volentem *in c. 1. in gloſſ. magna. extr. de elect. in 6.* ſuper *verb. abſentia.* & ita concludit Panor. *in c. pen. extr. de iud.* & ita voluit Iacob de S Georg. *in d. l. properandum. in prin.* licet in contrarium voluerit Fran. Curt. *in l in omnib. 1. C. de iuram. calum.* vbi etiam reprobat opinionem tenentium æquiparari cauſas ſummarias executiuis. Id n. dicit non eſt verum, vt ibi per eum, qui id reprobat optimis rationibus: opinionē D Auctoris approbat etiā D. Catal. *de bon. compet. in tract.*

*tract. de Synd. num.* 47. ſed opin. Franc. Curt. ſequitur D. Ant. de Can. *in tract. de execut. inſtr. num. 71. in* 33 *q.* vult enim in cauſa inſtrumentorum habentiū executionem paratam non dari inſtantiam, vt nec in cauſis executiuis, &c. *Petr. Foller. V I. D.*

[Pro reſolutione præcedentis quæſtionis, An videlicet cauſæ, in quibus non requiritur litis conteſtatio, vt ſunt cauſæ executiuæ, habeant inſtantiam, conſiderandi ſunt duo caſus: An videlicet pro executione ſententiæ vel inſtrumenti imploretur officiū iudicis, An vero intentetur actio in factū, priori caſu petitio executionis, per implorationem officii iudicis, non habet inſtantiam: Altero vero caſu, cum agitur actione in factum, locū habet inſtantia; prout multis authoritatibus probat Alex. Trentacinq. *lib. 2 pract. reſolut. de iudic. reſolut* 4. *nu.* 3 ]

5 Secvndo principaliter quæro, † quanto tempore duret inſtantia, & in quibus cauſis pereat. In hoc facio regulam generalem cum fallentiis. Et regula eſt, quod in omnibus cauſis tam ciuilibus, quam criminalibus, perit inſtantia, & durat in ciuilibus per triennium, in criminalibus vero per biennium, text. eſt *in d. l properandum.* 13. *& ibi per omnes Doct. C. de iud.* & hoc eſt confirmatum in regno per ritum magnæ curiæ, *in num.* 219 *incip. item ſeruat ipſa curia, vt inſtantia, &c* Amplia primo iſtam regulam † procedere non ſolum in cauſis, in quibus

6 proceditur per viam actionis, vel accuſationis; verum etiam vbi proceditur per inquiſitionem: quia tunc etiam perit inſtantia ſecundum Bald. *in d. l properandum.* 13. *in princ. colum* 3. [adde Alex. *in d. l properandum num.* 25 Matth de Afflict. *in conſtit.* 6. *ſæpe contingit nu.* 4. & Grāmat. *vot.* 31. *nu* 16.] incipit tunc inſtantia à die dationis capitulorū, ſecundum Bald. *& adde Abbat. in c. venerabilis. in final verbis.*

[Alexan Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. de iudic. reſolut.* 4. *num* 6 dicit, quod inſtantia in inquiſitionis proceſſu incipiat currere à tempore reſponſionis factæ ſuper capitulis, & allegat Bald. *in d. l. properandum* & Afflict *in d. conſtit.*]

7 Secundo Amplia procedere † etiā in cauſis ciuilibus, in quib. proceditur per officiū iudicis: quia durat inſtantia triennio, ſecundum Abb. *in d. c. venerabilis in final. verbis* Tertio, Amplia † procedere

8 etiam in cauſis executiuis & inſtrumentalibus, in quibus eſt executio parata: quia durat inſtantia triennio, ſecundum Lud. Roman. *in conſ.* 174. *incip. Ampliſſime Doctor. &c.* & Socin. *in conſ.* 95. *in* 1. *vol* & Felin. *in d. c. venerabilis, in fin.* & Alexand. *in conſi.* 50. *in* 2. *volum.* & Iaſon. *in d l. properandum colum.* 2. *circa finem.* adde, quæ dixi ſupra poſt principium huius quæ-

9 ſtionis. Quarto Amplia † procedere non ſolum coram iudice ordinario, verum etiam coram delegato, vt *d. l. properandum. ibi; ſed omnes iudices, &c.* Quinto Amplia † procedere non ſolum coram

10 iudice, verum etiam coram arbitro: nam ſecundum communem opinionem etiam coram arbitro, perit inſtantia triennio, quando nullum tempus fuit partis oppoſitum compromiſſo, ita tenet Specul. *tit. de arbitr* §. *differt colum. fin verſi Item, vt infra triennium, &c.* & Abb. *in d c venerabilis, colum. penult.* & Iaſ. *in d. l. properandum, colum.* 4 *in* 7. *notab.* Secus eſt coram arbitratores. † quia nulla inſtantia currit co- 11
ram eo, ſecundum Specul. & Abbat vbi ſupra & etiā coram arbitro, incipit a die litis conteſtatæ coram eo, ſecundum Felin. *in d. c. venerabilis, colum. fin.* Additio. Omnino videas Nicol. *in deciſ.* 183 *num* 7. *in* 2. *parte* Petr. Foller Sexto Amplia † procedere 12
etiamſi moriatur litigator pendente lite; quia non perit inſtantia per mortem. ſed durat vſque ad triennium, & continuatur in hæredem, inſtantia cœpta cum defuncto text eſt *in l. hæres abſens.* 19. *& l. ſi petitor.* 31. *& l. ſi is qui Romæ.* 34. *ff. de iud. & l. ſi eum hominem.* 33. *& ibi Bart. & Ioan. de Imol. ff. de fideiuſ. & in c. quia V.* 11. *& ibi plene per Abb Feli. & Mar. Soc. de iud* & per Soc *in conſi.* 31. *col* 4. *in pr in* 1. *vol.* Quod tamen Limita non procedere, † quando fuit inſtā- 13
tia cœpta cum defuncto laico, cui ſucceſſit hæres clericus: quia non continuatur in hæredem clericum; quoniam ratione priuilegii eſſet finita illa inſtantia, & debet de nouo inchoari coram iudice eccleſiaſtico. Iſta eſt magis communis concluſio, quam tenet Abb *in d. c quia V.* 11 *col. fina.* & ibi etiam Feli. *in* 3 *& 4. colum.* quicquid tenuerint alij Doct. nam pro iſta parte ſunt rationes magis efficaces.

[Contrariam autem opinionem, quod videlicet clericus, ſi ſit heres laici iam conuenti coram iudice laico, teneatur ibi litem proſequi, tenet Paul. Caſtr. Roman. Alex. & ibi Curt iun. *in addit in l ſi conſtāte.* § *v. ſ. ſolut matr.* Imol. *in l. ſi eum hominē. ff. de fideiuſ.* Iaſ. *in auth quas actiones. n.* 39 *C. de ſacroſanct. Eccleſ* Itē Ang. & Paul. de Caſt *in l hæres abſens. ff. de iud.* Aufrer. *in Clem.* 1. *de off. ord. reg.* 2 *fallent.* 6. Bal. *conſ.* 207. *vol.* 1. Et ita obſeruari in Gallijs ait Boer. *deciſ.* 69. *num.* 36. Eandem etiā opinionē ſequitur Couar. *in lib. pract. quæſt. c.* 8. vbi dicit eam eſſe veriorē. Et Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ lib.* 3. §. 22. *limit.* 17. *nu.* 70. *&* 72. ibi ait hanc eſſe communem opinionem ]

Limita primo, † iſtam regulam ſic ampliatam 14
procedere de iure ciuili ſecus eſt de iure Canonico: quia nunquam perit inſtantia, text. eſt, & ibi Abb. & Doct. *in d. c. venerabilis.* 20 *& c. fin. de iudic.* & habetur per Modern. *in d. l properandum & ibi gloſſ. in verb. triennij in fi.* & Alex. *in conſ.* 23. *col.* 1. *in* 3. *volum.* (Adde Viuium. *in ſyl. com. op. in. lib.* 1 *op.* 376 *num.* 9.] Ex hoc ſequitur, quod in foro Eccleſiaſtico, etiam in omnibus terris ſubiectis eccleſiæ, vbi ſeruatur ius canonicū, nunquā perit inſtantia, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, per prædicta, & hoc tenet Philip. Corn. *in conſ.* 210 *in* 4. *vol. in fi.* & vide Felin. *in d. c. venerabilis.* 20. *in princ.* Secūdo Limita † nō procedere, quan- 15
do cauſa ventilatur in conſiſtorio Principis; quia in eo nunquam perit inſtantia, & ſic vltra triennium durat, ſecundum Bald. *in conſ.* 2. 2. *col fin. in* 3. *vol.* vbi alle-

allegat *authen. ſed lis. C. de temp. appel.* ex hoc poteſt inferri, quod in ſacro regio conſil. Neapoli. non perit inſtantia; quia poteſt dici conſiſtorium Principis ſed Matth. de Afflict. *in deciſ. 283. conſil. Neapolit.* refert contrarium: primo, quod diſpoſitio *l properandum 13. C. de iud.* habeat locum etiam in ſacro conſil. vt etiam in eo pereat inſtantia, allegat gloſſ. *in § hoc quoque in Auth. vt ſpon. larg* & gloſſ. *in Auth. de appel.* & idem tenet Matt. relatiue *in conſtit. hac lege in 3. not.* vbi facit differentiam, an cauſa ventiletur corã Rege; & tunc inſtantia non currit; quia Rex habet liberum arbitriũ; an vero in ſacro conſilio; & tunc currit inſtantia; quia ſacrum conſilium non habet liberum arbitrium: Ego tamẽ puto in hac materia, quod dato, quod in ſacro conſilio curreret inſtantia; tamẽ ex quo ſententiæ in eo proferuntur ſub nomine Regiæ maieſtatis, poſſuut fieri etiam poſt tempus inſtantiæ, & valent ſententiæ; quia in effectu in ſacro conſilio non curatur de peremptione inſtantiæ, ex quo iſta eſt ſolennitas inducta de iure poſitiuo, quæ poteſt omitti in conſiſtorio Principis: & talis nullitas, quæ cauſatur ex defectu ſolennitatis iuris poſitiui, non inualidat ſententiam ſacri conſilii, ita deciditur *in d. deciſ. 292. in fin.* per ea, quæ not. Innoc. & Abb. *in c. in cauſis 19 de re iud.* Vnde concluſiue poſſumus dicere, quod in ſacro conſilio nunquam perit inſtantia, ſaltem quo ad effectum; quia poteſt ferri ſententia etiam poſt triennium.

[In Camera Imperiali non currit inſtantia, vt nec fatalia proſequendæ appellationis; tum quia eſt conſiſtorium Principis, tum etiam propter multitudinem cauſarum. Quin & vbique fere locorum in Germania nulla fatalium, nec inſtantiæ habetur ratio. Et in iis locis, vbi ius commune quo ad inſtantias, adhuc ſeruatur, debent procuratores corã iudicibus, non ſemel, ſed ſæpius de ſua diligentia, & lapſu fatalium proteſtari, nec vna proteſtatio ſufficit. Quia ſi fatalia proſequendæ appellationis coram iudicibus inferioribus non ſint ſeruata, appellatio in Camera, tanquam deſerta, non recipitur. Vt hæc omnia tradit Gail. *lib. 1. obſ. 141. numer. 7. 8. & 9.*]

16 Tertio † LIMITA non procedere, quando iudex habeat liberum arbitrium in procedendo, & ſententiando; quia tunc non durat inſtantia, etiam poſt triennium. Secus ſi haberet arbitrium in ſentẽtiando tantum, ita tenet Bartol & Paul. de Caſt. *in l. ſi in lege. 4 in prin. ff. loc.* Alex. *in conſil. 50. colum. 3. verſic. pro hoc, &c. in 2. volum.* & Alexand. *in l. qui Romæ. 122. § Callimachus 1. colum. fin. ff. de verb. oblig.*

[Adde Alexand. Trentacinq *lib. 2. pract. reſolut. de iudic. reſol. 4. num. 22.*]

17 Quarto LIMITA non procedere, † quando inſtantia eſſet breuiata per ſtatutum, vel reſcriptum Principis, vt quia Princeps reſcribit alicui ſpeciali, vel delegato, quo cauſam expediat infra tres menſes. nam tunc finito tali tempore eſt perempta inſtantia, & nõ poteſt ille iudex vlterius ſuper ila cauſa procedere, ſecundum Bald. *in d. l properandum 13. colum. 3* & Abb. *in d. c. venerabilis. col. pen.* & ibi etiam Felin *in 6. colum.* & Alexand. *in d l. properandum. 13. colum. 5. circa fin* & Fel. *in c. de cauſis 4. colum. 5. ff de off deleg.* & quod poſſit breuiari per ſtatutum, tenet Alexand. *in conſil 42. in 3. volum.* & Bald. *in l. ſi cum ipſe. 39. ff de excuſ. tut.* Item quod poſſit breuiari per reſcriptum, eſt text. *in c. ſuper eo. 12. el 2 & ibi Phil. & Abb. de appel.* & in *d. c. de cauſis. 4.* verum in hoc eſt differentia; quia quãdo eſt breuiata per ſtatutũ; tunc incipit à die litis conteſtatæ, ſicut inſtantia iuris communis, ita tenet Alexand. *in conſil 42. colum. 2. in 3. volum.* & Bald. *in auth. clericus qui, colum. 2. verſic. deinde quæritur de Epiſc & cleric.* Sed quando fit per reſcriptũ Principis, incipit à die præſentationis reſcripti, non autem à die datæ ipſius reſcripti, ita probat text. *in d. c. ſuper eo 12.* & ibi hoc expreſſe tenet Phil. *in 2. colum. in 4. not. & ſequen.* vbi plus dicit, quod ante præſentationem reſcripti delegatorii non acquirit delegatus iuriſdictionem. † Quid autem ſi litigans haberet teſtes in longinquis partibus 18
& peteret dilationem excedentem metam ipſius inſtantiæ breuiatæ per reſcriptum, an poſſit poſt finitam iuſtantiam ferri ſententia? Dic, quod ſic; quia iſta iuſta cauſa excuſat, vt inſtantia nõ pereat, vt valeat ſententia poſtea lata ſecundum Bald. *in d. l. ſi cũ ipſe. 39 ff. de excuſ. tut.* & Abb. *in d. c venerabilis. 20. colum. 4. circa fin. de iud.* & Alexand *conſil. 72 colum. 1. in 3. volum.* & Abb. *in 63. colum. 1. in 2. vol.* Quinto LIMITA non procedere, † quando inſtantia fuiſſet per Principem prorogata, vt quia erat prope finẽ triennij, & Princeps illam prorogauit, vltra triẽnium; quia tunc ex prorogatione durat vltra triennium, vt not. Pariſ. *in tract. Synd. in verſic. ſententia, c. reſtat vnum, &c. colum. fin.* & in regno hoc eſt expeditum per ritum magnæ curiæ, *in numer. 219.* qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia, vt inſtantia, &c* vbi plus dicitur quod prodeſt prorogatio Principis, etiã ſi literæ, ſeu reſcriptum prorogationis præſentetur poſt triennium, dummodo data reſcriptio ſit expedita infra tempus inſtantię. Sexto LIMITA † procedere in cauſis fiſcalibus: nam vbi agitur de aliqua cauſa fiſcali, nunquam perit inſtantia, & ſic durat vltra triennium, puta, vbi agitur de tributis ſeu functionibus publicis, text. eſt *in d l properandum 13. in princ. ibi; exceptis, &c. C. de iudic.* & Abb. *in d. c. venerabilis. 20. colum. 4.* & habetur *in deciſ. 210. cõſil Neap.* ex hoc infertur, quod hodie in regno in magna curia Cameræ ſummariæ, nunquã perit inſtantia, ex quo ibi tractantur cauſæ fiſcales, & ita ſeruatur ibi de antiqua conſuetudine, vt teſtatur Matth de Afflict. *in conſt. Accuſatorem colu. 2. in prin.* Septimo † LIMITA non procedere in cauſis Eccleſiarum; quia etiam ſi agitantur coram iudice ſeculari, nunquam in eis perit inſtantia: ita intelligitur text. ſecundum vnã lect.

(Right-margin section numbers 19, 20 and 21 stand beside the lines beginning "ſet per Principem", "dere in cauſis fiſcalibus" and "non procedere in cauſis Eccleſiarum" respectively.)

le&. *in d.c.venerabilis.de iud.* & hoc expreſſe tenet ibi Abb.in *5.col.* vbi dicit, ſecus in cauſa clerici, quia in hoc non gaudet priuilegio Eccleſiæ Adde *deciſ.*
22 *210.conſil.Neap.* Octauo LIMITA, niſi † tempus inſtantiæ fuiſſet abbreuiatum de communi conſenſu partium; quia tunc perit inſtantia ante triennium ſecundum quod partibus placuerit. Nam poteſt tempus inſtantiæ abbreuiari per partes, ex quo abbreuiatio tendit in fauorem publicum, ſcilicet vt lites citius finiantur. ita tenet Lud. Roman. *in l. qui pro tribunali.2.ff.de re iud.* & Alexand. *in d.l.properandum.13. in princ.colum.penult.* & ibi etiam Iaſon. *in penult colum.verſicul.quarto limita, &c.*

[Eandem opinionem ſequitur Alexand. Trentacinq *lib 2.pract.reſolut.de iudic. reſolut.4.numer.23.* vbi plures authoritates allegat.]

23 An † autem poſſit hoc tempus prorogari per partes, ſicut poteſt abbreuiari? Dic, quod non glo. eſt *in l.conſenſiſſe.2.§ ſed & iudex 2 ff.de iud.* & gloſſ. Bartol. Alexand. & Iaſ. & communiter Dd. *in d.l. properandum 13.C.de iudic.* vbi plus dicunt, quod non valet prorogatio, etiam ſi interuenerit iuramentum in ipſa prorogatione, & etiam ſi pœna apponatur, ſecundum Bart & Alexand. *in l Seius & Agerius.27.ff ad leg. Falc.* Abb. & Felin. *in d.c.venerabilis.20.de iud.* & Alexand. *in conſil.138.colum.1.in fin. & ſeq. in 2.vol.*

[Adde Alex. Trentacinq. *lib.2 pract. reſolut.de iud. reſol.4.num.24.* pluribus authoritatibus hanc ſententiam confirmantem. Et Viuium *in ſyl.com opin.lib. 1 opin. 376.num 1.2.3.4 & ſeqq*]

24 Adeo, † quod nec etiam compromiſſum poteſt prorogari, & ſic neque tacite, neque expreſſe, ſecundum Lud Roman. *in conſil 174. colum.1 in fin* & Spec. *in titul. de iud.deleg § reſt.ver.ſed nunquid de tempore,* & ibi Ioan. Andr. *in addit.* [adde Viuium *in ſyl. com opin.lib 1 opin. 376.numer.21.*] licet ſecus ſit in inſtantia appellationis, *Clem quamdiu.de appel.* & dicam plene infra *in vlt.par.in verſ. appel.in 3. q.prin. ver.2.limita, niſi de voluntate, &c.* & ibi videas ea, quæ hic deficiunt; quia ibi aſſignabitur ratio di-
25 uerſitatis. Prædicta tamen intellige, † in tempore inſtantiæ de iure communi; ſecus in inſtantia breuiori inducta per ſtatutum; quia illa poteſt de conſenſu partium prorogari, vſque ad triennium & non vltra; & iſta eſt magis communis concluſio, quam tenet Sal. *in d.l properandum.13.C. de iud.* quem ibi ſequitur Alexand. *in 2 colum.in fin & ſeq.* & ibi etiam Iaſ. *colum. penult.* & Fel. *in d c.venerabilis 20.de iud colum. 4.in fin verſic. ſecunda declaratio, &c* licet cæteri contrarium tenuerint, Alex ſibi ipſi contrarius *in conſil. 24 col.fin .in 4.vol. & male,*
26 Item, † minime procedit in inſtantia breuiori præfixa per Principẽ in reſcripto delegatorio; quia illa poteſt ſimiliter de conſenſu partium prorogari, tex.eſt & ibi Doct. *in c.de cauſis.4* alias, *in cauſis.de off.deleg.* Fel. *in d c.venerabilis.20 colum. 4. in fin.verſ. 1.&c.* † Sed iuxta hoc cadit pulchrum dubium, videlicet, vtrum inferior a Principe poſſit committere cauſam decidendam intra minorem terminum triennio, puta intra tres menſes? dic, quod ſic. 27
Verum in hoc eſt differentia; quia quando tempus abbreuiatur à Principe, perit inſtantia, ſicut per lapſum triennii, adeo, quod ex illis actis non poteſt ferri ſententia, vt dixi ſupra *in 4. limit.* Sed quando abbreuiatur per inferiorem à Principe, non perit inſtantia per lapſum temporis, quo ad partes, ſed ſolum ſoluitur iudicium quo ad iudicem: quia non habet iuriſdictionem vlterius in illa cauſa, & reuertitur ad delegantem, qui poteſt pronunciare ex illiſmet actis; quia acta non pereunt, ex quo inſtantia non perit, ita tenet Bald. *in d.l. properandum.13.§.ſin autem vtraque. 8.in fin* & ipſum ſequitur Fel. *in c.de cauſis 4. col.1. in princ.de off.delegat.* Quod not. quia ſæpius euenit in regno in iſtis Baronibus coarctantibus inſtantiã in commiſſionibus cauſarum.

[Adde ad hanc & præcedentes determinationes Alex Trentacinq. *lib.2 pract reſol lib.2 de iudic.reſol. 4 n.24.* cum alijs ab ipſo allegatis]

NONO LIMITA non † procedere, quando iudex coram quo fuit incœpta cauſa, moreretur prope finem triennii, & venerit alius ſucceſſor: quia illi ſucceſſori datur à iure alius integer annus ad illam cauſam expediendam, & ſic in iſto caſu prorogatur inſtantia ex iuris diſpoſitione vltra triennium, tex.eſt *in d.l.properandum 13.§.ſin autem in medio triennii.* alias, *in fin §.ſin autem vtraque 8.* vbi idem deciditur, quando ex alia iuſta cauſa eſſet mutatus iudex ab officio, puta propter abſentiam, vel infirmitatem. [Sed nota ꝙ ſemel tantum redintegratur annus, ſecundum Cyn. Salycet. Bar Bald. & Alex. *in d l.properandum.* vt videlicet euitetur infinitas, ſecundum *l.fidei commiſſa.§ ſi quis ff.de legat.3.*] 28
Decimo LIMITA procedere † in emergentibus ante litem conteſtatam; quia in illis nunquam perit inſtantia, vnde ſi ſuper aliquo incidenti ante litem conteſtatam eſſet per decem annos litigatum: puta ſuper legitimatione perſonarum, nunquam perit inſtantia. Illud fuit originale d.Gul.de Cun. *in d l.properandum* & ſequitur Bald *in l. & poſt edictum.73.§ pen.in fin ff.de iud.* & Iaſ. *in d l.properandum.colum.2.* ADDITIO. Vide Capic. *in deciſ.11. in cauſa Friderici.* Petr Foller.V.I.D. † Vndecimo LIMITA non procedere, quando litigator eſſet impeditus facto aduerſarii, puta propter ſubterfugia, & cauillationes rei conuenti, quia ei non currit inſtantia in effectu; nam poteſt iudex etiam poſt triennium ferre ſententiam, ſecundum Bart. *in l.ſi cum ipſe 39.per illum text.ff de excuſ.tut.* & ibi etiam Bald. plus dicit ibi Bart. quod Doct. non fuerunt recordati de illo tex.in commento *d l.properandum.* Item tenet Abb *in conſ.16.col.1.in 2.vol.* & Alex.in addit. ad Bart. *in d.l.ſi cum ipſe.39.* vbi plura allegat in hac mate- 29 30

materia,ſcilicet quod impedito facto aduerſarii nõ
currit tempus,cui adde Matt.*in conſtit. Iuſtitiarii per*
*prouincias col.4.in princ.*& gl.*in l.intra vtile.39.* & gl.
fin.*ff.de min.*Pro hoc eſt tex & ibi Bald. *in l.adulteriis*
*fin.C.de adult.* Ad cautelam tamen bonum eſt ſem-
per proteſtari, quod non currat terminus inſtantiæ
propter impedimentum. Iſtæ enim proteſtationes
ſolent eſſe valde vtiles in huiuſmodi caſibus, ſecun-
dum Bal.& Doct.*in d.l properandum.§.ſin autem vtra-*
*que.8.*& Fel.*in d c.venerabilis.20.col.2 & 3.* & prædi-
ctis adde Alex.*in conſ.71.in princ.& col.2 in fin.in 5.vol.*
Quid autem,† ſi impedimentum cenſetur facto iu-
31 dicis,vel tertii?Vide Alex.& Dd.*in d §.ſin autem v-*
*traque.8.*& Io.de Imol. *in d.c.ex inſinuatione.50 de ap-*
*pel.*& Phil.*in c.ex ratione.8.col.9.& 10.eod.tit.* & Fel.
*in d.c venerabilis.20.de iud.col.2.& 3.* & Bart.& Bald.
*in auth.item ſi in appellatione C.de tempor.appel.* & Soc.
*in conſil.31.col.4.in 1.volum.*Luc. de Pen.*in l.ſi quis na-*
*uicularius.2.col.antepe & pen.C.de naufr.lib.11.* in qui-
bus locis communiter concluditur, quod currit
inſtantia, non obſtante impedimento. Bonum ta-
men eſt ſæpius proteſtari, vt ſaltem obtineri poſſit
reſtitutio in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ,
& licet Doct. in locis præallegatis hoc firment in
inſtantia appellationis, in qua facilius datur reſti-
tutio propter maius præiudicium; tamen in inſtan-
tia cauſæ principalis aliter dicunt, vt not. Bart. *in d.*
*auth.Item ſi in appellatione.in fin.* licet Bald.ibi teneat
dari reſtitutionem præcedẽtibus proteſtationibus:
tamen hoc dubium eſt hodie clarificatum in regno,
per regiã pragm.quæ incipit,*Inſtantia.*qua cauetur, ꝙ
quando ſtetit per iudicẽ, reſtituitur ipſo iure tem-
pus inſtantiæ. Tunc autem dicitur ſteriſſe per iudi-
cem,quando proceſſus fuit concluſus per duos mẽ-
ſes ante triennium cum petitione, & proteſtatio-
ne, & ad expeditionem cauſæ; tunc enim reſtitui-
tur inſtantia ipſo iure, abſque refectione expenſa-
rum;ſi tamen currit inſtantia per negligentiam par-
tis,tunc non reſtituitur,niſi refectis expenſis,vt di-
citur *in d.pragm.in princip.* & ex hoc inoleuit practi-
ca in regno. Quod † quando inſtantia eſt perem-
32 pta, ſolet actor adire Regem, vel ſacrum Regium
conſilium, vt auctoritate Regia inſufflet ſpiritum
vitæ illi inſtantiæ, & ſic Rex inſufflat ſpiritum, &
facit inſtantiam reuiuiſcere,perinde ac ſi perempta
non eſſet, & iſta reſt. in regno appellatur inſuffla-
tio,vt not.Paris de Put.*in tract. Synd.in verſ.ſententia,*
*in c.reſtat.vnum,&c.col.1.circa fi.& ſeq* & ibi ponit iu-
ſtas cauſas, ex quibus Rex concedit iſtã ſuſcitatio-
nem inſtantiæ abſque refectione expenſatum,puta
quando ſtetit per iudicem,vel ob infirmitatem, vel
neceſſariam abſentiam, vel ob aliam ſimilem cau-
ſam iuſtam; vt quia propter multitudinem cauſarũ
fuit iudex impeditus, ſecundum Alex *in l.properan-*
*dum.§ ſin autem vtraque & in l. Senatuſconſulto. 16.ff.*
*de off.præſid.* ſed quando allegatur aliqua cauſa co-
lorata, ex qua perpenditur aliqua negligentia par-
tis in proſequendo,vel in proteſtando; tunc conce-
ditur inſufflatio cum refectione expenſarum,vt ibi-
dem dicit Paris.& de hac inſufflatione facit mẽtio-
nem Matth.de Afflict.*in conſtitut.Sæpe contingit.circa*
*fin.* vbi ponit vnum aliud impedimentum reſtitu-
torium inſtantiæ, ſine refectione expenſarum, vi-
delicet quando plures erant iudices ſuper cogni-
tione vnius cauſæ, & quia non potuerunt ſe in vnũ
congregare,vel cõcordare,fuit lapſa inſtantia; quia
ex quo non poteſt imputari parti,reſtituitur inſtan-
tia,& non tenetur ad expenſas. ADDITIO. Vide
Cap.*in deciſ.11.& in deciſ.206.*Pet.Foll.V.I.D.

[De impedimentis, prouenientibus ex facta A-
ctoris,vel Rei,Itẽ ex facto iudicis,vel tertii, vel ſu-
perioris inhibentis,vel ex iure, an & quando impe-
diant curſum inſtantiæ, vide egregiam reſolutio-
nem,apud Alex.Trentacinq.*lib.2.pract.reſolut.de iu-*
*dic.reſol.4.n.27.& ſeq.* vide etiam Viuium *in ſyl. com.*
*opin.lib.1.opin.376 num.7 & 8.*]

Duodecima † LIMITATIO colligitur ex præ-
dictis ſ. vt non procedat regula, quando Princeps 33
inſufflauit inſtantiam: quia tunc etiam poſt trien-
nium poteſt ferri ſententia, & perinde habetur, ac
ſi inſtantia perempta non eſſet, quod qualiter pro-
cedat,vide quæ proxime dixi.Ex quibus poteris fa-
cere concluſionem, quod ſi forte ſacrum conſilium
inſufflaret,nulla facta mentione de expenſis, poteſt
pars aduerſa opponere, quod non audiatur actor,
niſi refectis expenſis, quando ex proceſſu arguere-
tur eius negligentia,per dictam regiam pragm.quæ
incipit:*inſtantia,in prin.*quia reſtitutio, & priuilegi-
um principis debet intelligi ſine præiudicio tertii,
*l prætor ait.2 § merito.10 & § ſi quis à Principe.16.ff ne*
*quid in loc.pub.*ſecus ſi ex proceſſu, vel aliter legitime
appareret de aliqua iuſta cauſa,quib adde *deciſ 70.*
*conſ.Neap.*ADDITIO.Et an ſemel reſuſcitata,iterũ
poſſit reſuſcitari,vide Cap *in deciſ.165* [Item Gram-
mat.*deciſ.69.*& Roland. à Valle. *conſ.4.n.62. vol.3.*]
*per totam.*P.F.V.I.D.Item per dictam regiam pragm.
poteſt inferre,quod quando inſtantia eſt lapſa facto
iudicis,† cũ proteſtatione,de qua ibi, nõ eſt neceſ- 34
ſe adire regem, nec ſacrum conſilium pro inſuffla-
tione;quia tex illius pragm.vult,quod ipſo iure cẽ-
ſeatur inſtantia reſtituta; vnde inſtantia reuiuiſcit
ex diſpoſitione legis, propter illud verbum, *ipſo iu-*
*re,&c.*& ſine facto hominis, vt not.gl. *in l.iubemus.*
*14.§.œconomus.2. C.de ſacroſanct. Eccl.& in c 1.in prin.*
*de reſcrip.lib.6.& l.in criminali 5 C. de iuriſd.omniũ iud.*
in quib. locis tangitur ſignificatio huius verbi; *ipſo*
*iure*;vnde ſine alia inſufflatione regia poteſt tunc iu-
dex procedere ad ſententiã,ẽt poſt triennium.Deci-
motertio LIMITA non † procedere in perſonis,qui- 35
bus iura, & conſtitutiones concedunt beneficia re-
ſtitutionis in integrum,prout ſunt mulieres, mino-
res,& Eccleſia:quia iſtis cõceditur reſtitutio in in-
tegrum aduerſus inſtantiam,abſq; inſufflatione, &
reſtitutione expẽſarum: ita deciditur in dicta regia
prag.

prag. quæ incipit: *Inſtantia in fi.* & licet ibi non dicatur expreſſe de expenſis, nec de inſufflatione, bene tamen colligitur ex litera ibi; quia in principio ſui dixerat, quod quando perit inſtantia per negligentiam, debent refici expenſæ, & poſtea in fine facit illam exceptionem; ergo non debent in exceptione refici expenſæ; quia alias exceptio nõ eſſet de regula, iuxta not. per Bar. *in l. in his. 15 ff. de leg.* & Fel. *in c. quoniam frequenter. 5. c. ad hæc. 1. & c. accedens. 2. & c. tua fraternitatis. 3 vt lite non conteſt.* Item quia dicta prag. reſeruat beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus inſtantiam, illis perſonis, quibus alias de iure competit, ſequitur, quod dictum beneficium poteſt peti coram eodem iudice, & non eſt neceſſe a-
36 dire Principem: Quia † quilibet iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus, poteſt de reſtitutione in integrum cognoſcere, & illam concedere, maxime incidenter in cauſis, *l. cum ſcimus. 3. fi C. vbi, & apud quem.* ADDITIO. Ego tamen vidi ſemper tempore meo, et iſtis perſonis, quibus conceduntur beneficia, concedi reſtitutionem in integrum aduerſus inſtantiam decurſam per ſacrum regium conſilium; abſque ta-
37 men ſolutione expenſarum, *Pet. Foll.* † Decimoquarto LIMITA non procedere, quando aliquis litigator poſt cœptam inſtantiam fuit effectus familiaris alicuius officialis, qui præeſt illi tribunali, in quo illa cauſa ventilari debebat: qui durãte officio dictus officialis non poteſt de illa cauſa cognoſcere, & interim non currit inſtantia, vſq; ad aduentum ſucceſſoris, de hoc eſt tex in cõſtitutio. regni, quæ incipit: *Iuſtitiarii per prouincias.* & ibi hoc not. Matth. *in 6 notab.* vnde etiam poſt triennium poteſt ſucceſſor illi cauſam decidere: vt ibi habetur. Decimoquinto
38 LIMITA procedere in cauſa, † quæ debet principi conſultari, quia donec expectatur reſponſio à Principe, non currit interim inſtantia. ita ſentit Luc. de Penna *in l. ſi quando. 1. col 8 C. de naufr. li. 11.* & hæc tenet expreſſe Matt. *in conſt. Hac lege in 3. notab. in conſt. Accuſatorẽ. in 2 notab.* & probat proprie tex. *in d. conſt.*
39 *hac lege.* Decimoſexto † LIMITA non procedere, quando corã iudice ſeculari euenit aliquod emergens, cuius cauſa fuit ſibi inhibitum per ſuperiorẽ, vel per iudicem eccleſiaſticum: puta quando orta eſſet quæſtio vſurarũ, vel alia ſimilis: iuxta ea, quæ habẽtur *in c. tuam. 3. de ordin. cognit* nam tunc pro tẽpore, quo durauit inhibitio, non currit inſtantia: & ſic poteſt in hoc caſu ferri ſententia poſt triennium, ita tenet Abb. *in d. c. venerabilis 20. col. 4. in fi. verſic ex hoc arguo, & c de iud.* ꝑ hoc videtur tex. *in l. intra vtil. 39 ff. de minorib.* Decimoſeptimo LIMITA non pro-
40 cedere † in caſibus, in quib. aliquis impeditur agere impedimento iuris, vt quia reus cõuentus eſt interim effectus priuilegiatus; adeo, quod denegatur actori audientia, vt non poſſit reum conuenire: nec litem cœptam coram eo proſequi, nam interim durante dicto priuilegio, & iuris impedimento, non currit inſtantia, ita tenet Franc de Aret. *in conſ. 100.* *in princip.* & Bald. *in l. quoties. 2. C. de precib. imper. offi. rend.* Decimooctauo LIMITA non ꝓcedere, † quã- 41
do cauſa, & proceſſus concluſus, eſt tranſmiſſus ad conſilium ſapientis: quia interim donec ſtat penes conſultorem, non currit inſtantia, ita cõſuluit quidam Franc. Viter in quodam ſuo conſi. incip. *Vtrum dies, quibus, & c* Sed ego ſatis dubito de iſta deciſione: nam nos videmus, quod quando ſtat per ipſum iudicem, vel procedit impedimentum facto tertii, currit inſtantia vt tenent Doct. communiter *in d. l. properandum 13 §. ſi autem vtraq;. 8.* multo fortius eſt idem dicendum, quando ſtat per conſultorem: quia ſaltem poteſt dici tertius. Præterea, conſidero vnũ dictum Fel. *in c. cum venerabilis. 6. col. 17. ver. fallit tertio, & c. de except.* quod etiam tangit Paul de Caſt. *in l. ſi quis 1 C. de relat.* vbi dicit, quod quando iudex videt labi inſtantiam, & non poteſt habere conſilium à ſapiente infra tempus, poteſt facere ſententiam, dicens, pronuncio, ſicut continebitur in conſilio ferendo per talem conſultorem. Si enim eſſet verũ, quod inſtantia non curreret interim, nõ eſſet opus ita ſententiare: quia poſſet expectari conſiliũ abſque lapſu inſtantiæ: ergo illud dictum probat, quod inſtantia currit, vnde concludo verius eſſe, quod in caſu iſto currit inſtantia, per prædicta, ſed eſſet iuſta cauſa obtinendi reſtitutionem abſque refectione expenſarum, per ea quæ dixi ſupra *in 11. & 12 limitatione.* Decimonono LIMITA † non procedere 42
in cauſis feudalibus, in quibus in regno inſtantia durat tantum per annum, vt eſt ritus magnæ curiæ vicariæ, *in num. 5* qui incipit; *Item quod inſtantia, & c.* Vigeſimo LIMITA † non procedere in cauſa cri- 43
minali alicuius clerici, quæ deuoluta ad iudicem ſecularem, propter impedimentum Epiſcopi: quia talis cauſa debet expediri infra duos menſes, & eatenus durat inſtantia, & non ſe extendit vſque ad biennium, tex. eſt *in Auth. vt cle. apud. propr Epiſ. coll. 6 tit. 12 Nouel. conſt. 8;* *§. ſi tamen de criminalib.* & ibi hoc in terminis tenet Ang. *in fi. verbis. 2.* dicens per illum text. eſſe correctam *l. properandum 13.* in iſto caſu propoſito: verum iſtud procedit de iure ciuili, ſed † de iure canonico eſt hoc correctum, *c. ſi diligen-* 44
*ti 12. de foro comp* quo cauetur, quod etiam propter impedimentum Epiſcopi, non poteſt iudex ſecularis cognoſcere de cauſa clerici conuenti coram eo, & hoc tenet Iac de Bel. *in d. Auth. vt cler. apud prop. Epiſ. in 5 oppoſ* Quod ius Canonicũ ſeruatur hodie, propter libertatem Eccleſiaſticam. † Vigeſimo pri- 45
mo LIMITA non procedere, quando elapſo triennio & ſic perempta inſtantia partes de cõmuni conſenſu, reparant omnia acta vno contextu, porrigendo libellum, litem conteſtando, terminũ recipiendo, & ſic de ſingulis actis; quia per talem repilogationem actorum poſſunt inſtantiam reſtaurare, & habetur poſtea ac ſi perempta non eſſet, ita tenet Bart. *in d. l. properandum 13.* & ibi etiam Alex. *in 4. col. circa fin.* & Bart. *in l Seius, & Agerius. 27. ff. ad legem*

Fal. per ea quæ tradit Bart. *in l. qua omnia. 25. & in l. mutari. 24. & ibi Bal. ff. de proc.* idem tenet Fel. *in c. venerabili. 20 col. 5. verſ. 4. declaratio, & c. de iud.* & Ioan. de Imol. *in c. de cauſis. 4. de off. deleg.* & Soc. *in conſil. 31. col. 3. in prin. in 1. vol.* Et hoc vnum ſolum remedium conſiderant Doct. in locis præallegatis, ad faciendum, quod inſtantia per partes renouetur. Verum hæc non eſt prorogatio inſtantiæ, ſed poteſt potius dici inſtauratio, & renouatio de nouo. VLTIMO
46 pro † reaſſumptione prædictorum, colligo hic vnā concluſionem, ſcilicet quod inſtātia perempta poteſt altero de quatuor modis inſtaurari. Primo modo per inſufflationem principis, vt dixi ſupra *in 11. & 12. limit.* & an tūc debeant refici expenſæ, vt dixi. Secundo, per beneficium reſtitutionis in integrum, vt dixi ſupra *in 3 limit.* Tertio, per repilogationem actorum de conſenſu partium, vt modo dixi *in 22.*
47 *limit.* Quarto, † per inceptionē cauſæ de nouo; quia perempta inſtantia non perit cauſa, neque ius partis, ſed poteſt actor de nouo cauſam incipere, & nouam inſtantiam fabricare, vt *d. l. properandum. 13 §. fi.* & ib. gl. *in ver. vigorem* & communiter Doct. & Bar. *in d. l. petendi. 6. C. de temp. in integ. reſt.* & differt iſte quartus modus ab aliis tribus præcedentibus: quia in primis tribus reſtituitur eadem inſtantia, quæ erat perempta, & illa acta quæ erant celebrata, remanent in ſuo robore, & non eſt neceſſe de nouo iſta acta reficere, ſed poteſt ferri ſententia ex illis primis actis, ſed in iſto quarto modo creatur noua inſtantia, & eſt neceſſe, quod de nouo teſtes producātur, & examinentur, vt dicit glo. *in d. §. fin. in verſ. vigorem. & ibi Doct.* Item in hoc quarto modo, quando actor vult de nouo agere, tenetur indiſtincte ante omnia reficere expenſas, vt habetur *in deciſ. 70. conſil. Neap.* & probatur ex his; quæ infra dicam; quia perempta inſtantia ſemper actor condemnatur ad expenſas, vt dicit Bald. *in d. l. properandum 13. §. illo 9. in fin C. de iud.* & Lanfr. *in repet. c. quoniam contra. 11. in*
48 *fin de probat.* Limita † tamen hoc, quod dixi in hoc quarto modo, procedere tantum in cauſa ciuili, ſecus in criminali; quia perempta inſtantia in cauſa criminali per lapſum biennii, non auditur vlterius accuſator ad iterandum, ſecundum Alex. *in d. l. properandum. §. fi.* & ibi etiam Sal. idem tenet Bald *in l. abolitionem. 16 C. de adult.* & probatur in conſtit. regni, quæ incipit: *Accuſatorem* & ibi hoc not. Matth. *in 2 not.* Ioan. de Ana. *in c. licet. 14. col fi. de accuſ.* Et in tātum hoc eſt verum, quod etiam ſi offerat ſoluere expenſas, non auditur accuſator ad inchoandum nouum iudicium, ſecundum Sal *in l. quiſquis. 1. C. vt infra certum tempus.* per ea quæ habentur *in l. ſi is. 4. & l. in executionibus fi. C. ad Turpil.* ADDITIO. Vide omnino Cap *in deciſ. 206.* Per Fol.

Venio ad TERTIAM quæſtionem principa-
49 lem, & quæro † quis ſit effectus peremptionis inſtantiæ, & quid poſſit facere iudex ea perempta. Super quo præſuppono, quod inſtantia cauſarum poteſt duobus modis euaneſcere. Primo modo, ſcilicet per lapſum temporis, de quo plene dixi in præcedenti quæſtione. Secundo modo, per ſententiam abſolutoriam latam ab obſeruatione iudicii: & hoc poteſt contingere multis modis. Primo, vt quando actor fecit citari reū in cauſa ciuili vel criminali: & in vltimo peremptorio comparet reus, & non actor: tunc reus accuſat contumaciam actoris, & petit ſe abſolui ab inſtantia iudicii, & actorem condemnari in expenſis & ita pronunciat iudex: per quam pronunciationem non poteſt dici vere perempta inſtantia, ex quo incepta non erat ante lit. conteſtat. ſed potius eſt circumductum edictum, & ſic eſt perempta citatio. Verum actor non poteſt iterum agere, niſi ante omnia reficiat expenſas, ſicut quando inſtantia eſt perempta, ita tenet And de Iſern *in conſtit. Sponte volentibus* per *l. eum quem temere. 79. ff. de iudic.* Et quod actor poſſit iterum agere, eſt tex. *in l. & poſt edictum. 73. § circumducto. 2. ff de iudic.* vbi dicitur, quod eſt perempta inſtantia, non autem totius cauſæ, niſi eſſet lata ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii, vt dicit ibi glo. & ſic æquiparat hunc caſum peremptioni inſtantiæ totius cauſæ, quando fertur abſolutoria: & hæc materia tractatur plene per Doct *in l. properandum. 13. §. etſi quidem. 2. C. de iud.* Secundo modo fertur abſo-
lutoria † ab obſeruatione iudicii, quādo fuit in iu- 50
dicio præſentatus libellus ineptus: puta ex carentia actionis, iuxta *l. ſi pupilli. 6. §. videamus 2. ff. de negot. geſt.* vt ex defectu ſolennitatis ſubſtantialis, vel alio modo ſimili. De hoc eſt tex. & ibi Bartol. *in l. libellorum 3. §. quod ſi libelli. 1. ff. de accuſ.* & Specul *in tit. de off. om iud. §. deſeruit. col. 5. verſ. in ſententia, &c.* & gl. *in l aduerſus. 1. in prin. in verſ. nec tenere in fin. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* tunc fertur ſententia abſolutoria, & reſeruatur ius agendi ex alia cauſa apta, ſecundum Bal *in auth. ſed ſi quis colum. 1. verſ. item illa, &c. C. de ſecund. nupt.* & idem not. Bal. *in l. rem maioris. 2 in 14. q. C. de reſcin. vend.* Ex quibus autem cauſis dicatur libellus ineptus, vide Petr. Phil Corn. *in conſil. 121. col. 4. in fin. in littera l. ia 2. in 1. volum.* Et procedit hoc tam ante lit. cōteſt quam poſt; quia ſi fabricatus eſt proceſſus inualidus, ſuper libello inepto, vel aliter, proceſſus eſt nullus, ex aliquo defectu, non poteſt ſuper tali proceſſu ferri ſententia valida, per ea, quæ not. gl. *Inſtit. de oblig. in prin. in verſ 2. in fi* vnde iudex tunc pronunciat proceſſum nullum, & abſoluit reum ab obſeruatione iudicii, reſeruato actori iure iterum agēdi, tex. eſt *in c. examinata 15. & ibi Abb. & Fel de iud.* & Alex. *in addit. ad Bart in d. l. aduerſus. 1. ff ſi men. fal. mod. dix.* Et ex hoc habes practicam, quod quando proceſſus eſt nullus ex aliquo defectu, licet probationes ſint receptæ; non tamen fertur ſententia diffinitiua, ſed abſolutoria ab obſeruatione iudicii, per *d. c. examinata.* quæ abſolutoria, dicitur interlocutoria, ex eo; quia non diffinit totum negotium, cum remaneat facultas iterum agen-

agen-

agendi, gl eſt not. *in ver. abſoluetur.* quam ibi ad hoc ponderat Bar. *in l. harum. 7. ff. ſi ſer. ven.* & idem Bart. *in l. cum Titia. 18. ff. de accuſ.* hodie autem in regno ſaluantur proceſſus à multis nullitatibus, per *c. deteſtantes.* & per regiam prag. primam, quæ incipit: *Diſpendia* ex qua proceditur ſine figura iudicii & ſola facti veritate inſpecta, in cauſis ciuilibus, de qua materia vide Parid *in tract. Syn. in ver. ſententia,* vbi per plures colum. ponit intellectum *d. c. Deteſtantes.*

51 Tertio modo † fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicii etiã in cauſa appellationis, vt quando iudex cauſæ principalis protulit ſententiam diffinitiuam ſuper proceſſu inualido, a quo fuit appellatum: nam iudex appellationis videns ſententiam nullam, caſſat ipſam, & abſoluit reum ſaluo iure iterum agendi, tex eſt, & ibi gl. & Abb *in c. cum dilecti. de empt & vend.* & notat Bal. *in l. 2 in 24. quæſt. C. de reſcind. vend.* & Alex. *in conſ. 67. in c perſpectis verbis, &c. in 2. volum.*

52 Quarto modo † fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicii, quando actor lite conteſtata ſe abſentat, & non proſequitur cauſam: nam tunc eſt in poteſtate rei proſequi cauſam, & producere ſuas exceptiones, vel inſtare, quod abſoluatur ab obſeruatione iudicii, actore non proſequente, quo caſu, ſi reus eligit hanc viam, vt abſoluatur, iudex citabit actorem: vt veniat ad proſequendum: qui ſi non venerit, poterit reum abſoluere ab inſtantia iudicii, & actorem abſentem condemnare in expenſis. Si vero reus elegerit aliam viam producendi ſuas defenſiones; & tunc ſi illis productis liquet iudici de cauſa, vt pro reo, vel actore poſſit diffinitiuam proferre, & tunc abſoluat reum diffinitiue. Et ſi liquet pro actore, condemnabit reum diffinitiue actori & abſenti, & in omnem euentũ actor abſens condemnatur in expenſis, ſiue vincat, ſiue ſuccumbat. Si vero de cauſa non liquet, vt quia neq; actor, neq; reus produxit probationes ſufficientes: & tunc abſoluet reum ab obſeruatione iudicii. Ita hæc omnia deciduntur per tex. & ibi Bar. Bal Alex. & communiter Moder. *in d. l. properandum. 13. §. & ſi quidem 2 C. de iudic.* Et vtilitas eſt iſta; quia quando reus abſoluitur ab inſtantia iudicii, poteſt actor iterum agere refectis expenſis, vt habetur *in c. examinata. 15. de iud. & in l & poſt edictũ. 13. § circumducto. 2. ff de iud.* & patet ex his: quæ ſupra dixi. Sed quando abſoluitur diffinitiue, non poteſt vlterius agere actor; quia obſtat ſibi exceptio rei iudicatæ, vt declarant Alex. & Iaſ. *in 5. & 6. col in d §. & ſi quidem.* illud autem quod dixi ſupra, quod tunc dicitur de cauſa non liquere, quando probationes non ſunt productæ: intellige, quando non fuit datus actori terminus probatorius: vt quia ſe abſentauit ante dationem termini ad probandum; nam tunc fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicii. Si autem datus eſſet terminus, & poſtea actor ſe abſentaſſet; tunc ſiue fiant probationes, ſiue non, poteſt iudex ferre diffinitiuam ſententiam pro reo, per *l. qui accuſare. 4. C. de eden.* ita declarat Bar *in d. §. & ſi quidem 2 in 3. oppoſ.* & ibi etiam Iaſ. *in 5. col.*

53 † Hoc tamen ſingulariter limita non procedere, quando actor probaſſet ſemiplene, & reus nihil: quo caſu eſſet deferendum iuramentum ſuppletorium actori; quia ex quo propter eius abſentiam non poteſt iuramentum deferri, & reus minime poteſt condemnari; quia non eſt plene probatum, abſoluetur reus non diffinitiue, ſed ab obſeruatione iudicii, propter illam ſemiplenam probationem, ita tenent Marſil. & Sal. *in d. § & ſi quidem. 2.* quos ſibi ſequitur Alexan. *in 3. colum.* Et in quantum ſupra dixi,

54 quod † abſolutoria ab obſeruatione iudicii, eſt interlocutoria: adde vnum caſum, in quo habet vim diffinitiuæ, videlicet, quando reus ſolueret debitum pendente iudicio; quia tunc non abſoluitur diffinitiue, ex quo proceſſus habuit verum principium, & obligatio fuit ſublata per ſolutionem poſtea factam, ſed abſoluitur ab obſeruatione iudicii, quæ abſolutio habebit vim diffinitiuæ: ſecundum Bar. *in l. cum Titia. 18. ff. de accuſ* & Iaſ. *in d. §. & ſi quidẽ colum. penult.*

55 Iſtis † præſuppoſitis, venio ad deciſionem huius tertiæ quæſtionis, & dico, quod quando perit inſtantia ſecundum primum modum, ſcilicet per lapſum temporis, effectus eſt ille; quia pereunt omnia acta iudicii, non autem acta cauſæ, ſeu litis, ita dicit Abb. *in c. venerabilis. 10. colum. 6. verſic. quæro, quæ acta. &c. de iud.* Declaro iſtam differentiam. Acta iudicii dicuntur illa quæ tendunt ad litis ordinationem: prout eſt libellus, litis conteſtatio, terminus probatorius, ſatiſdatio, & alii ſimiles actus. Acta cauſæ dicuntur ea, quæ tendunt ad litis deciſionem, prout ſunt depoſitiones teſtium; inſtrumenta, confeſſiones, & alia ſimilia acta probatoria, ita declarat gl. *in Clem. ſæpe. 2. in verſic. defenſiones. de verb ſign.* Iſta ergo eſt vera & communis concluſio, quod per lapſum inſtantiæ pereunt omnia acta pendentia ad litis ordinationem, & omnes ſatiſdationes receptæ in iudicio, vt dicitur *in d. l. properandum 13. §. & ſi quidem. 2.* Acta vero probatoria non pereunt ita tenet Spec. *in tit. de iud. delegat. § reſtat. verſic. ſed nunquid omnia.* & Bal. *in l. cum antea. circa fi C. de arb* & Bar plene *in l. cum lite mortua 2 ff. iud. ſolui.* & Alexand. *in conſil. 58. in 2. volum.* & Bart. & Alexand. plene *in l. is, apud quem. 2 colum. antepenult. & penult. C. de edend.* & Abb. *in c. cauſam quæ. 37. de teſtib.* & habetur *in deciſ. 148. conſil. Neapol.* vnde ſequitur concluſio, quod quando inſtantia incipitur de nouo, poſſunt in vim probationis produci atteſtationes & probationes receptæ in prima inſtantia perempta, & faciunt plenam fidem, vt dicunt Doct. *in locis præallegat.* & Alexand. *in conſil. 61. colum. 3. in fin. in 2. volum.* Solum ergo requiritur, quod lis de nouo ordinetur, incipiendo à libelli porrectione, & citatione, & proſequendo alios actus vſque ad finem cauſæ. Prædicta tamen intellige & † limita, 56 dummodo acta ſint publicata in prima inſtantia, alias ſi non ſint publicata, non facient fidem in

 alia,

alia, vt habetur *in l. geſta. 6. C. de re iud.* & per Barr. *in d. l. cum lite mortua* 2. Alex. *in d l. is apud quem. 2. colum. 6. in fin. verſic. ſexta concluſio, &c. C. de edend.* Sed reſtat dubium, an poſſint peti publicari coram iudice ſecundæ inſtantiæ. In hoc eſt varietas inter Doctores; quia Bart. in *d. l. cum lite mortua. 2.* tenet, quod ſic, & multi alij Doctores tenent contrarium, quos refert Alexand. *in d l. is, apud quem, 2.* tandem Alex. ibi concludit, ſequendo opinionem Ant. de Butr. in *c. Albericus 43. de teſtib.* vt diſtinguamus: Aut teſtes ſunt viui, adeo, quod poſſunt iterum produci; & tunc non poſſunt publicari per iudicem ſecundæ inſtantiæ, ſed debent iterum produci & examinari. Aut ſunt mortui, adeo quod iterum haberi nõ poſſunt: & tunc poterunt publicari, & plenam fidem facient. & hanc opinionem puto eſſe veram, quam in effectu tenet expreſſe gloſſ. quæ ibi non fuit ponderata in *l. properandum 13. §. fin. in verſi. vigorem. C. de iud.* & cum hac diſtinctione per-
57 tranſeo. PRÆDICTA † tamen INTELLIGE ſolum procedere in cauſa ciuili; nam in criminali per lapſum inſtantiæ pereunt, non ſolum acta ordinaria, ſed etiam probatoria, itaq; ed nullo modo poteſt, iterũ agi ita, declarat Matth. *in conſil. Accuſatorẽ. in 2. notab.* & probatur ex his quę tradit Salic. & Alex. *in d l. properandum. 13. §. fi.* & dixi ſupra *in 2. quæſtio princ. in fin. verſic. limita tamen hoc, &c.* De aliis autem actis ordinariis, an pereant in totum in cauſa ciuili, & an remaneat aliquis effectus eorum, vide Alex. *in l. is, apud quem 2. C. de eden. in 6. & 7. colum.*
58 & Bart. *in l. cum lite mortua 2. ff. iud. ſolui.* † ALIVS EFFECTVS ſequitur ex peremptione inſtantiæ; quia ſententia lata poſt eam peremptam, eſt ipſo iure nulla & nullũ habet effectum, ſecundum Alex. *in conſil. 136. colum 1 in 2. volum & in conſi. 138. col. 1. eod. volum. & in conſil. 42. in 3. volum.* & Par. *in tract. Synd. in verſic. inſtantia, colum. 2.* & gloſſ. & Bart. & Doct. communiter *in d. l. properandum. 13 in princ.* vbi hoc limitant, & maxime Alexand. *in penult. colum.* vt procedit in inſtantia biennii, vel triennii inducta à iure communi, & idẽ in inſtantia ſtatutaria, quando ſimpliciter eſt inducta. Secus, ſi eſſet adiecta pœna iudici non pronuncianti infra tempus ſtatuti; quia tunc ſententia poſtea lata valet, licet iudex incidat in pœnam, & hoc tenet etiam Paul. de Caſtr. *in conſil. 16. col. pen. in 1. volum.* [Intellige tamen, præ-
59 dicta, † quod iudex non poteſt ferre abſolutoriam, vel condemnatoriam in cauſa principali; tamen ab obſeruatione iudicii poteſt abſoluere reum, & condemnare actorem in expenſis, etiam poſt peremptam inſtantiam; quia periculum expenſarum ſpectat ad actorem, cuius negligentia periit, ita tenet Alex. *in conſ. 46. poſt princ. in 5. vol.* & idem Alex. *in d. l. properandum. 13 § illo 9. circa fi.* & ibi per Bald. & alios Doct. & Fel. *in c. de cauſis 4 colum. 5 de off. delegat* & Lanfr *in rep. c. quoniam contra 11. in fin. verbis, de proba.* & Alex. *in conſil. 136. col. 1. & conſil 138 col 1. in 1. vol.* ADDITIO Hoc probat text. *in l. fin. C. ſi intra cert. temp. l. ſi præſes quaſi deſertam. 6 & ibi per gloſſ. C. quomodo & quando;* & Innoc. hoc voluit *in c. iuramentum 36 fin. de iureiur.* Alex. *in conſil. 137. & 139. lib. 2.* & Roman. *in ſing. 788.* & Dec. *conſil 34. in fin. lib. 1.* & tenet Rot. *in deciſ. 98. licet in nouis*, & hoc etiam procedit, ſi foret iudex delegatus, cum hoc ſit quoddam incidens in cauſa, vt tenet Rot. *in deciſ. 154. auditor, in nouis* & Ang. *in conſil. 22. & conſil. 28. iudex* Pet. Foll. V. I. D. Secundo INTELLIGE, & limita, † niſi ex
proceſſu appareret confeſſio rei conuenti, quia ex 60 vi notorii poteſt iudex ferre ſententiam contra confeſſum, etiam poſt peremptam inſtantiam, & valet ſententia ſiue in ciuili, ſiue in criminali, ſecundum Bal. *in d l. properandum 13. in fin. illius princ.* & Abb. *in c. venerabilis. 10 colum pen. de iud* & Felin. *in d. c. cauſis 4. colum. 5. de off delegat.* & Alexand. *in addit. ad Bart. in l. ſi confeſſus. 5 ff. de cuſt. reor.* in addit. quæ incipit: *An ex inordinato, &c. in fin.* Adde tamen hic, quando † incipitur de nouo cauſa poſt peremptionem inſtantiæ, quod poſſunt in nouo iudicio 61 opponi omnes exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ: perinde ac ſi nunquam vllum iudicium fuiſſet intentatum, ſecundum Angelum *in conſil. 288. in fin.* ADDITIO. Corrupte allegat Angel. *in conſil 288.* voluit enim eum allegare *in conſil. 289. in fine incip. viſo facto, & ſtatutis prædictis.* Petr. Foller. V. I. D. VLTIMO, † pro complemento huius materiæ, poſſet
dubitari, quid ſi inſtantia periit, nõ per lapſum tem- 62 poris, ſed alio modo, puta per abſolutoriam ab obſeruatione iudicii, vt quia libellus vel proceſſus fuit nullus, quæ acta pereant tunc? Dic ſimiliter, quod pereunt ordinaria litis. Acta vero probatoria non pereunt; quia poſſunt produci in alia inſtãtia in vim probationis. Ita tenet Hoſtien. & Abb. *in fin. verbis, in c. cauſam 11. quod & ibi etiam Felin. in penult. col. in fi. & ſequent. de teſt.* reprobata quadã opinione Bald. aliter tenentis, & ibi refertur. Plus etiã dicit ibi Felinus, quod eſt maioris efficacię, iſta peremptio inſtãtiæ per abſolutoriam; quia tunc perit omnino effectus actorum ad litis ordinationem, etiã quo ad interrumpendam præſcriptionẽ. & quo ad alios effectus, in quib. durant, quando perit per lapſum triennii, ſecundum Alex. *in d. l. is apud quẽ. 2.* & Bart. *in d l. cum lite mortua. 2.* [adde Gail *lib. 1 obſ. 67. n 3.* & Alex. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. de iudic reſol 4. nu. 34.*]

Sequitur mortua † videlicet de TERTIO termi- 63
no, qui dicitur lis, vt ſequar ordinem præſuppoſitũ in principio huius quintæ partis. Qui terminus, lis, eſt magis generalis; nam quandoque ponitur pro inſtantia cauſæ, & ita accipitur *in d. l. properandum. 13. in princ. & in l. cum lite mortua. 2. ff. iudic. ſolui.* quandoque ponitur pro ipſa cauſa deducta in iudiciũ, vt habetur *in l. nulla dubitatio 23. C. de procurat. & in l. litis nomen. 36 ff. de verbor. ſignific.* ita declarat Alex. *in l. poſtquam liti. 4. colum. 1. C. de pact.* & idem Alex. *in conſil. 22, col. 1. in fin. in 1. vol.* vbi per hoc infert,

fert, quod is, qui renunciat liti, cenſetur renunciare inſtantiæ & cauſæ, adde gl. *in verſ litis.* & ibi Gemin. *in c. non indiſcrete. 1 §. licet procurator. lib. 6. & deciſ. 220. conſ Neap. in fin.*

64 Quando † autem dicatur incipere lis, gl. *in l. cauſas. 16. C. de tranſact.* & Bald. *etiam ibi* dicit, quod incipit ante litis conteſtationem. Tamen veritas eſt in contrarium, & illa gloſſ. in hoc reprobatur, vnde non incipit niſi a litis conteſtatione. Probatur *in c. ſuper quæſtionum. 27. poſt princip. & ibi gloſſ. in verſ. litis exordium de offic. delegat & in l. aperiſſimi 16. in princip. & ibi gloſſ. in verb. inchoetur. C. de iudic.* & eſt text. *in c. ex parte. 31. el. 3. de verb. ſignific.* & hanc opinionem tanquam magis communem tenent Cyn. Bart. Angel. Alexand. & Iaſ. *in d. l. cauſas. 16.* & Felin. *in d. c. ſuper quæſtionum 27. col. 4. in fin. &*

65 *ſequent.* Quod † limitat ibi Felinus quatuor modis. Primo, fauore liberationis. Secundo, quo ad inducendum vitium litigioſi. Tertio, quoad inducendum litis pendentiam. Quarto, quo ad perpetuandam iuriſdictionem; quia in iſtis caſibus incipit lis ante litem conteſtatam, & ſic à ſola citatione, vt ibi per eum.

66 QVARTVS terminus † eſt cauſa. Proprie dicitur cauſa, ipſum ius deductum in iudicio: hinc dicimus cauſam ciuilem vel criminalem, ſecundum quod in iudicio deducitur actio, vel accuſatio, vt declarat Alex. *in d. l. poſtquam liti. 4. col. 1 per ibi allegata per eum & in d. conſil. 22 col. 1. in fin. in 1 vol.* & incipit cauſa etiam ante litis conteſtationem; & ſic tam ante, quam poſt dicitur cauſa, ſecundum Alexand. & Doct. *in d. l. cauſas. 16. C. de tranſact.* & Angel. *in §. alias cap. omnem 3. col. 2. in Auth 112 col. 8. tit de litig. 13* & habetur *in c. ſ rus. de verborum ſignificat.* & comprehendit tam ciuilem, quam criminalem, ſecundum Cardin. *in Clement. vnica. in 18. quæſt. de off. vicar.*

67 Vnde † autem dicatur cauſa, vide Card. *in Clemen. 1. §. ab olim. in 3 oppoſit. de ſepult.* vbi dicitur, quod cauſa dicitur à chaos, quod fuit principium omnium in mundo; ita cauſa poteſt dici principium, & materia ipſius iudicii; & ibi ponit, in quo differant cauſa, ratio, & occaſio, quid ſit cauſa, ponit Cardin. *in*

68 *Clement. vnica. in 18. quæſ. de offic. vicar.* QVÆ † autem ſit DIFFERENTIA inter cauſam, & controuerſiam? Dic, quod cauſa non eſt niſi in iudicio, vt habetur *in d. l. cauſas 16. C. de tranſact.* controuerſia vero, poteſt fieri in iudicio, & extra iudicium, & ſic poteſt eſſe ſine lite, ſecundum Baldum *in d. l. cauſas.* & ibi communiter Doct. Pro hoc eſt text. *in l. Lucius. 78. §. tres hæredes 2. & ibi Bart. ff. ad Trebell.* & dicitur fieri controuerſia non ſolum agendo, ſed etiam exceptionem opponendo, vt gloſſ. *in l. non ſolum. 39. § ſi ſtatus. 5. & ibi per Doct. ff. de procur.* & dicitur controuerſia, ſiue fiat de iure, ſiue fiat de facto, ſecundum Bart. *in d. §. tres hæredes 2.* Item fit controuerſia etiam reſiſtendo, ſecundum Bald. *in l. contra. 1. C. de teſtibus.* vbi idem dicit de hoc nomine quæſtionis, ſcilicet, quod fit quæſtio etiam reſiſtendo, & ſimiliter quæſtio dicitur extra iudicium, ſecundum Baldum *in d. l. cauſas. 16.* Item dicitur controuerſia etiam ante litem conteſtatam, ſecundum Baldum *in l. Diuus. 5 in princip. in not. ab ff. de petit. hæred.* & Abb. *in c. & ſi Chriſtus. 26. de iureiurand.* & Alex. *in l. ſtipulatio iſta 38 § ſi quis forte 3 ff de verbor. oblig.* & vide aliqua de prædictis per Bartol. *in l. amplius 15. ff. rem ratam habe.* & Felin. *in c. ſuper quæſtionum. 27. in princip. in 4. colum in fin. & ſequent. de offic. deleg.* & in quo differat cauſa à negotio, ponitur *in c. forus. 10. de verborum ſignificat.* & declarat Cardin. *in Clement. inſtrumento. 1. in quinto notab. de procurator.* Nam cauſa non dicitur, niſi in iudicio; negotium vero, dicitur in iudicio & extra. Vnde procurator ad negotia poteſt agere in iudicio, & tractare extraiudicialia. Sed procurator ad cauſas non poteſt tractare extraiudicialia, ſecundum eum & vide de prædictis per Doctores *in l. ſi quis maior. 4. C. de tranſact.* & hæc de iſta quinta parte dicta ſufficiant. *Robert Marant Venuſ. V. I. D.*

## SEXTA PARS.

Iudicium trifariam partitum. Et cuiuslibet partis tempus, & vſus. Tum decem membra, ſeu potius gradus ad iudicium, ordine, & loco docte & eleganter diſtincti. In ſumma actuum, qui emergunt in iudicio, ſedecim numero, inſignis & compendioſa explicatio. Poſtremo, iudicii deciſoria.

### SVMMARIA.

1 *Totum iudicium quo ad ſui ordinem, tres partes habet.*

2 *Acta omnia, à citatione, vſque ad litis conteſtationem, in principio iudicii fieri dicuntur.*

3 *Iudicium, quos actus in ſui prima parte contineat.*

4 *Quibus modis ad iudicii principium perueniatur.*

5 *Inquiſitio, vel accuſatio præcedere debet, vt quis de aliquo crimine puniatur.*

6 *Inquiſitio prohibetur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

7 *Inquiſitio generalis quæ dicatur, quomodo, & qualiter fiat, & ad quem effectum.*

8 *Copia repertorum, non datur hodie in regno, ſed tantum capitulorum, quod procedit in foro ſeculari, ſecus in Eccleſiaſtico, num. 9. & 10.*

11 *Inquiſitio generalis præcedere debet, antequam conueniatur vniuerſitas ad pœnam damni clandeſtini.*

12 *Inquiſitio ſpecialis, contra certam perſonam, quomodo, & quot modis fiat.*

13 *Inquiſitio fieri debet per Eccleſiaſticum iudicem de idoneitate perſonæ eligendæ, vel ordinandæ.*

14 *Prælatus viſitans Eccleſiam de vita & moribus clericorum inquirere debet.*



15 *Bo-*

15 *Bona vacantia applicantur fiſco, ſed contradictor comparens auditur, & datur ei copia inquiſitionis ſeu defenſionis.*

16 *Ad validitatem inquiſitionis, quæ requirantur.*

17 *Inquiſitio ſpecialis non procedit, niſi primo conſtet delictum eſſe commiſſum*

18 *Confeſſus ſe occidiſſe hominem, non habetur pro veridico, niſi primo mittatur ad locum, ad inquirendum, an ibi fuerit homo occiſus.*

19 *Fama inquiſitionem præcedere debet, alias inquiſitio non valet.*

20 *Iudici non creditur de fama, niſi ex actis appareat probata.*

21 *Fama niſi habuerit originem ab honeſtis perſonis, & fide dignis, nihil operatur.*

22 *Inquiſitio formatur, extantibus inditiis, ſine fama.*

23 *Dictum ſocii criminis, non eſt ſufficiens ad inquirendum, fama non præcedente.*

24 *Iudex inquirere poteſt ad denunciam officialis, non præcedente fama.*

25 *Inquiſitio formata de mandato Principis, valet, fama non præcedente.*

26 *Denunciatio criminis à viro probo facta ſufficiens eſt indicium ad inquirendum de infamia denunciati, qua inuenta, de crimine inquiritur.*

27 *Inquiſitio formata, non præcedente infamia, valet, exiſtente inquiſito præſente, & non contradicente.*

28 *Inquiritur contra Officialem in ſyndicatu, non præcedente fama.*

29 *Inquiſitio generalis, formatur, fama non præcedente.*

30 *Inquiſitio ſpecialis quam præceſſit inquiſitio generalis, valet ſine alia famæ probatione.*

31 *Banna, quæ faciunt Officiales in principio officii, an ſint ſufficientia, vt iudex inquirere poſſit in caſibus à iure non permiſſis.*

32 *Inquiſitio non ad puniendum, ſed ad corrigendum pro animæ ſalute, fama non præcedente, valet.*

33 *Inquiſitio formata ex neceſſitate officii, non præcedente fama, valet.*

34 *Inquiſitio delicti non commiſſi dolo vel lata culpa, ſed per leuem aut leuiſſimam culpam, non valet.*

35 *Inquiſitio locum, & tempus commiſſi criminis continere debet.*

36 *Inquiſitio ſine ſolennitatibus* l. libellorum ff. de accuſ *valet, quando inquiritur de crimine commiſſo contra diuinam maieſtatem, & de crimine læſæ maieſtatis.*

37 *Inquiſitio omnes delicti ſpeciales circumſtantias continere debet, cum loco, & tempore.*

38 *Offenſus citari debet ad accuſandum, ante, quam iudex inquirat.*

39 *Inquiſitio vigore ſtatuti facta, non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem, & remedium ordinarium dicitur.*

40 *Inquiſitio in quibus caſibus permittatur de iure cõ-[illegible] per capitula regni.*

41 *Inquiſitio non ceſſat, inquiſito affectante, vel procurante ab aliquo accuſari coram alio iudice, vt impediatur inquiſitio.*

42 *Offenſus, qui iudici dixit ſe nolle accuſare, deinde inquiſitione formata vti velit, non auditur.*

43 *Inquiſitio non impeditur per ſuperuenientem accuſationem, quando ex parte rei nihil fuit oppoſitum.*

44 *Ab inquiſitione non ſuperſedetur, cum is qui prius denunciauit iudici, vt procederet ad inquirendum contra aliquem, poſtea eum vult accuſare.*

45 *Colluſio inter accuſatorem, & accuſatum non facit ceſſare inquiſitionem.*

46 *Inquiſitio non tollitur, ſi accuſator fuit cauſa promouendi inquiſitionem.*

47 *Probationes receptæ in proceſſu inquiſitionis, non pereunt ſuperueniente accuſatore, ſed remanent in ſuo robore.*

48 *Inquiſitio de iure canonico ſemper eſt remedium ordinarium, vnde non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem.*

49 *Inquiſitio fieri non poteſt de crimine, de quo alias quis fuit accuſatus, vel inquiſitus, & legitime abſolutus.*

50 *Inquiſitio non prohibetur, quando ſententia abſolutoria lata eſt per colluſionem, & præuaricationem.*

51 *Colluſio quomodo probetur, & vnde præſumatur, & num. 45. in fin. & num. 53.*

52 *Sententia ab obſeruatione iudicii, non impedit de eodem crimine inquiri.*

53 *Inimici de iure canonico repelluntur ab accuſando, ſecus de iure ciuili*

54 *Accuſari poteſt abſolutus à tertio, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, & accuſationem ab alio inſtitutam ignorat.*

55 *Tranſactio criminis facta cum accuſatore, an impediat, ne alius poſſit accuſare, vel iudex inquirere.*

56 *Accuſatore remittente iniuriam pendente accuſatione, an poſſit iudex procedere, non obſtante indultu Principis.*

57 *Tranſactio in criminalibus quid operetur, maxime in caſibus permiſſis, & ſupra num. 55.*

58 *Iniuria facta vni, omnibus eius conſanguineis facta cenſetur, & quamuis paſſus iniuriam remittat, poſſunt tamen alii accuſare*

59 *Crimen publicum in Regno, hodie non differt à priuato, quo ad accuſationem.*

60 *Conſanguineus accuſare poteſt de iniuria conſanguinei, criminaliter tantum, non autem ciuiliter, niſi ſolus pater, & maritus, & num. 65.*

61 *Frater non agit ciuiliter pro iniuria fratris, ſed tantum criminaliter ſic.*

62 *Conſanguinei vſque ad quem gradum admittantur ad accuſandum, & proſequendam ſuorum iniuriam.*

63 *Iniuria, quæ fit religioni, vel patriæ, propria appellari*

*ri poteſt, & quilibet poteſt eam proſequi tanquam propriam.*

64 *Spurii non veniunt appellatione ſuorum.*

65 *Iniuriarum ciuiliter agi non poteſt ad æſtimationem iniuriæ, cum coniunctus agit pro iniuria coniuncti.*

66 *Agens pro iniuria illata conſanguineo, quomodo libellum concipere debeat.*

67 *Pater remittere poteſt iniuriam factam filio, eo inuito, nec alii fratres iniuriati, accuſare poſſunt, tanquam coniuncti.*

68 *Pater vilis, non poteſt iniuriam factam filio, remittere. Nec ei pupillariter ſubſtituere. nu. 69.*

70 *Pater dilapidator, priuatur adminiſtratione bonorum filii, & tunc filius poteſt agere contra patrem*

71 *Iniuriam illatam à coniuncta perſona filio, non poteſt pater, eo inuito, remittere.*

72 *Coniunctus vltra ſextum gradum, volens agere de iniuria coniuncti non admittitur.*

73 *Tranſactio in criminalibus, quibus caſibus hodie ſit permiſſa per Regni conſtitutiones, & qualiter in hoc ius commune reſtringatur.*

74 *Tranſigentibus in criminalibus, licitum eſt aliquid ab accuſato accipere, pro expenſis & intereſſe, & pro æſtimatione damnorum*

75 *Iniuriæ enormes & atroces, quæ dicantur, & quæ leues.*

76 *Tranſactione facta in criminalibus, an, & quando iudex procedat.*

77 *Accuſator colludens, ſeu præuaricans cum accuſato, qualiter puniatur, & quando præſumatur colluſio. Et an ſine licentia curiæ tranſigi poſſit. numer. 78.*

79 *Tranſactio in ciuili cauſa facta per contumacem bannitum, & condemnatum, facit illum omnem pœnam euitare, ſecus in criminali.*

80 *Accuſator non comparens, vel deſiſtens ante, vel poſt litem conteſt. qualiter puniatur.*

81 *Iudex qualiter procedere debeat, cum accuſator ſe abſentat.*

82 *Accuſator deſiſtere poteſt antequam reus compareat, vbi non vertitur intereſſe fiſci.*

83 *Abolitio criminis quid operetur, & à quo impetranda.*

84 *Legum correctio, non præſumitur, niſi expreſſe appareat.*

85 *Inquiri vel accuſari quis poteſt de crimine, de quo per viam exceptionis cognitum fuit.*

86 *Inquiſitio fieri poteſt de crimine, de quo primo cognitum fuit, per viam denunciationis euangelicæ.*

87 *Abſolutus in foro animæ poteſt iterum accuſari in foro terreſtri.*

88 *Remittens iniuriam in foro conſcientiæ, poteſt agere ad emendationem damni in foro contentioſo.*

89 *Agi an poſſit criminaliter ex eodem delicto, ex quo prius fuit actum ciuiliter.*

90 *Accuſatus de ſola iniuria pro crimine homicidii, an poſſit iterum accuſari de homicidio ad pœnam legis Corneliæ.*

91 *Iniuriarum actione, non poteſt quis agere contra homicidam, ſed homicidam accuſare cogitur.*

92 *Accuſari an quis pluries poſſit de eodem crimine, & num 93. 94.*

94 *Accuſatus ab vno, an, & quando, pendente accuſatione, vel finita, poſſit ab alio de eodem crimine, accuſari.*

95 *Iniuriarum actione non poteſt agere conſanguineus offenſi, pendente accuſatione, offenſi.*

96 *Inquiſitio fieri poteſt de crimine, de quo alias fuit actum ciuiliter.*

97 *Pœna irrogata per iudicem eccleſiaſticum, an poſſit irrogari à iudice ſeculari.*

98 *Accuſatus de crimine, qui fuit contumax, poteſt iterum de eodem crimine accuſari.*

99 *Debitor non ſoluens in termino inſtrumenti, cui fuit per creditorem prorogatus terminus poſt accuſationem, ſi non ſoluat in tempore prorogato, & iterum accuſetur, an teneatur ſoluere pœnam.*

100 *Pœna reiteranda, ei, qui non ſufficienter pro crimine, punitus eſt, qualis eſſe debeat.*

101 *Pœna mortis, an & quando ideo mitigari debeat, quia quis fuit aliter caſtigatus, vel diu carceratus pro eodem crimine.*

102 *Inquiſitio ab incompetenti iudice facta non valet.*

103 *Proceſſus & confeſſio factus coram incompetenti iudice, an fidem faciat.*

104 *Coadiutor, qui adiungi ſolet inquiſitori, an ſit de ſubſtantia, & ad quem effectum detur.*

105 *Inquiſitio formari debet in caſibus à iure permiſſis, non prohibitis, ad hoc vt valeat.*

106 *Vſurarius poteſt inquiri per iudicem etiam ad commodum priuati.*

107 *Vſurarius compelli non ſolum poteſt per iudicem, ad vſuras reſtituendas, ſed etiam ad non recipiendas*

108 *Vſuræ permiſſæ ſunt de iure ciuili, ideo iudex ſecularis non poteſt de illis inquirere, de iure communi, ſed ſolum iudex eccleſiaſticus.*

109 *Vſurarius punitur per Epiſcopum.*

110 *Vſurarius an poſſit hodie inquiri per iudicem ſecularem ex officio per conſtitutionem Regni.*

111 *Vſurarius de iure canonico, quas pœnas patiatur.*

112 *Iudex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa poteſt adiuuare canones, addendo nouam pœnam, licet non poſſit totaliter contra canones ſtatuere.*

113 *Pœna poteſt exacerbari, aliis in exemplum.*

114 *Vſuræ hodie multum frequentantur, ideo acrius puniri debent.*

115 *Iudex eccleſiaſticus debet, & poteſt pœnam illam irrogare, quæ magis timetur.*

116 *Vſurarius nulla magis conuenienti pœna puniri poteſt, quam pecuniaria, eiuſque ratio.*

117 *Vſura dicitur crimen. Et quid ſit crimen. numero 118.*

119. *Vſu-*

119 *Vſura ſpecies eſt rapinæ.*

120 *Maius malum non reperitur vſura.*

121 *Pœna arbitraria punitur, delinquens contra præceptum legis.*

122 *Opinio illa in dubio eſt ſeruanda, quæ fauet publicæ vtilitati.*

123 *Vſurarius peccat recipiendo vſuras, etiam à ſponte dante.*

124 *Soluens vſuras, videtur tibi eruere oculum.*

125 *Intellectus* ad c. cum tu. de vſuris.

126 *Vſurarum crimen eſt publicum, & poteſt in regno iudex ex officio inquirere contra vſuram, & etiam quilibet de populo admittitur ad accuſandum de tali crimine.*

127 *Tortura an poſſit irrogari in crimine vſurarum.*

128 *Inquiſitio poteſt fieri ex officio iudicis, de omni crimine, quod committitur per conſpirationem, ſeu conuenticulum. Et quæ eius criminis ſit pœna, numer. 129.*

130 *Conuenticula licita & illicita eſſe poſſunt, & in dubio ſemper præſumuntur illicita.*

131 *Ancilla vendita ſub pacto, ne proſtituatur, alias ſit libera, emptore pactum non obſeruante, poteſt iudex inquirere, & illam exhiberi facere, vt perueniat libertatem*

132 *Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum ex officio procedit*

133 *Pupillus, vidua, & pauperes, inter perſonas miſerabiles numerantur, alias ſecus.*

134 *Iudex poteſt inquirere in his, quæ notorie ei liquent ex actis, etiam parte non petente.*

135 *Iudex tam eccleſiaſticus, quam ſecularis poteſt inquirere ex officio, in omnibus cauſis piis, & concernentibus animam.*

136 *Iudex eccleſiaſticus inquirere poteſt de quolibet matrimonii impedimento, ad faciendum id ſeparari.*

137 *Iudex ex officio poteſt inquirere de iuribus Principis.*

138 *In applicanda pecunia fiſco, iudex poteſt ex officio ſuo procedere.*

139 *Iudex poteſt ex officio inquirere, ad magnum ſcandalum vitandum. Et contra omnes malefactores in prouincia vel ciuitate, quam regit. nu. 140.*

141 *Item de omni crimine & iniuria, commiſſa contra eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas, & de omni crimine in eccleſia commiſſo.*

142 *Iniuria illata clerico, eſt crimen publicum, & quilibet poteſt accuſare, & iudex ex officio inquirit.*

143 *Iniuria clerico facta, dicitur facta Deo.*

144 *Inquiſitio fit ex officio iudicis de blaſphemia Dei, & quilibet accuſare poteſt.*

145 *Si creditores dicant, plus eſſe in bonis, quam ſit in Inuentario conſcriptum, iudex, inſtantibus creditoribus, inquirit, & accipit probationes de domo hæredis, etiam hæredis ſeruos torquendo.*

146 *Iudex inquirit in cauſa naufragij, & contra ſurripientes bona naufragorum, leuato velo. Item in cauſa ſuſpecti tutoris, & inuentum ſuſpectum, ex officio remouet. nu. 147.*

148 *Iudex inquirit contra producentem falſam ſcripturam, vel ſuſpectam in iudicio.*

149 *Suſpicio ſola contra falſam ſcripturam in iudicio productam, habetur pro plena probatione.*

150 *Teſtes vacillantes, ſeu falſum deponentes, poſſunt inquiri ex officio, & per iudicem puniri.*

151 *Iudex de quolibet delicto commiſſo coram ſe, incidenter inquirere poteſt.*

152 *Item de iuribus eccleſiæ, & eccleſiaſtico beneficio.*

153 *Iudex per inquiſitionem procedere poteſt, in caſibus, in quibus accuſator excuſatur à præſumpta calumnia.*

154 *Iudex eccleſiaſticus inquirit contra detinentes bona, quæ debent diſtribui pauperibus vel ad pias cauſas.*

155 *Iudex ex officio inquirit de probitate vitæ, idoneitatee, & moribus eligendi, promouendi, vel ordinandi.*

156 *Iudex inquirit de omni crimine, vbi interuenit accuſator, qui colludit, ſeu præuaricatur.*

157 *Iudex inquirit contra calumniatorem, etiam nemine accuſante. Et cum incidenter de crimine cognouit. num. 158.*

159 *Iudex ex officio inquirit de iniuria facta ſcholari.*

160 *Iudex quando inquirat de delicto commiſſo in officio per ſuum Officialem.*

161 *Iudex inquirit contra facientem iniuriam ſuis Officialibus, vel famulis, ſi crimen eſt notorium.*

162 *Iudex inquirit de omni notorio crimine.*

163 *Iudex ſpecialiter inquirit de omni crimine, ſuper quo primo generalis inquiſitio præceſſit.*

164 *Iudex poteſt cogere ſubditos ad faciendam pacem.*

165 *Filius iniuriam inferens patri, vel matri, poteſt ex iudicis officio inquiri, & puniri.*

166 *Iudex inquirit contra carceris cuſtodem precio corruptum.*

167 *Lenones ciuitatum deuaſtatores dicuntur, & poſſunt per iudicem inquiri.*

168 *Inquirit iudex de crimine lenocinii ſine accuſatore.*

159 *Lenocinii crimen, eſt maius adulterio.*

170 *Iudex an poſſit ex officio procedere in crimine adulterii, ſine accuſatore.*

171 *Iudex inquirit contra quemcunque qui fuerit inuentus in flagranti crimine.*

172 *Iudex in regno inquirit contra omnes homines malæ vitæ*

173 *Iudex veniens in ciuitate, vel prouincia, edictum facere poteſt, vt omnes ſentientes ſe offenſos, compareant ad querelandum & teſtes deponendum.*

174 *Inquiſitio generalis non ſufficit vt deueniatur ad ſpecialem, niſi in caſibus, in quibus ſpecialiter inquiri poteſt, & non fit, niſi ſemel in anno.*

175 *Iudex ex officio inquirit de crimine læſæ maieſtatis, per-*

*perpetrato, contra perſonam Principis, vel eius collateralium. Item contra famoſos latrones nu.* 176

177 *Item contra inobedientes, & turbantes eius iuriſdictionem, & contra rebelles, & contumaces.*

178 *Inquiſitio, quibus caſibus permittatur contra ſocios criminis.*

179 *Iudex ex conſtitut. Regni inquirit de homicidiis, & damnis clandeſtinis, vbi nullus accuſator appa-ret.*

180 *Accuſatore mortuo, iudex proſequitur ex officio cōtra accuſatum.*

181 *Iudex inquirit ſuper neceſſitate ciuitatis, & ciuium ſubditorum.*

182 *Aduocati & procuratores calumnioſi poſſunt per iudicem inquiri, iiſq; interdici ne poſtulent.*

183 *Iudex inquirit de defenſionibus Rei in criminalibus ex officio, etiamſi reus ſe non defendat.*

184 *Iudex inquirit de facto, etiam teſtes producendo in omnibus caſibus, in quibus procedere poteſt ad diffinitiuam ſententiam contra abſentem, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus.*

185 *Iudex inquirit de crimine falſæ monetæ, etiam nemine accuſante. Et quæ ſit pœna cudentis falſam monetam. nu.* 186.

187 *Hæreticus inquiritur per iudicem, & qua pœna afficiatur.*

188 *Iudex inquirit in cauſis ciuilibus partes interrogādo, cum ei æquum videtur.*

189 *Inſtrumenti producti in iudicio veritas inquiritur per iudicem.*

190 *Iudex inquirit de conditione teſtis coram ſe producti.*

191 *Iudex inquirit ad denunciationem Officialis ad hoc deputati.*

192 *Aduocatus dari poteſt pupillis & miſerabilibus perſonis, item furioſis, ex officio iudicis.*

193 *Procurator adminiſtrans negotia abſentis, poteſt per iudicem remoueri ob eius contemptum, & contumaciam.*

194 *Procurator compelli poteſt per iudicem ex officio, vt de mandato doceat.*

195 *Crimen ſacrilegii, & plagii, poteſt per iudicem inquiri ex officio.*

196 *Decimas non ſoluentes compelluntur officio iudicis, ad ſoluendum, etiam nemine petente.*

197 *Tutor petitus dari poteſt inquiri per iudicem, an ſit idoneus, & an reperiantur alii magis idonei.*

198 *Hæres compellitur ex iudicis officio ad ſepeliendum defunctum, quo neglecto poteſt iudex vendere res hæreditarias pro ſepultura.*

199 *Agens ſine actione poteſt ex officio iudicis repelli.*

200 *Iudex habens arbitrales literas, inquirit de omnibus caſibus, de quibus hic.*

201 *Syndicatores inquirunt contra Officiales, ſtantes ad ſyndicatum, de commiſſis, & omiſſis in officio.*

202 *Iudex inquirit contra frequentatores tabernarum, & alios, de quibus hic.*

203 *Notorium dicitur, quod per decem teſtes probatur.*

204 *Inquiſitio an fieri poſſit ex officio iudicis in crimine priuato, puta furto, vel iniuria.*

205 *Furtum an dicatur hodie crimen priuatum, cum ſit alterata pœna per capitula Regni.*

206 *Inquiſitio poteſt fieri de omni crimine de iure canonico.*

207 *Inquiſitio criminoſorum expenſis fiſci fieri debet.*

208 *Inquiſitio inepta an validetur per confeſſionem.*

SEXTA & vltima pars principalis huius tractatus eſt: IN QVOT PARTES DIVIDITVR IVDICIVM, ET QVÆ SINT EIVS MEMBRA. Et ſuper iſta ſexta parte declarabitur tota tela iudicii exordita per ordinem à principio vſque ad finem. SCIENDVM † eſt igitur, QVOD TOTVM 1
IVDICIVM, quo ad ſui ordinationem, HABET TRES PARTES. Prima pars durat à citatione vſque ad litis conteſtation. incluſiue. Secunda pars durat à litis conteſt. excluſiue, vſque ad concluſionem in cauſa incluſiue. Tertia pars durat à concluſione vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue, ita declarat Bart. *in l. nunquam. 2 col. 2. ff. de priuat. delict.* & quælibet iſtarum partium habet ſua membra diſtincta, quorum vnū ſequitur ſucceſſiue ad aliud. Prima † igitur pars tota appellatur principium iu- 2
dicii vſque ad litis conteſt. incluſiue, & conſequenter omnia membra & acta quæ fiunt in iſta prima parte, dicuntur fieri in principio iudicii, ſecundum Bartol. *in d. l. 2.* quod patet: quia tunc dicitur eſſe cœptum iudicium, quando eſt facta litis conteſtatio, vt eſt gloſſ. *in verb inchoatam. iuncto tex. in l. omnis actor. 1. C. de plus petit. & in l. iudicio cœpto. 1. iuncta gloſſ. 1. C. de iud. & in l. apertiſſimi. 16. iuncta gloſſ. in verb inchoetur. eod. tit. & tex in §. ſi vero apud iudicem initium. 1. d. c. omnem. 3. in d. Authen. 112. coll. 8. tit. de litig. 13.* facit text. *in l. ſi poſt acceptum. 18. ff. de rei vendicat. & in l. amplius non peti. 15. ff. rem ratam hab.* VIDEAMVS ergo, † quæ membra, ſeu quæ acta continentur in hac prima parte iudicii: ſuper quo dico, quod poſ- 3
ſunt in ea conſiderari DECEM MEMBRA, ſeu DECEM ACTVS, qui ſolent interuenire: videlicet, CITATIO, CONTVMACIA, LIBELLI OBLATIO, RECONVENTIO, AVCTORIS LAVDATIO, NOMINATIO, INTERROGATIO, SATISDATIO, EXCEPTIO, & LITIS CONTESTATIO, de quibus ſingulis diſpiciamus. † Et antequam ad declarationem dictorum membro- 4
rum perueniam, EST SCIENDVM HOC, QVOD AD PRINCIPIVM IVDICII PERVENITVR MVLTIS MODIS: Aut enim per viam actionis, aut accuſationis, aut inquiſitionis, aut denunciationis, aut per implorationem officii iudicis. PRIMO MODO initiatur iudicium per viam ACTIONIS, quando ſumus in cauſa ciuili, vbi quis proſequitur id, quod ſibi debetur, ciuiliter

agendo: quia tunc proprie dicitur agere, vt not. gl. *in l. qui accuſare. 4. C. de edend.* & quando dicatur cauſa ciuilis, ſeu iudicium ciuile, plene dixi ſupra *in 4. part. in 1. diſtinct. princ.* SECVNDO MODO peruenitur ad iudicium per viam ACCVSATIONIS, vt quando aliquis deducit cauſam criminalem in iudicio accuſando aduerſarium per libellum, ſeu querelam de aliquo crimine, de qua materia habes plene in ſuis titulis *ff. C. & extra de accuſ.* dixi ſupra *in 4. parte. in 1. & 2. diſt.* Robert. Maran. V. I. D. TERTIO
5 MODO † peruenitur ad iudicium per viam INQVISITIONIS, & iſte modus habet locum ſimiliter in cauſis criminalibus regulariter, in quibus inquiritur ad publicam vtilitatem, & procedit, vbicunque aliquis commiſit aliquod crimen, & nullus ipſum accuſat; nam tunc iudex ad hoc ne delictum illud pertranſeat impunitum, inquirit de illo ex mero officio, & ipſum inquiſitum repertum culpabilem punit pœna legitima; nam de iure non poteſt aliquis damnari de aliquo crimine, niſi præcedat accuſatio, vel inquiſitio, ſecundum Paul. Caſtr. *in conſil. 254. in 2. volum.*

*De Inquiſitione.*

SVPER hac tamen materia inquiſitionis; quia eſt quotidiana, poſtquam hic venit opportunum ipſam attingere, DVAS QVAESTIONES proponam examinandas. PRIMA quæſtio eſt, quot modis, & ad quot effectus poteſt fieri inquiſitio per iudicem. SECVNDA quæſtio eſt, quæ requirantur in inquiſitione, ad hoc, vt valeat; & fieri poſſit.

6 Venio igitur ad PRIMAM quæſt. Et † præſuppono primo, quod inquiſitio eſt de generibus prohibitorum: quia regulariter eſt à iure prohibita, niſi in caſibus a iure expreſſis ſecundum Baldum *in conſil. 124. col. 2. in 5. volum.* eſt enim contra regulas iuris, quæ ſe habent, quod nemo ſine accuſatione damnatur; *l. reſcripto 6. § ſi quis 2. ff. de mune. & hon.* & not. gl. & Doct. *in l. ex lege Iulia 2. § ſi publico. 5 ff. de adult.* & Bart. *in l. congruit. 13. ff. de off. præſid.* & ſimiliter eſt contra ius diuinum, procedens ex ore Chriſti, relati per Ioan. *cap. 8* dum dixit: Mulier, vbi ſunt, qui accuſant, & deficiente accuſatore dixit: Nec ego te condemno. Quod tamen intellige de ſpeciali inquiſitione, contra certam perſonam; quia illa eſt regulariter prohibita, tam de iure cõmuni, vt ſupra, quam etiam per conſtitutiones Regni, vt habetur *in conſ. Si qui § de ſpecialibus.* & etiam per capitula Regni, vt eſt capitulum: quod incipit; *Generales* ſecus autem in inquiſitione generali, quæ fit ad crimina inuenienda, non contra certam perſonam; quia illa eſt à iure permiſſa, ſecundum Bart. *in d. l. congruit 13.*

[An iudex, iure ciuili, vel canonico, ex officio poſſit inquirere in delinquentes, eoſque punire, & quænam præcedere debeant, vide Fachin. *libr. 1. controuerſ. iuris cap. 35* vbi relatis Dd. diſcrepantibus ſententiis, eorum ſententiam amplectitur, & veriorem cenſet, qui legitima diffamatione præcedente, ac legitimis indiciis ac argumentis, aſſeruut, tam iure ciuili, quam canonico procedi per inquiſitionem poſſe, eamq; legum authoritatibus confirmat, & refellit obiectiones contrarias.]

Hoc præſuppoſito, † venio ad ſolutionem pri- 7
mæ quæſtionis. Et dico, quod MVLTIS MODIS, & ad VARIOS EFFECTVS ſolet fieri inquiſitio, quos plene examina. Baldus *in leg. iubemus. 24. C. de probat.* & PRIMO MODO fit inquiſitio GENERALIS, vt quando Præſes vel alius nouus Officialis venit ad gubernationem alicuius prouinciæ, vel ciuitatis, ſolet ac poteſt generaliter inquirere de omnibus delictis ibi patratis, ad hoc, vt purget prouinciam malis hominibus, text. eſt, & ibi Bartol. *in d. l. congruit 13. ff. de offic. præſid.* & eſt cautum in Regno per *d. c. generalis.* vbi datur ex præcepto omnibus præſidibus, vt ſaltem ſemel in anno dictam inquiſitionem faciant. Et in iſta inquiſitione non citatur certa perſona, nec per eam aliquis cõdemnatur; quia nullus fuit contradictor, nec citatus ad faciendas defenſiones. Sed iſta generalis inquiſitio operatur, vt deueniri poſſit ad ſpecialem, & ſic eſt præparatoria & tunc debent teſtes repeti parte citata: ex illa ſpeciali damnatur ita hæc omnia tenet Baldus *in c. 1. § iniuria col. 5. verſic. pone quod inuenit, &c de pace iur. firm.* & Bartol. *in l. final. in fin. ff. de quæſt. & in d. l. congruit. 13.* & Bartol. & Alexand. *in l. ex lege Iulia. 2. § ſi publico 5 ff. de adult.* & idem Alexan. *conſil. 183 col. 3. in 3. volum. & in conſ. 95. col. fin. in 1 vol.* & Petr. Phil. Cor *in conſ. 18. in 1 vol.* & Fel. *in c. inquiſitionis. 21. col. 4. de accuſ.* vbi plus dicit, quod iſta generalis inquiſitio fit ad inueſtigandum, non ad puniendum, & iſte eſt eius effectus, ſcilicet vt per eam poſſit deueniri ad ſpecialem: nec enim in ea dantur capitula; quia non eſt cui dentur, ſecundum Abb. *in c. qualiter, & quando. 24. el. 2. in 13. not. extra de accuſ.* Ad † vnum tamen eſt aduertendum, quod in 8
Regno habemus vnum capitulum regni, quod incipit: *Subiungendo*, quo cauetur, quod ſi per quatuor teſtes receptos in inquiſitione generali; quos non poteſt infamatus repulſare, conſtet de crimine, de quo etiam eſſet imponenda pœna mortis naturalis vel ciuilis, vel membra abſciſſio; poteſt infamatus condemnari, perinde ac ſi ordinaria inquiſitio facta eſſet. Verum diſponit, quod in primo detur reo copia repertorum ſcilicet nominum & dictorum teſtium. Et per hoc innuit, quod debet admitti reus ad defenſiones, ſed non fiet proceſſus ordinarius; quia ſi reus poterit illos repulſare, non condemnabitur, ſed reſeruantur illæ depoſitiones, vt faciant indicia in alio proceſſu ordinario: vt ibi dicitur in fine illius c. Si vero non poterit illos repulſare, condemnabitur ſine alio proceſſu, ſed ego puto, quod hodie ex communi obſeruantia, & ſtylo eu.

lo curiarum huius Regni, non ſeruatur diſpoſitio
illius capituli, ex quo non datur hodie in Regno
copia repertorum, ſed primo fit inquiſitio gene-
ralis, ſeu capitur informatio de crimine, & reper-
to aliquo infamato, & ſuſpecto, formantur contra
eum capitula ſpecialis inquiſitionis, quæ capitula
eliciuntur ab illa informatione, & datur eorum co-
pia inquiſito: qui ſi petit copiam repertorum, po-
teſt Iudex ei dicere: ego do tibi copiam capitulo-
rum, in quibus continentur omnia reperta, vt poſ-
ſis ſuper illis facere tuas defenſiones: & ita com-
muniter practicatur, ita declarat Par. *in tracta. ſynd.
in verſi. inquiſitio colum. 3. verſi. & aduerte, &c.* Per
hoc igitur, quod non datur copia repertorum cum
nominibus teſtium, dico, quod non procederet diſ-
poſitio illius capituli, ſubiungendo; quia reus pe-
riret indefenſus, ſi ita ex tali proceſſu ordinato dā-
naretur, vnde datis capitulis eſt neceſſe quod fa-
bricetur proceſſus ordinarius; quia ſuper illis fit li-
tis conteſtatio, & poſtea facta publicatione, admit-
tatur repulſa, & diſputetur ſuper iudiciis: vt habe-
tur *in d. c. qualiter, & quando. 24 el. 2. de accuſat.* & per
Ange. *in tracta. maleſ. in ver. fama publica, conſi. 5. in fi.
verſi item aduertas, &c.* & cum iſta obſeruantia hu-
ius Regni reperio conformem deciſionem Ang. *in
l. qui ſine accuſatoribus fin. ff. de quæſt.* quam refert, &
ſequitur Fran. Brun. *in ſuo tract. de indiciis, & tortura.
col. 3.* vbi dicit, quod iudex non debet dare copiam
reo de his, quæ inuenit ex proceſſu informatiuo;
quia illa non dicuntur indicia niſi demum reperta
reo citato; & tunc datur copia. Et hoc poteſt eſſe
9 poſt publicationē: & ita practicatur. † Puto tamen,
quod ſi iudex ex inquiſitione generali haberet qua-
tuor teſtes conformes, vt vellet ſeruare diſpoſitionē
illius cap. *Subiungendo.* & dare eorum copiam reo,
cum omnibus aliis repertis, poſſet eum condemna-
re ſine alio proceſſu ordinario: & ſic totum hoc
dependeat ex arbitrio Iudicis, an velit ſeruare di-
ctum capitulum, vel ſtylum Curiæ; quia illud ca-
pitulum non reperitur expreſſe correctum, vnde
cur ſtare prohibetur? *l. ſancimus. 27 C. de teſtam. & l.
præcipimus 32. C. de appel.* nec poſſum dicere, quod
ſtylus contrarius ipſum correxit: quia ſtylus contra-
rius eſt, vt nō dentur reperta, & ſi non dantur reper-
ta, non eſſet conſeruari dictum capitulū; quia tolle-
retur reo defenſio, ſed ſi iudex in caſu illo ſpeciali,
quando haberet quatuor teſtes, vellet dare reperta,
non poſſet conqueri reus, quod ſit indefenſus: quia
tunc Iudex non ſeruando ſtylum, facit potius præ-
iudicium curiæ, quam reo, & propterea poſſet reum
condemnare ſine alio proceſſu, iuxta formam illius
c. Et iſta eſt noua conſideratio, & bona, pro intelli-
gentia eorum, quæ dicit Par. *in d. verſ. inquiſitio col. 3.*
Et habes declaratam materiam *c. ſubiungendo.* † Re-
10 ſtringe tamen prædictam obſeruantiam, vt proce-
dat ſolum in foro ſeculari; ſecus autem in foro ec-
cleſiaſtico, vel in terris ſubiectis eccleſiæ, in quibus
ſeruatur ius canonicū: quia illis debet dari omnino
copia repertorum, ex quo illud cauetur expreſſe
per *d. c. qualiter, & quando. 24. el. 2. §. debet.* vbi iubet
Papa dari inquiſito capitula & ei publicari dicta, &
nomina teſtiū, vt poſſit ſe defendere, & ſic non poſ-
ſet dicere tunc iudex eccleſiaſticus: Volo tibi dare
copiam capitulorum, in quibus ſunt omnia oper-
ta; quia ſummus Pontifex dicit expreſſe vtrumque
debere ſcilicet capitula, & reperta, vnde non ſufficit
dare vnum tantum. † SECVNDO MODO fit in- 11
quiſitio generalis in regno, quando eſt agendum
contra vniuerſitatem alicuius ciuitatis, ad æſtima-
tionem, vel ad pœnam damni clandeſtini, ſecundū
formā conſt. Regni, *ſuper inciſionibus*, & conſt. *Si dā-
na.* nam ante quam agitur contra vniuerſitatem,
requiritur pro forma, quod procedat inquiſitio ge-
neralis contra auctores ſceleris, & demum illis non
repertis; deuenitur contra vniuerſitatem: Alias ſi
prius ita ex abrupto ageretur cōtra vniuerſitatem,
non valeret proceſſus, nec condemnari poſſet vni-
uerſitas. Ita probatur *in d. conſt. Si damna. per totā, &
maxime circa fin. verſ. quæ eſt inquiſitionis, &c.* & ibi
per And. de Iſer *col. 6.* & Matth. *in 3 not.* Et nota iſtud
quia plures habui in facto, & feci quam plures pro-
ceſſus annullari, & vniuerſitates abſolui propter
inquiſitionem dictam non factam. † TERTIO 12
MODO fit inquiſitio SPECIALIS contra certam
perſonam ad effectum puniendi de crimine pro
publica vtilitate, de qua loquitur tex. *in d. c. qualiter,
& quando. 24. el. 2. de accuſ. & d. l. ex lege Iulia. 2. § ſi
publico. 5. ff. de adult.* & ibi glo. & Batt. & habetur *in
conſt. Hi qui. §. de ſpecialibus.* & de iſta inquiſitione,
quando, & in quibus caſibus fieri poſſit, dicam infra
*in 2. q. princ.* Et ISTA inquiſitio ſpecialis, FIT al-
tero de TRIBVS MODIS, videlicet, Quandoque
fit EX MERO OFFICIO, vt quando iudex de ſe in-
quirit contra aliquem ſine querela, & denuncia ali-
cuius, vt declarat Ange. *in tract. male in ver. mero offi-
cio.* Quandoque fit AD QVERELAM alicuius, vt
quando offenſus non vult facere partem in iudi-
cio per viam accuſationis, ſed ſolum exponit que-
relam Iudici, & inſtigat ac ſolicitat curiam ad in-
quirendum, & de hac materia tractat plene Angel.
*in d. tract. in ver. necnon ad querelam.* Quandoque fit
AD DENVNCIAM ALICVIVS OFFICIA-
LIS, prout ſunt iſti Magiſtri camerarii ciuitatum; &
alii nuncii deputati ad capiendum malefactores, &
denunciandū curiæ: nam poteſt Iudex inquirere ad
denunciā talis Officialis, nulla alia fama præcedēte;
quia per talē denunciā excuſatur Iudex a calumnia,
text. eſt & ibi Bal. & Sal. *in l. ea quidem 7. C. de accuſ.*
& not. plene Angel *in d. tract. in verſicu. nec non ad de-
nunciā.* & Paris *in tract. ſynd. in verſ. inquiſitio in prin.*
& Bart *in l. diuus. 6. ff. de cuſt. reo.* † QVARTO MO- 13
DO, fit inquiſitio ciuiliter ad vtilitatem eccleſiæ, vt
quando iudex eccleſiaſticus inquirit, prout inqui-
rere tenetur, de qualitate, & idoneitate perſonæ eli-

gendæ,

gendæ, ordinandæ, vel confirmandæ, iuxta text. *in c. cum nobis. de elc.* & ibi gloſſ. & Abb & idem Abb. *in c. pernicioſa. 1. in gloſſ. 1. de off. ord.* & Franc. de Aret. *in c. qualiter, & quando. 24. el. 2. col. 2. de accuſ.* QVINTO
14 MODO, † ſit inquiſitio per Prælatum, quando viſitat eccleſiam, nam ſimiliter tunc inquirit ex officio de moribus, & idoneitate clericorum, & iſta inquiſitio fit ſolum ad correctionem, & pœnitentiam imponendam, non autem ad effectum puniendi, text. eſt, & ibi Gem. & Doct. *in c. conſuetudinem. 1. § ſane de conſuet. libr. 6.* & tenet Franc. de Are. *in d. c. qualiter, & quando. 24 in 3. col.* & Abb. *in c. pernicioſa.*
15 *1. in gl. de off. ord.* SEXTO MODO, † ſit inquiſitio de bonis vacantibus fiſco deuolutis, in qua inquiſitione ſi contradictor apparet, audietur in ſuis defenſionibus data ſibi copia inquiſitionis: alias bona fiſco applicantur, prout hæc omnia plene declarantur *in l. ſi vacantia. 5. & ibi Luc. de Pen. C. de bon. vac. l. 10.* & de multis formis inquiſitionum vide omnino Bald. *in d. l. iubemus. 24. C. de prob.*

16 SECVNDA † Principalis quæſtio eſt, quot requirantur ad validitatem inquiſitionis. Iſtam materiam plene examinat Angel. *in d. l. ſi vacantia. 5.* & Ioan. de Ana. *in d. c. qualiter, & quando 24. cl. 2. §. ad corrigendos. de accuſ.* & Bald & Salic *in l. ea quidem. 7. C. de accuſ.* & Bartol. *in d. l. ex lege Iulia. 2. § ſi publico. 5. ff. de adul.* Ang. *in tract. mal. in prin. & in ver fama publica* & Patis *in tract. ſynd. in verb. inquiſitio.* & Phil. Dec. *in conſil. 170. 175. 179. & 189.* & Luc. de Pen *in d. l. ſi vacantia 5.* & in Matth. *in con Hi qui* Ego tamen recolligam. NONNVLLA REQVISITA magis quotidiana in practica ſuccincte, & de reliquis remitto me ad Dd in locis præalleg. vnde dico, quod PLV-
17 RA requiruntur Primo enim † ad hoc, vt poſſit ſpecialiter inquiri contra aliquem, requiritur, quod illud delictum, de quo inquiritur, conſtet ſaltem in genere eſſe cõmiſſum, ſed neſcitur à quo: vt quia requiritur homo occiſus, vel vulneratus: item reperitur furtum factũ, vel rapina, vel aliud ſimile, de hoc debet ante omnia iudex capere informationem, & facere deſcribi in actis qualitatem delicti: & tenet Bar. *in l. qui ſine 22. col. 1. ff. de quæſt.* & Bar. *in l. 1. § item illud. 24. ff. ad Syl.* vbi monet iudicem, vt faciat videri mortuum, vel vulnera, ad hoc, vt poſſit poſtea inquirere. Idẽ tenet Ang. *tract. male in ver. fama publica. col. 21. verſ 12. &c.* & plene per Par. *in tract. ſynd. in ver.*
18 *confeſſio*, vbi † tantum dicit, debere cõſtare iudici de delicto, quod etiam ſi quis confiteatur ſe occidiſſe hominem in nemore, nõ debet ipſi credi, niſi prius mittat ad inquirendum, ſi homo fuit ibi occiſus, & debet etiam facere exhumari hominem ad videndum, ſi fuit vulneratus, ſi homicidium eſt de recẽti, vel ſi ſaltem reperiuntur ibi oſſa ſepulta, facit quod in ſimili de hac exhumatione hominis dicit Baldus *in l ſi quis teſtibus. 17. in fin. C. de teſtib.* vnde nunquam debet iudex formare inquiſitionem ſpecialem, niſi plene conſtet delictum eſſe commiſſum, alias ſi faceret inquiſitionem, & extarent indicia contra aliquem, non poteſt illum torquere, ſi delictum patratum non conſtat, ita dicit Ang. *in loco præallegato.* SECVNDO principaliter requiritur, † quod inqui- 19
rendus ſit valde notatus per publicam famam de illo crimine, ita quod præcedat fama ita vehemens contra eum, quod generet ſcandalum, niſi fieret inquiſitio. ita tenet Bartol *in l. congruit. 5 ff. de off. præſid.* & Angel. *in tract. maleſ. in 2. char. verſ. quarto principaliter, &c.* & Gand. *in tract. maleſ. in tit. quomodo de maleſ. cogn. per inqu. col. 1.* & habetur pulchre per Philip. Dec. *in conſil. 175. col. 2. verſic. 2. principaliter, &c. & conſ. 189. col. fin. verſ. non omitto, &c. pro hoc eſt text. in c. qualiter & quando 24 Clem. 2. de accuſ & c. licet Heli. 31. de ſimonia.* Nam fama præcedens ſuſtinet vicem accuſatoris in inquiſitione, alias iudex inquirere non poſſet, vt *d c. qualiter & quando.* & ibi Abb. *in 6. not* & Franc. de Aret *in vlt. not* & Fel. *in vlt. not.* & gloſſ. *in c. pernicioſa. 1. in gloſſ. 1. de offic. ord.* Et nota, † quod 20
non ſufficit, quod iudex in inquiſitione apponat illa verba conſueta, videlicet: *fama publica præcedente, &c.* ſed eſt neceſſe, quod ex actis, & ex ipſa informatione conſtet de fama publica, alias inquiſitio poſſet impugnari, ſecundum Fulg. *in conſ. 136. & 108.* vbi expreſſe dicit, quod iudici nõ creditur de fama, niſi ex actis appareat probata, & ipſum ſequitur Philip. Dec. *in d. conſil. 170 col. 2.* TERTIO requiritur, quod † fama habuerit originem à perſonis ho- 21
neſtis, & fide dignis, & non à maleuolis, alias nihil operatur, text. eſt *in d. c. qualiter, & quando 24 el 2* & ibi Abb. *col pen.* & Franc. de Aret. *in 6. not. & c. cũ oporteat. 19. de accuſ. & c cum in iuuentute. 15. de præſump.* Alias autem, ſi iudex ſine fama inquireret, ita quod inquiſitio impugnatur, tenetur ipſe iudex inquiſito ad expenſas, & præſumitur contra iudicem de calumnia, vt declarat Par. *in tract. ſynd. in verſ. inquiſitio. colum. 2.* Et de hoc, quod debeat præcedere fama vide plene Felin. *in c. licet 14. de accuſ.* & Bald. *in l. ſancimus. 15. col fin. C. de iud.* LIMITA iſtud, † primo 22
quando extarent contra inquiſitum indicia ſufficientia; nam licet non conſtet de fama, poteſt tamen inquiri de illis indiciis, ſecundum Bartol. *in d. l. congruit. 5* vbi æquiparat proceſſum inquiſitionis cum indiciis, & cum fama publica, & Par. *in d. verſ. inquiſitio. colum. 2.* & Bald. *in l. iubemus. 24 colum. pen. verſ. 4 &c. C. de prob.* Et † per prædicta poteſt ſuſtineri il- 23
lud quod tenet Phil. Dec. *in d. conſil. 189. colum fin* circa fin. dicit, quod dictum ſocii criminis non eſt ſufficiens ad inquirendum, fama non præcedẽte: nam patet ratio ad ſenſum; quia fama debet procedere à perſonis fide dignis: ſed ſocii criminis, nõ ſunt perſonæ honeſtæ, nec fide dignæ, nec faciunt indicium ſufficiens ad torturam: & inquiſitio non fit, niſi præcedente fama, vel indiciis, vt ſupra, & not. Bal. *in l. ſancimus. 15. col. final. C. de iud.* LIMITA ſecundo non procedere, † quando iudex inquireret ad de- 24
nunciam officialis, quia tũc poteſt inquirere etiam

non

non præcedente fama, text. eſt *in l.ea quidem.7.& ibi Bald.& Salic.C.de accuſ.* & Bar. *in l.congruit.13. ff.de off.præſi.& in l.diuus.6. ff.de cuſtod. reor.* imo tenetur tunc iudex inquirere, alias facit litem ſuam, ſecundum Bald.*in d.l.iubemus 24.col.2.verſi.2.* LIMITA

25 tertio nõ procedere, † & quando fieret inquiſitio de mandato Principis quia tunc poteſt fieri etiam non præcedente fama, ſecundum Bald.*in l.nullus.4.C ad leg.Iul.maieſt.* Quod tamen intellige, & declara quãdo Princeps aſſertiue dicit in ſua commiſſione ſibi conſtare de crimine, vel quod fama deuenit ad eius aures, alias ſi commiſſio fieret ſimpliciter, habet tacitam conditionem, ſcilicet dummodo fama præcedat; & tunc iudex ante omnia debet inquirere de fama, alias non poteſt procedere ad inquiſitionem: ita declarat Felin. *in d.c.cũ oporteat.19.in 4.not.de accuſ.*& ibi etiam Ioan.de Anan.*in 2.not.*per glo.*in c.ex tenore.11.de foro comp.* idem tenet Philip.Dec.*in d.conſ.170 col.2.& conſi.189 colum fin.* & Alex. *in conſ.183. incip in cauſa Angelorum,&c. col fin. verſic. non obſtat prædictis,&c.in 2 volum.* LIMITA quarto non pro-

26 cedere, † quando aliquis denunciaretur de crimine per aliquem improbum virum; quia tunc iſta denunciatio eſt ſufficiens, vt inquiratur contra eum ſuper infamia tantum, & non ſuper crimine, ſed reperta infamia, poteſt inquiri de crimine ſecundum Abb *in c.licet.14 in vlt.not de accuſ.*& ibi etiam Petr de Anch.& Felin.*in 2.colum* LIMITA quinto non

27 procedere, † quando iudex proceſsit ad inquiſitionem criminis præſente inquiſito, & non contradicente, nec reclamante; quia tunc valet proceſſus, etiam ſi non probatur infamia, & non poteſt vlterius opponi contra proceſſum, text.eſt formalis *in c.ſi is, cui 2.de accuſ.lib.6.* & ita per illum text. tenet Cæp *in conſ.66.* quod not.& ſemper facias interponi proteſtationem pro reo contra inquiſitionem.

28 LIMITA ſexto non procedere † in inquiſitione, quæ fit contra officialem in ſyndicatu; quia poteſt contra eum inquiri generaliter & ſpecialiter, indiſtincte etiam fama non præcedente, & inquiri contra ipſum, & eius familiam, & officiales, & miniſtros ſecundum Par.*in tract.ſynd.in 11 char. in fin.in c.fin.in c.proceditur autem in ſyndicatu.&c.* & eſt hodie deciſum in regno per reg.prag. quæ incip: *Regia dignitati &c.* ſed conſidera; quia in dicta prag.nullum verbum fit de fama ſed ſimpliciter conceditur procedi ad inquiſitionem, vnde deberet intelligi ſecũdum ius commune, ſcilicet vt præcedat infamia: per ea, quæ dixi ſupra in quarta limitat.& hoc expreſſe tenet Bald. *in l.iubemus.24.colum.2 verſ.modo reſtat,&c.de probat.* vbi expreſſe dicit contra officiales fieri inquiſitionem demum de fama præcedente. Sed hoc non obſtante teneo hanc limitationem per dictam prag Et conſidero, quod per eam permittitur inquiri generaliter, ſed quando fit inquiſitio generalis, non requiritur fama præcedens, vt dicam modo in ſequenti limitatione, & præcedente generali, minime requiritur infamia in ſpeciali; quia habet inquiſitionem generalem, quæ eſt præparatoria ad ſpecialem, vt not. Bald. *in l.obſeruare.4.§.proficiſci.2.ff de off. proconſul.in 5.& 6. quæſt. verſ.& eſt ſciendum, &c.* & habetur *in l.congruit.13.& ibi per Bart. & Bald ff de off.præſid.* Sequitur ergo firma concluſio, quod contra officialem poteſt inquiri etiam fama non præcedente. LIMITA ſeptimo † nõ procedere in inquiſitione generali; quia po- 29

teſt fieri & ſine fama præcedente, ſecundum Abb. *in c.pernicioſa.1. col.2.in gl.1.ff.de off.ord.* & hoc eſt prouiſum in regno expreſſe, per conſtitu.quæ incipit: *Inquiſitiones,* & per capitulum regni, quod incipit: *Generales,* per quæ iura muncipalia conceditur facultas officialibus faciendi inquiſitiones generales ſine alia probatione famæ. LIMITA octauo † non 30

procedere in caſibus, in quibus præceſſit inquiſitio generalis; quia poteſt perueniri ad ſpecialem ſine alia probatione famæ, ex quo inquiſitio generalis eſt præparatoria ad ſpecialem: quia alias fruſtra fieret, ſi per eam non perueniretur ad ſpecialem, ſecũdum Bal.*in d.l.iubemus 24.col.2.verſ.& eſt ſciendum, &c.C.de prob.*& probatur ex his quæ not.Bar.& Bal. *in d.l.congruit.13.* & Fel.*in c.inquiſitionis.21. col.3.de accuſ.& l.lege Iulia.4.§.mandatis.2. & ibi Bart.ff.ad l.Iul.pec.* & Bart. *in l.ex lege Iulia.2. §.ſi ex publico.5. colum.2.in fin verſi.tertia regula.&c.ff.de adult.* Et ex his datur bonus modus inquirendi de omnibus criminibus, etiam de his, de quibus alias de iure inquiri non poſſet, videlicet, vt primo procedat inquiſitio generalis, & repertis per eam indiciis contra aliquem, poteſt contra eum deueniri ad ſpecialem. Et

propterea officiales † communiter in principio 31

officii ſolent facere banna, & inquiſitiones generales, complectendo varia & diuerſa crimina, quibus poſtea emergentibus faciunt inquiſitiones ſpeciales vigore bannorum, quod facere poſſunt. Ita in ſpecie tenet Amodæus *in ſuo tracta Synd. col.6.in fin.& ſequen. verſicu. inquiſitio generalis, &c. & col.7.verſi.3.&c.* & ſic tenet, quod vigore dictorum bonorum poteſt iudex ſpecialiter inquirere etiam de criminibus, de quibus alias de iure inquiri non poteſt. Et certe ſi iſtud dictum eſſet verum, eſſet hæc magna ampliatio ad materiam inquiſitionis. Sed ego puto, quod iſtud dictum nullam contineat veritatem: & ſi ita eſſet, omnia iura prohibentia inquiſitionem ſpecialem, ſeruirent nobis de vento, cum communiter omnes officiales ſoleant facere huiuſmodi bona generalia, per quæ alterant legum diſpoſitiones, & earum pœnas. Et hæc poteſtas daretur officialibus, vt deſtruerent multas leges, & ſic vendicarent ſibi poteſtatẽ principis, quod non eſt dicendum, cum de facili per viam obliquam fieret fraus legibus: vnde melius in hac materia locutus fuit Par.*in d.tract.Synd.in verſi tortura, colum.1. verſi.an in cauſa pecuniaria, circa med* vbi expreſſe dicit, quod officiales per eorum banna non poſſunt

ſtatuere contra ius, nec alterare pœnas iuris, ex quo iurant in principio officii ſeruare iura, & regni conſtitutiones & capitula: vnde infert non valere bannum officialis, quod quicunque iuerit de nocte, vel portauerit arma, puniatur ad quatuor tractus chordæ; quia non poteſt mutare pœnam iuris, per prædicta. Iſtam opin. contra Amodæum confirmo eſſe veriſſimam in hoc regno per *d.c. generalis.* quo cauetur, quod officiales faciant inquiſitiones generales ſemel in anno, & illis factis, nullo modo deſcendant ad ſpeciales, niſi de mandato Principis, vel niſi in caſibus à iure permiſsis. Sequitur ergo, quod ſi banna, vel generales inquiſitiones complectuntur aliqua crimina, de quib. ſpecialiter inquiri non poteſt de iure, minime poteſt de illis inquiri vigore generalis inquiſitionis præcedentis, ne fiat fraus legi: & ita cum iſta declaratione intelligo hanc octauam limit. do &c. aliam declarationem, ſcil. vt procedat, quando per generalem inquiſitionem inuenit iudex aliqua indicia vrgentia ſuper illo crimine, de quo vult poſtmodum ſpecialiter inquirere; quia tum vigore illorum repertorum poteſt deuenire ad ſpecialem, alias ſecus. Imo teneretur ad damna & intereſſe ipſi inquiſito, & præſumeretur omne malum contra iudicem, quando ſine indiciis inquireret, vt not. Bal. *in l. ſancimus. 15. col. fin C. de iud & in l. iubemus. 24. col. 2. verſi 4. C de prob* & Par. *in d. verſ. inquiſitio, col. 2. & 6. in fin.* LIMITA nono non procedere, quando † fit inquiſitio non ad effectum puniendi, ſed ad effectũ corrigendi pro ſalute animæ: vt quan-
32 do Epiſcopus viſitat eccleſiam, vel quãdo vult ſe informare de vita, & moribus eligendi, vel conſecrandi, vel aliquem promouendi ad ordines, ſi eſt idoneus: quia tunc ex officio inquirit nulla fama præcedente, ſecundum Abb. *in c. pernicioſa. 1. colum. 2. in gl. 1. de off ord.* & Spec. *in tit de inquiſitione §. quando, verſi. licet autem. & §. viſo, colum. fin. verſic. in ſumma,* & probatur ex his, quæ habentur *in c. ad noſtram. 21. el. 2. de iureiur. & in c. cum nobis. 19. & ibi gl. de elect. & in c. Romana 1. § ſane. 4 de cenſ. lib. 6.* & tenet Fran. de Aret. *in c. qualiter & quando 24. el. 2. colum. 2. & 3. de accuſ.* & Bald. *in conſil 220. in princ. in 3 vol* & Abb. *in c. poſtquam 3 in 3. not. de elect. & in c adhæc. 1. in fin. de poſtul. prælat.* LIMITA † decimo non procede-
33 re, quando iudex inquireret ex neceſsitate ſui officii, vt quia extaret ſtatutum, quod iudex teneatur inquirere de tali crimine, alias punitur: nam tunc poteſt inquirere etiam ſine diffamatione: ita tenet Ang. *in tract. maleſ. in 3. char verſic. 5. fallit, &c.* Sed aduerte; quia puto hoc dictum ita ſimpliciter intellectum, non procedere; nam certe conſiderando ſtatutum, non poteſt loqui, niſi de inquiſitione generali reſpectu perſonæ, ſcilicet facienda cõtra perſonam incertam; quia de certa perſona non poteſt ſentire: quo caſu verum eſt, quod iſta inquiſitio generalis poteſt fieri ſine diffamatione, vt dixi ſupra *in 7. limitat.* & ita intelligendo, iſta non eſſet noua fallantia: ſed eadem cum ſeptima: ſed ad hoc, vt fallentia ſit bona, & noua, deberet intelligi de ſpeciali; & tunc dico quod non procedit; quia tale ſtatutum debet habere tacitam conditionem, ſcilicet ſi præcedit infamia, ſicut dicimus in commiſſione Principis, vt dixi ſupra *in 5. limitat.* alias ſtatutum eſſet contra ius, & daret iudici materiã calumniandi: quia emergente crimine poſſet de facto vexare aliquem innocentem diffamatum, & inquirere cõtra ipſum auctoritate ſtatuti. Poſſet tamen ſaluari iſta limitatio, vbi præcederent aliqua indicia contra aliquem; quia tunc vigore iudiciorum, iudex poteſt inquirere, licet fama non præcedat, vt dixi ſupra *in 1. limit.* & ita debet intelligi dictum Angel. *in d. § ſi vacantia. 5* quem refert Ang. *in tract. maleſ. in ver. fama publica, col. 6.* vbi dicit, quod quando inquiſitio permittitur à ſtatuto, eſt remedium ordinarium, & poteſt fieri, etiam fama præcedente; hoc intellige, dũmodo adſint alia indicia, ne detur iudici materia vexãdi iniuſte, vt ſupra dixi. Et vide quæ dicam infra *in ver. 7. requiritur, &c.* QVARTO
principaliter † requiritur ad validitatẽ inquiſitio- 34
nis, quod delictum, de quo inquiritur, ſit commiſſum per dolum, vel latam culpam, ſecus ſi per leuem vel leuiſſimam: quia tunc inquiri non poteſt, ſecundum Bal. *in l. data opera. 11 C. qui accuſ. non poſſ.* quod intellige & declara, vt ibi per eum. Ego autem hoc plene attigi ſupra *in 4 parte, in 1. diſt. verſic. vlt. ſuper hac, &c.* QVINTO requiritur, † quod inquiſitio 35
contineat locum, & tempus commiſſi criminis, ſecundum formam *l. libellorum 3. ff. de accuſ.* alias redditur inepta, ſecundũ Ang. *in conſ 178 & in conſ 297. col. 1,* & Bar. *in d. l. ex lege Iulia. 2. § ſi publico. 5. col. 1. ver quæro vtrum, &c. ff. de adult.* & Ang. *in tract. mal. in 3. char verſi. quinto principaliter, &c.* & Bal. *in conſil. 490. in 3. vol. & conſil. 228. in princ. in 5. vol.* & idem Bal *in conſil. 297. in fin. 5 vol.* & Alex. *in conſil. 178. col. 1 in 1. vol.* & Ioan. de Anan *in c. qualiter & quando 24. el. 2. §. debet. col. 2. in fin. de accuſ.* & Abb. *in c. fin. colum. pen & fin de purg canon* & Fel. *in d § debet, col. pen* Et hæc ſolennitas eſt confirmata in regno, per *conſtit. hi qui §. de ſpecialibus, verſ. in prædictis* vbi expreſſe dicitur, quod inquiſitionibus debent ſeruari ſolennitates inductæ per iura communia ſuper delationibus, & delatorib. & ſic nuit de ſolennitatib. ac-
cuſationum. LIMITA hoc p̄cedere, † quando in- 36
quiritur de crimine commiſſo contra diuinam maieſtatem, vt de hæreſi, vel blaſphemia; quia tunc valet inquiſitio ſine ſolennitatib. *l. libellorum. 3.* ſecundum Ang *in § fin. in auth. quo. opor Epiſc. coll. 1. Nou. 6.* Idem in crimine læſæ maieſt. quia in eo proceditur ſummarie & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii; vnde non requiruntur aliquæ ſolemnitates, vt habetur *in extrauag ad reprimendum.* Et vide de prædictis vnam addit. poſt Ang. *in tract. maleſ in d. verſ. 5.*
*principaliter.* SEXTO requiritur, † quod in inquiſi- 37
tione ponantur in ſpecie omnes circumſtantiæ delicti,

licti, videlicet, quo loco, quo menſe, & cū qua perſona commiſſum fuit, & contra quem: alias inquiſitio non procederet; quia tolleretur reo defenſio, ſecundum Abb. *in c. accepimus. 16. fi. col. pen. de purg. can.* vnde non procederet inquiſitio ſpecialis, quando fierēt capitula generalia, ſ. qualiter talis inquiſitus eſt ſolitus cōmittere furta, homicidia, ſolitus blaſphemare, vel ſimile; quia iſtud nō diceretur inquiſitio ſpecialis, ſed potius generalis, quoad delicta: & reus non poſſet præparare ſuas defenſiones, propter incertitudinem delictorū. Debent igitur fieri capitula in ſpecie, ſ. quod commiſit tale furtum pecuniæ in tanta quantitate, contra talē, in tali loco, tali menſe, tali anno, & ſub tali regnatione: & ſimiliter de aliis ſimilibus criminibus, alias diceretur incerta, vaga, & obſcura inquiſitio, & non procederet parte opponente, pet ea maxime, quæ dixi ſupra in præced requiſito. Pro hoc eſt tex. *in l. prætor edixit. 7. in prin. ff. de iniu.* iūctis his, quæ not. Bar. *in extrauag. ad reprim. in verſ. per inquiſitionē* vbi dicit, quod in inquiſitione requirūtur omnes ſolennitates, quæ requiruntur in accuſatione, & dixi in præced. requiſito, & ita proprie illum tex. extēdit ad inquiſitionē Bal. *in conſ. 59 col. 2. in 1 vol.* vbi dicit, quod inquiſitio incerta non procedit per illum tex. & colligitur ex his, quæ plene no. Ang. *in l. ſi vacātia. 5. C. de bo. vac.*
38 *lib. 10. tit. 10.* Septimo requiritur, † quod antequā iudex formet inquiſitionem; faciat citari offenſum ad declarandum, ſi vult producere accuſationem: quia ſi comparet accuſator, ceſſat inquiſitio, quod eſt remediū extraordinariū, alias offenſo declarante ſe nolle accuſare, tūc demum iudex pōt inquirere. Et ſimiliter debet facere citari conſanguineos proximiores offenſi, quibus à iure permittitur ius proſequendi ſuam vel ſuorum iniuriam, glo. eſt not. *in c. presbyter ſi à plebe 2. q. 4.* & Bal *in l. ſenatus. 5. c. l. C. qui accu. non poſſ.* & Spec. *in tit. de inquiſit. §. v. ſo, col. 6 verſ. porro ſi procedatur, &c.* & Cæp. *in cautela. 24.* quæ incipit: *Tu ſcias, &c.* vbi dicit debere ſtatui terminū ad deliberandum accuſare volentibus, & Bal. *in l. quamuis adu. terii. 30 C. de adult.* & Alex. *in addit. ad Bar. in d. l. ex lege. 2. § ſi ex publico. 5 col. 1 add. incip. not. materia, &c. ff. de adult.* Si enim iſta citatio prius non fieret, tunc quandoque ſuperueniente accuſatore ceſſaret inquiſitio: quia remedium ordinarium, prout eſt accuſatio, facit ceſſare extraordinarium, prout eſt inquiſitio, per ea, quæ habentur *in l. in prouinciali. 2. ff. de oper. noui nunc.* ſecundum Card. *in Clem. ſæpe. 2. §. fin. in 3 q. de verb. ſign.* quod quando procedat, & quid ſi ſuperueniat accuſator, poſt receptas probationes in inquiſitione, vide Bart. *in l. niſi igitur. 3.* (alias, *ſi maritus 4.*) *§. ſi autem fin. ff. de adult.* & Cyn. & Salyc. *in l. ea quidem 7 C. de accuſ.* & ibi etiam Bal. & Ioa de Anan. *in d. c. qualiter & quando. 24. el 2. §. licet. de accuſ.* & ibi etiam Fel. in fi. qui dicit communē opin. eſſe, quam tenet Salic. *in d. l. ea quidem*, & Ang. de Aret *in tract. malef. in verſi hæc eſt quædam inquiſitio, col. 10. verſ. quæro, an inquiſitus, &c.* & in tātum eſt hoc verum, quod etiam coram alio iudice poteſt fieri accuſatio, & impedit inquiſitionem cœptam coram alio, ſecundum Bal. *in d. l. ea quidem, in fin.* & Bart & Alex. *in d. l. 3 §. fin ff. de adulter.* Limita tamen † hoc non procedere in caſibus in quibus ſpe- 39
cialiter permittitur inquiſitio de iure, vel per ſtatutum; quia tunc inquiſitio eſt remedium æque ordinarium, ſicut accuſatio, & non ceſſaret per ſuperuenientem accuſationem, ſecundum Bat. *in extrauagant. ad reprimendum, in verſic. denunciationem, poſt prin.* ex hoc infert Ang. *in d. verſ. quæro, an inquiſitus, &c.* quod cum hodie communiter per ſtatuta permittatur inquiri de criminibus, nō tollitur inquiſitio per accuſationem ſuperuenientem; quia vnum remedium ordinarium non facit ceſſare aliud ordinarium, idem tenet Bartol. *in d. l. 3. §. fin. colum. 2. de adult.* Ex hoc igitur infertur, † quod in omnib. ca- 40
ſibus, in quibus licitum eſt inquirere de iure communi, prout eſt in crimine læſæ maieſtatis, & in aliis caſibus, qui traduntur per gloſſ. & Doct. *in d. l. ex lege Iulia. 2. §. ſi publico. 5. ff. de adult.* accuſator ſuperueniens, non facit ceſſare inquiſitionem. Item; quia in regno habemus literas arbitrales impreſſas in capitulis Regni: quarum vna incipit: *Ne tuorum.* alia incipit: *Si temporum,* quibus cauetur, quod in omnibus criminibus irrogantibus pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abſciſſionem, poteſt iudex procedere ex officio per inquiſitionem, & in omnibus criminibus, & iniuriis cōmiſſis contra perſonam eccleſiaſticam, pupillum, vel viduam: ſequitur, quod ſi eſt incepta inquiſitio in caſibus prædictis per illos Officiales, quibus eſt facta conceſſio literarum arbitralium, non tolleretur per ſuperuenientē accuſatorem; quia tunc vigore d. c. ſeu ſtatuti, inquiſitio dicitur remedium ordinarium, & per ea quæ habentur in conſtit. *Hi qui.* licet alias regulariter dicatur remedium extraordinarium, vt not. Barb. *in addit. ad Abb. in c. per inquiſitionem. 26. col. fin. de elect.* & Bald. *in l. non eſt ignotum. 1. C. de lib. & eor. lib.* & Abb & Doct *in rub de iudic.* & Dyn. *c. actus legitimi 51. de reg. iur. lib. 6.* & Cardin. *in conſil. 1 in tit. de pœn.* & ideo dicitur extraordinarium; quia eſt contra iuris regulas, vt dixi ſupra *in princ. huius 6. partis, in 2. col.* quod reſtringe, vt dicam infra *in 8. limit.* Limita ſecundo non procedere, † quando inquiſitus data opera hoc affecta- 41
ret, & procuraret, quod ab aliquo accuſaretur coram alio iudice, ad effectum impediendi inquiſitionem, quia tūc talis actus, effectus, & procuratus ſibi non prodeſt, & talis accuſatio procurata non impediret inquiſitionem. Ita tenent Bald. & Ang. *in l. ſi ſeruus plurium. 50. §. 2. ff. de leg. 1* facit text. *in l. ſpadonem 15 § fin.* alias *§. 15. de exc. tut. & Inſt eod. tit. §. item tria onera.* & quod tenent Bart. & Alexan. & Dd. *in l. ſi vero. 5. ff qui ſatiſd. cog.* Limita tertio † non 42
procedere, quādo iudex antequam inquireret, interro-

terro-

terrogaſſet offenſum, an velit accuſare, & ille dixiſſet, quod non; quia ſi iudex incœpit inquirere, non poteſt poſtea offenſus accuſare, & impedire proceſſum inquiſitionis, ſecundum Bal. *in l. accuſationem.* 6. *col.* 1. *C. qui accuſ. non poſſ.* & Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. niſi igitur.* 3. alias *ſi maritus.* 4. *§. ſi autem. fin. ff. de adult.* in addit. quæ incipit; *Adde Innoc. &c.* & Ber. Land. *in addit. poſt Ang. de male. in verſ. hæc eſt quædam inquiſitio, &c. col.* 10. in addit quæ incipit; *ordinariũ, &c.* LIMITA quarto non procedere, † quando fuit
43 proceſſum ſuper inquiſitione, etiam poſt ſuperuenientem accuſationem, & nihil fuit oppoſitum ex parte rei; quia tunc valet vterq; proceſſus: & illud, quod dicitur inquiſitionẽ impediri per accuſationem, intelligitur, ſi opponatur, alias ſecus: ita tenet
44 Bald. *in l.* 1. *in fin. verbis. C. de furt.* Item † LIMITA quinto non procedere, quando is, qui accuſat, prius denunciaſſet iudici, vt procederet ad inquirendum contra talem, quia eum habet ſuſpectum de tali crimine: nam non poteſt poſtea ipſum accuſare, ex quo videtur elegiſſe illam viam denunciationis, vnde nõ facit ſuperſederi inquiſitioni: ita tenet Spec. *tit. de inquiſit. §. nunc videndum. verſic. vlt. §. quæritur.*
45 LIMITA ſexto non procedere, † quando iudex videret accuſationem eſſe ſuſpectam, puta, de colluſione; quia tunc debet ceſſare ab inquiſitione: ita colligitur ex not. per Io. And. *in addit. Spec. in tit. de inquiſit. §. viſo, in* 5. *col.* in addit. incip. *terminum, &c. poſt medium,* & Ber. Land. *in loco ſupra alleg. in* 3. *limit.* Et poteſt colligi colluſio in caſu iſto, ex cauſis & perſonis, ſecundum Bal. *in l. ea quidem.* 7. *col. fi. C. de accuſ.* vbi plus dicit, quod iudex debet ſuper hoc interloqui, ſi videbitur. Quomodo autem probetur colluſio, vide Abb. *in c. de his.* 6. *col. fi. de accuſ.* LIMI-
46 TA ſeptimo non procedere, † quando accuſator fuit cauſa promouendi inquiſitionem, vt quia ad eius inſtigationem fuit formata inquiſitio: nam tunc nõ admittitur, ſi vult accuſare, ex quo promouendo inquiſitionem videtur illam viam elegiſſe, ita tenet Bal. *in d. l. ea quidem col. fi. verſ. tu dic, &c C. de accuſ.* & Bar. *in d. l.* 3. alias, 4. *§. fin. col.* 2 *ff. de adulter* LIMITA octauo non procedere, † quo ad probatio-
47 nes receptas ſuper inquiſitione; quia accuſatio ſuperuenit poſt receptas probationes, non tollit effectum illarum probationum, ſed remanent in robore ſuo ad delictum puniendum Ita tenet Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de inquiſit. §. viſo. in d. addit. quæ incipit: terminum. &c.* & Gand. *in tract. maleſ. ſub tit. quomodo de mal cogn per inquiſit. colum. pen. in fin & colum fin.*
48 LIMITA nono, † non procedere de iure canonico; quia ſecundum Canones inquiſitio eſt remediũ ordinarium, vnde non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem; quia iudex poteſt inquirere etiam nõ monito offenſo ad accuſandum. Ita tenet Card. *in Cl. ſæpe.* 2. *§. fi. in* 3. *q. de verb. ſign.* & idẽ Card. *in c. qualiter & quando. el* 2. *de accuſ.* de cuius dicti veritate vide ibi per Ioan. de Anan. OCTAVO principaliter requiritur, & vt † procedat inquiſitio quod inquiſitus 49
nõ fuerit alias de illo crimine accuſatus, vel inquiſitus, & abſolutus: quia alias fuiſſet legitime abſolutus, non poteſt iterum de eodem crimine inquiri, tex. eſt, & ibi Abb. & Dd. *in c. de his* 6. *de accuſ.* & idem Abb. & Ioan. de Anan. *in c. fi. de coll. deteg* & text. *in l. licet gratis.* 6 *pen. §. fin. ff. nau. caup. ſtab. & l. ſicut.* 7. *§. idem* 4. *vbi Bart. ff. de accuſ.* & Alexan. *in conſil.* 2. *col. pen. in* 1. *vol.* & vide Cœp. *in conſil.* 66. & Lud. Roma. *in cõſil.* 243. *& l. ſenatus.* 14. *& ibi Bar. ff. de accuſ.* idẽ ſi fuiſſet ſemel condemnatus & punitus, quia non poteſt vlterius accuſari, neque inquiri, ſecundum Alexan. *in d. conſ.* 11. *col. pen.* per *l. ſepulchri.* 6. *la.* 1. *ff. de ſepul. viol.* LIMITA primo, hanc regulam non procedere, quando † ſententia abſolutoria eſſet lata per colluſionem, & præuaricationem; quia tunc poteſt iterum inquiri, tex. eſt & ibi Abb. & Io. de Ana. *in d. c. fi. de coll. deteg. & l. præuaricationis.* 3. *§. nam ſi* 1 *ff. de præuar. & l. ſi quis homicidii.* 11. *C. de accuſ.* & Ioan. And. *in addit. Spec. tit. de inquiſit. §. viſo, col.* 5. in addit quæ incipit: *terminum, &c. circa med* & Abb. *in d. c de his.* 6. *col. fin. de accuſ.* vbi pulchre declarat, quomodo probari † poſſit colluſio; & dicit, inter alios modos 51
probandi colluſionem, etiam hanc eſſe, ſi accuſator conuerſetur cum accuſato, tunc nõ præſumitur colluſio inter eos Item tenet Bar. *in l.* 1 *§. præuaricatorem* 6. *ff. ad Turp.* Item præſumitur colluſio, ſi poſt lit. conteſtat. non comparent, nec accuſatus nec accuſator in termino ſtatuto per iudicẽ, vt not Matt. *in conſtit Sæpe contingit. col.* 1. & per illam conſt. eſt ſtatuta pœna in regno contra colludentes in cauſa criminali poſt litem cõteſt. & eſt pœna centum Auguſtalium. LIMITA ſecundo procedere, † quando la- 52
ta eſſet ſentẽtia abſolutoria diffinitiua: ſecus, ſi eſſet ab obſeruatione iudicii: quia poteſt tunc iterum inquiri, & iterum accuſari: & talis ſententia non patit exceptionem rei iudicatæ: ita declarat Abb. *in d. c. de his, col.* 1. *de accuſ* per *l. libellorum.* 3 *ff. de accuſ* & Fel *in d. c. de his, col* 1. Contrarium videtur tenere Spec. *in tit. de abolit. §* 1. *verſ. porro.* vbi facit non differentiam, an quis ſit abſolutus diffinitiue, vel ab obſeruatione iudicii; nam vtroque caſu dicit non poſſe iterum accuſari, ſed dic quod prima opinio eſt verior, & dictũ Spec. oportet ſaluari & intelligi ſecundum limitationẽ Fel. *in d. c. de his, col.* 1. vbi dicit, quod de iure canonico abſolutus ab obſeruatione iudicii, non poteſt iterum accuſari ab eodem, qui primo accuſauerat, ex quo per primam accuſationem fuit effectus inimicus. Et † de iure canonico inimici repellun- 53
tur ab accuſando, vt habetur *in c. repellantur.* 7. *& in c. cum P. Manconella* 10. *& in c. cum oporteat* 19. *de accuſ.* Poteſt tamen accuſari ab alio tertio, ſed de iure ciuili poteſt indiſtincte iterum accuſari tam à primo, quam ab alio: quia inimici de iure ciuili non repelluntur, ſecundum Fel. *in d. c. de his.* vnde pro ſaluanda opinione Spec. oportet ipſum intelligere de iure Canonico, & vt non poſſit accuſari ab eodem, alias ita

ita

ita ſimpliciter male loqueretur per *d. l. libellorum. 3. § quod ſi libelli. 1.* LIMITA tertio, † prædictam regu-
54 lam procedere, quando quis accuſaretur ab eodem, qui primo accuſauit, vel inquiri facit: quia obſtat illi exceptio rei iudicatæ. Secus, ſi accuſaretur ab alio tertio, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequeretur, & ignoraret accuſationem fuiſſe ab alio inſtitutam: quia poteſt accuſare propter eius ignorantiam non obſtante abſolutione. Secus ſi ſciniſſet accuſationem, quia ĕt tertio obſtat exceptio rei iudicatæ: ita tenet Bar. per illum tex. *in d. l. ſi cui. 7. §. eiuſdem. 2.* alias *iiſdem criminibus ff. de accuſ.* & Abb. *in d. c. de his, col. fi. de accuſ.* & Lud. Rom *in conſ. 213.* & Alex. *in conſ. 11 col. pen. in 1. vol.* & ibi declarant, quomodo probabitur iſta ignorantia vel ſcientia. LIMITA quarto † non procedere, quando quis eſſet abſolu-
55 tus per tranſactionem factam cum parte, & non per ſententiam: quia ſi tranſactio valuit, licet ipſe tranſigens accuſare non poſſit; tamen alius tertius poterit de nouo accuſare, vel inquiri facere: & ſi trãſactio non valuit, põt etiam ipſe primus accuſator iterum accuſare: ita tenet Fel. *in d. c. de his col 1. verſ. 2. limita, &c de accuſ.* & ibi ĕt Abb. & alii Dd. Multo fortius põt iudex inquirere, non obſtante tranſactione, in caſibus, in quib. tranſactio fieri non potuit in præiudicium fiſci, vt modo dicam. Et in hoc differt ſententia à tranſactione, quia ſententia facit ius, q̃ ad omnes, vt dixi in præcedenti limitatione, ſed tranſactio non facit ius, niſi quo ad tranſigentem tãtum: ita tenet Bal. *in l. tranſigere. 18 in 4. & 5. oppoſi. C. de tranſ.* vnde põt aliꝰ accuſare, *l. qui cœtu. 5. §. qui vacantem. 2. ff. ad leg. Iul. de vi publ.* & põt iudex inquirere, vt habetur *in c. 1. de coll. deteg.* & ibi Abb. *in fi. col.* ita declarat Alex. *in d. l. tranſigere, col. 1* & ibi etiam Iaſ. *in 1. col. in prin.* Verum in hoc ſtat differentia; quia quo ad illum proceſſum, & illam inſtantiam cœptam, tranſactio facit ius quo ad omnes, ĕt quo ad iudicem ideo, ꝙ tertius accuſator non poteſt eundem proceſſum proſequi, nec iudex inquirens põt ex eodem proceſſu condemnare: ſed ille proceſſus remanet penitus extinctus per tranſactionem; vnde opus eſt incipere proceſſũ de nouo; & hoc in caſibus, in quibus tranſactio eſt permiſſa: ſed in caſib. non promiſſis à iure poteſt accuſator, & iudex proſequi eundẽ proceſſum, & eſt iſte effectus tranſactionis in criminalibus, ita declarat Bar. *in d. l. tranſigere, col. 1. in fi. & col. 2. in 4. oppoſi. & ſeq.* & ibi ipſum ſequitur Alex. *in 4. col.* & magis communiter Dd. & Abb. *in d. c. 1. col. fi.* Sed quando fit in caſibus non promiſſis, quod iudex poſſit inquirere ex eodem proceſſu, vt eſt tex. *in l. 2. C. de abolit.* Qui autem ſint caſus permiſſi, & qui
56 prohibiti tradũtur *in d. l. tranſigere.* Quid autem, ſi princeps generaliter facit indultum de omnib. delictis præteritis, quod intelligitur, ſ. parte offenſa concordata: pone modo, ꝙ offenſus accuſet, & pendente accuſatione remittat an iudex poſſit proſequi ex officio, nõ obſtante indultu, vide Luc. de Pen. tenentem, ꝙ ſic, *in l. ſi quis. 1 col. 25. in 5. q. C. de deſert. lib. 12. tit. 45.* Remanet ergo cõcluſio, † quod tranſactio 57
in caſib. permiſſis habeat hũc effectum, vt impediat ſaltem proſequi eundem proceſſum, non autem aliũ initiari per inquiſitionem iudicis, vel ad inſtantiam tertii accuſatoris; ſed ipſe trãſigens penitus excluditur, vt ſupra dictum eſt; & hoc eſt, ꝙ ſupra dixi, ꝙ tranſactio non poſſit fieri in præiudicium fiſci, & reip. cuius intereſt, vt delicta puniantur, *l. ita vulneratus. 51. ff. ad leg. Aq.* & ideo iudex pro cõmodo fiſci põt iterum inquirere ex nouo proceſſu. Et prædicta procedunt tam in delictis publicis, quam priuatis: nam licet in criminibus priuatis principaliter videatur priuatus offenſus, & non reſp. tamẽ exitus, & commodũ põt ſpectare ad fiſcum, propter pœnam criminalem; vnde tranſactio, quę fit in crimine priuato, præiudicat tantum ipſi offenſo tranſigenti, non autem fiſco: propterea iudex poteſt inquirere poſt tranſactionem, ſecundum Bar. *in l. iniuria. 1. §. vſq; adeo. 5. ff. de iniu.* & Bald. *in l. fallaciter. 3. C. de abol. lib. 9. tit. 42.* Et ſimiliter alius tertius, puta conſanguineus, qui paſſus fuit iniuriam per offenſionem conſanguinei, põt accuſare: ita hæc omnia declarat Bar. *in d. l. tranſigere. 18. col pen. in fi. & col. fi.* & ibi etiam Bal. quia magis clare loquitur *in pen. col.* Et † ex præ- 58
dictis infero ad vnam pulchram & quotidianam concluſionem, quod ſi aliquis paſſus fuit iniuriam in ſuam perſonam, & ante accuſationem vel poſt, tranſegit cum offendente, & remiſit ei omnem iniuriam, põt alius conſanguineus offenſi accuſare criminaliter illũ offendentem, non obſtante remiſſione offenſi, illa ratione attenta; quia iniuria facta vni, cenſetur facta omnib. de ſua cognatione, *l. lex Corn. 5 & ibi Bar. ff. de iniu. col. 2 in prin. C. de rapt. virg.* & Bal. *in l. ſi quis. 1 C. ſi quacunq; præ. pot.* & Bar. *in l. cum ſcimus, 22. C. de agr. & cenſi. lib. 11 tit. 48.* & Abb. *in c. cũ oporteat. 19. col. 2. de accuſ.* vnde tranſactio, & remiſſio vnius non præiudicat alteri accuſare volenti, per prædicta: ita in terminis tenet Bar. *in d. l. tranſigere, col. fin.* & ibi etiam Bal. *col pen. circa fin.* Nec prodeſt accuſato ſi dicat, quod habuerit remiſſionem ab eo, qui fuit principaliter offenſus; quia iſte agnatus venit pro iniuria propria: idem, non põt prodeſſe dicere: tu fuiſti præuentus ab offenſo, qui prius accuſauit, quia non dicitur præueniſſe, qui deſtitit per tranſactionem, ſecundum Bal. *in d. l. tranſigere. 18. col. fi. C. de tranſact.* & hoc etiam tenet ibi Franc. de Aret. *col. pen. in fi.* & ſecundam probat opin. Sal. *ibi per tex. in d. l. iniuria 1 § vſque adeo 5. ff. de iniur.* & prædictis adde Bar. *in l. ſi quis actionem. 3 fi. ff. de priu. delic.*

[Id quod author hic tradit verum eſt, cum accuſatio nomine publico in iudicium deducitur, non autem, cum priuatim. Nam crimine in iudicium priuatim deducto ſi offenſus ipſe, vel proximiores eius conſanguinei cum reo tranſegerint, alii remotiores causã criminis accuſando repetere non poſſunt; cum reus pacem, vel remiſsionem obtinuerit, a legitimo,

gitimo, & cæteris potiore accuſatore: vt per notat. *in l. 4. §. Cat.* & Bar. *in l. fi. ff. de verb. oblig. & in l. pro hærede. § vlt. ff. de acq. hæred.* tradit Cou. *lib. .. var. reſol. c. 10. n. 5.* & An. Gomez *tom. 2. var reſolut. c. 1. n. 35. limit 2. & cap. 3. n. 61* An autem minoris trãſactio, cum authoritate tutoris, vel curatoris, vel etiam ſolius tutoris, vel matris tutricis, ſi minor infans ſit, ſine conſenſu propinquorum, inita, valeat, & remotiores excludat? vide Viuiũ *in Syl. cõ. opin. lib. 2. opin. 564. n. 1. & ſeqq.* Et Gomez *d. c. 3. n. 66.* Item an extranei hæredes præferantur hæredibus ſanguinis, vide eundem Gomez. *d. c. 3. n. 64.* & Clar. *lib. 5. §. fin. quæſt 58 n. 32.* Et quid, ſi concurrat vxor, & hæredes, vel conſanguinei defuncti, an vxor tam in accuſatione, quam remiſſione præferatur, vide eundem Gomez *d. tom 3 c. 1. n. 52.* & Papon *Notar. tit. 1 lib. 6 tit de tranſact.* Et denique, an ſufficiat pacem, ſeu remiſſionem obtinuiſſe a maiori parte hæredum, an vero omnium conſenſus requiratur? vide apud Viu *in ſyl. com. opin. li 2 opin 565.*]

59 Item ex prædictis infero, † q hodie habemus in regno titũ magnæ curiæ, *n. 14* quę incipit: *Ite, q nullus laicus, &c.* quo cauetur, q nullus admittitur ad accuſandum, ſiue ad denunciandũ, tanquã vnus de populo, niſi ſuam vel ſuorũ iniuriã pſequatur per quẽ ritum dico, q hodie in regno quo ad accuſationem, non ſit differentia inter crimina publica & priuata; quia ſolum pſequens propriam, vel ſuorũ iniuriam, admittitur: vnde omnia crimina publica cenſentur redacta ad inſtar priuatorum, quo ad accuſationẽ, per hoc dico, q ẽt in crimine publico, ſi is, qui principaliter offenſus tranſigit vel remittit, admittitur ſuus conſanguineus tantum ad accuſandũ, qui ſuam vel ſuorum iniuriã proſequitur, ſicut in crimine priuato, & non admitteretur quilibet extraneus, & ita debet hodie reſtringi, & intelligi diſpoſitio *d l. qui cœtu. 5 §. qui vacãtẽ. 2 ff ad l. Iul. de vi pub.* Limitata tamẽ

60 prædicta, † q conſanguineus pôt accuſare pro iniuria conſanguinei, ſ criminaliter tantum, non aũt ciuiliter: nam ciuiliter pôt ſolum accuſare is, qui fuit principaliter offenſus, vel is, qui habet offenſum in ſua poteſtate, vt pater p offenſione filii: Idem in marito p offenſione vxoris: quia pater & maritus cenſentur offendi per offenſionem filii & vxoris. vnde accuſando vindicant ppriam iniuriam, & propriam nomine agunt, tex. eſt *in d. l. 1. §. fi. cum l ſequent. & ibi Bar. & Doct. ff. de iniur.* & probatur *in d. l. 1 § vſq; adeo.* & tenet Bar. *in l ambitioſa, 4 col 3. ff. de decret. ab ord. fac.* Iſtæ ergo perſonæ poſſunt agere ciuiliter & criminaliter ad earum libitum prout plene tetigi ſupra *in 5. parte, in 1. diſt col. 2. & 3.* Secus eſt in aliis conſanguineis collateralibus, puta in fratre; † quia p iniu-

61 ria fratris non pôt frater agere pprio nomine; quia frater non dicit pprie offenſus, ſed dolet tãtũ de iniuria fratris, & prætendit aliquod intereſſe, ſaltẽ affectionis, vt ſentit Alex *in l. ſi finita 15 §. ſi de vectigalib. 26 col 10. ff de dam. infect. & in l ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus 2. col. pen. ff. de verb. oblig.* vnde quia frater & alii collaterales non agunt propria nomine, vt dicit Bar. *in d. § Chryſogonus. 2 in fi.* & Bal. *in c. 1. §. ſimiliter. col. 1. in fi. quib. mod. feud. amit.* ſequitur, q nõ poſſunt agere ciuiliter ad æſtimationẽ iniuriæ: ita ſingulariter tenet Bar. *in d. l. lex. Corn. 5 ff. de iniur.* vbi ita intelligitur, q ipſemet Bar. dixit *in l. fi. ff de priu. delict.* & ſentit idem Bar. *in d. l. 1. § fi. ff de iniur.* in quib. locis dicit, q tantum criminaliter agere poſſunt conſanguinei, non autem ciuiliter, & iſtud ſequẽdo Bar. tenet ẽt Fel. *in c. literas 14. col. 2 in fi verſic. quarto limita, &c. de præſumpt.* Et per iſtam diſtinctionem puto poſſe reduci ad concordiam multas doctrinas, quæ videntur adinuicem contrariari. Nam Bar. Bal. Alex. & Franc. de Aret & omnes communiter Doct *in d. l. transigere. col. pen. & fi.* tenent, q ſi offenſus remittat iniuriam poſſunt alii conſanguinei accuſare. Idem tenet Bar. *in l. fi. ff. de priu. del.* ſed Bar. Alex. & Fran. de Aret. & Doct *in d. §. Chryſogonus.* & Alex. *in d. §. de vectigalibus.* tenent, q licet frater doleat de iniuria fratris, non tamẽ agit actione iniuriarũ, quia non eſt de perſonis numeratis *in l. 1. § fi ff de iniur.* nam per illas tantum perſonas iniuriam patimur, & non per alias. idẽ tenet Soc *in conſ. 21 S in .. col fi. in fi. col.* Et ſi iſta opinio vltima eſſet vera, ſequeretur, q facta transactione per offenſum, nullus alius conſanguineus admitteretur ad accuſandum, niſi eſſet pater vel maritus, & ſic penitus deſtrueretur id, q dicunt Doct. *in d. l. transigere.* vnde ego puto poſſe iſtas doctrinas cõcordari, ſecundũ diſtinctionem Bar. *in d l. lex. Corn. 5. ff de iniur. f.* aut frater vult agere ciuiliter ex delicto & non pôt quia offenſio non eſt ſua propria, vt dicit Bald. *in d. c. 1. § ſimiliter, quib mo. feud amit* vnde illa æſtimare non pôt: aut vult agere criminaliter ad vindictam publicam; & tunc pôt accuſare; quia ſua intereſt fratrẽ non offendi, & tanquã proſequẽs iniuriã ſuorũ, admitti debet: & q iſta fuerit intẽtio Alex. & Dd. *in d. §. Chryſogonus,* patet: quia loquuntur per verbum, agere, & non per verbum, accuſare. Dicunt enim, q frater non agit ex iniuria fratris: vnde debet intelligi ciuiliter; quia hoc importat verbum agere, vt not *in l. qui accuſare. 4. C. de edend.* alias autẽ fruſtra loquerentur leges dicentes licitũ eſſe pſequi ſuã vel ſuorũ iniuriam, *l neganda. 19. C. qui accuſ. nõ poſ.* & q diſponit ritus magnæ curiæ 14. incipiens: *Item q nullus laicus, &c.* vbi prohibet omnes accuſationes, quæ non fiunt per proſequentes ſuam, vel ſuorum iniuriam. Illud ergo, q diſponit *in l. iniuria. 1. §. idẽ ait. 9. fi. ff. de iniu* loquitur de iniuria ppria, q pôt in iudiciũ deduci ciuiliter & criminaliter; & tunc dicitur quis pſequi ſuam iniuriã Sed conſanguineus pſequitur iniuriam ſuorum, & ratione intereſſe ſanguinis, permittitur accuſare criminaliter, & petere vindictam contra offenſorẽ fratris ſui. Sed hic cadit oportunum dubium, vſque † ad quem gradũ admittantur cõſanguinei ad accuſandum, & pſequendũ ſuorũ iniuriã? 62
Bal. *in l petitionẽ. 13. C. de adu. diu. iud.* per illum tex. dicit, q appellatione ſuorum veniunt coniuncti vſque ad

ad quartū gradū. Alii dicunt, ꝙ dicuntur ſui vſq. ad
illum gradū, infra quē non coguntur teſtificari, qui
eſt ſeptimus gradus, vt *l. lege Iul. 4. ff. de teſtib.* ita tenet
Spec. *in tit. de accuſ. §. 3. in prin.* & ibi oan. And. *in addit.*
qui dicit, ꝙ appellatione ſuorū veniūt illi, qui poſſūt
agere ſine mandato, adeo, ꝙ Dd. multū variant ſuper
hoc, vt plene attingit Abb. *in d. c. de cætero 14 col. fi.* &
ibi etiam Fel. *de teſt.* & idē Fel. *in c. cum dilectus. 20. col.*
*fi. de accuſ.* & Alex. *in l. certis ex cauſis 2 ff. de accuſ.* ſed
Abb. *in c. cum oporteat 19. col 2. de accuſ.* dicit attendendam
eſſe cōſuetudinem patriæ, ſ. vſq; ad quem gradū
ſolet in illa patria durare affectio inter cōiunctos, ſed
Fel. *in d. c. cū dilectus. 20* dicit communem opinionē
eſſe, quam tenet Abb. *in d. c. de cætero. 14.* Ego puto dubiū
hoc poſſe clare decidi ꝑ tex *in d. l. lex Cor. 5. ff. de iniur.*
vbi enumerantur perſonæ vſq; ad ſobrinos. Vnde
dico, ꝙ in materia accuſandi, appellatione ſuorū veniunt
coniuncti vſq; ad ſextum gradum; quia ſobrini
ſunt in ſexto gradu, vt *Inſtit. de grad. §. ſexto gradu. 6.* &
miror, ꝙ alii Doct. non ponderarunt ad hoc per illū
text. per quē in propriis terminis deciditur iſtud dubiū,
& non eſt opus ire per ſimilitudines & mēdicata
ſuffragia. Adde tamen hic vnum pulchrum dictū, pro
ampliatione prædictorum, † ꝙ omnis iniuria, quæ fit
63 contra diuinam religionem, vel contra patriam, pōt
appellari iniuria propria, & quilibet pōt illā proſequi,
tanquā propriā, ita ſingulariter tenet Ang. *in § fi.*
*in Auth. quo. opor. Epiſ. col. 1. Nou. 6* Itē in terminis iſtis
64 appellatione † ſuorum, non veniunt ſpurii, ſecundū
Alex. *in conſ. 60. col. 4. in 2 vol.* Ex PRÆDICTIS modo
infero ad nōnullas vtiles, ac quotidianas practicas
in Regno. Et primo, ſi aliquis fuit offenſus, certū
eſt ꝙ pōt formare libellū accuſatoriū iniuriarū, æſtimādo
iniuriā ſecundū formam *conſi. Varietates.* Pone
modo, ꝙ eius frater, vel alius cōiunctus collateralis,
vult facere alium libellum accuſatoriū, & æſtimare
illam iniuriam peculiariter, vtrum poſſit? dico ꝙ nō:
65 quia † nō permittitur cōiuncto agere ciuiliter ad æſtimationē;
vnde talis libellus nō ꝓcederet per illam
aureā doctrinam Bar. *in d. l. lex Corn. 5.* ſed debet formare
libellū criminaliter, petēdo eum puniri pœna
iuris tradita *in l. fi. ff. de iniur* vel alia pœna, ſecundum
delicti qualitatē. Et nota pulchrum modū reficiēdi
libellū nouiter pōderatū; quia nō puto, ꝙ fuerit hactenus
per alios Doct. conſideratus. SECVNDO infero,
66 ꝙ in caſu prædicto, quando † cōiunctus vult agere
pro iniuria cōiuncti, nō debet mentionare iniuriā
propriā, nec ꝓpriā offenſā ſed debet dicere, ꝙ agit ꝓ
iniuria cōiūcti, ratione intereſſe ſāguinis ad publicā
vindictā: quia alias libellus nō procederet, per id, ꝙ
dicit Alex & Doct. *in d §. Chryſogonus.* Bal. *in d. c. 1. § ſimiliter.*
*quib. mod feud. amit. in vſi. feud.* TERTIO infero,
67 † & hæc eſt quædā limitatio ad ea, quæ ſupra dixi
de cōſanguineis, quod licet alias remittente offenſo
poſſit alius cōiūctus agere criminaliter, vt ſupra plu-
ries dictū eſt, tamē ſecus eſt in patre habēte plures filios,
quorū ſi vnus eſt offenſus, certū eſt, ꝙ actio cō-

petit patri, vt *d. l. iniuria 1. §. vſq; adeo. 5. & § fi. ff. de iniur. & l. ſed ſi vnius. 17 §. filiofamilias. 11. eod. tit.* Et pater pōt etiam filio inuito hāc iniuriam remittere, vt *d §. filiofamilias.* & eſt tex & ibi gl. & Bar. & Doct. *in l in perſona. 30. ff. de pact.* & Iaſ. *in l cōtra iuris. 28. §. ſi filius. 2. col. 3. ff. de pact.* adeo, ꝙ ſi pater remittit, non pōt filius agere, vt not. gl. *in c. cum illorum. 32. in verſic. paſſus eſt, &c. vbi Abb. & Doct. de ſentent excommunicat.*

[Adde Viuium *in ſyl com. opin. lib. 2. opin. 607. n. 1. cū aliis ab eo allegatis* Quod autē Viuius ibi inquit, patrē poſſe remittere iniuriā filiofamilias factā ex l Cornelia deſcendentem, aduerſatur Vlpiani reſponſo, *in l. 5. § illud. ff. de iniur.* cuius hęc ſunt verba: *illud quæritur, an pater filiofamilias iniuriam paſſo, ex lege Cornelia iniuriarum agere poſſit? Et placuit non poſſe, de eaque re inter omnes conſtat: ſed patri quidem prætoria iniuriarum actio competit filio vero legis Corneliæ. In lege Cornelia filiusfam. agere poteſt ex omni cauſa, nec cauere debet rem ratā patrē habiturū* Si igitur, vt Vlpianus hic inquit, patri pro iniuria filiofam. illata, actio l. Corneliæ nō competit, ſed ſoli filio, nec ad eā inſtituēdam patris conſenſus requiritur; ſequitur nec patrē eā remittere poſſe, ſed ſolā actionē prætoriā, quam ei competere Vlpianus ait Itaq; nec recte ii docēt, qui abſolute, & ſine diſtinctione dicūt, patrē poſſe remittere iniuriam filio illatā; cum id non in actione ex l. Cornelia deſcendente quæ ſoli filio competit, ſed tantū in actione prætoria patri competēte locum habeat. Quam diſtinctionem ēt probat, & ſequitur Fachin. *lib. 9. controuerſ iur. c 43.* & Schifordegher ad Fabrum *lib. 1. tract. 19. quæſt. 5.* quib. in locis ēt refutāt eos, qui abſolute negarunt, patrem remittere poſſe iniuriam factam filio, eo inuito, vt & eos qui dicunt, patris remiſſionē, non tollere actionem iniuriarum, ſed ſaltē ſuſpendere eius exercitium: cum contrariū in actione iniuriarum prætoria manifeſte deciſum ſit *in l. ſed ſi vnus. § filiusfam. ff. de iniur.* Vide de toto hac re Fachineum *d. c. 43.* & Schifordegherum in inſigni eius tractatu loco ſupra allegato, qui Frācofurti ad Mœnū Anno 1610. noſtris ſumptibus editus eſt.]

Vnde dico, quod in hoc caſu patre remittente, nō poſſunt alii filii, qui ſunt fratres offenſi, agere de dicta iniuria, nec accuſare aliquo modo. Et licet hoc dictū non reperiam ab alio deciſum; tamē ipſum firmo ratione ineuitabili; quia ſi patre remittente iniuriam filii, non pōt filius agere. & pōt pater ēt inuito filio remittere, ſecundum Bartol *in d §. filiofamilias. 11. & in d l. in perſona. 30.* & gl. *in d. c. cum illorum. 32.* Certe, ſi non poteſt agere ille filius, qui fuit principaliter offenſus, multo minus debet poſſe agere frater illius filii, qui non fuit offenſus, & qui eſt ſub eiuſdem patris poteſtate. Nam ſi patria poteſtas eſt ſufficiens ad repellendū filium offenſum, qui ſuam propriā iniuriā proſequeretur; multo fortius debet operari ad repellendū filium, qui ſuorū iniuriā proſequitur & poteſt addi alia ratio: quia omnes filii cū patre reputantur vna & eadē perſona, vt habetur

*in l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſth.* vnde ſicut tranſigens nō admittitur ad accuſandum, vt ſupra dixi; ita nec filius admitti debet facta tranſactione per patrem, qui vna & eadem perſona reputatur cum patre.

[Hanc opinionem etiam probat, & confirmat Viuius, *in ſyl. com. opin. lib. 2. op. 607. nu. 1. in fin.* vbi dicit, tranſactionem ſuper iniuriam filii à patre initam, non ſolum filio iniuriato, ſed etiam eius fratribus & conſanguineis nocere, per text. *in c. Quintauallis.* ibi, *pro offenſa quam filiæ ipſius* & ibi Bald. *in princ. ext. de iureiur* & Iaſ. *in l. in perſona. ff. de pact.* adde *deciſ. Capellæ Tholoſ. 241. cum ibi allegatis.* An autem patris tranſactio hoc caſu matri præiudicet, ne illa, de iniuria filio facta, accuſationem inſtituere poſſit, variant Dd. vt ibid. apud Viuium, *nu. 2* videre eſt.]

68 Limita tamen hoc non procedere, † quando pater eſſet vilis perſona, & filius honeſta; quia tunc pater vilis non poteſt remittere iniuriam illatam filio text. eſt & ibi Bart. *in d. l. ſed ſi vnius. 17. §. filiofam. 11. ff. de iniur.* & ibi gloſſ. *in d. l. in perſona* & Bart. *in l. Lucius. 38. ff. ſol. matr.* & glo. *in d. c. cum illorum. 32.* facit text. *in l. ſi cum dotem. 22. § eo autem tempore 5. & §. nec non. 6. ff. ſol. mat.* & per ſe hoc infert notabiliter

69 Bart. *in d. §. filiofam.* † quod pater vilis nō poteſt pupillariter ſubſtituere filio ſuo, & idem tenet Bart. *in l moribus. 2. ff. de vulg & pup.* quia ſicut pater non habet adminiſtrationē in vita ſuper filio, propter eius vilitatem; ita minime habebit illam in morte, ſecūdū Bart. ibi; facit quod not. Bald. *in l. quamuis. 15. C. de*

70 *fideic.* vbi dicit, † quod ſi pater eſt dilapidator, priuatur adminiſtratione bonorum filii; & tunc filius poteſt agere contra patrem. idem tenet Soc. *in d. conſ. 34 col. 3. concluſ. in 1. vol.* Et nota pulchrum modū annullandi ſubſtitutionem pupillarē, quia quotidie

71 euenire poteſt. Item limita non procedere, † quando iniuria eſſet illata à perſona coniuncta filio, quia tunc pater illam remittere non poteſt, vt tenet Bart. Ang. Imol. & Lud. Rom. *in d. l. Luc. 38. ff ſol mat.* & Iaſ. *in d. l. in perſona 30 ff. de pact.*

[Sed id, quod hic dicitur, non recte colligi, ex legibus hic allegatis, ait Fachin. *lib 9 cōtrouerſ iur. cap. 43. circa fi.* cum leges illæ non de iniuriis, ſed de querela inofficioſi teſtamenti, & aliis ibi memoratis, loquātur, nec recte extra cācellos ſuos extēdantur.]

72 Qvarto infero, † quod ſi aliquis coniunctus vltra ſextum gradum agere vellet de iniuria coniuncti, non debet admitti; quia non numeratur in numero ſuorum, ſecundum opin. quam ſupra tenui, per *d. l. lex Corn. ff. de iniur.* vnde obſtaret ſibi dictus ritus magnæ curiæ, incip. *Item, quod*

73 *nullus laicus, &c.* Vltimo, † quia ſuperius tractatū fuit de tranſactione in criminalibus, quādo ſit permiſſa, & quando prohibita, ſecundum formam *l. transſigere C. de tranſact.* ſcias, quod in regno ſuper huiuſmodi tranſactionibus, & concordiis, eſt aliquid immutatum, & nouiter prouiſum per conſtitutiones & capitula Regni. Primo enim ſuper hoc eſt quædam conſtitutio, quæ incipit: *Poſt citationem emiſſam* Secundo, eſt alia conſtit. quæ incipit: *Priuſquam citatæ partes.* alias eſt in litera; *Poſtquam*; ſed verior litera; *Priuſquam*; quia ita concordat cum alia conſtit. prædicta. Et pondera benē iſtas conſtit. quia videntur in aliquibus contrariæ adinuicem, & gloſſæ magis confundunt intellectum ipſarum. Nam conſt. *Poſt citationem emiſſam.* tota loquitur in criminib ingerentibus pœnam ſanguinis, in quibus & in iure communi licita eſt tranſactio, vt *d. l. transſigere.* & hoc expreſſe dicitur ibi in fine *verſic. quæ omnia &c.* Et propterea duæ glo. quæ ſunt in *d. conſt. vna, in verſ. impartimur,* & alia in *verſ. perſoluat.* faciunt variare intellectum dictæ conſtit. & puto, ꝙ male fuerunt ibi ſituatæ: nam per exceptiones, quas faciūt dictæ gl. & limitationes, quas ponunt ad text. innuunt, quod *d. conſtit. in princ.* ſui loquatur de iniuriis leuibus, quod nō eſt verum, & eſt contra illū tex. in *d. ver. ſi quæ omnia.* vbi text. ſeipſum declarat, per illud ſignum vniuerſale, *quæ omnia &c.* & dicit, quod omnia contenta in *d. conſt.* procedunt in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis: ergo non eſt verū, quod loquatur in delictis leuibus; vnde pro declaratione huius materiæ, & ad ſciēdum, in quibus corrigatur ius commune per conſtitutiones Regni; capio ex *d. conſtit.* tres concluſiones. Prima concluſio eſt, quod in criminibus ingerentib. pœnam ſanguinis, eſt permiſſa concordia inter partes gratis, non per tranſactionem ſcilicet aliquo dato, & iſta permiſſio durat poſt citationem accuſati, ante, quam partes compareant coram iudice, & non vltra: nam poſt comparitionem accuſati nō permittitur vltra talis concordia. Iſtud colligitur ex principio *d. conſtit.* Iſta concluſio eſt hodie contracta per aliam conſt. quæ incipit: *Priuſquam citatæ partes.* qua cauetur, quod in enormibus & atrocibus iniuriis non licet tranſigere etiam gratis, vnde cum *d. conſtit. poſt citationem.* loquatur in criminibus ſanguinis, & ſic in atrocioribus; ſequitur, quod eſt correcta per aliam conſt. quæ licet videatur prior in ordine, conſtit. tamen eſt poſterior, & magis noua, vt dicit d gloſſ. *in ver. perſoluat.* & And de Iſern. *in d conſtit. Poſt citationem, in primis verbis.* vnde ex dictis duabus conſtit. ſimul iunctis cum dicta correctione, colligo nūc veram concluſionē, quæ eſt quod de iure conſt. Regni in atrocioribus iniuriis & criminibus ingerentibus pœnā ſanguinis, nullo modo licet tranſigere. neque paciſci gratis in quacunq; parte litis: & tranſactio, vel pactū factum non valet, ſi curia ipſam vel ipſum non acceptat, hoc colligitur ex tota illa *conſtit. Poſt citationem* iuncta *d. conſt. Priuſquam citatæ partes.* Et procedit indiſtincte iſta concluſio, tam ante comparitionem partium, quam poſt: tam ante litem conteſtat. quam poſt. Ex iſta concluſione ſequitur conſequentia, quod iudex, nō obſtante tranſactione, poteſt proſequi ex eodem proceſſu, & non neceſſe eſt incipere proceſſum de nouo, ex quo tranſ-

actio

actio non valuit, vt dixi ſupra in prin. huius quartæ limitationis principalis, ad octauum requiſitum. Et per hoc apparet, quod hodie in Regno eſt correcta diſpoſitio *l. tranſigere. C. de tranſact.* in eo, quod permiſit tranſactionem in pœnis ſanguinis. Secunda concluſio, quæ percipitur ex dicta conſtitut eſt, quid ſi fiat tranſactio in dictis criminibus, aliquo dato accuſatori, vt à lite diſcedat, ſiquidem fiat ante, quam accuſatus citatus compareat, punitur accuſator ad duplum eius, quod recipit, quam pœnam fiſco reſoluit. Si vero fiat poſt comparitionem accuſati, & ante litem conteſtatam punitur accuſator ad decem auguſtales fiſco applicandos. Si vero fiat poſt litem conteſtatam, tunc puniuntur ambo, ſcilicet, accuſatus & accuſator, ad 12. auguſtales pro quolibet, & nihilominus iudex poteſt cauſam proſequi, vt probatur *in d. conſtitut.* ibi, *cauſa nihilominus ſuo ordine, &c.* Sed ſecundum formam ritus magnæ curiæ, ſi partes concordans ſine licentia curiæ, puniuntur ad decem tarenos tantum, vt eſt ritus, *num.* 228. qui incipit, *Item quod ſi partes, &c.*

74 Tertia concluſio † *ex d. conſtitut.* eſt, quod licitum eſt tranſigēti in dictis criminibus accipere aliquid ab accuſato pro expenſis & intereſſe, & pro æſtimatione damnorum; & tunc non incidit in pœnas prædictas, vt probatur *in §. 1. illius conſtitut.* non tamen intelligas, quod tunc valeat tranſactio in præiudicium fiſci; quia nunquam valet, ſed ſolum tunc euitatur pœna. Et per hoc ſis cautus, quando fiunt huiuſmodi tranſactiones in criminalibus aliquo dato, vt exprimatur, quod illud datur pro damnis & intereſſe, ad euitandum pœnam. Quartam concluſionem poteſt quilibet præcipere *ex d. conſtitut. in fin.* videlicet, quod in omnibus criminibus publicis, non ingerentibus pœnam ſanguinis, non eſt permiſſa tranſactio, niſi in crimine falſi; & in hoc concordat cum iure communi, ſcilicet cum *d. l. tranſigere in fin.* Quinta concluſio percipitur ex alia conſtit. quæ incipit, *Priuſquam citatæ partes* videlicet, quod in omnibus iniuriis leuibus permittitur tranſactio & pactum ante, quam partes compareant coram iudice poſt citationem, poſt vero comparitionem non permittitur, vt colligitur ibi à contrario ſenſu: nam tunc quæſitum ius curiæ, & iudex poſſet poſtea procedere ex officio, & per ea, quæ not. Bartol. *in l. iniuria. 1. §. vſque adeo. 5. ff. de iniur.*

75 Quæ † autem dicantur iniuriæ atroces, & enormes, traditur *in §. atrox 9. Inſt. de iniur. & in l. prætor. 7. §. fi. de iniur.* & not. gloſſ. *in c. tanta. de exceſſ. prælat.* & habetur *in c. cum illorum. de ſent. excom* Et quæ dicantur iniuriæ leues; vide Bartol. *in l. leuia. 6 ff. de accuſ.* & Matth. *in d. conſt. Priuſquam citatæ partes.* quæ conſtit. quo ad iniuriam atrocem & leuem, remittit ſe ad

76 ius commune. Ex † prædictis ergo caſuum diuerſitatibus poteris facere ſingulas continentias, ad ſciendum an & quando iudex poſſit proſequi, vel inquirere ex officio, non obſtante tranſactione partium. Et pro finali concluſione do iſtam magiſtralem regulam, quæ ex prænarratis recte colligi poteſt, & eſt talis. Quod in omnibus caſibus, in quibus prohibetur tranſactio poſt citationem emiſſam Iudex poteſt procedere ex eodem proceſſu: ſed ſi fit tranſactio ante citationem; tunc diſtingue; aut caſus eſt talis, in quo poteſt iudex inquirere ſine accuſatione ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, & poteſt inquirere, non obſtante tranſactione: aut non poteſt inquirere & tunc ceſſat inquiſitio, quia non fuit quæſitum ius curiæ, cum cauſa non fuerit præoccupata ſaltem per citationem. in caſibus vero, in quibus tranſactio permittitur, iudex non poteſt procedere ex eodem proceſſu, ſed debet nouum initiare, ſi caſus erit talis, in quo poteſt ex officio procedi, alias ſecus: quia tranſactio impedit iudicem penitus. vnde in delictis leuibus, in quibus ex officio procedi non poteſt, & trāſactio permittitur ante comparitionem partium poſt citationem, ſi fuerit facta tranſactio, iudex nullo modo poteſt procedere; ſecus ſi poſt comparitionem: & ita habes perfecte declaratam hanc materiam. Quid † autem, ſi accuſator non tranſigit, ſed collu- 77
dit cum accuſato præuaricando? Dic, quod punitur pœna centum auguſtalium, & præſumitur colluſio, quando in termino ſtatuto per iudicem non comparet, nec accuſatus, nec accuſator, de hoc eſt conſtitutio. quæ incipit, *Sæpe contingit,* & ibi per Matth. *in 1. col. in fin.* vt dixi ſupra *in 1. limitat.* Eſt † etiam & 78
alia conſt. quæ incipit, *Sponte volentibus.* quæ loquitur in cauſis ciuilibus, & dicit, quod ante litis conteſtationem nō licet tranſigere ſine licentia curiæ, alias reus tenetur fiſco ad tertiam partē eius, quod ſoluit actori pro tranſactione, & ſi negat ſe ſoluiſſe, & conuincatur de mendacio, punitur ad duplum dictæ tertiæ. Et per illam conſtit. corrigitur in aliquo, *l. poſtquam litig. 4 C. de pact.* vt dicit gloſſ. *in d. conſtitut.* Conſidera † tamen vnum pulcherrimum 79
dictum ex verbis dictæ conſtit. *Sponte volentibus.* ibi, *abſque vllius contumaciæ pœna, &c.* quod in cauſa ciuili ſi reus citatus fuit contumax, & accuſatus & bānitus & condemnatus ad tertiam partē mobilium, ſi poſtmodum ante litem conteſtat. tranſigat cum aduerſario, eſt immunis ab omni pœna contumaciæ Et ſic in cauſa ciuili ante litem conteſtat. poteſt fieri tranſactio in præiudicium fiſci, cui fuerat ius quæſitum ad pœnam contumaciæ. Et ſic not. ſingulare dictum; quia quilibet diceret contrarium, ſi non videret text. dictæ conſtitut. & ita ponderat illa verba Matth. *in 2. not.* licet ſecus ſit in cauſa criminali, quia ſi reus eſt contumax, non fit tranſactio in præiudicium fiſci, vt declarat idem Matth. *in conſtitut. Priuſquam citatæ partes. in 2. not.* vnde ſis cautus, ſi vis euitare pœnam contumaciæ in cauſa ciuili, vt procures fieri tranſactionem ante litem conteſtatam. Quid † autem, ſi accuſator non col- 80
ludit, ſed non comparet in vltimo peremptorio,

 & ac-

& accuſatus comparet, & eius contumaciam accuſat? in hoc eſt alia conſtit. quæ incipit, *Accuſatorum temeritatem.* qua cauetur, quod accuſator condemnatur ad ſextam partem mobilium, & ad expenſas taxandas per iudicem præcedente iuramen to accuſati. Si vero poſt litem conteſtatam in termino ſibi præfixo per iudicem accuſator non comparuit ad proſequendũ, punitur in tertia parte mobilium, & ſi poſtea vltra perſeuerauerit in deſiſtendo, punitur ad centũ auguſtales: & eandem pœnam patitur, ſi expreſſe poſt litem conteſtat. renunciat accuſationi, & de hoc eſt alia conſtitutio, quæ incipit, *Accuſatorum.* Verum iſta pœna eſt correcta per ritum magnæ curiæ; quia ſi accuſator deſiſtit ante litem conteſtat. punitur ſolum ad ſex tarenos, ſi deſiſtit poſt litem conteſt. punitur ad tarenos 12. Sed in cauſa ciuili ſi actor deſiſtit ante litem conteſtat. punitur ad tarenos tres, ſed poſt litem conteſtatam ad tarenos ſex. prout de his omnibus eſt ritus *in numer. 240.* ſub *rubric. de deſiſtentibus.* qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi accuſator, &c.* & ad hoc ſunt redu ctæ pœnæ Turpiliani, vt dicit Andr. de Iſern.
81 *in d. conſtitut. Accuſatorum temeritatem.* Sed † ecce, quia dictum eſt de pœna accuſatorum deſiſtentiũ, quid debet facere iudex circa proceſſum cauſæ: ex quo non apparet tranſactio nec remiſſio accuſatoris, ſed ſtat in ſuſpenſo cauſa propter eius abſentiam? in hoc eſt prodita noua prouiſio per c. Regni, quod incipit: *Ad conſultationem.* & eſt *in num. cap. 216.* quo cauetur, quod iudex debet ſubſtituere vnum idoneum in locum accuſatoris abſentis, qui cauſam accuſatoris proſequatur in terminis, in quibus reperitur, & ita iudex quam citius poteſt, procedat ad proceſſus deciſionem per condemnationem, & nihilominus contumaciam accuſato-
82 ris punire debet. Extat † etiam aliud c. Regni, quod incipit: *Ad audientiam. el. 2. nu cap. 203.* Quo cauetur, quod in caſibus, in quibus non vertitur intereſſe fiſci, licitũ eſt impunite accuſatori deſiſtere ante, quam accuſatus compareat: ſicut per conſtitut. Regni prouiſum erat, & vult ſe referre ad illam conſtitut. *Priuſquam citatæ partes.* Sed vbi vertitur intereſſe fiſci propter aliquam pœnam, iudex non admittit accuſatorem, niſi prius obliget ſe cum iuramento de non deſiſtendo ſine licentia curiæ. Et ſi poſtea deſiſtit, punitur de periurio, verum de iſto cap. fit mentio in dicto ritu magnæ curiæ, ſub rubric. de deſiſtentibus, vbi dicitur etiam, quod magna curia non ſeruat iſtud cap. *Ad audientiam.* & vere non
83 ſeruatur in practica. Vt † ergo ceſſent iſtæ pœnæ, impoſitæ tranſigentibus, & deſiſtentibus in criminalibus, prouideant accuſatores impetrare abolitionem accuſationis, quæ abolitio nihil aliud eſt, niſi accuſationis peremptio, conceſſa per interlocutoriam iudicis, vt declarat gloſſ. *in rubr. C. de abol.* & Speculat. *in tit. de abolit. §. 1. in princip.* Quam abolitionem iudex concedit cauſa cognita, vt habetur *in l. abolitio. 2. & l. fallaciter. 3. fin. C. de abol.* & dicitur *in conſtit Accuſatorum temeritatem. in fin.* vbi ſentit text. quod iſta abolitio debeat peti à ſolo Rege, & dicit ibi Matth. quod alius inferior à Rege nõ poſſit concedere abolitionem, per illam conſtitut. Vnde ſecundum eum eſſent correctæ omnes leges iuris communis, concedentes iudicibus & officialibus poteſtatem concedendi abolitionem: ſed ego non puto hoc eſſe verum; quia dicta conſtitut. non dicit, quod ab alio inferiore concedi non poſſit abolitio, ſed tantum dicitur, quod ſi petiiſſet à Rege, illam conceſſiſſet ex iuſta cauſa; vnde potius illa fuit accidentalis locutio legiſlatoris pollicentis ſe conceſſurum abolitionem ex cauſa, ſi ab eo peteretur, quam quod voluerit tot leges iuris communis corrigere, videlicet leges poſitas *in tit. C. de abolit.* Legum † enim correctio nunquam præſumitur, 84
niſi expreſſe appareat, *l. præcipimus. 32. in fin.* & *ibi Bartol. de appell. & l. ſancimus. 27 de teſtamen.* Reuertor † nunc ad alias limitationes ad iſtud octauum 85
requiſitum. Vnde quinto principaliter limita, non procedere, quando de crimine eſt diſcuſſum in iudicio per viam exceptionis incidenter: vt ſi in quæſtione ciuili opponatur contra teſtem exceptio falſi, & per viam exceptionis cognoſcitur de crimine falſi; nam tũc dato, quod abſoluatur, poteſt nihilominus iterum accuſari vel inquiri ordinarie in caſibus, in quibus ex officio inquiri poteſt. Idem, ſi fuiſſet condemnatus de crimine per viam exceptionis; quia poteſt iterum ordinarie procedi contra eum; & ratio eſt; quia quando per viam exceptionis agitur de crimine, non irrogatur pœna ordinaria à lege inducta, ſed pœna extraordinaria mitior: vnde quia delictum non fuit ſufficienter punitum, propterea poteſt iterum agi, vt puniatur ordinarie, ita tenet Bald. *in l. vbi falſi. 22. C. de falſis.* & Bald. *in l nullum. 14.* alias 12. *C. de teſtib.* & Felin. *in c. de his. 6. verſic. tertio limita, &c. de accuſ. & in c. quod olim. 12. in fin. de Iudæis.* & Ludou. Roman. *in conſil. 375.* illa enim pœna extraordinaria irrogatur ſolum pro contemptu iudicis, & non pro principali delicto, ſecundum Baldum, vbi ſupra. ſed quandoque ſolet irrogari pœna ordinaria, etiam per viam exceptionis; & tunc non poſſet vlterius inquiri: vnde tunc ſtaremus ſub regula: Quod quando ſit; & quando tale delictum nullo modo eſt punibile, vide plene per Abb. *in c cum dilectus. 2 col. 11. & 12. de ord. cognit.* & pleniſſime per Felin. *in c. 1. de except.* vbi per octo concluſiones examinat hanc materiam. † LIMI- 86
TA ſexto non procedere, quando quis eſſet abſolutus vel condemnatus de crimine per viam denunciationis Euangelicæ: quia poteſt iterum inquiri & condemnari ad pœnam ordinariam: & eſt ratio: quia per dictam denunciationem agitur tantum, vt quis emendetur, non autem vt puniatur, ſi tamen iudex proceſſit ordinarie, & legitimam pœnam impoſuit: tunc ſtamus ſub regula: ita tenet

tenet Fel. *in d. c. de his. 6. verſi. 4. limita, &c. de accuſ.* & Sal. *in l. ea quidem. 7. C. de accuſ.* & de materia huius denunciationis, quis ſit eius effectus, tradit plene Abb. *in d. c. nouit. 13. in pen. col. de iud.* & dicam infra in materia denunciationis.
87 † LIMITA ſeptimo, non procedere, quando quis fuit abſolutus in foro pœnitentiæ; nam licet confiteatur delictum ſacerdoti, & ab eo recipiat pœnitentiam ſalutarem, adhuc tamen poteſt accuſari, & puniri iterum de illo crimine. Et ratio eſt; quia per pœnitentiam fit ſatisfactio Deo, & eccleſiæ, ſed per pœnam legitimam fit ſatisfactio reipub. quæ per delictum fuit offenſa, ita tenet Felin. *in c. de his 6. verſ. quinto limita, &c.* & ibi etiam Abbas aſſignat rationem prædictã, & probatur *in l. licitatio* alias *locatio vectigalis. 9. §. quod illicite. 5. ff. de public. & vectig. & in l. ancillæ. 12. C. de fur. & l. ſi pro fure 7. § 1. ff. de cond. furt.* & ſic vna per aliam non tollitur, vt ibi habetur.
88 † Idem etiam dicimus in remiſſione facta in foro animæ, vt ſi offenſus confiteatur ſacerdoti, & remittat iniuriam in foro animæ; nam nõ obſtante tali remiſſione, poteſt accuſare offenſorem, ad pœnam legitimam; quia cenſetur ſolum remiſiſſe odium & animi rancorem, non autem ius accuſandi, ſecundum Barto *in l. non ſolum 11 §. iniuriarum. 1. ff. de iniuriis.* & Abb. *in c. 1. de iniur.* & Iaſ. plene *in l. ſi tibi decem. 17. §. quædam. 1 ff de pact.* & Ioan. de Ana *in c. 1. colum. antepenult. in fin. & penult. de maled.* & Paris *in tract. syndic in ver. compoſitio, colum. 8. & 10.* & Felin. *in d. c. de his, colum. fin.*

[ Adde Couarru. *lib. 2. variar reſolution. capit. 10. num. 3 & 7* ]

89 LIMITA † octauo, niſi de crimine actum fuerit ciuiliter, puta ad rei reſtitutionem, ſeu damna; quia adhuc poteſt agi criminaliter ad pœnam, niſi vtrumque tenderet ad vindictam; quia tunc vna via tollitur per aliam, tex. eſt *in l quod ſenatus. 6. & l. prætor edixit. 7. §. 1. & ibi Bartol. ff. de iniur.* & not. Felin. *in d. c. de his 6 colum. penult. verſicu. ſexto limita, de accuſat.* vbi limitat hoc, niſi in cauſa ciuili reus fuiſſet abſolutus ex eo; quia delictum non fuit commiſſum; quia tunc ab eodem criminaliter accuſari non poteſt, ſed à tertio, ſic ſecundum eum. Et prædictis adde Bartol. *in l* [illegible] *C. quando actio ciuil. crimin. præiud.* & plenius Bartol. *in l prætor. 2. § hoc edicto. 1. vi bonor. rapt.* † Et ex prædictis
90 poſſit formari quæſtio quotidiana. Quidam commiſit homicidium, vel aggreſſus fuit aliquem violenter, adeo quod de iure teneretur pœna legis Cornel. de ſicar. vel l. Iulia de vi, vel alia ſimili pœna maiori, offenſus accuſat ipſum de iniuria ciuiliter, & ſic de crimine tantum priuato; vtrum per huiuſmodi accuſationem, & pœnam iniuriæ, quæ eſt extraordinaria, præcludatur pœna l. Cor. ſeu l. Iuliæ. Ratio videtur facere, quod ſic, ex quo vtraque tendit ad vindictam, per ea, quæ ſuperius dicta ſunt: econtra vero videtur dicendum quod non; quia de facili reperitur via fraudandi pœnas iuris, ſi homicida, vel alius grauiter criminoſus puniretur ſola pœna iniuriarum, & ſic delictum ſemper remaneret inſufficienter punitum, & eſſet contra publicam vtilitatem, *l. ita vulneratus. 51. ff. ad leg. Aquil.* pro prima parte eſt text. *in l. quod ſenatus. 6. ff. de iniuriis.* Pro ſecunda parte eſt tex. *in l. prætor. 7. §. 1. eodem titu.* Quid dicendum? Dic, quod prima pars eſt vera, ſcilicet quod ſi eſt actum ad vindictam vna via, poteſt agi alia ad vindictam, per *d. l. quod ſenatus.* nam ſententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia, ſecundum Barto. *in d. l. 2. §. 1. ff vi bon. rap.* Hoc tamen intellige, cum aliquibus declarationibus. † Vnde declara, & limita hoc non pro- 91
cedere in crimine homicidii; quia in eo non auditur volens agere iniuriarum, & eſt in eo ſpeciale, vt non præiudicet pœnæ l. Corn. de ſicar. imo iudex non debet præſtare audientiam taliter agenti. ita loquitur text. *in d. l. prætor edixit. §. 1.* & ibi in ſpecie hoc tenet Bart. & idem Bart *in d l. fi. C. quando ciu. act. crim. præiud.* imo poteſt Iudex cogere offenſum, vt accuſet de homicidio: vt dicit Barto. *in l. in eum. 15. ff de accuſ* vbi dicit hunc eſſe caſum ſpecialem, in quo Iudex poteſt quem compellere ad accuſandum, in aliis autem criminibus eſt regulariter contra. Adde prædictis Bald. *in l. ſi quis homicidii 11. C. de accuſ* † Secundo, declara & intellige prædicta procedere, quando accuſatus de iniuria ad vindictam, 92
accuſaretur iterum ab eodem: quia tunc indiſtincte non admittitur: quia ſi eſt ſententiatum, obſtat ſibi exceptio rei iudicatæ, ex quo bis de eodem delicto non debet capi vindicta: imo ſi penderet adhuc prima accuſatio, obſtaret exceptio, ſcilicet quod de nouo accuſari non poteſt, ex quo fuit alias de eodem crimine accuſatus: quæ exceptio impedit proceſſum ſuper noua accuſatione, ſecundum Bar. *in l ſenatus. 14. ff de accuſ.* Item; quia eligendo vnam viam tendentem ad vindictam, cenſetur renunciaſſe alteri tendenti ad vindictam: ex quo ius non patitur huiuſmodi concurſum, per ea, quæ not. Bar. *in d. l. 2 §. 1. ff. vi bon. rapt. & in d l. prætor. ff de iniur. & in d. l. quod ſenatus, eo & in l. 1 C quando ciui. act. crim. præiud.* & Abb. *in c. tuæ. ſ. de procur.* Secus eſt, quando dictus offendens accuſaretur ab alio tertio, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur, & maxime, quando ignoraſſet primam accuſationem; quia tunc poteſt tertius accuſare ad pœnam legitimam & ordinariam, quæ deſcendit ex illo crimine, vt probatur *in l qui de crimine. 9. & ibi glo. & Docto. C. de accuſ* & per ea quæ dixi ſupra *in tertia limitat huius octaui requiſiti.* & ſupra *in princ. huius 8. limit.* & not. Felin *in c. de his 6. verſ non olim de accuſat.* Verum in terminis huius quæſtionis dico: quod ſiue ignorauerit, ſiue ſciuerit, poſſet alius tertius iterum accuſare, quando accuſatus fuit ſolum de iniuria leuiter punitus; quia ſi opponitur exceptio: ego fui alias de hoc crimine punitus: poſſem replicare,

plicare, quod non fuiſti ſufficienter punitus, & ſic re accuſo, vt iterum puniaris ſufficiẽter pœna, quæ delicto cõmenſuretur, vt not. Bald. *in l. nullum.* 14. alias, 12. *C. de teſtib. & in l. vbi* 22. *C. de fal.* & Alex *in add. ad Bar. in l lex. Cor.* 5. §. *ſi quis lib.* 9. *ff. de iniur.* vbi dicit, quod quando non irrogatur pœna integra, poteſt quis puniri iterum, non obſtante, quod ambæ viæ tendant ad vindictam. Quod corrobora per ea, quæ dixi ſupra *in 5. limitat. huius* 8. *inquiſiti.* & adde Felin. *in c quod olim 12. in fin de Iudæis* Ex his oritur tertia declaratio ad deciſ. quæſtionis prædictæ, ſcilicet vt procedat, quando quis fuit ſufficienter, & integre punitus; tunc enim ſi actum fuit ciuiliter ad vindictam, non poteſt agi criminaliter, alias ſecus; quia poteſt iterum agi, ſcilicet per tertium, non per eundem, qui electione excluditur per prædicta. Et ſic tollitur obſtaculum, quod fiebat in deciſione huius quæſtionis ſupra, pro 2. parte, ſcilicet, de abſurdo, quod delictum remaneret inſufficienter punitum; quia poteſt puniri poſtea ſufficienter per accuſationem alterius, vel per inquiſitionem iudicis, ſi delictum erat tale, de quo poterat inquiri, vt
93 infra dicam. Item † quia in propoſitione huius q. narraui, quod offenſus egit de iniuria ciuiliter, ſcilicet ad æſtimationem. Nam ſi egiſſet criminaliter de iniuria ad pœnã arbitrariam, eſt poſſibile, quod delictum puniatur ſufficienter; quia iudex vidẽs delicti qualitatem, poteſt arbitrari pœnam vſque ad mortem incluſiue, vt tenui, & declaraui ſupra *in 4. parte, in 1 di* ſuper illa quæſt. an iudex in pœnis arbitrariis poſſit ſe extendere vſque ad mortem, vbi fuit hæc quæſtio examinata ad ſaturitatem. Ex hoc ſequitur, quod ſi fuiſſet actum de iniuria criminaliter, & iudex arbitratus fuiſſet pœnam delicto conſentaneam, non poſſet vlterius ille offendens accuſari etiam per tertium: nec inquiri per iudicem, ex quo fuit ſemel ſufficienter punitus, per ea quæ dixi *in princ. huius* 8. *requiſiti* & quæ not. Alexan. *in conſil. 11. col. pen in 1. volum.* Sed quando fuit actum ciuiliter per principalem offenſum, non impeditur poſtmodum alius, puta, conſanguineus, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur agere criminaliter: quia ſolum agere criminaliter poteſt conſanguineus, vt dicit Bart. *in l. lex Cornel 5 ff. de iniur.* & ſentit idem Bartol *in l. iniuria. 1. § idem ait, 9 fin eod. tit.* & dixi ſupra *in quarta fallentia huius 8 requiſiti verſic. prædicta tamen limita, &c.* & actio ciuiliter per alium mota, non potuit ſuo iuri accuſandi præiudicare. Ex prædictis † facio vnam nouam illationem, quæ
94 quotidie euenit, quod ſi principalis offenſus accuſaret aliquem criminaliter de iniuria, & non pertranſegiſſet, non poſſet alius vllo modo eundẽ criminaliter accuſare. Verum vt omnes deciſiones includam, diſtinguo tres caſus. Aut enim prima accuſatio pendet, & non poteſt alius accuſare; quia obſtat exceptio impeditiua proceſſus, ſcilicet ego ſum de hoc crimine ab alio accuſatus, ſecundum Bart. *in d. l ſenatus. 14. ff. de accuſ.* Aut fuit lata ſententia condemnatoria ad pœnam ſufficientem, & minime poteſt ab alio accuſari; quia ſemel ſufficienter punitus non debet iterum puniri, per ſuperius dicta. Aut fuit abſolutus, ſciente nouo accuſatore, & minime poteſt accuſari, per ea, quæ habentur *in l. ſi cui. 7 §. iiſdem, 2. & ibi Bart. ff. de accuſ.* & dixi ſupra *in 3. limitat.* Remanent ergo duo tantum caſus, in quibus alius accuſare poſſet, ſcilicet, quando ſufficienter eſſet punitus. Item, quando eſſet abſolutus ignorante nouo accuſatore, vt colligitur ex prædictis, & ſemper loquor de nouo accuſatore, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur; quia de aliis non eſſet dubium, vt plene dixi ſupra *in 4. limitat.*

[De hac materia vide Couarruuiam *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10 num. 1. & ſeqq.* vbi egregie reſoluit hãc quæſtionem, Quando crimen ſemel in iudicium deductum, poſſit iterum in iudicio tractari?]

Nunc † reducam iſtam illationem ad practicam. 95
Quotidie euenit, quod vnus patitur iniuriam realẽ vel verbalem in corpus ſuum: pluries fuit dictũ ſupra, quod iniuria facta vni, cenſetur facta omnibus ſuis conſanguineis: modo iſte principalis offenſus porrigit querelam, ſeu accuſationem criminalem contra iniuriantem, vadunt etiam conſanguinei, & porrigunt alias querelas criminales iudici de eadem iniuria contra eundem. Dico indubitanter, quod iſtæ aliæ querelæ criminales conſanguineorum nõ debent admitti, durante querela offenſi, ſed bene poterunt adſiſtere in iudicio pro eorũ intereſſe ſuper querela offenſi, vt iniurians puniatur ſufficienti pœna. Et moueor iſta conſideratione. Nam per iſtam iniuriam, ex quo vnum eſt delictum, fuit ſemel tantum offenſa reſp. quando aliquis accuſatur criminaliter, agitur vt ſatisfaciat reipubl. per legitimam, vel ſufficientem pœnam, vt probatur *in l. licitatio* alias, *locatio. 9 §. quod illicito 5. ff. de publican. & l ſi pro fure. 7. §. 1. de cond. furt & l. ancillæ. 12. C. de furt.* & tenet Abb. *in c. de his. 6. colum. 2. de accuſ.* Sed eo ipſo, quod aliquis eſt ſemel accuſatus criminaliter, per hanc vnicam accuſationem non intenditur ad aliud, niſi vt ſatisfiat reipublicæ, cuius intereſt, vt delicta puniantur, *l. ſi cæteris. 14. C. de pœn. l. ita vulneratus. 51 ff. ad leg. Aquil* vnde ſi iſta ſatisfactio eſt facta per pœnam impoſitam, non debet alius accuſator idem petere: quia ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. Reus enim eo ipſo, quod pœnam legitimam paſſus eſt, ſoluit reipublicæ, quod debebat, vnde eſt à republica liberatus. Idem ſi ſatisfactio eſt in fieri, vt quia pendet proceſſus: nam omnes accuſationes tendunt ad vnam pœnam; ergo tanquam ſuperuacuæ ſunt repellendæ: quia potius vexarent reum indebite in diuerſis litigiis, quam quod Reipub. aliquam vtilitatem facerent, ex quo pro eius ſatisfactione vnica tantum accuſatio ſufficit. Ad hoc facit *l. ſi plures. 16. ff. de accuſat.* & quod not. Bald. *in l. ſi pluribus. 33. ff. de legat. 1.*

Quar-

96 Quarto † declara regulam, & deciſionem prædi-
ctam, vt non procedat in præiudicium iudicis ſin-
quirentis: quia ſi delictum eſt tale, de quo poteſt
inquiri ex officio, non obſtante, quod offenſus ege-
rit ciuiliter ad vindictam, poteſt nihilominus iu-
dex inquirere, & ipſum offenſorem pœna ordina-
ria punire: & ratio patet ad ſenſum; quia per actio-
nem ciuiliter intentatam, non eſt ſatisfactum Rei-
publ. ſed ſolum parti, vnde iudex habens poteſta-
tem inquirendi, poteſt delictum punire ſufficienter
per inquiſitionem, per ea q̃ habentur *in c. 1. de
coll. deteg.* & per ea quæ dixi ſupra *in ſeptimo requi-
ſito, in 1. & 5. fallentia.* Quia ſicut per tranſactio-
nem non poteſt pars impedire iudiciis inquiſitio-
nem, vt ibi fuit dictum; ita minime per actionem
ciuiliter inſtitutam, cum non poſſit diuerſitatis ra-
tio aſſignari. Secus autem eſſet, ſi criminaliter age-
ret de iniuria; quia tunc iudex poteſt irrogare pœ-
nam legitimam, illam arbitrando pro qualitate
delicti: & ſic non eſt opus alia inquiſitione, per ea,
97 quæ ſupra pluries dixi. LIMITA † nono, principa-
liter dictum requiſitum non procedere, quando de-
lictum eſt tale, de quo poteſt cognoſcere, & punire
iudex eccleſiaſticus, & ſecularis, vt de blaſphemia
Dei, vel de vſura, vel ſimili; quia licet fuerit quis
accuſatus, & punitus coram iudice eccleſiaſtico;
poteſt tamen adhuc iterum accuſari, & puniri per
iudicem ſecularem, & contra, & vna pœna aliam
non tollit, textus eſt, & ibi Abb. *in c. ſtatuimus. de
maled. & in c. felicis 5. §. ſuper hoc. de pœn. lib. 6.* & Abb.
*in c. tua. 5. de procura.* & Bald. *in l. placet. 5. C. de ſacro-
ſanct. eccleſ. & in l. ſi quis in hoc genus. 10. C de Epiſc. &
cler.* & Felin. *in c. de his. colum. fin. de accuſ.* & Ludouic.
Roman. *in conſil. 175.* Ex quo enim diuerſæ pœnæ
non imponuntur per diuerſas leges, vna pœna non
tollit aliam, ſed ambæ concurrunt, ſecundum Abb.
*in d. c. tua.* & eſt materia, quam plene ponunt Cyn.
Bald. & Salicet. *in l. qui ſepulchra 4. C. de ſepulch. viol*
Matth. *in conſtit. Multæ leges in 2. notab.* LIMITA
98 decimo † non procedere, quando aliquis fuit ac-
cuſatus de aliquo crimine coram vno iudice, &
fuit contumax; nam ſi iterum accuſatur, non po-
teſt opponere, quod alias fuit de eodem crimine ac-
cuſatus; quia contumax non opponit exceptio-
nem litis pendentiæ: ita plene concludit Bart. *in l.
ſepulchri. 6. ff. de ſep. viol.* & idem Bart. *in l. vbi cœptum.
30. ff de iudic* & Alexand *in l. quamuis. 11. ff. de in ius
voc.* plus dicit Bart. *in d. l. ſepulchri in fin.* quod ſi quis
pro eodem delicto fuit citatus coram duobus iudi-
cibus, & in vtroque foro fuit cõtumax, ſi fuit con-
demnatus ad pœnam contumaciæ per vtrumque
iudicem, poteſt bis exigi dicta pœna, & ſic pro eo-
dem delicto patitur quis duas pœnas contumaciæ,
licet contrarium videatur tenere Bald. *in l ſi pluribus.
33 ff de leg. 1.* vbi dicit quod ſoluendo ſemel pœnam,
liberatur. Mihi videtur, quod opin. Bart. ſit verior,
quia dubium de duabus pœnis pro eodem delicto
procedit in delicto principaliter cõmiſſo, quod eſt
vnum. Sed nos loquimur in pœnis contumaciæ, &
in rei veritate duæ fuerunt contumaciæ; & ſic duo
ſunt delicta, vnde non eſt mirum, ſi duæ pœnæ exi-
guntur. Nec poteſt dicere reus, non debuiſti facere
me contumacem in ſecundo iudicio, ex quo ſemel
eſt præuentus in primo; quia cum lex deneget ſibi
huiuſmodi exceptiones præiudiciales, vt ſupra di-
xi; ſequitur, quod tenebatur comparere etiam in ſe-
cundo iudicio: vnde quia non comparuit, hic ſunt
duo contemptus iudicum, merito duplici pœna pu-
niri debet. Et † per illud dictum Bart. *in d. l. ſepulchri.* 99
*in fine.* infero ad quæſtionem. Quotidie euenit,
quod debitor obligat ſe de ſoluendo pecuniam ad
certum tempus per publicum inſtrumentum, vel
obligationem factam penes acta curiæ, & ambæ
iſtæ ſcripturæ publicæ habent exceptionem para-
tam in Regno. De obligatione penes acta tenent
Alex. & Doct. *in l. cum pro quo. 17. ff. de in ius voc.* &
per Matth. *in dec 30. conſil. Neapol.* De inſtrumento
liquido, eſt ritus magnæ curiæ, qui incipit: *Item, ſi
qui debitores, &c.* Et in iſtis duobus caſibus eſt ſolitũ
fere in omnibus curiis huius Regni exigi pœnas pe-
cuniarias à debitoribus, quando accuſantur iſtæ
obligationes, vel inſtrumenta ad rationem tareno-
rum pro qualibet vncia debita, pone modo: Debi-
tor non ſoluit in termino, creditor accuſat ſibi ob-
ligationem, vel inſtrumẽtum, propter quam accu-
ſationem fuit condemnatus ad pœnam prædictam,
poſtmodum creditor prorogat terminum debitori,
quo termino elapſo, debitor non ſoluit. Creditor
iterum accuſat: quæro, an teneatur iterato ſoluere
aliam pœnam? Et dico, quod ſic, ex quo bis deliquit
contraueniendo, vnde bis debet pœnã ſoluere, per
illud dictum Bart. *in d. l. ſepulchri. in fin.* Vnum † ſu- 100
pereſt addere pro complemento prædictorũ. Quo-
niam pluries dictum eſt, quod quando quis non eſt
ſufficienter punitus, poteſt agi, vt iterum puniatur,
quomodo erit irroganda iſta pœna ſufficiens, vt
quis non ſentiat duplicem pœnã? Bart. tangit iſtam
quæſtionem *in d l. ſenatus. 14 col. fin. ff. de accuſ.* ſuper
illa quæſtione. Si accuſatus aliquis fuit de crimine,
nõ expreſſa qualitate, quæ crimen grauabat, vtrum
poterit iterum accuſari cum illa qualitate, vt plus
puniatur, & tenet, quod ſic. Et ſi fuit punitus ex pri-
ma accuſatione, qualiter ſit puniendus ex alia? Et
diſtinguit, quod ſi primo fuit punitus in pecunia; &
tũc venit ſimiliter puniendus in pecunia, ſed in ma-
iori ſumma, debet in hac ſecunda pœna ſuppleri id,
quod defecit in prima, ſi tamen ſecunda pœna eſſet
corporalis; & tũc debet pecunia ſibi reſtitui, ſi ipſam
ſoluerat, & ſi non ſoluit, non tenetur eam ſoluere,
ſed ſolam pœnam ſubibit corporalem. Sed totum
dubium ſtat, quando vtraq; pœna eſt corporalis, vt
ſi pro ſecunda accuſatione veniret amputanda ma-
nus, & pro prima fuit fuſtigatus, quid erit agẽdum,
ex quo prima non poteſt reſtitui? Bart. non decidit,

ſed reliquit cogitandum. Ego pro deciſione huius dubii, dico, quod tunc non punietur in corpus vlterius, ex quo prima non poteſt reſtitui. per ea, quæ not. Bart. *in l. eleganter. 24. § qui reprobos. 1. ff. de pig. act.* & Bald. *in c. at ſi clerici. 3.* alias, *& ſi clerici. de iudic.* & Paris *in tract. ſynd. in verſ. executio* vbi dicunt de condemnato, vt eruatur ſibi oculus dexter, ſi fuit per errorem erutus ſiniſter: non debet ſibi vlterius erui dexter, non obſtante, quod non fuit ſufficienter punitus, ſecundum ſententiam, ex quo prima executio reſtitui non poteſt: ita etiam concludo in caſu noſtro. Et hæc deciſio videtur eſſe de mente Iaſ. *in l. Iulianus. 60 col. 6. in fin. ff. de cond. ind.* Puto tamen, quod ſi illa pœna corporalis prius irrogata, fuit nimis leuis, attenta qualitate delicti, iudex poſſet commutare ſecundam pœnam corporalem in pecuniariam ad hoc, vt delinquens remaneat ſufficienter punitus, & hoc ex arbitrio ſibi a iure conceſſo ex cauſa, per text. & ibi Bartol. *in l. quod ergo. 13. §. pœna grauior. 7. ff. de his qui not. infam. & l. hodie. 13. & ibi gloſſ. ff. de pœn & l. reſpiciendum, 11. eod. tit.* 101 Sed poſſet † adhuc fieri dubium, ſi ex ſecunda accuſatione veniret irroganda pœna mortis naturalis; tunc videtur dicendum, quod non eſt curandũ, quod quis fuit corporaliter punitus: quia reus non indiget in caſu iſto reſtitutione pœnæ, ex quo mors omnia ſoluit, & iſta vltima, & grauiſſima pœna, omnes pœnas abſorbet: vnde videtur dicendum, quod debeat damnari ad mortem, non obſtante prima pœna. In contrarium videtur; quia licet aliquis veniat damnandus ad grauem pœnam; ſi tamen paſſus fuit aliquid in corpus, puta longam carcerationem, iſta eſt iuſta cauſa, vt pœna mitigetur, gloſſ. eſt not. *in l. ſi diutino. 25. ff. de pœnis.* in gl magna ibi; *quarto dicunt, &c.* & fit hoc ex quadam materia, vt dicit ibi gloſſ. vnde ita eſſet hic dicendum, vt illa pœna corporalis prius irrogata, ſit iuſta cauſa alleuiandi pœnã mortis. Puto tamen, quod totum hoc relinquatur in arbitrio boni iudicis, attenta qualitate delicti, perſonæ, loci, & temporis, per *l. aut facta. 16. in princ. § fin. ff de pœn.* & per *d. §. pœna grauior, & d. l. hodie.* Quid enim ſi delinquens eſſet aliquis homo facinoroſus, & ſeditioſus, vel ſi fuit crimen deteſtabile, puta læſæ maieſtatis, vel aſſaſinii, vel aliud ſimile? certe non eſſet tunc pœna mitiganda contra huiuſmodi ſceleratos non obſtante, quod aliam pœnam leuiorem in corpus paſſi fuerint: & econtra, ſi eſſet aliquis homo bonæ vitæ, & caſualiter repertus fuit in delicto, puta, homicidii; tunc iudex ex cauſa prioris pœnæ corporalis poſſet vti miſericordia in mitigando pœ-
102 nam mortis, per gl. *in d. l. ſi diutino.* Nono, † principaliter inquiritur ad validitatem inquiſitionis, quod fiat per iudicem competentem, alias non valet, vt *in toto tit. ſi à non comp. iud.* An † autem valeat
103 talis proceſſus coram incompetenti, & quid de confeſſione, vide Bartol. Alb. de Roſ. & Iaſ. *in l. magiſtratib. 12. ff. de iur. omn. iud.* & Bar *in d. l. diuus. 6 ff. de cuſt.* reorum Abb. & Doctor. *in c. at ſi clerici. 3. de iud.* in quibus locis dicitur, quod confeſſio facit indicium ad torturam coram competenti, & idem tenet Alexand. *in conſil. 13. col 4 in 1. volum.* Quod, qualiter, & quando procedat, vide Iaſ *in d. l magiſtratibus.* Sed iuxta † hoc moueo vnum dubium Quotidie quando iudices formant huiuſmodi inquiſitiones, ſo- 104
lent addere vnum coadiutorem ex parte curiæ eligendo vnum miniſtrum, ſeu nuncium, vel executorem curiæ, qui adſiſtat inquiſitioni, & cauſam ex parte curiæ defendat: vtrum hoc ſit de ſubſtantia inquiſitionis. vel ad quem effectum datur talis Coadiutor? Dic, quod non eſt de ſubſtantia; nam fama habet vim accuſatoris, vt ſupra dictum fuit, & poteſt fieri inquiſitio ſine eo, vt declarat Abb. *in c. cum clamor. 53. de teſtib* ſed fuit inductus procedendi modus per c. Regni, *num.* 171 quod incipit, *plerunque contingit.* quod capitulum innuit, quod iudices in inquiſitionibus debent adhibere Coadiutorem curiæ, ad effectum, vt ſi contingat ferri ſententiam abſolutoriam, reperiatur dictus Coadiutor, qui appellet ad ſuperiorem nomine curiæ, alias nemo appellaret, & ſic curia poſſet lædi per iniquam ſententiam. Si tamen iudex procederet ſine Coadiutore; tunc lata ſententia tenetur iudex quam primũ certiorare ſuperiorem de dicta ſententia lata, qui ſuperior infra menſem poteſt iubere iudici, vt mittat ad eum proceſſum, vt cauſam reuideat, perinde ac ſi eſſet appellatum. & ſi infra menſem ſuperior non reſcribit iudici, ex tunc lapſo menſe ſententia tranſit in rem iudicatam. Et ſi iudex non certiorauerit ſuperiorem, punitur arbitrio ſuperioris. Ita hæc omnia deciduntur *in d. c plerunque contingit* vnde dare Coadiutorem in inquiſitione, eſt vtile propter remedium appellationis: & quia releuatur iudex à certiorando ſuperiorem, ſed poteſt facere interponi appellationem ſub nomine Coadiutoris, & iſte Coadiutor alio vocabulo in iure communi appellatur Promotor inquiſitionis, ſecundum Abb. & Franc. de Aret. & Doct. *in d. c. cum clamor. 53. de teſtibus.* Decimo, † principaliter requiritur, vt procedat inquiſitio, quod iudex inquirat in caſibus 105
à iure permiſſis, & non in caſibus prohibitis; & quia hic melius, quam alibi cadit opportunum, ad hoc, vt iſta materia reddatur magis notabilis, inueſtigabimus, qui ſint illi caſus, in quibus iudex poteſt procedere ex officio ad inquirendum abſque accuſatione partis: quia etiam ſciemus caſus prohibitos, per regulam, quæ ſe habet, quod contrariorum eadem eſt diſciplina. Et præſuppono, quod regulariter inquiſitio eſt prohibita, per regulam iuris, quæ ſe habet, quod nemo ſine accuſatore damnatur, vt dixi ſupra *in 1. quæſt. principali huius 6 partis, in princip.* & non fit, niſi vbi agitur de commodo publico, & ſic ad publicam vtilitatem: nam in cauſa ciuili, & ad commodum priuatorum iudex regulariter non inquirit, vt dicit Angel. *in tract. maleſ. in verſic.*

ſic. incendiario. col. 2. vbi plus dicit, quod inquiſitio non poteſt fieri, niſi delictum ſit commiſſum dolo, vel lata culpa Idem tenet Innoc. *in c. ad noſtram. de iureiur.* & Bart. *in l. 4. §. hoc autem iudicium. 8. colum. 1 ff. de damn. infect.* iſtæ regulæ recipiunt nonnullas fallentias in quam pluribus caſibus, in quibus iudex inquiri ex officio etiam ad commodum priuatorum, & in criminalibus ſimiliter in quam pluribus caſibus.

106 Primus † igitur caſus, in quo iudex poteſt inquirere ex officio, etiam ad commodum priuatorum, eſt, vbicunque ſumus in aliquo vſurario manifeſto, qui extorſit vſuras ab aliquo debitore, & propter eius forte potentiam non audet debitor repetere ab eo vſuras: Nam tunc iudex etiam nemine petente poteſt inquirere contra eum, & ipſum compellere ad reſtitutionem vſurarum, tex. eſt *in c. cum in diœceſi. 15 & ibi Io. de Ana. in 2. not. de vſur.* & Abb. *in c. tuus. 13 in 2. not. eod. tit.* vbi plus dicit Abb. † quod nõ ſolum poteſt iudex cogere ad reſtitutionem vſurarum poſt vſuras receptas, ſed etiam ante ſolutionem poteſt ex officio impedire creditorem, ne recipiat, ſeu exigat vſuras, & hoc cauſa vitandi peccatum, idem tenet Ioan. de Ana. *in d. c. tuus. 13 in vlt. not.* & eſt gl *in c. ex literis. 7. de ſponſal.* & Abb. *in c. ad noſtram. 20. el. 2. col. 1. de iureiu.* vbi dicit de mente Innoc. quod iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra eum, quẽ habet ſuſpectum de vſura ad pœnitentiam imponendam, & erit vtile per conſequentiam parti: quia non poterit imponi ſalutaris pœnitentia, niſi vſuræ reſtituantur parti. Adde Bald. *in conſil. 183. in fin. in 1. volum.* & Socin. *in conſil. 219. in 2. volum.* Et hoc eſt quod voluit dicere Bald. *in l. ea quidem 7. col. antepen. in verſic. item quæritur in ciuili, &c. C. de accuſat.* vbi dicit, quod in ciuili generaliter non proceditur per inquiſitionem, niſi contra vſurarium, & idem Bald. *in c. 1. §. ſi tres. de pac. tenend.* Non debent iſta verba intelligi de iſta inquiſitione, quæ fit per iudicem Eccleſiaſticum pro ſalute animæ. Nam enim poſſunt intelligi de inquiſitione facienda per iudicem ſecularem: quia † de iure ciuili communi iudex ſecularis non ſe intromittit in crimine vſurarũ ad puniendum, duplici ratione. Primo; quia de iure ciuili ſunt permiſſæ, & non reperiuntur prohibitæ, *l. eos 26. C. de vſur.* vbi Iuſtinianus Imp. qui fuit vir Catholicus, permiſit vſuras, & hoc tenet Bart. *in l. 1. col. 3 C. de ſum. Trin. & fid. cat.* & Card. *in Clem. 1. col. 2. in 2 qu. de vſur.* & Philip. Dec *in conſil 170.* vnde, quod fit lege permittente, non punitur. *l. Gracchus. 4. C. de adult.* Secundo; † quia crimen Eccleſiaſticũ, & eius inquiſitio, & punitio ſpectat ad Epiſcopum, vt per Bart & Doct. *in l quoties 3 C. de iud. & l. Titia. 34. ff. ſol. matr.* & Abb. *in c. tuam. 3. de ordin. cog.* & not. Petr. Phil. Corn. *in conſil. 19. col. 2. in litera C. in 3 vol.*

108

109

110 Sed † an criminaliter poſſit iudex inquirere ex officio contra vſurarium, & ipſum condemnare ad aliquam pœnã? iſta eſt pulchra, & difficilis quæſtio, ſuper qua de iure ciuili Romano ſeu communi, eſt dubium: quod nec inquirendo, nec per accuſationem poteſt iudex procedere ad pœnam; quia non eſt crimen de iure ciuili, ex quo permittuntur vſuræ, vt modo dixi, & tenet Phil. Dec. *in d. conſ. 170. col. 3.* ſed ſtat dubium in duobus caſibus. Primus eſt, quid de iure canonico. Secundus, quid de iure conſtitutionum regni, per quas prohibentur vſuræ, & punitur vſurarius pœna publicationis bonorum, vt eſt conſtit. quæ incipit: *Vſurariorum.* & habetur pro ritu magnæ curiæ, *in num. 15.* qui incip. *Item quod procurator, &c.* Quo † ad primum caſum, ſcil. vtrum iudex 111 Eccleſiaſticus poſſit inquirere criminaliter contra vſurarium, vel ipſum accuſatum punire aliqua pœna criminali, in hoc ſunt opiniones contrariæ. Nam Bald. & Salic. *in l. improbum. 20. C. de his, qui not. infam.* tenent, quod vſurarius nullo modo poteſt criminaliter puniri, ex quo nulla lege cauetur; nam recipit vſuras de conſenſu ſoluentis. Idem tenet Io. de Ana *in c. quam perniciosum. 11. col. 4. de vſur.* & plene Philip. Dec. *in d. conſ. 170.* vbi plures rationes allegat. Nam ius canonicũ introduxit tres pœnas contra vſurarium. Prima eſt; quod priuatur communione altaris; nam non poteſt recipere corpus Chriſti, nec debet ſtare in Eccleſia, quando celebrantur diuina. Item non decet ſepeliri in Eccleſia. Tertio; quia non admittitur ad abſolutiones faciendas. Iſtæ tres pœnæ traduntur *in c. quia in omnibus. 3. & ibi per Abb. & Ioan. de Ana. de vſur.* Item poteſt compelli ad reſtitutionem vſurarum, & ſi non reſtituit, poteſt excommunicari, ſecundũ Abb. *in c. præterea 7. de vſur.* vltra ergo iſtas pœnas non debet vſurarius puniri criminaliter; quia nulla lege cauetur. Contrariam partem tenet Iac. But. *in d. l. improbum. 20.* ſcilicet; quod vſurarius exigendo vſuras, committit dolum; ergo tenetur pœna criminis ſtellionatus; vnde puniri poteſt pœna arbitraria criminaliter propter dolum, & iſtam ſequitur Petr. Phil. Cor. *in conſil. 19. in 3. vol.* vbi facit de hoc vnum conſil. & multas rationes allegat. Et ſic habemus duo conſilia ad inuicem repugnantia. Et certe pro prima multum facit text. *in c. cum tu. in fi. & in verſ. illi autem. de vſur.* & poteſt ponderari illud c. in tribus locis: nam in princ dicitur, quod pœnæ inductæ per Lateran. conſilium contra vſurarios, habent locum, donec vſuras reſtituat: ergo ſequitur, quod illis reſtitutis ceſſant pœnæ. Secundo, *in d. ver illi autem.* dicitur, quod vſurarii pauperes, qui vſuras reſtituere non poſſunt, non debent vlla pœna mulctari. Tertio, in fine dicitur, quod reſtitutis vſuris liberatur vſurarius tam à peccato, q̃ à pœna; & ſic patet per *d. c.* quod tota vis iuris canonici conſiſtit in faciendo reſtitui vſuras pro ſalute animæ, & ille, qui poteſt reſtituere, non punitur aliqua pœna. Nã ſi poſſet criminaliter puniri, ſi nõ habet in ære, deberet ſaltem luere in corpus, cum obligatio deſcendat ex delicto, vt habetur *in l. ſi quis id quod. 7. §. in ſeruos 3. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. quicũq. 4.*

 ver-

*verſic. quod ſi. C. de ſeru. fugit.* Sed lex canonica dicit expreſſe, quod nulla pœna puniatur, & idem, quando vſuras reſtituit, non punitur, vt *d.c. cum tu. 5. in fin.* ſed ad illum text. reſpondet Pet. Phil. Corn. *in d. ſuo conſil. 19.* quod verum eſt, quod nulla pœna punitur, ſcilicet loquendo de pœnis inductis ad reſtitutionem vſurarum contra non reſtituentes, quæ ſunt pœnæ Lateranenſis concilii, ſcilicet, traditæ *in d. c quia in omnibus. de vſur.* non tamen negat, quod puniatur vſurarius criminaliter ex delicto per eum pattato in mutuando, & recipiendo vſuras. Pro ſecunda parte facit tex. *in c. cum in diœceſi 15. de vſur.* vbi probatur quod crimen vſurarum poteſt in iudicium deduci per viam accuſationis; ergo debet puniri aliqua pœna naturali, conuenienti illi delicto: & ita illũ tex. ponderat Pet. Phil Corn. *in d. conſil 19.* vbi etiam conſiderat, ꝙ vſurarius pluries delinquit. Primo enim delinquit mutuãdo ſub vſuris; quia facit contra præceptum diuinum & canonicum, quod dicit: Mutuum date: nihil inde ſperantes, *c conſuluit. de vſur.* Secundo delinquit, vſuras recipiendo; quia tunc exequitur ſuum malum propoſitum. Tertio delinquit vſuras non reſtituendo. Sed omnes pœnæ inductæ à lege canonica, tendunt contra tertium delictum, ergo alia duo ſi non punirentur, remanerent impunita, quod eſſet contra publicam vtilitatem. Vt autem iſta quæſtio remaneat deciſa, & habeat ipſius vera concluſio, ego adhæreo huic ſecundæ parti. Et puto opin. Petr. Philip Corn. eſſe veriorem, & magis iuri conſonam, ſcilicet, quod vſurarius poſſit criminaliter inquiri, præcedente fama, vel accuſari: & vigore talis proceſſus criminaliter initi, poteſt puniri pœna pecuniaria ad arbitrium iudicis Eccleſiaſtici: & ad corroborandam iſtam partem adduco primo, omnes rationes, & iura adducta & conſiderata per Petr. Phil. Corn. *in d. ſuo conſ. 19. in 3. vol.* quæ bene videntur militare. Secundo, vltra rationes per eum conſideratas, adduco, quod † iudex 112 Eccleſiaſticus ex iuſta cauſa ſibi viſa, poteſt adiuuare canones, addendo nouam pœnam, licet non poſſit totaliter ſtatuere contra canones, gl. eſt notab. *in Clem. ne Romani. 2. in verſ. tolli.* & ibi etiam Cardin. *in princ. in 3 quæſt. de elect.* & Abb *in c. licet. 3. col. 2 circa fin. in verſ. aut ſubeſt ſtatutum, &c de pœnis.* & Felin. *in c. irrefragabili. 13. § certum.* alias, *cæterum. colum. 2. verſ. limita hanc concluſionem, &c. de off. ordin.* vbi dicit, quod poteſt addere nouam pœnam pecuniariam, & idem Felin. *in c. quod ſuper his 9 col. 5. verſ. fallit. 7. &c. de maior. & obed.* vnde in propoſito, licet per canones non caueatur expreſſe, ꝙ vſurarius puniatur criminaliter, niſi ſolum ad illas ciuiles pœnas traditas *in d. c. quia in omnibus.* tamen dico, quod Epiſcopus poteſt addere nouam pœnam coadiuuando canones, & punire ipſum arbitrio ſuo ſcilicet ad pœnam pecuniariam ex iuſta cauſa, ſcilicet, ne tale delictum receptionis vſurarum, pertranſeat impunitum, & vt alii vſurarii capiant exemplum, & eſſent formidine pœnæ à committendis vſuris: vt dicit text. *in l. ſi operis. 14. C. de pœn. & l. quicunque. 8. §. 3. verſic. quod ſi fecerit. C. de hære.* Solent enim † pœnæ exacerbari, 113 vt alii capiant exemplum, *l. aut facta. 16. §. fin. l. ſi quis aliquid. 38. §. qui abortionis. 5. ff de pœn. & l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.* Tertio hanc partem confirmo; † quia 114 multum inoleuit vſuratiorum temeritas, & inſtigante diabolo acrius exercent vſuras nõnulli Chriſtiani, quam Iudæi & infideles, quo caſu propter delicti frequentiam eſt permiſſum iudici pœnas ordinarias augere, & illas exacerbare, & nouas pœnas addere, text. eſt, & ibi Bart. *in princ. in d. l. aut facta. 16. §. fin. ff. de pœn. & l 1. in prin. ff. de abig.* & tex. cum gloſſ. *in l. 3. in fin. C. de Epiſc. audien.* facit text. *in l. hodie. 13. ff. de pœn.* Stante ergo vſurarum frequentia, dico indubitanter eſſe permiſſum Epiſcopo augere pœnas canonicas, & punire vſurarium ad ſuum arbitrium pœna competenti, iuxta *d. l. hodie.* Quarto ad idem adduco; † quia iudex Eccleſiaſticus debet & poteſt 115 illam pœnam irrogare, quæ magis timetur, ratione cuius timoris cenſendum eſt ipſum à delinquendo fore ceſſaturum, gloſſ. eſt *in c. licet. 3. in gl. magna. circa fin. & ibi Abb. de pœnis.* & text. *in c. quoniam frequenter. 5. in fin. & ibi gloſſ. in verſ. magis timeri, &c. vt lite non conteſt.* & gloſſ. *in c. de cauſis. 4. in verſic. certo. in fin de off deleg.* & Felin. *in d. c. irrefragabili. 13. §. certum.* alias, *cæterum. colum. 1. ibi etiam Abb. in 3 not. de off. ord.* vbi videntur decidere hunc caſum de mente Hoſt. Dicunt enim, quod iudex Eccleſiaſticus pro crimine Eccleſiaſtico etiam contra laicum poteſt irrogare pœnam pecuniariam, ſi illa magis timetur, quam pœna ſpiritualis: ſed † in nullo caſu poteſt magis 116 conuenire pœna pecuniaria, quam contra vſurarium, qui peccat ex rabie auaritiæ, & cupiditatis: vnde puniri debet in eo, in quo deliquit, vt pœna ſit delicto conformis, *l. ſi fugitiui. 3 C. de ſeru. fugit.* facit tex. *in l. ſancimus 22. C. de pœn.* Ad quod habentes reſpectum Imperatores huius Regni impoſuerunt pœnam pecuniariam contra vſurarios, ſcilicet publicationes omnium bonorum: vt dicit conſtit. quæ incipit; *Vſurariorum.* & ſemper eſt credendum, quod vſurarius nullam pœnam magis timebit, quam pecuniariam; quia ſemper auarus eget: & ex quo incœpit fabricare in gehennam; non curauit pœnas ſpirituales: vt tenet Abb. *in c. vt clericorum 13. in fin. de vita & honeſt. cleric.* Et propterea vt irrogetur pœna delicto conueniens, & quæ magis timetur, dico, quod Epiſcopus poteſt ipſum criminaliter punire pœna pecuniaria, quæ debet poſtmodum irrogari per Epiſcopum in fabricam Eccleſiæ, vel alium piũ vſum, ne ipſe etiam arguatur de vitio cupiditatis, ſecundum Abb. *in d c. vt clericorum. 13. in fin. & in d. §. cæterum. & in c dilectus. 18. de off. ord & in d. c. licet. 3.* Quinto adduco; † quia ius canonicum appellat v- 117 ſuras crimen, & ille, qui committit vſuras, dicitur committere crimen, *d c. quia in omnib. 3 & c. ſuper eo. de vſuris.* Sed crimen dicitur † omnis operatio mala, 118 quæ

quæ poteſt accuſari & puniri criminaliter in hoc ſeculo. *c. Apoſtolus* 81. *diſt.* & glo. *in c. peccatum.* 4. *de regul. iur. lib.* 6. & Fel. *in c. teſtimonium.* 54. *colum.* 3. *de teſtib.* Et quod vſura dicatur crimen, apparet ex ordine titulorum, & rubricatum in Decretalibus: quia poſt titulum de furtis, eſt ſituatus titulus de vſuris immediate, & dicit Abb. ibi in continuatio-
119 ne rubricæ, † quod vſura eſt ſpecies rapinæ, & propterea continuatur cum rubrica de furtis. Et dicit
120 Ioan. *in d. c. peccatum.* 4. *de regul. iur. lib.* 6. quod † non reperitur maius malum, quam ſit vſura, & idem tenet Ioan. de Ana. *in c.* 1. *in fin. de vſur.* vnde ſequitur conſequentia neceſſaria: quod ſi eſt crimen, debet aliqua condigna pœna puniri; quia ſi nõ puniretur, eſſet contra publicam vtilitatem, & impunitus pareret auſum ad maius malum, & delicti multiplica-
121 tionem, vt inquit Seneca. Sexto adducitur; † quia omnis ille, qui delinquit contra præceptum legis, debet puniri pœna arbitraria, quando lex non ſtatuit aliam pœnam certam, glo. eſt, & ibi Bart. *in l. nemo martyres* 3. *C. de ſacroſanct. eccl.* & gloſſ. *in c* 2. *in fin. in verſ. ſanctioni, de vita & honeſt. cler.* & Alexand. *in addi. ad Bart. in l. hodie* 13. *ff. de pœn.* vbi dicit, quod venire contra præceptum legis, eſt pœna arbitraria, ſed certum eſt, quod committere vſuras, eſt facere contra præceptum legis; quia omni iure ſunt prohibitæ, vt not. Doct. *in rub. C. & extr. de vſur.* ergo debet vſurarius puniri pœna arbitraria; quia venit cõtra præceptum legis, per prædicta, & not. Bart. *in l. legis virtus.* 7 *ff de leg.* & habetur per Abb. Felin. &
122 Doct. *in c.* 2. *de maior. & obed.* Septimo † adducitur, puta quãdo caſus eſt dubius, & ſunt opiniones hinc inde, debemus ſequi in dubio illam opinionem, quæ magis fauet publicæ vtilitati, & magis cohæret regulis iuris communis, vt not. Bart. & Doct. *in l.* 1. *in princ ff. ſolut. matr.* & eſt tex. & ibi Bart. *in l vnica* §. 14. *de cadu. toll.* Pro hoc eſt text formalis *in l. hoc modo* 64. §. 1. *ff. de cond. & demonſt.* ſed hic ſtantibus iſtis duabus opinionibus contrariis, magis fauetur publicæ vtilitati, iſta opinio quæ tendit ad puniendum delicta pœna condigna, quam alia opin. quæ inducit impunitatem, & auget materiã delinquendi; ergo iſta opin. eſt amplectẽda; quia magis adhæret regulis iuris, quæ ſunt, vt omnia crimina habeant ſuas pœnas; *l. ſancimus* 22. *C. de pœn. & l. ſi operis, eod. tit.* & tanto magis procedet hæc opin. hodie in Regno, vbi iure municipali conſtitutionum, vſuræ criminaliter puniũtur; & ſic, quod deficit in pœna iudicis Eccleſiaſtici; poteſt ſuppleri per ſecularem, prout fuit dictum ſuperius, & tenet Gemi. *in c. vſurarum* 1. *de vſur. lib.* 6. Et ad prædicta facit text. *in c. ſtatuimus.* 2. *in fin. de maleſ.* vbi contra blaſphemantes ſtatuitur pœna pecuniaria vltra alias pœnas ſpi-
123 rituales. Et retenta iſta † parte, quæ videtur verior, & magis iuri conſona, non obſtant ea, quæ in contrarium adducebantur, maxime per Phil. Dec. *in d. ſuo conſi.* 270. Et primo, inquantum dicit, quod vſurarius petit vſuras ex conuentione, & voluntate partis promittentis, vnde non debet dici in dolo, nec in crimine punibili, ex quo nullam iniuriam facit volenti; quia ad hoc de facili reſpondetur: quia lex prohibens vſuras, prohibet eas recipi etiam à ſponte ſoluente: quia is, qui ſoluit, non peccat, ſed tantum is, qui recipit vſuras. gloſſ. eſt *in c. debitores.* 6. *in verſic. reddere de iureiurand.* vnde in materia vſurarum tota prohibitio legis eſt in recipiente, vt *c. conſuluit.* 19. *de vſuris.* & ideo non conſideratur voluntas ſoluẽtis; quia ſiue ſoluat voluntarie, ſiue non, ſemper peccat recipiens, & venit contra præceptum legis. Vnde merito puniri debet, & tanto magis; quia ſemper præſumitur debitor inuitus ſolue-
re. † nam ſoluendo vſuras, videtur ſibi eruere ocu- 124
lum, vt dicit gloſſ. *in l. quotiens quis.* 1. *ff. de ſolut.* & Bald *in l. indebitas.* 8. *C. de vſur.* Sic in ſimili videmus in quolibet actu à lege prohibito, quod non excuſat voluntas partium, quin remaneat prohibitio, & ſortiatur pœna legalis ſuum effectum, *l. non dubium.* 5. *C. de leg.* Non enim excuſatur adulter, ſi non dicat ſe adulteraſſe mulierem volentem, quin habeat pœnam legalem. Dato enim, quod non offendat proximum propter eius voluntatem, tamen offendit Rempubl. quia attentat actum à iure
prohibitum, & pœnalem. Non obſtat † *d. c. cum* 125
*tu.* 5. *de vſur* in quantum fuit ponderatum in tribus locis, vt ſupra; quia totum illud capitulum loquitur de pœnis Lateranenſis Concilii inductis ad reſtitutionem vſurarum, ciuiliter tamen, vt patet ibi in princ. & illud quod dicitur *in d. verſic. illi autem.* ſcilicet: quod ſi vſurarius eſt pauper, non punitur, confirmat hunc intellectum; quia ſi illæ pœnæ ſunt inductæ ad compellendum vſurarium ad ſatisfactionem, ceſſante ſatisfactione, propter paupertatem ceſſant etiam pœnæ, & ſimiliter facta reſtitutione, ceſſant, vt dicitur ibi in fin. quia ceſſat peccatum, quo ad Deum, & illæ pœnæ ſolum reſpiciunt animam, & corruptionem peccatoris: ſed quatenus fuit offenſa reſpub. per patrationem delicti, & receptionem vſurarum, requiritur alia ſatisfactio per pœnam criminalem, vt pluries fuit dictum ſuperius; vnde quia illa non eſt naturalis pœna delicti nec ſufficiens: ſed ſolum tendit in fauorem priuati, vt vſuras acciperet, dicendum eſt, poſſe irrogari aliam pœnam ſufficientem arbitrariam, pro eo: quia fuit contrauentum præceptis iuris diuini & Canonici, pro ſatisfactione Reip. *l. licitatio.* 9. alias *locatio.* §. *quod illicite.* 5. *ff. de publica. & vectig.* & per ea quæ plene dixi ſupra, ꝙ quando eſt actũ ciuiliter de delicto ad rei reſtitutionem, poteſt etiã agi
criminaliter. Venio ad ſecundũ † dubiũ principale 126
huius quæſtionis, ſcilicet, an hodie in Regno poſſit iudex inquirere ex officio contra vſurarium, nemine accuſante. Et licet per conſtit. *vſurariorum.* iſtud crimen dicatur eſſe publicum, adeo quod quilibet de pupillo admittitur ad accuſandum, ſiue denun-

ciandum, vt ibi habetur; tamē eſt correctum per ritum magnæ curiæ, *in num 14.* qui incipit: *Item quod nullus laicus, &c.* quo cauetur, non admitti quem ad accuſandum de aliquo crimine, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur; item hodie curia ſecularis in regno non poſſet ex officio inquirere de tali crimine, niſi interueniat accuſatio in forma, adeo, quod non ſufficit ſola denunciatio, vt eſt alius ritus magnæ curiæ, *in num. 15.* incip. *Item quod nullus admittatur, &c.* & ſic remanet concluſio, quod hodie in Regno iudex ſecularis non poteſt ex officio inquirere de crimine vſurarum, niſi appareat accuſator, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, & ita tenet Par. *in tract. Synd. in verſic. inquiſitio, colum.*
127 *3. verſic. & hodie in regno ſunt ſublata. &c.* † An autem in crimine vſurarum ſtantibus indiciis poſſit deueniri ad torturam, vide Soc. tenentem, quod ſic, *in conſil. 219. col. fin. in 2. vol.* & Ioan. de Anan *in c. quia in omnibus 3. colum. 19. de vſur.* puto tamen quod in hoc Regno non poſſit dari tortura in crimine vſurarum, ex quo vbi irrogatur pœna publicationis bonorum, non irrogantur tormenta; quia non cenſetur pœna vltra relegationem, per cap. Regni, quod incipit: *Tormenta.* ita tenet Par. *in tract. Synd. in verſic. tortura. in c. an in cauſa pecuniaria, &c.* Sed pro crimine vſurarum eſt pœna publicationis bonorum, vt
128 *in conſtit. vſurariorum.* Ergo, &c. SECVNDVS † caſus principalis, in quo permittitur inquiri ex officio, eſt in omni delicto, quod committitur per conſpirationem, vt quando plures conſpirant, ſeu coniurant ad aliquod malum ſimul, tex. eſt, & ibi Bald *in*
129 *l. vnica. C. de monopoliis.* Quæ † autem ſit pœna iſtorum conſpirantium, ſeu facientem conuenticula: Dic, quod diuerſæ pœnæ ſunt ſtatutæ per diuerſas leges in iure. Primo enim eſt pœna exilii, & publicationis bonorum, quam imponit *d. l. vnica. C. de monopol.* Secundo, eſt text. *in l. denunciamus 5. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* vbi imponitur pœna vltimi ſupplicii. Tertio eſt text *in c. vnico § conuenticula 2. de pace iur. firm.* vbi ſinguli coniuratores puniuntur ad vnam libram auri. Quarto eſt text. iuncta gloſſ. *in l. quiſquis. 2. ff. de colleg. illic.* vbi imponitur pœna legis Iul. maieſt. Quinto, eſt text. *in l. in nullis locis 2. C. de ſedit.* vbi imponitur pœna grauiſſima, & ſic pœna mortis cōtra iſtos ſeditioſos, turbantes publicam pacem, de quibus etiam loquitur tex. *in l. ſi quis aliquid. 38. §. authores 2 ff. de pœn.* & habetur *in c. ſeditionarios & ibi Arch. 46. diſtinct.* Sexto eſt tex. *in l. aut facta. 16. in prin. ff. de pœn.* vbi non ſtatuitur certa pœna contra coniuratores, ſed puniuntur pro qualitate delicti, & euentus, vnde innuit ille textus, quod iſta ſit pœna arbitraria, variabilis, ſecundum delicti atrocitatem, & per illum tex. puto diſtingui debere omnes pœnas prædictas, ſecundum facti acci-
130 dentia & qualitatem. Scias tamen, † quod quandoque iſtæ conuenticulæ ſunt licitæ, vt quando fiunt ad bonum finem; & tunc non puniuntur, nec poſſunt inquiri; imo tunc ſunt omni iure permiſſæ, tex. eſt *in c. ſane. 16. quæſt. 7.* & tenent Andr. de Iſern. Bald. Aluar. & Card. *in d. c. 1. §. conuenticulas.* & Arch. *in c. coniurat. & c. ſi quis. 11. quæſt 1.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil 216. in 3. vol* & Ioan. de Anan. *in rubr. extra de ſchiſma. coll. in fin* In dubio autem ſemper præſumitur fieri ad malum, ex quo ſunt de genere prohibitorum, ſecundum Doct in locis prælleg. & Arch. *in c. illud. col pen. 23 diſt.* vbi plus dicit, quod etiamſi contra nocentem ſit conſpiratum, ſemper præſumitur ad malum: idem tenet Lucas de Pen. *in l. magiſtros. 7 colum. fin. C. de profeſſor & medic. lib. 10.* ADDITIO. Vide omnino Aymon. Crauet. *in conſil. 4. per totum.* vbi pulchre. *Petr. Foller. V. I. D.* TERTIVS caſus eſt, † quando eſt vendita ancilla ſub pacto, ne 131
proſtituatur, alias ſit libera; nam ſi emptor non obſeruat pactum, iudex inquirit ex officio, & facit illam exhiberi, vt perueniat ad libertatem. Text. eſt, & ibi Bald. *in l. mulierem. 2. C. ſi manc. ita vaenie. ne proſtit.* QVARTVS caſus eſt, † in omni cauſa miſe- 132
rabilium perſonuam: nam in ea poteſt ex officio procedere, etiam ad priuatam vtilitatem. ſecundum Baldum *in d. l. mulierem. 2.* & Bartol. *in d l. 4. §. hoc autem iudicium. 8. colum. 1 in 5. oppoſi.* & ibi etiam Alexand. *in l. 1. colum 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Bald. *in c. vnico. §. iniuria, colum penult. de pac. iurament. firman.* & Abb *in c. ad noſtram 7 colum. 2. in fin. el 2. de iureiurand* Pro hoc eſt text. *in l nec quicquam. 9 §. aduocatos. 5. ff. de off proc.* vbi iudex ex officio poteſt dare aduocatos miſerabilibus perſonis. Quod corroboratur ex his, quæ habentur in c. Regni, quod incipit: *Ne tuerum* & alio, quod incipit: *Si temporum.* vbi datur poteſtas iudicibus inquirendi pro iniuria illata pupillo & viduæ, & ſic miſerabilibus perſonis: verum illæ ſunt litteræ arbitrales: tamen hoc eſt cautum etiam iure communi, per prædicta. Hoc ſane intellige, † quando ſumus in pupil- 133
lo, & vidua paupere; quia tunc numerantur inter perſonas miſerabiles, alias ſecus: ita tenet Abb. & ibi etiam Bar *in addit in c. ſignificantibus 38. de off. de-*
*leg* QVINTVS caſus eſt in his, † quæ notorie li- 134
quent iudici ex actis: nam in his poteſt inquirere, & ſupplere, parte etiam non petente, ſecundum Alex. *in l. vnic. C. vt quæ deſunt aduoc.* & per Doct. *in c. ſignificauerunt 30 de teſti.* & not Fel. *in c. ex tenore. 16. col. fin. de reſc.* & eſt tex. cum gl. *in l. tempora 2. §. fin. C. de temp. & reparat.* & gloſſ. *in l. filius. 8. §. veterani. 2. ff de proc.*
SEXTVS caſus eſt, † in omni cauſa pia poteſt iudex 135
tam Eccleſiaſticus, quam ſecularis inquirere, & procedere ex officio in cauſis piis, & Eccleſiarum: nam etiam pro iuribus Eccleſiæ poteſt iudex inquirere, & generaliter in omnibus cauſis concernentibus periculum animæ: vt ſuper pœnitentia imponenda, poteſt iudex inquirere, vt euitetur peccatum: ita hæc omnia tenet Abb. *in c. ad noſtram. 7. el. 2. colum. 2. de iureiur.* & not Bald. *in d. l. mulierem. 2. C. ſi manc. ita vænie. ne proſtit.* & habentur *in c. perniciosā 1. de offic.*

*de offic. ordin.* Septimvs caſus eſt, quando Epiſco-
136 pus † habet ſuſpicionem de parentela inter coniu-
ges; quia poteſt iudex Eccleſiaſticus inquirere de
impedimento quolibet matrimonii, ad faciendum
ipſum ſeparari, text. eſt *in c. porro. 3. in fine & ibi Abb.*
*de diuort.* & not. gloſſ. *in d. c. pernicioſa. 1. verſicul. can-*
*nes. de offic. ordin.* & Abb. *in d. c. ad noſtram. 20. el. 1. co-*
*lum. 2.* & habentur *in cap. Epiſcopus in Synodo, 35.*
137 *quæſt. 6.* Octavvs caſus eſt; † nam poteſt iudex
ex officio inquirere de iuribus Principis, text. eſt
*in l. vacantia. 4 pen. & l. ſi vacantia. 5. fin C. de bon.*
*vac. lib. 10.* & Abb. *in d. c. ad noſtram 7. el. 2. colum. 2.*
*de iureiur.* & text. *in l. ſi quis intra. 7. C. de bon. proſcr.*
138 ſic † etiam de omni pecunia fiſco applicanda inqui-
rit ex officio, ſecundum Bart. *in l. ſi quis reum 4 in*
*fin. ff. de cuſtod. reo* & Bart. & Alexand. *in l. ex quibuſ-*
139 *dam 2. § Senatus. 3. ff. de iur. fiſc.* Nonvs caſus † eſt;
nam iudex propter magnum ſcandalum euitan-
dum, poteſt ex officio inquirere, & prohibere, ne
ſcandalum committatur abſque accuſatore; ita te-
net Cyn. *in l. iubemus 1. in fin C. de monopol.* & Bald.
*in d. l. mulierem. 2. C. ſi mancip. ita venie. ne proſtit.* De-
140 cimvs caſus eſt, † poteſt iudex generaliter inqui-
rere in prouincia, vel ciuitate, quam regit, contra
omnes malefactores, vt purget ipſam malis homi-
nibus pro quiete publica, text. eſt *in l. præſes. 3. & l.*
141 *congruit. 13. ff. de off. præſid.* Vndecimo, † inquirit
iudex ex officio de omni crimine, & iniuria cõmiſ-
ſa contra Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, & ſi-
militer de omni crimine commiſſo in Eccleſia, tex.
eſt, & ibi Bald *in l. ſi quis in hoc genus. 10 C. de Epiſc. &*
142 *cleric.* Vnde in † omni crimine ſacrilegii inquiri po-
teſt ex officio, per dictum text. nam omnis iniuria
facta in clericum, dicitur publicum crimen, & qui-
libet poteſt accuſare, & iudex ex officio inquirere,
ſecundum Bart. *in l. ſi quis in hoc genus 10.* Iaſ. *in l. pro-*
*uinciali 3 alias in prouinciali. § ſi in publico. 4. fin. ff. de*
143 *oper. noui nunc.* nam † iniuria facta clerico, dicitur
facta Deo, & totam Eccleſiam tangit, ſecundum
gloſſ. *in c. nonnulli. 3. quæſ. 1.* & habetur *in c. accuſatio. 2.*
*q. 7.* & eſt tex. & ibi Abb. *in c. nullus. 2 de for. compet.* &
Abb *in c. cum ſit generale. 8 colum. 1. eod tit.* vnde patet
144 ex prædictis, † quod etiam de blaſphemia Dei po-
teſt inquiri, & quilibet accuſare; quia illa eſt vera
offenſio in Deum, vt not. Bar. *in l. non omnia. 1. & l.*
*publicorum. 2. de publ. iud.* tex. *in Auth. 77. vt non luxu-*
*rientur hom. &c & in l. alearum vſus. 3. C. de aleator.*
145 Dvodecimo inquirit iudex, † quando hæres fe-
cit inuentarium, & creditores dicunt plus eſſe in
bonis, quam ſit deſcriptum in inuentario; nam po-
teſt iudex inſtantibus creditoribus inquirere, & ac-
cipere probationes de domo hæredis, torquendo
etiam ſeruos hæredis, tex. eſt, & ibi Doct. *in l. ſcimus.*
*22. fin. § licentia. 10. C. de iure delib.* Verum iſta inqui-
ſitio non eſt ex mero officio; quia fit ad inſtantiam
146 creditorum, vt ibi. Decimotertio † inquirit
iudex in cauſa naufragii, & in omnibus cauſis de-
pendentibus à naufragio: & contra ſurripientes bo-
na naufragiorum, & inquiſitio talis fit leuato velo,
& ſummarie, tex. eſt & ibi per Doct. *in l. quoties. & l.*
*de ſubmerſis. 5. C. de naufr. lib. 11.* Decimoqvarto,
inquirit † iudex ex officio, etiã nemine accuſante, 147
contra tutorem ſuſpectum, & poteſt ipſum ex offi-
cio remouere, ſi ſuſpectum inuenerit, tex. eſt, & ibi
Bart. *in l. tutor quoque. 3. § præterea. 4 ff. de ſuſpect. tut.*
& poteſt in iſta inquiſitione ſe informare per de-
poſitionem ſeruorum pupilli, *l. nihil. 12. fin. ff. de ſu-*
*ſpect. tut.* & iſte eſt caſus ſpecialis fauore pupilli, an
iudex inquirit ad priuatam vtilitatem, vt *d. § præte-*
*rea.* quia regulariter eſt contrarium, ſcilicet, quod
ad priuatam vtilitatem inquiri non poteſt, ſecun-
dum Bart & ibi Angel. *in tract. maleſ. in verſic. incen-*
*diario, colum 2* & not Doct. *in c. exhibita 19 de iud.* &
fuit dictum ſupra in præcedenti charta, *verſ. decimo*
*principaliter &c.* & Bart *in l. ſi vacantia 5. fin. C de bon.*
*vacant. lib. 10.* Decimoqvinto, † inquirit iudex 148
ex officio contra producentem ſcripturam falſam
vel ſuſpectam in iudicio, & poteſt ipſum punire ex
ſola ſuſpicione ſcripturæ, niſi probet illam eſſe ve-
ram: text. eſt, & ibi Bald & S. l. *in l. iubemus. 24. C de*
*probat.* & dicit Bald *in l. fin eod.* † quod ſcriptura red- 149
ditur ſuſpecta, eo ipſo, quod habet aliquam raſuram
in loco ſuſpecto; & nota vnum bonum caſum, qui
millies euenit in iudicio, quod iudex poteſt punire
de falſo producentem ſcripturam ſuſpectam, licet
non clare probetur, quod ſit falſa; & hoc eſt ſpecia-
le; quia in aliis criminibus debent eſſe probationes
luce clariores *d. l. fin. C. de probat.* Hic autem ſola ſu-
ſpicio transfundit onus probandi contrarium in
ipſum producentem, & ſuſpicio pro veritate habe-
tur: ita dicit Luc. de Pen. *in d. l. ſi vacantia. 5. colum. 2.*
*verſic. eſt etiam in eo aliud ſpeciale, &c. C. de bon. vac.*
*lib 10.* Decimosexto, † inquirit iudex inciden- 150
ter contra teſtes deponentes falſum, vel vacillan-
tes in iudicio, & poteſt illos ex officio punire, text.
eſt, & ibi Bald. & Doct. *in l. nullum. 14. C. de teſtib. &*
*in c. ſuper his. 8. de pœnis.* & not. Bart. *in l. tutor. quoque.*
*3. § præterea 4. ff. de ſuſpect. tutor.* & idem eſſet in pro-
ducente falſos teſtes, quod poſſit puniri ex officio,
per ea quæ dixi in verſic. præcedenti, de producente
falſam ſcripturam. & per ea quæ dicam infra proxi-
mo verſic. Decimoseptimo, † inquirit iudex ex 151
officio, generaliter de omni delicto commiſſo co-
ram ſe, vel in iudicio incidẽter, dum ipſe cognoſcit
de aliqua principali cauſa, hoc enim operatur con-
tinentia cauſæ: ita dicit Bal. *in d. l. iubemus. 24. col. 2.*
*in fin. verſic. 5. C. de probat* & Bald. *in d. l. 3. § præterea.*
*4.* & probatur *in d. l. nullum.* & not Bart. *in l. 2. §. ſi*
*publico 5 colum. 3. verſic. quarta regula, &c. ff. de adult.*
*& l. ſi qua pœna. 244. ff. de verb. ſignif.* Decimo-
octavo † inquirit iudex de iuribus Eccleſiæ; & 152
de beneficio Eccleſiaſtico; quia poteſt inquirere
contra poſſeſſorem beneficii, vt doceat, quo titulo
poſſideat, & ſimiliter contra poſſeſſorẽ alterius rei
Eccle-

Eccleſiaſticæ. Ita teuet Innoc. *in c. ad noſtram. 2. el. 2. de iureiur.* & Bald. *in l. ciuile. 5 C. de furt.* & Bald. *in l. ſancimus. 21. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & Bald. *in l. cogi. 11. colum. 2. C. de petit. hæred. & in l. tempora. 2. C. quomod. & quand. iud.* & not. gloſſ. & Doct. *in c. beneficium. 1. de regul. iur. lib. 6.* & poteſt excommunicare, *c. dilecto. 6. de ſent. excommun. lib. 6.* DECIMONONO, inquirit
153 iudex † in omnib. caſibus, in quibus accuſator non probans excuſatur à præſumpta calumnia: qui numerantur per glo. *in l. athletas. 4. §. calumniator. 4. ff. de ijs qui not. infam.* ita dicit Bartol. *in d. §. calumniator.*
154 VIGESIMO; † inquirit iudex Eccleſiaſticus contra tenentes bona, quæ debent diſtribui pauperibus, vel ad alias pias cauſas, ſecundum Bar. *in l. ſi vacantia. 5.* & facit hoc contra hæredes non adimplentes legata pia, iuxta not. *in auth. hoc amplius. C. de fideicõ.* & Bart. *in l. nec quicquam. 9. §. ſi ff. de off. proconſ. & in l. ſeruo alieno. 113. in princ. ff. de legat. 1.* & Bart. *in l. Quintus. 7 ff. de annu. leg. & in l. ſeruos. 17 ff. de alim. & cib. leg.*
155 VIGESIMOPRIMO † inquirit iudex ex officio de probitate vitæ, de idoneitate & moribus alicuius eligendi, promouendi, vel ordinandi. Item, quando viſitat Epiſcopus Eccleſias, facit huiuſmodi inquiſitiones contra clericos, prout de his dixi ſupra *circa princip. huius. 6 partis, verſic. quarto modo, & ver-*
156 *ſic. ſequen.* VIGESIMOSECVNDO, † inquirit iudex de omni crimine, vbi interuenit accuſator, qui colludit, ſeu præuaricatur, text eſt *in l. fallaciter. 3. fi. C. de abolit.* per quem ita tenet Bald. *in d. l. iubemus. 24. colum. 1. C de probat.* & vide quod dicam infra *verſic. Quadrageſimoſecundo.* VIGESIMOTERTIO
157 inquirit † iudex contra calumniatorem, etiam nemine accuſante. ita declarat Bart. *in l. accuſatorem 1. colum. 1. ad Turp.* & ibi proprie eſt tex. *in §. calumniari. 1.* & ratio eſt, quam ſupra dixi, ſcilicet, quia iſtud dictum calumniæ committitur coram iudice: Vnde merito iudex inquirit, vt dixi ſupra *verſi. decimoſexto, & decimoſeptimo.* & ita dicit Bar. *in d. l. 1. colum. 1.* & tangunt Bald. & Dd. *in l. calumnia. 1. C. de calum.* & Bart. *in d. l. ex lege Iulia. 2. §. ſi publico. 5. ff. de adult. colum. 3. verſ. quarta regula, &c.* VIGESIMOQVARTO
158 inquirit † iudex propter incidentem quæſtionem, vbicunque enim incidenter cognouit de crimine, poteſt de illo inquirere, tex. eſt *in l. quos retrahi. penult. C. ſi aduer. liber.* per quem ita tenet Bart. *in d. §. ſi publico. col. 2. in fi. verſic. ſecunda regula, &c.* & vide omnino Bald. *in l. quod euitandi. 3. C. de cond. ob turp. cauſ.*
159 VIGESIMOQVINTO † inquirit iudex ex officio de iniuria facta ſcholari, & in iſto caſu eſt ſpeciale, quod iudex ſine accuſatore inquirat de priuato crimine: ita tenet Bald. *in auth. habita. colum. 6. verſic. ſequitur, verſic. alias ſcituris, &c. C. ne fil. pro patr.* vbi plus dicit, quod ſolus rector ciuitatis, vel prouinciæ inquirit, non autem Epiſcopus, nec Doctor legis.
160 VIGESIMOSEXTO † inquirit iudex de delicto commiſſo per ſuum officialem in officio; & tunc indiſtincte inquirit. Si vero extra officium deliquit; tunc inquirit ita demum, ſi eſt notorium, & non aliter, ſecundum Bar. *in l. ſi quis forte 6. §. 1 ff. de pœn.* & vide tex. cũ ibi not. per Doct. *in l. 2. C de ſpor.* & quod not Bar. *in l. Senatus, 16 ff. de off præſid.* VIGESIMOSEPTIMO † inquirit iudex contra facientem iniuriam ſuis officialibus vel famulis, dummodo crimen ſit notorium, alias ſecus: quia eſſet ſuſpectus, ſed notorietas facit ceſſare ſuſpicionem, ſecundum Bart. *in d. l ſi quis forte. §. 1 ff. de pœn.* VIGESIMOOCTAVO † inquirit iudex de omni crimine notorio, tex. eſt & ibi plene Bald. & Salic. *in l. ea quidem. 7. C. de accuſ.* & Andr. de Iſern. *in conſtit. humanitate, col. 2.* & habetur *in l. 1. C de cuſt. reor.* VIGESIMONONO † inquirit iudex ſpecialiter de omni crimine, 163 ſuper quo præceſſit primo inquiſitio generalis, ad inueniendos malefactores, & purgandum prouinciam malis hominibus, iuxta *l. congruit. 13. ff. de offic. præſid.* nam illa inquiſitio dicitur præparatoria ad ſpeciale, & fruſtra fieret, niſi contra maleficos repertos deueniretur poſtea ad particularem inquiſitionem: ita dicit Bal. *in d. l. iubemus 24. col. 2. verſ. & eſt ſciendum, &c. C. de probat.* & Bald. *in l. ea quidem. 7. col. 7. verſic. 3. &c. C. de accuſ* & Bart. *in d. l. 2. §. ſi publico. 5. col. 3. in princ. verſic. tertia regula, &c. ff. de adult.* pro hoc eſt tex. *in l. lege Iulia. 4 § mandatis. 2 ff. ad leg. Iul. pecul.* & Bald. *in l. congruit. 13. in 1. lect.* & Abb. *in c. bona. 36 el. 1. colum. 3. in 6. nota. de elect.* & prædicta declara & limita, vt infra *verſic. 36.* TRIGESIMO, inquirit † iudex de inimicitiis & guerris, quæ vigent 164 in ciuitate inter particulares ciues, ex quib. poteſt turbari reſpublica, & deueniri ad arma; nam tunc poteſt iudex compellere partes ad pacem ex ſuo officio, ſecundum Bar. *in d. l congruit. 13. in fin. ff. de offic. præſid.* & Bald. *in l. cum affirmes. 8. C de lib. cauſ* Et de hac materia, quando iudex poſſit cõpellere partes ad concordiam in ciuili vel criminali cauſa, vide Bald. & Mod *in l. quidam æſtimauerunt. 23 ff. ſi cer. pet.* & Bald. *in l. ex ſtipulatione. 7. C. de ſenten.* & prædictis adde tex. *in l. omnia 1. §. quies. 12. ff. de off. præfect. vrb.* & Alex. & Paul. de Caſtr. & Doct. *in l. qui bona. 13. §. ſi quis iuxta 7. ff de dam. infe.* TRIGESIMOPRIMO inquirit † iudex filium, qui impias manus in patrẽ 165 vel matrem iniecit, vel ſi ipſos parentes cõtumeliis affecit; quia tale delictũ vindicari, ſpectat ad publicam vtilitatem, text. eſt *in l. 1. §. ſi filius. 2 ff. de obſeq. parent. & patr. præſtan.* TRIGESIMOSECVNDO inquirit † iudex contra cuſtodem carceris, qui pre- 166 tio corruptus dimiſit carceratum ſine vinculis, & vt fugere poſſit, vel paſſus fuit introduci ferrum, vel venenum in carcerem, tex. eſt *in l. carceri. 8. ff. de cuſt. & exhib. reor.* TRIGESIMOTERTIO, inquirit † iudex contra lenones, qui nituntur mulieres 167 ad luxuriam illicere, & dicuntur deuaſtatores caſtitatis; vnde iudex põt illos de ciuitate expellere & punire, vt *in Auth. de leno. § ſancimus. 1. Nou. 14.* & ibi Angel. vbi plus dicit, quod is, qui decipit mulierem cum promiſſione pecuniæ, & ſub tali promiſſione,

miſſione, vel datione ipſam adulterat, punitur pœna ſtatuti loquentis de adulterante inuitam mulierem. Nam inuita dicitur mulier, quæ decipitur ſub
168 auri promiſſione. TRIGESIMOQVARTO, † inquirit iudex de crimine lenonicii ſine accuſatore,
169 per tex *in d.l.2 §.ſi publico.5.ff.de adulter.* † nam iſtud crimen reputatur maius adulterio, ſecundum Angel. *in tract. maleſ. in verſ.( che me hay adulterato, &c.)*
170 *in fin.* Sed pulchrum dubium eſt,† an de crimine adulterii poſsit inquiri ex officio, nemine accuſante. Ang. *in d. verſic. (che me hay adulterato, &c.) colum. 3. verſi. quæro, an de adulterio, &c* tenet, quod ſic, ex quo eſt crimen publicum, per *d.§.publico.* Contrarium dicitur *in deciſio.176. conſil. Neapol.* vbi dicitur, quod de adulterio non inquiritur ex officio, niſi quando eſſet notorium, & hanc opinionem tenet Matth. de Afflict. *in conſtitut. Legum aſperitate. colum.4.* vbi diſtinguit. Aut præceſsit accuſatio mariti, vel alterius, & poſtea deſiſtit; & tunc iudex inquirit: aut nulla accuſatio præceſsit, & non poteſt inquirere, ne habeat fœdare connubia matrimonii, iuxta *l. conſtante. 36. ff. de adulter. & l. quamuis adulterii. 30. C. eod.* verum in regno eſt litera arbitralis, quæ incipit: *Ne tutorum.* qua cauetur, quod iudex poteſt inquirere de omnibus criminibus irrogantib. pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abſciſsionis. Vnde is, qui haberet conceſsionem literarum arbitralium, poſſet in regno inquirere de crimine adulterii, cum pro eo ſit pœna mortis, vt *d. l. quamuis adulteri 30. in fin.* & not. And. de Iſern *in d. conſtit. Legum aſperitate.* TRIGESIMOQVINTO,
171 inquirit † iudex de omni crimine, in quo quis reperitur in flagranti per Officiales curiæ, puta in actu delinquendi, ita tenet And. de Iſern. in conſt. regni, quæ incipit: *humanitate, colum.2 & 3.* TRIGESI-
172 MOSEXTO, † inquirit iudex generaliter in regno contra homines malæ vitæ, vt dixi ſupra, *verſic.10. & 19.* hoc addito, quod de iure conſtitutionum
173 Regni, † quando venit iudex in prouinciam, vel ciuitatem, poteſt facere edictum, quod omnes, qui ſentiunt ſe offenſos, debeant comparere coram eo intra talem terminum ad querelandum; & ſimiliter omnes teſtes, qui habent aliquam notitiam de crimine alicuius, & de mala vita alicuius, compareant ad deponendum teſtimonium veritatis, ſub comminatione, quod elapſo termino non audien-
174 tur; † & iſta inquiſitio generalis poteſt fieri quoties iudici placuerit, & per eam deuenit poſtea ad ſpecialem, vt dixi ſupra *verſ.19.* Ita hæc omnia tradantur *in conſtit. inquiſitionis. & conſtit. ſequent.* quæ incipit: *Hi qui.* verum per capitula Regni eſt nouiter prouiſum, vt iſtæ inquiſitiones generales non fiant, niſi ſemel in anno, & quod non deſcendatur poſtea ad ſpeciales, niſi in caſibus, de quibus licitum eſt inquiri de iure, & niſi ex mandato Principis in aliis non permiſſis, & de hoc eſt cap. Regni, per quod datur optima limitatio ad materiam *l. congruit. 13. ff. de off. præſ.* & ad ea, quæ dixi ſupra, *in verſic. vigeſimonono.* ſcilicet, quod non ad omnia crimina eſt præparatoria inquiſitio generalis; nam ſi per inquiſitionem generalem inueniretur quis in tali delicto, de quo non poteſt de iure inquiri, nihil prodeſt dicta inquiſitio; quia non erit ſufficiens ad deueniendum ad ſpecialem; quoniam alias de facili fieret fraus legi, & de omni leui crimine poſſet inquiri, faciendo primo generalem inquiſitionem, prout hoc etiam dixi ſupra *in 3. requiſito ad inquiſitionem, in 8. limit. in fi.* TRIGESIMOSEPTI-
MO † inquirit iudex de crimine læſæ maieſt. perpe- 175
trato contra perſonam Principis, vel ſuorum collateralium, tex. eſt *in conſt. Hi qui, §. de ſpecialibus,* & hoc eſt etiam prouiſum de iure communi per *extrauag.*
*ad reprimend.* TRIGESIMOOCTAVO † inquirit 176
iudex ſine accuſatore contro famoſos latrones, & fures aggreſſores ſtratarum, latitantes in ſyluis, & alios ſimiles, & ipſos punit ſine ordine iudiciario, vt d. conſt. regni, quæ incipit: *Iuſtitiarii non per calendas.* & eſt etiam prouiſum de iure communi, per *l. capitalium, §. famoſos. & graſſatores. 10. ff. de pœn. & l. conſtitutiones. 16. ff. de appel.* TRIGESIMONONO
inquirit † iudex contra inobedientes & turbantes 177
ſuam iuriſdictionem, & contra rebelles, & cōtumaces ad pœnas legitimas, & mulctas imponendas, vt probatur *in l. qui ſacra. 2 C. de ſpor. & in l. vnic. per totū. ff. ſi quis ius di. non obtemp.* & per Bald. *in d. l. iubemus. 24. col.2. in fin. verſ.6. C. de probat.* & habetur plene *in conſt. Pœnam eorum* & ibi per Andr. de Iſern. *in l. eos. 6 C. de mod. mulct. & in toto tit. ff. de requir. reis. & in l. Addictos. 6. C. de Epiſc. aud.* QVADRAGESIMO inquirit † iudex contra ſocios criminis in caſibus, in
quibus licita eſt interrogatio de ſociis, qui numerā- 178
tur per gl. *in l. accuſationis. 17 fin. C. de accuſ.* ita dicit And. de Iſern. *in d. conſt. Hi qui* QVADRAGESIMOPRIMO † inquirit iudex de homicidiis, & damnis
clandeſtinis, & vbi nullus accuſator apparet: & hoc 179
eſt nouiter prouiſum per duas conſtit. Regni, videlicet per conſt. *Super inciſionibus.* & conſtit. *Si damna.* & ibi per Andr. de Iſer. & ſunt duo capitula Regni, vnum videlicet *in num. 24.* & incipit, *Clandeſtinis.* aliud. *in num. 155.* & incipit, *Conſtitutionem diui patris.* eſt etiam aliud capitulum Regni limitans, & declarans, quando habet locum pœna homicidii clandeſtini, *in num. 114* & incipit, *Item ſtatuimus, quod pœna, &c.* quo cauetur, dictam pœnam tunc habere locum, quando homo reperitur mortuus; ſecus ſi reperitur viuus, licet vulneratus. QVADRAGESIMOSECVNDO, † inquirit iudex de omni cri- 180
mine, in quo interuenit accuſator, & pendente accuſatione in iudicium deducta moritur: Nam iudex proſequitur ex officio, ne delicta remaneant impunita, ita tenet Bart. *in l. ſiue contra. 3 §. quia. 1. col. fin. ff. de liber. agnoſcen.* per *l. defuncto. 6. ff. de publ. iudic. & l. accuſatore. 15. penul. in princ. & ibi Bart. eod. tit.* & tenet idem Bart. in ſimili de accuſatore abſente,

 *in l.*

*in l. inter accuſatorem.* 10. *ff de publ. iud.* & habetur *in c. 1. & 2. de colluſ. deteg.* & hic potes cumulare omnia, quæ dixi ſupra de accuſatore deſiſtēte, vel colludente, & tranſigente, & de aliis quam pluribus, quæ plene cumulaui ſupra *in 8. requiſito ad inquiſitionem, cum*
181 *ſuis fallentiis.* QVADRAGESIMOTERTIO † inquirit iudex ſuper neceſſitate ciuitatis, vel ciuium ſubditorum, maxime tempore chariſtiæ, & neceſſitatis, compellendo dominos ad vendendum frumentum, & annonam iuſto pretio, *l. omnia. 1. §. diuus. 14. ff de off. præf. vrb.* & ibi Bar. & tradunt Mod. *in l. nec emere 16. C de iure delib.* non tamen poteſt compellere illos, qui habent frumentum ſolum pro victu ſuo; quia ordinaria charitas incipit a ſeipſo, *l præſes. 6. C. de ſeruitut. & aqua.* ita dicit Andr. de Iſern. *in proœm. conſt. col 1.* vbi allegat illud in Euang. Matth. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis, &c. QVADRAGESIMOQVARTO † inquirit iudex contra Aduocatos,
182 & procuratores calumnioſos, & tumultuoſos, & male verſantes in eorum officio, vel ſi ſunt infames; nam poteſt illis interdicere, ne poſtulent, & procurent, & poteſt eis prohibere omnes actus forenſes, vt *d. l 1. §. fin. ff. de off. præf. vrb. & in l. moris. 9. in princ. & fin. ff. de pœn. & l. hunc. 1. §. remouet. 6. ff. de poſtul. & l. quos prohibet. 7 eod. tit.* QVADRAGESIMOQVIN-
183 TO, † inquirit iudex de defenſionibus rei in criminalibus ex ſuo officio, etiamſi reus non defendat, poteſt, imo tenetur iudex perquirere ſuas defenſiones ex officio, ad innocentiam ſuam probandam, tex. eſt, & ibi Bart. *in l. ſi non defendantur. 19. ff. de pœn.* & Bart. *in l. in criminibus 1. §. fin ff de quæſt. & in l. dies cautioni. 4. §. hoc autem iudicium. 8. col. pen. ff. de dam. inf.* & plene in ſua diſputatione, quæ incip. *Iudex*
184 *maleficorum. &c.* QVADRAGESIMOSEXTO † inquirit iudex ſupplendo de facto, & teſtes producendo in omnibus caſibus, in quibus poteſt procedere ad diffinitiuam ſententiam contra abſentem, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, ſecundū Bar. *in auth. qui ſemel, col. 1. per illum text C. quom. & quan. iudex & in l. ampliorem. 39. C. de appel* & Bar. plene *in d. l. 4. §. hoc autem. 8 in 3. q prin. ff de dam inf.* Ex quo infero, quod cum hodie in regno non requiritur litis conteſt. in cauſis ciuilibus: quia reo citato contumace, proceditur inſtante actore ad dationē termini probatorii in contumaciam, & proceditur ad diffinitiuam, etiam contra abſentem, vt dicta reg. prag. quæ incipit, *Relatione.* ſequitur, quod in omnibus cauſis ciuilib abſente reo poteſt iudex ſupplere de facto, ex ſuo officio inquirere de probatione rei abſentis, & illas producere, vt veritatem inquirat tam in cauſa principali, quam appellationis, textus eſt *in d. auth qui ſemel ibi; veritate perquiſita. &c. & in d. l. ampliorem 39. in princ. iuncta glo. in verſic adimplere.* & not. pulchre Bart. *in d. §. hoc autem. 8. in 3. q princ.* & Abb. *in c. cauſam 3. col fin de dol. & contum.* Quod nota perpetuo. quia pauci aduertunt. Et per

hoc poſſes ſaluare iudicem, vt non poſſit allegari ſuſpectus quando nimis faueret reo in caſu prædicto; quia ſe ge permittente facit. QVADRAGESIMO-
SEPTIMO † inquirit iudex de crimine falſæ mo- 185
netæ, etiam nemine accuſante. *l. quoniam. 1. C. de fal.*
*monet.* † hodie in regno eſt prouiſum, quod iſti cu- 186
dentes falſam monetam, damnentur ad vltimum ſupplicium, & publicationem bonorum, per cor ſtit. quæ incipit, *Adulterinā* & per c. Regni, *in n. 29.* quod incipit; *Vt quæ, &c.* QVADRAGESIMOOCTAVO
inquirit † iudex de crimine hæreſis ad inſtar crimi- 187
nis læſæ maieſt. & de hoc eſt prima conſtitutio Regni, quæ incipit, *Inconſutilem.* & imponit pœnam combuſtionis, & ſic vltimi ſupplicii, & publicationis bonorum, & de materia inquiſitionis ſuper tali crimine, eſt pleniſſime tractatum in libro Decret. & Sexto, in tit. *de hæret.* quia hoc dicitur crimen eccleſiaſticum, & ſpectat ad forum eccleſiæ. QVADRA-
GESIMONONO † inquirit iudex ex officio, etiam 188
in cauſis ciuilibus partes interrogando, quando æquum ſibi videtur, iuxta *l. vbicunque 21. ff. de inter act.* ſimiliter teſtes obſcure deponentes poteſt repetere ex officio, vt habetur *in c. clamor. 53. de teſt. & in c cum Ioan. 10. & ibi Abb. & Fel. de fide inſtr* ita dicit Bar. *in d. l. 4. §. hoc autem 8. in 3. q princ ff de dam. inf.* & ibi etiam Alex. & not gloſſ *in §. illud tamen, vt c. quia vero 4. in Auth. de teſti coll. 7 Nouel. 90.* QVINQVAGESIMO
inquirit † iudex de veritate inſtrumenti producti in 189
iudicio, tex. eſt iunct. glo. & ibi Bar. & Angel. *in Authen. de tabellionib. in prin. colum. 4. Non 44.* & not. Bar. *in d. §. hoc autem. 8 in 3. q in fi.* QVINQVAGESIMO-
PRIMO † inquirit iudex de conditione teſtis, qui 190
coram eo producitur: nam poteſt ab honeſtis perſonis interrogare & inquirere de conditione teſtis, & de inimicitia, & aliis defectib. vt eſt gl. *in ver. inimicitia,* & ibi Bal. *in l. teſtium fides. 3. in princ ff. de teſtib.* & gloſſ. *in ver. officii. in § ſancimus. 1.* alias *cap. in d. Authen 90. col. 7. de teſtib.* & gloſſ. *in l. in ordinem. 1. §. curatores. 5.* alias *ſi curatores. ff de magiſtr. conuen.* & Bartol. *in d. l. teſtium fides 3. § hoc autem, in tertia quæſtion. in fine* & Bartol. in d. ſua diſputatione, quæ incipit: *Iudex maleficiorum, colum. 3. verſicul tertio, &c.*
QVINQVAGESIMOSECVNDO, inquirit † iu- 191
dex ad denunciationem ſibi factam per officialem deputatum ad crimina deferendum, vtputa, quando vadunt officiales perquirendo luſores portantes arma, & alios ſimiles delinquentes; nam ex quo reperiuntur in flagranti, & notorio crimine, poſſunt denunciari iudici, & iudex inquirit ad eorum denunciam, alias facit litem ſuam, ſecundum Bal. *in d l iubemus. 24. colum. 2. verſic. 2. C de probat.* per *l. nulli hæreticorum. 3. fi. C. ne ſan. bapti. iteret.* de hoc eſt tex. *in l. ab accuſatione. 6. §. denunciatores 3.* alias *nunciatores ff ad Turp.* & not. plene Bart. *in l. Diuus. de cuſtod. reor.* vbi plene tangit effectum iſtius denunciationis, & idem Bart. *in d. l. ex lege Iulia. 2. §. ſi publico. 5. colum. 2. in fin. ver. do regulas, prima eſt, &c. ff de adul-*

adulter. QVINQVAGESIMOTERTIO inquirit
192 iudex † ex officio in dãdo Aduocatus pupillis, pau-
peribus, & perſonis miſerabilibus, & maxime, ne à
potentioribus opprimantur, & ſimiliter furioſis, tex.
eſt in l. nec quidquam. 9. §. Aduocatos. 5. & ibi Bald. &
Dd ff. de off procon. & in l hunc titulum. 1. §. ait prætor. 4.
& ibi gloſſ. ff. de poſtul. QVINQVAGESIMOQVAR-
193 TO † inquirit iudex de contemptu, & contumacia
procuratoris, qui adminiſtrat negotia abſentis;
nam poteſt illum ex officio remouere ab admini-
ſtratione, & ſibi interdicere officiũ procurationis:
text. eſt in l. eum qui res. 3. C. de procur. per quem ita
dicit Bald. in l. mandatum. 15. colum. 4 verſic. 6. eſt. &c.
194 C. mand. QVINQVAGESIMOQVINTO, † inqui-
rit iudex ex officio contra procuratorem, vt doceat
de mandato, ne iudicium efficiatur fruſtratorium,
& hoc poteſt facere iudex, etiam poſt lit. conteſt.
ſecundum Abb. in c. nulli. 5. de accuſ. & habetur in c.
exceptionem. 12. de except. QVINQVAGESIMO-
195 SEXTO, † inquirit iudex de criminibus ſacrilegii &
plagii, tex. eſt & ibi Bar. in d. l. Iulia. 4. §. mandatis. 2. ff.
ad l. Iul. pecul. QVINQVAGESIMOSEPTIMO,
196 inquirit † iudex ex officio contra non ſoluentes de-
cimas, & illos compellit ad ſoluendum, etiam ne-
mine petente, ita tenet Card. in Clem. 2. in 24. q. de
197 iud. QVINQVAGESIMOOCTAVO, † inquirit
iudex ex officio de idoneitate tutoris, & quando
mater petit dari vnum tutorem filio ſuo; nam iudex
poteſt ex officio inquirere, & videre, an ſint alii le-
gitimi tutores magis idonei, quam ille, quem mater
petit: tunc poteſt repellere petitum à matre, & dare
alium magis idoneum, ita tenet Bal. in l. precibus. 8.
col. 6. ver. & ſcias quod mat. &c. C. de impu. & aliis ſubſt.
198 QVINQVAGESIMONONO, † inquirit iudex ad
faciendum ſepeliri defunctum, cogendo hæredes
ex officio, vt ipſum ſepeliant, & poteſt ex officio
vendere res hæreditarias, vel compellere hæredes
ad vendendum pro ſepultura defuncti etiam ante
aditam hæreditatem, tex. eſt & ibi Bar. in l. qui erat.
199 49. ff. fam. erciſ. SEXAGESIMO, † inquirit iudex cõ-
tra agentem ſine actione, & cui non competit ius
agendi, & poteſt ipſum ex officio repellere à limine
iudicii, vt not. gl. Bar. & Doct. in l. vbi pactum. 40. C.
de tranſact. & Soc. in conſ. 255. col. 2. in fin. verſic. 2. in 2.
volum. Similiter repellit eum, quem conſtat calu-
mnioſe agere: vt dicit idem Soc. in conſ. 38. col. pen. in
prin. in 1. vol. & de hoc plene vide per Fel. in c. ad aures.
200 6. de præſc. SEXAGESIMOPRIMO, † inquirit iu-
dex ex officio, qui habet literas arbitrales in hoc
Regno de omnib. criminibus irrogantibus pœnam
mortis ciuilis, vel naturalis, vel mẽbra abſciſſionis,
& de iniuria illata pupillo, viduæ, vel Eccleſiæ, vt
eſt capitulum Regni, quod incipit, Netuorum. & a-
liud quod incipit, Si temporum. & iſta duo capitula
ſunt literæ arbitrales. SEXAGESIMOSECVNDO
201 inquirit † iudex ex officio per Syndicatores contra
officiales ad ſyndicatum de commiſſis, & omiſſis in
officio; nam contra eos poteſt procedi non ſolum
ad querelam partium, ſed etiam per inquiſitionem,
vt eſt regia prag. q̃ incipit; Regiæ dignitati. SEXAGE-
SIMOTERTIO † inquirit iudex contra frequen- 202
tatores tabernarum, contra luſores ad ludos prohi-
bitos, & contra frequenter rixantes, & portantes
arma, & contra homines deambulantes per plateas,
& vicos, qui ſunt iuuenes ſine arte & non laborant,
nec habent reditus, & vadunt bene veſtiti: nam præ-
ſumitur de eis omne malum; omnes enim iſti ſi fue-
runt conuicti per 10. teſtes, debent condemnari ad
tẽpus in galeras, ita dicit conſt. regni Hi qui, in prin.
& ibi plene hoc declarat Matth de Afflict. in not. &
Par. in tract. Synd. verſ. inquiſit. col. 2. vbi ſeipſum in-
uoluit, allegando plura capitula, & conſtit. Regni,
in fin. nihil certi concludit, & tenet ibi Paris quod
ille numerus 10. teſtium eſt hodie redactus ad 3. per
c. Regni, quod incipit: Subiungendo. in hoc puto, ꝙ
male inquatur; nam d. c. Subiungendo. loquitur in a-
liis terminis, & delictis, vbi venit pœna mortis, vel
membri abſciſſio. Et puto, † quod intentio illius
conſtit. Hi qui, dum requirit probationem 10. teſtiũ, 203
fuerit; quia id, quod probatur per 10. teſtes, efficitur
notorium, vt dicit Bal. in auth. quod locum, in fin. ver.
decimo quæritur. C. de collat. & in notoriis iudex po-
teſt inquirere, l. ea quidem. 7. C. de accuſ. & habetur in
l. in quacunque. 1. C de cuſt. reor. & dixi ſupra ver. 28. &
per iſtam rationem puto illam conſt. Hi qui, non eſ-
ſe correctam per cap. Regni, quod incipit, Generales,
de cuius intellectu dixi ſupra, verſic. 36. An † autem
in crimine priuato poſſit inquiri ex officio, puta in 204
furto, vel iniuria, vide Luc. de Pen. in l. ſi vacantia. 5.
fin. col. 4 ver. in Regno autem C. de bon. vacant. lib. 10.
vbi tenet, quod non: hoc tamen intellige, niſi deli-
ctum eſſet notorium, vel eſſet commiſſum coram
officiali; nam tunc licet ſit priuatum, põt de eo in-
quiri, per ea quæ dixi ſupra. verſ. 17. & 38. not. Paris
in tract. ſynd. in verſ. inquiſit. colum. 5. verſic. & adde, &c.
Eodem modo ſi eſſet commiſſum vnum magnum
furtum, & neſciretur auctor, poteſt iudex inquirere,
mittendo pro vicinis, & inueſtigando alia indicia
pro inueniendo fure, ſecundum Bar. in l. qui ſine.
22. ſin. col. 1. de quæſt. & vid. quod not. glo in d. conſt. Hi
qui, §. de ſpecialib. & gloſſ. & Andr. de Iſern in conſti-
tut. Præſenti lege. & vide Par in d. verſic. inquiſit. col. 5.
in princip. Item poſſet limitari, vbi furtum tranſcen-
deret ſummam Auguſtalis, quo caſu in Regno eſ-
ſet pœna mutilationis manus vel mortis, ſecun-
dum formam capituli Regni, Ad hoc quod noſtro-
rum, &c. nam tunc iudex habens literas arbitrales
poſſet procedere ex officio, per illam literam arbi-
tralem, Netuorum. ADDITIO. Nota, quod ſemel
audiui excellentem Antonium Baraptucium dixiſ-
ſe, quod inferiores Iudices etiam in furto vltra vn-
ciam non poſſunt ex officio inquirere, & vide Af-
flict. in conſtit. Eos qui ſcienter 1. col. in fin Petr. Foller.
Vnum † tamen ſcias, quod licet hodie pro furto ſit 20

 impo-

impoſita pœna mortis, & ſic altera pœna iuris communis; tamen adhuc dicitur crimen priuatũ, & non dicitur publicum, ſecundũ Lucam de Penna in quadam ſua additione, poſita in capitulis Regni, poſt c. 215. quod incipit: *Dura nobis, &c.* declarat Iaſ. *in l. penult. ff. de condict. ob cauſam.* † SEXAGESIMOQVARTO, 206
poteſt Iudex inquirere regulariter de omni crimine de iure canonico. ita tenet Gand. *in ſuo tract. maleſ. in tit. quomodo maleſ. cogn. per inquiſit. col. 2.* vbi ponit nonnulla requiſita, quæ copulatiue requiruntur, vt procedat inquiſitio de iure canonico, de hoc habetur *in c. inquiſitionis. 21. & in c. qualiter, & quando. 17. & 24. de accuſ.* Plures autem caſus in quibus inquiſitio fieri poteſt, perquirat ſtudioſus inueſtigator, hos autem cumulaſſe ſufficiat, qui in mentem venerũt.
207 † Cuius autẽ expenſis debeat fieri inquiſitio in criminoſorum? dic, quod expenſis Fiſci, ſecundũ Andr.
208 de Iſern. *in conſt. Iuſtitiarii. la. 3.* † Vltimo quæritur, quid ſi inquiſitio eſt inepta, an validetur per confeſſionem inquiſiti? Vide Angel *in conſil. 178* incip. *viſis actis prædicto, &c* vbi tenet tutius eſſe, quod inquiſitus abſoluatur, & denuo poſtea apte inquiratur, & hoc videtur terminare *in dec. 176. conſil. Neap.* Rob. Marant. V. I. D.

## De denunciatione, quæ eſt modus perueniendi ad iudicium.

### SVMMARIA.

1 *Denunciatio quotuplex ſit.*
2 *Denunciatio in quo differat ab accuſatione.*
3 *Denunciatio iudicialis priuata quæ dicatur.*
4 *Denunciatio euangelica, quæ & vnde dicatur.*
5 *Euangelica denunciatio quando locum habeat.*
6 *Sententia iniuſte lata, licet tranſierit in rem iudicatam, reſcindi tamen poteſt per euangelicam denunciationem.*
7 *Denunciatio canonica quæ dicatur, & quando habeat locum.*

EXPEDITA materia inquiſitionis venio ad quartum modum ingrediendi iudicium, ſcilicet ad denunciationem, prout pollicitus ſui proſequi iſtos modos in principio huius ſextæ partis. Peruenitur igitur ad iudicium, quandoque per viã denunciationis: & de hac eſt ſciendum, † quod
1 DENVNCIATIO eſt TRIPLEX, ſcilicet IVDICIALIS, EVANGELICA, & CANONICA. Denunciatio IVDICIALIS eſt DVPLEX, ſcilicet PVBLICA & PRIVATA. PVBLICA eſt: quando in iudicio deducitur aliquod crimen ad publicam vindictam, ad denunciam alicuius Officialis vel alterius priuati, & Iudex præcedente tali denunciatione inquirit poſtea de illo crimine: vt dixi ſupra in materia inquiſitionis, *verſic. quinquageſimo*
2 *ſecundo.* † & iſta denunciatio eſt ſimilis accuſationi, vt dicit Andr. de Iſern. *in conſtit. Literas.* in hoc tamen differt; quia denunciator non ſe inſcribit, nec facit partem in Iudicio, ſicut accuſator, vt declarat Salyc. *in l ea quidem. 7. in princip. C de accuſat.* & Ang. *in tract. maleſ. in verſic. nec non ad denunciam. &c.* vbi plene tangit materiam huius denunciationis. Et in hac denunciatione non requiritur aliqua monitio, vt tenet Specul. *in tit. de denunciat. §. 2. verſic. publica,* & de hac loquitur text. *in c. Romana 1. §. ſane 4. de cenſib. lib. 6.* & Bart. plene *in l. diuus. 6 ff. de cuſtod. reo.* & Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verſic. per denunciationem,* & Angel *in d verſic. nec non ad denunciam, &c.* † Denunciatio iudicialis PRIVATA, eſt 3
illa, quæ fit ad priuatum intereſſe & commodum, vt quando aliquis filius vel ſeruus indebite opprimitur a patre, vel à domino, & idem in omni alio oppreſſo ab aliquo potentiore, & ſimiliter in perſonis miſerabilibus oppreſſis: nam poſſunt hoc denunciare in iudicio, vt per Iudicem releuentur, vt not. Spec. *in tit. de denunc. § 2. ver priuata,* & Bart *in d verſic. per denunciationem, &c.* & hanc denunciationem iudicialem plene declarat Abb *in c. nouit. 13. col. 17 verſic. nunc condeſcendo, &c. de iud.* † Secunda 4
denunciatio, per quam aditur iudicium, eſt denunciatio EVANGELICA, & hæc eſt valde notanda; quia per eam reparantur multa, quæ ſunt auxilio iuris ciuilis deſtituta, vt dicit Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum in verſic. per denunciationem.* Et ideo dicitur euangelica; quia habuit originem ab Euangelio, vt dicit Abb. *in d c. nouit. 13. colum. 17. verſic. vltim. &c.* vt traditur *Matth. cap. 18. & Lucæ cap. 17.* dum: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ primo inter te, & ipſum, & hæc eſt prima monitio: & ſi te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, & hæc eſt ſecunda monitio: quod ſi te non audierit dic Eccleſiæ, & iſta eſt denunciatio euangelica, per quam aditur eccleſia, & ſic Iudex eccleſiaſticus, bina prius monitione præcedente, vt loquitur text. *in d. c. nouit. 13. & c. ſi peccauerit. 2. q. 1* & declarat Bald. *in authen. ad hæc. col. 2 in fin. C. de vſur.* & pleniſſime Abb. *in d. c nouit 13. col. 11. cum pluri. ſeq.* † Et breuiter ad 5
hanc denunciationem recurrimus, vbicunque aliquis tenet indebite aliquam rem contra conſcientiam, & cum peccato: nam poteſt is, qui prætendit intereſſe, adire Iudicem eccleſiaſticum formando libellum, narrando, qualiter ille tenet dictam rem cum peccato, & contra conſcientiam, propterea denunciat ipſum eccleſiæ, vt eum corrigat à peccato, & compellat ipſum per conſequens ad rei reſtitutionem: & debet narrare qualiter præceſſit illa bina monitio, ſecundum formam Euangelii; quia alias hæc denunciatio non procederet, ſecundum Spec. *in tit de denunc. §. 2. verſic. item opponitur, & verſic. quod autem,* & Bald. *in d. verſic. per denunciationem,* & Felin. *in d. c nouit 13 col penult.* vbi ſequitur opin. Franc. de Aret ſcilicet quod etiam in delictis notoriis requiratur illa bina monitio, quidquid tenuerit Archid. *in c. ſi peccauerit. 2 q. 1.* & per hanc denunciationem

Iudex

Iudex principaliter intendit corrigere denunciatum à peccato, quia iſta cenſetur denunciatio charitatiua. Verum quia à peccato deſiſtere non poteſt, nec pœnitentiam agere, niſi rem ablatam reſtituat, vt declarat pulchre Abb. *in c. ad noſtram. el. 2. de iur.* ideo per conſequentiam neceſſariam conſtringit denunciatum ad rei reſtitutionem, non ſolum per cenſuras eccleſiaſticas, verũ etiam per miſſionem in poſſeſſionem, ſecundum Baldum *in d. authent. ad hæc. col. 2 in fin. & ſeq. C. de vſur.* quem ſequitur Felin. *in d. c nouit. 13. col. fin.* & iſte eſt bonus modus recuperandi rem per alium detentam, quando aliud ciuile remedium deficeret.
6 Hinc † dicimus, quod ſi eſt lata ſententia iniuſta in fauorem alicuius, & tranſiuit in rem iudicatam, licet ſuccumbens ſit excluſus ab omni ciuili remedio; tamen ſi is, qui obtinuit, ſcit ſe iniuſte obtinuiſſe, poteſt denunciari Eccleſiæ per hanc denunciationem Euangelicam, & compellitur reſtituere id, quod iniuſte habuit, vt à peccato deſiſtat, ſecundum Abb. *in c. qui in vinorum. 1. colum fin. de conceſſ. præb.* & poteſt conſtare de conſcientia obtinentis, quãdo forte confiteretur extra iudicium ſe iniuſte obtinuiſſe, vt ibi dicit Abb. circa fin. Reliqua de iſta denunciatione dic vt plene per Abb. Felin. & Doct. *in d. c. nouit. 13.* & Bart. *in d. extrauagan. ad reprimendũ. in verſic. per denunciationem, & in aliis locis ſupra allegatis.*
7 Tertia † principalis denunciatio dicitur CANONICA, ex eo; quia à ſacris canonibus fuit introducta, & iſta eſt DVPLEX: SPECIALIS, ſcilicet, & GENERALIS. Denunciatio canonica SPECIALIS fit per eum, cuius intereſt habere bonum Prælatum, vel adminiſtrationem, vel ſubditum, vt primo bis monitus, ſi eſt incorrigibilis, remoueatur ab officio, & beneficio: & de hac loquitur text. *in c. cuſtos Eccleſiæ. 1. de off. cuſt. & in c. licet Heli. 31. de ſimo.* Denunciatio vero GENERALIS dicitur illa, quæ eſt publica, vt quando agitur de matrimonio diſſoluendo, & de eius impedimentis, & de hac loquitur text. *in c. ad diſſoluendum. 13. de deſponſ. impub. & in c. cum inhibitio 3. de clandeſt. deſpon.* vt quando duo volunt contrahere matrimonium, & tertius denunciat eccleſiæ impedimentum conſanguinitatis, vel aliud ſimile: ita declarat Abb. *in d. c. nouit. 13 pen. in fin.* & Spec. *in tit. de denunc. §. 2. verſic. canonica, &c.*

*De imploratione officii iudicis.*

QVINTVS modus peueniendi ad iudicium eſt per implorationem officii iudicis. Et hic veniret diſcutiendum, quotuplex ſit officium iudicis, & qualiter in eo procedatur, an requiratur litis conteſtatio, & alia ſolennia iudici. De quibus omnibus remitto me ad ea, quæ not Bart. & Doct. *in l. ius dicentis 1. ff. de iu. omn. iud.* & per gloſſ. & Canon. *in c. Iudicis officium. 2 fin. de offic. iud.* Vnde venio ad proceſſum huius ſextæ partis iuxta ordinem propoſitum: & primo ſecundum ordinem videamus materiam citationis. *Robert. Maran.*

## De citatione, primo membro iudicii.

### SVMMARIA.

1 *Citatio iudiciarii ordinis, eſt fundamentum, & ab ea iudicium incipit.*

2 *Citari debet vnuſquiſque prætendens intereſſe in iudicio, alias non valet actus, qui fit ſine citatione.*

3 *Citatio eſt de iure naturali, nec poteſt etiam per Principem omitti.*

4 *Citatio in ſingulis actibus iudiciariis fieri debet.*

5 *Citatio eius non requiritur, qui ſi præſens eſſet, actum impedire non poſſet.*

6 *Citatio non requiritur in exigendis tributis, daciis, & collectis ſeu functionibus fiſcalibus.*

7 *Citatio in actibus, qui expediuntur per iudicem ante citationem in cauſa principali, non requiritur.*

8 *Citatio non requiritur in concedenda venia vocandi parentes, vel patronos in ius.*

9 *Citatio partis an requiratur in productione inſtrumenti.*

10 *Sententia Principis, ſeu Imperatoris, vel ſacri conſilij, an ferri poſſit, ſine citatione partis.*

11 *Pactum de capiendo debitorem, vel eius bona, operatur, vt captura fieri poſſit ſine alia partis citatione, & poteſt etiam impetrari familia à iudice, etiam contra tertium poſſeſſorem, & numer 38*

12 *Præſens in iudicio, an debeat citari, vel certiorari*

13 *Citatus ob vnam cauſam, qui comparuit, an teneatur reſpondere pro alia.*

14 *Citatio non requiritur contra debitorem ſuſpectum de fuga.*

15 *Actus expediri poteſt ſine citatione, quando periculũ eſt in mora*

16 *Sententia criminalis in fauorem abſentis valet: etiam eo non citato. Secus, ſi contra eum feratur.*

17 *Sententia lata pro abſente non citato, valet in cauſa ciuili, vbi proceditur ſine figura iudicii.*

18 *Citatio partis non requiritur in actu, qui fit vltima die termini.*

19 *Citatus, qui ſtatim aſcendit equum, & receſſit re vel dixit ſe nolle comparere, non eſt vlterius citandus.*

20 *Citatio partis non requiritur in probatione, quæ ſoli iudici concludit.*

21 *Citatio non requiritur in actu expediendo, ſecundum conſcientiam.*

22 *Executor teſtamenti, cui datum eſt arbitrium diſtribuendi & eligendi pauperes, poteſt id facere ſine citatione hæredum vel alterius.*

23 *Citatio partis, nec præſentia, requiritur in relatione agrimenſoris, miſſi per iudicem ad menſurandum.*

 *24 Ca-*

24 *Calendatores ſententiam ferre poſſunt, parte non citata.*

25 *Citatio partis non requiritur in iuramento deferendo ſuper taxatione, vel liquidatione rerum ablatarum, ſecundum formam* l. ſi quando. C. vnde vi.

26 *Teſtes examinantur ſine citatione partis, ſuper damno, ſeu furto in ſyluis paſſo.*

27 *Mulier honeſta in domo examinatur ſine citatione partis.*

28 *Teſtis, cuius dicto neceſſario ſtandum eſt, examinari poteſt parte non citata.*

29 *Teſtis, de cuius morte vel receſſu timetur, non citatus poteſt examinari.*

30 *Actus qui in conſequentiam tangit praiudicium alicuius, & non principaliter, eo non citato fieri poteſt.*

31 *Prodigo poteſt interdici adminiſtratio per iudicem, ſine alicuius citatione.*

32 *Fideiuſſoris citatio non requiritur in ferenda ſententia contra principalem.*

33 *Iudex qui tulit ſententiam interlocutoriam, à qua ſuccumbens appellauit, poteſt vſq; ad diffinitiuam procedere ſine citatione partis, ante, quam ſibi inhibeatur.*

34 *Contumax condemnari poteſt ad expenſas, ſine alia citatione.*

35 *In dando tutore ſine inquiſitione, non requiritur citatio.*

36 *Citatio eius, qui latitat ne citetur, non requiritur.*

37 *Citatio non requiritur, vbi certum eſt, aduerſario nullam competere defenſionem.*

39 *Citatio à quo iudice fieri poſſit.*

40 *Iudex an poſſit citare ſubditum ſuum, exiſtentem extra territorium ſuum, & nu. 41.*

42 *Citatio per quem debeat fieri.*

43 *Nuncii quales perſonæ eſſe debeant.*

44 *Iudex poteſt citare etiam per famulum ſuum, imo etiam per ipſum principalem litigantem: Et quid. ſeruetur in Regno, nu. 45.*

45 *Executor poteſt quis per iudicem conſtitui in propria cauſa.*

46 *Citatio in ſcriptis non committitur in Regno, niſi habenti publicum officium.*

47 *Citatio fieri poteſt, etiam per actorum magiſtrum, habentem iudicis commiſſionem.*

48 *Iudex pro tribunali ſedens poteſt monere, ſeu citare partem, vt tali die coram ſe compareat.*

49 *Monitorium iudicis, habet vim peremptorii, & trinæ citationis.*

50 *Citationum ſex reperiuntur eſſe ſpecies.*

51 *Citatio tria extrema requirit, ſcil. commiſſionem iudicis, nuncii executionem, & relationem.*

57 *Citatio in ciuilibus valet ſine commiſſione, ex generali conſuetudine, & nu 57.*

53 *Nuncio, dicenti ſe citaſſe, quomodo, & quando credatur.*

54 *Nuncii relatio ex actis apparere debet, antequã actus in contumaciam fiat, alias actus eſt nullus.*

55 *Relatio nuncii eſt actus ſubſtantialis, qui die feriato fieri non poteſt.*

56 *Sententia lata contra contumacem, ante nuncii relationem, eſt ipſo iure nulla.*

57 *Relatio nuncii poteſt fieri ſoli actorum magiſtro.*

58 *Citatio realis quæ.*

59 *Citatio realis fieri poteſt etiam in ciuilibus, quando debitor eſt ſuſpectus de fuga.*

60 *Iudex non debet aliquem capere ante ſummariam fidem, de fugæ ſuſpicione in ciuilibus; Secus in criminalibus.*

61 *Citatio realis ſine iudicis commiſſione fieri non poteſt.*

62 *Suſpectus de fuga propria authoritate etiam per priuatum capi poteſt, ſine iudicis commiſſione.*

63 *Citatio verbalis quæ dicatur, & quæ continere debeat.*

64 *Locus an & quando in citatione inſeri debeat.*

65 *Citatio ſine die, an & quando valeat.*

66 *Hora, in qua quis comparere tenetur, an requiratur in citationibus.*

67 *Citatus quantum tempus habeat ad comparendum. Et quid ſeruetur in regno.*

68 *Contumacia qualiter, & quando accuſetur in Regno, & quando circumducatur citatio.*

69 *Citatio an, & quando valeat ſine cauſa, & an cauſam continere debeat.*

70 *Citatio ad audiendam intentionem curiæ, non valet.*

71 *Citatio ad reſpondendum petitioni porrigendæ, an valeat. Et quid ſi petitio non porrigatur illo die citationis.*

72 *Verbum,* peremptorie, *an, & quando in citatione apponi debeat.*

73 *Citatio per literas, vt valeat, quid continere debeat.*

74 *Citatio de neceſſitate non requirit ſcripturam regulariter.*

75 *Delegatus debet copiam ſui reſcripti in citatione inſerere, alias citatio non valet.*

76 *Perſona illuſtris, & clariſſima, in ſcriptis citari debet.*

77 *Nuncio, ſeu executori ad capienda bona fiſco delata, vel exigendas pecunias fiſcales, non creditur, ſine literis.*

78 *Nec perſonam nec bona poteſt nuncius ſine ſcriptis capere.*

79 *Nuncio ſpecialiter electo non creditur ſine literis, & ſupra num. 45.*

80 *Citatio extra prouinciam, ſine ſcriptis facta, non valet.*

81 *Citatio ad domum, & non perſonaliter, ſine ſcriptis non valet.*

82 *Citatio per edictum qualiter fiat.*

83 *Citatur per edictum, qui non perſonaliter reperitur, nec certam domum habet.*

84 *Per edictum citatur, qui doloſo latitat, & impedit ne cita-*

*citatio verbalis, vel per literas poſſit ad eum peruenire.*

85 *Citatio fit per edictum illius, qui degit in loco, qui propter guerras, vel inimicitias, vel alio modo non eſt ſecurus.*

86 *Clauſus in domo, qui perſonaliter haberi non poteſt, citatur per edictum, ianuæ domus ſuæ affixum.*

87 *Actor qui litem non proſequitur, ſed ſe abſentat, reo inſtante, poteſt per edictum citari.*

88 *Citatio per edictum, ſecundum conſtitutiones Regni.*

89 *Citatio fit per edictum, cum contradictores ſunt incerti.*

90 *Inſtitorem apothecæ præpoſitum, reuocare volens, edictum apothecæ præfigere debet, vt nemo cum illo contrahat.*

91 *Clericus abſens citatur per edictum, affixum in valuis eccleſiæ ſui beneficii.*

92 *Epiſcopus volens electum in beneficio confirmare, edictum in valuis eccleſiæ affigere debet contra ſua intereſſe putantes.*

93 *Tenens prædium tributarium, ſi ſe abſentauerit, citatur per edictum, & non comparens intra ſex menſes, priuatur prædio.*

94 *Vniuerſitas poteſt citari per edictum.*

65 *Citatio, in caſibus, in quibus per proclama fieri poteſt poteſt etiam fieri per edictum.*

96 *Edictum quanto tempore in loco affixum eſſe debeat.*

97 *Citatio per proclama quæ dicatur.*

98 *Inuentarium cum faciendum eſt per hæredem, fit citatio per proclama.*

99 *Litigator poſt litem conteſt. ſe abſentans, & non habens domum, vel neminem in domo, per publicum proclama citari poteſt.*

100 *Citatio per proclama contra certam perſonam, in quo loco fieri debeat.*

101 *Abſens qui nullibi reperitur, nec habet certam domum, poteſt per proclama citari.*

102 *Matrimonia antequam contrahantur, citari debent contradictores per publicum proclama, intra certum terminum, alias clandeſtina dicuntur.*

103 *Minor cum adiuit hæreditatem, & poſtea per in integrum reſtitutionem vult ſe abſtinere, & repudiare, citandi ſunt omnes creditores incerti per proclama, cum termino trium menſium.*

104 *Creditor poſterior poteſt citari facere anteriores per proclama, quando rem hypothecatam vult vendere. Et quid talis citatio operetur.*

105 *Epiſcopus expulſus, per proclama in alia diœceſi poteſt expulſores citare: & contra eos procedere.*

106 *Pupillus cum debet pati miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, citari debent eius conſanguinei per proclama.*

107 *Miſſio in poſſeſſionem, cum facienda eſt contra abſentem indefenſum, eius conſanguinei, & amici per proclama requiri debent.*

108 *Hæres, antequam adeat hæreditatem, poteſt citari facere creditores per proclama, vt compareant ad edendum inſtrumenta debiti.*

109 *Teſtamentum cum eſt publicandum, fieri debet citatio per proclamata.*

110 *Citatio per proclama, vel edictum, ſemper poteſt fieri, cum aduerſarii ſunt incerti.*

111 *Citatio quæ fit per campanam, ſeu tubam, quando locum habeat.*

112 *Vniuerſitas an in die Veneris ſancta citari poſſit ad ſonum tabellæ, quia non pulſantur campanæ.*

113 *Citatio fit per campanam, cum [illegible] eſt ad bellum.*

114 *Sonus campanæ quæ ſigna importet.*

115 *Citatio, cum res agitur inter duos litigantes, non debeo fieri motu proprio iudicis, ſed ad inſtantiam partis.*

116 *Iudex videns inſtantiam perire, poteſt ex ſuo officio ad ſententiam citare.*

117 *Citatio vt quis compareat die Lunæ, Martis, & Mercurii, an ſit vna, vel plures.*

118 *Citatio generalis ad totam cauſam, vt quis compareat, ſingulis diebus, & horis vſque ad ſententiam, an valeat.*

119 *Citatio quando fieri debeat.*

120 *Citatio an valeat, cum dies termini cadit in diem feriatam, & an teneatur citatus tunc comparere die ſequenti, vel præcedenti, num. 123.*

121 *Citatio die feriata valet pro tali cauſa, quæ die feriata expediri poteſt.*

122 *Princeps citari poteſt die feriata ad honorem Dei.*

124 *Citatio in quo loco per nuncium fieri debeat.*

125 *Citatio an fieri poſſit in apotheca, vel in porticu, ſeu ſtabulo, remiſſiue.*

126 *Citatio vt valeat, quid ſeruare debeat nuncius, cum ei commiſſa eſt, vt fiat perſonaliter, vel in domo.*

127 *Relatio nuncii debet eſſe clara, ſcilicet, vt referat, ſe perquiſiuiſſe citatum, & non inueniſſe.*

128 *Citatus in domo, mulctatur in Regno, ſi non compareat.*

129 *Citatio an fieri poſſit in Eccleſia.*

130 *Citatio vbi fieri debeat, cum citandus domum certam non habet.*

131 *Ad quem locum quis debeat, & poſſit citari, vt teneatur comparere.*

## ANNOTATIO.

AVCTOR in operis partitione ſuos Tractatus ſex partibus claudere conſtituit, quod nobis fuerit argumento, illum hic non (tanquam ex diametro ſecum pugnantem) ſubſuere ſeptimum in ſui corporis membrum: quippe qui patefactis gradibus ad iudicium, iam è re nata occaſione, ipſius membra exactiſſime acutiſſimeque excutiat. Sunt enim non iſagogæ, ſed conſequentia.

PRO

1 PROPOSVI † in principio huius ſextæ partis, quod prima pars iudicii continet decem membra. Quorum primum eſt citatio, quæ citatio merito præponitur in ordine; quia ab ea incipit iudicium, vt *in §. fin Inſtit. de pœna tem. lit.* & probatur ex ordine titulorum ff. veteris, nam Iuriſconſultus volẽs tractare de iudiciis, primo poſuit iuriſdictiones iudicum, & poſtea appropinquando ad materiam iudiciorum, poſuit titulum, de in ius vocando, vt deſignaret quod ab eo incipit iudicium: vt declarat Bar. *in rub. ff. ne quis eum, qui in ius voc.* & dicitur citatio, fundamentum ordinis iudiciarii, ſecundum Spec. *in tit. de cit. in princ.* Et quoniam materia citationis per multos ſcribentes in ſuis tractatibus ſatis abunde eſt ventilata, ideo ne arroganter videar alienos mihi vendicare labores, breuiter ſuper ea pertranſire decreui. Et ſolum pro inductione iuuenum in practica, maxime in hoc Regno attingã, quod ſeruatur de iure municipali huius Regni in materia citationis, & qualiter ius cõmune limitetur, ſeu corrigatur in hoc Regno; quia hoc eſt principale meum propoſitum, vt Regnicolis, Aduocatis, & Aſſeſſoribus morem geram. Vnde ad materiam citationis appropinquãs præſuppono: quod in qualibet citatione ſunt conſideranda ſex dubia: videlicet, quis, à quo, per quem, qualiter, quando, & vbi, quibus ſex examinatis, breuiter, & ſuccincte, erit
2 expedita materia huius primi membri. Venio † ad primum dubium, ſcilicet quis ſit citandus, breuiter concluſio eſt, quod is debet citari, qui prætendit intereſſe, ſeu poteſt lædi ex aliquo actu, qui fieret in iudicio, alias ille actus non valet, *l. de vnoquoque. 47. ff. de re iud l nam ita diuus. 39. de adopt. l. ſi quando. 19. & ibi Bald. C. de teſtib. & c. in nomine Domini. 2. de teſtib.* Sic ergo qui vult litigare contra aliquem, ante omnia debet citare ſuum aduerſarium in iudicio, a-
3 lias proceſſus non valet; † quia citatio eſt inuenta de iure naturali, & eſt ſpecies defenſionis, & nullo modo poteſt omitti, etiam per Principẽ, vt eſt text. *in Clem paſtoralis. 2. §. cæterum. 8. de re iud* & not, Bald. *in l. eum fratrem. 9 in fin. verbis. C. de his, quib. vt ind.* & Soc. *in conſil. 12. col. 2. in .vol.* vbi ponit exemplum,
4 quod Deus citauit Adam. Et † debet fieri citatio in ſingulis actibus iudiciariis, vt *d l. de vnoquoque 47. ff. de re iud.*

[Adde Gail. *lib. 1. obſeru. 48. nu. 2. cum ibi allegatis.*]

ADDITIO. Innocent. tamen *in c. humilis 7. fin. de maior & obed* conſiderat duos caſus; nam aliquando agitur officio iudicis ſuper iure concernente plures, aliquando agitur actione. primo caſu pone exemplum. Imploratur officium iudicis ſuper reſtitutione petenda aduerſus aditionem hæreditatis; & tunc omnes ſunt citandi, quorum intereſt, & ſi aliqui non fuerunt citati, valebit iudicium contra cæteras perſonas, per *auth. ſi omnes. C. ſi, vt ſe ab hær. abſt.* ſed non vocatis, illud iudicium non præiudicabit, *l. etiam, ſi patre. 29 §. ſi hæreditate. 2. fin. ff. de minor.* ſed alii dicũt, quod debuerunt citari per edictum illi, qui non ſunt certi, per *l. illud. 1. §. Item cum ex edicto. 3. ff: quæ ſen. ſine app. reſc.* ſed ſecundum Ioan. de Imo. præcedens opin. eſt melior, quod valeat iudicium illud, & non præiudicat, & pro hoc facit id. quod not. Bart. *in authent. ſed cum teſtator. C. ad legem Falcid.* vbi videtur tenere, quod teneat actus quo ad præiudicium præſentium, & citatorum, licet abſentibus, & non vocatis non præiudicet, & ita etiam tenet Bald. *in auth. ſi omnes. C. ſi, vt ſe ab hær. abſt.* & idem conſuluit Bart. *conſil. 102. incip. maritum.* & eandem opinionem tenet Paul. Caſtrenſ. *l. ſcimus 22. ſi. §. cum igitur. 1. C. de iur. delib.* Secundo vero caſu illi tantũ ſunt citãdi, qui ſunt in libello nominati: quia tales poſſunt habere ius contradicendi, pro quo facit *c. inter quatuor. 8. de maior. & obed.* fatetur tamen, quod reus conuentus poſſet nominare dominum in iudicium, *c. quoniam frequenter 5. §. quod ſi ſuper, vt lit. non conteſtat.* volunt tamen Innocen. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in d. c. fin. de maior. & obed* quod iudex non tenetur vocare alium, licet eius interſit; quia aut ille tertius ſciuit rem ſuam agi, & tunc ſibi imputet, ſi non veniat, vt *in l. ſæpe conſtitutum eſt. 63. ff. de re iudic.* aut ignorauit; & tunc ſibi non præiudicat, ſed illi tantum, qui ſe obtulit liti: ita etiam vult Ioan. de Imol. *in d c.* per quem text. Bald. *in c. dominus. 1. de mil. vaſal. qui cont. eſt.* dicit, quod ille ſolus eſt citandus, contra quem dirigitur petitio principalis, & idem voluit *in leg. 2. alias 3. C. quomodo & quando iud.* ſed Maria. Soc. dicit, illos tantum eſſe citandos, quos negotium principaliter tangit, & intellige, ſi modo tangit principaliter rebus ſic ſtantibus; ſecus ſi duntaxat tangeret rebus mutatis, per textum *in d. l. temporibus. 1. §. denunciari. 14. ff. de vent. inſpic.* & hoc vult Maria. ipſe *in tractat de citat. in artic. 5. in princip.* ſed vt vides opinio Innocent in practica eſt ſatis æqua; nam de neceſſitate non ſunt citandi, niſi nominati in petitione, licet ſi eſſent alii, quos negotium tangeret, eis iudicium non noceret; eſt tamen tutius, quod omnes vocentur, quos negotium tangit. *Petr. Foller. V. I. D.* Limita † pri- 5
mo, iſtam communem concluſionem non procedere, quando aduerſarius eſſet talis, vt etiam ſi eſſet præſens, non poſſet actum impedire, nec contradicere; quia citari non debet, & valet actus etiam ſine eius citatione, ita per plura tenet Alexand. *in l. recuſare 6. in prin. ff. ad Trebell.* & Paul. Caſtrenſ. *in conſil. 34. colum. pen. in 2 volu.* per text. *in l ergo. 4 §. ſi is. 1. ff de fideic. lib.* & Bald *in l. nec quidquam. 9. § vbi decretum. 1. ff. de off. proconſ.* & ibi Iaſ. *in 4. colum.* ADDITIO. Probatur *in l. qui poteſt. 174. ff. de regul iur.* & habes per Decium *in conſil. 698 diuino. poſt prin. lib. 5.* & Alexand. *conſil. 130. difficultas. col. 1. lib. 1. & conſil. 6. colum. fin. libr. 3.* & Chaſſ. *deciſ. 2. de iudic.* Felin. *in c. cum olim. 12. col. 6. verſ. non eſt citandus. extra de re iud.*
Petr. Foller. V. I. D. Secundo † limita, non pro- 6
cedere in exigendis tributis, daciis, & collectis, ſeu fun-

functionibus fiſcalibus; quia proceditur de plano, nullo ſeruato iuris ordine, & ſine citatione, ſolum exigendo, & compellendo debitores etiam non citatos: ita ſingulariter tenet Bald. *in conſil. 434. incip.*
7 *licet. in 3. volum.* Tertio † limita, non procedere, in omnibus actibus, qui expediuntur per iudicem, ante citationem partis, in cauſa principali: quia licet requirant cauſæ cognitionem, non tamen requiritur in eis citatio partis: ita tenent Bald. & Alex. *in l. ſed ſi hac. 10. §. prætor ait. 12. ff. de in ius voc.* & ibi po-
8 nunt exemplum: concedenda † venia vocandi parentes, & patronos in ius: nam in tali conceſſione non requiritur partis citatio, licet fiat cum cauſæ cognitione, idem tenet Bald. *in l. ea, quæ. 7 circa fi. col. 1. C. quomodo & quando iudex.* Pet. Phil. Corn. *in conſil.*
9 *46. col penult. verſic. facit, &c. in 2. vol.* Et † per hoc infero ad bonam practicam. In regno habemus ritum magnæ curiæ, quod quando hæres vult præſentare inſtrumentum ſecundum formam ritus, debet offerre petitionem præambuli, probando ſe eſſe hæredem, pro liquidatione inſtrumenti: & idem forte eſſet in ceſſionario, per ea quæ not. Alex. *in l. ſi ſic. 75. colum. fin. ff. de legat. 1.* de hoc eſt vnus ritus, ſub num. 221. qui incipit; *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi fit præſentatio, &c.* & alius ritus. *249. ſub rubr. de præambulis.* Dico, quod ex quo iſta liquidatio præambuli fit ante citationẽ partis, in cauſa principali non requiritur in ea alia citatio, per prædicta, & licet Baldus *in l. ſi cauſam. 2. colum. fi. verſ. ex his. C. de exe. rei iud.* dicat, quod in liquidatione inſtrumenti requiratur partis citatio, intelligo tamen Bald. loqui in tali liquidatione, quæ fit poſt citationem, non ante, ne contradicat ei, quod dixit ipſemet Bald. *in d. § præ-*
10 *tor. ait. 12.* Quarto † limita non procedere, quando fertur ſententia Principis, ſeu Imperatoris; quia valet ſine citatione, exiſtente tamen iuſta cauſa, ſecundum Bald *in l. ceſſante. 2. in princip. C. quomodo & quando iud.* & Bald. *in l. ne cauſas. 15. C. de appell.* & Alexand. *in conſil. 2. colum. 7. verſ. & quod not Baldus, &c. in 1. volum.* vbi plus dicit, quod in Principe ſemper præſumitur iuſta cauſa Regulariter tamen etiam ſententia Principis non valet ſine citatione: ex quo Princeps non poteſt tollere id, quod eſt iuris naturalis, vt eſt text & ibi gloſſ. & Bald *in l ſi imperialis maieſtas. 12 fin. C. de legibus.* & idem Bald. *in conſil. 38. in 3. volum.* & Abb. *in c. in cauſis. 19. de re iudic.* tamen hodie in regno de cõmuni ſtylo ſacri conſilii Neapol. omnes ſententiæ ſacri conſilii feruntur ſine citatione: & valent, ex quo proferuntur ſub nomine Regio. Bene verum eſt, quod poſt concluſum in cauſa fit citatio partium, vt veniant ad allegandum verbo, vel in ſcriptis infra talem terminum, quo elapſo, fertur ſententia ſine alia citatione ad audiendum ſententiam: & ſi iſta citatio non præcederet, non valeret ſentẽtia Regia; prout de hoc ſtylo atteſtatur Matth de Afflict. *in deciſ. 283. conſ. Neapol.* & ratio eſt, quia poſt concluſum in cauſa, citatio non eſt defenſionis; quia nulla poteſt allegari defenſio, ſed eſt potius iuris poſitiui, & ideo Princeps poteſt illam omittere: & ſic non obſtat *c. paſtoralis. de re iud.* & hæc ratio poteſt colligi ex verbis ſingul. Bald. *in l. executorem. 8. col antepen. verſ. non obſtat, quod defenſionis facultas, &c C. de execut. rei iudic.* qui dicit, quod citatio non eſt de iure naturali principaliter propter ſe, ſed propter defenſionem; ergo vbi non competit defenſio, ibi poteſt omitti per Principem.

[In Camera etiam Imperiali ſententiæ tam interlocutoriæ, quam definitiuæ ſine partium citatione, proferuntur. Et ſufficit partes ſemel ad cauſam legitime & peremptorie citatas fuiſſe, ſicut ibi ẽt mandata procuratorum, ad vnicum actum non admittuntur, ſed ad totam cauſam exhibenda ſunt. Mortua autem alterutra parte poſt cõcluſionem in cauſa, an hæredes citandi ſint, vide Gail *lib. 1. obſeru. 109. num. 3. & 4.*]

ADDITIO. Vide Capic. *in deciſ. 69. num. 35.* Petr. Follier. V. I. D. Quinto † LIMITA, non procedere, 11
quando in inſtrumento eſſet pactum, quod debitor poſſit capi ad inſtantiam creditoris, ex ſola offenſione inſtrumẽti facta iudici; nã tũc poteſt capi per iudicem, auctoritate inſtrumenti, ſine alia præcedente citatione, per ea, quæ not. Ang. & Imol. & ibi etiã Alex. *in 2. col. in fi. in l. ſi ſic. 75 ff. de l g. 1.* & licet loquatur in ſtatuto; tamen idem eſt in pacto, vt habetur *in l. non impoſſibile. 50 ff. de pact.* Et in ſpecie in pacto tenet hoc Matth. de Affl. *in conſt. Pacis cultũ col. 7* quod nota, vt ſcias ponderare clauſulas inſtrumentorum; quia vt plurimũ in inſtrumentis ponuntur iſtę clauſulæ executiuæ, & hoc corroboratur ex eo, quod in ſimili concluditur *in deciſ. 326. conſ. Neap.* vbi dicitur, quod quando in inſtrumento eſt actum de capiendo bona debitoris, poteſt creditor implorare familiam iudicis ad capiendum bona & iudex tunc concedit familiam, & captiuam ſine alia citatione partis: vt tenet Alex. *in conſ. 1, 1 in 4. vol.* & Bald. *in l. ſi aquam 2 in 10. q. C. de ſeru. & aqua.*

[Citationem partis, in petitione familiæ iudicis, ad aſſociandum, vigore pactorum executiuorũ, inſtrumento inſertorum, non eſſe neceſſariam, ſed iudicem parte non citata, poſſe concedere licentiam aſſociandi creditori, donec poſſeſſionem fuerit ingreſſus, & hoc, ne ſcandala, & rixæ otiantur, multis authoritatibus probat Viuius *in ſyl com. opin. lib. 1. opin. 93. n. 1.* Verum ſi ſimpliciter petatur licentia ingrediendi poſſeſſionem, tunc iudex illam cõcedere nequit, non citata prius parte, vt docet idem Viuius *ibid. nu. 2* eamque communem eſſe dicit, & oſtendit idem eſſe, ſiue inſtrumento appoſita ſit clauſula precarii, vel conſtituti, vel alia æquipollens qualis eſt hæc, (*vendidit, tradidit, ceſſit, & conceſſit:*) quam idem operari aſſerit, quod clauſula conſtituti, & precarii. *ibid. nu. 3.*]

Sexto † LIMITA, non procedere, quando aduer- 12



ſarius

ſarius reperitur præſens in iudicio; quia poteſt actus expediri eo aliter non citato: quia lex ſolū ponderat præſentiā partis, vt *d. l. de vnoquoque. 47. in pr. ff de re iud.* & eſt tex. *in l. etiam 29. §. fi ff. de min.* vnde præſēs, etiam fortuito caſu citari non debet: ita tenet Alex. *in d. l. de vnoquoque 47. col. 1.* & Alex. *in rubr. C. de in ius voc. in fin.* & Bal *in l. ſi accuſatorib. 4 col. 2. C. de accuſ.* & idē Bal. *in l. 1 ff. de in ius voc.* & Abb. *in c. Eccl. S. Mariæ. 10. col. 3. de cōſt. & in c. inter quatuor. 8. in 3. not. de maior. & obed.* & Bald. *in c. 1 col. 5. de mil. vaſal. qui cont. eſt & in l. conſentaneum. 8. col. fin. C. quomod. & quando iud.*

[Adde Gail. *obſ. 48. lib. 1. n 4.* vbi dicit ſufficere partis præſentiam ſine citatione, idque ſe vidiſſe ſæpius in Camera Imperiali obſeruari, & *obſ. 109. n. 3. eod. lib.* Mynſ. *cen. 6. obſ 6. nu 8* Emanuel Soarez *in theſ. recep. ſent. in verb. præſens nu. 227.* Viuius *in ſyl. cō. opin. Francofurti nuper edito, lib 2. opin 748.* vbi dicit id etiā procedere, etiam ſi ſtatutum citationem pro forma requireret; quia verificatur in æquipollente; dicitque eam eſſe communem opinionem, per Doct. ab ipſo allegatos ]

Verum licet ſecundū communem concluſionem citari non debeat præſens; debet tamen per iudicē certiorari de actu, qui fit in cauſa ſua, alias actus nō valeret ſecundum Bart. *in l. furioſo 9. ff. de re iud.* & Iaſ. *in l. nec quidquā. §. vbi decretum. col. 6. ff. de off. procoſ.* ſed contrariū tenent Ang Imol. & Alex. *in d. l. de vnoquoque. 47. in princ.* & Iaſ. *in l. 1. in fin. ff. de in ius voc* ſcilic. quod non requiritur certioratio; quia præſens præſumitur ſciēs: & prædictis adde Socin. *in conſ. 29. col. 2. in 3. vol.* ſed in dubio is, qui reperitur pſens in iudicio, præſumitur veniſſe ad illum actū, qui erat expediendus, ſeu ad quem fuit vocatus, ſecundum Alex. *in l. furioſo 9. col. pen. in fin. ff de re iud.* & Alex. *in cōſ. 123. col. 2. in 2 vol.* ADDITIO. Adde Ang *in l ff. de in ius voc. & in l etiam. 29. §. fin. ibi, præſente vel vocato. ff. de minor.* Felin. *in c 1. col. 7. verſ. nota etiā quod præſens. de iud. & c. ignarus. 1. & c ſignificantib. 2 de lib. oblat.* & Dec. *conſ. 449. nu. 8.* & Chaſſ. *deciſ. 2. de iud* & Sebaſt. Vant. *in tract. nullit. in tit de nullit. ſenten. ex def. cit nu. 10. cum ſequen.* & poſt multa firmat Marian. Socin. *in tractat. de citat. in 5. artic. princip. num. 21.* Petr. Follei V. I D.

13 Quid autem, † ſi iudex citauit aliquem ad vnam cauſam, & comparuit ad illam cauſam, vtrum poſſit compelli reſpondere aduerſario, vel alteri ſuper alia cauſa? Bald. *in d. l. ſi accuſatoribus. 4. col 2. in fin.* tenet, quod non, ſed poteſt dicere, facias me citari; quia non veni ad hoc: & idem magis clare tenet Bald. *in l. cum fratrem. 9. in fi. C. de his, quibus vt indign.* vbi aſſignat rationem, quod citatio fit ad duo: ſcilicet ad effectum comparitionis, & præparandæ defenſionis: vnde ſi ille compelleretur reſpondere, ſtatim tolleretur ei defenſio: ſed Alexand. *in d. l de vnoquoque col. 1* tenet contra Bald. ſcilicet, quod indiſtincte tenetur reſpondere, etiam ſi ob aliam cauſam venerit: & certe ſi opinio Bald eſſet vera, *in d. l. cum fratrem. 9.* quo ad ſuam rationem, nunquam præſens compelleretur reſpondere, ſed ſemper eſſet citandus propter prætenſam defenſionem. Sed ego puto hoc regno veram eſſe opinionem Bald. *per conſtit. Si quem noſtrorum, &c.* & ibi not Andr de Iſern. vbi dicit, quod iuuentus in iudicio ob cauſam neceſſariam non tenetur reſpondere in alia cauſa: ſecus, ob cauſam voluntariam. Sed in propoſito, is qui fuit vocatus ad vnam cauſam per iudicem, cenſetur comparuiſſe ob cauſam neceſſariam, ergo non tenetur reſpondere in alia cauſa Ad rationem Baldi de prætenſa defenſione, dico, quod poſſet dari reſponſio; quia præſens poteſt petere inducias deliberatorias, iuxta *auth offertur. C. de lit. conteſt.* & ſic interim poteſt præparare defenſiones, vt dicit Alexand. *in d. l. de vnoquoque. 47. in 1. colum.* & ſic ratio ſua non impedit, quin præſens ex cauſa voluntaria, vel fortuita teneatur reſpondere. Septimo † LIMITA, vbi eſſet ſuſpicio ſugæ debitoris, 14 vel criminoſi: quia poteſt tunc procedi contra eum, ſine alia citatione, & poſſunt contra ipſum recipi teſtes, etiam eo non citato, ne inſtruatur ad fugam, ita plene declarat Felin. *in c. cum ab homine. 10 verſ. limita tertio, &c. de iud.* & hoc ſentit Bald. *in d. l. cum fratrem. 9. in fin. C. de his, quib. vt indig.* & tenet Bart *in l. ait prætor. 10 § ſi debitorem 16. ff quæ in fraud cred.* & Bald *in l. creditor. 25. la. 2 ff ſi cert pet* Octauo LIMITA, † vbi periculum eſt in mora: nam poteſt tunc ex- 15 pediri actus etiam parte non citata, ſecundum Alexand. & Iaſ. *in l. fideiuſſ. 7. §. ſi ſatiſdatum 2. col. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* & Innoc. *in c. ſignificauit. 41. in fin. de teſtib.* & Alexand. *in d. l. de vnoquoque col. 2.* Alias autem nunquam iudex poteſt venire ad capturam perſonæ, niſi prius eam citet, vbi videt non eſſe periculū in mora propter fugam, ſecundum Bald *in l ſi quis curialis. 12. in 1 not C. de Epiſ & cler.* & Bald. *in l. ſi fil † 25 in fi ff. ſolu. matr* Nono LIMITA † non procedere in 16 cauſa criminali, quando ſententia fertur in fauorem abſentis; nam valet etiam eo non citato; ſecus ſi ferretur contra ipſum: ita tenet Bal. *in l. ſi accuſatoribus. 4. col. fin C de accuſ* & Alex *in l. furioſo 9 col. 2 ff. de re iudic* per *l. quamuis indubitati. 19 C. de adult* Decimo LIMITA † in omnibus cauſis, in quibus procedi- 17 tur ſine figura iudicii: nam valet ſententia lata pro abſente nō citato, ſecundum Bart *in extrauag. ad reprim. in verſ. & figura in fin.* & Alex *in d l furioſo. 9. col. 2.* & propterea hodie in regno quælibet ſententia lata pro abſente non citato, valet in cauſa ciuili, ex quo per municipalia ſæpius allegata proceditur. Vndecimo LIMITA † in omni actu, qui celebra- 18 tur vltima die termini: nam poteſt fieri etiam parte non citata. Hinc dicimus, quod poteſt ferri ſententia compromiſſi in vltima die termini ipſius compromiſſi ſine citatione, dummodo terminus ſit ſtatutus ab homine, ſecus ſi à lege: ita dicit Bal. *in auth. ei qui appellat. col. 2. C de tempor appell.* Item, quando teſtes examinantur vltima die termini, non requiritur citatio partis ad videndū iuramenta teſtium,

ſe-

ſecundum Bald. *in l. ſi quando. 19 col. 2. in fin. C. de te-*
*ſtib* & Bald. *in l. vt verborum. 9. fin. C. qui a lin.* & Bart.
*in l. tempora. 2 C. de tempore appell. & in l. item illa. 18. ff.*
*de conſtit. pecun.* & idem in ſimilibus caſibus: de qui-
bus vide plene per Modern. *in l. qui ante Calendas. 13.*
*& in l. g. ſi quis arbitratu. 43. ff. de verb. obligat* & Iaſ.
*in l. nec quidquam. 9. §. vbi decretum. 1. colum. 6. ff. de of-*
*fic. proconſ. & in repet. l. admonendi. 31 col. 4. 4. ff. de iureiu-*
*rand.* Adde tamen, quod in regno iſtud practicatur
aliqualiter, videlicet, quod licet poſſit fieri actus in
vltima die termini, ſine citatione; tamen debet ab-
ſens vocari in curia, illa die, & hora, quando fit a-
ctus, & debet eius contumacia accuſari: & ideo ſis
cautus, vt facias hoc apparere ex actis: ita de hoc
ſunt duo ritus magnæ curiæ. Vnus *in num. 47.* & a-
lius *in num. 116.* & ambo incipiunt: *Item, quod ſi detur*
*in terminis, &c.* Duodecimo LIMITA, † quando ci-
19 tatus ſemel perſonaliter ſtatim aſcendit equum, &
receſſit in partes remotas, vel alio modo verbis de-
clarauit ſe nolle comparere; quia non eſt vlterius
citandus, ſecundum Bald. *in l. ceſſante. 2. in fin. C. quo-*
*modo, & quando iud.* & Alex. *in d. l. de vnoquoque. col. fin.*
*& in l. contumacia. 53. verſic. quinto fallit, &c. ff. de re iu-*
*dic.* & Iaſ. *in d. l. nec quidquam. 9. § vbi decretum. 1. col. 6.*
*ff. de offic. proconſul.* & Abb. *in c. cum parati de appellat.*
Decimotertio LIMITA, † quando probatio con-
20 cludit ſoli iudici: puta ad iudicis inſtructionẽ; quia
tunc poteſt recipi ſine citatione partis, ſecundum
Bald. *in l. certum 5. col. 2. verſic. item opp. quod imo diffe-*
*rant, &c. C. vnde leg.* & Bald. *in l. ſi qua per calumniam.*
*22. verſic. ſed pone, quod iſte, &c. C de Epiſcop. & cler.* vbi
ponit exemplum in iudice ſeculari capiente cleri-
cum, qui non incedit in habitu clericali: nam ſi
clericus oſtendit iudici inſtrumentum clericatus,
debet ipſum remittere ſtatim iudici Eccleſiaſtico
ſine citatione partis, adde Innoc. *in c. ad hæc. 1. de poſt.*
*pral.* Decimoquarto LIMITA, † quando aliquis
21 habet expedire actum ſecundum ſuam conſcien-
tiam, vt quando per ſedem Apoſtolicam commit-
titur alicui examinatio alicuius, ſi eſt idoneus: vel
eſt commiſſa poteſtas ſententiandi cũ clauſula; *con-*
*ſcientiam tuam oneramus*; quia tunc poteſt ille actus
expediri ſine aliqua citatione partis, ſecundum Bal-
dum *in d. l. ſi qua per calumniam. 22. verſ. vbi ſupra. & in*
*d. l. certum 5. verſic. vbi ſupra* & Alexand *in d. l. de vno-*
*quoque. 47 col. 3 in fi. ff. de re iud.* & Lud. Rom. *in rubr. de*
*arbitr. col. 5* & eſt gloſſ. *in c. quia. 1. de off. deleg.* & Bald.
*in l. neque natales. 10. col. fin. C. de prob.* Decimoquinto
22 LIMITA, † quando eſt datum arbitrium, & pote-
ſtas executori teſtamenti diſtribuendi ad pias cau-
ſas, ſeu eligendi pauperes: quia in tali electione, &
arbitrio declarando, non requiritur citatio hære-
dum, nec alterius, *ſecundum Bald. in l. captatorias 11.*
*in fin. C. de teſta. mil.* & Bald. *in l. final colum. 2 verſic.*
*ſed nunquid in iſta, &c. C. commun. de leg.* Decimo-
ſexto LIMITA, † quando iudex miſit expertos ad
23 menſurandum agrum, vel ad aliquam differentiam
videndum per aſpectum loci; quia in relatione di-
ctorum expertorum non requiritur partis citatio,
nec præſentia, licet in electione eorum requiratur,
ſecundum Bartol, *in d. l. Theopompus. 14. circa fin. ff. de*
*do. prælegat.* & Angel. *in l. ſi cui. 1. § Marcellus. 3. ff. ſi cui*
*plus quam per legem Falcidiam.* ADDITIO. Tene-
tur tamen iudex, quando vult mittere expertos, ſta-
tuere terminum partibus, & ipſos monere, vt ſint
tali die, & hora cum talibus magiſtris in illo loco,
ad videndum menſurationem, ſecundum Bartol.
*in l. quia bona 13. §. huic ſtipulationi. 15 final. 1. colum.*
*ff. de damn. infect.* Petrus Foller. V. I. D. Decimo-
ſeptimo LIMITA, † non procedere in ſententia 24
calculatorum, qui reuident librum rationum ali-
cuius adminiſtratoris, puta, ſyndici alicuius vni-
uerſitatis: nam poſſunt ferre ſententiam condemna-
toriam contra abſentem aliter non citatum, & va-
let ſine citatione, ſecundum Bart. *in leg. non vtique. 2.*
*§. quod de frumentaria. 3. & ibi etiam gl. ff. de admin. rer.*
*ad ciuit. pert.* ADDITIO. Adde tex. *in l. hac perpetua.*
*2. in fin. C. vbi quis dec. vel cohor.* qui hoc probat ſe-
cundum Gul. de Cun. & Bart. ibid. Salic. vero *in d. l.*
*hac perpetua. 2.* conatur ad concordiam reducere gl.
ibidem, quæ contradicit opinioni Gulielm. vt opinio
gloſ. procedat in debitis ſingularibus, & opinio Gu-
liel. procedat in publicis functionibus fiſcalibus, id
eſt, in regularibus. & ordinariis, & ſic ſentit, quod
quando tractatur de ſignificando aliquem debito-
rem ciuitatis, pro publicis functionibus fiſcalibus,
regularibus, & ordinariis tunc verum ſit quod va-
let ſententia lata etiam non citata parte; at ſecus ſi
tractatur de ipſum ſignificando, & condemnando
pro aliis debitis, ad quæ tenetur ciuitati, in quo co-
gitandum eſt. *Petr. Foller. V. I. D.* Decimooctauo
LIMITA, † non procedere in iuramento deferen- 25
do alicui pro liquidatione rerum ablatarum in o-
dium delinquentis, iuxta formam *l. ſi quando. 9 C.*
*vnde vi, &c. iuſ. ex eod. extr. quod metus cauſa.* quia in ta-
li taxatione, & iuramenti delatione non requiritur
citatio partis ad maius ſui odium: Secus quando i-
ſta taxatio eſt facienda per iudicẽ: de hoc deciſ. Ro-
tæ *in nouis, in deciſ. 269. incip. licet, &c.* & hoc tenet
Iaſ. *in repet. l. admonendi. 31. colum. penult & final. ff. de*
*iureiur.* vbi hoc ampliat in omni iuramento, quod
defertur propter delictum, ſeu contumaciam ali-
cuius. Decimonono LIMITA, † quando aliquis pa- 26
teretur aliquod damnum in aliquo loco, puta, re-
moto: nam poteſt ibi teſtes examinare ſuper da-
mno, quod paſſus eſt, ſine aliqua vocatione partis,
& talis examinatio faciet plenam fidem, ſecundum
Luc. de Pen. & Bart. *in l. ſi quis naucularius. 2 in fi. C. de*
*naufr. lib. 11.* quod nota ad practicam eorum, qui pa-
tiuntur furta, & robarias in ſyluis, vel alia ſimilia
damna, adde Alex. *in l. dies 4. § prætor. 5. colum. 5. ff. de*
*damn. infect.* Vigeſimo LIMITA, † quando iudex
vult examinare in teſtem aliquam honeſtam mu- 27
lierem: nam poteſt mittere ad eius domum pro ea

examinanda, ſine alia citatione partis, ſecundum Bart. *in l. ad perſonas egregias. 15. ff. de iureiur.* & And. de Iſern. *in conſlit. In pecuniariis. colum. 2. in fin.* de quo vide etiam Abb. *in c. ſi qui teſtium. 8. de reſtit.* Vigeſimo-
28 primo LIMITA, † quando eſſet examinandus aliquis teſtis, cuius dicto eſſet neceſſario ſtandum, quia non requiritur partis citatio, ſecundum Alex. *in conſil. 130. in 1 volum.* Vigeſimoſecundo LIMITA,
29 quando † eſſet examinandus aliquis teſtis, de cuius morte vel feſtinato receſſu timetur; quia poteſt examinari etiam parte non citata, ſecundum Innoc. *in c. Albericus. 43. circa prin. de teſtib.* & Iaſ. *in repet. l. admonendi 31. colum. 102. in princip. ff. de iureiur.* Vigeſimo-
30 tertio LIMITA, † non procedere in eo, de cuius præiudicio principaliter agitur: ſecus, ſi per quandam conſequentiam actus tangeret præiudicium alicuius, quia poteſt fieri ſine illius citatione, ſecundum Alexand. *in l. de vnoquoque. 47. colum. fin. ff. de re iud.* Iaſ. *in l. nec quicquam 9. §. vbi de retum. 1. colum. 7. de off. proc.* & *in l. ſi quis nec cauſam 4. col. 2. ff. ſi cert. petat.* Vigeſimoquarto LIMITA, † quando iudex
31 vult interdicere adminiſtrationem alicui prodigo: quia poteſt hoc facere ſine citatione alicuius: ſecundum Iaſ. *in d. §. vbi decretum 1. col. 9.* & Bald. Ang. & Mod. *in l. is, qui bonis. 6. ff. de verb. obligat.* Vigeſimo-
32 quinto LIMITA, † quando fertur ſententia contra principalem debitorem; nam in ea non eſt citandus fideiuſſor de iudicato ſoluendo, licet intereſſe prætendat; quia ex eodem proceſſu fit executio contra eum, ſecundum Bald. *in l. duobus. 28.* alias, *in duobus. §. ergo ſi quis 8.* alias, *igitur ſi quis.* & poteſt eſſe ratio; quia non agitur principaliter de eius præiudicio, licet per conſequentiam, vt ſupra *in 23. l. mitat.* Vigeſimoſexto LIMITA, † non procedere, quā-
33 do iudex protulit aliquam interlocutoriam, à qua ſuccumbēs appellauit, quoniam appellatione pendente poteſt iudex procedere vſque ad diffinitiuā, antequam ſibi inhibeatur, iuxta *l. non ſolum. 7 de appel. in 6.* Certe poteſt omnes actus vſque ad ſententiam incluſiue expedire ſine citatione partis, & valent, niſi appellans appellationi renunciet, text. eſt ſingularis *in c. cum, qui 2. de d. lo & contum. c. l. b. 6.* Vi-
34 geſimoſeptimo LIMITA, † quando aliquis eſt condemnatus ad expenſas propter contumaciam, iuxta *l. ſancimus. 15. C. de iud.* nam poteſt fieri talis condemnatio, etiam ſine citatione partis, ſecundum Bal. *in d. l. ſancimus. in 10 quæſt.* & And. de But. & Paul. de Leaza *in c. finem l. tibi is 5 de dolo & contumac.* & Felin. *in c. 1. colum. 9 de iudic.* Vigeſimooctauo LIMI-
35 TA, † quando iudex vult dare tutorem vel curatorem alieno pupillo, vel furioſo, ſine inquiſitione, quia poteſt ſuum decretū interponere ſine citatione alicuius, ſecundum Bart. *in l. qui habet. 3. §. quolibet. 3 ff. de tutel.* & Alex. *in conſil. 86 incip. viſis dubitationibus, &c. in 2 volum.* Vigeſimonono LIMITA,
36 quando † aliquis doloſe latitat, & ſe occultat, ne citari poſſit: quia poteſt expediri actus contra eum, eo aliter non citato, ex quo conſtat de eius contumacia, ſecundum Innoc. *in c. ad petitionem. 22. de accuſ.* & Abb. *in c. ex tua 11. col. penult. de cleric. non reſid.*

[Huc facit, quod malitioſe, & de induſtria procurans, ne citatio ad ſe perueniat, pro legitime citato habeatur, ita vt non ſit amplius citandus, ne ad ſententiam quidem definitiuam, per text. *in c. quoniam. § porro. vt lite non conteſt.* cum aliis à Gail. allegatis, *lib. 1. obſ. 55. num. 4.*]

Trigeſimo LIMITA generaliter, † vbi certum 37
eſt aduerſario nullam competere defenſionem; quia poteſt expediri actus eo non citato, vt not. plene Card. Alexan. *in c. cum ſit Romana. 5. colum. 2. circa fin. de appel.* vbi multos allegat, & hanc fallentiam poteris iungere cum prima. Trigeſimoprimo LIMITA,
† quando aliquis haberet inſtrumentum contra de- 38
bitorem cum pacto de capiendo, & conſtitutione precarii, quia poteſt facere capturam contra tertium poſſeſſorem, etiam non citatum, & negotio non liquidato: ita tenet Fran. de Aret. *in conſil. 21. col. penul. in fin. & col. fin.* & Soc. *in conſ. 82 col. 3 in 3. volum.* quod nota perpetuo, quia millies euenit in facto, & pluries vidi reſponderi in contrarium à nonnullis Doctoribus, qui dictas deciſiones non viderunt. ADDITIO. Imo contrarium eſt verius de iure, vt plene congerit Afflict. *in conſtit. Pacis cultum* de quo ſimiliter per Tiraq. *in tract. de conſtituto. in 1. part. nu. 42.* & ita teneatis, alios vero caſus, in quibus valet actus abſque citatione partis, vide per Mar. Soc. *in tract. de cit. in 7 art. princ.* P. F.

[Priorem authoris opinionem, quod videlic. vigore precarii, & conſtituti, in inſtrumento appoſiti aſſociatio, ſeu familia iudicis creditori concedi poſſit ad ingrediendam poſſeſſionem, contra tertium, vel ſingularem ſucceſſorem, veriorem, & cōmunem eſſe, dicit Viuius *in ſyl. com. opin. lib. 1. opin. 23. nu. 6. 8. & 9* Si autē conſtitutum & precarium nō ſit appoſitum in inſtrumento; contra tertium non citatum ita procedi non poteſt *ibid. nu. 11.* Vide etiam Gabriel. *in com. co. cl. lib. 2. tit. de cit. ampliat. 52 nu. 323. & ſeqq.*]

VENIO † ad ſecundum dubium, ſc. à quo iudice 39
debeat ac poſſit fieri citatio. Breuiter, cōmunis concluſio eſt, quod omnis iudex competens poteſt citare, ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus, ſecus ſi eſt incōpetens, quia non valet citatio, *l. extra. 20. fin. & ibi per Dd. ff. de iuriſd. omn. iud.* & habetur *in l. ex quacunq. 2 ſi quis in ius voc. non ier.* Quod tamen intellige, quando certum eſt, eum eſſe incompetentem iure communi; ſecus, ſi de iure communi ſit competens, poteſt tamē aliquo priuilegio declinari quia tunc valet citatio, & tenetur citatus cōparere ad ſuum priuilegium allegandum, alias poſſet contumax reputari: vt *d. l. 2 & l. ſi quis ex aliena 5. ff. de iud.* intellige tamen prædicta de citatione verbali, ſecus in reali, q̄ fit per capturam perſonæ; quia illa poteſt expediri ſolum per ordinarium, non autem delegatum, vt not. Bart. Alexand. & cōmuniter Dd. *in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud.* vbi ita in-

intelligunt tex. *in Nouel. 53. §. ſi vero etiam. in Auth. de exhib. reis. cap. 4. & in l. conſentaneum. 8. C. quomod. & quand iudex.* Similiter, & citatio peredictum poteſt expediri ſolum per ordinarium, vel per delegatum Principis, non autem per delegatum inferioris: vt *in §. omnem. in Auth. de litig. Nou. 112. & in auth. qui ſemel C. quomodo & quand. iud.* & ponunt Dd. *in d. l. 2.* & Bart. *in extrauag. ad reprimen. in verſicul. per edi-*
40 *ctum in princip.* An † autem poſſit iudex citare ſuum ſubditum exiſtentem extra ſuum territorium? iſtam quæſtionem tangit Ioan. Andr. *in c. Romana. 1. §. contrahentes. de foro compet. libr. 6.* & Bart. *in l. omnem. 43. C. de Epiſc. & cler.* & Ang. & Iaſ. *in d. l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.* vbi dicit, quod iſta quæſtio indigeret deciſione Cæſarea. Et ibi Iaſon diſtinguit tres caſus, & dic, vt ibi per eum; cui adde, quod in Regno habemus conſt. quæ incipit: *in ciuilibus* quæ concedit iudici indiſtincte poſſe citare extra territorium, & ibi Matth. de Afflict *in 6. not.* ponderat ad hoc illam conſtitutionem, per quam habemus deciſionem Cæſaream in hoc regno: nam licet communis deciſio in iure communi ſit, quod iudex citans debet ſcribere literas iudici loci, vbi eſt citandus, vt ipſum citari faciat, quando illæ ciuitates non ſunt ſub eodem dominio, ſecundum diſtinctionem Bart. *in l. Diui. 1. § præſides 2. ff. de req. reis* tamẽ quia rex, qui eſt Dominus vniuerſalis Regni, dedit iudicibus poteſtatem citãdi extra territorium, poterit fieri hæc citatio per nuncium citantis, ſine alia licentia iudicis illius loci, ſi ibi citandus degit. Verum illa conſtit. hoc non probat expreſſe, vnde tutius puto eſſe id, quod dicit ibi Andr de Iſer. ſcilicet, quod requiratur iudex illius loci, vt ipſum citet. & idem And. *in conſtit. Edictorum, colum. 2. in princ.* Et id vidi ſemper obſeruari: ſcilicet, quando ciuitates nõ ſubſunt ſub eodem Barone in hoc regno; ſolet enim mitti nuncius citantis, vt impetret veniam à iudice illius loci, cum literis citantis, vel ſolet ſcribere literas ad illum iudicem, vt ipſum citet, ſecundum Bart. *in d. §. præſides.* vbi ponit ad hoc quinq; limit. Pro hoc fa-
41 cit, quod in † ſimili dicimus, quod quando aliquis vult exercere iuriſdictionem inter ſuos ſubditos in alieno territorio, debet habere licentiam domini illius territorii, alias proceſſus non valet, ſecundum Innoc. *in c. at ſi clerici. 4. de iud.* Pro hoc eſt text & ibi Card *in 2. quæſt. in Clem quamuis. 1. §. volumus, de for. compet.* Hoc tamen limita non procedere in terris Demanii Regis: nam officialis alicuius Baronis, ſeu aliquis Baro poteſt ius dicere inter ſuos ſubditos in terra Demanii, puta in ciuitate Neapol abſque licentia Regis, & ſuorum officialium: ita dicit Matt. *in conſtit. de quæſtionib. in 1. not.* vbi ad hoc ponderat illam conſt. quam dicit fuiſſe ignoratam à nonnullis auditoribus Regiæ curiæ; tamen iudicio meo illa conſtit ſi recte ponderetur, hoc non probat, & de prædictis vide Oldr. *in conſil. 88.*

[ Quod iudex, conſtitutum, degẽtemq; extra locum ſui territorii, citare non poſſit in alieno, late probat Couar. *pract. quæſt cap. 10. n. 7.* & Glat. *lib. 5. recept. ſent. quæſt. 31. n 20.* niſi forte citandus in territorio iudicis illius, bona aliqua habeat; tunc n. citatio illius hoc operaretur, vt ad immiſſionem in illa bona procedi poſſet. Vide Gail *lib. 1. obſ. 56. num. 2.* vſque ad finem. Vbi tres modos refert, citandi eos, qui in alieno conſtituti ſunt territorio.]

VENIO ad tertium dubium, ſcilicet per quem debeat † fieri citatio. Dic, quod communis obſeruantia eſt, quod citatio fit per nuncios, ſeu iuratos, 42
& ſeruientes curiarum, † qui ſolent eſſe viles perſonæ, vt dicit And. de Iſern. *in conſtit. citationis, col. 2.* ſolent enim iſti nuncii portare aliqua ſigna vt cognoſcantur, vt not. Doct. *in c. cum parati. 19. & c. ſignificauit. 48. de appel* & Spec. *in tit. de citat §. ſequitur, colum. 2.* & quod ſint viles perſonæ, tenet Fel. *in c. prudentiam, colum 5. de off. deleg.* 43

[ De executione citationum, & per quem, & quomodo citationes Cameræ & aulæ Imperialis, exequendæ ſint, vide And. Gail *lib. 1. obſ. 54. nu. 1. 6. & 9.* Quomodo item citationes ordinibus Imperii, ciuitatibus, aut communitatibus inſinuandæ, ſeu contra eos exequendæ ſint, tradit Ordinat. Cam. *part. 1. tit 38.* In cauſa autem appellationis, abſente citando, executio citationis eius procuratori fieri poteſt, & citato in termino per ſe, vel procuratorem non comparente proclama in contumaciam eius fieri poteſt, Gail *d. obſ. 49. num. 11. lib. 1.*]

Poteſt † tamen iudex eligere vnum alium priuatum, 44
cui poteſt committere citationem, etiamſi non ſit publicus nuncius, & valet citatio: imo poteſt iudex eligere famulum ſuum: & etiam famulum alterius partis, cui poteſt committere citationem: ita tenet Car. Alexand. *in c. cum ſit Romana. 5. colum. fin. de appel.* & ibi etiam Abb. *in fin. col. in prin* Plus dico, quod etiam parti principali poteſt iudex committere citationem, vt citet ſuum aduerſarium: & valet citatio, vbi conſtat de commiſſione iudicis, ſecundum Bald. *in l. vt perfectius. 2 col fin. C. de an except.* & Bar. per illum tex. *in l. eum qui 14. §. ſi epiſtola. 17. ff de furt.* & idem Bart. *in l. iuſte. 11. & ibi etiam Alex. in 8 col. ff. de acq. poſſ.* & Bal. *in auth. & omnino, colum. penult. verſi. venio ad miniſtros, & c. ne vxor pro mar.* & Bartol. *in extrauagan. ad reprimen. in verſic. per nuncium, & verſic. per literas.* vbi omnia hæc tractantur. & Spec. *in tit. de citat. § ſequitur, col. 1.* Sicut etiam † iu- 45
dex poteſt dare licentiam parti, quod capiat poſſeſſionem aduerſarii, conſtituendo eum executorem in cauſa propria, vt not. Bart. Alex. & communiter Doct. *in d. l. iuſte 11. & Iaſ. in l. iubere cauere. 4. in 2. & 3. col. ff. de iuriſd. om. iud.* Verum, in hoc eſt differentia: quia quando quis citatur per nũcium publicum, tenetur illi credere ſolo verbo, ſine literis iudicis: ſed nuncio priuato, vel famulo, vel parti non creditur ſine literis iudicis committentis: ita tenet glo. *in c. prudentiam. 21. in verſi per certum nuncium. ff. de*

*offic. delegat.* & ibi per Doctores. idem not. gloſſ. *in c. cumparati. 19 in verſic. nuncius. de appell* alias non tenetur quis credere, maxime aduerſario ſuo, qui de facili poteſt mentiri, ſecundum Spec. *in d. § ſequitur, col. 1.* & Phil. *in d. c. cumparati. 19 col. 4 in fin. verſic. 6. quæritur, &c.* Et dicit notanter Bald. *in l. ſi vt proponis. 5. la. 2. C. quomod. & quand. iud.* quod licet iudex poſſit committere citationem parti, non tamen creditur ſuæ relationi, niſi probetur: & illud dictum ſequitur Phil. *in d. c. cumparati. 19. verſic. 9. quæritur, &c.*

46 Hoc † tamen eſt correctum in regno in citatione per literas: nam citatoria litera non committitur, niſi habenti publicum officium, vt eſt ritus magnæ curiæ, *in num. 59.* & alius *in num. 139.* & ambo incipiunt: *Item, quod citatoria litera, &c.* Po-

47 teſt † etiam citatio fieri per magiſtrum actorum, & ſic per tabellionem, ſi habet commiſſionem iudicis, & ſibi eſt credendum propter publicam fidem, quam habet: ita tenet Spec. *in d. §. ſequitur, poſt princ.* & Phil *in d. c cumparati. 19. verſic. 6. quæritur, &c.* per ea, quæ habentur *in l. ſi quis decurio. 21. C. de falſ. & in*

48 *c. ad audientiam 13. de præſcrip.* Poteſt etiam & † ipſemet iudex pro tribunali ſedens monere, ſeu citare partem, vt compareat tali die coram ſe, textus eſt, & ibi Bal. *in l. ceſſante 2. colum. 1. C. quomodo & quando iudex*, & Baldus *in l. vt perfectius. 2 colum. fin. C. de annal. except.* & Alexan. *in l. contumacia 53. verſic. ſeptimo fallit, &c. ff. de re iudic* & not. gloſſ. *in c. conſu-*

49 *luit. 24. de offic. delegat.* in quibus locis dicitur, † quod iſta monitio iudicis, eſt maioris efficaciæ, quam citatio nuncii; quia iſta ſola monitio habet vim peremptorii, & trinæ monitionis, & hoc eſt quod ſæpius Notarii actorum ſcribunt penes acta, quod talis fuit iudicialiter monitus, &c. nam iſta monitio plus quam citatio operatur, poteſt expediri actus in contumaciam moniri non comparentis.

50 VENIO ad quartum dubium, ſcilicet qualiter ſit † facienda citatio, ſuper quo dic, quod citationum plures repeiuntur ſpecies. Quædam enim eſt citatio realis, ſeu perſonalis, quæ fit per capturam perſonæ, Secunda, eſt citatio verbalis, quæ fit ſolo verbo. Tertia, eſt citatio, quæ fit per literas Quarta, eſt citatio per edictum. Quinta, eſt citatio per proclama. Sexta, eſt citatio per campanã, ſeu per tubã.

ADDITIO. Adde quod ſemper eſt facienda citatio ſecundum communem ſtylum curiarum, alias ſi fieret contra ſtylum, citatus non tenetur comparere, & ex conſequenti non poſſet reputari contumax, ſecundum Marſ. *in ſingu. 118.* Petr. Foller. V. I. D.

51 PRÆMITTO tamen, † quod in omni citatione cuiuſcunque ſit generis, TRIA EXTREMA conſiderantur. VNVM, ſcilicet EX PARTE IVDICIS, prout eſt commiſſio de citando. ET DVO EX PARTE NVNCII. ſcilicet ipſa citatio, ſeu executio cõmiſſionis, & relatio citationis factæ. Et hæc tria requiruntur in omni citatione, alias non valet, vt not. Bal. *in l. fin. C. de fer.* & Felin. *in c. gratum. 20. col 3. de off. deleg.* DE PRIMO EXTREMO, ſcilicet quod requiratur commiſſio iudicis, tenet Bart. & Bal. *in l. neminem. 3. C. de exh. reis.* & tradit plene Fel. *in c. 1. col. 6 de iud.* & Ioan. Andr. *in c. quoniam contra. 11. de proba.* & Bald *in l. cum clericis. 25 C. de Epiſc. & cler.* Iaſ. *in §. quadrupli. 25. col 3 & 4 Inſtit. de act.* & Bart. *in l. omnia. 1. §. cura. 11. ff. de off. præf. vrb.* & Alex. *in d. l. ſciendum. 30. col. fin. ff. de ver obl.* & Alex. *in addi. ad Bart. in l. qui nomine. 25 ff de fal.* Verum de conſuetudine † toleratur 52 in quam pluribus locis, vt quando ſunt nuncii publici & generales, credatur eorũ relationibus, quod citauerunt de commiſſione iudicis, licet aliter cõmiſſio ex actis non appareat, imo plus poſſunt ad inſtantiam partis citare iſti nuncii publici in cauſis ciuilibus, etiam ſine commiſſione iudicis, & hoc toleratur ex generali conſuetudine in ciuilibus, vt teſtatur Bal. *in d. l. neminem 3.* & Iaſ. *in d. §. quadrupli 25.* & ibi etiam Io. Fab & Bal. *in l. ſi quando. 15. in 12. q. C. de teſtib.* & Pet. Phil. Corn. *in conſ. 95. col. 2. in fi. in 3. vol.* & ita cõmuniter ſeruatur in hoc regno ex generali & antiqua conſuetudiue. DE SECVNDO EXTREMO, ſcilicet quod † fiat executio citationis. hoc pa- 53 tet ad ſenſum; quia ad hunc effectum cõmittitur citatio, vt cum effectu quis citetur; quo caſu an credatur nuncio, dicenti ſe citaſſe, eſt trita. q. in pluribus locis ventilata: maxime per Bar. *in d. §. cura 11.* & per Abb. *in d. c. cumparati 19.* & Iaſ. *in d. §. quadrupli. 24. col. 3 & 4.* in quibus locis communiter tenetur, q; nuncio publico creditur, & eius relationi ſtatur, quo ad citationem. Verum, ſi citatus eſſet perſona circumſpecta, & fide digna, & iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe, crederetur ei potius, quã nũcio, vt dicit Abb. *in d. c. cumparati. 19 col. 4. in princ.* & ibi per alios Mod. Et hanc q. tangit plene Spec. *in tit. de cit. §. ſequitur, ver. ſed nunquid*, & ibi plenius Ioan. And. *in addit.* notabiliter loquitur, & concludit modo prædicto, & licet multa verba inſerat, & ad ibi dicta me remitto, & habetur per Sal. *in l. tres. 9. C. quomod. & quan. iud.* & Felin. *in c. inquiſitionis. 21. fin. colum. 9 de accuſ.* & Phil. *in d. c. cumparati 19. col. 6. in fin. & 7 de app.*

[Quod publico nũcio in ſuis relationibus, aliiſque ſpectantibus ad eius officium, habenda ſit fides, late probat Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. caſu 112. per tot.* Gail *lib. 1 obſ. 54. n. 4. & ſeq.* Mynſ. *cent. 5. obſ. 51. n 2 & cent. 6 obſ. 10. num. 7* Idem Mynſ. *reſpon. 6. decad. 1. numer. 51.* Soarez. *in Theſ recep. ſent. in verb. nuncio publico. num. 76*]

DE TERTIO EXTREMO, ſcilicet † de relatio- 54 ne nuncii, q; requiratur & debeat apparere, ex quo eſt actus ſubſtantialis, tenet Bal *in l. fi. C de fer.* & ibi etiam Sal. dicit, quod debet relatio ſcribi in actis; quia eſt de proceſſu, † in tantum, quod non põt fie- 55 ri relatio in die feriata ad honorem Dei: & ipſum in hoc refert & ſequitur Alex *in l. hoc edicto. 1. §. nunciatio 2 col. 7 ff. de oper nou. nunc.* & tradit Bart. *in l. ſi finita. 15. §. Iul. 16. col 4. ff. de dam inf.* & eſt gl. *in l. pen. ff. ad Treb.* & Bald. *in l. iudices. 18.* (alias, 17.) *in vlt not. C. de*

C.de fid.inſtr. in tantum, quod ſi non reperitur deſcripta relatio nuncii in actis, nihil valet citatio, nec ſententia, nec poteſt aliquis cõtumax reputari: ita tenet Paul. Caſtr. in conſ. 81. col. 4. vol. 3. & Bar. in l. hæc autem. §. 1. per illum text. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. vbi dicitur quod debet liquere iudici de contumacia citati, & non poteſt aliter liquere, niſi appareat
56 relatio ſcripta in actis. Et propterea † ſi iudex primo pronunciat contra contumacem, & poſtea recipit relationem nuncii, ſententia & proceſſus eſt nullus, ſecundum eum, & eſt notabile verbũ, & mẽte tenẽdum; quia vidi plures iudices erraſſe in hoc: & idem tenet Bart. in l. multum. 21 in fin ff. de cond. & demonſt. & Alex. in l. ſed ſi de ſua, ff. de acq. hæred. Poteſt autem † iſta relatio per nuncium fieri ſoli Nota-
57 rio actorum abſque præſentia iudicis, ſecundũ Bar. in d. l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. col. 3. verſ. iuxta prædicta quæro, &c. ff. de dam inf. & ibi Imol & Alex. idem tenet Sal. in l. eos 6. §. ſuper 3. C. de appel. & in auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. off. Hoc etiam de relatione nuncii, eſt hodie prouiſum in regno per Reg. prag. 2. quæ incipit: Quilibet, vbi cauetur de omnibus his tribus extremis, videlicet de commiſſione iudicis præcedente, & de ipſa citatione effectuali, & de relatione, quæ debet conſtare ex actis. Et nota; quia illa pragmatica loquitur de commiſſione præcedẽte per ablatiuum abſolutum; quoniã importat conditionem, l. à teſtatore 109. ff. de cond. & idem. per quæ verba habemus in regno caſum deciſum, quod non valeat citatio nuncii, niſi commiſſio iudicis præcedat. Poſſ mus tamen dicere, quod per conſuetudinem ſit derogatum illi pragmat. Quoniam ad hæc, vt ſupra dixi. Vel poſſemus illam reſtringere, quando citatio fit per literas, prout loqui videtur d. prag. & non verbis, non nego quin ſemper de iure requiratur commiſſio, vt ſupra dixi, ſed ſolum dico reſpectu conſuetudinis, quæ ſeruanda eſt, vbi viget, iuxta l. de quibus 32 ff. de legib. His Præmissis venio nunc ad Primam citationem realem, quæ † importat capturam perſonæ: ſecundum glo.
58 Bar. Alex. & Doct. in l. 2 ff. de iur. om. iud. & in l. conſentaneum, 8 C quomod. & quand. iud. ſuper qua eſt ſciendum, quod in ciuilibus cauſis regulariter non fit iſta citatio realis. Fallit primo, quando reus eſſet contumax, vt d. l. conſentaneum. 8 & ibi Bar. in 2. col. & probatur in § ſi vero etiã in Auth. de exhib. reis. Nouel. 53. Item, quando fuit per ſententiam condemnatus; quia poteſt pro executione ſententiæ capi de perſona, l. qui bonis. 1 & ibi not C qui bon. ced. poſſ. & not Bal. in l per diuerſas. 22. in 15. q. in fin. C. mandat. Quod tamen intellige, ſeruato ordine, l. à Diuo Pio. 15. § in venditione. 2 ff de re iud. prout ibi not. Alex. in 3 & 4. col. ſcilicet, vt primo fiat excuſſio in bonis, & poſtea ſi bona non reperiuntur; tunc vltimo loco capiatur perſona, alias non poteſt incipi à captura perſonæ, ſecundum gloſſ. & Bar. in l. tutor 3 §. tutor. 24 ff. de ſuſpect. tut. & Abb. in c quod ad conſultationem. 14. colum. 6. in fin. & ſeq. de re iud. & Bald. in c. tua. 15. vt lite non conteſt. & Bald. in d. l. conſentaneum, col. 4. in fin. Fallit etiam, † quando debitor eſſet ſu- 59
ſpectus de fuga: quia poteſt fieri iſta citatio realis, l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem. 16 & ibi Bart. ff. quæ in fi. cred. & declarant plene Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. & Felin. in c. 1. col. 7 de iud. & Iaſ. in l ſi ab arbitrio. 10. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. vinum. 22 colum. 4. & 5. ff. ſi cert. pet. & idem Iaſ. Inſt de act. in princ. colum. 11. & 12. in quib. locis plene cumulantur requiſita ad capiendum debitorem ſuſpectum de fuga, quæ breuitatis cauſa hic omitto. Hinc dicit ad propoſitum Bald. in l. quod euitandi. 3. in fin. C. de cond. ob turp. cauſ. quod † iudex non debet aliquem capere ante ſum- 60
mariam fidem & ſuſpicionem de receſſo, & hoc in ciuilibus. At in criminalibus poteſt ſemper iudex regulariter citare realiter, capiendo perſonam, ſecundum Bal. in l. ſi quis curialis. 12 C. de Epiſc. & cler. & per Doct. in l. plerique 18. ff. de in ius voc. pro hoc eſt tex. in l. & per tot. tit. ff. & C. de cuſt. reor. & not. Bald. in d. l. conſentaneum 5. C. quom & quand. col 3. in princ. Scias tamen, † quod iſta citatio realis nullo modo 61
poteſt fieri, niſi præcedente commiſſione iudicis, vt eſt text. & ibi per omnes ſcribentes in l. neminem. 19. C. de exhib. reis. & not. Bald. in l. ſi quando. in 12. q. C. de teſti. contra † ſuſpectum de fuga, qui poteſt capi pro- 62
pria auctoritate ſine alia commiſſione, etiam per priuatum, d. §. ſi debitorem. & habetur plene in locis præallegatis.

[Debitor de fuga ſuſpectus, vt capi poſſit, etiam propria authoritate, etiamſi clericus ſit, & quæ ad id requirãtur, tradit Gail lib. 2. obſ. 44. per. tot. & Alex. Trentacin in vtiliſſimis ſuis reſolut. pract. lib. 3. tit. de ſolutionibus. reſolut 10. de citatione reali, & captura debitoris fugitiui. Vide etiam Gail lib. 1. obſ. 48. numer. 12. & ſeqq.]

Secvnda citatio, eſt Verbalis: † vt 63
quando iudex viua voce committit nuncio, vt aliquem citet ſine literis, vt probatur in c. cum dilecti. 6. ibi; viua voce, &c. & ibi Ant. de Butr. & Abb. de dolo & contum. & eſt etiam conſtit. Regni, quæ incipit: Edictorum ibi; etiam ſine ſcriptis, &c. & iſta citatio verbalis, & aliæ ſequentes citationes, de quibus infra dicam, debent continere ſex requiſita, ad hoc vt valeant. Primum, ſcilicet nomen iudicis citantis. Secundum, nomen eius qui citatur. Tertiũ, nomen eius, ad cuius inſtantiã fit citatio. Quartũ, eſt cauſa, ob quam citatur. Quintum eſt locus, in quo debet comparere. Sextum, eſt tempus, infra quod debet comparere. Additur etiam Septimum requiſitum, quando citatio fit in ſcriptis, ſcilicet vt contineat verbum peremptoriæ. hæc omnia probantur in d. conſtit Edictorũ. & ponit aliqua Spec. in tit. de citat. §. iam de citatione, poſt princ. alias citatio eſſet obſcura & incerta, & non valeret, vt dicitur in d. conſtitut. Edictorum. & tenet Bald. in l. hac conſultiſſima. 8. colum. 3. C qui teſtam fac poſſ. & in l. cum quem temere, 79. per.

*79.per illum text.ff.de iud.* & ibi eſt gl idem not. Bald. *in l. quid ſi nominatim.1.circa fi.ff. de libe. & poſthum.* & Card.*in Clem.2 in 5.notab.vt lit.pend.*

[ De his ſex citationum requiſitis, vide Gail.*lib.1. obſ.* 48. Item an citatio nomen & cognomen citãtis neceſſario continere debeat, apud eundem. *d. lib 1. obſ.50.n.1.& ſeq.* Et an error nominis vitiet citationem, *obſ.prox.præced.num.1.* ]

64 In quantum autem dixi,† quod citatio debet cõtinere locum, procedit ſine dubio in delegato citante; ſecus eſt in ordinario, qui habet certum & deputatum tribunal, quia poteſt citare ſine expreſſione loci, & intelligitur de loco ſolitæ reſidentiæ, tex. eſt, *in c.cum parati.19.& ibi per Dd.de appel.*& not. Bar. & Angel.*in l.ſi vt proponis.5.la.2.C.quom.& quan. iud.* & Angel.*in l.ſi cui plus 1.§. hæc ſtipulatio. 9.ff.ſi cui plus quam per leg.Fal.* & Bal.*in l.vt perfectius.2.col 2.verſic. quarto,&c.C.de annal.except.*[Adde Gail *lib.1.obſ.52. per tot.* vbi cauſas exponit, cur citatio locum continere debeat. Et, an citatus ad locum non tutum teneatur comparere.] ADDITIO. Et adeo vera ſunt verba d. Auct. in hoc, quod ſi ſecus fieret citatio iudicis delegati, non arctaret citatum ad cõparendũ, vt inquit Alex.*in conſ 71.in cauſa in princip.l.7* & taliter debet locus deſignari, ne reſultet locorum æquiuocatio, iuxta tex.*in c quia nonnulli 43.fi.circa fin. de reſc.* In iudice vero ordinario non requiritur deſignatio loci in citatione, quia intelligitur citatus ad locum ordinarium & conſuetum, vbi ſimilia peraguntur iu omnibus: patet enim & veriſimiliter ignorari non poteſt, *argum. c. ad hæc.1 de peſtul. prælator. & c. innotuit. de elect cum ſimilib* ſed ſi eſſet iudex, qui citat, Præſes, ſeu Rector prouinciæ, qui non locum certum, ſed totam prouinciam pro tribunali habere dicitur, vt per Gemin.& Petr.de Anch *in c.ſi Epiſcopus.6.de off.ordin.lib.6.* & poteſt quemlibet locum etiam in propria Camera ad ius dicendum deputare, ſecundum Bald.*in l.ſi vt proponis.5 in princ.C. quomodo & quan. iudex.* tunc ſi ſemel certum locum pro cauſis audiendis deputauerit, ac deputatio iſta publice omnibus innotuerit, citationes ſimpliciter, & abſque loci appoſitione emanatæ, ad locũ ſemel deſtinatũ relatæ cenſentur, & ſi extra illum locum ſententiam diceret, non valet, prout eſt caſus *in d. l. ſi vt proponis.* ſi vero locum aliquem non deſtinaſſet, concludit Sebaſtia. Vant. *in tract. de nullitat. in tit. de nullit.ſenten.ex defect.citat n.64.* quod citatus tenetur comparere ad eum locum, vbi morari contigerit, quocunque vadat, ſiue moretur, quod dicit voluiſſe Bal. *in l.vt perfectius.2.col.4.verſic.4.de anna except.*& Spe.*in tit.de cit.§.1.verſ.Item, quod citatus.*& Ang. *in l. ſi cui plus.1.§.hæc ſtipulatio 9.col 7 ſi cui plus quã per leg. Fal.* niſi eſſet de conſuetudine, vt certus locus deſtinetur, prout hodie eſt in Regno, *Pet.Foll. V. I. D.* Itẽ,
65 inquantum dixi,† quod citatio debet cõtinere certum diem ſeu tempus comparendi, alias non valet, hoc tenet Bar.*in l.liber homo.118.§.decem.1.ff. de verb. oblig.*& Bal.*in l.fi.col.1. per illũ tex.C.de iur.dom impetr.* Contrarium tamen tenet Spec.*in tit.de citat.§.ſequitur,verſ quid ſi non præfixerit.*& Bal.*in d.l vt perfectius. 2.col 2.verſ.2.&c* & Abb.*in d.c.cũ parati.19.col.1.*per illum tex.& eſt tex.*in c.eos 22.in fi.de ſenten.excommũ. lib.6.*& Bald.*in c. dominus 1.col.4.de mil.vaſal. qui contum.eſt lib.2.tit.22.*[Adde Gail.*lib.1.obſ. 53.n 1.& 2.*] Et cõcludunt præfati Doct. quod valet citatio, & debet comparere quam primum poteſt, quando non eſt appoſitus dies in citatione, hanc quæſtionem plene attingit Phil.*in d.c. cum parati.19.col.5. & 6* & ibi cõcordat opinio. per bonam diſtinctionem, videlicet: Aut quæris, vtrum valet citatio ſine die, ad effectum, vt ſi citatus non comparet quamprimum poteſt, poſſit mulctari tanquam inobediens? & dicendũ ſit, quod ſic, & ita procedat vna opinio: Aut quæris, an valeat citatio, vt, ſi citatus nõ comparet, poſsit procedi ad ſententiã, vel ad alios actus in cõtumaciam? & dicendum eſt quod nõ valet, nec procedi poteſt: & ita loquatur contraria opinio, & iſta concordia fuit Ang.*in d.l. liber homo.118 §.decem.1.*& idem tenet Ang. *in l.per interuallum.69 ff de iud* & ita pertranſeo. ADDITIO. & quod citatio ſine termino ſimpliciter non valet, concludit Ant.*in c.cum parati.19.4 notab. extr.de appellat.*& ibi cõmuniter hoc tenent Doct.& Fel.*in c.conſuluit 24.col.3.in princ.verſic.ſed tenendo opinionem.de offic. delegat.* & Alexand. *in l liber homo 118 ff de verb.obligat.* (reiecta concordia Ang.& Paul.de Caſtr.) & ita etiam tenet Ioan. Mil.*in verbo,citatio,col 9* de quo per Lanfr *in c. quoniam contra 11.in verbo, citatio,num.9.verſic ſed quæritur nunquid.de probat* & per Ang *in l.per interuallum. 69 ff de iud.*& latiſſime per Boer. *in deciſ. 25.* & per dom. Sebaſt.Vant *in tract.de nullit.in tit.de nullit. ſenten ex defect.cita.num 71.*vbi inquit, quod quicquid ſit de iure, tutius eſt, diem in citatione apponi, ꝙ quidem in regno iſto, abſque dubio hoc procedit, vt nedum tutius ſit diem apponi, ſed etiam neceſſe erit, cum de communi ſtylo omnium curiarum ſit, vt dies apponatur in citationibus, & citatio debet fieri in forma ſolita, & per verba cõſueta; quia id quod fieri ſolet, fieri debet, & ſi non fit, iniuſte fit, ſecundum gloſſ.*in l.quid ergo 13 § pœna grauior 7.ff de his qui not & in l. hodie.13.ff.de pœn.* vnde dixit Innoc.*in c.præterea.de dilatio.* quod citatio inſolitum continens, eſt nulla, vt per Angel.*in l fin.C. de can.largit.tit.*qui etiam dixit, quod excuſatur non comparens, quando citatio non eſt ſecundum ſtylum conſuetum, ſed habet clauſulas inſolitas, quem refert & ſequitur Felin.*in d.c.quoniam.11. colum. 8. in verb.citationis,de probat.*Petr.Foller. V. I. D. An autem† ſit neceſſe apponere horam? Dic, quod 66
non, ſed debet comparere hora ſolita cauſarum, ſecundum Bald.*in l.ſi vt proponis.5.la.2.C.quomodo & quando iud* & Innoc.*in c.cum nobis olim.19* (alias *cum nobis olim de elect.*& Barb.*in addit.ad Abb. in d c. cum parati.19.*& ibi etiam Philip.*in 6 col.*& Fel. *in c conſuluit.*

ſuluit.19.col.3.de off.deleg. (Adde Gail.lib.1.obſ.53.n.4.)
Item debet comparere tali hora, in quâ poteſt ille
actus expediri ante noctis tenebras, ſecūdum Abb.
in d.c. conſuluit.2.col.2.& in c.cum ſuper.2 col.2.de teſti.
cogen ſi tamen apponeretur hora, & poſtea non fie-
ret actus in illa hora, ſed in alia, non valeret, ſecun-
dum Bar. in l. aut qui aliter 5.§.ſi ff quod vi, aut clam.
& Fel. in d.c. conſuluit.24.col 1.† Sed circa hoc de tē-
67 pore comparitionis communis practica in hoc Re-
gno eſt, quod ſi quidem citatus habitat in eadē ci-
uitate, vbi iudicium agitatur, citatur vna die pro a-
lia immediate ſequenti, & in alia die ſequenti ho-
ra cauſarum accuſatur ipſi prima contumacia ſi
non comparet, & deinde expectatur per tres alios
dies continuos, in quibus currunt etiam dies feria-
ti, & poſtea in quarto die ſequenti iuridico, accu-
ſatur ei vltima contumacia, ſi non comparet, &
hoc eſt vltimum peremptorium; & tunc bannitur,
& condemnatur ad tertiam partem mobilium, &
ſic in effectu citatus, à die citationis habet quinque
dies ad comparendum: & de hoc eſt ritus magnæ
curiæ, in n.224. qui incipit; Item ſeruat ipſa curia in
primis, &c. & Regia pragmat.3. quæ incipit; Relatione.
& iſta expectatio tridui non habet locum, niſi in pri-
mis citationibus; in aliis vero proceditur ad actum
in contumaciam in die immediate ſequenti, nullo
triduo expectato. Si vero citatus habitat in alia ci-
uitate, ſi quidem eſt intra Regnum, debet inſeri tā-
tum tempus in citatione, intra quod poſſit com-
mode comparere attenta inſtantia loci, & in illo vl-
timo die comparitionis accuſatur prima contuma-
cia, & poſtea expectatur per triduum, & deinde ac-
cuſatur vltima: vt ſupra dixi, & ita ſeruatur in curiis
Neapolitanis in citationibus, quas mittunt per di-
uerſa loca huius Regni, & hoc colligitur ex. verbis
dictæ pragmat. Relatione. Si vero citatus degit extra
Regnum, debet in citatione apponi terminus ſexa-
ginta dierū ad comparendum, prout de hoc eſt tex.
in d conſtitut. Edictorum circa finem. & ibi Andr. de
Iſern. & idem Andr. in c.1. de con. inter vaſal. & alium
de benef. vbi dicit, quod iudex non poteſt hoc tem-
pus coarctare; vnde tunc in ſexageſimo die accuſa-
tur prima contumacia, & deinde triduo expecta-
tur, vt ſupra dixi. Et quod in vltimo peremptorio
condemnetur ad tertiam partem mobilium, tam
in ciuili, quam in criminali, eſt ritus magnæ curiæ,
in num.202. qui incipit; Item ſeruat dicta curia in cita-
tione, &c. & ille eſt pulcher ritus, qui ponit ſub bre-
uibus verbis totam practicam, quam ſupra dixi: &
eſt conſt. quæ incipit; Pœnam nouem, &c adde, quæ
dicam infra, in verſicul. contumacia, in 3 quæſt. Eſt et-
68 iam ſciendum, † quod contumacia prima debeat
accuſari in die iuridico, etiam ſi illo die curia non
regatur, dummodo non ſit dies feriatus, & poteſt
accuſari in præſentia actorum magiſtri, etiam ab-
ſente iudice, de hoc eſt alius ritus n.203. qui incipit;
Itē ſeruat ipſa curia, vt ſi die, &c. & alius ritus, in n.214.
incipiens; Item nota, quod in omni, &c. Cæterum, ſi
ille dies, in quo erat accuſanda prima contuma-
cia, eſſet feriatus, debet accuſari in die ſequenti, &
debet fieri mentio in actis, de die præcedenti feria-
to, vt ſciatur, quod non potuit illo die accuſari. I-
dem ſi plures dies continui eſſent feriati; quia ela-
pſis feriis, primo die iuridico accuſatur, vt eſt alius
ritus numer. 304. incip. Item; non quod vbicunque, &c.
& ſi non accuſatur prima contumacia in tali die, vt
ſupra dixi: citatio expirat, & circumducitur, nec ex-
cuſatur actor, dicens, quod non accuſauit; quia cu-
ria non regebatur, quia poterat accuſare, dummo-
do non fuiſſet dies feriatus, vt ſupra: de hoc eſt ritus
alius, in num.305. incipiens, Item not. quod tales, &c.
Ex prædictis ergo vides, quomodo eſt correctum
ius commune in regno; nam de iure communi non
poterat veniri ad peremptorium, niſi præcedenti-
bus trib. citationibus, cum interuallo triginta die-
rūm, l. ad peremptorium.68. cum duab. legib. ſeq. ff. de iud.
& l. tres denunciationes, cum authen. qui ſemel. C. quo-
modo & quand iudex. hodie autem in regno ſufficit
vna cum illa expectatione tridui poſt diem com-
paritionis, vt ſupra dixi. Item, inquantum dixi,
quod † citatio debeat continere cauſam, ſeu arti-
culum, ad quem quis citatur, vide Baldum in l. con 69
ſentaneum.8. in 4. notab. C. quomodo & quando iudex.
vbi hoc tenet: dicit tamen, quod in ordinario ci-
tante ſemper præſumitur cauſa, dummodo fiat ci-
tatio ad inſtantiam, & ſic valet citatio ſine cauſa.
Sed Andr. de Iſern. in d. conſtit. Edictorum, in princip.
dicit quod debet exprimi cauſa in citatione, niſi ci-
tatus ſciat cauſam Sed Bartol. in extrauagant. ad re-
primendum. in verſicul ſuper dicto crimine, &c. tenet,
quod valet citatio ſine cauſa, tam in ciuili, quam
in criminali, & ita etiam dicitur in deciſ.294. conſil.
Neapolitan. Abbas vero in c. præterea.2. colum. 2 in fin.
de dilatio. ponit vnam diſtinctionem, videlicet: aut
quis citatur de longinquo, & debet citari cum cau-
ſa, vt veniat inſtructus Aut citatur de proximo; &
non eſt opus ponere cauſam, nec certum crimen,
vbi citatio eſt criminalis, & videtur ſatis æqua di-
ſtinctio. Quidquid dicant iſti Doct. ego puto in-
dubitanter, quod in hoc Regno debet exprimi cau-
ſa in citatione, alias non valet, & moueor per duo
iura municipalia, quæ hoc expreſſe dicunt, videli-
cet, per text. in d. conſtit. Edictorum. & per regiam
pragmat. 1. quæ incipit: Quilibet. ibi; continentes i-
pſius citationis cauſam, &c. & poſtea ſubdit, citatio a-
liter facta non valeat, &c.

(Qualem cauſam in citatione exprimere ſuffi-
ciat, tradit Gail lib.1. obſ.51.n.1. vbi etiam docet, an
neceſſe ſit libelli tenorem vel articulos citationi
inſerere? Et ad quid conducat, ſi vna cum citatione
libellus tranſmittatur, vel citationi inſeratur? n.2.
3.& 4. In quibus autem cauſis admittatur citatio
generalis, vide Socin. in tract de citat. artic. 22. per
diſcurſum, Quid item iuris ſit, ſi citatus ad certam

cauſam compareat, an teneatur reſpondere in alia, ad quam non eſt citatus? vide apud Gail *d. obſ nu. 7.* ]

ADDITIO. Adde plene dicta per dom Sebaſt Vant. *in tract. de nullit. in tit. de nullit ſent. ex defectu citat. in n. 50. cum plurib.* Pet. Foll. I. V. D. Quid autem,
70 ſi † cum iudex vellet ferre ſententiam, citauit aliquem, vt veniat ad audiendũ intẽtionem curiæ ſeu iudicis, an dicatur ſufficiens cauſa in citatione, & an valeat talis citatio? Dic, ꝙ non, ſed debet exprimi ſententiam proferendam, ſeu audiendam: ita tenet Fel. *in d c. conſuluit. 24. col. 2. de off. delegat.* & Ioan. de An. *in c. inquiſitionis 21. §. ad petitionem. col. penult. de accuſ* & ibi etiam Fel. *in 7 colum* per text *in c. ex literis 2. & ibi Geminian de dolo, & contum. lib. 6.* Quid
71 ſi aliquis † citatur ad reſpondendum petitioni porrigendæ, & in vltimo die peremptorii non comparet, ſed actor comparet, & accuſat ipſi contumaciam; non tamen porrigit illo die petitionem, ſed die ſequenti: an poſſit ſuper illa petitione procedi in cõtumaciam, & an ille citatus poſſit mulctari vt contumax? Dic, quod non: quia ex quo fuit citatus ad illum actum, eſt neceſſe, quod ille actus porrectione petitionis fiat illo die peremptorii: alias nihil valet ꝙ agitur: ita eleganter tenet Petr. Philip. Corn. *in conſil 58 colum. 4 in litera H in 3. volum.* Si tamen reus compareret, iudex dat terminum actori ad producendum libellum, & reo ad reſpondendum, vt eſt ritus magnæ curiæ *in num 188* incipiens: *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi actor, &c.* Et nota, quod quãdo fit citatio eo modo, ſcilicet ad petitionem porrigendã, non inducitur litis pendentia ad impediendum præuentionem, antequam porrigatur petitio, prout de hoc eſt *deciſ. 194 conſil. Neapol.* & ideo iſta practica citandi non eſt bona, ſed melius eſt, quod porrigatur primò petitio, & poſtea ſuper ea porrecta remanet citatio, & ita practicatur in curiis. Itẽ
72 in quantum dixi, † quod in citatione debet apponi verbum peremptorie, hoc tenet Andr. de Iſern. *in conſtit. in ciuilibus.* & eſt gloſſ. *in Clement. ſæpe 2 §. ſententiam in verſ. non peremptorie, de verbor ſignificat.* & Bald. *in l. ſi quando, col. 2 C. de teſtib.* niſi quando fieret monitio per iudicem pro tribunali ſedentem, vel nuncius citaret coram Iudice; quia illa citatio habet vim peremptorii, ſecundum Baldum. *in l. ceſſante. 2. col. 1. C. quomodo & quando iudex* & dixi ſupra *in 3. dubio. in fi.* Hodie tamen in Regno, ex quo omnes cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ, vt pluries fuit dictum, non requiritur peremptoriũ in citationib. & ſic valeret citatio in ciuilibus ſine verbo, peremptorie: ita tenet Ang. *in d l. ad peremptorium. 68 ff. de iud* per tex. *in d §. ſententiam* & hoc tenet Matth. *in conſtit. in conſutilem col. pen.*

[ De citatione peremptoria in quibus cauſis, & caſibus ea requiratur, & quando ea, etiam iſtis caſibus, neceſſaria non ſit. Item an citatio vnica habeat vim peremptoriæ, ſi iudex in ea dicat, ſe vnica iſta citatione citare pro omnibus. Et an etiam quarta citatio, poſt trinam præcedentẽ, requiratur, vt dici poſſit peremptoria. Item an comminationes citationi adiectæ habeant vim peremptorii. Et an citatio peremptoria debeat continere verbum *peremptorie.* Item an contumax in prima, & ſecunda citatione, comparens in tertia, debeat condemnari in expenſas propter præcedentem contumaciam, & de aliis multis ad hanc materiam pertinentib. vide egregiam reſolutionem Alexan. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut de citat. reſolut 4. per tot* ]

TERTIA † CITATIO eſt, QVÆ FIT PER 73
LITERAS, vt quando iudex facit citationẽ in ſcriptis & illam cõmitti nuncio, vt aliquẽ citet, ſuper hoc eſt data forma per Regiam prag. in Regno, videlicet, per prag. ſecundam, quæ incipit: *Quilibet,* qua cauetur, ꝙ quãdo nuncius citat per literas, debet habere commiſſionem iudicis, & citatio debet continere cauſam. & debet fieri citatio coram duobus teſtibus, qui ſe ſubſcribant in calce citationis, quando ſit in loco, vbi põt haberi copia literatorũ: alias ſufficit, ꝙ nuncius in relatione dicat ſe citaſſe coram tali, & tali teſtib. & citatio aliter facta non valeret, vt ibi dicitur, & tenet And de Iſer *in conſtit. citationis, col 1. & 2.* ſi tamen eſſet facta citatio inualida, & citatus cõpareret, validatur citatio & comparitio, vt dicitur *in d. pragm. 2.* & tenet Bal. *d l. vt perfectius 2 col 2 C. de ann. & except* Eſt † tamen ſciendũ, 74
quod citatio de neceſsitate requirit ſcripturam regulariter: quia eſt in arbitrio iudicis citare viua voce, vel in ſcriptis: debet tamen in actis deſcribi, vt appareat ex actis. Hoc probatur *ex d. conſtit. Edictorum* quæ dicitur in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. *& in c. cum dilectus 6* (alias *cum dilecti.*) *ibi, viua voce, &c. de dolo & contum.* in ALIQVIBVS tamen CASIBVS requirit de neceſsitate ſcripturam, alias non valet,
& primus CASVS eſt, † in iudice delegato, quia de 75
bet citare cum inſerto tenore ſuę commiſſionis, qui tenor non poteſt apparere niſi in ſcriptis, *c præterea. 2.* & ibi Abb & Doct. *de dilat.* & Bart. *in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.* & Bart. Alexand & Iaſ. *in l. ex quacunque cauſa 2. ff ſi quis in ius vocat. non ier.* Quod limita, vt ibi per Iaſ.

[ Quod citatus à delegato, non teneatur comparere, ſi delegatus tenorem commiſſionis, ſeu reſcripti, citationi non inſeruerit, per tex. *in c. præterea. de dilat.* & gl. *in c. ſi Epiſcopus, & ibi Arch. 2. quæſt. 2.* & alios quos allegat, docet Viuius *in ſyl. com. opin. lib 1. opin 307. n. 5.* dicitq; eam eſſe communẽ opinionẽ ]

Secundus CASVS eſt, † quando citaretur aliqua 76
perſona illuſtris, vel clariſſima, quia debet citari in ſcriptis: ita tenet Iaſ. *in § quadam 10. col 4 in prin. Inſtit. de act* & eſt text & ibi Bar. *in l. quoties 17. C. de dig. lib. 12. tit 1.* Tertius CASVS eſt, † quando deſtinatur 77
aliquis nuncius ſeu executor ad capienda bona fiſco delata; nã non creditur ei ſine literis, *l prohibitum. 5. in fi. C. de iur. fiſc. lib 10.* ſimiliter quando aliquis mittitur ad exigẽdas pecunias fiſcales, *l palatinos 2. C. de col. ſun.*

78 *col ſun.fiſc.lib.11.* Quartus Caſvs eſt, † quando aliquis nuncius vellet citare realiter, puta faciendo capturam in bonis vel perſona; tunc enim debet oſtendere commiſsionē in ſcriptis, ſecundum Bar *in d.l palatinos.2* & Phil.*in c cum parati 19.col.8.ver. ſed*
79 *limita.&c de app.* Quintus Caſvs eſt, † in omni nuncio ſpecialiter electo qui non eſt nuncius conſuetus: nam ſibi nō creditur, nec valet eius citatio, ſine literis, vt dixi ſupra *in 3.dubio, verſ plus dico, &c.* & ibi dixi, ꝙ hodie in Regno eſt prouiſum per ritus magnæ curiæ ibi alleg. quod iſtæ citationes in ſcriptis, non committuntur, niſi habenti publicum officium; vnde apparet, quod priuatæ perſonæ non
80 committerentur. Sextus Caſvs eſt, † quando citatio fieret extra prouinciam; quia nō valet, ſi non fiat in ſcriptis, ſecundum Bar. *in extrauag. ad reprimend. verſ per nuncium.* per text *in § e?s. in Auth. de col.* Se-
81 ptimus Caſvs eſt, † quando citatio fit ad domum & non perſonaliter: nam valet, ad effectum reddendi citatum contumacem, niſi fiat cum literis: ſecundum Bal. & Ang. *in l.vt perfectius.2.col.2. C.de ann.except.* & Alex. *in addit. ad Bar. in d.l.palatinos 2 C.de col. fun.fiſcal.* & And. de Iſern. *in conſtit citationis.*

[Citatio ad domum ſolum, & non perſonæ ipſi licet in ciuitate præſens ſit, facta, valet, in cauſa damni infecti. Item cum citandus ſemel comparuit in iudicio. Item cum quis non reperitur, ſed per fraudē latitat, vel cum ſe fraudulenter abſentauit ante citationem. Et cum quis aliquid tenetur facere, & abeſt, puta vt clericus reſideat in Eccleſia, & maritus cum vxore, ſi abſint ſine iuſta cauſa. Item poſt litem conteſtatam, & cum quis ſemel in perſona fuit citatus, ſufficit ſola citatio ad domum facta, qua de re vide egregiam reſolutionem Alexand. Trentacinq. *lib.2.pract.reſolut de citat reſolut 3* vbi etiam *num. 19. & ſeqq.* dicit, domi citatum & non comparentem, non dici vere, ſed ficte contumacem, niſi manifeſte appareat eum iudicis citationem contempſiſſe; vel ſententia fuerit intimata in locis in quibus permittitur citatio; tunc enim habetur pro vero contumace. Quomodo autem citatio ad domum fieri debeat, ſi iudex iubeat aliquem citari perſonaliter, ſi fieri pōt, vel ad domum; item cum citandus abeſt à ciuitate, plene explicat ibidem Trentacinq. *num 23. & ſeqq.*

82 Qvarta citatio, † eſt illa, qvæ fit per edictvm, & eſt ſciendum, quod iſta citatio per edictum non fit niſi in caſu neceſsitatis, ſcilicet quando alio modo quis citari non poteſt. puta propter eius abſentiam, vel quando citantur perſonæ incertæ, ſi ſua putauerint intereſſe, vt inferius dicā, nam ſi iudex habet modum citandi aliquem voce, vel per literas, non debet incipere à citatione per edictū; quia grauaret citatū. & iudex appellationis poſſet hoc grauamen reparare, ſecundum Bart. *in extrauag. ad reprimend. in verſ per edictum poſt princ.* vbi plus dicit Bart. in princ. quod hæc citatio non fit, niſi per ordinarium, vel delegatum principis, non autem per inferiorem: de hoc dixi ſupra *in 7. dubio.* Iſtam materiam citationis per edictū tractat plene Fel. *in c. quoniam freq-enter. §. porro, vt lite non conteſt.* & Bart. *in d. ver. per edictū.* & Canoniſt *in Cle. 1 de iud.* Ego autem ſub breuitate Reaſſvmam aliqvos caſvs, in quibus fieri poteſt, & eſt neceſſaria huiuſmodi citatio: de reliquis vero remitto me ad dicta per Dd. in locis præalleg Additio. Vide per eundem Seb. Vant. *in tit. de nullit. ſent. ex defect. citat. num. 124.* & Maria. Soc. *in tract. de cit. in art. 23.* Petr. Foll. V.I.D. Primus igitur eſt Caſvs, † quā- 83
do citandus non reperitur perſonaliter, nec habet certam domum, puta, quia eſt vagabundus, tunc debet ſcribi eius citatio ad modum edicti, & debet affigi in palatio curiæ, vel in platea publica, quando eſſet laicus, vel in forib. eccleſiæ, quando eſſet clericus, ita ꝙ veriſimiliter talis citatio veniat in notitiam omnium per modū notorii, quæ citatio continere debet illa ſeptem requiſita, de quibus ſupra dixi: ita tenet Bal. *in l. ſi accuſatoribus. col fi in princ. C. de accuſ.* vbi plus dicit, quod in tali caſu poteſt fieri ēt citatio per proclama, vt infra dicam. Idem tenet Bal. *in l. conſentaneum in 2. notab. C quomodo & quando iudex* & Bar. *in d. verſ per edictum.* & debet poni iſtud edictum in illa ciuitate, & loco, vbi ſolitus eſt conuerſari ille vagabundus, ſecundum Bald. *in l. vt perfectius, col 1 circa fin & col.2. C. de anna except.* vbi plus dicit, quod ſi vagabundus habet domum, debet affigi edictum citatorium in porta ſuæ domus, & debet hoc fieri in præſentia duorum vel trium teſtiū, vel Notarii, vt eſt tex. *in conſtit. citationis.* pro hoc eſt tex. *in l. 4. §. toties ff. de damno infect.* Secundus Caſvs eſt, † quando aliquis procurat, vel latitat do- 84
loſe, vel impedit, ne citatio verbalis, vel per literas poſſit ad eum peruenire; nam tunc poteſt citari per edictum: tex eſt *in Clem 1. de iud.* Verum in hoc eſt aduertendum, quod illa Clem. diſponit, quod iſtud edictum poteſt apponi in ciuitate Romana in Papali palatio contra vnumquemque habitantem in partibus quantumcunque remotis; & id propterea, quia talis citatio eſt multum præiudicialis, & non poteſt fieri per iudices inferiores, niſi auctoritate Papæ, vt ibi habetur, ſed per iudices inferiores poſſet fieri in dicto caſu, apponendo tamen edictum in loco, vbi ſolitus eſt habitare & conuerſari citandus, & nō alibi, vt dixi ſupra in caſu præcedēti, facit tex. *in Clem. cauſam §. verum, de electio.* & hoc in Regno eſt expeditum, per dictam conſtit. *Citationis.* vbi in caſu prædicto poteſt quis citari per edictum affixum in ianua domus coram duobus teſtibus cum termino dierum 30. vel 40. & not. And. de Iſern *in c. 1. col 2. de nul vaſal qui contu eſt* de intellectu illius *Clem. 1 de iud* vide Fel *in d. c. quoniam frequenter 6. §. porro. 2 vt lite non conteſt.* & Rot *in deciſ 223. incip. ſi committatur, &c in nouis* & adde prædicta adde Alex. *in l. Diui 1. § præſides. 2. in addit. ad Bart. ff. de reb. reis.*

[ Si nuncius, vel executor citationis, non intromittatur à custodibus ciuitatis, ad exſequendã citationem, & ipſo petente, vt citandus euocetur, id ei etiam denegetur, an ſufficiat hoc caſu citationis formulam portæ ciuitatis affigere; ita vt contra citatum non comparentem proclama decerni poſſit: vide Gail. *lib. 1. obſ. 55. num. 1. & ſeq.* ]

85 Tertius CASVS eſt, † quando locus, vbi degit citandus, nõ eſt ſecurus, propter aliquas guerras forte, vel inimicitias, vel alio modo; nam tunc põt fieri citatio per edictum, eo modo, quo in præcedenti caſu dixi, per tex. *in d. Clē. dudũ. 1. de iud* pro hoc ēt eſt tex. *in Clem. quamuis. 1. de for. comp.* & not. Bar. *in d. verſ. per*
86 *edictum.* Quartus CASVS eſt; † quando aliquis ſtat clauſus in domo ſua, & nõ patitur ſe videri, ad hoc, ne citari poſſit; nam põt tunc affigi edictũ citatoriũ in ianua domus ſuæ, & perinde habetur, ac ſi perſonaliter citatus eſſet: vt tenet Alex *in l. pleriq;. 5 col. 2. ff. de in ius voc.* ꝓ hoc eſt tex. *in d. cõſtit. citationis.* Quin-
87 tus CASVS eſt, quando † actor porrexit libellum, & non vult litẽ proſequi, & ſe abſentat: nã reo inſtante citari põt per edictum, ſecundum formam *auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. iudex.* vt dicit Bal *in l. mandatum. 15. col. fi. C. mand* qui dicit, ꝙ iſta edicta debẽt poni in frequẽtiori loco ciuitatis. Sextus CASVS eſt,
88 † quando aliqua perſona Eccleſiaſtica ſpoliat aliquẽ laicũ poſſeſſione alicuius rei, põt laicus adire Iudicẽ ſecularem, vt per viã defenſionis extraiudicialis recuperare poſſit reſtitutionẽ ſuæ amiſſæ poſſeſſionis: & tunc quia iudex ſecularis non poteſt ſpecialiter citare clericum, põt exponere vnam citationem generalem per edictum, vt quicunque ſua putauerit intereſſe, compareat ad allegandũ quare ille laicus reſtitui non debeat: de hoc eſt quædã ſpecialis prouiſio in regno per tria capitula Regni, quorũ vnum incipit: *Ad regale faſtigiũ*, aliud, *Omnis prædatio, &c* & aliud, *Finis præcepti charitas, &c.* de quorũ capitulorũ intellectu traditur plene *in deciſ. 2. & 24 conſ Neapol.*
89 † Septimus CASVS eſt generaliter, cũ contradictores ſunt incerti: ſemper in actu faciendo, põt fieri citatio per edictũ vt not Abb *in c cum inter 6 col. 2. in prin. extra, qui matrim. acc poſſ.* Fel *in d c. quoniam frequenter. 6 §. porro. col 2. verſ conſidera inprimis, &c. vt lite non conteſt.* per ea, quæ habentur *in l. ſi eo tempore 6. C. de remiſſ. pign. & in auth. ſi omnes C. ſi minor ſe ab hæred. abſt.* & Gem. *in c fi. de elect li. 6.* Alias autem, vbi certus eſt aduerſarius, nũquã valet citatio per edi-
90 ctũ, ſecũdũ Fel. *in c. cognoſcẽtes. 2. col. 7. de cõſtit.* † Octauus CASVS eſt, quando aliquis propoſuit inſtitorem, qui forte male adminiſtrat, & vult ipſum reuocare: nã debet proponi facere edictũ publice ante illius apothecã, vt nemo cum illi cõtrahat, iuxta text. *in l. ſed ſi pupillus. 11. §. proſcribere. 3. ff. de inſtitor.* & ibi Bal. dicit, ꝙ iſta edicta debẽt exponi in loco publico, & patenti vt ab omnib. legi & videri poſſint, & non in
91 loco occulto: & ibi ēt vide Paul. de Caſt. † Nonus CASVS eſt in clerici beneficiario abſente, qui non facit reſidentiã; nam debet citari per tria edicta, qui debent affigi in valuis Eccleſiæ tuæ, & poſtea expectatur per ſex menſes, & ſi non venit ad reſidendum, priuatur beneficio: tex eſt & ibi Abb. & Doct. *in c. ex tua. 11. de cler. nõ reſid.* † Decimus CASVS eſt; quan- 92
do Epiſcopus, vel alius prælatus vult cõfirmare electum ad aliquã dignitatem vel beneficiũ: nam ante q̃ confirmet, debet exponere generalem citationem per edictũ, in Eccleſia, vocãdo omnes, qui ſua intereſſe putauerint, alias confirmatio fieri non poſſet, tex. eſt, & ibi per Can. *in c fi. de elect. lib. 6* Et hoc extenditur ēt, quando aliquis præſentatur in iure patronatus; quia debet fieri ſimilis citatio per edictũ, vt not. gl. 1 *& fi. in d. c. fi* & ita quotidie videmus practicari in huiuſmodi præſentationib † Vndecimus 93
CASVS eſt, quando aliquis tenens prædium tributarium, ſe abſentat, vel ipſum deſerit; nam põt citari per edictũ, & ſi non comparet intra ſex menſes, priuatur prædio, & alii locari põt, tex. eſt & ibi Luc. de Pen. *in l. locorum. 11. C. de omni agro deſer lib. 11.* Duodecimus † CASVS eſt, in citanda vniuerſitate; nam põt 94
citari per edictũ in loco affixum, vbi conſueuit congregari, & ſi ciues clauderent portas ciuitatis, põt affigi edictum in porta ciuitatis quando nuncius ꝓhiberetur ingredi, & ſi nõ eſſet tutus acceſſus ad portam ciuitatis, põt edictum affigi in ciuitate cõuicina in Eccleſia ipſius ciuitatis vicinæ. Ita hæc omnia declarat Bal. *in l ēt. 5 col 4. C. de exec. rei iud.* pro hoc eſt gl. *in l. nõ poteſt dolo. 199 ff. de reg. iur.* & vide Bal. *in auth. ſed cum teſtator. col. 2. C. ad leg. Fal.* vbi dicit, ꝙ non ſufficit citari præſidentes in eorũ domibus, ſed debent citari in loco, vbi conſueuerunt congregari publice. adde Ang. *in conſ 196.* põt etiam citari vniuerſitas per ꝓclama factũ in locis publicis ciuitatis, legendo citationem publice, ſecundum Bar. *in extrauag. ad reprimendum in verſ citatũ* & Luc. de Pen. *in l. prouincialium. 8. C. de erog. mil. ann. lib 12.* & gl. *in c. ſi capitulo. 5. in verſ factum. de conceſſ præben. lib 6.* † Decimus 95
tertius CASVS eſt, iudicio meo in omnib. caſibus, in quib. lex permittit fieri citationẽ per ꝓclama, in illis etiam põt fieri per edictũ a fortiori, & moueor per rationem *auth. qui ſemel C. quomodo, & quan. iud.* quia vox præconis paucis innoteſcit. Sed per edictũ res efficitur magis notoria, vt not Alex. *in addit. ad Bartol in d l. Diui. 1. §. præſides, 2. ff de requir. reis.* ſi enim lex permittit citationem per proclama (vt eſt illa, quæ fit per præconem) multo fortius per edictum. † SED iuxta hoc QVÆRO, quanto tempo- 96
re debet ſtare affixum edictum in loco publico, vel in ianua ciuitatis, quando fit citatio per edictum? Dic, quod non reperitur à iure ſtatutus aliquis terminus, vnde ſtatur arbitrio Iudicis, & ſufficit, quod nuncius referat, quod edictum ſtetit affixum in loco, licet non declaret per quantum ſpacium. Ita tenet Bart. *in extrauag ad reprimendum in verſic. publice.* vbi plus dicit, quod antea, quam affigatur, debet publice legi, & poſtea affigi.

[De

[De citatione edictali quando locum habeat, & vbi affigenda ſit, & quod in Camera Imperiali, ſupplicans pro citatione edictali, tria, ad minimum loca, domicilio citandi vicina, in ſupplicatione exprimere, vel in cancellaria denominare debeat, vide Gail. *lib.1.obſ.57.per tot.* ]

97 QVINTA CITATIO † eſt illa, QVÆ FIT PER PROCLAMA; dicitur autem proclama, quando præco publicus citat per platcam publicam alta, & intelligibili voce aliquem abſentem, vel incertos contradictores, ſi ſua intereſſe putauerint; & eſt permiſſa iſta citatio in CASIBVS infra ſcriptis, videlicet, Primus CASVS eſt, † quando hæres
98 vult conficere inuentarium ſecundum formam *l. fin.C de iure deliber.* nam ſi creditores ſunt certi, debet illos citare in ſpecie. Si vero ſunt incerti, poſſunt citari per publicum proclama in locis publicis, ſecundum Baldum *in d. l.fin. §. cum igitur.col.3. & in authent. ſed cum teſtator.C.ad leg.Falcid.* & Bartol. *in d §.igitur colum.2.* & ibi communiter Modern.
99 Secundus CASVS eſt, † quando litigator poſt litem conteſtatam ſe abſentat, & eſt neceſſe citari, ad videndum iuramenta teſtium, vel ad alium actum litis, & non habet domum, vel neminem reliquit in domo; nam tunc poteſt citari per publicum proclama in locis publicis, ſecundum Baldum *in l. ſi quando.19. in 11.quæſt. C.de teſtib.* & Socin. *in conſil 56.*
100 *col 2.in fin in 4.volum.* Et † nota, quod tunc, quando proclama fit contra certam perſonam, debet fieri in illa vicinia ciuitatis, vbi conſueuerat citatus conuerſari, ſecundum Bald. *in c.1.col. 4.in fin de mil. vaſal qui contu.eſt* & ponunt Doct. *in l.dies.4.§.prætor. 5. ff. de damn. infect.* ADDITIO. Ad effugiendum tamen circuitum iſtum, & vt ſemel comparentes in prima citatione, non ſit neceſſe ad quẽlibet actum citare, debet iudex ad inſtantiam partis cogere illos, vt ſibi eligant in ciuitate, & loco iudicii locum, vbi citari poſſint, vel quod relinquant procuratorem inſtructum: quia durum eſt ſemper mittere ad illam ciuitatem ſeu comitatum, vel perquirere per totam ciuitatem ignotos, & irreperibiles, vt voluit Angel *in l. qui ante calendas.13.& ibi Bart.ff.de verb. obligat.* & idem Bart. *in extrauagan.ad reprimendum,in verb.per edictum. col fin.* & Panorm. *in c.fin. 3.col. in fine. de dilat.* & habetur per Maria. Socin *in tractat. de citat.in artic.25.num.2.* Petr. Foller. V I D. Tertius
101 CASVS eſt † generaliter, quando eſt mouenda aliqualis contra aliquem abſentem, qui nullibi reperitur, nec habet certam domum, poteſt ipſum iudex citare per proclama, ſecundum Bald. *in leg.ſi accuſatoribus. 4 col.fin in princ.C de accuſ.* & ibi etiam Cyn. idem tenet Bald. *in l.inter minores. vlt. in fin. in 1. lect.ff.de integr. reſtit.* & Alexand. *in d.l. 4. §. prætor. 5 colum.2.verſi.item,in quantum Bart. &c.ff.de damn. infect.* vbi æquiparat hanc citationem illi, quæ fit in domo, dummodo non ſit de re mobili, & not. illud verbum Alexand. quia forte iſte caſus non procederet in prima citatione, vt fiat per proclama in principio litis, quando eſſet quæſtio de re mobili, ſed lite incepta ſic, & ita loquitur caſus præcedens.
Quartus CASVS eſt, † quando eſt contrahendum 102
aliquod matrimonium, debent citari omnes, qui nouerint aliquod impedimentum ſubeſſe, per publicum proclama Eccleſiæ, cum certo termino, quo elapſo non auditur contradicens, niſi iuſtam cauſam alleget, & ſi iſta ſolennitas non fieret, diceretur matrimonium clandeſtinum, text. eſt. & ibi per Can. *in c. cum inhibitio 3. de clandeſtin. deſponſat. & in c. cum tua. 6. qui matrim. accuſ. poſſ.* Quintus CASVS eſt, † quando minor adiuit hæreditatem, & 3
poſtea per in integrum reſtitutionem vult ſe abſtinere, & illam repudiare; nam in tali reſtitutione in integrum, ſunt citandi omnes creditores incerti per proclama, cum termino trium menſium, text. eſt, & ibi Bald. *in 1.colum.verſ quarto quæro,&c. in authent. ſi omnes. C. ſi mi. ſe ab hæred. abſ.* Sextus CASVS eſt, † quando creditor poſterior vult vendere 104
rem ſibi hypothecatam; nam poteſt creditores incertos anteriores citari facere per publicum proclama, vt veniant ad contradicendum infra certum tempus, quo tempore elapſo non audiuntur vlterius, tex. eſt, & ibi Bald. & Doct. *in l. ſi eo tempore.6. C. de remiſſ pign.* & ibi eſt gloſſ. quod in iſto caſu poteſt etiam fieri citatio per edictũ, & poteris hunc caſum addere ad citationem præcedentem per edictum.
Octauus CASVS eſt, † quando Epiſcopus vult pro- 105
cedere contra eos, qui expulerunt ipſum, de ſede ſua: nam poteſt accedere ad alienam diœceſim vicinam, & ibi citare dictos expulſores per publicum proclama in Eccleſiis illius diœceſis diebus feſtiuis, quando populus in Eccleſiis congregatur, & hoc quando non poſſet illos citare perſonaliter, propter acceſſum non tutum, tex. eſt *in Clem. quamuis.1. de foro compet* Nonus CASVS eſt, † quando 106
eſt facienda miſſio in poſſeſſionem, contra pupillum indefenſum, ex primo decreto, nam debent citari eius conſanguinei, amici, & affines per publicum proclama, vt veniant ad ipſum defendendum: text. eſt & ibi Bart. & Doct *in l.hæc autem 5.§.non defendi.1.ff. ex quib us cauſ.in poſſeſſ. eat.* Decimus CASVS eſt, † & quando eſt facienda miſſio in poſſeſſio- 107
nem, contra aliquem abſentem, qui non defenditur: nam debent requiri eius conſanguinei, & amici per proclama, *l. item ait prætor.21. & l. ergo. 32. & ibi Bartol. & Bald. & Doct. ff. ex quib. cauſ. ma.* Vndecimus CASVS eſt, † quando hæres deliberat, an 107
velit adire hæreditatem: nam poteſt facere fieri citationem per proclama contra omnes creditores, vt veniant ad edendum inſtrumenta debiti hæreditarii ipſi hæredi, ad hoc vt poſſit deliberare, alias creditores ſibi præiudicant, ſecundum Bar. *in l. Ariſ. 5. ff de iure del.* pro hoc eſt tex. *in l.ſi cui.1.§. cum dicitur. 6.ff.ſi cui plus quam per leg. Falcid.* Duodecimus CASVS eſt, † quando eſt publicandum teſtamentum 109

priuatum ſecundum formã *l. publicati. 2. C. de teſtam.* nam debet fieri proclama generale contra prætendentes intereſſe, vt compareant, quando ſunt incerti, ſecundum Bald. *in d. l. publicati. 2. in 6. q* Decimus tertius CASVS † in agnoſcenda bonorum poſſeſſione Carboniana, vel ventris nomine; quia ſi aduerſarii ſunt incerti, debent citari per proclama, ſecundum Bald. *in l certum. 5. col. 4. ver. viſo, &c C. vnde leg.* & generaliter dicas, quod in omni caſu, in quo aduerſarii ſunt incerti, poteſt fieri citatio iſta per proclama vel per edictum, ſecundum Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verſ. per edictum* longe poſt medium, ibi, *ſic etiam admittitur, &c.* & probatur per omnes doctrinas ſupra allegatas. SEXTA & vltima citatio eſt, QVÆ † FIT PER CAMPANAM, ſeu per tubam, iſta citatio fit, quando eſt congreganda vniuerſitas, cauſa faciendi conſilium vel reformationem, tex eſt, gl & ibi Bart *in l. obſeruare. 2. C. de decur. libr. 10.* & ſimiliter fit congregatio Capituli, & Canonicorum ad ſonum campanæ, vt not. gloſ *in verſ. factum. in fin. capituli. de conceſſ. præben lib. 6.* & gloſſ. & Card. *in Clem. 2. in 3. oppo. de ſent. excom.* Ad hoc etiam eſt text. & ibi Abb. *in 2. col. in c. in cauſis. de elect.* vbi optime Abb. declarat hanc materiam, ſcilicet, quod in negotiis minoribus, vel quæ poſſunt expediri per præſentes, ſufficit vocari collegium, vel vniuerſitatem per ſonum campanæ. Secus, vbi vocandi eſſent abſentes: quia requiritur citatio per nuncium, vel per literas, ſecũdum eum.

112 An autem † in die Veneris ſancta poſſit vniuerſitas citari ad ſonum tabellæ, ex quo non pulſantur campanæ? vide Bartol. *in l. fin. C. de præ. ſtis curia. lib. 10.* & Alexand. *in addit. ad Bart. in l. non poteſt dolo. 199.*

113 *ff. de regul iur.* fit † etiam citatio per campanam, quando eſt eundum ad bellum, vt not. Ioan. Andr. & Abb. *in c. cuſtos Eccleſiæ. 1. de offic. cuſt* vbi ponunt omnia ſigna, quæ importat ſonus campanæ. Et pri-

114 mum † ſignum campanæ, eſt conuocationis Capituli, ſeu vniuerſitatis, vt ſupra dixi. Secundum, eſt ſignum exeundi ad bellũ. Tertium, eſt ſignum horarum. Quartum, eſt ſignum gaudii & gratiarum actionis, vt quando poſt victoriam pulſantur campanæ. Quintum, eſt ſignum ſalutationis Virginis, vt quando pulſatur campana de ſero ad dicendum, Aue Maria gratia, &c. Aliquando, eſt ſignum excommunicationis. Aliquando, eſt ſignum alicuius defuncti. Aliquando, eſt ſignum eleuationis corporis Chriſti. Aliquando, eſt ſignum proceſſionis. Et ſic de aliis ſignis, vt per Ioan. Andr. & Abb. *in dict. c. 1.* & Bald. *in rubric. C. de dedit. liber. toll.*

115 Vltimo, † pro complemento huius quarti dubii; ſcias, quod citatio non debet fieri proprio motu iudicis, ſed ad inſtantiam partis, quando agitur inter duos litigantes; & maxime citatio ad ſententiam: ita tenet Speculat *in tit. de citat. §. ſequitur. verſ. illud autem nota, &c.* & Felin. *in c 1 colum. 1. & 2. de iud.* &

116 Socin. *in conſil. 96. colum. 5. ver. & c in 1. volum.* † Quod limita, niſi iudicum videret perire inſtantiam; quia tunc ex officio poteſt citare ad ſententiam, ſecundum Bart. *in l. Seius & Augerius. 27. ff. ad leg. Falcid.* & Fel. *in d. col. 2.* & Phil. *in c. ex ratione. 8. colum. 10. ver. quoad ſecundum dic, &c. de appell.* Quid † autem, ſi 117
aliquis citatur, vt compareat die Lunæ, Martis, & Mercurii, an ſint plures citationes? Dic, quod eſt vna, & debet comparere in vltimo die, ſecundum Andr. de Iſern. *in conſtitut. edictorum. colum. 1.* An † autem poſſit fieri citatio generalis ad totam cauſam, 118
vt aliqui compareat ſingulis diebus, & horis ad omnes actus, vſque ad ſententiam? Communis concluſio eſt, quod quando citatur aliquis exiſtens in remotis & longinquis partibus, valet talis citatio, alias ſecus; quia in omnibus actibus requiritur ſpecialis citatio, quando quis eſt vicinus, & prope locum iudicii, ita tenet Abb. *in c. fin. in 3. col. de dilat.* vbi plene attingit iſtum art. & Innoc & Doct. *in d. c conſuluit. 24. de off. deleg. & in c auditis. 8. de proc.* & Alex. & omnes ſcribentes *in l. qui ante calẽdas. 13. ff. de verb. obl.* & Iaſ. *in l nec quidquam 9. §. vbi decretum 1. col 9. verſ. decimo limita, &c. ff de off. proconſ.* & And. de Iſern. *in c. 1. colum. 2 & 3. ſi contro. inter vaſall. & alium de benef.* quod tamen intellige & declara, ſecundũ Bald. *in conſil. 4 in 5. volum.* ſcilic. in caſibus, in quibus poteſt procedi ad ſententiam lite non conteſtata; tunc valet hæc citatio ab initio facta, etiam quoad ſententiam; ſed vbi non poteſt procedi ad ſententiam lite non conteſtata, non poſſet fieri quoad ſententiam, niſi poſt litem conteſtatam. Item intellige, quando citatus fuit ſemper contumax, & nunquam comparuit: quia verum eſt tunc, quod poteſt procedi ad alios actus ſine noua citatione. Secus eſt, ſi ſemel ad aliquem actum comparuit; quia tunc eſt de nouo citandus ad alios actus, ſecundum Alexan. & Doct. *in d. l qui ante calendas 13.* & Soc. *in conſ. 195. col pen verſ. quinimo, &c. in 2. vol* & Ant. de Butr. & Imol. *in d. c. conſuluit. 24.* & de hoc vide bonam declarationem Abb *in d. c. expoſuit. 4. ſi. col. 4. in fin & ſeq. de dilat.* & Paul de Caſt. *in conſ 51. col. 4. in 2 vol.* vbi plus dicit Paul quod quando proceditur ad alios actus vigore talis citationis generalis, debent fieri ſingulæ citationes per edictum, ad hoc ibi vide per eum, dicit tamen Bald. *in conſ. 268. in 1. vol.* quod nec de iure canonico, nec ciuili talis citatio valere debet, cum ſit incerta, & captioſa: nam inducit quandam ſpeciẽ ſeruitutis, vt quis debeat in loco iudicij morari ſingulis diebus & horis: tamen eſt communis obſeruantia, & ex generali vſu, & ſtylo curiarũ toleratur propter diſtantiam loci: quid valde laborioſum eſt geminare citationes in partibus remotis; vnde teneamus communem obſeruantiam, quidquid dicat Bald. *in d conſ 268.*

VENIO ad quintum dubium principale, ſcilicet, quando † debeat fieri citatio. Communis con- 119
cluſio eſt, quod debet fieri in die iuridico; nam ſi fieret in die feriato nõ valeret, per tex. cum ibi not.

in

*in l.ex quacunq;.2.ff.ſi quis ius voc.non ier* & de die fe-
riata ad honorem Dei, eſt expeditum, quod non va-
let citatio, nec commiſsio iudicis, nec citatio nun-
cii, per *l in pecuniariis fin C de fer.ibi; ſileat vox, &c.*
ita tenet Bartol. *in repetit d.l.ex quacunque.2. colum.*
*final.*(tu autem cogita ; quia extra Regnum poſſet
contrarium de ſtylo & conſuetudine defendi ) et-
iam ſi dicta citatio fieret pro die feriato , puta ſi
nuncius citat die dominico, vt compareat die Lu-
næ, non valet citatio, ſecundum not. *in c. conqueſtus.*
*5.& ibi Abb.in 6.col.de fer* & Paul. de Caſtr. *in conſil*
*240.in 1.vol.*& ita de hoc extat ritus magnæ curiæ *in*
*numer.*183. incipiens: *Item ſeruat dicta curia, quod ci-*
*tatus,&c.*& ponunt plene Doct. *in l.hoc edicto.1.§ nunc*
*15.ff.de ope.no nun.* Sed † quid ſi terminus datus ali-
120 cui ad comparendum cadat in diem feriatum , an
valeat citatio, & an teneatur comparere? Bart. *in d.*
*rep.l.ex quacunque.2.col.penul.* diſtinguit : Aut error
eſt expreſſus in citatione, vt quia iudex dicit: com-
pareas coram me in die dominico ; & non valet ci-
tatio. Aut non eſt expreſſus error; vt quia iudex di-
cit: compareas ab hinc ad 10.dies, & vltima dies eſt
feriata, & valet citatio , & debet comparere die ſe-
quenti, ſed poſtea Bart. refert ibi Richard. de Senis,
qui tenebat , quod etiam in iſto ſecundo caſu non
valet citatio, *argum.§ loco.Inſtit.de verbor.oblig.* Ego
autem in hoc articulo concludo , prout alias tenui
legendo publice illam *l.ex quacunque.* in almo Gy-
mnaſio Salernitano: videlic quod iudex ſi dicit : do
tibi terminum decem dierum ad comparendum;
tunc valet citatio, & debet comparere die ſequenti,
ſecundum Bald. *in d.l ex quacunque.2.col.fin.* ſi vero
iudex dicit: compareas in decima die præſentis mē-
ſis, & illa dies eſt feriata, nō valet citatio: & ita pro-
cedit opin. Richar. de Senis, quam ad hoc tenet Abb.
*in l c conqueſtus.5.col.pen.in fin.* tunc enim videtur er-
ror expreſſus, ſaltem per relationem ad ipſam diem,
*l.certum 6.ff ſi certum petat.* ſed ſi iudex diceret: com-
pareas hinc vſque ad decem dies, tunc valet citatio;
quia iſte appellatur terminus ad quem, & debet cō-
parere de præcedenti , quando vltima eſt feriata,
ſecundum Bartol. *in d.l.l ex quacunque.2.col.pen.* per *l.*
*tempora 2 §.illud.8.fin C de temp.appellat. & in c.cum*
*dilecti.6.de dolo & contumac.* LIMITA † prædicta
121 niſi citatio fieret pro tali cauſa , quæ poteſt die fe-
riata expediri , quia tunc valet citatio facta in die
feriata, quæ cauſæ plures ſunt , quæ numerantur in
*l.2.& 3.ff de fer.* & tunc cogitur citatus comparere,
vt not. gloſſ. *in d.l ex quacunque.2 in gloſſ.fin.*& ibi et-
iam Bart. in reper. colum. penul. dum allegat. *l.miles.*
122 *11.§ ſexaginta.6.ff de adult.* Secundo † LIMITA,
non procedere in Principe , qui poteſt citare in die
feriata in honorem Dei, ſecundum Bartol. *in d.l.ex*
*quacunque in repet.colum.final.* & Lanfranc. *in c.quo-*
*niam contra.11. in verſic citationes in fin. deprobat.* per
*c veniens.15.de accuſat.* Hodie autem † in Regno eſt
12 expeditum, quod ſemper, quando citatio cadit in
diem feriatam, valet, & debet citatus comparere
in die ſequenti, ita tenet Andr. de Iſern. *in libr.con-*
*ſtitut in rubric.de in ius voc.* poſt quam rubric. ſequi-
tur *conſtitut Si quem noſtrorum, &c.*& de hoc ſunt duo
ritus magnæ curiæ. Vnus, *in num 17.* & alius *157.*&
ambo incipiunt : *Item , quod tam in criminalibus,*
*&c*

[In Camera Imperiali, quod & alii prudentes iu-
dices facere ſolent, ad præcauendas omnes diſpu-
tationes , adiicitur in omnibus citationibus hæc
clauſula; compareas tali die , & ſi illa non ſit iuri-
dica, compareas ſequenti iuridica, teſte Gail. *libr.*
*1.obſeruat.53. num 2.* vbi etiam tractat de prædictis
quæſtionibus. An videlicet citatio ad diem feriatum
valeat ? Et an citatio die feriato decerni & exequi
poſſit ? Et quando terminus in citatione præfixus
currere incipiat ? Item qualis debeat in citatione
præfigi terminus.]

VENIO ad ſextum & vltimum dubium principa-
le, ſcilicet, † vbi debeat fieri citatio? Iſta qu poteſt 124
habere duo membra. Vnum ſcilic. vbi, id eſt in quo
loco debet quis citari per nuncium. Secundum vbi,
id eſt, in quo loco debeat citatus comparere , & ſic
expediam iſta duo mēbra per duas quæſtiones prin-
cipales. Primo igitur quæro, in quo loco debet nun-
cius aliquem citare? dic, quod communis concluſio
eſt, quod quilibet citari debet perſonaliter, ſi repe-
riri poteſt; alias debet citari in domo ſuæ ſolitæ ha-
bitationis. ita plene tradit Bart. & ibi communiter
Doct *in l.dies.4 §.prætor.5.ff.de dam.infect.* & quando
eſt abſens, debet citari in illa domo, vbi reliquit fa-
miliam, quando forte haberet plures domos, alias
citatio non valet, ſecundum And. de Iſer. *in conſt.ci-*
*tationis.col.1* vbi plures, dicit, quod debet recipi iu-
ramentum ab illis de familia de denunciando cita-
tionem citato, quam primum poſſint : & hoc dicitur
etiam in tex illius conſt. & debet tūc fieri corā duo-
bus teſtibus, vel tabellione, vt habetur *in d.conſtit.ci-*
*tationis.*& ibi Andr. *in 1 & 2 col.* alias citatus in do-
mo ſine illa ſolennitate non diceretur contumax,
ſecundum eum, & tenet Bald. *in d.l.vt perfectius.2.C.*
*de anna except* item debet citari in illa domo, in qua
habitat tempore citationis, licet antea fuiſſet ſoli-
tus habitare alibi, ita tenet Petr. Phil. Cor. *conſil.*
*51.in 4.volum.& conſil 57.col.3.in litera H. in fine. in 3.*
*vol.* Poteſt etiam fieri citatio in domo , vbi nulla
extat familia , quando quis recedit nemine in do-
mo derelicto, ſecundum Andr. *in d.conſtit.citationis.*
*col 1.* Verum tunc debet affigi ſchedula citatoria in
oſtio domus, vt plene dixi ſupra *in 4.dubio principali.*
An † autem poſsit fieri citatio in apotheca , vel in 125
porticu, vel in ſtabulo, vide pleniſsime per Bart. &
Doct *in d.l 4.§ prætor. 5.ff de damn.infect.* Ex † præ- 126
dictis verificatur illa communis practica citandi a-
liquem; quia communiter ſolent committere iudi-
ces nuncio, vt citet aliquem perſonaliter, alias ſi per-
ſonaliter reperiri non poteſt, citet eum in domo ſo-
litæ

litæ habitationis. Et nota ſingulariter, quia communiter ſolent in hoc errare nuncii, & faciunt inualidas citationes; nam hæc forma citandi iſtud importat, videlic. quod nuncius faciat primo omnem ſuam diligentiam in perquirendo citandum per ciuitatem, vt poſsit eum citare perſonaliter: & vltimo loco, quando ipſum reperire non poterit, tunc citet eum in domo; alias ſi ita ex abrupto citaret in domo, non facta prius illa perquiſitione, non valet citatio; quia excedit formam commiſsionis: ita in terminis tenet Bart. *in d. § prætor. 5. col 2.* Alex. plene *in conſ. 3. colum. 1. & 2. in 3. vol.* & hanc opin. dicit Alex. eſſe communem *in d. § prætor. col. 1.* idem tenet Ludo. Roman. *in conſil. 454. col. 2.* & Per. Phil. Corn. *in conſil. 52. col. 2. in 4. volum.* & Abb. *in c. cauſam 3, col. 1. in fi. & ſequent. de dolo & contumac.* vbi plene examinat hanc materiam, & hoc eſt hodie confirmatum in Regno per Conſtit. *Citationis*, in princ. *ibi*; ſi eius copia haberi poteſt, &c. Quæ verba innuunt, quod debet fieri prius diligentia citandi perſonaliter, & eo non inuento, vt quia eſt abſens, vel latitat; tunc in ſubſidium fit citatio domi. Sed an debeat eſſe abſens à ciuitate, vel ſolum à iudicio, vt poſsit citari domi, vide Bart. *in d § prætor. 5.* & Abb. *in d. c. cauſam.* vbi pleniſsime diſtinguunt, dicit tamen Baldus *in l. conſentaneum. 8. col. pen. in fin. C. quomodo & quando iudex.* & ſufficit, quod nuncius de directo vadat ad domum citandi, & interroget familiam, vtrum ſit ibi, & ſi reſpondetur ipſi, quod non ſit ibi, poteſt dimittere ibi literas citatorias, & non eſt neceſſe perquirere per totam ciuitatem. Et illud dictum Baldi ego video communiter ſeruari in practica in toto hoc regno; nam nunquam iſti nuncii citantes faciunt diligentiam in perquirendo perſonam, ſed directo vadunt domum, & ita referunt ſe citaſſe domi ſine alia perquiſitione, & ita ſeruatur ex generali conſuetudine. Sed prima opinio eſt verior de iure, ſed opinio Baldi eſt confirmata hodie in Regno per regiam *pragm. 2.* quæ incip. *Quilibet* quæ loquitur alternatiue, ſcil. quod quis citetur perſonaliter, vel ad habitationis domum; quo caſu quando lex noua, vel ſtatutum loquitur eo modo alternatiue, ſufficit vnum adimpleri, ſecundum Bart. *in d. § prætor 5.* & Abb. *in d. c. cauſam. 5. col 2. in fin.* & ſic indiſtincte valet hodie in Regno citatio facta domi, abſque vlla perquiſitione: & ex illa prag. inoleuit illa citandi conſuetudo, quam dixi. In quantum tamen de iure communi debet præcedere dicta perquiſitio: intellige, & limita illud procedere in primis citationibus; tamen ſecus in aliis citationibus emergentibus, poſtquam comparuit citatus in iudicio, quia tunc poteſt indiſtincte citari in domo, ſine alia perquiſitione, ſecundum Bart. *in d. §. prætor. 5. colum. 1* & Lud. Rom. *in d. conſil. 454. col. 2. circa*
127 *princ.* Et † ſimiliter de iure communi relatio nuncii debet eſſe clara, ſcilicet, vt dicat, quod perquiſiuit per ciuitatem, & non inuenit, vnde citauit ipſum domi, alias non valeret relatio, ſecundum Alex. *in d. conſil. 2. in 3. vol.* vbi plus dicit *in 2. col.* quod debet addere nuncius, quod citauit in domo ſolitæ habitationis. Verum prout colligitur ex dictis Alexan. *in d. conſt. 2.* iſtud poſſet procedere, quando iudex ſimpliciter commiſit, quod citaret perſonaliter, vel in domo; quia tunc debet facere illam claram relationem. Secus quãdo dixit: cites perſonaliter, & ſi perſonaliter reperiri non poteſt, cites in domo: prout eſt de communi ſtylo literarum citatoriarum; nam tunc ſufficeret, ſi nuncius referret ſimpliciter, ſe citaſſe modo, & forma ſibi commiſſis, ita eſt de communi ſtylo notariorum ſcribentium relationes nunciorum; tunc enim intelligitur ſeruata forma commiſſa, ita tenet Bald. *in l. properandum 13. §. & ſi quidẽ. col. 2. C. de iud.* vbi plus dicit, quod tunc præſumitur citaſſe in domo, & non perſonaliter, accipiendo ſuã relationem in mitiorem partem, vt non dicatur verus contumax, ſed potius fictus, quod dictũ eſt mente tenendum; quia quotidie iſti nuncii faciunt iſtas relationes generales; quo caſu ſi citatus non comparet, non poſſet mulctari, nec pati illas pœnas, quas patiuntur veri contumaces, vt dicã infra in ſequenti membro, de contumacia. Conſilium tamen eſt, vt nuncius ſemper declarat ſuam relationem, ſecundum Bar. *in l. ſi tamen. 25. in fin. ff de leg. 2.* Verum † in 128
regno communiter ſeruatur, quod etiam citatus in domo, mulctatur, ſi non comparet. Et hoc puto procedere ex *d. prag. 2.* quæ nõ facit differentiam inter citationem perſonalem, & in domo, cum loquatur alternatiue, vt ſupra dixi. An † autem in Eccle- 129
ſia poſſit fieri citatio? Communis concluſio eſt, quod in citatione verbali poteſt fieri, ſecundũ Bart. *in l. plerique 18. ff de in ius voc.* & Alex. & Doct. *in l. in ius. 2. eod. tit.* & Bartol. *in l. præſenti. 6. C. de his, qui ad eccl. confu.* in citatione vero reali eſt ſecus; quia non poteſt regulariter fieri in Eccleſia, ſecundum Bart. *in d. l pleriq. 18. in fi.* per *d l. præſente. 6.* & not. plene Abbas *in c. inter alia. 6 de immu. eccleſ.* Quid autem, † ſi 130
citandus non habeat aliquam domum certã, & neſcitur, vbi ſit, in quo loco erit tunc citandus? dic, quod debet tunc citari in illa ciuitate, in qua conuerſari ſolebat, per publicum proclama, vel per edictum, ſecundũ Bal. *in l. ſi quando. 19. in 11. q. C. de teſtib.* & Bald. *in l. ſi accuſatorib. 4. col. fin. C. de accuſ.* & Soc. *in conſ. 56. col. 2. in fi. in 4 vol.* & vide quæ dixi ſupra de citatione per edictum, & per proclama. Secundo principaliter quæro, † ad quem locũ poſſit, & debet quis 131
citari, & ſic vbi tenetur cõparere? Dic, quod in hac materia loci ad quem, plura ſunt conſideranda. Primo, quod ſit locus iuriſdictionis ipſius citantis; alias ſi citaret ad locum non ſuæ iuriſdictionis, non tenetur citatus comparere ſecundum Andr. de Iſern. *in conſt priuilegia.* Pro hoc eſt tex. cũ ibi not *in l. extra. 20. fin ff. de iuriſd. omn. iudic.* vnde ſi vnus iudex habet vniuerſalem iuriſdictionem in prouincia, ſeu in diœceſi, poteſt ſubditos in quolibet loco ſuæ pro-

prouinciæ, vel diœceſis citare, & iuſtitiam miniſtrare: text. eſt *in c. cum Epiſcopus. 7. de off. ordin. libr. 6.* & vide Cal. *in conſil. 2. in tit de off. ordin.* Secundo, quod locus ſit tutus citato, alias ſi quis citatur ad locum non tutum, nõ tenetur comparere, ſecundum And. de Iſern. *in d. conſt priuilegia* Pro hoc eſt tex. *in Clem. quamuis 1. de foro competent* & not. plene Oldr. *in conſil. 43* & eſt text. & ibi per Doctor. *in c ex parte. 47. de appell.* & per Bartol. per illum textum *in l. recuſare. 6. §. fin. cum l. ſeq. & l. de ætate. §. ff. ad Trebell.* & Card. *in Clem. dudum. 1. in 12. not. de iudic.* vbi LIMITA, niſi quis procuraret, quod locus ille non ſit ſibi tutus; quia tunc remanet contumax, ſi non comparet, & gloſſ. & Bart. *in l. metus 3. ff. ex quibus cauſ. ma.* & intelligitur locus non tutus, ſiue ſit propter inimicitias, ſiue propter peſtẽ, vel bella, ſecundum Abb & Phil *in d. c. ex parte 47* & not. Doct *in locis præallegat.* & eſt *deciſ. 29. conſil. Neapol.* Tertio, quod locus ad quem citatur, ſit honeſtus, vt not. Andr de Iſern. *in d. conſt. Priuilegia* pro hoc eſt text. *in l. ſi cum dies.* alias, *quid tamen ſi de. 21 § ſi arbiter. 10. ff. de arbitr.* & ibi Bart. Idem tenet Spec *in tit. de citat. §. 1. verſ. item quod ſit ad locum, &c.* & gloſſ *in c. ſi Epiſcopus. 2. quæſt. 3.* facit text. *in c. ſtatutum. 11. §. cum vero. de reſcript. lib. 6.* Quarto, quod locus, ad quem quis citatur, non diſtet à loco ipſius citati, vel à finibus diœceſis vltra duas diætas, quia ſi diſtet vltra, non tenetur comparere: ita declarat Specul. *in tit. de citat. §. 1. in princ.* per text & ea, quæ ibi tradunt Doct. *in c. nonnulli 28 & c. ex parte. 12 de reſcript.* & dic, vt ibi plene per Felin Hodie autem hoc eſt redactum ad vnam diætam de iure nouo, per text. *in d. c. ſtatutum. 11. §. cum vero. & §. cum autem. de reſcript. lib. 6.* & hoc tenet Felin. *in d. c nonnulli. 28. col. 5. in princip.* & iſtud habet locum ſolum in delegato: quia non poteſt trahere litigantem vltra diætam. Secus eſt in ordinario, exiſtente extra fines ſuæ prouinciæ, vel diœceſis, quia poteſt trahere vltra diætam per generalitatem, *d c cum Epiſcopus 7. de offic. ordin libr. 6.* non tamen poteſt committere cauſam extra ſuam diœceſim, niſi in loco Suffraganei, quando eſſet cauſa appellationis, ſcilicet, vbi fuit appellatum, *c. vt litigantes. 5. de offic. ord. libr. 6.* verum vbi cauſa eſſet modica, & ordinarius ſtaret in loco multum remoto à domicilio litigantium, tenetur cauſam delegare in loco propinquo, alias poſſet appellari, ſi non delegaret, dato, quod eſſet infra fines diœceſis: ita tenet Felin. *in d. c. nonnulli 28 colum. 1 & 2.* Quinto, quod locus, ad quem citat delegatus à ſede Apoſtolica, vel Legato, ſit locus inſignis, ſcilicet ciuitas inſignis; in qua ſit copia peritorum, & quod delegatus citans, (quando eſt delegatus Papæ) ſit perſona in dignitate conſtituta, textus eſt *in dicto capite ſtatutum 11. in princip. de reſcriptis. libro. 6.*

Rober Maran.
V. I. D.

## De contumacia, ſecundo membro iudicii.

SVMMARIA.

1 *Contumax vt quis dici poſſit, quæ requirantur. Et quid ſeruetur in regno.*
2 *Contumax reputari non poteſt aduerſa valetudine impeditus.*
3 *Infirmitas ſuorum conſanguineorum excuſat à contumacia.*
4 *Citatus ad maius tribunal excuſatur in curia minori.*
5 *Pauper excuſatur à contumacia.*
6 *Inops, & male veſtitus æquiparatur carcerato.*
7 *Contumax vnde dicatur.*
8 *Contumacia quotuplex ſit.*
9 *Contumax patitur miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, & num. 10.*
11 *Reo perſeuerante in contumacia, contra ipſum proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, & illud parat plenum præiudicium.*
12 *Decretum primum, & ſecundum quid ſit, & quod ius tribuant ambo: quando interponantur, & infra quod tempus, & in quibus cauſis.*
13 *Citari ad releuandum an quis poſſit, interpoſitis primo, & ſecundo decreto.*
14 *Decretum primum & ſecundum ſit pro menſura debiti: quid hoc eſt dicere?*
15 *Contra contumacem nunquam proceditur altera parte non inſtante.*
16 *Contumax non auditur, niſi refectis expenſis.*
17 *Contumaci à iudice denegatur audientia, non ſolum in cauſa illa, in qua eſt contumax, ſed etiam in alia.*
18 *Contumax poteſt perſonaliter capi, & carcerari.*
19 *Contumax verus non appellat.*
20 *Contumax non reſpondendo poſitionibus, vel nolendo iurare de calumnia, habetur pro confeſſo.*
21 *Contumax poteſt excommunicari.*
22 *Contumax petens reuocare primum decretum, tenetur ſatiſdare, etiam ſi immobilia poſſideat.*
23 *Contumax in non parendo iudici, perdit beneficium iuratoriæ cautionis.*
24 *Vaſallus contumax verus, qui citatus dixit; nolo venire; ſtatim perdit feudum.*
25 *Contumax in cauſa criminali qua pœna afficiatur.*
26 *Contumax non allegat litis pendentiam.*
27 *Contumax qui recuperat tenutam conceſſam ex primo decreto, non poteſt vlterius declinare forum, dato, quod alias haberet declinatoriam exceptionem.*
28 *Iudex mandare poteſt colonis & inquilinis contumacibus, quod ei non reſpondeant de penſionibus, & mandare poteſt, quod nullus vadat ad colendum eius agros.*
29 *Contumax ad torturam peni poteſt, & quomodo, & quando, & ad quid.*

 30 Con-

30 *Contumax habetur pro præſente in ſui præiudicium.*
31 *Iudex propter contumaciam ſequeſtrare poteſt fructus rei petitæ.*
32 *Contumax volens reſpondere coram iudice, ſecundũ quod eſt maius præiudicium ei, habetur pro confitente vel negante.*
33 *Iudex contra contumacem poteſt procedere ad capienda pignora.*
34 *Contumax quando habetur pro confeſſo, efficitur etiã infamis, & teſtificari non poteſt*
35 *Excommunicatus perſeuerans in contumacia per annum, efficitur ſuſpectus de hæreſi.*
36 *Contumax pro tali delicto, pro quo non poteſt in foro iudicari, quam pœnam patiatur.*
37 *Contumax actoris qualiter puniatur.*
38 *Contumax ex eodem impuniatur, à quo petitur aliquid dari vel fieri. Secus ſi citatur, ſi ſua putauerit intereſſe.*

EXPEDITO primo membro iudicii, ſcilicet de citatione, venio ad ſecundum, videlicet ad tractatum contumaciæ. Nam plerunque citati ſolent contemnere iudices, & non comparere, & ſic redduntur contumaces: ideo de his aliqua diſpiciamus & hanc materiam breuiter expedi im per TRES QVÆST PRINC. Prima videlicet erit, quæ requirantur ad hoc, vt aliquis poſsit dici contumax. Secunda, quotuplex ſit contumacia. Tertia, quas
1 pœnas patiatur contumax. Venio † ad PRIMAM, & QVÆRO, quæ requirantur, vt poſsit quis dici contumax? Dic breuiter, quod eſt neceſſe, quod ſit legitime citatus, ſcilicet, tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus, tex. eſt *in l. contumacia. 53. ff. de re iud.* & hoc de iure communi. Sed hodie in regno per ritus magnæ curiæ, & Regias pragma. ſeruatur aliter, ſcilicet, quia citatur vna die pro alia, & in die ſequẽti accuſatur prima contumacia, & poſtea triduo expectatur, & in quarta die poſt triduum accuſatur vltima contumacia, & ex tunc reputatur contumax, prout hanc materiam plene declaraui ſupra de citatione *in 4. dubio prin. verſ. ſed circa hoc de tempore, &c.* Item debet in illo vltimo peremptorio accuſari contumacia per actorem, alias non diceretur reus contumax, ita tenet Andr. *in conſtitut. in pecuniariis. colum. 3.* & Bartol *in l. conſentaneum. 8. in fin. C quomodo, & quando iudex.* & eſt text. *in l. properandum. 13 §. & ſi quidem 2. & ibi Bald. in 1. colum. C. de indic.* Alias autem ſi actor non comparet in vltimo peremptorio, in iudicio eſſet circumducta citatio, etiam reo non comparente, & deberet de nouo citari, text. eſt *in l. & poſt edictum 73. §. quod ſi is. 1. ff de iudic.* & not. Bartol. *in l. ex quacunque. 2. in 1. lect. colum. fin. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* & Bald. & Alexand *in l. ex hoc. 3. fin. § ſed ſi ſtipulator. 3. ff. de eo per quem factum erit, &c.* Similiter, ſi illo vltimo peremptorio curia non regeretur propter abſentiam iudicis; quia minime dicitur contumax reus non comparens gloſſ. eſt *in d. l. ex quacunque. 2. in gloſſ. fin. per l. arbiter calendis. 4. ff de arbitr.* debet tamen comparere die ſequenti, reuerſo iudice ſine alia citatione, ſecundum Andr. de Iſern. *in c. vnic. tit. 42. lib. 2. col. pen. de controu. inter vaſal & ali. de inueſt.* Et ſic habemus hucuſque duos caſus, in quibus excuſatur quis à contumacia.

[Non requiritur etiam comparitio accuſantis in termino, & accuſatio contumaciæ, cum proceditur criminaliter per inquiſitionem, quando iudex ex mera inquiſitione procedit, & ſumit partes accuſatoris & rei: Nam quoties iudex defectum partis ſupplet, & pro fiſco comparet, non eſt neceſſaria accuſatio contumaciæ; quia iudex ipſe accuſat, & ex officio procedit, quod non obtinet, ſi adſit procurator fiſci, nam tunc ad inducendam contumaciam, inſtantia procuratoris fiſci opus eſt, de quo vide Ant Teſſaur. *deciſ Pedemont. 19. num. 1. 2. & 3.* An autem accuſatio contumaciæ requiratur cum proceditur per accuſationem? dic hoc caſu deberi accuſari contumaciam; æque, vt in ciuilibus, ſecundum Bartolum *in extrauagan. ad reprimendum in verb. neglexerit.* & Iaſon. *in leg properandum. § & ſiquidem. num. 7.* & Teſſaur. *dict. loco numero 4.*]

Tertius † caſus eſt, quando aliquis fuit aduerſa valetudine impeditus: nam excuſatur, vt non poſsit contumax reputari, textus eſt *in dict. l. contumacia 53. & in l quæſitum 60 ff de re iudic.* vbi textus limitat, non procedere in leui febricula, ſeu in veteri quartana: & an tunc teneatur mittere procuratorem, vide Bartol Alexand. & Doctor. *in dict. l. quæſitum 60* & prædictis adde Alexand. *in l. non exigimus 2. ff ſi quis caut* in regno autem debet mittere excuſationẽm cum fide vni medici, vel obſtetricis, ſi eſt mulier grauida, vt eſt ritus magnæ curiæ, *in num. 176. incip. Item, ſi aliquis, &c.* Quartus † caſus eſt, quando habebat conſanguineum infirmum; quia etiam infirmitas ſuorum excuſat à contumacia, ſecundum Alexand. *in d l quæſitum 60. col. final.* Quintus † caſus eſt, quando fuiſſet citatus ad aliud tribunal maius, quia excuſatur à contumacia in minori curia, *l. contra pupillum. 54 § is qui. 1. ff. de re iudic* & Alexand. *in d. l. non incipimus. 2. § ſi quis municipalis. 1. ff. ſi quis caut.* ADDITIO. Adde dicta per Specul. *in titul. de citat. §. contra. verſic. Item non valet.* & Marian. Socin. *in artic. 5. num. 32. verſic. 8. fallit intra. de citat.* Petr. Foller. V. I. D. Sextus † caſus eſt, propter paupertatem, vt ſi forte alias eſſet ita inops, & male veſtitus, vt non poſſet abſque verecundia comparere: nam excuſatur a contumacia, ſecundum Alexand. *in d l 2. §. ſi quis in iudicio. 3 colum. 1. ff. ſi quis caut.* nam † ille æquiparatur carcerato, vt eſt tex. ſingularis, & ibi gloſſ. *in l. eadem. alias, in eadem. 10. in fin ff ex quibus cauſ. maior.* & gloſſ. *in c. ſi quis teſtium. 8 de teſtib.* & vide quod tenet Abb. *in c. cum dilecti. 6. colum 5. circa fin. de dolo & contum.* Poteſt etiam adde-

Right-margin numbers in the right column: 2 (Tertius), 3 (Quartus), 4 (Quintus), 5 (Sextus), 6 (nam † ille).

addere omnes caſus, quos poſui ſupra de citatione, *col.fin.*& omnes caſus generaliter, in quibus citatio non valet : vel citatus non tenetur comparere,per ea,quæ dixi in princ.huius tractat. de contumacia.

7 Vnde † autem dicitur contumax? dic,quod dicitur a con,& tumeo,tumet, propterea quia inflatur,& ſuperbus efficitur nolendo obedire, & ſic dicitur contumeſcere in ſeipſo,& efficitur iudici iniurioſus:ita declarat Card. *in Clem.ſi autem. c.vnic.*

8 *col.8.de dolo & contum.* Secundo † principaliter quæro, quotuplex ſit contumacia, Dic, quod duplex, ſcilicet vera & ficta, Contumax verus dicitur ille, qui fuit citatus perſonaliter vel ad domum, & citatio peruenit ad eius notitiam,& non vult comparere. Verum quandoque dicitur verus contumax exiſtenter & apparenter,quandoque apparenter tantũ, & quandoque exiſtenter tantum : de qua materia remitto me ad ea,quæ plene tractat Bart. *in l.inter minores.8. fin ff.de integr.reſtit.*& Alex. *in l.properandum.13. § ſin autem reus.3.C.de iud.*& Ioan.de Imol. *in l.ex conſenſu.23.§.eum qui.3.ff.de appellat* vbi pleniſsime tractatur hæc materia,& per Ang.*in conſ.186.* Contumax fictus eſt ille, qui fuit citatus in domo : & dubium eſt,an citatio peruenerit ad eius notitiam,ſecundum Bart. *in d. l.inter minores 8 fin. col pen.ff.de in integr.reſt.*& Angel.*in d.conſil.186.* & prædictis adde Card.*in d Clem.1.in 9.q.de dolo & contuma.* vbi plene Additio. Dic quod imo Triplex eſt contumacia, videlic. vera, evidens,& præſumpta, vt not. gloſſ *in d.Clem.ſi ante. vnic. de dolo & contum.* & de iſta triplici contumacia loquitur Ioan. Andr *in reg.præſumitur.in merc* & Bart.*in leg. diuus 7 ff de in integr.reſt.* pro quo vide Maſuer. *in prax intit de cont.in princ.* Petr. Foller V I.D. Tertio

9 principaliter † quæro, quas pœnas patitur quis ob ſuam contumaciam ? Dic, quod multas pœnas iura introducunt contra contumacem. Et Prima eſt;quia contumax propter eius inobedientiam poteſt mulctari,vt habetur plene per Doct *in l.omnib 1.per t tam l ff.ſi quis ius dic non obtemp* : & eſt tex. *in d.l ex quacunque. 2.ff.ſi quis in ius voc. non ier.* Verum in hoc eſt ſciendum , quod mulcta non irrogatur: niſi ob veram contumaciam : nam fictus contumax mulctari non poteſt, ſecundum Alexandr.& communiter Doctor. *in d. l.omnibus. 1.§.fin.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.* & Angel.*in conſil.8.colum.pen.*& Bald. *in l.& in mulctis. 25. C.de appell* & Alexand. *in l.dies cautioni.4. §.prætor.5 vlt.colum.2.in fin.ff.de damn infect.* Idem concludit Andr.de Iſern *in conſtitut. citationis colum.2. in fine & in conſtitut. Rei vendicatione.* vbi etiam gloſſ. Ex hoc infertur,quod mulcta quæ irrogatur in regno hodie contumaci,eſt, quia condemnatur ad tertiam partem mobilium , vt dicit *conſtit.Pœnam nouem unciarum.* & ibi And. de Iſern. *& d.conſtitut.Rei vendicatione.* & eſt ritus magnæ curiæ,*in num.239.* incip. *Item ſeruat ipſa curia ab eo tempore,&c.*alius ritus 202. incipit. *Item ſeruat dicta curia citatione,&c.* ſequitur ergo, quod iſta condemnatio non fieret contra fictum contumacem, per prædicta. Et hoc videtur eſſe de mente gloſſ. & Andr. *in d.conſtitut.Rei vendicatione.* licet male ſeruent iudices,ſecundum eum ibi de communi ſtylo; tamen curiarum in aliquibus locis eſt redacta iſta pœna tertiæ partis mobilium in ciuilibus ad vnum tarenum, & in aliquibus curiis ſoluitur vnus auguſtalis : vnde ſeruandæ eſſent conſuetudines curiarum,vbi vigent. Secunda † pœna, quam pati- 10 tur contumax, eſt , quia patitur miſſionem in poſſeſſionem ex 1. decreto. *l.Fulcinius.7.§.prætor ait.1. ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ.eat. & l.ſi finita.15 §.Iulianus.16.& ibi Bartol. & Doct.ff.de dam.infect.* & per totum *tit.ff & C.de bon. auct.iudic.poſſ.* & hodie eſt deciſum in regno per Regiam pragm. quæ incipit:*Relatione.* vbi dicitur , quod eſt in electione actoris accuſata vltima contumacia , an velit petere terminum ad probandum , vel petere ſe mitti in poſſeſſionem ex primo decreto,& ita ſeruatur hodie,& ſic poteſt in cauſis ciuilibus procedi ad diffinitiuam , lite non conteſtata , & in hoc eſt correctum ius commune, prout alias dixi in ſuperioribus. Tertia † pœ- 11 na eſt;quia ſi reus perſeuerat in contumacia, proceditur contra ipſum ad miſſionem in poſſeſsionem ex ſecundo decreto , & illud parat plenum præiudicium, vt habetur *in d.§. Iulianus.16.* & per Bart. *in l cum proponas.9 C.de bon. auth. iud.poſſ.* & eſt Regia pragm quæ incipit:*Reo,&c.*Sed † iuxta hoc pro in- 12 troductione iuuenum ad practicam, Quæro, quid ſignificent iſti duo termini , ſcilicet primum decretum, & ſecundum decretum ? dic,quod primum decretum, eſt prima miſsio,quæ fit per iudicem in bonis contumacis, eo ipſo,quod incipit eſſe contumax, & fit pro menſura debiti tantum,quando agitur actione perſonali, vt *d.l cum proponas.9.*& ibi Bart.& Doct. *& in d.l. ſi finita.15.§.Iulianus.16.ff.de dam infe* Sed quando agitur actione reali,mittitur quis in poſſeſsionem totius rei petitæ, *l.ſi quis emptionis. §.§.ſed & ſi quis.3. C.de præſcript 30 ann* & habetur *in c prout.4.&c.contingit.o de dol.& cont.*& eſt conſt Regni quæ incipit;*Rei vendicatio* & etiam efficitur verus poſſeſſor per primum decretum,vt in iuribus præallegatis, & habetur per Doct *in l.poſſideri 3 §.quid autem.23.fina.ff.de acquir. poſſ.* ſed in actione perſonali non efficitur poſſeſſor, ſed ſolam detentionem acquirit cauſa cuſtodiæ , vt *d.l 3.§.fin.*& eſt tex.*in l ii,cum 5.in prin.ff.vt in poſſ.legat. & in l.cum legato.12. ff.ex quib cauſ.in poſſ.eat. & in l.ſi quis ante.10 ff de acquir poſſ* & per Bart *in d.l.cum proponas 9.C.de bon.auth.iud poſſ.*

[Contrarium eius, quod hic tradit author;quod videlicet,in actione perſonali,creditores nõ in partem ſaltem bonorum,pro menſura debiti , ſed in omnia, ſeu vniuerſa debitoris bona mittantur , defendit Schifordegher *lib.1.ad Fabrum,tract.7 quæſt.1.* *per*

*per l.7.§.ſi quis.15 ff.quib.ex cauſ.in poſſeſſ.eat.* vbi etiam dicit, non eſſe obſeruandum ordinem, vt prius quis mittatur in bona mobilia, iiſque in extantibus, in immobilia, & demum in actiones, & iura, vt pragmatici cenſent, & qui eos ſecutus eſt, Pontifex *in c. vlt.titul.vt lite conteſt.* & allegat Cuiac. *in expoſit. Nouell.53 in part.3.ad finem.* & Donel. *comment.iur.lib.23. cap 11.* Agit etiam ibid. Schifordegher de ſenſu *Nouell.53.cap.4.in fin.* quam Interpp. pro opinione ſua allegant, vt apud eum videre licet Verum cum Imp. *in d.l.Nouella.* expreſſe dicat, actorem mittendum in poſſeſsionem rerum debitoris, ſecundum menſuram declarati debiti; & verba illa, ſecundum menſuram declarati debiti, non ad venditionem, ſed ad ipſam immiſsionem referantur, non video quomodo prædicta communis pragmaticorum ſententiã recte reprehendi poſsit.]

Et ad hoc, vt concedatur primum decretum; non requiritur, quod plene conſtet de debito, ſed ſufficit, quod ſummatim, vel per iuramentum actoris, ex quo modicum parat præiudicium, ſecundum Bart. *in d l.cum proponas.* Secundum decretum, eſt ſecunda miſsio, quæ fit per iudicem contra eundem reũ, perſeuerantem in contumacia, vt dicunt Doct. *in locis præalleg.* & hoc eſt maioris præiudicii; quia transfert veram poſſeſsionem, vt *d.l.3 §.fi. iuncta gloſſ.in ver. nobis ff. de acquir.poſſ.* Item transfert dominium, ſi reus erat dominus, alias vſucapiendi conditionem, vt not.gl. & Bar. *in l.prætoris.5 in prin. & in l.ſi finita 15.§. Iulianus.16.ff.de damn.infect.* & gloſſ. *in l.ſed alio iure. 2. in fin.ff ſi ex nox.cauſ.agat.* Verum non interponitur, niſi plene conſtet de debito per teſtes, vel inſtrumenta, ſecundum Bartol. *in d. l.cum proponas. & in l. cum apud veteres.fin.§. ſin autem. C.de bon. auth.iudi. poſſ.* & Bart. *in l.Fulcinius.7.§.cum hoc.2 ff. ex quib.cauſ. in poſſeſſ.eatur.* Sed per quantum tempus debet reus perſeuerare in contumacia, vt perueniatur ad ſecundum decretum. Communis concluſio eſt, de iure communi, quod ſit in arbitrio iudicis, ſecundum Bart. *in d.l.cum proponas.* tamen de æquitate non debet iudex procedere ad ſecundum decretum, niſi ſit lapſus totus annus à die primi decreti, ita dicit Felin. *in c.conſultationibus 10 colum.2. de off. delegat.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, niſi alia iuſta cauſa ſuaderet. Sed hodie in Regni eſt ſtatutum tempus per duas Regias pragm. quarum vna incipit, *Relatione,* & alia ſequens, quæ incipit, *Reo,* quibus cauetur, quod elapſis tribus menſibus à die primi decreti, poteſt peti miſsio ex ſecundo: & cõceſſo ſecundo decreto, habet reus alium menſem, infra quem poteſt recuperare tenutam, dummodo ſoluat totum debitum vna cum expenſis: alias elapſo dicto menſe poſt ſecundum decretum creditor efficitur verus dominus, & irreuocabilis, cui debet res adiudicari appreciata pro menſura debiti, ſed ante ſecundum decretum poteſt reus quandocunque infra tres menſes recuperare tenutam, ſoluendo expenſas, & dando ſatiſdationem; & hoc etiam eſt prouiſum de iure communi, per *auth.ei qui iurat. C.de bon. auth.iud.poſſid.* In quibus autem cauſis interponatur ſecundum decretum, gloſſ. *in l. iubere cauere.4.ff. de iuriſd.omn.iudic.* tenet, quod ſolum in cauſa damni infecti, & non aliis, ſed veritas eſt in contrarium, quod imo in omnibus cauſis locum habeat: verum in hoc eſt differentia; quia in cauſa damni infecti fit adiudicatio totius rei, etiam vltra menſuram debiti, ſed in aliis ſolum, pro menſura debiti, vt ſupra dixi, ſecundum Bart. *in d.l.Iulianus. 16.col antepen.* vbi in ſpecie reprobat illam gl. *in d.l. iubere.4* & hoc tenet etiam Alex. *in d l.iubere,4 col.4.* & eſt tex. *in d.auth.ei qui iurat. & in d l Fulcinius.7.§. prætor.ait.1. & ibi Bartol.* item in cauſa damni infecti fit indiſtincte adiudicatio, ſed in aliis non, ſed venditur res, & illud decretum de vendendo, habet vim ſecundi decreti, ſecundum Bald *in d.l.iubere.4.* Verum emptore nõ reperto; tunc vltimo loco adiudicatur in ſolutum creditori *l. à diuo Pio 15.§.ſi pignora.3.ff de re iud.* Et ſcias quod etiam in actione reali interponitur ſecundum decretum, ſecundum Alex. *in l.3.§.fin.ff.de acq.poſſ.*

[Quod ſecundum decretum, non in omnib. cauſis locum habeat, vt author hic aſſerit, ſed tantum in cauſis crediti ſeruandi cauſa, vel damni infecti nomine, tradit Ant Faber. *de error.pragmat de cad.10. err.6.* Cæteræ autem miſſiones in poſſeſſionem, tantum ex vno decreto fiunt, vt notat Schifordegher *lib 1. tract.7.ad Fabr.* vbi de differentiis agit, inter miſſionem in poſſeſſionem, quæ fit crediti ſeruandi cauſa, & eam, quæ fit damni infecti nomine. Et *quæſt. 4.& 5.ibid.* etiam docet, quale dominium tribuat ſecundum decretum ex cauſa damni infecti. Et an is qui iubetur poſſidere rei ſeruandæ cauſa vllum dominium acquirat.]

ADDITIO. Adde † ad iſtam materiam primi 13
& ſecundi decreti, an interpoſito primo decreto poſſit reus citari ad reuelandam? & in hoc Baldus *in dict. leg.ſed alio.2 §.ſi abſens.1. ff.ſi ex noxal. cauſa. ag.colum.3. verſic. 5.quæritur,* dicit, quod non. Et
quia † in pragm.incip.*Reo,* dicitur, quod ſit miſſio 14
in poſſeſsionem ex primo decreto pro menſura debiti, dicas, quod ſit miſsio pro tanta ſumma, quæ valeat plus, quam erit ſumma, quæ petitur, ſecundum gloſſ.not. *in authent.ei qui iurat.in verſic. & per menſuram.C. de bon. auth. iudic.poſſid.* ſecundum Luc. de Pen. *in l.quoties.17.penult.col.C.de dignit. libr.12.* & firmat Marc.Bon. *in d prag.Reo* Pet.Foller.V I D. Scias
tamen, quod † nunquam proceditur contra contu- 15
macem ad aliquem actum, niſi altera parte inſtante, *ſecundum Bart.in auth. ei qui appel. in fin C.de temp. appel.* ADDITIO. Hæc verba intelligas (vt nunquam procedatur ad aliquem actum contra contumacem, niſi parte inſtante (vt procedant quantum ad hoc, vt iudex poſsit procedere contra aliquem; tanquam contra contumacem: ſecus quo ad effectum,

ctum, qui ipſo iure inducitur à ſtatuto, ſeu iure; nam tunc non requiritur, quod pars accuſet contumaciam, & inſtet, ſecundum Bal. *in l. ſi tutor. 7. C. de interdict. matr.* quod dictum ſatis commendat Ant. Alexand. & Iaſ. *in l. properandũ. 13. §. & ſi quidem. 2. C. de iud.* & Felin. *in c. illud. 8. in 4. colum. C. de præſcript.* Petrus Follet. QVARTA pœna † eſt contra contuma-
16 cem; quia non auditur, niſi refectis expenſis, per tex. & ibi Bald. *in l. ſancimus. 15. C. de iud.* & debet etiam ſatiſdare de iudicio ſiſti; quando vult recuperare tenutam, per *auth. ei qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſſid.* & vide infra in 10. pœna.

[In odium etiam eius, qui conſulto receſsit, poſt commiſſum delictum, ne apprehenderetur, vel citaretur perſonaliter, tanquam vere contumacis, non auditur procurator eius, nec alius coniunctus, qui abſque procuratoris nomine, vt defenſor allegare vult delinquentis abſentiam, & excuſationem, & petit acta ſibi communicari, Clar. *in pract. crim. § fin. quæſt. 49. num. 6. & ſeq.* vide tamen hac de re Ant. Teſſau. *deciſ. Pedemont. 205 num. 7. & ſeqq.* vbi etiam docet, an indicia, & informationes ad partem ſumptæ ei ſint communicandæ *num. 12 & ſeqq.*]

17 QVINTA pœna eſt; † quia contumaci poteſt iudex denegare audientiam non ſolum in illa cauſa, in qua fuit contumax, verum etiam in omni alia, tex. eſt, & ibi gloſſ. ſingularis *in l. ſed ſi per prætorem. 26. § ſed & ſi dum 6. ff. ex quib. cau. maior.* & ibi Ang. idem tenet plene Iaſ. *in l. iuſiurandum, & pecunias. 34 §. ait prætor 6 in 2. not ff. de iureiuran.* vbi plus dicit Iaſ. de mente Bald quod tunc ille iudex poteſt mandare aliis iudicibus, quod illum non audiant in aliqua cauſa, & vide etiam de prædictis Iaſ. *in d. l. omnibus 1. §. hoc iud. ciu. fi. col. 4. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.* ADDITIO. Adde quod hoc voluit ritus magnæ curiæ Vicariæ, qui incipit: *Item ſi aliquis, vel aliqua bannitus.* de cuius veritate & intellectu multa dixi *in praxi mea cauſ. crim. in verb. banniatur.* & ibi poſui omnes pœnas, quas patitur contumax. *Petr. Foller.*

18 SEXTA † pœna eſt; quia cõtumax põt capi de perſona, & carcerari; tex. eſt cum glo. & Bar. *in l. conſentaneum. 8 C. quomodo & quando iudex. & in §. ſi vero etiam quidã in Auth. de exhib. reis. Nouel. 53.* & not. And. de Iſern. *in conſtit. Si quis poſt litem. in prin.* SEPTIMA pœna † eſt; quia verus contumax perdit beneficiũ
19 appellandi, *l. ex conſenſu. 23. § eum qui fin. & ibi gloſſ. Bart. & Imol ff. de appellat. & l. eius qui. 1. C. quorum appel non recip.* & Alexand. *in l. properandum. 13. § ſin autem reus. 3. C. de iud.* vbi plus dicit, quod etiamſi ſit cõtumax ad ſolam ſententiam; non appellat. idem tenet Alexand. *in l. ſæpe. 63. colum. 24. ff. de rei uindic.* Amplia hoc procedere, etiam in illa ſententia, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam; quia verus contumax non appellat: ita tenẽt Ant. de Butr. & Imol. *in c. tenor. 10. de re iud.* & Iaſ. *in d. l. 1. § ſi procurator. 2. colum. 5 ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* & prædictis adde tex. *in l. & poſt edictum. 73. §. ſciendum. 3 fin. ff. de iud.*

OCTAVA pœna eſt; † quia contumax in non re- 27
ſpondendo poſitionibus, vel innolendo iurare de calumnia habetur pro confeſſo, *c. ſi poſt præſitum. 2. & ibi per Doct. de confeſ lib. 6. & l. cum & iudices. 2. §. quod ſi actor. 6. & ibi Bart. & Doct. C. de iurament. calum.* idem in nolente ſubire iuramentum iudiciale, nec referre, *l. manifeſtæ. 38. & ibi per Doct. ff. de iureiurand.* & Luc de Pen. *in l. locorum. 11. colum. 2. C. de omni agro deſert. lib. 11.* Et de poſitionibus habetur in regia prag. quæ incipit: *Quinta die, &c.* Et communis obſeruantia in regno eſt, quod quis citetur tribus vicibus, vt veniat reſponſurus, ad ſe examinandum ſuper articulis, & in vltima citatione debet inſeri totus tenor articulorum, & poſtea interponitur decretum, quod habeatur pro confeſſo: ita de hoc eſt ritus magnæ curiæ, *in num. 250.* incipiens: *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi quis &c.* vbi etiam dicitur, quod à tali decreto non appellatur: quod limita, niſi citatus ſit abſens; quia non poteſt haberi pro confeſſo, vt not. Iaſ. *in d. l. vnic. §. fin. colum. 4. ff ſi quis ius dic. non obtemper.* NONA pœna eſt; † quia con- 21
tumax poteſt excommunicari, gloſſ. eſt *in c. actor. 1. de dolo, & contumac. lib. 6.* & gloſſ. *in c. conſtitutionem. 9. de ſent. excommun. lib 6* & Bald *in l. eum qui. 3. in verſic. not. C. de procur.* & Felin. *in c. 1. colum. 5. verſic. vtrum excommunicatio, &c. de iud.* vbi plus dicit, quod ante, quam excommunicetur quis ob contumaciam, debet citari, vide *c. cum contumacia. 7. de hæret. lib. 6.* DECIMA pœna eſt; † quia contumax petens reuo- 22
cari tenutam, ſeu primum decretum tenetur ſatiſdare, etiamſi poſſideat immobilia, & ſic perdit priuilegium, *l. ſciendum 15 ff. qui ſatiſd cog.* gloſſ. eſt ſingularis *in §. ſi vero etiam. in fin. in verſic. fideiuſſorem, in Authen. de exhib. reis Nou. 53.* quam gl. ſequitur Bart. *in l. hæc autem. 5. §. fin. ff ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* & Iaſ. *in d. l. ſciendum, col. 2.* vbi plures allegat, & ibi etiam Alex. & adde quæ dixi ſupra in 4. pœna. VNDECIMA pœna eſt; † quia contumax in non parendo iu- 23
dici perdit beneficium iuratoriæ cautionis, glo. eſt, & ibi Bald. *in authen. ei qui iurat. C. de bon. auctor iud. poſſid.* & Abb. *in c. qua fronte. 25. de appel.* & Iaſ. *in l. ſatiſdatio. 1. col. penult. verſi. 3. fallit, &c. ff qui ſatiſdar. cog.* DVODECIMA pœna eſt; † quia vaſallus contu- 24
max verus, qui citatus dixit, nolo venire, ſtatim perdit feudum. ita tenet Andr de Iſern. *in c. 1. col. 2. in fin. de mil. vaſ. qui con. eſt. tit. 22. lib. 2.* TERTIADECIMA pœna eſt; † quia contumax in cauſa crim. pri- 25
mo condemnatur ad tertiam partem mobilium, & reliqua eius bona adnotantur; & ſi perſeuerat in contumacia per annum, forindicatur, ſcilicet; quia habetur pro conuicto & confeſſo, & pro rebelli, & ab omnibus poteſt impune occidi, & omnia eius bona confiſcantur elapſo anno. De hoc eſt conſt. regni. quæ incipit: *pœnam reorum.* & ibi plene per And. de Iſern. vbi hanc pœnam de forindicatione ponit, & ibi declarat, quod habet locum ſolum in delictis irrogantibus pœnam mortis naturalis, vel ciuilis.



vel

vel membri abſciſſionis, & de hoc eſt capitulũ regni *in num. 152* quod incipit. *Siue quis, &c.* idem declarat Andr. de Iſer. *in c. 1. §. ſi vero violator. 2. col. 1. de pace tenen. tit. 27. lib. 2. & in c. 1. in princ. in 2. col. titul. hic finitur lex.* & vide infra in 14. pœna.

[Condemnatus in contumaciam vigore ſtatutorum, quibus contumax pro confeſſo, & conuicto habetur, an ſit admittendus ad nouas defenſiones, & quæ requirantur probationes, vt contumax in delictis, pro confeſſo, & cõuicto habeatur, & cõdemnati poſſit? vide Fach. *lib. 9. contr. iur. c. 39. & 40.*]

26 Decimaqvarta pœna eſt; † quia contumax perdit beneficiũ legis, *l. vbi cœptum. 30. ff. de iud.* quia conuentus corã vno iudice, non poteſt allegare litis pendentiam coram alio iudice, coram quo fuit cõtumax: ita tenet Bar. *in d. l. vbi cœptum* & Alex. *in l. quamuis. 11. ff. de ius voc.* & Bar. *in l. ſepulchri. 6. ff. de ſepul. violat.* & Alex. *in l. qui pro tribunali. 2 col. 2. ff. de re iudic.* Et ſic remanet concluſio, quod contumax nõ
27 põt opponere exceptionem litis pendentiæ. † Decimaqvinta pœna eſt; quia cõtumax, qui recuperat tenutam conceſſam ex primo decreto, non põt vlterius declinare forum, dato, quod haberet exceptionem declinatoriam: ita tenet Ang. & Imol. *in l. ſi finita. 15. § item videamus. 31 ff. de damno infect.* & Ang. *in l. eum qui. 10. ff. de priuil cred.* alias, *l. 35. tit. de reb. auct. iud.* & Alexand. *in l. quidam conſulebat. 57. ff. de re iud. in fin. colum. 1.* Decimasexta pœna eſt,
28 quia † iudex poteſt mandare colonis, & inquilinis contumacis, quod non reſpondeant ei de penſionibus, & poteſt mandare, quod nullus vadat ad colendum eius agros, & iſta eſt noua pœna & pulchra, & parum cognita à iudicibus. Ita tenet Abb. per illum text *in c. grauem. 35. de ſen excom* Decimase-
29 ptima pœna eſt; † quia contumax in nolendo reſpondere libello coram iudice: poteſt exponi tormentis ad eruendam reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam, non tamẽ torquetur præciſe, vt cõfiteatur, ſed ſolum vt reſpondeat: & iſte eſt caſus, in quo irrogatur tortura ſine indiciis: quia datur ad alium finẽ, ita ſingulariter tenet Bal. *in l. ſi accuſationem. 6. col. 3. C. qui accuſ. non poſſ* & Par. *in tractat. Syndic. in verſ tortura in c ſequitur quæſtio, &c colum. fin.* Additio. Vide late dicta per me *in praxi mea criminal. in 3 partis principio, in verb. & ſi confitebuntur.* Petr. Foller. V. I. D. Decimaoctava pœna eſt,
30 quia † contumax habetur pro præſente in ſui præiudicium, tex. eſt *in auth. qua in prouincia. in fin. & ibi Bald. C. vbi de crim. agi oport.* & gloſſ. *in l. de vnoquoque. 47 ff. de re iud.* & Bald. *in l. cum fratrem. 9. col. fin. C. de*
31 *his quib. vt indig.* Decimanona pœna eſt; † quia iudex propter cõtumaciam poteſt ſequeſtrare fructus rei petitæ, ſecundum Abb. *in c. olim ex literis. 25.*
32 *& ibi etiam Fel. de reſcr.* Vigesima pœna eſt; † quia contumax, qui non vult reſpondere coram iudice, habetur pro negante vel confitente, ſecundũ quod eſt ei magis præiudicium, tex. eſt, & ibi Doct. *in l. de*

*ætate. 11 § qui tacuit. 4. ff de interr. act.* Vigesima- 33
prima pœna eſt; † quia iudex poteſt procedere contra contumacem ad capienda pignora, *l. temporis. 1. § quid ergo. 3 ff de vent inſpic.* Vigesimase-
cvnda pœna eſt; quia † vbicunq; contumax ha- 34
betur pro confeſſo, puta, vigore ſtatuti. tunc etiam efficitur infamis, & non poteſt teſtificari, ita tenet Fel. *in c. ſuper eod. 1; el 1. in fin. de teſtib* Vigesima-
tertia pœna eſt; † quia ſi quis fuit excommu- 35
nicatus ob contumaciam, vt dixi ſupra in 8. pœna, & perſeuerat per annum in contumacia, elapſo anno redditur ſuſpectus de hæreſi. Verum ſi fuit citatus pro crimine hæreſis, & fuit excommunicatus vt contumax, elapſo anno habetur pro conuicto, & poteſt puniri vt hæreticus, tex. eſt *in c. excommunicamus. 13 § qui autem, de hæret & in c. cum contumacia 7. de hær. lib. 6.* ſed ſi fuit citatus ob aliud crimen, non habetur pro hæretico: ſed ſolum redditur ſuſpectus de hæreſi, & poteſt indici ſibi purgatio: ita declarat Abb. *in c. grauem 13. fin. de pœn.* & And. de Iſern *in c. 1. verſic. poſt annum. de ſtatut & conſuet. contra liber. Eccl.* Verum ſemper habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo fuit citatus. vt not. gl. *d. c. cum contumacia 7 in gl. fin.* & Spec. *in tit. de accuſ. §. ſequitur colum. 1. verſ. porro.* de hoc habemus in regno vnum capitulum *in num. 99.* quod incipit: *Item ſtatuimus, quod ſi contingat, &c.* quo cauetur, quod ſi quis perſeuerat per annum in excommunicatione, debet per Prælatum denunciari curiæ ſeculari, & legitima pœna puniri per iudicem ſecularem. Vigesimaqvar-
ta pœna eſt; † quia ſi quis fuit contumax pro mi- 36
nori delicto pro quo ſcilicet poteſt forindicari, pr-ta; quia non irrogat pœnam mortis vel membri abſciſsionis, vt dixi ſupra *in 14 pœna.* iſte banitur, & condemnatur ad tertiam partem mobilium, & eius bona annotantur, prout ibi dixi. Verũ elapſo anno non forindicabitur, ſed omnia bona publicantur, reſeruato iure liberorum, ſecundum conſtit Regni, Et ſi voluerit reuerti ad defendendum ſe, debet dicere cauſam in vinculis: & ſi venit abſoluendus in cauſa principali, adhuc debet ſtare tanto tempore in carcere, quanto tempore durauit contumacia: ita hæc omnia deciduntur per capitulum Regni, *in*
*num. 152* quod incipit: *Siue quis, &c* Prædicta † o- 37
mnia procedunt, vbi agitur de contumacia rei.

[De tribus modis ſeu viis, quibus contra reum contumacem in Camera procedi poteſt, vide Gail. *lib. 1. obſ. 60. per tot.*]

Quid autem de cõtumacia actoris, qualiter punitur actor contumax? Dic, quod in cauſa ciuili, ſi reus comparuit in vltimo peremptorio, actor vero non comparet, euaneſcit citatio, & edictum circumducitur, tex. eſt *in l. & poſt edictum. 73 § 1 ff de iud.* ſed actor non punitur ad aliã pœnã, niſi quia abſoluitur re' ab obſeruatione iudicii, actor condemnatur in expenſi, quas tenetur reficere antequã iterũ agat, ſecundum And. de Iſeru. *in conſ. Sponte volentibus.*

(Si

[Si vero actor ſemel in iudicio comparuit, & libellum exhibuerit; deinde lite nondum conteſtata incipiat eſſe contumax, & litem mori patiatur; tunc in arbitrio Rei eſt, poſt factum proclama, & tres inſequentes iuridicas elapſas, aut petere abſolutionem à citatione, aut in contumaciam actoris litem negatiue cõteſtari, & in cauſa principali procedere, & onus probandi in ſe ſuſcipere, & poteſt etiam iudex in cauſa principali ſentẽtiam ferre, quod in actore contumace ſaltem procedit. Reo enim contumace, ad definitiuam non peruenitur, niſi lite conteſtata. In Camera autem Imperiali inter actorem & reum hoc caſu non diſtinguitur, de quo vide Gail. *lib.1. obſ.59. numer.4. & ſeqq.*]

Sed in cauſa criminali accuſator non comparens, vltra cõdemnationem expenſarum, punitur ad ſextam partem mobilium, vt eſt conſtit. quæ incipit: *Accuſatorum temeritas.* & ibi Andr. de Iſern. Item in ciuili proceditur contra actorem contumacem ſecundum formam. *auth qui ſemel C. quomod. & quand. iud.* Vltimo adde hic, † quod is demum punitur, vt 38
contumax, à quo petitur aliquid dari vel fieri; ſecus ſi citetur, ſi ſua putauerit intereſſe; quia talis citatio non arctat ipſum ad comparendum, & ſi non comparet, non poteſt dici cõtumax, nec puniri: quia iſta dicitur citatio voluntaria, ſecundũ Bald. *in c.1. col.5. verſ. & not. &c. de mil. vaſal qui contum. eſt*, & Paul. de Caſtr. & Alexa. d. *in l. teſtamenta omnia.* 18. *C. de teſtam.* & habetur *in deciſ.* 2. & *deciſ.* 24. *conſil. Neapol.* Rob. Mar. V.I.D.

## De Libelli oblatione, tertio membro Iudicii.

SVMMARIA.

1 *Libellus iudici & parti offerri debet.*
2 *Libellus ita clarus eſſe debet, vt poſſit reus deliberare, an velit cedere vel contendere.*
3 *Copia libelli datur reo ſumptibus actoris in regno.*
4 *Libellus vt procedat, quid continere debeat, & numer 5.*
6 *Prælatus agens nomine Eccleſiæ, an debeat exprimere eius nomen, vel Eccleſiæ.*
7 *Syndicus vniuerſitatis agens, quod nomen debeat in libello ponere.*
8 *Actor pupilli qualiter concipiat libellum.*
9 *Libellus contra Eccleſiam qualiter formetur.*
10 *Libellus qualiter formetur contra infantem.*
11 *Libellus qualiter concipiatur contra furioſum.*
12 *Libellus criminalis vt valeat quid continere debeat.*
13 *Dies commiſſi criminis, ſi apponitur in libello, & non probatur, reus abſoluitur.*
14 *Accuſator ad inſtantiam rei tenetur declarare diem commiſſi criminis in libello.*
15 *Clauſula;* peto mihi ius & iuſtitiam miniſtrari; *quid operetur in libello.*
16 *Clauſula;* omni meliori modo, &c. *quid in libello operetur.*
17 *Clauſula;* non ſe aſtringens; *quid operetur.*
18 *Clauſula;* & proteſtatur de expenſis; *quid importet in libello.*
19 *Libellus non poteſt præſentari die feriato ad honorem Dei, ſed ſecus ad honorem hominum.*
20 *Libelli porrectio non eſt de proceſſu iudicii.*
21 *Libellus repræſentari poteſt etiam die feriato ad honorem Dei, quando periculum eſt in mora, vel res eſt tempore peritura. Idem in libello appellatorio.*
22 *Libellus debet eſſe clarus & certus.*
23 *Libellus non debet eſſe generalis.*
24 *Libellus quantumcumque generalis & obſcurus, admittitur in cauſis ſummariis, niſi tanta ſit obſcuritas, ex qua reus poſſit deliberare.*
25 *Citationem debet libelli oblatio præcedere.*

TERTIVM membrum iudicii. † eſt libelli oblatio. Nam is, qui vult rectè ordiri telam iudicii, primo facit partem citari, vt veniat ad reſpondendum petitioni in iudicio, & parte citata comparente, offert libellum iudici & parti, iuxta *authent. offeratur. C. de litis conteſt.* † & debet libellus eſſe ita clarus, vt reus poſſit ex eo deliberare, an velit cedere, vel contendere, *l. qua quiſque.* 1. *in princip. ff. de edend. & d. authent. offeratur.* & not. Bartol. *in l. ſi in rem.* 6. *ff. de rei vend.* Debet autem dari † copia libelli reo expenſis actoris, vt eſt gloſſ. *in Clement. c. quamuis.* 2. *in verb. oblatos, de appel.* & eſt deciſum in regno per Regiam pragm. quæ incipit: *comparente, &c.* quoniam iſta † materia libelli eſt valde trita, & in quampluribus locis ventilata, maxime per Specul. *in tit. de libelli concept.* & per Canoniſt. *in tit. de libelli obl.* & per Bart. & Doct. *in l. edita.* 3. *C. de edend.* & Iaſ. *in §. omnium. Inſtit. de actio.* & in variis locis, propterea non multum me extendo, ſolum pro introductione iuuenum attingam ea, quæ ſunt neceſſaria in libello. Vnde eſt SCIENDVM, quod libellus, ad hoc, vt procedat, debet continere QVINQVE CONDITIONES: videlicet, 1
2
3
4

*Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo.*

PRIMO, debet † continere QVIS, id eſt nomen actoris, vel accuſatoris, puta, Titius agit, vel accuſat. 5
ADDITIO. Nomen actoris in libello exprimendum (vt vides) inquit dominus Auctor, cuius rei cauſa extra rem minime eſt illud ſcire; an Prælatus volens agere in cauſis Eccleſiæ, debeat concipere libellum nomine ſuo, vel nomine Eccleſiæ? & videtur, quod nomine Eccleſiæ, vt *in c. inter dilectos.* 6. *de fide inſtr. & in c. literas.* 3. *de dilatio.* & eſt ratio: quia Prælatus non habet † ſuo nomine directam actionem vel vtilem, *authent. ſed hodie. C. de Epiſc. & cler.* prout voluit Hoſtienſ. *in c. olim.* 12. *el.* 1. *de reſtit. ſpoliat. in verb. nomine domus* mouetur; quia Rectores ſeu Prælati ſunt procuratores & non domini, *c. ex literis.* 6

*ris.2.de dol.* ſed hoc late proſequitur Maria. Socin. *in c.ignarus 1.de libel.oblat.nu.* 107. vbi diſtinguit tres
7 caſus de quibus, per eum. Et † quid de Syndico, cuius nomine debet libellum concipere? In quo dicendum eſt quod in ciuili debet nomine vniuerſitatis vel collegii, vel Eccleſiæ libellum concipere, ſecundum Spec. *in tit.de libel. oblat.§. iam nunc videndũ. verſic. ſi vero Prælatus.* & habetur per Innoc. Ioan. And & Ioan. de Imol. *in c.cõſulti.15 ſi.de proc.* & ſi ageret & conciperet libellum, & non diceret, nomine vniuerſitatis: vel ſyndicario nomine, videtur potius agere proprio nomine: ſi vero loquimur in criminalibus, ſyndicus non poteſt concipere libellum ſyndicario nomine, aut nomine vniuerſitatis, ſed proprio, ſecundum Dyn. & poſt eum Cyn. Bal & Sal.
8 *in l.ſi cautiones.2. C. qui accuſ.non poſſ.* Et † quid de actore conſtituto à tutore, vel à pupillo, cum auctoritate tutoris, cuius nomine debet libellum concipere? & certe debet ſimiliter libellum porrigere nomine pupilli: de quo vide per dom. Maria. Soc. *in d. c ignoramus.1.de libel.obl.n.* 118. vbi etiam habes, quid de tutore, & procuratore, & œconomis, ac aliis. *Pet. Foll.V.I.D.* Secundo, quid, id eſt, rem petitam in libello, quam debet actor deſignare per duos confines, ſeu per duas demonſtrationes, alias poſſet dici libellus obſcurus, ſecundum Batt. *in d.l ſi rem. 6.ff.de rei vend. & in l.forma. 4.ff. de cenſi.* Tertio, Coram quo, id eſt, nomen iudicis ordinarii, vel delegati, coram quo porrigitur libellus, non tamen eſt neceſſe exprimere nomen proprium, licet poſſit libellator, ſi velit, ſed ſufficit ipſum mentionare per nomen ſui officii, ita vt ſit certum de perſona. Quarto, quo iure petatur, id eſt, debet continere cauſam concludentem, puta, peto cẽtum; quia mutaui &c. vel peto puniri, quia tale delictum commiſit, &c. Nam ſi concludens cauſa non ponitur, non procedit libellus, vt ſi dico, peto centum; quia Rex eſt in Francia, vt not. gl. *in l.palam.2. §. circa 3.ff. de doli except.* & Bart *in d. l edita.colum.* 2. non tamen eſt neceſſe exprimi nomen actionis in libello, ſed ſufficit, quod taliter narretur factum, quod ex narratione facti poſſit elici, quæ actio intentetur, tex. eſt, & ibi Abb. & Fel. *in c.dilecti.6 de iud.* debet tamen eſſe cautus aduocatus in perquirendo, quæ actio ſibi competat, ad hoc, vt ſecundum naturam illius actionis ſcias adaptare verba libelli, non tamẽ habet neceſſe illam exprimere, vt *d.c. dilecti.* Quinto, debet continere A quo, id eſt, nomen rei conuenti. Iſtis ergo quinque conditionibus concurrentibus erit recte formatus libellus: vt declarat Spe. *in tit. de libel.concept §.4.* Additio. Debet etiam libellus continere nomen rei, à quo aliquid petendum erit (vt dicit dominus Auctor, & bene.) Pro tyronibus tamen illud nõ inutile erit ſcire:
9 an, ſi agere quis voluerit contra Eccleſiam, † debeat concipi libellus contra Prælatum ipſius Eccleſiæ, vel contra ipſam Eccleſiã? & in hoc teneatis, quod concipi debet libellus cõtra Prælatum nomine Eccleſiæ (verbi gratia, ago contra Prælatum, qui nomine talis Eccleſiæ debet mihi centum,) ſecundum Spec. *in tit.de libel.oblat. §. iam nunc. verſic.contra Syndicum.* Et † quid agendum erit contra pupillum; & 10
tunc ſi eſt infans minor ſeptennio, & debet agi contra ſolum tutorem, ſi habet, alioquin peti quod detur tutor ipſi infanti, *l gerere.1. § ex quo.* (alias *ſufficit 2.*) *verſic.ita tamen ff.de admin. tut.* & ibi gl. & not. glo. *in auth. cauſa quæ ſit cum monacho.C. de Epiſcop. & cler* talis enim non poteſt in ius vocari, vt eſt tex. *in l.5* (alias *quique.4*) *in princ.ff.de in ius voc* & not. *in l. condictioni.2. ff.de cond.furt.* & debet concipi ſic libellus: Conqueror de P. tutore B. pupilli infantis, & ita concludit Afflict. *in deciſ.ſacri Regii conſ. Neapol. in deciſ.262. incip. fuit in conſilio*: aut eſt maior ſeptennio, & debet libellus concipi contra eum auctoritate ſui tutoris, vt puta: Conqueror de B. pupillo, & P. eius tutore, *c. Raynutius 16.extr. de teſtam.* & ita tenet Spec. *in titul.de libel.oblat. § iam nunc videndum. verſic.porro.* Et idem dicendum eſt, † ſi agitur contra 11
furioſum, & mente captum; nam iſti æquiparantur infantibus, & præſumuntur abeſſe, cum nihil intelligant, *l.ſi ei. 2.§.furioſus.3.ff.de iure codicil.* & non poſſunt in ius vocari, *l.quique.4.in princ.ff.de in ius voc.* Petr. Foller. V.I.D. Et † prædicta procedunt in ci- 12
uilibus, ſed in libello criminali accuſatorio requiruntur aliæ ſolennitates, quæ traduntur *in l. libellorum.3.ff de accuſ.* & per gl. *l.in cauſis.16. C. de accuſ.* videlicet locus commiſsi criminis, annus, menſis, indictio, & regnatio Imperatoris. Quæ regnatio licet non requiratur de iure, vt dicit Bar. *in d l. libellorum. 3. in 1.colum.* tamen de communi conſuetudine ponitur in locum Conſulis, quem hodie non habemus. Dies autem commiſſi criminis non debet apponi: ſecundum Bar. ibi; † imo caueat libellator, ne 13
apponat diem; quia ſi non probaret delictum eſſe commiſſum illo die, ſuccumberet; quia ſic non probaret: ita per plura tenet Iaſ. *in l.1.in princ. colum. fin ff. de eden.* Si † autem ex aduerſo reus peteret ab 14
accuſatore, vt declarare debeat diem, poſſet hoc petere, ſi vult probare contra, in coarctando negatiuam, vt quod tota illa die fuit alibi: & tunc tenetur accuſator ad inſtantiam rei declarare diem cõmiſſi criminis; ita plene declarat Iaſon. *in l. arbitraria.2.§ ſi quis Epheſi.2.ff.de eo, quod certo loco.* Bartol. *in l.ſi qui reus, colum.3.in fin.ff.de publ.iudic* Sed contrarium & melius tenet Imol. *in d.l ſi qui reus, colum. 23.in fin.* quem ibi ſequitur Alexand. *in additione ad Bartol.* de quo articulo vide omnino Franciſ. Aret. *in c. qualiter & quando. 24.§. debet. colum. 6. de accuſ.* Et prædictæ ſolennitates requiruntur etiam quando agitur ciuiliter ex delicto, dummodo ſit talis actio, quæ infamet, alias ſecus, ſecundum Bart. *in l. prætor edixit. 7.in princip.ff de iniur.* & Bart. *in l hac. 1. §. primum. 1.ff. de ſuſpect.tut & in l.item exigit.16 ff. de dol.* Solent † in calce libelli apponi Nonnullæ 15

CLAV-

CLAVSVLÆ per aduocatos, quarum quatuor tantum ego puto eſſe valde vtiles, & in omni libello apponi ſolent pro vtilitate libellantis. Et PRIMA eſt illa: *Super quibus omnibus & eorum ſingulis peto mihi ius & iuſtitiam miniſtrari;* quæ clauſula ſaluat libellum ab omni ineptitudine, ſecundum Abb. *in c. cum dilectus. 2. colum. 17. de ordin. cognit.* & Alexand. *in conſil. 121. colum penult. in 1. volum.* & Iaſ. *in §. omnium. 1. colum. 20. & 21. de act.* & Petr. Philip. Corn. *in conſil. 305. & conſil. 302. in 3. volum.*
16 SECVNDA clauſula † vtilis eſt illa: *Omni meliori modo, &c.* quæ operatur, vt in caſu dubio libellus interpretetur eo modo, quo fauorabilius eſt actori libellanti ſecundum Alexand. *in conſil. 7. colum. 3. verſic. hoc etiam, &c. in 3. volum.* & Ant. de Butr. *in c. literæ. 3. de dilat. & in c. examinata. 15. de iud.* de cuius clauſulæ virtute vide plura per Felin. *in c. cum ſuper. 23. col. penult. & fin. de off. delegat.*

[Clauſula: (*Super quibus omnibus peto mihi iuſtitiã adminiſtrari omni meliori modo.*) tantæ eſt efficaciæ, vt eatum virtute omnis actio omneque remedium cõpetens, & reſultans ex narratis in iudicium deductũ videatur, ſecundum Ang *in d. § omnium numer. 7. circa fin.* & Iaſ. *ibid. numer. 149. & numer. 151.* Felin. *in c. cũ ſuper. numer. 11 de offic. & poteſt iud. deleg.* vbi refert lex effectus d. clauſulæ. Et in Cam. Imperiali, virtute talis clauſulæ, ſæpe etiam non expreſſe petitis pronunciatur, teſte Gail *lib. 1. obſ. 61. num. 11.* Verum in libellis ſupplicibus qui ad impetrandos proceſſus in Camera exhibentur, eiuſmodi clauſulæ nihil operantur, ſed tenetur iudex ſola narrata attendere, in quibus ſi quid deſit, iudex vigore dictæ clauſulæ nihil ex officio ſupplere poteſt, ſed ad narrata ſupplicãtis, proceſſus vel ſimpliciter, vel prout narratum, ſeu petitum eſt, denegat. Vt teſtatur idem Gail. *d. obſ. numer. 12.* De prædicta clauſula, & quatuor aliis, earumque effectu & operatione, vide etiam Alex. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut de probat. reſolut. 8 nu. 2. 3 & ſeqq.*]

17 TERTIA clauſula † vtilis eſt illa; *Non aſtringens, &c.* quæ operatur vt actor non teneatur probare qualitatẽ deductam in libello, ſecundum Bar. & Doct. *in l. diuus. 33. ff. de re iud.* & Alexand. *in conſ. 6. colum 2. & 3. verſic tertio reſpondendeo, &c. verſic. nec eſt neceſſe, &c in 3. volum.* alias ſine illa clauſula ſuccumberet, non probando qualitatem, dato, quod probaret factum principale, ſecundum Bartol. *in conſ. 117. incip. accuſ. &c.* & Abb. *in c. licet. 19. colum. 14. de proba & in d. c. examinato colum. 4. de iud.* & Pau. de Caſtr. *in conſil. 405. colum 1. in 2. volum.*
18 QVARTA clauſula † vtilis eſt illa; *Et proteſtatur de expenſis, &c.* per quam cenſetur interpellatus iudex, vt condemnet victum victori ad expenſas, ad quas non tenetur iudex condemnare, ſi non petantur, licet poſſet condemnare ſi vellet: ſed quando ſunt petitæ, tenetur omnino iudex declarare ſuper expenſis, & condemnare condemnandum, alias faceret litem ſuam: ita dicit Bartol. *in l. properandum. 13. §. ſin autem alterutra. 6. colum. fin. C de iud.* & ibi etiam Bald. idem tenent communiter Doct. *in d. l. dies cautioni. 4. § hoc autem iudicium 8. ff de dam. infect.* An autem ſit neceſſe dari libellum in ſcriptis: & quid ſeruetur hodie in Regno, dixi plene ſupra *in 4. parte huius tractatus, in 9. diſtinct.* & ad ibi dicta me remitto. Vltimo ſuper hac materia quæro, † vtrum 19
libellus poſſit præſentari in die feriata? Dic, quod in die feriata ad honorem hominum non eſt dubium, quod poteſt præſentari iudici, per *l. milites. 11. §. ſexaginta. 6. ff de adulter.* ſed dubium eſt de die feriata ad honorem Dei. Bart. *in d. l ex quacunque. 2. §. fi. in rep. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* tenet ſimiliter, quod poteſt præſentari. per gloſſ. *in c. placita 15 q. 4.* Verum idem Bart. *in l. nec quidquam. 9. §. de plano. 3. ff. de off. proconſ.* tenet contrarium, & hanc contrariam partem, ſcilicet, quod non poſſit præſentari, tenet Abb. *c. ſignificauerunt. 21 & ibi etiam Fel. colum. 4. de iud.* & Alexan *in l. ne quis 1. ff. de fer.* vbi tenet pro firmo, quod diſpoſitio *d § ſexaginta.* non habet locum in feriis ad honorem Dei. Idem tenet Bart. *in extrauag ad reprimend. in verſ. de plano.* & hæc videtur magis communis opin. ſed Lanfran. *in Clemen. ſæpe. 2. verſic. de plano. de verbo ſignif.* tenet primam partem, pro qua facit, † quod libelli porrectio non eſt 20
de proceſſu iudicii, ſecundum Bald. *in d. l. ex quacunque. colum fin.* & Bald *in rub. C de in ius voc* & Felin. *in c. ignarus. 1. colum. 1. de libel. oblat.* Sicut ergo alii actus extraiudiciales poſſunt expediri die feriata ad honorem Dei, vt habetur *in l. quoniam 1 in fin. C. de fer.* ita & iſta præſentatio libelli. ADDITIO. Adde plene dicta per Maria. Socin *in c. 1. de libel. oblat. num. 148* Petr. Foll. Sed in iudicando non eſſet recedendum à communi opin. contraria, quæ recte videtur comprobari per *d. l fin.* quæ prohibet omnes actus, qui coram iudice expediuntur. † Quam opin. 21
communem LIMITA non procedere, quando periculum eſſet in mora, vel res eſſet tempore peritura quia tunc poteſt præſentari etiam in die feriata ad honorem Dei, ſecundum Abb. *in c. ſignificauerunt. 21 fin. col 6 & ibi etiam Fel. in 4 colum. de iud.* & Fred. de Senis *in conſil. 139.* Secundo LIMITA nõ procedere in libello appellatorio: quia indiſtincte præſentari poteſt in die feriata ad honorem Dei, ſecundum Fel. *in d. c col. fin. 5.* & Bald. *in d. l. quoniam. 1. per illum text. C. de fer.* & gloſſ. *in c. appellatio. 9. ver. lecta. de appel. lib. 6.* ADDITIO Illud tamen aduertendum eſt, † quod libellus debet eſſe clarus & 22
certus, vt probatur *in d. l ampliorem. 39. fin. §. in refutatoriis. 1. C. de appel. in Auth. de teſt imperfect. §. nos igitur. colum 8. Nou. 107. c. 1 l. certum. 6 ff. de confeſ. c. cum clamor. 53. ext. de teſtib. & c literæ 3 extr. de dilat.* vnde nihil ambiguitatis & obſcuritatis continere debet. *c. conſtitutus. 6. extr. de relig. dom* & ibi per Innoc. quod quidem primo LIMITANDVM erit, niſi obſcuritas contingeret ratione duplicis, vel plurium inter-

terpretationum, ſenſuum vel intellectuũ, & in quolibet ſenſu & intellectu concluderetur intẽtio agẽtis: arg. eorum, quæ not. D. Ant. *in c. vt ſuper 8. de reb. eccleſ. non alie.* Secundo LIMITA, vt prædicta procedant, ſi opponatur; ſecus ſi non opponitur; quia procedit libellus, & ſatis eſt, quod in proceſſu poſtea fit declaratio, *l. ſi ex multis 3 fi. iuncta glo. C. de ann. except.* poteſt tamen iudex reiicere libellum obſcurum, vel facere, quod declaretur, etiam parte non opponente, ſecundum Iaſ. *in l. age. col. fin. C. de tranſ.* TERTIO LIMITATVR, ſi obſcuritas, ſeu dubietas, reſpiceret principalẽ intentionem libellãtis, adeo quod principalis intentio clara, quia ſi aliquid in libello adiicitur, quod ſit obſcurum, non vitiat libellum, nec ſi petatur, arctatur libellans ad declarandũ, ſecundum Hoſt. Ioan. And. & D. Ant *in c. literæ. 3 extr. de dilatio.* & probatur *in c. ex tenore. 11. extr. de foro com.* Quarto LIMITATVR, vt procedat id, quod ſupra dixi, ſi modo incertitudo redderet rem dubiam, ſecus ſi haberetur pro certa, puta; quia dicatur, quod res fuit empta vel vẽdita vltra vel citra dimidiam iuſti pretii, *c. cum cauſa 6. pen. de empt. & vend.* & ibi Doct. Itẽ
23 † libellus non debet eſſe generali: & ratio eſt: quia omnis generalitas parit obſcuritatem, *c. venerabiles. 8 pen. extr. de confir. vtil. vel inutil. l. ita fidei. ff. de iur. fiſci, l. in tradendis. 7 ff. com. præd.* fallit hæc regula, niſi agentis intentio concluderet in qualibet ſpecie generis, facit tex. & ibi Io. Andr. *in c. præterea. 40. el 2. de appel.* Item LIMITATVR, vt limitatur præcedens
24 concluſio. *Petr. Foll. V. I. D* VNVM tamen ſcias, † quod hodie in regno cauſæ ſunt ſummariæ, vt pluries dixi. Vnde admitteretur libellus quantumcunque generalis & obſcurus, vt not. Bart. *in extrauag. ad reprimend. in verſi. & figura, circa med.* Verum hoc intelligatur, niſi ſit tanta obſcuritas ex qua reus non poſſet deliberare; quia tunc parte opponente non procedit libellus: quia tolleretur reo defenſio: ita pulchre tenet Alex. *in conſ. 32 col 3. in 4 vol.* Item non obſtante,
35 † quod præpoſui citationem in ordine: tamen in practica ordo eſt, vt primo præſentetur libellus iudici, & poſtea ſuper eo expediatur citatio: quia debet iudex primo videre libellum, vt poſſit deliberare, an ſit iuſtus, vt ſuper eo procedatur: ita declarat Fel *in c. 1. de lib. obl.* Rob. Mar. V I D.

[ De libelli requiſitis: an nomen actionis in eo exprimendum, & eius concluſione, qualis eſſe debeat, vide Gail. *lib. 1. obſ. 61.* Et, an libellus alternatiuus, & in quib cauſis valeat? *obſ. 62.* Item quomodo iudex, cum libellus eſt ineptus, pronunciare debeat, *obſ. 66.* ]

## De Reconuentione, quarto membro iudicii.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio, quando, & quomodo fiat, & alia de reconuentione, rem ſiue.*

QVARTVM membrum iudicii, eſt † Reconuentio: nam porrecto libello, & oblato parti, ſolet reus reconuenire actorem ante lit. conteſt. ſi aliquid eſt reciproce petiturus ab eo, & hic eſſet tractanda materia reconuentionis, videlicet in quibus locis habeat locum, & quæ ſit eius natura, & coram quibus iudicibus proponi poſſit. Verum quia iſtam materiam ſatis copioſe tractaui ſupra *in 4 parte huius tract. in 6. diſt. prin.* ideo ad ibi dicta me remitto; quæ habeantur hic pro repetitis. Sequitur quintum membrum iudicii. 1

## De Laudatione, quinto membro Iudicii.

SVMMARIA.

1 *Auctor laudatus quis dicatur, & ad quem effectum ei lis denuncietur.*
2 *Auctor an laudari poſſit coram arbitro.*
3 *Reconuentio non habet locum coram arbitro,*
4 *Euictio per hypothecariam operatur, vt emptor agat ad intereſſe, etiam ſine denunciatione.*
5 *Auctor quando, & quo tempore litis laudari debeat.*
6 *Fideiuſſoribus pro euictione, an debeat lis denunciari*
7 *Pupilio an poſſit lis denunciari.*
8 *Durante termino dato reo ad denunciandum auctori, an debeat ſuperſederi in cauſa.*
9 *Auctorem auctoris ſui, an poſſit quis laudare, & an teneatur ſibi de euictione ſine ceſſione*
10 *Auctor laudatus non poteſt ex ſua perſona declinare forum.*
11 *Fiſcus auctor laudatus, an poſſit declinare forum.*
12 *Auctori laudato qualiter fiat denunciatio.*
13 *Auctor laudatus an teneatur subminiſtrare expenſas pendente iudicio ante rem euictam.*
14 *Denunciatio litis cui debeat fieri, ſi venditor ſit mortuus, nullo herede ſuperſtite.*
15 *Pactum quod abſque litis denunciatione teneatur venditor de euictione, an valeat.*
16 *Venditor an teneatur de euictione, nulla facta denunciatione, ſi notorium erat, quod debebat ſequi euictio.*
17 *Emptor ſi non defendit cauſam facta denunciatione an agat de euictione.*
18 *Emptor an poſſit denunciare litem auctori auctoris ſui.*

QVINTVM membrum iudicii ſucceſſiuum eſt Laudatio, † dicitur autem auctoris, a quo habet cauſam, *l. Pomponius. 13 § cum quis. 1. ff. de acq. poſſ. & l. an vitium. 5. ff. de diuer. & tempor præſc. & l. auctore. 7. C. de euict.* Nam ſi aliquis conuenitur aliqua actione reali ad aliquam rem, debet conuentus laudare ſuum actorem, & ſibi litem denunciare ad effectũ, vt poſſit contra eum habere recurſum de euictione, *l. em-* 1

*L. emptor* 8. *C. de euictio.* de qua materia vide plene Andr. de Iſer. *in c. 1. ſi de feu. vaſ. ab aliquo interp. fuer.* & Alexand *in l. non ſolum. 8. §. morte. 6. colum. antepen. & pen. ff. de oper. no. nun. & in l. ſoluto. 2. §. voluntatem. 2. colum. 3. in fin. & ſeq. ff. ſol. matr.* in quibus locis cumulat multos caſus, in quibus abſque denuncia habetur recurſus de euictione contra auctorem.

2 ADDITIO. Adde hic, † nunquid auctor poſsit laudari coram arbitrio, ita quod arbiter poſsit cognoſcere contra auctorem laudatum? & videbatur dicendum, quod ſic, ex pluribus: & primo; quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, *l. compromiſſum. 1. ff. de arb.* & plene habetur per Mar. Soc. *in conſil. 195. in 2. part.* vnde ſicut in iudicio ordinario habet locum laudatio in auctorem, pari modo coram arbitro. Secundo: quia ratio, quare fuit introducta laudatio in auctorem, fuit ad effectum, vt poſsit haberi recurſus de euictione contra venditorem, & ne damno conuentus afficiatur, & ne venditor lucretur cũ aliena iactura. *l. emptor. 8. C. de euict.* hæc autẽ ratio militat in caſu iſto. Item; quia arbiter debet ſequi ordinem iudiciorum, *d. l. 1. & ibi Bart. ff. de arb.* Tertio: quia licet non ſit factum compromiſſum inter conuentum, & eum, qui laudatur in auctorẽ, & ſic videatur, quod arbiter non poſſit cognoſcere contra eum; & per conſequens, quod non habeat locum auctoris laudatio, nihilominus poteſt incidenter cognoſcere contra eum, licet non principaliter, vt eſt tex. *in l. cum proponas. 6. C. de reb. cred.* ſecũdum tertiam lect. & ibi per gl. Sal. & Dd. cõtrariam opin. credo veriorẽ, ex pluribus: & primo: quia arbiter nullam habet iuriſdictionem, ſed notionem, ſeu cognitionẽ tantum, *l. notionem 99. ff. de verb. ſign.* vbi gl. & *in l. ait prætor. 5. in princ. ff. de re iud.* vnde nihil poteſt niſi ſecundum arbitrium ei per partes datum, vt *l. non diſtinguemus 32. §. de officio 15. ff. de arbitr. & in c. cum dilectus extr. eod. tit.* hinc eſt, quod arbiter ſuam ſententiam exequi non poſsit, ſed illam exequuntur iudices ordinarii, vt *l. à diuo Pio. 15. ff. de re iu. lic.* præterea arbiter non poteſt aliam pœnam in ſententia apponere, quam ſit conuentum in compromiſſo, & ſi apponeretur, fruſtra eſſet appoſita, ſecundum Bald. *in l. quod tamen. 21. §. intra. 12. fi. ff. de arbitr.* Item licet aliqui iudices poſsint compellere litigatores edere nomina teſtium producendorum: tamen ſecus eſt in arbitro: qui non poteſt cogere litigatorem exprimere, vel exprimi facere aduerſario nomina teſtium, quos producere voluerit; caſus eſt *in l. non ex omnibus 39. ff. de arb.* Item nec poteſt citare teſtes producendos, ſed illi debent citari iudicem habentem iuriſdictionem, qui habet teſtes cogere iurare & deponere, ſecundum Baldum *in c. 1. de cauſ. inter domin. & vaſal. in vſib. feudor.* & eſt ratio; quia ab eis non fuit data poteſtas ipſi arbitro in eos; vnde ſic ergo dicendum eſt in iſto caſu, vt non poſsit citare auctorem laudatum, & contra eum procedere, cum ab eo non ſit ipſi arbitro data poteſtas in eum, nec etiam virtute prorogationis poſſet in eum procedere; quia prolongatio iuriſdictionis fieri poteſt, quando iudex haberet iuriſdictionem & tribunal, & iuriſdictionem tantum, *l. ſi ſe. 1. & ibi Bart. colum. 1. in princ. verſic. venio ad ſequentem gloſſam. ff. de iudic.* alias non; quia conſenſus priuatorum iudicem non facit, *l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. iudic.* & ſic poſito, quod auctor laudatus compareret, & aſſumeret iudicium in ſe, adhuc arbiter nihil contra eum cognoſcere poſſet. Item † pro prædictis etiam & il- 3 lud facit, quod traditur *in cap. conſtitutus, extr. de arbitr.* vbi habetur, reconuentioni locum non eſſe coram arbitro: illa ſi quidem ratione (quod arbiter non niſi de iis iudicandi habet poteſtatem, de quibus in eum exiterit compromiſſum) & in iure validum eſt argumentum de rebus ad perſonas, ſecundum Bald. *in l. precibus 8. colum. 25. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. conuenticula. 15. verſic. item eſt arg. C. de Epiſcopis & cler.* ergo ſi ratione rei non comprehenſæ in compromiſſo arbiter non poteſt iudicare, idem dicendum eſt ratione perſonæ, quæ nullam poteſtatem ipſi arbitro dedit, vt eſt auctor laudatus, & ſic ſi ponatur caſus, quod auctor laudatus veniret condemnandus, abſurdũ eſſet, dicere, quod ſententia condemnatoria poſſet contra ipſum ferri per arbitrum: cum in eum nullam habeat poteſtatem: nec ex vi iuriſdictionis, cum nullam habeat: nec ex vi poteſtatis attributæ in compromiſſo: cum per eum nulla fuerit data poteſtas; nec ex vi prorogationis; cum prorogatio iuriſdictionis fieri tantũ poſsit in eum, qui habet iuriſdictionem; ſed arbiter nullam habet; ergo arguendo à ſufficienti partium enumeratione, quod in iure validum eſt, *l. patre furioſo. 8. ff. de iis qui ſunt ſui vel alien. iur.* ſequitur quod nullo modo coram arbitrio habeat locum laudatio in auctorem, vt poſſit contra eum procedi; & ita alias obtinui Salerni, in facto per decretum magnifici Matth. Granitæ, & ita videtur tenere Bald. *in l. libera. 8. C. de ſent. & inter loc. colum. 3 verſic. & ſcias.* Petr. Foll. Quibus † adde alium caſum, ſcilicet, vbi res eſſet euicta per hypothecariam: nam poteſt emptor agere ad intereſſe contra venditorem ex illo capite; quia res non fuit ſibi tradita libera; & agit tunc etiam ſine denunciatione, ita tenet Iac. Butr. *in l. ſi tibi. 25. C. de euict.* & Alexand *in conſ. 67 in 3. vol.* & Ang. *in l. ex licito. 1. §. ſi hæres. 16. ff. ad l. reb.* & habetur per Dd. *in l. ex his prædiis. 5. C de euictio.* ADDITIO in hoc paſſu neſcio in quo fundetur hoc dictum; nam ſi inſpiciatur Angel. *in d. §. ſi hæres. 16.* non dicit id, ad quod allegatur per dom. Alexan. *in alleg. conſilio ſuo.* ſolum dicit Angel. quod ſi venditor tradit rem obligatam emptori, non agit emptor de euictione, ſed ad quantum res minus valet; quia obligata tradita eſt; & ſic nullũ verbum dicit: quod ſi ponatur rem euictam, & non fuerit denunciata lis per emptorem, quod poſſit agi nihilominus de euictione

ctione, & ita dictũ Ang. intelligit ipſemet Alexand. *in d. §. ſi hæres. 16.* nec gloſſ. *in l. qui rem. 3. C. de euict.* quam allegat Alexand. *in d. conſil.* tenet id quod dicit ipſe, ſed tantummodo dicit ibi gloſſ. quod licet quamdiu res euicta non poſsit agere de euictione, ex quo alteri ſit hypothecata; poteſt tamen agere, vt libera tradatur, & ſic non iudicio euictionis; l nga enim differentia eſt dicere, quod poteſt agi ante quã res euincatur, vt libera tradatur res, ex quo reperitur obligata abſq; denunciatione; nam tunc illud eſt denunciare, quando agitur: & dicere, quod ſi res eſt euicta, poteſt agi de euictione, etiamſi non fuerit facta denunciatio, quod eſt contra mentem, & verba tex. *in l. emptor. 8. C. de euict.* ratio enim, quare requiritur de neceſſitate denunciatio, eſt; quia venditor eſt informatus de iuribus ſuis, & melius ſcit ipſe defendere dictam rem venditam, quã emptor, vnde vt veniat ad defendendum vel inſtruendum ipſum emptorem de iuribus ſuis, non video cur dici poſſit in caſu iſto non requiri denunciationem: quare ſcias practicare & inſpicere doctrinas in fonte; nam ſi verum eſſet id, quod dicit ſimpliciter dom. Auctor, hic nunquam daretur caſus, in quo non haberet locum euictio; quia ſemper poſſit emptor dicere, quod venditor non tradidit rẽ liberam, ſed obligatam, & proinde teneretur de euictione, & text. *in d. l emptor. 8* ſeruiret nobis de vento: bene tamen verum eſt, quod dicit Bald. *in l. cum tibi. 22. C. de euictio.* quod ſi quis vendidit rem tanquam liberam, & demum reperitur hypothecata, etiam non expectata ſententia, poteſt emptor illam rem liberare ab illa hypotheca, & incontinenti cõmittitur ſtipulatio contra venditorem ad intereſſe: & ita credo, quod procedat doctrina Auct. & vide gl. *in l. qui Romæ. 122 ff de verb. oblig.* Petr. Follet. V. I. D.

6 Quando † autem debeat aliquis laudari in Auctorem, vtrum ante litem conteſtatam vel etiam poſt? Dic, quod in quacunq; parte iudicii laudari poteſt, & ſibi lis denunciari dummodo ſit ante publicationem proceſſus: tex eſt & ibi gloſſ. & Bald *in l ſi rem, quam. 29. § fin ff. de euictio* intellige tamen, quando conuentus habeat cauſam onerosam: ſecus ſi lucratiuam; quia tunc denũciaret ante litem conteſtatã, ſecundum Bar *in l. qui concubinam. 29. § ſi hæres. 3. ff. de leg. 3.* Additio. Adde Bald. *in l. libera. 8. C. de ſent.* vbi dicit, quod debet fieri denunciatio eo tempore, in quo auctor comparendo haberet legitimũ ſpatium ad probandum de iure ſuo, licet non fiat ante litem conteſtat. & ibi etiam dicit, quod poteſt etiam fieri in cauſa appellationis, & ſic debet fieri antequam labatur terminus datus ad probandum; quia tertius auditur in terminis, in quib. cauſa reperitur. [Adde Ale Trentacin *lib. 3. de empt. & vend. reſolut. 4 n 4* ] Quibus autẽ † fieri debet hæc denunciatio: nã ecce, quod venditor dedit fideiuſſores de euictione, an eius debeat lis denũciari, vt poſſit haberi recurſus contra eos? Bald arguit pro & contra, *in d. l. libera. 8.* finaliter concludit, q; tantummodo oportet denunciari ei, à quo conuentus habet titulum & cauſam, & non fideiuſſor. Adde tex & Doct. *in l. auctore. 7. C. de euictio* Et † an poſſit his denunciari 7
pupillo? & dicas, q; ſic, vt idem Baldus concludit *in d. l libera 8* & dicit rationẽ reddi in gl *in l cũ filius. 49. §. in hac. 2 ff de verb. oblig.* q; reputat ipſe mirabile: & intellige procedere, etiamſi nõ habet tutorem, nec eſt neceſſe, q; ei faciat dari curatorẽ ad litem, vt per Paul. de Caſtr. *in conſil. 240 effectus primi dubij, in vol. 1* & vide Bald. *conſil. 280. 3. parte.* vide plene dicta per Tiraq *in tract de vtroque retract. gl. 13 fol. 280. num. 19.* Petr. Follet V. I. D. † An autem debeat ſuperſederi 8
in cauſa durante termino dato reo ad denunciandum auctori? Dic, quod hodie in Regno eſt prouiſum per regiam prag. quæ incipit: *L'ubuationem, &c.* per quam diſtinguitur, quod ſi quidem auctor laudatus eſt præſens in loco iudicii, nõ retardatur cauſa, ſed proceditur, ſi vero eſt abſens, ſuperſedetur durante termino ad denunciandum, & per eandem prag. fuit prouiſum, quod lata ſententia contra poſſeſſorem mandatur executioni contra auctorem laudatum ex eodem proceſſu. † Quid autem, ſi con- 9
uentus vult laudare auctorem auctoris ſui, an debeat audiri, an poſſit agere contra ipſum de euictione? Dic, quod non niſi actio cedatur ſibi per auctorem ſuum contra illum text qui eſt *in l ſi res. 59. ff. de euict.* per quem ita tenet Bald *in l. cum hi. 1. colum. 2. C. commun. de leg.* & dictam ceſſionem cogitur auctor facere: quia ei non nocet, *l. in creditore. 18. ff. de euict.* † Quid autem, ſi auctor laudatus ſit perſona priuile- 10
giata in illo foro, an poſſit declinare forum: puta ſi venditor eſt clericus, & emptor conuentus ſit laicus? Dic, quod non, ſed tenetur defendere emptorem in foro ipſius emptoris, tex. eſt *in l. venditor. 49. ff de iudic. l. in rem 1 C. vbi in rem act.* & hoc eſt propter connexitatem iudicii.

[Quod clericus cui lis eſt denunciata, ad defenſionem accedens, trahere non poſſit cauſam ad forum Eccleſiaſticum, probat etiam Fach. *lib. 2 controuerſ. iur. c. 37.* vbi id multis legibus, & authoritatibus defendit, & reſpondet ad contraria.]

Hinc dicimus in ſimili, q; licet delegatus non poſſit extendere ſuam iuriſdictionem ad perſonas non comprehenſas in reſcripto, *c. P. & G. 40. de officio delegat.* tamen poteſt citare auctorem laudatum, licet non comprehenſum in reſcripto, & hoc propter connexitatem cauſæ, ita habetur *in deciſ. 227. conſil. Neapol.* item ſi auctor laudatus eſt minor, vel mulier, poteſt petere reſtitutionem in integrum, etiam poſt concluſum in cauſa, vt habetur *in deciſ 15. conſil Neapol.* Additio. Contraria opinio eſt verior, & in practica ſeruatur: quod etiam clericus auctor laudatus ex perſona ſua poteſt declinare forum: vt habetur per Boer. *in deciſ. 69 numero. 17. ſuper quæſt. in fin.* & contrarium etiam refert fuiſſe deciſum in quampluri-

plurimis cauſis in ſacro Regio conſil Neap. Thom. Gram *in deciſ.21.* in cauſa mota in ſacro regio conſilio, & ita etiam dicit ſeruari in ſacro Regio conſil. Cap. *in deciſ.197.* in cauſa Siberti, licet dicat communem opinionem Doctorum fore in contrarium. Et
11 quid † ſi laudatur in auctorem fiſcus, an poſſit declinare forum, & an ſit agendum coram procuratore Cæſaris? vide Capic. *in allegata deciſ.* Petrus Foller.
12 Qualiter † autem debeat fieri denunciatio auctori laudato? Dic, quod iſta non eſt denunciatio ſimplex, ſed appellatur citatoria: ſcilicet, vt veniat ad aliquid faciendum quo caſu non ſufficit, quod ſimpliciter denuncientur venditori per hæc verba: Scias, quod mihi eſt mota lis ſupra tali re, &c. Sed debet eum certiorare oſtendendo ipſi copiam libelli, vel inſtrumenti, & requirere, vt veniat ad defendendum, & litem ſuſcipiendum, &c. alias denunciatio non arctaret, ita pulchre declarat Bart *in l non ſolum. 8. § morte 1. col. 8 in fin. verſ. circa primum, &c. ff. de oper. no. nun.* & Bart *in l qui abſentem. 75. ff. de proc. & in l. denunciaſſe 17 ff de adulter.*

[An ad denunciandam litem ſufficiat, ſi ei copia citationis oſtendatur. Vide Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedemont 218.*]

Additio. Adde, quod Bald. *in l empt 8. C. de euict.* tenet, quod ſufficit ſimpliciter denunciari litem eſſe motam, & ita etiam tenuit Rom. *in d. § morte* contra Bart. ſed cum Bart. videtur tenere idẽ Bal. ſibi contrarius *in d. l. libera. 8. C. de ſent. & in l. ſi cum quæſtio. 17. C de euict.* tenet, quod debet denunciari lis, & quod veniat ad ſuſcipiendum iudicium, & ita ſeruatur, licet Bald. *in d. l. empt.* dixerit non ſeruari opin. Bart id enim debebat eſſe ſuo tempore. *Petrus Foller. V I D.*

[Qualis litis denunciatio eſſe debeat, vt emptor contra venditorem de euictione agere poſſit, an ſimplex ſufficiat, an vero ſimul in denunciatione petendum ſit, vt venditor liti aſſiſtat, cauſamque defendat Item, an libellus cum citatione, venditori eum denunciatione tranſmitti, & in quo foro, emptoris ne, an venditoris, & an ante, vel poſt litem conteſtatam in quacunque parte iudicii fieri poſſit? Et in quibus caſibus litis denunciatio neceſſaria non ſit, ſed ſolum ſufficiat, vt emptor ſciat litem eſſe motam? Item, an minor, & Eccleſia de euictione agere poſſint, contra venditorem, ſi litem ei non denunciauerint? Et quæ requirantur, vt venditor de euictione teneatur? Item, an lata ſententia emptor teneatur appellare, vt de euictione agere poſſit? aliaque in praxi vtiliſſima, ad hanc materiam ſpectantia, vide in egregiis practic. reſolut. Alexand Trentacinq. *libr 3. de empt. & vendit. reſolut. 4. per totum.* & Fachin *libr. 2. controuerſiar. iur. cap. 35. 36. & cap. 33.* vbi examinant quæſtionem hanc, An requiratur litis denunciatio, ſi venditor ſciat litem eſſe motam, cum iuramentum contractui vendit. acceſſit.

An autem † auctor laudatus teneatur ſubminiſtrare expenſas litis pendente iudicio ante rem euictam, & an poſſit ad illas conueniri per emptorem? 15
Dic, quod ſi ſunt promiſſæ in inſtrumento venditionis, prout communiter ſolent Notarii apponere, non eſt dubium: ſed ſi non ſunt promiſſæ: tunc eſt ſciendum, quod venditor ex iuris diſpoſitione teneatur ad duo copulatiue ex natura contractus, videlicet, de euictione, ad intereſſe, *l. non dubitatur 6. C. de euict. & l. venditor hominis. 8. ff. eod. tit.* Item tenetur litem defendere, vt eſt text. *in l. ſi plus. 74. §. mota 2. de euict.* in qua defenſione includitur, quod expenſas ſubminiſtret, vnde licet ex capite primo euictionis non poſſit agi ad expenſas, niſi ſolum re euicta, quando ſuccumbit emptor, *l. venditores. 102. ff. de verb. oblig.* tamen poteſt agi ex ſecundo capite, ſcilicet; quia rem defendere tenetur, & ſic emptor etiam lite pendente, & re nondum euicta, poteſt compelli facere venditorem, vt reficiat, & ſubminiſtret expenſas litis. Ita declarat Bart. *in d l. qui abſentẽ. 75. ff de procur.* Robert. Marant. V. I. D. Additio. Adde quod Bald. *in l. 1. C. de euict.* dicit, quod aut ſpecialiter conuentum eſt in pacto, de ſumptibus petendis, & ſtatur pacto: aut nihil conuentum eſt in pacto: & tunc aut emptor obtinuit, & non recuperat ſumptus à venditore, ſed ab aduerſario, qui victus erit; quia victus victori tenetur ad expenſas, *l properandum. 13. C. de iudic.* niſi victus habuerit iuſtam cauſam litigandi, & fuerit abſolutus; quia tunc non recuperabit ab emptore, vt *d. l. venditores. 131. ff. de verbor. oblig.* aut ſuccubuit; & tunc, aut iuſte in lite ſuccubuit, & litem defendit in quantũ potuit, credens ſe iuſte defendere; & tunc recuperat ſumptus à venditore, *l. in vendendo 66 ff de contrahend empt* aut ſua culpa ſuccubuit, puta, propter ſuam abſentiam, vel per iniuriam ſibi factam à iudice, & tunc nihil recuperat, *l. ſi per imprudentiam. 51. ff. de euictio.* Item ſi ſcienter malam litem defendit, dicit, non recuperari ſumptus, & ſi vendita eſt hæreditas, & res particularis hæreditatis euincitur, non debentur ſumptus: vt ibi per Bal & Sal. Item eſt notandum, quod ſi res euincitur ratione poſſeſſionis, & non proprietatis, etiamſi ſumptus in inſtrumento promittantur, non debentur, niſi expreſſe promittantur ſumptus, ſiue res euincatur ratione proprietatis, ſiue ratione poſſeſſionis, ſecundum Bart. *in l. ratio. 3. ff. de act. empt.* & Sal. *in d. l. 1. C. de euict.* & redeundo ad principalem quæſtionem dom Auctoris, an venditor teneatur emptori, lite pendẽte, ſubminiſtrare expenſas: gl. *in l. cum teſtamento. 4. C. de teſt. manumiſſ.* tenet, quod non, quam ad hoc ibi not. Bald. *in d. l. 1. C. de euict.* tenet Bald. autem *in l. abſentem 75. ff. de proc* & dicit, quod ſumptus debentur, niſi venditor ſuſcepiſſet iudicium in ſe; quia tunc non tenetur ſubminiſtrare ſumptus emptori, ſatis n. facit iudicium in ſe ſuſcipiendo Item eſt notandum, quod emptor recuperabit ſumptus factos in exhibendis teſtibus, & re-


col-

colligendis inſtrumentis, & ſic ſumptus neceſſarios ad inſtructionem cauſæ, non autem ſumptus factos in ſcripturis exceptionum, nec etiam recuperabit expenſas, quas culpa ſua omiſit recuperare ab euincente; quia non petiit in expenſis condemnari, ſecundum Paul. & Alex. *in l. venditores 102. ff. de verbor. oblig.* per text. fin. *in l. id quod. §. 1 ff. de act. empt.*

[De prædicta quæſtione, an videlicet emptor, qui in lite ſibi mota vicit aduerſarium, ſumptus factos, cauſa litis agitatæ, à venditore repetat, aduerſario ab expenſis abſoluto, vide Fachin. *libr. 2. controuerſ. iur. cap. 38.* vbi affirmatiuam defendit, & ad contrariam ſententiam ſolide refutat.]

14 Et † quia materia eſt quotidiana, & practicabilis, idcirco aliqua vltra dom. Auctorem addere decreui: & primo quæro, pone caſum, quod venditori, nullus hæres ſucceſſit taliter, quod eius hæreditas eſt iacens, & eſt mota lis emptori, cui ergo denunciabit hanc litem motam ad effectum, vt poſſit habere regreſſum de euictione? hanc quæſtionem plene examinauit Caſtrenſ. in ſuo pulchro *conſil. 240. effectus primi dubii. in 1. libr.* vbi tandem dicit, quod ſufficit ſi litem denunciat ipſi hæreditati iacenti, ſaltem pro recuperatione pretii, nec tenetur, quod prouideri faciat de curatore ipſi hæreditati iacenti, per *leg. ſi dictum. 56. §. fin. ff. de euiction.* non autem ſufficit dicta denunciatio litis quo ad hec, vt hæreditas ipſa iacens incurrat in pœnam ob rem non defenſam & euictam, quod eſt ſummæ notandum.

[De pluribus venditoribus vnius rei, & pluribus venditoris hæredibus, an in ſolidum, & pro indiuiſo, vna eademque obligatione emptori de euictione cauere, eumque defendere teneantur, vide Gail. *lib. 2. obſeru. 14 per tot.* vbi probat, quod ex natura contractus ad id teneantur.]

15 Secundo † quæro, pone, quod fuit vendita res cum pacto, quod ſi fuerit mota lis, non teneatur emptor denunciare litem motam, ſed quod abſque denunciatione teneretur eum defendere, an ſi fuerit euicta, & non eſt facta denunciatio, poſſit haberi recurſus contra venditorem? text. *in l. Heren. 63. ff. de euict.* in indiuiduo decidit caſum, quod non requiritur denunciatio, ſi pacto fuerit remiſſa: ſed Decius *in conſil. 73. in 1. libr.* dicit, quod dicta promiſſio operatur, vt efficacius teneatur rem defendere; non tamen operatur, quod nulla denunciatio requiratur, nullam tamen mentionem facit de d. text *in l. Heren.* Angelus *in conſil. 177. in facto proponitur.* dicit, quod per dictum pactum cenſetur remiſſa neceſſitas denunciandi litem motam ordine iudiciario: at ſecus de lite mota via facti: quia non cenſeatur remiſſa illa neceſſitas denunciandi, & Baldus *in l. poſt perfectam. 1. C. de per. & com. rei vend* ſimpliciter tenet, quod valet dictum pactum, & quod eſt ſeruandum: de quo per Ant. Rub. *in l. non ſolum. 8. §. morte. 6. ff. de no. oper. nun.* & Card. *in Clem. ſolicitudinem extra de app.* & Alexand. & Socin. *in d. l. dotium. 2. §. voluntatem 2 ff. ſolut. matrimon & in d. § morte & in d. l. 1 C. de per. & com. rei vend* † Tertio 16 quæro, an ſi notorium eſt debere de iure ſequi euictionem (vt quia conſtat de iure agentis notorie) an venditor teneatur de euictione, nulla facta denunciatione? & gloſſ. *in l. emptorem. 8. C. de euict.* dicit, quod non, ſed requiritur denunciatio. & dictum gloſſ. expreſſe ibi approbat Bart. & ſequitur Angel. Aret. *in § fin. Inſt. de empt. & vend.* & voluit Alb. *in l. at qui natura. 19. §. cum me abſente 3. in fin ff. de neg. geſt* & hanc dicit communem opin. Dec. *in conſ. 74 lib. 1.* & licet dicatur, quod emptor poteſt agnoſcere bonam fidem, intelligitur tamen ita, ſi facta eſt denunciatio litis, non alias.

[Contrariam ſententiam, quod videlicet actio de euictione emptori contra vẽditorem hoc caſu competat, licet ei litem non denunciauerit, ſi conſtiterit, etiam denunciatione facta, rem à venditore defendi non potuiſſe; & veriorem, & communiorem cenſet Fachin. *libr. 2. controuerſ. iur. cap. 36.* eamque authoritatibus & rationibus confirmat, refutatis argumentis aduerſæ partis. Dicit tamen, ab emptore, intentionis ſuæ fundamentum, quod videlicet venditor nullam habuerit defenſionem, probandum eſſe.]

Quarto † quæro, ponamus, quod emptor denunciauit litem motam, & facta dicta denunciatione non curat comparere vlterius ad defenſionẽ rei, taliter quod ſecuta eſt ſententia condemnatoria in contumaciam ipſius emptoris, an habebit regreſſum de euictione? Bald. *in d. l. 1. C. de peric. & com. rei vend. 3 col. verſic. vlt. opponitur.* dicit, quod non habebit regreſſum de euictione, quem ſequitur conſulendo Dec. *in conſil. præalleg 73.* ſed Salic. *in d. l. 1. in fin.* intelligit hoc dictum Bald. procedere, quando emptor eſt contumax, nedum ad audiendum ſententiam, ſed quando ſimpliciter non comparuit ad defenſionem cauſæ; nam ſi vſque ad ſententiam comparuiſſet pro defenſione illius rei, licet non compareat tempore promulgationis ſententiæ, nihilominus aget de euictione. item dato, quod emptor fuiſſet contumax ad totam cauſam, nihilominus ſi contrarium apparet, ex actis videlicet, quod omnino etiam ſi comparuiſſet, debeat ſequi condemnatio, poteſt agere de euictione, ſecundum Dec. *in d. conſil. in princ.* Quinto † quæro, an emptor poſſit denunciare litem motã auctori auctoris ſui? & dicas, quod non, niſi ſit conſtitutus procurator in rem ſuam, & ſibi fuerint ceſſæ actiones, vt eſt text *in l ſi res, quam à Titio. 59 ff. de euict.* & Bald *in l cum ſucceſſores. 3. C. de euict.* de quo per Bart. *in d. l. ſi res. & l. ſi pro. 22. § ſi pro euict. eod tit* & ibi Alex. *& in l ſi rem. 29. eod. tit.* & Bald *in l. 1. in fin. C. de iur. dot. in l. 1. C. de rerum perm.* & Ioan. de Ana. *in conſil. 31.* & ibi Lud Bolog. *in addit.* & ſic cum hodie indifferenter cedantur actiones, & conſtituatur emptor procurator in rem propriam in inſtrumento emptionis, poteſt laudari auctor 18 au-

auctoris, & hæc pro nunc ſufficiant, & ita dicitur ex iſtis Cap. *in deciſ.* 197. Petr. Foller. V. I. D.

[An is, qui ſcienter rem alienam emit, re euicta agere poſſit ad reſtitutionem precii? dic quod non, niſi aliter conuentum ſit. Item, ſi pacto conuentum ſit, vt venditor de obligatione non ſit obligatus, an nihilominus teneatur ad precii reſtitutionem? dic quod ſic, ſecundum Fachin. *libr 2. controuerſiar. iur. cap.* 39 vbi vtramque quæſtionem examinat, vt & illam; vtrum emptor re euicta per ſententiam, teneatur à ſententia appellare, quam etiam ab Alexand. Trentacinqu. tractari, ſupra diximus *lib. 3. pract. reſolut de empt. & vendit. reſol.* 4. *num.* 16 *& ſeq.*]

## De nominatione Auctoris, ſexto membro iudicii.

### SVMMARIA.

1 *Nominatio domini in iudicio quando debeat fieri, & quid operetur, & in quo differat à laudatione auctoris. Et an locum habeat in poſſeſſorio, & numero 4.*

2 *Nominatio auctoris, quæ eſt ratio, quod debet fieri ante litem conteſtatam.*

3 *Domino an præiudicet reus, qui illum non nominauit, ſed voluit litem defendere, & ſuccubuit, vel contumax fuit.*

5 *Nominatio an habeat locum in rebus mobilibus, & an in iuribus incorporalibus, & in actionibus perſonalibus, ac in cauſa damni dati, & num. 6. 7. & 8*

9 *Libellus non: ſ en offerri debeat nominato in iudicio ſi compareat.*

10 *Nominato in iudicio non comparente, quid agendum ſit.*

1 SExtvm membrum iudicii, eſt Nominatio auctoris. Et † in hoc differt à præcedenti ſcilicet à laudatione auctoris; quia auctor laudatur ab eo, qui conuentus poſsidet nomine proprio, & ſic pro domino: ſed nominatio fit ab eo, qui poſsidet nomine alieno: vt quando conuenitur is, qui tenet rem conductam vel depoſitam, vel commodatam, vel precariam: nam iſte conuentus ſtatim in principio litis debet nominare dominum in iudicio, & dicere ſe poſsidere nomine alieno; vnde dirigitur iudicium contra dominum, vt ipſe defenſare debeat cauſam ſuam, & hoc ipſo abſoluitur reus ab inſtantia iudicii, & transfunditur contra dominum nominatim: nec eſt neceſſe probare, quod conuentus poſsidet nomine alieno, ſed per ſolam nominationem abſoluitur. Verum, ſi actor vult, poteſt in ſe aſſumere onus probandi, quod reus poſsidet nomine proprio, quo caſu ſi probat, poteſt ad ſe reuocare poſſeſsionem, iuxta formam *l. fin ff. de rei ven. l.* & ſic reus efficeretur petitor, ita hæc omnia declarat Bar. *in d. l. ſi quis alterius.* 2. C. *vbi in rem act.* & de iſta materia nominationis vide plene Abb. *in c. quoniam frequenter* 5. *col. pen. & fin. vt lite non conteſt.* Et quod iſta nominatio debet fieri ante litem conteſtatam, eſt *deciſ* 129. *conſil. Neap.* alias reus, qui non oppoſuit ante, condemnatur tanquam liti ſe offerens, citra tamen præiudicium domini, vt ibi habetur per *l. is qui ſe obtulit* 25. *ff de rei vendic.* & not. Bart. *in d. l.* 2.

[Licet nominatio poſt litem conteſtatam non admittatur in fauorem nominantis, nec nominatus poſsit comparere in cauſa ad fauorem conuenti, eum tamen pro ſuo intereſſe poſſe comparere, & impedire executionem, ſentit Ioſeph. Lud. *in* 34. *deciſ. Lucenſ. num.* 11. *& ſeqq.*]

Additio. Et eſt † ratio, quare iſta nominatio debeat fieri ante litem conteſtatã, quia eſt quædam exceptio declinatoria, ideo opponenda eſt ante litem conteſtatam, ſicut exceptio declinatoria, vt *l. fin. C. de except. & l. exceptionem.* 19. *C de probat.* hoc tamen intellige, vt procedat quando fieret nominatio ad effectum declinandi iudicium, ſed ſi fieret ad effectum, vt poſſit vti defenſionibus ſuis, poteſt fieri nominatio ipſa, etiam poſt litem conteſtatam; quia tunc eſt exceptio peremptoria. Exemplũ poni poteſt per *auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport.* ſecundum Marian. Socin *in d. c. quoniam frequenter.* 5. *vt lite non conteſt nu.* 118. Petr. Foller. V. I. D. 2

An autem, † ſi reus non nominauit dominum, ſed voluit litem defendere, & ſuccubuit, vel fuit contumax, præiudicet domino? vide Socin. *in conſil.* 18. *col. n.* 12. *in* 1. *vol* vbi tenet, quod non, & per Alex. & Doct. *in l per egre.* 44. *§ quibus* 2 *ff de acquiren. poſſeſſ* & Bart. *in dict l* 2. De reliquis autem pertinentibus ad hanc materiam dic, vt per Bartol. & Bald. *in d. l* 2. & per Abb. *in d. c. quoniam frequenter colum. penult. & fin.* & Innoc. *in c. quam ſit* 6. *de elect lib.* 6. & Bart. *in l offi-cium.* 9. *ff. de rei vend* & per Spec. plene *in titu. de primo decreto. §. reſtat col.* 5. 6. & 7 An † autem in poſſeſſorio recuperandæ habeat locum nominatio domini in iudicio? vide *deciſ.* 217. *conſil Neap.* vbi diſtinguitur inter modos agendi. 3

4

[Adde Menochium *de recup. poſſ. remed.* 15. *nu.* 484. vbi dicit, ex crebriori, & veriori ſententia, tam in poſſeſſorio, quam petitorio, licere conuento in iudicio nominare illum, cuius nomine poſsidet, per gloſſ. *in l.* 1. *§.* 1. *ff de tab. exhib.* Bartolum, & alios quos allegat. Et ſic etiam in remedio reintegrandæ, locum eſſe nominationi: licet enim hoc remedium poſſeſſorium maius cæteris habeat priuilegium, nullum tamen eſt, quo ad hunc caſum, cum is conuentus, nec ſpoliator, nec poſſeſſor ſit. Si vero conuentus ſit cum vitio, & pro poſſeſſore habeatur, vt ſi ipſe ſpoliaſſet, vel ſpoliationem alterius ratam habuiſſet, vel quando conici poſſet, nominationem per calumniam, & malitiam fieri, & ad euitandum iudicium potius, quam aliter,

vel

vel quando conuentus iam reſpondiſſet, ſe poſſidere, deinde in litis progreſſu verum poſſeſſorem nominare vellet; illis enim caſibus non admittitur nominatio, vt docet Menoch. *d. remed. 15 num. 487. & ſeqq* & poſt eum Ioſeph Lud. *deciſ Lucenſ 34. nu. 4. & ſeqq.* quo ipſo tamen nullum vero domino præiudicium infertur.]

5 ADDITIO. An † nominatio habeat locum in rebus? gloſſ. *in d. c. quoniam frequenter. 5. extra vt lit. non conteſta.* arguit pro & contra, tandem decidit, quod etiam iure mobili habeat locum dicta nominatio per *auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport.* & item tenet gloſſ. *in d. l. 2. C. vbi in rem act.* ſed Bar. *in d. l. 2.* dicit, quod illa *auth. qua in prouincia.* nihil facit ad caſum; quia loquitur de nominatione, quæ fit, vt poſſit inſtrui de defenſione cauſæ, non autem ad effectum declinandi iudicium, ſed quod habet locum nominatio, vt ſupra, tenent Vin. Hoſt. Petr. Abb. & Ioan. Andr *in d. c quoniam frequenter.* & gloſſ. Bar. Cyn. & Bald *in d. l. 2. C. vbi in rem actio.* & eſt ratio; quia omnes rationes inducendæ nominationis habent locum etiam in re mobili, & ſequuntur omnes Mod. ſecundum Marian. Socin *in d. c. quoniam frequenter. nu. 110.* de quo etiam per Bar. *in l. officium. 9. ff. de rei vend.*

6 Et † an nominatio habeat locum in iuribus incorporalibus, vt puta, ſi agitur pro obedientia, vel ſimili iure, poſſit ſubditus nominare dominum in iudicio? vide pleniſſime vltra omnes Marian. Socin *in d. c. quoniam frequenter. n. 111.*

7 Et † an nominatio habeat locum in actionibus perſonalibus? in quo dicas, quod ſi agitur actione mere perſonali, non habet locum nominatio; quia actio perſonalis afficit, & ſequitur perſonam conuentam, & non rem, *l. in rem actio. 1. C. vbi in rem actio.* quæ voluit nominationem habere locum in actione reali, & ſic à contrario ſenſu ſentit, quod ſecus ſit in perſonali, & hoc procedit, quãdo fieret nominatio quoad effectum declinandi iudicium; ſecus quoad effectum vt poſſit de iuribus ſuis informari ab abſente, ſecundum Bart. *in d. l. per text. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport* aut loquimur de actione perſonali ſcripta in rem (vt in interdictis, *uti poſſidetis, vnde vi*, & ſimilibus) & videtur gloſſ. *in leg. locum. 3 § primo. ff. de tab exhib.* tenere, quod habeat locum nominatio, & ſequitur Bar. *in d. l. 2 & Cyn. ibid.* & ſequitur Zabar. *in d. c. quoniam frequenter.* de quo ad plenum per Marian Socin. *ibid.*

8 *nu. 116 in 7. qu.* Et † an nominatio habeat locum in cauſa damni dati: pone exemplum, quod aliquis de mandato alterius damnum dedit: & conuenitur de damno dato, qui dicit, quod non tenetur, ex quo de mandato talis aſſerentis ſe dominum, damnum fecit: in quo dicas, quod locum habet dicta nominatio, ſed ſi nominatus non comparuerit, condemnabitur ipſe conuentus: verum ſi fuerit notorium de mãdato abſentis nominati damnum dediſſe, tenebitur ipſe conuentus ſatisfacere de bonis ipſius abſentis: & ita poteſt intelligi tex. *in Auth. vt omnes obed. iud. prouin. § ſi vero collat. 5. Nou. 69. c. 3.* vel poteſt intelligi in procuratore, vel inquilino habente generalem adminiſtrationem: *l. apud Celſum. 4. § quæſitum. 18. ff. de dolo except.* de cuius generalis adminiſtratoris delicto tenetur dominus, maxime ex quo ei denunciatum eſt, & non defendit, *arg. c. ad hoc 1. in fin. ext. vt lit. non conteſ.* & ita firmatum reliquit Mar. Soc. *in d. c quoniam frequenter in 8. q. n. 117.* Et † an facta nominatione, & comparente nominato debeat 9
nouus libellus offerri, & præſentari per agentem? in quo concludit Bar. *in d l. 2. C. vbi in rem act.* quod ſic, & quod conuentus nominans debet abſolui ab inſtantia iudicii, & ibi tenet idem Bald. & Angel. *in l. non ſolum. 33. § quod vulgo. 1. ff. de vſurpat. & vſucap.* & eſt ratio; quia ex libello iam porrecto, qui concludit contra nominantem, non poteſt condẽnari nominatus, pro quo facit *c licet Heli. 31 de ſimo.* debet enim dimitti nominans, qui non tenetur amplius eſſe in iudicio, pro quo facit *l. neque impuberes. 22. § 1 ff. de in ius voc.* & tradit Specul. *in tit de primo decr. § reſtat verſic. ſed nunquid nominans.* & hæc procedũt proprie in nominato; ſecus quando tertius veniret pro ſuo intereſſe, vt aſſiſteret liti inchoatæ; quia tunc non datur nouus libellus, ſed iudicium inchoatum reguler ius ipſius tertii, ſecundum do. Mar Socin. *in d. c. quoniam frequenter. nu 126 in 2. quæſt.* Econtrario autem † finge, quod facta nominatione, & intimato nominato non comparet nominatus ipſe, quid 10
ſit agendum per iudicem? Dicas, quod citetur ipſe nominatus per citationem peremptoriam in Regno, vbi ſufficit vnica citatio cum verbo peremptorie; & ſic ceſſat id. quod dicebat Bald *in d. l. 2.* quod requirebatur peremptorium per diſtinctionem, vt per interualla, vt ibi per eum. quo citato non comparente debet iudex ſe ſummatim informare de iuribus ipſius agentis, & conſtito eidem de eius iuribus ſaltem ſemiplene, ſecundum Bar. *in l. cum propones. 9. C. de bon. auth. iud poſſi.* & Bald *in d l 2.* & adhibita dicta ſummaria cognitione, debet agens mitti in poſſeſſionem rerum petitarum, vt habetur *in d l. 2.* & cuius effectus ſit ipſa miſſio, & quos effectus pariat dicta nominatio, & de multis aliis ad materiam vtilibus, & neceſſariis non omittas videre Marian. Soc *in d. c. quoniam frequenter. per totum.* vbi ſatis late congeritur hæc materia nominationis. *Petrus Foller. V. I. D.*

## De interrogatione, ſeptimo membro iudicii.

SVMMARIA.

1 *Interrogationes an & quando, & qualiter fiant in iudiciis, & nu. 2. 3.*

2 *Fictor quandoque patitur expenſarum condemnationem.*

3. In-

3 *Interrogationes fiunt in iudiciis, tam ante quam poſt litis conteſtationem, & conuictus de mendacio priuatur poſſeſſione.*

4 *Interrogationi reſpondere non tenetur is, qui per aliquam exceptionem poteſt iudicium euitare.*

5 *Reus interrogatus de iuribus ſuis reſpondere non tenetur, nec, etiamſi interrogatur de negocio principali, num. 6.*

6 *Interrogatus non fatetur, ſed poſitiones facit, & propterea poſt litem conteſtatam fieri debent poſitiones, & non interrogationes.*

7 *Poſitioni criminoſa, ſeu continenti turpitudinem, an & quando ſit reſpondendum, & nu. 9.*

8 *Interrogatus de crimine, propter quod mouetur à beneficio, tenetur reſpondere.*

9 *Periurus non dicitur, qui negat cum iuramento ſe commiſiſſe delictum, licet mendacium dicat.*

10 *Interrogatus ſuper eo, quod alias fuit iuramento deciſum, reſpondere non tenetur.*

11 *Poſitioni de facto alieno in criminalibus non debet reſponderi.*

12 *Interrogari non poſſunt creditores vel legatarii, ad hæredis inſtantiam, an hæreditas ſit ſoluendo, ſed ſic ex iudicis officio.*

13 *Interrogationi, an agens rei vendicatione, ſit dominus non tenetur conuentus reſpondere.*

14 *Interrogatus de propoſito ſuo in mente retento reſpondere non debet.*

15 *Interrogatus de impertinentibus ad cauſam, non tenetur reſpondere.*

16 *Teſtis interrogari non poteſt, an quis bona vel mala fide poſſideat.*

17 *Poſitioni iuris non eſt reſpondendum.*

18 *Interrogatoria fiunt teſtibus, ad detegendam falſitatem, & dicuntur eſſe de actu.*

19 *Teſtes non interrogati ſuper interrogatoriis, debent iterum repeti, & interrogari, etiam poſt publicationem.*

20 *Interrogatoriorum copia parti dari non debet.*

SEPTIMVM membrum iudicii, eſt interrogatio. De † qua eſt ſciendum, quod iſtæ interrogationes ſolent fieri in omni parte iudicii, & fiunt quandoque parti, & quandoq; teſtibus, adeo, quod etiam poſt concluſionem fieri poſſunt, maxime in cauſis ſummariis, vt plene declaraui ſupra in 4. *parte principali. 9. diſtinct.* 10. *verſic. operatur, &c.* Verum principalis materia noſtra eſt tractare de interrogationibus, quæ fiunt ante litem conteſtatam, quæ dicuntur præparatoriæ, cum adhuc ſumus in prima parte iudicii, de qua materia tractat principaliter titulus *ff. de interrog. & act.* & eſt ſciendum, quod iſtæ interrogationes præparatoriæ fiunt implorato iudicis officio, & poſſunt fieri etiam ante porrectionē libelli, vt not. gl. *in rub. ff. de interrog. act.* Bald. *in l. ſi curatoris 9. C. de iure delib.* vt ſi actor vult agere contra aliquem, tanquam hæredem, poteſt ipſum interrogari facere in principio litis, an ſit hæres, & ex quota parte ſit hæres, ad hoc, vt iudicium poſſit contra eum fundari, vt *l. de ætate. 11. §. ſi quis. 1. §. qui ex quadrante, 2. ff. de interrogat. actio* Item volens agere petitione hæreditatis, poteſt interrogari facere reum poſſeſſorem, quo titulo poſſideat, *l. cogi 11. & ibi Bald. & Bartol. & communiter Doct. C de petit. hæred. & l. qui interrogatus 12. ff. de petit. hæred.* & ratio eſt; quia poſſidens cum titulo non conuenitur petitione hæreditatis, *l. regulariter. 9. ff. eod. tit.* propterea ad validationem iudicii, debet hoc diſcuti in princip. Quo † caſu, ſi reus non vult dicere titulum, & fuit proceſſum ad vlteriora, & poſtea in fine cauſæ vult opponere titulum, ad excludendum actorem, poteſt hoc facere, verum ipſe actor obtinebit in expenſis; quia reus opponens, dato, quod obtineat ſuper principali oppoſitione, propter titulum, cum hæc ſit exceptio peremptoria: tamen condemnatur ad expenſas ex eo; quia doloſe protelauit cauſam, & ſic iſte eſt caſus nouus, in quo victor condemnatur ad expenſas: ita tenet Bal. *in d. l. cogi. 11. C. de petit. hæred. col. pen.* 2

In † iſtis ergo interrogationibus præparatoriis pono regulam, quod iudex vbicunque æquitas ſuggerit, poteſt regulariter partem interrogare ad inſtantiam alterius partis, *l. vbicunque. 21 & per totum titul. ff. de interrog. act.* & iſta interrogatio, ſi non fuit facta ante litem conteſt. poteſt etiam poſt quandocunque ſecundum Bart. *in l. qui petitori. 36 ff. de rei vēdic. & ibi gl.* & ſi ille, qui fuit interrogatus, an ſit hæres, dicat, quod non, poteſt interrogari de nouo, an ſit poſſeſſor hæreditatis, ſecundum Bart. *in l. controuerſia. 14. ff. de transact.* & ſemper iſtæ interrogationes fiunt officio iudicis: ſiue ante lit. conteſt. ſiue poſt. 3

[Hodie ſecundum Sebaſt. Brant. *in paratit. ad tit. ff. de interrogat. act.* talibus interrogatoriis non vtimur; ſed in deſuetudinem abierunt, & loco eiuſmodi interrogationum, poſitiones, lite demum conteſtata fiunt, ad quas reus iuſſu iudicis reſpondere tenetur, & ex confeſsione ſua tenetur; ſi autem per contumaciam non reſpondeat, ſolent poſitiones pro confeſsis acceptari. Et ſic poſitiones, ſeu interrogationes non ad fundandam intentionē, inſtituendumque iudicium, ſed ad probationem tantum valent, VVeſenb. *in paratit. ad tit. ff. de interrog. act. num. 5.*] ſecundum Bart. *in l. ff. de interrog. act.* & de hac materia interrogationis habemus in regno, ritū magnæ curiæ, *in nu. 241* incip. *Item ſeruat ipſa curia hanc practicam, &c.* qui decidit multos caſus, & inter alios ponit circa materiam, *l. fin. ff. de rei. ven.* quod reus conuentus rei vendicatione, poſsit interrogari, an poſsideat: & ſi neget, poteſt interrogari actor, an velit probare mendacium, vt transferatur poſſeſsio? & ſi dicit, quod ſic, datur ei terminus ad producendūm libellū mendacii, alias procceditur ad vlteriora, vt habetur *in d. tit.* Et in iſta interrogatione poteſt iudex ponere comminationem, quod ſi dixerit mēdacium, priuabit eum poſſeſsione, ſecundum Bart. in

*in d.l fin.de rei vend.* LIMITA † primo,iſtam regu-
4 lam non procedere in caſibus,in quibus aliquis non
compellitur iudicium pati,puta, ratione priuilegii
fori,vel alio modo,quia minime tunc compellitur
reſpondere interrogationi, & ſi non poteſt inter-
rogari,nec compelli iurare:text. eſt *in l. ſed & ſi re-
ſtituatur 28.§.ex quibus.2.& ibi Bald.ff. de iudic.* Se-
cundo † LIMITA procedere , quando reus inter-
5 rogatur de iuribus actoris:ſecus, ſi interrogatur de
iure ipſius rei quia non cogitur reſpondere: textus
eſt *in l. in ſpeciali 73 ff de rei vendic.* & tenet Bald *in l.
cogi.11 in princ.C.de petit.hæred.* Et ſolum eſt ſpecia-
le in petitione hæreditatis,vt habetur *in dict.l. cogi.*
Tertio † LIMITA, quando litigans interrogatur
ſuper principali negotio,de quo lis vertitur : quia
non tenetur reſpondere,ſi aduerſarius format ſuam
interrogationem per modum interrogatorii,& non
per modum poſitionis;quia ad hoc,vt pars cogatur
reſpondere ſuper facto principali,eſt neceſſe, quod
aduerſarius faciat poſitionem,& non interrogatio-
nem; quia is,qui ponit,fatetur ſuam poſitionem,
non autem is,qui interrogat:ita tenet Bald *in l. data
opera.11.col.11.circa fin.C.qui accuſ.non poſſ.* & Iaſ. *in l.
iudices 9 colum fi.C.de iud.* & ibi etiam Paul.de Caſtr.
Quod intellige,quando hoc euenit in iudicio poſt
litem conteſtatã:quia tunc fiunt interrogationes de
facto principalis cauſæ,vt dicunt præallegati Doct.
Et quod is,qui ponit,fateatur,non is , qui interro-
gat,tenet Bart.*in l.2.§.quod obſeruari.2.col.2.circa fin.
verſ.iuxta prædicta,&c.C.de iur.calum.* & Bald.*in l.ſicut
4.in fin.C.de repudian.vel abſtin.hæred.* Quarto † LI-
7 MITA, quando fieret interrogatio de aliquo,quod
continet crimen,vel turpitudinem reſpondentis;
quia non cogitur quis reſpondere,textus eſt, & ibi
Bartol & Doctor.*in l.qui iuraſſe.26. §. ſi pater.1.ff. de
iureiurand.*[Adde Viuium *in ſ.l.com.op.lib.3.opin. 912.
num.1* vbi *num.2.*dicit,cum crimen eſt notorium,
vel manifeſtum per ſententiam , quod tunc teſtis
de eo interrogatus,teneatur reſpondere ]licet con-
tra prædicta videatur tenere Ba. *in l.qui petitorio.36.
ff de rei vend* vbi dicit,quod poteſt quis interrogari,
an dolo d.ſierit poſſidere. Tamen iſta contrarietas
concordatur per Bart.*in l Marcellus 11.ff.rerum amot.
& in d.l.2.§ quod obſeruari.col.fin C.de iureiur prop.cal.*
quia aut quis interrogatur ſuper eo, ſuper quo ſi nõ
reſponderet, locupletaretur cum aliena iactura,
quia poſſet rem alienam indebite detinere;& tunc
cogitur reſpondere ſuper poſitione, vel interroga-
tione criminoſa:ita procedit *d.l.qui petitorio 36.ff. de
rei vend.& ibi Bart.* & † ſimiliter,quando quis inter-
8 rogatur de tali crimine,propter quod remouetur à
beneficio,cogitur ſimiliter reſpondere.Ita procedit
quod habetur *in c.dudum.22.el.2.de elect.& in c.inquiſi-
tionis 21.de accuſ.* & tenet Bart.*in d.l Marcellus.11 ff.
rer.amot.* ita etiam procedit quod not Bart *in l. fi.ff
de his,qui ſ. v. indign.& in l non intelligitur.3 §.tacita.
1.de iure,fiſc.* vbi dicit,quod tenetur quis reſpondere

interrogationi,an accommodauerit tacitam fidem
defuncto de reſtituendo fidei commiſſum incapaci.
Aut occultando illud crimen non locupletatur quis
cum aliena iactura;& tunc non tenetur reſponde-
re,vt ſi interrogatur quis,an ſit infamis,vel excom-
municatus,vel de alio ſimili:& de iſta materia vide
Spec. *in ti .de poſition §.7 .verſ.19.*Bart. Bald. & Doct.
*in l.tranſactione.30.C.de tranſact.in d.l. qui iuraſſet 26.
§ ſi pater 1 de iureiur.*Franc. de Aret.*in l.fin. circa fin.
C.de edend.*& Fel in *c. cum dilectus 20. de accuſ.* Ex
prædictis † infertur,quod ſi inquiſitus de crimine, 9
fuerit cum iuramento interrogatus , an delictum
commiſerit,non dicitur periurus,ſi negat, & men-
dacium dicit,ita pulchre tenet Alex.*in add.t.ad Bar-
tol.in l.in capitalibus.1.ff de bonis eorum,qui ante ſent.ſi-
bi mort.conſciuer.*Quinto † LIMITA,quando quis in- 10
terrogatur ſuper eo,quod alias fuit deciſum per iu-
ramentum;quia non tenetur reſpondere,& venire
contra proprium iuramentum alias præſtitum : ita
tenet Bald.*in d.l.Marcellus 11 .ff rer.amot.*per *l. qui iu-
raſſe.26.§.ſi pater & quod ibi notatur ff de iuriur.& l.
ſi à te.9.ff de except rei iudic* & not. Bartol.*in d. l 2.§.
quod obſeruari circa fin C.de iurar. calum.* & Specul.
*in tit.de poſi.§.7 verſic.10.* Sexto † LIMITA, quan- 11
do quis in facto proprio interrogatur de facto alie-
no;quia non tenetur reſpondere,tex.eſt,& ibi Bart.
& Doctor.*in l. Marcellus.11 §.iurare.ff.rerum amot* &
hoc indiſtincte procedit in criminali : ſed in ciuili
debet reſponderi per verbum, *credit.* poteſt tamen
reſponſurus petere terminum ad deliberandum, ſe-
cundum Bart. *in d.l.2.§.quod obſeruari.col. 3. verſ. ſed
pro eius declaratione,&c.C.de iureiur.prop.calum. den.*
& ibi etiam Bald.*in 4.colum.verſic.4.&c.*de quo vide
gloſſ.& Doct. *in c.1.& 2.de confeſſ lib. 6.* & Specul.*in
tit.de poſitio § 6 verſic,& notas &c.* Septimo † LI- 12
MITA, quando hæres,qui fecit inuentarium, vult
interrogari facere legatarios,& creditores, an hæ-
reditas ſit ſoluendo, vel non; quia non tenentur
reſpondere ad inſtantiam hæredis, licet iudex ex
officio poſſit interrogare:ita tenet Bald. *in l. qui fi-
lium quem habentem.24.col per.C.famil erciſc.* † Octa- 13
no LIMITA, quando agens rei vendicatione con-
tra poſſeſſorẽ vult ipſum interrogare,an ipſe agens
ſit dominus:quia non tenetur reſpondere , etiamſi
ſciat ipſum eſſe dominum; quoniam præiudicaret
ſibi in recurſu contra auctorem laudatum, ita te-
net Bart.*in l.at qui natura.19.§.cum me abſente.3 ff.de
neg.geſt.* facit text cum ibi not.per Doct. *in l. in ſpe-
ciali.73.ff.de rei vend.* Nono LIMITA, † quando
quis interrogatur de eo,quod cõſiſtit in mente ani- 14
mo ſuo factis non declarato, neque verbis:puta de
propoſito in mente retento,quia non tenetur re-
ſpondere,ſecundum Bald.& Paul de Caſt.*in l.potuit.
5 in 9 q.C.de iure delib.* & Angel *in l.gerit 88.col. .ff.
de acq.hæred* Decimo LIMITA, † quando quis in- 15
terrogatur de eo,quod eſt impertinens ad cauſam;
quia non tenetur reſpondere,gl.eſt,& ibi per Doct.
*in c.*

in c. ſi poſt præſtitum. 2. de confeſſ. lib. 6. & Bart. & Bald. in d. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iureiuran. prop. cal. dan.
16 Vndecimo LIMITA, † quando quis interrogatur, vtrum poſſideat bona & mala fide: quia non tenetur reſpondere: nec etiam teſtis poteſt de hoc interrogari, ſecundum Bald. in l. mala fide. 3. in fin. C. de cond. ex lege.
17 Duodecimo LIMITA, † quando quis interrogatur de aliquo, quod conſiſtit in iure; quia non tenetur reſpondere, text. eſt, & ibi Bart. in l. ornamentorum. 37. ff. de aur. & argent. leg. & gloſſ. in d. c. ſi poſt præſtitum. & Bald. in d. §. quod obſeruari. & per Bart. & Doct. in l. 1. ff. ſi cert. petat. Et de multis aliis fallentiis remitto me ad Spec. in tit. de poſitio. §. 6. per totum. & per Bald. ibi in addit.
18 Solent † etiam fieri interrogationes teſtibus per partem aduerſam ad detegendam falſitatem, quæ vulgo appellantur interrogatoria, quæ qualiter fiant, quando admitti debeant, remitto me ad ea, quæ plene tradit Spec. in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis. & per Cano. in c. præſentium. 2. de teſtib. lib. 6. & iſta interrogatoria, poſtquam ſunt emiſſa, dicuntur eſſe de actis, ſicut alia acta iudicii: ſecundum Bald. in l. generaliter. 12. §. ſed iuramento. 1. C. de reb. cred.
19 Scias tamẽ, † quod ſi teſtes non fuerunt interrogati ſuper interrogatoriis, poſſunt iterum repeti & interrogari etiam poſt publicationem ſecundum Alexand. in conſil. 174. col. pen. in 2. vol. & conſ. 41. col. fin. in 4. vol. ſicut etiam ſemper articulo omiſſo poſſunt examinari poſt publicationem: vt not. Spec. in tit. de teſte. § nunc videndum in fi. verbis.
20 An † autem debeat dari copia interrogatoriorum parti? Vera concluſio eſt, quod non, ne inſtruantur teſtes ad falſum: ita tenet Abb. & Felin. in c. per tuas. 42. de teſtib. & Alexan. & Doct. in l. ii. apud quem. 2. C. de edend. & Bald. in margarita. in verſ. interrogatoria verſ. 1. Robert. Marant V. I. D.

[Adde Gail. libr. 1. obſeruat. 115. num. 6. cum ibi allegatis. vbi de interrogatoriis his quæ teſtibus proponi ſolent, agit, quotuplicia videlicet ea ſint, quem effectum habeant, & vnde ſumenda ſint, & an inutilia per iudicem, vel commiſſarium reiici poſſunt.]

## De ſatiſdatione, octauo membro iudicii.

### SVMMARIA.

1 Satiſdationum multæ ſunt ſpecies, & cum fideiuſſore intelliguntur.
2 Satiſdatio iudicio ſiſti, præſtatur à reo conuento, ſiue in ciuili, ſiue in criminali: & ad quem effectum ſit inuenta.
3 Poſſidens immobilia, non tenetur ſatiſdare: quia eſſet præſumptio fugæ.
4 Satiſdatio de præſentando in iudicio, quando locum habeat.
5 Fideiuſſor, de præſentando ſtatim incidit in pœnam, cum reus fuerit requiſitus, abſque requiſitione ipſius fideiuſſoris.
6 Fideiuſſor de præſentando, non tenetur nec ipſe, nec principalis, iurare in ciuilibus.
7 Quot fideiuſſores, & quales, & quando, & quomodo recipi debeant de præſentãdo, pro quolibet accuſato.
8 Fideiuſſores in criminalibus pro quanta pœna in regno recipi debeant.
9 Inquiſiti, an, & quando poſſint ſimul fideiubere: & quid ſeruetur in Regno.
10 Carceratus, an, & quando datis fideiuſſoribus ſit relaxandus.
11 Fideiuſſionem de iudicato ſoluendo, quis præſtare teneatur.
12 Promittens iudicatum ſoluere coram ordinario, an tenetur ad iudicatum, per eius delegatum in eadem cauſa.
13 Satiſdatio de non offendendo, in quibus caſibus dari debeat.
14 Fideiuſſor de non offendendo non tenetur ad pœnam, ad quam fuit condemnatus principalis, qui ob contumaciam habitus fuit pro confeſſo.
15 Satiſdatio de rato, in quibus caſibus præſtari debeat.
16 Satiſdatio de expenſis, quando, & à quo debeat præſtari.
17 Fideiuſſor de expenſis in caſu ſuccumbentiæ, non tenetur ad expenſas, ad quas fuit actor condemnatus, perempta inſtantia.
18 Satiſdatio de re non baratanda, quando præſtetur.
19 Satiſdatio indemnitatis quæ ſit, & quando locum habeat.
20 Satiſdatio de ſecuro carcere quando præſtatur.
21 Satiſdatio conuentionalis, quæ dicatur.
22 Satiſdatio præſtari debet per debitorem, vergentem ad inopiam.
23 Satiſdatio debet præſtari à debitore impetrante moratoriam.
24 Hæres ſatiſdare tenetur de ſoluendo legato in diem, vel ſub conditione.
25 Satiſdationes multæ in iure reperiuntur, de quibus remiſſiue.
26 Fideiuſſor non obligatur, niſi primo obligetur principalis.

OCTAVVM membrum iudicii eſt Satiſdatio. Nam † in iudiciis, maxime in eorum principio emergunt multæ ſpecies ſatiſdationum, quæ fiunt pro aſſecuratione iudicii, & partis, quarum aliquæ præſtantur ab actore, & aliquæ à reo; vnde hic opportunum eſt inueſtigare, quot reperiantur ſatiſdationum ſpecies. Et dic, quod multæ ſunt. Et ſemper intelligitur ſatiſdatio cum fideiuſſore, iuxta l. ſancimus. 3. C. de verb. ſign. 1
PRIMA † igitur ſatiſdatio, quæ præſtatur in iudicio, eſt illa, quæ appellatur de ſtando iuri, ſeu iudicio ſiſti: & illa præſtatur ſolum à reo conuento ſiue in ciuili, ſiue in crimi- 2

 nali,

nali, & fuit inuenta principaliter propter ſuſpicio-
nem fugæ, ad hoc, vt reus aſſecuret iudicium, qui
alias poſſet fugere, & iudicium eludere; cum reo-
rum ſit fugere, iuxta *l. properandũ. 13. §. ſin autem reus.*
*3. C. de iud.* ita declarat Bart. & communiter Doct. *in*
3 *l. ſciendum. 15. in princ. ff. qui ſat. cog.* & † propterea is,
qui poſſidet immobilia, releuatur ab iſta ſatiſda-
tione; quia ceſſat illa ſuſpicio fugæ: vt dicunt Doct.
*in d. l. ſciendum.* Et de iſta ſatiſdatione loquitur prin-
cipaliter titulus *ff. qui ſatiſd. cog. & authent. offeratur.*
*C. de litis conteſtat* & uot. Bart. & Doct *in l. 1. ff. ſi quis in*
*ius voc. non ier.*

[ Poſsidens immobilia non præſtat ſatiſdatio-
nem iudicio ſiſti. *l. pen. ff. hoc tit.* quam legem omnes
recte interpretantur pertinere ad ſolam cautionem
iudicio ſiſti. In aliis cautionibus præſtandis, vt in
cautione iudicatum ſolui, non liberantur poſſeſſo-
res rerum immobilium à ſatiſdatione, ſed eam præ-
ſtare coguntur. Ita *l. 8 § 1. ff. qui ſatiſd. cog.* recte acci-
pitur, non de cautione iudicio ſiſti, ſed de aliis cau-
tionibus; Nam & duo ſeqq. §§. loquuntur de cautio-
ne iudicatum ſolui. Maritus enim qui poſsidet fun-
dum dotalem, rem videlicet immobilem, quamuis
non teneatur ſatiſdare iudicio ſiſti; non tamen ab
omnibus aliis ſatiſdationibus liberatur. Ponitur e-
nim mulierem pro eo interuenire, quod facere po-
tuit, tanquam in rem ſuam. Vide Pacium *in 1. centur.*
*antinom. tit. qui ſatiſdar. cog. quæſt. 68* An autem ſatiſ-
datio, ſeu cautio, quam actor de iure communi præ-
ſtare tenetur, de lite videlicet proſequenda vſq; ad
finem, & de eadem intra duos menſes conteſtanda,
& de expenſis litis refundendis, ſi eum iniuſte litem
mouiſſe appareat, hodie per conſuetudinem abro-
gata ſit, vide in egregio & vtiliſsimo tract. Ant. He-
ring. *de fideiuſſor. cap. num. 115. & ſeq.* Item an ſatiſda-
tio iudicatum ſolui hodie adhuc in vſu ſit? *ibidem*
*nu. 148* ]

Additio. An ſi conuenitur aliquis, à quo
petitur ſatiſdatio iudicio ſiſti, & reus replicat non
teneri, ex quo poſsidet immobilia in Regno: ad
quod verificandum petit terminum, actor dicit,
quod pendente termino caueat: an teneatur reus
cauere? vide Afflictum *deciſio. 109.* Petrus Follet.
V. I. D. Secunda † ſpecies fideiuſſionis judicia-
4 lis, eſt illa, de veniendo, ſeu de ſe præſentando in iu-
dicio; & iſta eſt quotidie in vſu in criminalibus.
Nam quando aliquis capitur à iudice, vel familia
cum armis, vel inquiritur de aliquo crimine, po-
teſt ad euitandos carceres offerre, & præſtare hanc
ſatiſdationem de ſe præſentando, & de veniendo
in iudicium, & ſic liberatur à carcere; imo ſi iudex
tunc non liberat eum, tenetur actione iniuriarum,
*l. ſi vero. 5. §. 1 ff qui ſatiſd. cog.* & not. Iaſ. *in l. 1. col. 1.*
*ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Et de iſta fideiuſſione lo-
quitur text *in dict. leg. 1. & tot. titul ff. in ius voc. vt*
*eunt. & l. de cuſtodia. 1. & ibi Bartol. ff. de cuſtod. reo. &*
*conſtit. Regni.* quæ incip. *In humanitate.* ſuper qua ſa-
tiſdatione eſt tradita in Regno communis forma
per ritum magnæ curiæ vicariæ *in nu. 283.* qui inci-
pit: *In primis, &c.* & alium, *in num. 303.* qui incipit:
*Item eodẽ ſero, &c.* videlicet, quod † fideiuſſores pro- 5
mittunt præſentare reum toties, quoties fuerit ipſe
reus requiſitus: quo caſu ſi reus requiratur, & non
comparet, ſtatim incidunt fideiuſſores in pœnam,
ſine alia requiſitione fideiuſſorũ, & poſſunt ad pœ-
nam condemnari ſine citatione propter formam
obligationis: ita deciditur *in d. ritu 303.* & eſt alius
ritus, *in nu. 317.* incipiens: *Nota quod hæc dictio, &c.* &
hæc dicitur in Regno forma conſueta, quando No-
tarius ſtipulatur hanc ſatiſdationem in forma con-
ſueta, &c. vt dicitur *in d. ritu. 303.* incip. *Item, eodem ſe-*
*ro, &c. aliis ſupra alleg.* Itẽ, eſt de communi ſtylo cu-
riarum, vt iſti fideiuſſores renunciet beneficio *l. ſan-*
*cimus. 16. C. de fideiuſſ.* quæ ſtatuit tempus ſex mẽſium
fideiuſſoribus ad perquirendum, & præſentandum
principalem reum. Fit etiam † differẽtia per dictos 6
ritus inter hanc fideiuſsionem, quæ recipitur in ci-
uilibus, & eam, quæ fit in criminalibus; quia in ciui-
libus nõ tenetur iurare, nec principalis, nec fideiuſ-
ſor, ſed in criminalibus vterq; iurat, vt habetur *in d.*
*rit. 303 Nota quod hæc dictio, &c. & in d. num. 317.* Ad-
ditio. Adde dicta per me *in pract. mea cauſæ crimin.*
*in tit. de fideiuſſ. in frag. parte.* Petrus Foller. V. I. D.
Item † debent recipi ad minus duo fideiuſſores pro 7
quolibet accuſato, qui non debent eſſe clerici, ne-
que filiusfamilias, vt eſt alius ritus, *in num. 298* inci-
piens: *Item pro quolibet &c.* Et dicti fideiuſſores obli-
gant ſe, & bona eorum inſolidum, vt eſt alius ritus
*in num. 316* incipiens; *Item quod à bannitis, &c.* Item
poteſt recipi hæc fideiuſsio per ſolum magiſtrum a-
ctorum ſine iudice omni die, & omni hora, etiamſi
curia non regatur, dummodo non ſit dies feriata,
vt eſt alius ritus *in num. 296.* incipiens: *Item, quod*
*quælibet, &c.* verum debet Notarius actorum ſtipu-
lari nomine curiæ: vt ibi habetur. Sed ſi eſſet dies
feriata, adhibetur iſta cautela, videlicet, quod iu-
dex adſignat reum fideiuſſoribus per chlamydem,
tanquam captiuum: & ipſi promittant illum præ-
ſentare primo die iuridico: & tunc recipitur ſatiſ-
datio, & de hac adſignatione conficitur publicum
inſtrumentum, vt eſt alius ritus *in num. 297.* incip.
*item, ſi eſſet, &c.* Sub † qua autem pœna recipian- 8
tur fideiuſſores? Dic, quod in regno eſt obſeruãtia,
quod pro homicidio recipiuntur pro vnciis centũ,
pro crimine falſitatis, vel priuati carceris, pro vn-
ciis quinquaginta, pro aliis vero criminalibus reci-
piuntur pro vnciis vigintiquinque; vt eſt alius ritus
magnæ curiæ, *in nu 294* incip. *Item, nota, quod in cri-*
*minali, &c.* & alius ritus *in num 316.* incip. *Item, quod*
*à bannitis, &c.* ſi † autem eſſet magnus numerus in-
quiſitorum, à quibus eſſet capienda fideiuſſio, tunc
ſeruatur, quod curia recipit fideiuſsiores pro me-
dietate tantum, modo prædicto, & pro alia medie-
tate recipit fideiuſsionem vicariã, ſcilicet quod di-

cti

ti inquiſiti ad inuicem fideiubeant vnus pro alio, vt eſt alius ritus *in n* 198 incip. *Item pro quolibet, &c. inſi.* & hoc etiam cautum eſt, quod de iure communi ſcilicet quod vnus inquiſitus, in totum fideiubeat pro alio, vt dicit Bart. *in l. Romanus.* 28. *ff. de tut. & curat. dat. ab his.* Sed per dictum ritum eſt facta limitatio ad medietatem Verum hoc limitatur, quando inquiſiti eſſent pauperes, vel aliter ſuſpecti; quia tunc non admittitur dicta vicaria fideiuſſio, ſecundum Bar. *in d. l. Romanus.* 28. & ibi etiam Alexand. *in addit.* cui adde Bal. *in l. omnes qui* 33. *C. de Epiſ. & cler.* & Iaſ. *in l ſi quis.* 1. *colum.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non ier.*

14 An † autem indiſtincte pro quolibet crimine carceratus debeat relaxari ſub fideiuſſoribus? Dic, quod hodie in regno eſt cautum per conſtit. *Humanitate.* quod in omnibus criminibus etiam capitalibus, excepto ſolo crimine læſæ maieſtatis, contra perſonam Imperatoris, & ſuorum collateralium: liberatur carceratus ſub fideiuſſoribus. Fallit in tribus caſibus: Primus eſt, quando eſt confeſſus. Secundus, quando eſt deprehenſus in flagranti crimine Tertius, quando facta inquiſitione crimen eſt notorium, ita quod veriſimiliter reus nullam habeat defenſionem; & hoc eſt confirmatum per capitulum Regni, *in num.* 4. incip. *Item caueant, &c.* per quod imponitur pœna officiali contrafacienti ad arbitrium Principis, & quod admittat medietatem ſuorum gagiorum vnius anni. Similiter hoc eſt confirmatum per Regiam pragm. quæ incipit: *Inoleuit.* qua cauetur, quod antequam incipit conſtare de crimine, non detineatur, volens idonee cauere, & officialis contrafaciens punitur ad decem vncias: & tenetur in ſyndicatu ad iniuriam parti læſæ. Item, hoc eſt declaratum per ritum magnæ curiæ, *in nu.* 126. incip. *Item ſi accuſatur aliquis, &c* quo cauetur, quod tunc detinetur reus in criminalibus, quando conſtat per vnum teſtem, de vſu, & crimine, & perſona ſit ſuſpecta per famam publicam. Quod reſtringit ad caſus, in quibus non irrogatur tortura; ergo non procederet in leuibus criminibus, in quibus non irrogatur tortura: prout ſunt crimina irrogantia pœnam infra relegationem, vt dicit capitulum regni, quod incipit: *Tormenta.*

[ Quod author hic aſſerit, hodie in omnibus criminibus, etiam capitalibus, exceptis quatuor, ab eo memoratis, carceratum, datis fideiuſſoribus relaxari, id extra Regnum Siciliæ vel Neapol. vniuerſaliter non eſt verum, maxime in Germania. Nec obſtat *l. nullus in prin. C. de exhib. reis.* qua ſtatuitur nullum in carcere vinciendum, priuſquam conuincatur de crimine; quia id ita accipiendum eſt; quod carceratus non debeat poni in manicis ferreis, & ligaminibus, antequã conuincatur; nihilominus tamen in carcere detineri poteſt. vt poſt Accurſ. reſpondet Colerus *de proceſſ. execut part* 2. *cap.* 3. *num.* 71. *& in deciſ. Germaniæ, deciſ.* 107. *numer.* 1. *& ſeq.* quem ſequitur Ant. Hering. *in doctiſſ. tract. de fideiuſ. cap.* 10. *num* 378. *& ſeqq.* vbi late perſequitur, & plene tractat quibus caſibus fideiuſſores in criminalibus interuenire poſſint. Et quando carcerari ſub fideiuſſoribus relaxandi ſint, *num.* 381. *& ſeqq* quem, ſi voles, adi]

Tertia † ſpecies fideiuſſionis iudicialis eſt, 11 quæ dicitur de iudicato ſoluendo, quam tenetur præſtare in ciuilibus quilibet defendens litem alienam ex parte rei conuenti, alias non eſt idoneus defenſor, *l. qui proprio,* 46. *§. qui alium.* 2 *ff. de procur. & l. exigendi C. eod titul. & ibi not.* Non tamen tenetur ad eam conuentus nomine proprio; vt *Inſtit. de ſatiſd. § ſed hodie.* 2. & ab iſta ſatiſdatione non reuelat poſſeſſio immobilium, *l. minor.* 51. *§ fin. cum l. ſeq ff. de procur.* & de hac ſatiſdatione loquuntur iura prædicta, & totus titu. *ff. iud. ſol.* Et ex hoc inoleuit illa practica, quæ quotidie vtuntur Notarii in mandatis procuratoris; nam ponunt in eis illam clauſulam, videlicet, quod dominus releuat ſuum procuratorem ab omni onere ſatiſdandi: nam per hæc verba dominus fideiubet pro eo; & tunc defenſor non tenetur aliter ſatiſdare, vt not. Bar. *in rubr ff. iud. ſol.* 1. *col.* quod tamen Limita ſane procedere, quando dominus eſſet ſoluendo, & poſſideret immobilia; alias iſta clauſula nihil releuat; ex quo tunc dominus non eſt idoneus fideiuſſor; vnde tenetur defenſor ſatiſdare iterũ: ita tenet Franc. de Aret. *in conſil.* 124. Ang. & Iaſ. *in l. filiusfam* 14. *ff. qui ſatiſd. cog.* & ibi communiter Doct. pro hoc eſt gl. *in l. multis.* 7. *fin. C. de prĩnc. agen. in reb lib.* 12. hinc datur pulchra cautela, quam poſuit Ang. *in d. l filiusfam.* 14. & illam ſequitur Alex. *in l. ſciendum.* 15. *§ poſſeſſor.* 1 *ff qui ſatiſd. cog.* videlicet, quod quando aliquis mittit vnum procuratorem de longinquis partibus, puta de Francia, poterit ipſi opponi, quod ſatiſdet de ſtando iuri, & de iudicato ſoluendo in cauſa reconuentionis, & tenetur illam præſtare, non obſtante, quod dominus fideiuſſerit in inſtrumento mandati; ex quo non poſſideret immobilia in loco propinquo, & ad hoc ſolet allegari gl. *in d. l. fi.* & iſta ſatiſdatio, de iudicato ſoluendo, continet tria, videlicet dolum malum abeſſe, rem defendi, & ſolui id, quod fuit per curiam iudicatum, *l. iudicatum ſolui.* 6. *ff. iudi. ſolui.* An † autem promittens ſoluere iudica- 12 tum coram iudice ordinario, teneatur ad iudicatum per eius delegatum in eadem cauſa? Vide Franc. de Aret. tenentem, quod ſic *in conſil.* 87. *col fi.* Qvarta 13 ſpecies † ſatiſdationis, iudicialis, eſt illa de non offendendo, vt quando aliquis timet offendi ab aliquo, poteſt implorare officium iudicis, vt compellat illum ad dandum ſibi fideiuſſores de non offendendo, nec in perſona, nec in rebus. & de hac loquitur plene Bart. *in l. illicitas* 6. *§. ne potentiores.* 2. *ff. de off. præſid.* & Felin. *in rubr. de treuga, & pace.* & ſi quis tunc fuit ſimul offenſus in perſona, & in rebus, an teneatur offendens ad duas pœnas, vide Bal. optime declarantem *in conſil.* 287 *in* 3. *vol* Quæ autem requi-

rancur ad hoc, vt poſſit peti talis fideiuſſio? vide Felin. *in d. rubr. de treuga & pace.* vbi inter alia dicit, quod debent probari minæ, & quod quis ſit ſolitus minas executioni mandare; & dic, vt ibi.

[De hac ſatiſdatione, ſeu cautione de non offendendo, quando peti poſſit, & quamdiu duret, & an præſtanda ſit fideiuſſoribus, & pignoribus, vel an ſufficiat nuda repromiſſio, vide Ant. Heriug. *in abſolutiſſimo eius tract. de fideiuſſ. Francofurti ad Mœnum editο. cap. 6. num. 242. & ſeqq.* Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 47. nu. 24. & ſeq.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. caſ.* 140. *num. 3. & caſ.* 141. Bernard. Greuæum *in concluſ. pract. concluſ. 4. & conſid. 1. cum aliis ab Hering. d. loco allegatis.* Item quando in Camera Imperiali; & ſub qua pœna decernantur mandata de non offendendo, vide Gail. *lib. 1. obſ. 4.*]

14 Quid † autem ſi iudex inquirit contra principalem, qui promittit non offendere, qui non cõparet, iudex procedit in contumaciam, & habet eum pro confeſſo, forte vigore ſtatuti, & condemnat ipſum ad pœnam tanquã contrauenientem, an poſſit exigere à fideiuſſoribus? Dic, q̃ non; quia non apparet de vera contrauentione? illa autem ficta confeſſio, quæ reſultat ex contumacia, non nocet fideiuſſoribus: ita eleganter Pet. Phil. Corn. *in conſ. 211. in 3. vol.* quod eſt notandum per conſtitutionem regni, quæ incipit, *pœnam eorum*, quæ loquitur de foriudicatis, qui habentur pro confeſſis: nam talis foriudicatio non noceret fideiuſſoribus in caſu prædicto, reliqua autem ad hanc materiam, dic, vt per Batt. & Fel. vbi ſupra. QVINTA † ſpecies ſatiſdationis iudicialis, eſt de rato, quæ præſtatur ab eo, qui comparet pro actore ad agendum, & eſt dubium de mandato, de qua loquitur tex. *in l. cautio. 1. C. de procur. Pōponius. 40. § rati. 3. ff. de procur. & tot. tit. ff. rem rat. haber.* Similiter, quando aliquis agit, vt coniuncta perſona, debet cauere de rato, *l. maritus. 21. C. de procur.* & generaliter quilibet agens alieno nomine, *l. non ſolum. 39. §. qui alieno: 1. ff. de procur. & l. Pomponius. 40. §. ſed & is. 2. eod. tit.* SEXTA ſpecies ſatiſdationis † iudicialis eſt de expenſis in caſu ſuccumbētiæ, quam tenetur præſtare actor in initio litis: de qua loquitur *authen. generaliter, C. de Epiſ. & cler. & §. ad excludendas. 2.* (alias c. 2.) *in Auth. 111 de litig. col. 8.* & hanc ſatiſdationem præſtat actor, etiamſi poſſideat immobilia, ſecundũ Abb. *in c. quoniam frequenter. 5 § in aliis col. 2. vt lite non conteſt.* & Bart. & Alex. *in l. de die. §. qui mulierem. 1 in fin. ff. qui ſatiſd. cogan.*

15

16

17 SED † iuxta hoc cadit pulchrum dubium: pone quod actor dedit fideiuſſores de ſoluendis expenſis in caſu, quo ſuccubuerit, euenit, quod reus fuit abſolutus ab inſtantia iudicii, actor condemnatus ad expenſas; quia inſtantia eſt perempta, an fideiuſſores teneantur? Dic, quod nõ: ita tenet Bal. *in conſil. 111. in 2. vol.* & mouetur, quia non dicit actor ſuccubuiſſe, ex quo poteſt iterum agere ad eãdem cau-

18 ſam, ſecundum eum ibi. SEPTIMA † ſpecies ſatiſdationis dicitur de re non baratanda: & præſtatur à conuento ſuper aliqua re mobili; quia eſt perſona ſuſpecta, quæ de facili poteſt rem interuertere. nam tenetur ad inſtantiam actoris, dare fideiuſſores de re non baratanda, id eſt, de non conſumendo, nec occultando, nec alias interuertendo illam rem, ſed de exhibendo eam, ſi, & quoties opus fuerit, alias illa res ſequeſtratur: & de hac loquitur rex. *in l. ſi fideiuſſor. 7. §. ſi ſatiſdatum. 2. & ibi gl. ff. qui ſatiſd. cog. & l. Senatuſconſulto 16 in fi. ff. de off. præſid.* OCTAVA † ſpecies ſatiſdationis iudicialis, eſt fideiuſſio indemnitatis, & hæc poteſt præſtari etiam extra iudicium, vt quando aliquis promittit extrahere aliquem indemnem ab aliqua obligatione: vel promittit ipſum conſeruare indemnem, quo caſu ſemper requiritur excuſſio, antequam deueniatur ad fideiuſſorem, etiã ſi fideiuſſor renunciaſſet omnibus beneficiis de fideiuſſoribus, vt tenet Lud. Rom. *in conſ. 211. col. 1.* Bar. *in l. non iniuſta. 1. C. de conuen. fiſc. deb. lib. 10.* Alexand *in l. fin col. 4. & ibi Iaſ. ff. ſi cert. pet.* Fel *in c. ex reſcript. 9. col. pen. in fin. de iureiuran.* & ratio eſt ſecundum Dd. in locis præalleg. quia hæc excuſſio in caſu iſto venit ex natura actus conditionaliter, & ex beneficio de fideiuſſoribus Item tenet Alex. *in conſil. 32. colum. 1. in 4. vol.* 19

[De ſatiſdatione, vel promiſſione indemnitatis, vide latius Speculat *in tit. d. conſeruat. indemnit* vbi promiſſionis iſtius formulas præſcribit, & Gratum *conſ. 53. num. 5. vol. 1.*]

NONA † ſpecies ſatiſdationis iudicialis eſt quæ dicitur de ſecuro carcere, vt quando aliquis carceratur in acri carcere, & carceratus petit ſe habilitari, & mitti in carcerem leniorem, & dat fideiuſſores de non recedendo ab illo carcere: iſta fideiuſſio ſolet eſſe valde in vſu in hoc regno; & hoc facit iudex ex cauſa attenta qualitate perſonæ, & delicti, *l. de cuſtodia 1. ff. de cuſt. reor.* & per ea, quæ tradit Par. *in tract. Synd. in verſi. carcer.* vbi plura dicit de hac materia, & maxime, quod nobili poteſt iudex aſſignare totum palatium vel totam ciuitatem pro carcere: & tunc ſolet recipere fideiuſſionem pro ſecuro carcere, & non tenetur iudex, ſi fugit, vt per eum. 20

[An fideiuſſor de tuto carcere, vt vocant, ſub pœna, incidat in pœnam, ſi principalis aufugiat, eo caſu, quo iniuſte detinebatur, vide Fach. *lib. 9. controuerſ. iur. cap. 68.*]

DECIMA † ſpecies ſatiſdationis eſt illa conuentionalis, q̃ communiter præſtatur in contractibus, & hæc põt præſtari tã in iudicio, quã extra, de qua loquitur totus tit. *ff. & C. de fideiuſſ.* VNDECIMA ſpecies † ſatiſdationis eſt, quando debitor mutat ſuam conditionem in deterius, quia vergit ad inopiam, & eſt debitor in diẽ; nã tenetur ſatiſdare de ſoluendo adueniẽte die, de qua loquitur tex. & ibi Ang. & Dd. *in l in omnib. 41. ff. de iud.* tradit Alex *in l. ſi finita. 15 §. e-legãter 28. ff. de dã. inf.* DVODECIMA ſpecies ſatiſdationis eſt, † q̃ præſtatur ab eo, qui impetrat dilatoriam ſeu 21 22 23

ſeu moratoriam à Principe : nam tenetur interim
dare fideiuſſores de ſoluendo, alias reſcriptum non
valet, nec ſibi prodeſt. tex. *in l. vniuerſa. 4. C de precib.*
24 *Imp. offer* DECIMATERTIA ſatiſdatio eſt, † quã-
do teſtator legat aliquid in diem vel ſub conditio-
ne: nam tenetur hæres præſtare fideiuſſores de ſol-
uendo adueniente tempore: de hac loquitur totus
tit *ff. vt leg. nom. cau* & ſi non vult ſatiſdare, mittitur
legatarius in poſſeſſionem rei legatæ. & de hac miſ-
ſione loquitur totus tit. *ff. vt in poſſ. leg.* Requiruntur
25 multæ † aliæ ſatiſdationes, prout eſt illa, de damno
infecto, & de iſta loquitur totus tit. *ff. de dam. infect.*
item illa, quam præſtat vſufructuarius de vtendo
fruendo arbitrio boni viri: de qua loquitur titulus.
*ff vſufruct. quemadmodum caueat.* item illa de opere
demoliendo, de qua loquitur tit. *de oper. noui nunciat.*
item illa de reſtituendo id, quod quis habuit vltra
legem Falcidiam, de qua loquitur totus tit. *ff ſi cui
plus, quam per leg. Falcid.* item illa, quam præſtat pe-
tens executionem, quãdo poteſt ſupplicari, de qua
loquitur *authen. quæ ſupplicatio C. de precib. Imp. offer.*
& dictam *in verſic. appellatio; in vlt part. iudicii, verſi.
ſupplicatio.* Similiter multæ aliæ, de quib. in toto tit.
*ff. de prat. ſtip* & per aduerſas leges & titulos iuris ciu.
quas ſtudioſus inueſtigator inuenire poterit. Scias
26 tamen, † quod in omnibus fideiuſſionib. prædictis,
& aliis debet inprimis obligari principalis, & po-
ſtea fideiuſſor: alias non valeret obligatio fideiuſ-
ſoris; quia cum ſit acceſſoria, nõ põt ſtare ſine prin-
cipali. Ita dicit Bald. *in conſ. 261. col. 2. in 1. vol* allegat.
gl. *in l. ſciendum 30 ff. de verb obl.* & gloſſ. *in l. ſi hæres
pecuniam. 73 ff. ad Treb.* Rob. Mar. V. I D.

[Non inconuenienter hoc loco etiam quæri po-
teſt; quod ab authore prætermiſſum eſt; An fide-
iuſſor iudicii in prima inſtantia datus in caſum ſuc-
cumbentiæ pro expenſis, teneatur in ſecunda in-
ſtantia poſt latam ſententiam? valde controuerſa eſt
hæc quæſtio apud Iuriſconſultos, teſte Ant Hering.
*in elegantiſ tract. de fideiuſſ. cap. 20. §. 20. n 24.* qui ideo
authenticam eius deciſionem ſibi ſumere noluit,
licet ſatis ample declaret, quando, & quibus caſibus
fideiuſſor primæ inſtantiæ, in ſecunda teneatur.
quod idem etiam fit ab Ant. Teſſauro, *deciſ. Pede-
mont. 22 per tot* qui contra communem opinionem,
affirmatiuam defendit; Quod videlicet fideiuſſor
in prima inſtantia datus, in ſecunda etiam teneatur.
Pachineus autem *lib. 8. controuerſ. iur. cap. 57* contra-
riam negatiuam, & communem opinionem tuetur.
Quos, ſi lubet, adire poteris Rationes enim vtriuſ-
que ſententiæ hic referre, vel tranſcribere, nimis
longum foret. Vide etiam Viuium *in ſyl. com opin. lib.
1. cõ 299.*)

## De Exceptione, nono membro Iudicii.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones dilatoriæ tripliciter conſiderantur.*
2 *Contumax an poſſit opponere declinatoriam fori.*
3 *Exceptio reſpiciens perſonam litigantis, quæ dicatur.*
4 *Tutor ante omnia de ſolennitatibus docere debet. Et poſt datum terminum ad probandum, hæc exceptio opponi poteſt.*
5 *Exceptio excommunicationis eſt anomala, & in quacunque parte iudicii poteſt opponi.*
6 *Exceptio:* male agis; quia ante diem agis : *opponi poteſt ante, & poſt lit. conteſt & quid importet:*
7 *Exceptio intentionis & facti dilatoria dicitur, & ante lit. conteſt. opponi debet.*
8 *Exceptiones dilatoriæ opponi debent ante litem conteſtatam.*
9 *Exceptio dilatoria opponi poteſt poſt lit. conteſtatam, quando facto aduerſarii ſuperuenit.*
10 *Exceptio dilatoria, quæ reddit proceſſum retro nullũ, opponi poteſt, etiam poſt litem conteſtatam.*
11 *Aduocatus opponens exceptionem dilatoriam poſt litem conteſtatam quam opponere debebat, ad vnam libram punitur.*
12 *Exceptiones peremptoriæ quæ, & quare ita dicentur.*
13 *Exceptiones litis finitæ quandoque ſunt declinatoriæ, & quandoque peremptoriæ.*
14 *Exceptiones peremptoriæ quando requirunt altiorem indaginem, reſeruantur ad merita cauſæ Et quid operetur iſta reſeruatio & num. 15 & 16.*
17 *Exceptiones peremptoriæ vſque ad quod tempus opponi poſſint, & quid ſeruetur in regno*
18 *Exceptiones quæ opponi poſſint poſt ſententiam.*
19 *Exceptio hoſtica quæ dicatur, & quando locũ habeat.*
20 *Exceptio qualiter producatur.*
21 *Dolus quot modis committatur.*
22 *Exceptio doli contra quem opponatur, & num. 23.*
24 *Dolus auctoris, an noceat ſingulari ſucceſſori*
25 *Exceptio doli, an opponi poſſit contra contractũ confirmatum propter dolum adhibitum in primo confirmato.*
26 *Dolus vnius ex ſociis, an noceat alteri ſocio.*
27 *Exceptioni doli an poſſit renunciari.*
28 *Dolus an cenſeatur comm. iſſus inquietatione generali.*
29 *Simulatio quotuplex ſit, & num. 30.*
31 *Simulatio qualiter allegetur.*
32 *Exceptio ſimulationis qualiter opponatur*
33 *Exceptio ſimulationis, an competat, ſi debitum ex vna cauſa conuertatur in aliam.*
34 *Exceptio metus fundatur ſuper æquitate, & eſt in rem, & opponitur inter mercatores.*
35 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an inter mercatores poſſit opponi.*
36 *Exceptio periurii an repellat agentem.*
37 *Periurium an purgetur, ſi ſoluitur poſt terminum, & an purgatio moræ admittatur inter mercatores.*
38 *Mora non poteſt purgari, vbi eſt ei renunciatum.*
39 *Promittens in plures pagas ſoluere debitum, & ſi non ſoluerit in primam pagam, teneatur ad totum: an poſſit purgare moram.*

40 Ex

40 *Excuſſio an habeat locum inter mercatores.*
41 Promiſſio; ſi Titius nõ ſoluit; *qualiter intelligatur.*
42 *Litispendentia an opponi poſſit inter mercatores, & qualiter opponatur.*
43 *Litispendentia quando opponi poſſit, & num 44.*
44 *Exceptio rei iudicatæ poteſt opponi inter mercatores.*
45 *Exceptio ſolutionis poteſt opponi inter mercatores.*
46 *Exceptio acceptilationis, an opponi poſſit inter mercatores.*
47 *Confeſſio facta in iudicio, poteſt allegari inter mercatores.*
48 *Exceptio renunciationis litis, poteſt inter mercatores opponi.*
49 *Exceptio pacti de non petendo, poteſt inter mercatores opponi.*
50 *Exceptio pretii non ſoluti, opponi poteſt inter mercatores, & num. 52.*
51 *Exceptio iuris vel ſtatutorum obſtantium, opponi poteſt inter mercatores.*
53 *Exceptio ceſſionis bonorum poteſt opponi inter mercatores.*
54 *Exceptiones procuratoriæ non opponuntur inter mercatores. & num 55.*
56 *Legitimatio perſonæ quotupliciter fiat, & quam vtilitatem afferat, & num. 57.*
58 *Procurator qui per 20. annos ſe geſſit pro procuratore, an debeat docere de mandato.*
59 *Procurator eo ipſo conſtitutus intelligitur, quod aſſert inſtrumentum debiti in eius manibus.*
60 *Excommunicationis exceptio in foro mercatorũ admittitur.*
61 *Filiusfamilias mercator an poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris.*
62 *Et filiusfamilias mercator an poſſit conuenire debitorem paternum, patre viuente.*
63 *Exceptio quod non competit actio directa, an inter mercatores habeat locum.*
64 *Exceptio non ſolutæ gabellæ, an inter mercatores habeat locum.*
65 *Pactum nudum inter mercatores, an ſit efficax ad agendum.*
66 *Agi an poſſit ex contractu incerto inter mercatores.*
67 *Exceptio nouationis ſeu delegationis inter mercatores, quando habeat locum.*
68 *Exceptio erroris calculi, an inter mercatores habeat locum.*
69 *An obſit exceptio rei iudicatæ inter mercatores.*
70 *Calculatorum ſententia eſt, vt ſententia peritorum.*
71 *Computus redditus an peti poſſit, vt iterũ reddatur.*
72 *Mulier in foro mercatorum an poſſit vt procuratrix interuenire.*
73 *Trigeſima quando debeatur in foro nundinario.*
74 *Trigeſima per quem ſolui debet.*
75 *Trigeſima quando exigatur.*
76 *Trigeſima de quibus rebus debeatur.*
77 *Trigeſima an debeatur, ſi quis confitetur debitum.*
78 *Trigeſima debet ſolui, ſi partes tranſigunt.*
79 *Trigeſima an debeatur, ſi petantur alimenta.*
80 *Trigeſima non debet ſolui per pauperes, viduas, & miſerabiles perſonas.*
81 *Terminus breuiſſimus debet dari in foro mercatorũ.*
82 *Si probationes offeruntur de longinquo, competentes dilationes dari debent.*
83 *Terminus, in quo nihil fuit prolatum, an ad inſtantiam actoris debeat reintegrari*
84 *Teſtes poſt didicita teſtificata, an in foro mercatorum poſſint produci.*
85 *Acta facta de nocte in foro mercatorum, an valeant.*

NONVM membrum huius primæ partis iudicii, eſt EXCEPTIO. † Nam ſolet reus con- 1
uentus ante litem conteſt. opponere aliquas exceptiones contra actorem ad impediendam litis conteſtationem. nam exceptio nihil aliud eſt, niſi actionis excluſio. Et ſuper hoc eſt ſciendum, quod EXCEPTIONVM ALIQVÆ dicuntur DILATORIAE, & ALIQVAE PEREMPTORIAE. DILATORIAE dicuntur illæ, quæ differunt cauſam; non tamen perimunt negotium principale, & iſtæ poſſunt conſiderari tripliciter; nam QVAEDAM RESPICIVNT PERSONAM IVDICIS, QVAEDAM PERSONAM LITIGANTIS, QVAEDAM RESPICIVNT LIBELLVM ſeu IPSAM CAVSAM. Exceptio reſpiciens perſonam iudicis, eſt EXCEPTIO DECLINATORIA fori ſeu incõpetentiæ, vel exceptio RECVSATIONIS, & iſta debet eſſe prima, quæ opponitur ante omnes exceptiones, *l. præſcriptiones 13 fin C. de excep* & ratio eſt; quia ſi alia prius opponeretur, cenſetur opponens interpellare iudicem, vt ſuper alia pronunciet. & ſic induceretur conſenſus in iudicem, ſeu prorogatio, & nõ poſſet vlterius declinari ſeu recuſari. ſecundũ Bart. & Dd *in l. quidam conſulebant. 57. ff. de re iud.* & maxime Io. de Imol. & Alex. ibi. & idem tenet Bar. *in l. ſi conuenerit. 18 ff de iuriſd om. iud.* pro hoc eſt tex. *in l. ſed & ſi ſuſceperit 52 ff. de iud.* & habetur *in c. inter monaſterium. 20. de re iud* & dicam infra *in vltima parte iudicii, in verſ. recuſatio, in tractatu appellationis.* ADDITIO. Adde PRIMO, † an ſi reus contumax pur- 2
gault contumaciam, poſsit opponere FORI DECLINATORIAM? vide Bart. *in l ſi pupillus. 33. ff. de priuil. credit.* & ibi Angel & vide Cauen *in 3 prag.* vbi Bar. non decidit, ſed dicit eſſe cogitãdum, ſed ibi Alex *in addit.* dicit, quod licet Bar. hoc non decidat, *in d. l. ſi pupillus 33.* tamẽ id decidit expreſſe *in l. quidã conſulebãt. 57. ff de re iud & in l ſi conuenerit. 18 ff. de iuriſd. om. iud* in quibus locis tangit Bar. an poſt datam fideiuſsionem poſsit opponi fori declinatoria? & dicit ꝙ ſic: ſed in quæſtione propoſita per Bar *in d. l. ſi pupillus. 33. de priuil. cred* (alias *de ſeparat*) eſt maius dubium; quia erat latum decretum primum propter contumaciam, & præſtita ſatiſdatio ad euitandum & reuocandum primum decretum. Sed idem dicendum eſt in caſu illo, quia per contumaciam nõ proroga-

rogatur iuriſdictio, ſecundum Bal. *in l. ſi qui ex conſenſu.7.C.de Epiſcop. audient.* habetur per Innoc. *in c. innotuit.3.de eo qui fur. or. ſuſcep.* & per Bald. *in l.1.ff. de iuriſd.omn.iud* & per Alex. *in l.2 ff.ſi quis in ius voc.non ier.& in l.1. in ſi.princ.ff de fer* & Bar *in l.non videtur.33. ff de iud.* & eſt ratio; quia contumax non conſentit, vt d.l ff.de fer. & hæc ſunt vera ſecundum eund. Alex. *in d.l.1.* quando iudex, qui contra contumaciam proceſſit mero iure, nõ erat iudex competens: ſecus ſi mero iure iudex erat competens, licet reus citatus poſſet ex aliquo priuilegio ſibi competente eludere iuriſdictionẽ illius. Contrarium tenet dominus Auctor ſupra *in verb. quomodo formatur per viã inquiſitionis.n.98.* & vide quæ dixi *in prax.mea cauſ. crimin.*
3 *in verbo banniatur,n.51.* Pet.Foll.V.I.D.† SECVNDO Exceptio RESPICIENS PERSONAM LITIGANTIS, dicitur omnis exceptio legitimationis perſonæ, vt ſi compareat pupillus ſine tutore, vel minor ſine curatore, vt *C.qui leg.perſ.hab.ſtã.in iud.* vt filiusfam.ſine conſenſu patris, iuxta *l ſi in princ. verſic. neceſſitate. C.de bon.quæ.li.* & ibi Bar. & Bal. vel procurator ſine mandato, *l.prætor.2.§.defendi, & ibi Bar.ff. ex quibus cauſ. in poſſ.eat.* vel ſi comparet aliquis ſubſtitutus à procuratore non habente poteſtatem ſubſtituendi, maxime ante lit. conteſtat. iuxta text. *in c. non indiſcrete 1. de procur. lib. 6.* & habetur *in l. quod quis. 8. C de procur.* vel ſi comparet procurator cum mandato dubio; quo caſu tenetur ſatiſdare de rato; *l. cautio. 1. & ibi Bart. & Doct. C. de procur.* EODEM
4 MODO, † ſi comparet aliquis vt tutor, poteſt ſibi opponi, vt doceat de ſolennibus, de quibus habetur per *l. legitimos.5 ff. de legit.tut.* & hoc eſt hodie in Regno prouiſum per ritum magnæ curiæ, *in num. 213.* qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia, quod cũ aliquis, &c.* hæc licet exceptio de ſolennib. poſsit opponi etiam poſt datum terminum ad probandum, & ſic poſt litem cõteſtatam, vt habetur in dicto ritu. Et hoc generaliter extendi ad omnes comparentes in iudicio, vt tales; quia ante omnia debent probare ſe eſſe tales parte opponente, *l. non ignorat 9. C qui accuſ non poſſ.* Et ſimiliter quando petitur aliqua ſatiſdatio iudicialis de his, quas poſui ſupra in præcedenti membro, dicitur exceptio dilatoria reſpiciens perſonam litigantis: illa enim ante omnia diſcutiuntur in iudiciis; quia etiam in ſummariis ante omnia diſcuti debet de legitimatione perſonarum, & de ea debet plene cognoſci, ſecundum Bal. *in l.fin. colum.11. C. de edict diui Adr. tollend.* & Alex. *in conſil. 52. colum. 1. in 2. volum.* & Iaſ. *in rubr. C qui admit. colum 1. & 2.* Po-
5 teſt † etiam in hoc numero poni exceptio excommunicationis, in qua hodie eſt prouiſum in Regno per ritum magnæ curiæ, *in num.150* incip. *Item quod in quibuſcunque, &c* quo cauetur, quod is, qui eam opponit, debet offerre ſe paratum illam probare incontinenti legitime, alias non auditur. Verum iſta exceptio dicitur anomala: nam poteſt opponi in quacunque parte iudicii: vt eſt tex. *in c. pia conſideratione.1.de except.lib. 6.* per quod ſtatuitur terminus octo dierum ad illam probandam: & ita illud verbum, *in continenti*, poſitum in dicto ritu, omnis bonus iudex deberet interpretari adhærendo iuri cõmuni, prout poteſt, vt non ſtatuat minorem terminum octo dierum ad illam probandam, & hoc in foro Eccleſiaſtico haberet locum ſine dubio, vbi non ſeruantur ritus magnæ curiæ. Et quod iſta dicatur exceptio anomala, tenet Spec. *in tit. de except. § 1.verſ.anomala.* & de materia huius exceptionis excommunicationis, vide plene Felin. *in c.except.12.*
*col.5 & ſeq de except.*† TERTIO, ſunt quædam ex- 6
ceptiones, QVÆ RESPICIVNT CAVSAM, vt eſt exceptio libelli inepti vel obſcuri: vel male agis, quia ante diem agis, & c.l. *in fin. ff. quando dies vſusfruct.leg. ced.* Verum iſta exceptio; *male agis, &c.* poteſt opponi etiam poſt litem conteſtat. & in hoc caſu eſt differentia; quia ſi opponitur ante lit. conteſtat reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii, & induciæ duplicantur: ſed ſi poſt opponatur, reus abſoluitur diffinitiue & induciæ ſimiliter duplicãtur. ita declarat Bal. *in l. exceptionem.19. colum. 1. C. de probat.* Poteſt etiam in hoc numero poni exceptio litis pendentiæ, quæ ſimiliter eſt dilatoria, & debet opponi ante litem conteſt ſecũdum Bal. *in l. peremptorias.2.in fin.C.ſent.reſcind non poſſe. & in l. ſenatus. C.quæ accuſ.non poſſ.* & Felin *in d.c.exceptionem. 12.de except.* De cuius materia vide Socin *in conſil.38. in 1.*
*volum.* Quid † autem de exceptione INTENTIO- 7
NIS & FACTI, vt quando aliquis ſine actione experitur? Dic, quod habet vim dilatoriæ, & impedit litem conteſtari, & debet opponi ante litem conteſtatam, ſecundum Bar *in l.mater decedens.19.ff de inoff. teſtam.* & Bart. *in l. Papinianus.8. §. ſi quis impubes. 15.eod.tit.* Verum ſi non fuit oppoſita iſta exceptio, iudex ex officio poteſt in quacunque parte iudicii repellere agentem ſine actione, vt eſt gl. & ibi communiter Dd. *in l. vbi pactum.40 C. de tranſ.* & glo. *in l. 2 §. quod ſi actor. in verſic. rei. C. de iur calum.* per quam ita tenet Paul. de Caſt. *conſ.250.col.1.in 2 volum.* & ad prædicta eſt text. *in l. ſi pupilli 6.§.videamus. 2. & ibi*
*Bart. & Doct.ff. de negot geſt.* ISTÆ † autem exce- 8
ptiones OMNES dilatoriæ debent regulariter opponi ante lit conteſt. vt ſupra dixi, vt not.gl. & Bal. & Dd. *in l.exceptionem.19.C.de procur.* & tex. *in l Pomponius 40.§.ratihabitionis.ff. de procu. & l ita demum 13. & ibi per ſcribentes, C. de procur.* Fallit PRIMO hæc regula, † quando exceptio ſuperueniſſet poſt litem
conteſtatam; quia in quacunq; parte iudicii ſuper- 9
uenit exceptio, opponi poteſt, vt not. Alex & Doct. *in l.ſi mulier.19.ff.ſolut.matr.* & Paul. de Caſtr. *in l fin. C. de except.* & gloſſ. & Bart. *in l. commune.2. C. de conſ. et uſ. litis.* quod tamen intellige, quando ex facto aduerſarii ſuperuenit poſt lit. conteſt it. ſecus ſi ex facto ipſius opponẽtis ſine facto aduerſarii: quia opponi tunc non poteſt, ſecundum Bar. *in l. excuſantur 2 §.numerum.8 ff. de excu.tut.* & Mod. *in l.ſi mulier 19.*

10 *ſolu.matr.* Secundo limita,† niſi eſſet exceptio dilatoria, quæ reddit proceſſum retro nullum; quia tunc opponi poteſt etiam poſt litem conteſtatam. *l licet. 24 & ibi Bartol. & Doct. C de procur* & Salic. *in l. quod quis. 8. C eod titu.* & Bald. *in l. quamuis 1. C. de iuris & fact. ignor.* & Felin. *in d. c. exceptionem. 12. colum. 9. verſicul fallit octauo, &c. de except.* Reliquas vero fallentias, per quas exceptio dilatoria opponitur poſt lit. conteſtat. vide pleniſſime per Felin. *d. c exceptionem 12. de except.* & per Alexand. & Mod.
11 *in d. l. ita demum. 3. C. de proc.* Si autem † exceptio dilatoria, quæ debet ante litem conteſtat. opponi, fuerit oppoſita poſt, punietur aduocatus opponens ad vnam libram auri, text. eſt *in l. penult. C. de exc.* & tenet Paul. de Caſtr. *in conſilio 270. colum. 1.*
12 *in 1. volum.* Exceptiones † vero peremptoriæ dicuntur illæ, quæ in totum perimunt ius agentis, prout eſt exceptio ſolutionis, iuriſiurandi, pacti, ſatiſdationis, & rei iudicatæ, & ſic de aliis ſimilibus, & iſtæ poſſunt opponi quandocunque tam ante litem conteſtat. quam poſt, vſque ad concluſionem in cauſa, *l. peremptorias. & ibi Bald. C. ſent. reſcind. non poſſ.* quarum exceptionum tres dicuntur eſſe litis finitæ, quæ impediunt litis ingreſſum, prout exceptio iuriſiurandi, tranſactionis, & rei iudicatæ: & ideo appellantur litis finitæ: quia ſunt inductæ, vt ſit litium finis, vt declarant Dd. communiter *in l. fratris. 10. C. de tranſ.* De exceptione iuriſiurandi probatur *in l. maximum 1. ff. de iureiurand.* De exceptione rei iudicatæ probatur *in l. res iudicata. 1. ff. de re iud.* Adde & quartam exceptionem litis finitæ, ſcilicet, præſcriptionis, vt probatur *in l. fin & ibi Bart. ff. pro ſuo.* & habetur *in l. emptor. 9. C. de praſcr. long. temp.* & tenet expreſſe Bartol. *in d. l fratris. 10. C. de tranſact.*

[Exceptio præſcriptionis, an, & quando impediat litis ingreſſum, vide apud Alexand. Trentacinqu. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de except. reſolut. 3.*]

Poteris addere ſex alias exceptiones, quas cumulat Bald. *in l. poſtquam liti. 4. colum. 2. C. de pact.*
13 vbi vide. Iſtæ autem † exceptiones litis finitæ habent duplicem opponendi modum: quia ſunt declinatoriæ & peremptoriæ, & ideo quandoque opponuntur in vim declinatoriæ, vt eſt, quando opponuntur ante litem conteſtat. quo caſu impediunt litis ingreſſum, & iudicii proceſſum, & ideo declinatoriæ dicuntur: quia iudicium declinant. Quandoque vero opponuntur in vim peremptoriæ, prout eſt, quando opponuntur poſt litem conteſt. nam tunc non cenſeatur oppoſitæ ad merita cauſæ, vt perimant ius agentis, & de hoc iudex cognoſcit in diffinitiua ſententia: vt declarat. Bald. *in d. l. poſtquam liti. 4. C de pact. colum. 2. & in d. l. exceptionem. in fin. C. de probat.* & Bald & Alexand. & communiter Doct. *in l. nam poſteaquam. 9 in princ. ff. de iureiur. & in l. eleganter. 23. §. ſi quis poſt tranſ. 3. ff. de cond. indeb.* & prædictis adde Bald *in l. diffamari 5. colum. 2. verſic modo hic quære vnum, &c. C. de ing. manu.* & Bart. *in d. l. fin. ff. pro ſuo.* Verum iſtæ exceptiones † peremptoriæ quandoque requirunt altio- 14
rem indaginem, quas declarat Bartol *in l. ſi ſe. 4. §. condemnatum. 6 & ibi etiam Alexand. in fi. colum. ff. de re iud.* quo caſu ſi opponantur ante litem conteſtat. non impediunt proceſſum, ſed iudex debet eas reſeruare ad merita cauſæ, & procedere ad vlteriora, text. eſt, & ibi Bartol. *in d. l. nam poſteaquam. 9. de iureiur.* & ibi etiam Bald. & communiter Dd. *in l. ſi quis. 11. C. depoſit.* & Bart. Alexand. & Dd. *in l. ille à quo. 13. § ſi de teſtamento 2. ff. ad Treb* & Canoniſt. *in c. cum contingat. 36. de off. deleg.* & Bart. *in l. ſi is à quo. 3. ff. vt in poſſ. leg.* & Bart. *in d. l. fin. ff pro ſuo.* & habetur. *in decis. 3. conſil. Neapol.* quæ loquitur de exceptione præſcriptionis, de qua etiam Bald *in l. per hanc. 4. colum. 2. C. de tempor. appellat* † Quid au- 15
tem operatur iſta reſeruatio exceptionum ad merita? Dic, quod ſi in proceſſu iudicii apparebit iſtas exceptiones eſſe veras, & militare, quidquid ante factum eſt, non valebit. & omnia acta habebuntur pro non factis, ita dicit Bart. *in d. l. ille à quo 13. ſi de teſtamento. 2. ff ad Trebellian.* Dicuntur † autem 16
requirere altiorem indaginem, quando non ſunt liquidæ, nec de facili poſſunt liquidari, ſecundum Baldum & Moder. *in l. nam poſteaquam. 9. de iureiur.* & per Bartolum, & Alexand *in d. l 4. §. condemnatum. 6 ff. de re iudic.* Vnde ſi opponens offert ſe paratum incontinenti probare exceptionem, vt quia habet inſtrumentum, vel alias probationes paratas; tunc impedit litis conteſt. & non reſeruatur, ſecundum Bartol. *in d. l ille à quo. 13. §. ſi de teſtamento. 2. ad Trebel* & Abb. *in d. c. cum contingat. colum. fin. de off. del.* & eſt deciſum *in decis. 63 conſil Neapol.* Hodie tamen in Regno eſt facta prouiſio circa iſtas exceptiones, vt ſi quis opponat eas ante litem conteſtat. debeat illas liquidare & probare intra 5. dies, alias cenſetur reſeruare ad merita cauſæ, vt eſt deciſum per regiam pragm. quæ incipit: *comparente.* & ſic illud verbum, *in continenti,* quod eſt de iure communi, eſt hodie in Regno declaratum per quinque dies. Eſt etiam & alia noua prouiſio per aliam pragm. quæ incipit: *quicunque.* qua cauetur, quod opponens aliquam ex prædictis exceptionibus, ſi illam non probat ſaltem ſemiplene, puniatur pro qualibet vice ad 10. tarenos. Iſtud autem, † quod 17
dicitur, quod exceptiones peremptoriæ poſſunt opponi vſque ad ſententiam, eſt de iure communi, ſed per regni conſtitutionem, quæ incipit: *lite legitima, &c.* debent opponi intra biduum poſt litem conteſt. & eſt correcta in regno illa

illa *l. peremptorias C. ſent. reſcin. non poſ. vt d. gloſſ. in d. conſt.* Tamen communiter hodie in communi ſtylo curiarum non ſeruatur illa conſtitut. quantum ad hoc, ſed potius ſeruatur contrarium: ſcilicet illud, quod dictat ius commune, quod eſt æquius: & ſic iſtæ exceptiones peremptoriæ opponuntur vſque ad conclusionem: & ſimiliter inſtrumenta, iura, & aliæ cautelæ produci poſſunt vſque ad concluſionem, ſecundum formam *c. cum dilectus. 9. de fid. inſtr.* & hoc poteſt colligi ex regia pragm. quæ incipit; *curſu dilationum.* quæ concedit vltimo loco poſt repulſum terminum ad producendum iura, cautelas, & ſcripturas, & per dictam pragm. tanquam nouiſſimam videtur alterata diſpoſitio *d. conſt.* & ita ſeruatur. SVNT etiam † quædam exceptiones, QVÆ poſſunt opponi etiam POST SENTENTIAM: & ſunt illæ,
18 quæ non in totum eneruant ſententiam, ſed illam modificant: prout eſt exceptio, ne quis conueniatur & exigatur, niſi inquantum facere poteſt. Item, exceptio inuentarii facti in hæreditate, vt not. Bartol. *in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor* & Bartol. Alexand. & Dd. *in l. ex diuerſo. 17. §. fin. ff. ſol. matr.* & Bald. *in l. exceptionem. 19. colum pen. verſic. ſunt quædam, &c. deprobat.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 166. colum 3. verſic. ſed ſi quæritur, in 2. volum.* Sunt etiam multi alii caſus, in quibus peremptoria exceptio poteſt opponi, etiam poſt ſententiam, quos numerat gloſſ. & ibi etiam Bald. *l. 1. C. de iur. & fact. ign.*

[Exceptiones peremptoriæ, an, & quando poſt latam ſententiam opponi poſſint, & quænam exceptiones poſt ſententiam, ad impediendam executionem opponi poſſint, & à quibus, plene, & luculenter tractat Alexand. Trentacinqu. *in vtiliſ. ſuis reſolut. pract. libr. 2. titul. de except. reſolut.* :-]

VLTIMO in hac materia eſt ſciendum, quod in Regno habemus vnam exceptionem, quæ appellatur † HOSTICA, & habet locum, quando aliquis
19 eſt ſubmonitus ex parte regis, vt vadat in exercitum regis ad pugnandum contra hoſtes: nam ſi contingit interim hunc ab aliquo conueniri vel citari, ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali, habet ſpatium 15. dierum, antequam vadat ad exercitum: & 1. poſt reuerſionem: & totum illud tempus, quo ſtat in exercitu, & infra hoc tempus ſuperſedetur in cauſa, & non proceditur contra eum, nec poteſt contumax reputari, ſed ſi aliquis ſponte acceſſit ad exercitum ſine vocatione, habet ſolum illud tempus, quo ſtat in exercitu, & non illos 15. dies. Vnde ſi interim citatur, poteſt quilibet ſuus conſanguineus comparere & allegare qualiter citatus degit in exercitu Regis pro expeditione militiæ: & opponere poteſt exceptionem hoſticam, & probato hoc gaudebit induciis prædictis: de hoc eſt conſt. Regni, quæ incipit. *hoſtici*, & ibi Andr. de Iſern. & Mod. Cæterea in materia exceptionis dic, vt per Specul. *intit. de except. per totum.* & per Angel Aret. *Inſt. de except. per totum*, & per Abb. & Felin. *extr. de except. per totum.* Hæc ſolum pauca volui attingere pro colligendis aliquibus floribus magis quotidianis in practica: præſertim ad introductionem iuuenum. Sequitur decimum & vltimum membrum huius primæ partis, ſcilicet Litis conteſtatio: *Robert. Marant. V. I D.*

*De exceptionibus oppoſitis in curia Mercatorum.*

ADDITIO Poſteaquam in materiam exceptionum incidimus, non extra rem videbitur & hic addere tertiam partem meæ praxis nundinariæ (vt alias pollicitus ſum) in qua de admittendis vel repellendis exceptionibus in curia mercatorum habebitis. Quare ſciendum eſt, † quod regulariter exceptionum materia producitur ex 20
æquitate ſcripta, & ipſa æquitas eſt materia habilis ad producendum exceptionem, & cum in ipſa æquitate fundetur, *l. qui æquitate. 12. ff. de dol. except.* adeo, quod quoties æquitas non dictat, non datur exceptio, *d. l. æquitate.* & concludunt omnes Canoniſtæ *in rubr. extr. de except.* & Angel. Aret. *eod. tit. in rub. numer. 10.* & vt exemplis prædicta intelligas, percipito exemplum horum: (amantiſſime Lector) finge enim, quod quis dolo me induxerit per ſtipulationem ad aliquid promittendum, certe de iure ciuili remaneo obligatus, & contra me oritur actio: ſed conſiderans Prætor ſatis iniuſtum & abſurdum fore quem reportare lucrum ex ſuo dolo cum iactura aliena, naturali æquitate motus, doli exceptionem introducit, vt dicit text. *in l. quo lucidius. 1. §. ideo autem 1. ff. de dol. except.* Ita quod ſi agit ille contra me, licet de iuris rigore ſim obligatus, potero tamen exceptionem doli obiicere, & ero tutus, & ſic iſta exceptio fundatur ſuper æquitate, & hæc opponitur inter mercatores, intelligendo tamen, vt procedat de ea exceptione doli; quæ non ſuccedit in locum non numeratæ pecuniæ exceptionis; quia illa inter mercatores non opponitur, vt infra dicetur. Sed intelligas de aliis ſpeciebus exceptionis doli (vt de illa, quæ oritur tempore contractus; quia dolo me induxiſti ad contrahendum, & de illa, quæ ſuccedit in locum pacti & iuriſiurandi: & de illa, quæ ſuccedit in locum facti, ſiue intentionis) quas exceptionum ſpecies late declarat Angel. Aret. *in § 1. Inſt. de except. num. 7.* Et † poſtquam in 21
exceptionis doli materiam incidimus, QVOT MODIS DOLVS COMMITTATVR videamus, vt ſciamus, quando dicta exceptio ſibi locum vendicat, & quando non: in quo annotandum reperio, quod

 multis

multis committitur. ALIQVANDO ante contra-
ctum (vt quando dolus ipſe dedit cauſam contra-
ctui) vt *l.1.ff.de dol.except.& l dolo.5 C de inut. ſtipul.*
ALIQVANDO committitur dolus tunc temporis,
quo res promiſſa & in ſtipulationem deducta peti-
tur, licet antea nullus dolus fuerit commiſſus (verbi
gratia, ſi aliquis agit in iudicio contra aliquem tu-
tum exceptione, qui ſcit ſibi competere exceptio-
nem, vel agit contra æquitatem, ex qua conuen-
tus erat tutus) nam licet à principio tempore cele-
brati contractus non dicatur dolum fuiſſe commiſ-
ſum; quia nullus dolus, nullaque machinatio inter-
uenit; tamen dicendum eſt, quod cũ agit in iudicio,
& litem ſuper dicta petitione conteſtatur, dolo ma-
lo facere videtur, ex eo; quia perſeuerat petere ex
dicto contractu inutili: vt eſt tex. *in d. l. quo lucidius.*
1. (alias *palam.2.*) § *circa 3. ff. de dol. except & l. qui æ-
quitate.12.eod.tit.* ex quo annotandum eſt, quod quo-
ties quis eſt tutus aliqua exceptione, vt pacti de nõ
petendo, vel alia æquitate; & tamen aduerſarius
ſciens dictum exceptionem, ſeu æquitatem illi cõ-
petere, contra eum agit in iudicio, & deducit ius
ſuum, & oritur exceptio doli ſtatim quam primum
actor fuerit ſuper ſua petitione litem conteſtatus,
& non prius; quia petendo ꝙ poterat tolli exceptio-
ne, videtur in dolo verſatus: & hoc verũ eſt (vt dixi)
in eo, qui agit, & ſcit vel ſcire debet reum, quem
cõuenit, eſſe tutum exceptione: (vt ſupra dixi) ſecus
eſt in eo, qui ignorat (vt hæres) qui eſt in ignorantia
probabili, *l. qui in alterius. 42. ff. de regul. iur.* quia ſi
non ſcit, vel ſcire non debet, non præſumitur in do-
lo verſari. & per conſequens non obſtat exceptio.
ALIQVANDO dicitur dolus committi poſt contra-
ctum (vt ſi opera creditoris debitor perdat pecu-
niam, quam ſoluturus erat) *l. ſi opera. 6. ff. de dol. ex-
cept. & l. viro atque vxore. 39. cum ibi not. ff. ſolut. matr.*
22 Illud etiam in mediũ afferendum † eſſe non modi-
cæ vtilitatis eſt, CONTRA QVEM talis exceptio
INTENTARI POSSIT: & in hoc ſciendum eſt,
quod exceptio doli ex parte eius, cui opponitur, eſt
perſonalis, in tantum, quod opponitur cõtra dolo-
ſum, & non contra alium *l. palam.2 § ſequitur. 1. ff. de
dol. except.* & iſtud eſt verum, quod opponi poſſit cõ-
tra quemcunq; committentem, & agit, ſiue ſit ma-
ior, ſiue pubes, ſiue pupillus doli capax, vt *l apud Cel-
ſum. 4. §. de dolo. 22. ff. de dol. except.* & ſiue ſit maſculus,
ſiue fœmina, vt *d. l. apud Celſũ 4. §. ſed & ſi mulier 21.*
ſed aduertendum eſt, ꝙ aliquando contra agentem
non ſolum põt excipi de dolo ſuo, ſed etiam de do-
lo alieno; & tunc reus in ſuis exceptionib. debet de-
ducere & ſpecificare, & probare dolũ ipſius, ex cu-
ius dolo ille, qui agit, tenetur (vt puta dolus defũcti
nocet hæredi) ꝙ intelligas, vt plene declarat Ang.
Aret. *in § ſed iſtæ, in verſ. quæro ad extra Inſtit. de act.* &
habetur *in d. l. Pompon. 13. §. cum quis 1 ff de acq poſſ.* Ex
23 parte autem † eius, qui opponit, exceptio doli eſt in
rem: vt eſt tex. *in l. palam. 2. §. plane. 2 ff. de dol. except.*
& ideo ad quemcunq; tranſit res, ſuper qua cõmiſ-
ſus eſt dolus, tranſit exceptio (vt puta, ſi quis con-
uenitur à fure, raptore, vel alias dolum committen-
te in re, quæ petitur) ex eo; quia poſſidet cõuentus,
poteſt excipere doli exceptione, ita quod non quæ-
ritur, aduerſus quem ſit commiſſum dolus, ſed an ſit
commiſſus dolus in ea re, quæ petitur, *arg. l. res alie-
nas 28. ſi. cum ibi not. C. de rei ven.* ſed iis conſequẽs eſt
dubitare, † an ſingularis ſucceſſor ſi agit, poſſit re- 24
pelli per except. doli, & ſic an dolus auctoris noceat
ſingulari ſucceſſori? regula eſt negatiua, quod regu-
lariter dolus ſui auctoris non nocet ſibi, vt eſt tex. *in
l. apud Celſũ 4 §. de auctoris. 27 ff. de dol. exc.* Fallit hæc
regula in pluribus caſibus. P. imo, ſi ſucceſſor ſingu-
laris vult vti acceſsione ſui auctoris, vt *d. §. de aucto-
ris.* Secundo fallit, ſi non vult vti d. exceptione; tamẽ
habet cauſam lucratiuam, vel quaſi, vt *d. §. de auct.*
Tertio fallit, quando de ſuo dolo conuenitur, vel
parti excipitur, vt ibid. Quarto fallit, vbicunque res
reuerſura eſt in continenti ad auctorem doloſum, vt
ibid. Quinto fallit, vbi exceptio cohæret rei vt ibid.
Sexto fallit, vbicunq; dolus commiſſus eſt in actio-
nis acquiſitione: nã cuicunque ſucceſſori vtenti ob-
ſtat exceptio, vt *d. l. apud Celſum. 4. § ſi quis. 29. & §. ſi
de auctoris. 27 & §. in hoc 17.* Aduertendum tamen eſt
ad id, quod dictum eſt ſupra *in 2. fallent.* quod dolus
auctoris nocet ſingulari ſucceſſori habenti cauſam
lucratiuam, quod eſt intelligendum ſi agat: quia
contra eum poteſt opponi exceptio de dolo aucto-
ris; ſecus autem ſi ſe defendat, vt eſt gl. not. *in l. apud
Celſum. §. ſi quis autem ex cauſa legati 28* & not. Ang. *in
l. pure 5 §. ſi eum. 5 eod. tit.* aduertit Ang. Aret. *in §. 1.
Inſt. de except. n. 10 verſic. aduertas tamen* & eſt tex. *in l.
ſicut æquum. 39. ff de act. empt.* & ibi late Doct. ſcrib. *in
l. vitia. 11. C. de acquir poſſ.* vbi Bal. & Sal. & alii optime
declarant. † Sed finge fore adhibitum dolum in ali- 25
quo contractu celebrato inter aliquos, demum ce-
lebratur alius contractus ad confirmationem primi
contractus, & in iſto ſecundo contractu nullus do-
lus fuit adhibitus: modo actor agit ex ſecundo con-
tractu, an opponi poſsit exceptio doli ex primo con-
tractu? Paul. de Caſtr. *in conſil. 162. viſis & ponderatis
omnibus. col. 1. lib. 2.* dicit, quod poteſt excipi de do-
lo, quia dolus commiſſus in primo contractu, cen-
ſetur repetitus in ſecundo tendente ad eius confir-
mationem, & ſequitur conſulendo Aymon Crauet.
*in conſil 142. numer. 13* ſed nunquid † dolus vnius ex 26
ſociis noceat alteri ſocio? Dicas, quod ſic, vt per
Bartol. poſt Flor. *in l. ſi de communi. 19. ff. ſi ſer. vend.* li-
cet ſocius contra ſocium habeat regreſſum, vt ibi.
Sed † an exceptioni doli poſſit renunciari Specul. 27
*in tit. de renunc. & conſ. in verſic. Item exceptio doli,
numer. 25.* tenet, quod exceptioni doli de præte-
rito renunciari poteſt, ſed dolo de futuro neu-
tiquam poteſt renunciari, *l. ſi vnus. 27. § illud nul-
la. 3. & ibi Bartol. ff. de pact.* & Doct. maxime Bart.
*in l. Aurelio. 20. §. Gaius. 1. ff. de lib. leg. & in l. ſi quis*

cum

*cum aliter.30.ff.de verborum obligat. & in l. tres fratres 35.de pact. & in l. quidam decedens.* (alias, *ita autem.s. in* §. *Iulianus libro vigeſimoprimo 7.*) *ff.de admin.tut.*

[Exceptionis doli renunciatio, vt ſubſiſtat, quæ requirantur, & an generalis renunciatio ſufficiat, & an ad dolum futurum extendatur, late proſequitur, tam quoad vltimas voluntates, quam contractus, & egregie reſoluit Alexan. Trentacinqu. *lib.1. pract. reſolut.tit.de dolo reſolut.1.* vbi etiam *reſolut.2.* tradit, quomodo dolus probandus ſit ]

28 Sed finge † inter viuos fieri liberationem, & quietationem generaliſſimam, nunquid dolus cenſeatur remiſſus? vide ad plenum per Bart. & Soc. *in conſil.169 incip inpræſenti. verſic. ex quibus inferendo ad propoſitũ. & in conſil 190 in incip nemini verb.poſtremo. cum verſ ſequent. in 2 part. & infra dicam.* NEC ABSIMILEM † prædictis putes EXCEPTIONEM

29 SIMVLATIONIS, idcirco, vt aliqua de ea dicamus, illud primo ſciendum eſt, quod TRIPLEX ſimulationis SPECIES reperitur, ſecundum Baldum *in l cumprecibus.18. C de probat.* & Bart. *in conſil.incip. Petrus Nicola.* PRIMO ſiquidem MODO contrahitur ſimulatio, cum in veritate agitur, quod vnus contractus celebretur; tamen alius celebrari ſimulatur, *C. plus val. quod agitur per tot & de cont.empt & vend.l.emptiſ les 9.* vt puta in veritate volumus contrahere, & facere contractum pignoris, verum quia creditor dubitat ne cogatur computare fructus in ſortem principalem, iuxta *l.1.& 2 C.de pign act.* ſimulat contractum emptionis, & licet tali caſu non valet contractus ſimulationis, videlicet emptionis, remanet talis validus contractus pignoris, *l emptione 3. C.plus vale. quod agi. & in l illo vos 4. de pign.* & ſic plus valet, quod in veritate agitur, quam quod ſimulate concipitur, vt *in tot.tit plus val quod agit.* & in iſta prima ſpecie ſimulationis excipiens debet aduertere, vt particulariter deducat, & probet, qualiter fuit conuentum inter partes, quod in veritate eſſet pignus, licet fingeretur emptio & venditio. Item, quod incontinenti partes ipſæ celebrauerunt contractum venditionis ſimulatum: nam ſi decurriſſet interuallum temporis, poſſet dici, quod à prima conuentione fuit receſſum, & per conſequens in veritate non intendebant facere pignus, imo veram venditionem (vt dictat inſtrumentum) *argumen l. cum in plures. 60.* §. *locator horrei.6 ff loca.* & ibi Bart. & Bald. & Sal. & Bar. *in l. non ſolum.8.* §. *morte.6 verſ plene ff de no oper.nun.* & Iac. Butr. Bald. & Salic. & Ang. *in l.pacta nouiſſima.12. C. de pact.* & hæc ſpecies ſimulationis opponi poteſt etiam inter mercatores; quia æquitatem ſapit, *l.1.ff. de dol. mal. & ment. except.* SECVNDO MODO dicitur contractus ſimulatus, & fit, quando in veritate celebratur contractus, & modico tempore debet durare (quia forte debet fieri retrouenditio ſtatim) vt *l.ſi qui.4* §. *ſi ab ignoto.2. ff.de manumiſſ.* intelligendo ſi expreſſe per pactum ita ſit promiſſum, & iſtæ contractus ex ſui apparentia non præſumitur ſimulatus, imo eſt permiſſus, & valet in forma ſpecifica, vt eſt text. *in l.ſi fundum.2. C. de pac. inter empt. & vend. & ibi not.* niſi alia coniectura concurreret, quam quod infra certum tempus teneatur retrouendere (puta, quia interuenit paruitas pretii, reſpectu valoris rei; iuxta gloſſ. not. *in l.1. in princ. ff. de ſuperfic.* & quod venditor indigeret pecunia, & pecunia peteretur mutuo, & pactum de retrouendendo, quo ad certum tempus tantum, & elapſo termino, quod non poſſet retro emere, & quod non poſſit retroemi antequam tranſeat certum tempus) Ex iis enim omnibus præſumitur contractus ſimulatus, & magis præſumitur celebratus, vt creditor interim durante illo tempore lucretur fructus, & ſic potius ſit pignus, quam vera venditio. Sin autem non conſtaret de originali mutui petitione; tunc ex tali pacto de retrouendendo non iudicatur contractus ſimulatus, etiam ſi ibi eſſet paruitas pretii, reſpectu rei venditæ, & quod ſit factus cum vſuratio, ſecundum Dd. *in c. ad noſtram. 5. de empt. & vendit. & in l.emptione 3. C. plus val.quod ag.* TERTIO, † dicitur contractus ſimulatus & imaginarius, quando apparenter fit contractus, in mente autem fit, & agitur, quod nihil fiat inter partes, & per hoc loquitur *l.nuda. 55.ff. de contrah.empt. & l.imaginaria.16 ff de R I.* & omnibus iſtis modis habet locum dicta exceptio inter mercatores. Sed illud non videtur reticendum, † quomodo poteſt allegari ſimulatio contractus, cum eam allegando quis alleget turpitudinem ſuam? quo caſu non eſt audiendus Bart. *in l.iuſiurandum quod ex conuentione 17* §. *fin ff. de iureiur.* dicit, quod debet quis agere rei vendicatione ad rem, ſuper qua fuit ſimulatio commiſſa, & ſi opponatur, quod ei fuit res vendita, replicari poteſt, quod venditio fuit ſimulata, & imaginaria: tũc licet allegem turpitudinem meam, ſum audiendus, quia non allego eam ad fundandum intentionem meam, ſed allego eam ad coadiuuandum intenſionem meam. Item ego allego eam contra eum, qui fraudem participauit. Item ego, qui allego, tracto de damno vitando, ille vero de lucro igitur, ſum audiendus, *l.apud Celſum 4.* §. *Marcellus 13. ff. de dolo except.* non autem ſecundum eum poſſum petere reſcindi dictam venditionem allegãdo fraudem vel ſimulationem, quæ principaliter fieret ad fundandam intentionem meam, & allegarem ex conſequenti turpitudinem meam, & iſtam doctrinam Bart ſequitur Ang. Aret. *in* §. *1. inſtit de exc.* de cuius veritate vide do. Vital. de Camb. *in tract. clauſ. in clauſu. rei non ſic geſtæ in tit. quis poſſit dicere. ſeu allegare contractum ſimulatum. ff.388* & Bald. *in l. cum profitearis.4. C de reuoc do at.* vbi dicit, quod aut contractus eſt verus, tamẽ fraudulentus, & iſto caſu verum eſt id, quod dicitur, quod non auditur quis, allegando eius turpitudinem: au contractus eſt ſimulatus. in fraudem factus; & tunc bene poteſt agi de ſimulatio-

30 (margin, at "TERTIO")

31 (margin, at "quomodo")

Nn 3

lation, & licet appareat de fraude, non tamen repellitur ab agendo: & hoc inducit ad quæſtionem de quodam mercatore, qui cogitans de fugiendo, & fraudando ſuos creditores, in eorum fraudem donauit, vel alienauit bona ſua, poſtea non fugit, vult vendicare ipſe donans, vel reconducere res donatas, ſiue alienatas, eo prætextu, quod donauit, vel alienauit in fraudem cred. aliter non facturus, nunquid poſſit? & dicit, quod ſic, per iſtam ſuam rationem, quam ſupra proxime retuli, ſed Bart. *in l. poſt contractum. 15. ff de donat. & in d. l. iuſiurandum. 17. §. fin. de iureiur.* plenius tetigit hunc articulum: & finaliter teneas, quod ne dum ipſe principalis, ſed eius hæres poteſt allegare contractum ſimulatum, licet non poſſit dicere & allegare fore pactum in fraudem, vel deceptionem fiſci, vel alterius priuatæ perſonæ, *l. quamuis, & l. cum propria. C. ſi quis alt. vel ſib.* & Doct. vbi ſupra. Tempus † enim imminere videtur

32 vt quæramus, QVOMODO PROPONATVR exceptio ſimulationis contractus? In quo reperio, exceptionē ſimulationis multipliciter capi, & ex hoc debet excipiens dicere, qua ſpecie ſimulationis ſit ſimulatus, non intentione incerta, (vt aduerſarius reddatur certus & nulla alia facta declaratione, ille, contra quem dicitur ſimulatus, debet obtinere, *l. 1. in princ. ff. de eden & l idem Pomp. ſcribit, ſi frumentum 5. in fine ff. de rei vendic.* quæ licet loquantur in agente, habent tamen locum in excipiente, *l. 1. § Labeo 16. ff. de fium. Ne quid in fium. publ. & ff. delegat. 1. l. Titia textores. 36. in princip* debet ergo dici, & declarari ſpecies ſimulationis, & etiam cauſat reparationem contractus ſic factus, ſecundum Bald. *in l ab Anaſtaſio 23. C. mandati. & in l cum precibus. C. de prob.* Sed † finge debitum ex vna cauſa, aliquem confite-

33 ri debere ex alia cauſa, nunquid ſimulationis exceptio oriatur? Bald *in l ſi ex precio. 6. C. ſi cert. petat.* dicit, quod non oritur exceptio ſimulationis; quia dicitur tunc competere exceptio ſimulationis, quando promiſſio eſt facta ſimulate, ob cauſam non veram vel non iuſtam, ſed hic obligationis ſubſtantia non deficit, vt dicit text. *in d. l. ſi ex precio. 6.* & debitum ex vna cauſa, poteſt in debitum ex alia cauſa conuerti, vt ibi declarat Bart. & hactenus de hac exceptione ſimulationis.

[De triplici ſimulationis ſpecie, & exceptione ſimulationis, quod poſt concluſ. in cauſa proponi, & an ei renunciari poſſit. Item an iuramentum ſuper contractu ſimulatio interpoſitum ſit nullum, aliaq; multa vtilia ad hanc materiam pertinentia, plene tractat Alexand. Trentacinq. *libr. 1. pract. reſolut. tit. de ſimulatione reſolut. 1.* quem omnino vide.]

Sequitur, † vt non incongrue videamus de ME-

34 TVS EXCEPTIONE, quæ & ipſa fundatur ſuper æquitate, vt eſt text. *in l. ait prætor. 1 ff. quod met. cau.* & eſt in rem, non in perſonam, *l. ite n ſi cum exceptione. 14. §. in hac 3. cum ibi not. ff. quod met. cauſ.* & eſt text. *in l. apud Celſum. 4. §. pen. ff de doli mali. exc.* & ſic quando proponitur iſta exceptio, non eſt opus dicere, & allegare perſonam metum inferentem, vel etiam perſonam cui metus fuerit adhibitus, vt *in d § penu.* ſed ſufficit allegare metum fuiſſe adhibitum, & ſic impſonaliter in tali re, vt talis res promitteretur, & quia ſapit, vt dixi, hæc exceptio æquitatem, inter mercatores poteſt opponi, cum & id quod metus cauſa geſtum eſt, ratum haberi non debere, non tam fuit verbum hominis, quam verbum Dei: vt dicit magiſter Raim. *in ſua ſum.* prout refert Bal. *in conſ. 133. col. 2. poſt princ. v. l. 3.* pro quo dicit Bald. *in rubr. de con. inueſt. in fin. verb. quæritur vltimo.* quod vox Dei poſuit in ore prætoris edictum, *quod met. cauſ. geſtum eſt*, & multa de exceptione metus, & quomodo probetur, qualiterve purgetur, videas Boer. *in dec. 100. & 101. in 1. part.* vbi plene.

[Metus qualis eſſe debeat, vt contractum reſcindat; & quomodo probetur; Item an purgari poſſit & tertio præiudicet. Quanto item tempore iuri opponendi, ſeu agendi de metu præſcribatur, plene tractat Alex. Trentacinqu. *in vtiliſſimis ſuis pract. reſolutionibus, lib. 1. tit de his, quæ vi metusve cauſ. fiunt. reſolut. 1. & ibid. reſolut. 2.* agit, de act. quod metus cauſa, quæ datur contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem, etiam titulo poſſidentem, & quanto tempore iſti actioni per tertium poſſeſſorem præſcribatur. Item quanto tempore hæc actio duret, contra eum qui metum intulit?]

Subſequenti † ordine videamus, nunquid EXCEPTIO NON NVMERATÆ PECVNIÆ, inter ipſos mercatores opponi valeat, & an inter eos ſeruetur diſpoſitio *leg. ſi ex cautione 3. & l. in contractibus. 14. C. de non numer. pecun.* pro iſtius quæſtionis ſolutione, illud præcipue ſciendum eſt, quod diuerſa tempora à iure ſtatuta reperiuntur ad opponendam dictam exceptionem: nam in contractu mutui, in quo quis in ſcriptis confitetur ſe mutuum habuiſſe, debitor opponit dictam exceptionem intra terminum duorum annorum à tempore, quo confitetur ſe mutuum recepiſſe, & eo caſu oppoſita dicta exceptione infra dictum tempus, nihil probat, ſed creditor habet probare numerationem. & ſi eam non probauerit, confeſſio illa debitoris ſtante dicta exceptione oppoſita nihil operatur: vt eſt text. *Inſtit. de literarum obl. §. 1. & d. l. in contractibus.* Item in aliis contractibus, quam mutui, de quibus apparet ſcriptura, tempus opponendi dictam exceptionem (vt onus probandi numerationem transferatur in creditorem) eſt 30. dierum, vt *in d l in contractib. 14 §. ſuper cæteris. 2.* præterquā in contractu emptionis, & venditionis, in quo non poteſt opponi exceptio pretii non ſoluti, vt *in l. generaliter. 1. C. de non num. pec.* niſi vellet in ſe ſuſcipere onus probandi, ſecundum Bald. *in l. peremptorias C. ſent. reſc. non poſſ. cum concor. ſuis.* Ita præterquam in contractu tranſactionis, vt *in l. ſi tranſactionis. 11. C. de non num. pec.* modo deueniendo ad principalem quæſtionem vide- 35

videtur dicendum, quod poſſit opponi dicta exceptio inter mercatores ex pluribus; & primo, quia exceptio non num.pec. fundatur ratione naturali, & ſuper æquitate, vt dicit gloſſ. *in rubr.C.de non num. pec* ſecundo, quia (vt dixi ſupra) in foro mercatorũ habet locum æquitas canonica, ſed de æquitate canonica, etiam poſt biennium opponitur, ſecundum Ioan.And. in regula iuris, *locupletari, de reg iur.* per regulã *c.quoniam.20.fin. de præſcr.* & ſequitur Ioan. Fab. *in d.l.in contractibus 14.C.de non numer.pec.* & Hoſt. & Ioan. Andr. & Bart. & communiter Doct. *in c. fin de ſolut.* & Fel. latiſſime *in c.ſi cautio.14.de fid.inſtr.17 col. nu 61.* & ita fuit deciſum *in Capell.Thol. dec.418* & ſequitur Bald. *in d.l.ſi ex cautione.3. & in d.l.in contractib. 14. C.de non num.pec.* & etiam elapſo biennio transfertur onus probandi in creditorem, vt dicit Angel. Aret. *in §.idem iuris.2.Inſt. de except.* ſed in contrariũ, quod inter mercatores non habeat locum dicta exceptio, allego gl ſing. *in §.fin.* quæ incipit, *argentariorum in Auth. fidei.iuſſ.* & pro hac etiam opin. allegatur Bald *in l.fruſtra 6.C.de non num.pec.* vbi citat illam gl. ſing ſed pro certo ibi Bald. hoc non dicit, ſed Salic. ibi dicit, quod aut mercator vult opponere exceptionem prædictam ex perſona ſua, & non poteſt, ſed ſi vellet opponere ex perſona eius, pro quo interceſſit; & tunc poteſt opponere; & ita intelligitur id, quod ibi dicit Bald. ſi recte inſpiciatur: & ita tenet Iaſ per prædicta, *in l.qui pecuniam.30.num. 6 ff.ſi certum petat & in l.cum quis.10.num.6. C de iur. & fact. ignor.* licet corrupte loquatur in libro meo idem dicit, & latius Angel. Aretin. *in §.idem iuris 2.Inſtitut. de except.nu.16* intelligendo tamen, quando mercator ſpopondiſſet, ex obligatione debitoris confeſſionata: at ſecus, ſi ſimpliciter, vt debitum ab illo debitore creditori debitor ſpopondiſſet; quia tunc, & debitor, & mercator fidem debiti videntur agnouiſſe, argum. *l.cum fidem. 4.C.de non num.pecun.* forte tamen ſi fas eſſet loqui contra tot veterum iuris interpretes, dicerem prædicta procedere in campſore tantum, vt dicti Doctores in locis proxime allegatis exemplificant; at ſecus in ſimplici mercatore, qui vt plurimum (vt experientia eſt rerum magiſtra) negociatur non præſenti pecunia, ſed in credentiam, cui ſi auferretur facultas excipiendi de nõ numer.pecun. eſſet ſumma iniquitas; & ratio diuerſitatis inter campſorem, & ſimplicem mercatorem poſſet eſſe; quia campſores ſolent præſenti pecunia negociari. Item quia magis eorum fides cenſetur, & eſt approbata, adeo, quod magis quis confiditnudæ promiſſioni, & verbali campſoris, quam mille inſtrumentis alterius perſonæ, hinc eorum ſcripturis plenam fidem adhiberi videmus; vnde non mirum, ſi ex perſona eorum non habeant exceptionem non numeratæ pecuniæ; imo quod plus eſt, etiam campſor habet dictam exceptionem, ſecundum Baldum *in conſil.199 in 2. volum.* vbi ponit quæſtionem, quod ſi campſor Venetianus facit mihi literas cambii directas campſori Neapolitano, vt ſoluat mihi ducatos centum per eum habitos à me: ſi campſor Neapolitanus non vult acceptare literas, & ego habuero recurſum contra campſorem Venetianum ad repetendum debitum, & ille opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, ex illis literis dicit ipſe, quod nõ probatur vera numeratio, ſed tantum confeſſio, *l.ſi ex cautione.3 C.de non num. pecun.* niſi campſor confiteatur numerationem, ſeu ſaltem non diffiteatur, vt *ff ſi cert.pet. l.lecta. 40. & ff de verb.oblig.l.ſi ita ſtipulatus.126 §.Chryſogonus 2 ff. de verbor.oblig.* & per conſequens concludit, opponi poſſe dictam exceptionem, vnde cogita ſuper prædictis in facti contingentia, & reperi nouiſſime Beneue. Strach. *in tract. de merc. in vlt pa.nu 9.fol 276.* tenentem mercatori competere hanc exceptionem, & vltra prædicta vide as Afflict. *in conſt.cauſas. in 4. not.* tenentem, quod etiam in literis cambii habet locũ diſpoſitio *d.l.ex cautione.C.de non num.pecun.* vt opponatur exceptio non numeratæ pecun. licet videatur loqui quo ad ſubſcribentem literis cambii, & ſic non de campſore.

[Prædictam ſententiam; quod videlicet except. non numer.pecun. etiam inter mercatores locum habeat, etiam probat Fachin. *lib 2.controuer iur. cap. 86. in prin.* Plura de hac exceptione in foro quotidie occurrentia, An videlicet etiam locum habeat, ſi quis cum iuramento in chirographo, vel in iudicio, apud acta, vel his verbis, quod non ſpe numerationis, ſed numeratione reuera intercedente, vel in inſtrumento guarentigiato, confeſſus ſit, ſe pecuniam recepiſſe. Item, ſi vltra confeſſionem, etiam pignus dederit. Item ſi extet ſtatutum: quod contra inſtrumenta publica nulla opponi poſſit exceptio: Et quod literæ cambii paratam habeant executionem. Item ſi quis confiteatur, ſe accepiſſe mutuò pecuniam coram teſtibus. An his omnibus, & aliis caſibus, opponi poſſit dicta exceptio; Et an tali exceptioni renunciari poſſit Et in quibus caſibus & contractibus ea locum nõ habeat, Et an, & quando poſt biennium opponi poſſit. Quando item, & intra quod tempus a creditore, qui confeſſus eſt, ſe mutuum à debitore recepiſſe, proponi debeat. Et an minor, qui iurauit ſpe futuræ numerationis, vel qui debitori ſucceſſit, eam poſt bienniũ opponere poſſit, aliaſque vtiliſſimas quæſtiones ad hãc materiam pertinẽtes, vide in practicis Reſol. Alex. Trentacin. *lib.3.tit.de ſolutionibus.reſolut. 20.* & apud Fachin *dict. lib 2 controuerſ iur.cap.81. & ſequentib.*]

Sed illud † etiam pulchrum eſt videre, nunquid EXCEPTIO PERIVRII repellat agentem etiam in foro mercatorum? & dicendum eſt, quod ſic, imo à fortiori; quia vt dixi, in curia mercatorũ agitur de bono, & æquo, & ſeruatur æquitas, modo ſic obſeruare promiſſa eſt iuris naturalis, & æquitatis naturalis, vt eſt tex. *in l. huius edicti.1.ff de pact.* ibi, dum dicitur, quod ediſtum de pactis, æquitas naturalis eſt. 36

Quid

Quid enim tam congruum eſt fidei humanæ quam pacta ſeruare? & ſi non obſeruantur pacta, eſt contra naturalē æquitatem, vt *in d. l.* 1. à contrario ſenſu, & firmat Bertran. Doct. Caſt. *in conſil.* 51. *in* 1. *libr. num.* 12. vbi dicit, quod contra ius gentium, & naturale eſt procedentia ex ore mercatorum irrita facere; ergo qui non ſeruat pacta maxime iurata (quo caſu eſt periurus) repellendus eſt. Sed an dicatur periurus ille, qui promiſit ſoluere intra certū terminum, & non ſoluit, ſi poſt terminum offerat ſe paratum ſoluere? dicas, quod non, vt eſt gl. ſing. 32. *qu.* 1. *cap. apud miſericordem.* & eſt ratio; quia eo ipſo, quod ſoluit extra terminum, vel offert ſe ſoluere, non videtur habuiſſe animum differendi: vt refert & ſequitur Lanfranc. *in c. quoniam contra.* 11. *in verbo, depoſuit. nu.* 136. *de prob.* ſed aduertendum eſt ad id, quod ſupra dixi; quoniam Doct. Canoniſtæ *in c. intelleximus.* 7. *ext. de iudic.* tenent, quod periurus non repellitur ab agendo: ſed Speculat. *in tit. de actio.* § 1. *verſ. Item quod eſt periurus* tenet, quod periurus indiſtincte repellatur ab agendo, Lud. Roman. *in ſing.* 493. incip *tuſai* concordando opiniones dicit, quod aut quæritur, an periurus in vno, repellatur ab agendo in alio penitus diuerſo? & tunc procedat opin. Can. aut quæritur, an periurus in eadem re, quæ petitur, repellatur ab agendo ab ea? & iſto caſu procedat opin. Speculat. tenentis, quod periurus repellatur ab agendo, allegat tex quem ita intelligit *in l. ſi quis maior.* 41. *C. de tranſact.* & ita tenet Bald. *in rep. l. iuſiurandum.* 2. *ff. de iureiur.* & Felin *in d. c. intelleximus. num.* 6. *de iud.* Sed † quatenus dixi, quod licet quis
37 ſit periurus non ſoluendo infra terminum: tamen ſi offert ſe ſoluturum poſt terminum, purgat illud periurium: in hoc contradicere videtur text. *in d. l. ſi quis maior.* 41 *C. de tranſact.* vbi clare colligitur impediri purgationem moræ, ſed ne inaniter dixerim, id eſt aduertendum, quod de æquitate canonica, per illam gloſſ. *in c. apud miſericordem* 32. *qu.* 1. admittitur purgatio moræ, & ita eam intelligit Alexand. *in d. l. ſi quis maior.* quem omnes ſequuntur, & ex hoc pulchre inferebat Th. Parp. *in repetit dict. l ſi quis maior. in* 23. *not. in fin.* quod cum inter mercatores procedi tur de æquitate, iuris apicibus omiſsis, vt conſtitutum eſt inter eos, non immerito dicendum erit admitti moræ purgationem: quia ſecundum eum moræ purgatio adinuenta eſt de æquitate, & impeditur ſolum de rigore, *in l. ſeruum.* 91. §. *ſequitur.* 3. (*ibi: ex bono, & æquo*) *ff de verbor obligat.* citat deciſionem Alexand. in terminis (vt verbis eius vtar,) *in l. & ſi poſt tres.* 8. *in princip. ff. ſi quis. caut.* ibi dixiſſe, inquit, quod ibi impeditur purgatio, vbi ſeruatur rigor, & vbi obſeruatur æquitas: procedit illa regula, quod ſi non nocet, & alteri prodeſt, de facili debet concedi, *l. ſi finita.* 15. §. *item videamus.* 9. *ff. de damn. infect* intelligit tamen prædicta procedere cum cauſa, quod poſsit mercator moram purgare, niſi probato intereſſe ex aduerſo, vnum tamen ſcire non omittas, quod in Regno iſto extat ritus magnæ curiæ vicariæ, quo cauetur, quod comparens debitor cum ſacculo paratus, purgat omnem moram, & euitat omnem pœnam, & incipit ritus: *Item ſi aliquis vel aliqua citatus vel citata*, & ſic res non
habet difficultatem. Niſi † debitor renunciaſſet ta- 38
cite de purgatione moræ, vel facultati purgandi eam vt fieri ſæpe aſſolet) quia eo caſu ceſſat purgatio, ſecundum Bald. & Salic *in l. magnam.* 12. *C.*
*de contrahend. ſtipulat.* Et † alias (dum eſſem audi- 39
tor in toto ſtatu principatus Salerni) dicebam ex hac limitatione, quod ſi quis promiſerit centum in duabus pagis, ſeu tandis, & ſi non ſoluerit in prima, poſsit totum peti, & debitor totum teneatur ſoluere, renunciando facultati purgandi moram: quod totum licite peti poteſt, & totum debitor (quod alias non admitteretur, etiam exiſtente pacto) per ea, quæ dicit d. Iaſ. *in l. ſi inſulam.* 84. *ff. de verbor. obligat.* in ea quæſtione de promittente Stichum, & ſi non dederit centum nomine pœnæ, & ſuper hoc fuerunt conſulti magni practici in ciuitate Neapoli, & vt ego dixi, conſuluerunt, & quod eſſet excuſsio inter mercatores, tenet Doc. *in d. c ex parte.* 13.
*el.* 2 *de off. del.* 2 *col.* Ceſſare † etiam inter mercatorem 40
excuſsionis exceptionem, inquit gl *in Auth. de fideiuſſ.* §. *argentariorum.* quā ad literam ſequuntur Bald. & Sal. *in l. fruſtra.* 6 *C. de non num. pecun.* & Bald repet. *in l. fin. ad fin. C de ſal* & Angel. Aret. *in* §. *item ſi quis in fraudem.* 6. *col. de act.* & eis adſtipulatur Boer. *in deciſ.* 221. 2. *parte. nu.* 25. ſed è recentioribus Neguſ. *in tractat. de pig. in* 1. *membro.* 5 *part. num* 28 dicit, quod duplex eſt modus excipiendi de excuſsione: vno modo reſpectu ordinis iudiciarii: quia de ordine iudicii eſt, quod prius excutiantur bona principalis debitoris, quam poſsit agi hypothecaria contra tertios poſſeſſores, & ſimilibus caſibus, & iſto caſu (dicit ipſe) quod non habet locum exceptio excuſsionis per mercatores: Altero modo opponitur exceptio excuſsionis reſpectu intereſſe non habito reſpectu ad ordinem iudiciarium, nec ad præpoſterationem, ſed conſideratur intereſſe tertii poſſeſſoris, quod conſiſtit ſecundum eum, in hoc (vt ſi debitor principalis ſit ſoluendo, ipſe exigatur) antequam moleſtetur tertius poſſeſſor: & iſto caſu talis exceptio excuſsionis habet locum etiam inter mercatores, & ita dicit intelligenda dicta Bald. *in l. ſi duobus.* 3. *fin.* § *ſed & ſi quis* 1. *C. communia de leg.* 1. *col. verſ. fuit à me quæſitum* & Alexan *in l. ſi conſtante* 24. 11 *colum. ff ſolut. matr. in* 2. *qu.* 2. *partis.* dum dicunt, quod exceptio excuſsionis non ſolum concernit ordinem iudicii, ſed etiam intereſſe partis, & ex hoc infert bene fuiſſe concluſum per Corn. *in conſil* 55. *in* 3. *lib. in litera S.* dum dixit, quod in cauſa, in qua debet procedi ſola facti veritate inſpecta, non debet, nec poteſt opponi exceptio excuſsionis reſpectu ordinis, ſed ea nō obſtāte poterit inſimul, & cumulatim agi cōtra debitorem, & tertium poſſeſſorē, & in eodem

dem iudicio diſcuti de bonis principalis debitoris, & tertij poſſeſſoris. Nouiſſime huic opinioni aſſentit Ben. Strach. *in tract. de merc. in vlt. parte nu.* 8. & ita alias ego concludebam in 1. gloſ. huius operis; nunc autem dico, quod ſi recte conſiderentur verba Neguſ. nullum videntur habere ſaporem; nam ſecundum eum poteſt dari caſus, quod poteſt excipi de præpoſteratione, ſeu de ordine iudicij, non dato intereſſe partis, contra dicta Alex & Bald. vbi ſupra, & poteſt dari caſus, in quo opponatur de diſcuſſione, habita conſideratione ſolum ad intereſſe partis; & tamen non poteſt opponi exceptio excuſſionis, niſi opponentis interſit; quia talis exceptio concernit ordinem iudicij cum intereſſe partis, vt teſtatur Alex. vbi ſupra. adeo, quod ſi opponatur de ordine iudicij & præpoſteratione ipſius, vbi partis beneficium, vel intereſſe non conſideratur, & recte opponens generaliter (non inter mercatores ſolum) reijcitur, & ſic non poſſet dari practica talis, quod excipiatur de excuſſione, habito reſpectu ad intereſſe tantum, vel habito reſpectu ad ordinem, non conſiderato intereſſe, ſemper enim intereſſe reſpicitur; & ſic vel ſemper admittenda eſt excuſſio, vel ſemper reijcienda, niſi dicamus Neguſ. voluiſſe dicere, quod virtus conſiſtit in modo excipiendi, vt ſi dicatur, & excipiatur in tertium poſſeſſorem, quod contra ipſum non poteſt agi; quia de ordine iudicij eſt prius agendum contra principalem: nam iſto caſu reijcitur inter mercatores. ſi vero dicatur quod ſua intereſt, quod excutiatur principalis, & eo reperto non ſoluendo; tunc agitur contra eum: nam tunc quia ſolum allegatur intereſſe, excipi poteſt: ſed adhuc anceps ſum. Dicerem tamen, quod ſi principalis debitor eſt ſoluendo, & facilius ad conueniendum, & tertius poſſeſſor exceperit, quod ſtante, quod principalis eſt ſoluendo, & eſt habilis ad conueniendum, non poteſt ipſe moleſtari; & ideo, quod excutiatur ipſe, & ſi non reperiatur idoneus, tunc agitur contra eum; tunc poteſt excipi non ea ratione ſola; quia ita ſua intereſt, ſed ea; quia quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, cogeris facere; *l. in ſumma. 2. §. item Varus. 5. ff. de aqua & aquæ plu. arc.* quæ regula etiam inter mercatores procedit, vt in indiuiduo inquit Thom. Parp. *in repet. l. ſi quis maior. 41. C. de tranſ. in 23. not. in fin.* vnde ſi principalis eſt ſoluendo, & habilis ad conueniendum, non eſt æquum haberi recurſum contra tertium poſſeſſorem, non enim ſibi nocet agere contra principalem debitorem actione perſonali, & prodeſt tertio poſſeſſori non vexati, & ſic nimirum ſi cogi poteſt ad id faciendum, & ita videtur mihi concludendum reſpectu excuſſionis inter principalem, & tertium poſſeſſorem, ſed inter principalem debitorem, & eius fideiuſſorem, ſi conueniatur fideiuſſor, & ſic mercator, puto nullam excuſſionem poſſe opponi propter præcipuam fidem, quam habent homines promiſſionibus mercatorum, & campſorum.

[Licet in foro mercatorum ſummarie, & de æquitate procedatur, nec attendantur iuris apices, eoque excuſſionis exceptionem inter mercatores locum non habere, communiter receptum ſit, teſte Soarez. *in com. opin lit F. nu. 346.* quam ſententiam etiam ſecutus eſt ſenatus Pedemontanus, vt prodidit Ant. Teſſaur. *deciſ. 166. nu. 7.* Item Gail. *lib. 2. obſ. 27. nu. 26.* & alij, relati ab Ant. Hering. *in inſigni eius tractat. de fideiuſſ. cap. 27. de benef. fideiuſſ. part. 1. n. 281.* tamen cõmuni huic opinioni repugnat textus *in Nouell. 136.* Ideo Alciat. *in l. vlt. nu 32. 33. & 34. ff ſi cert. pet* ac Bertazol. *in tract. clauſular. clauſ. 40. gloſſ. 4. n. 3. in fin.* eam reijciunt. Et dicit Petr. Rebuff. *in l. ita ſtipulatus col. 3. verſ. tertio vitiatur. ff. de verbor ſignif.* quod hæc exceptio non ſit contra bonam fidem, ideoque merito mercatoribus hanc legem eſſe communicandam, cum leges ſint omnibus communes, *l. leges. C. de legib.* nec debent, inquit, excipi mercatores a legibus aliorum, niſi quatenus ipſis iuribus ſunt excepti, Hering. *d. cap. nu. 285.* Fachin. *lib. 8. controuerſ. iur. c. 53.* quatuor concluſionibus hanc quæſtionem explicat, quas apud eũ videre licet. An autem exceptio excuſſionis, etiam poſt litem conteſtat. & in cauſa appellationis opponi poſſit. Et quibus caſibus locum non habeat, vide apud Gail. *d. obſ. 27.* Item de forma excuſſionis, an fideiuſſores, & bonorum poſſeſſores ad eam citandi ſint, vide Trentacinq. *lib. 2. tract. reſolut. tit. de except. reſolut. 4 num 10. & ſeqq.*]

Exinde † hæſitare non modice conuenit, (vt & ego alias in nundinis ciuitatis Salerni in menſe Septembri hæſitaui) finge, quod quidam mercator promiſit pro Titio, hoc modo: ſi Titius non ſoluerit ducatos centum intra decem dies, ſoluet ipſe: euenit, quod Titius non ſoluit, conuenitur mercator, vt ſoluat, dicit mercator nõ teneri; quia promiſit, ſi Titius nõn ſoluerit, id eſt, ſi interpellatus non ſoluerit, quid igitur iuris? & videtur, quod mercator pro ſe habeat text. *in l. fideiu. obligari. 16. §. fin. ff de fideiuſſ.* & iſta exceptio interpellationis non factæ oritur ex ipſa ſcriptura promiſſionis, quæ ſemper opponi poteſt, etiã inter mercatores. arg. eius quod dicunt Bart. *in l. prætor. 1. § vt parui. ff quod vi aut clam.* & Bal. & Sal. *in l. ita nobis cordi pudor. 28. C. de adul* & Abb. *in c. ex parte 1. 5. la 2. de off. deleg.* vbi dicunt, quod ſi per ſtatutum ſunt excluſæ omnes exceptiones; tamen illæ, quæ oriũtur ex eadem ſcripturæ non ſunt excluſæ. verum ſi mortuus fuerit principalis debitor antequam ſolueret, & interpellatur, eo caſu agenti contra mercatorem non obſtat exceptio interpellationis nõ factæ; quia mortuo reo, videl. Titio ſtatim apparet verum eſſe eum non ſoluiſſe. vt dicit tex. *in d. l. fideiuſſor. 16. §. fin. de fideiuſſ* ego autem puto quod illa, quæ primo loco dixi, quod requiritur interpellatio, non habent locum inter mercatores; quia inter illos (illa verba, ſi non ſoluerit) intelliguntur. id eſt, ſi fuerit in mora ſoluendi, vt *ff de conſt. pec l ſi iuo. 16. in fin.* quia elapſo termino ſtatim mercator dicitur in mora, vt declarat Bald. 41

Oo *in*

42 *in tract. de conſil. num. 2.* Sed † quid de exceptione litis pendentiæ dicimus, nunquid inter mercatores opponi valeat? & videtur, quod ſic; quia talis exceptio habet locum, etiam ad impediendum iudicium ſummarium, & ſic conſequens eſt, vt & inter mercatores locum obtineat, vt tenet Fel. *in c. exceptionem 12. extra de excep. n. 41.* prædictis conuenit, quod hæc exceptio fundata eſt ſuper æquitate; quia æquum eſt quem nõ vexari coram diuerſis iudicibus; nam ſatis apparet conſtitutum eſſe, ibi finem iudicium accipere debere, vbi cœptum eſt, *l. vbi cœptum. 30. de iudic.* nec aduerſatur, quod exceptio rei iudic. & exceptio litis pendentiæ non ad impatia iudicantur, vt infert Felin. *in d. c. except. num. 41.* quo fit, vt cum in foro mercatorum licite opponatur exceptio rei iudicatæ, & litis finitæ, exceptio litis pendentiæ merito opponi poſſit. Sed audi quæſo, quid in hoc ancipitem me reddit Bart. *in l. Iul. verum debitorem. 60. ff. de condict. indeb.* dum ibi ſcriptum reliquerit, quod exceptio litis pendentiæ eſt inducta ad rigorem iuris ciuilis, quem ſequitur Angel. ab Aret. *in rubr. de excep. num. 27. in fin.* quem rigorem diximus inter mercatores non ſeruari. Nec † ſinere prædicta contabeſcere,
43 virtus conſiſtit in modo opponendi hanc litis pendentiæ exceptionem: nam ſi ex ea proceſſum ad vlteriora impedire velis, & vt nullus reddatur non prouiſo ſuper ea debet opponi, quod cauſa non debet coram diuerſis iudicibus agitari, & ne continentia cauſæ diuidatur: nam illo caſu iudex non prouiſo ſuper ea, proceſſus redditur nullus, ſecundum Paul. de Caſtr. *in l. eg. nullis proſ ſus. 10. 2 colum. Cod. de iudic.* & firmat Afflict. *in deciſ. ſacri conſilij Neapol 354.* vbi colligit hanc differentiam inter exceptionem litis pendentiæ, & ne continentia cauſæ diuidatur; nam in prima oppoſita exceptione, & non admiſſa, ſi non appellatur, proceſſus erat validus: ſecunda vero, etiam non facta appellatione, proceſſus redditur nullus, ſi non, obſtante exceptione oppoſita procedatur.
44 Ad † vnum aduertendum eſt, quod hæc exceptio initio proceſſus, & litis opponi debet, vt not. Bald. *in l peremptorias. C. ſentent. reſc. non poſſ. in fin & in diſp. incip. accuſ de vi turb. 1 col. & in auth. ſed nouo iure. verſ. ſed pone in ciuitate C. de ſer. fugit.* & firmat Felin. *in d c exceptionem 12. de except.* ſed ſi in nundinis non fuit oppoſita in principio litis, ſed poſt litis conteſtationem, & termini dationem incontinenti tamen, licite opponitur dicta exceptio, & habet eandem vim, ac ſi à principio fuiſſet oppoſita; & eſt ratio; quia in nundinis ſtatim reus cogitur litem conteſtari propter trigeſimam, & hoc per gloſſ. fin *in l. Pomp. 40 §. rati. 3 ff. de proc* & Innoc. *in c. paſtor. 4. de except* & Imol. *in l. mor. bus 2. §. prius 4 ff. de vulg. & pup.* & firmat Fel *in c. exceptionem 12 de except. nu 30. in 10. fallentia.* & ſecundum eum intelligitur incontinenti antequam diuertatur ad actus extraneos, licet primo loco dixerit (dum allegauit Bald. *in 1. conſt C. §. quibus verſ. deinde not.*) tunc dicit incontinenti, quãdo eodem verborum contextu. Admittendam etiam fas † eſt dicere in curia mercatorum rei iudicatæ exceptionem; eo quia dicitur exceptio litis finitæ, & poteſt apponi ad impediendum proceſſum. iuxta tex. 45
*in c. exceptionis. 1. de lit. conteſt in 6. & l. poſt rem iudicatam. 56. ff. de re iud.* & habet in ſe maximam æquitatem, vt ſit litium finis. Item opponi poteſt exceptio tranſactionis, quæ etiam dicitur litis finitæ, vt *in d. c. exceptionis. 1. & l. fratris. 10. cum ibi not. Cod. de tranſact & l. eleganter. 23. §. ſi quis poſt. 3. ff. de cond indeb.* & ibi Bart. Poteſt etiam † opponi exceptio ſolutionis, quæ etiam dicitur litis finitæ; quia ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio vndecunque & qualitercunque proueniens, *Inſtit. quibus mod. toll. oblig. in princ.* & quod ſit litis finitæ, eſt text. *in l cum quærebatur 13 in fin. prin. ff iud ſol* vbi Bart. per illum text. not. Item † poteſt opponi acceptilationis, quæ ſimiliter dicitur exceptio litis finitæ, vt *d. l. cum quærebatur in fin. princ.* Item † opponi poteſt exceptio confeſſionis factæ in iudicio, quæ ſimiliter dicitur exceptio litis finitæ, iuxta *l. confeſſos. C. de confeſſ & l. debitoribus. 31. ff de re iudic. & l. confeſſus. 1 & l. non fatetur 2. & ibi plene Bart. ff de confeſſ.* & eſt text. *in l. poſt rem. 56 ff de re iudic.* Item † poteſt opponi exceptio renunciationis litis iam motæ, quæ ſimiliter dicitur exceptio litis finitæ, vt *l poſtquam liti. 4 cum ibi not. per gloſſ. & Doct. C. de pact.* quia renunciatio litis non ſolum impedit proceſſum inchoari, ſed prius inchoatum, quam exceptio prædicta competeret: vt probatur *in d l. poſtquam liti. 4. cum ibi not. ibi (inſtaurari)* cõcordat cum *l. cum mota. 6. C. de tranſact.* Item † poteſt opponi exceptio pact. de non petendo, quæ fundatur ſuper æquitate. *§. præterea. 3. Inſtit. de except.* & quia etiam dicitur exceptio litis finitæ, & elidit obligationem, vt *d. §.* & voluit Bart. *in l. ſi vnus 27. §. pactus. 2 ff. de pact.* & Ang. *in Auth. de litig. § omnem (alias) cap. 3. col. 8. tit. 13. ibi (amicabilem)* ſed hæc exceptio pacti de non petendo non impedit litis conteſt. ita dixit Ang. *in l. fratris 10. C. de tranſact.* citat Innoc. *in c. 1 de lit. conteſt. in 6.* Item † opponi poteſt exceptio precij non ſoluti, vt not. Bart *in l. ſi duo. 13. § ſi quis. 3. ff de iureiurand.* & generaliter loquendo, erat regula indubitata, quod quando aliquid eſt adimplendum ex parte agentis ſi agit, poteſt & debet repelli à limine iudicij, ſi primo ipſe non offerat, vel adimpleat, quæ ſibi incumbunt ex parte ſua, *l ex placito. 3 C. de re permut.* & eſt text. *in l. Iulianus libr. 15. 13. § eſſ. rrs. 8 ff de actio. empt. ibi (nondum exempto acto)* facit *l. ædiles etiam. 25. §. final. cum gl ff. ff. de ædi. edict.* quod eſt notandum; quid in contractibus vltra citroque obligatorijs, agens nunquam auditur; niſi prius adimpleat ex parte ſua (vt ſupra dixi.) Item poteſt opponi † exceptio iuris vel ſtatutorũ obſtantium contra intentionem alicuius agentis, & impedit litis ingreſſum, vt not. Bart *in l. Arethuſa 15 ff de ſtat. hom.* & Bald. *in l. de quibus. 32. in pen. col. ff. de legib.* Item † poteſt opponi exceptio ceſſionis bonorum, 53
vt

46 47 48 49 50 51 52

vt eſt text. *in l. Item ſi vnus 17. ff. de arbit. in princ.* quia qui ceſſit bonis, non poteſt nec agere, nec conueniri; & ſi conueniatur, poteſt iudicium impedire per
54 dictam exceptionem. Reijciuntur † tamen in foro mercatorum exceptiones procuratoriæ ( vt tu non potes eſſe procurator, & ſimiles ) eo qui ſunt de apicibus iuris, vt magiſtraliter tradit Bald. *in l. ſi pro ea. 10. C. mand. & in l. ſi fideiuſſor. 29. §. quædam. 4. ff.*
55 *mand.* Nec † putes in foro mercatorum reijciendam eſſe exceptionem legitimationis perſonæ, videlicet, (tu non es procurator) ob ea, quæ ſupra proximo citato loco adnotanda duximus. hanc enim ſemper, & in quocunque foro opponendam eſſe ſcribentes vbique cenſuere, ſecundum Lanfran. *in Clem. ſæpe. 2. in verb. & figura, de verb ſign.* Iaſ. *in rubr. C. qui adm. col. 1.* & Alex. *in l. iudices. 9. C. de iud.* & adeo verum eſſe id ſcribentes inquiunt, quod ſi oppoſita exceptione prædicta expreſſe non prouidetur, pars dicetur grauari, taliter, quod appellare poteſt, *l. ait prætor. 9. §. permittitur. 2. ff. de min.* nam ſi comparet quis vt procurator ſine mandato, & opponatur exceptio legitimationis perſonæ; non auditur niſi eius perſona legitimata, *l. prætor ait. 1. §. defendi. 3. & ibi Bart. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* vel ſi comparet quis vt ſubſtitutus à procuratore, debet oſtendere eius ſubſtitutionem, & illius procurationem, alias non auditur, per text. *in c. non indiſcreto 1. de procur. in 6.* vel ſi comparet quis vt tutor, poteſt ſibi opponi, quod doceat de ſolennibus, de quibus *in l. leg. nos. 4. de leg. tut.* & extat ritus magnæ curiæ vicariæ, in c. *Item ſeruari ipſa curia, quod cum aliquis*, alias non auditur, & generaliter omnes comparentes, vt tales, ante omnia debent docere ſe eſſe tales vt agant, parte opponente, *l. non ignoret. 9. C. qui accuſ. non poſſ.* imo iudex ex officio poteſt cogere partem, vt doceat de mandato, etiam poſt litem conteſt. nemine petente, ſecũdum Abb. *in c. nulli. 5. extr. de accuſ.* imo quando aliquis comparet, vt talis, & in proceſſu non apparet probatum eſſe talem, vt agit, iudicium redditur nullum, etiam ſi per partẽ non fuerit oppoſitum à principio: ſpeciale autem eſt in matre, & patre, qui ſi agunt vt parentes, & eis non eſt oppoſitum, iudicium eſt validum, ſecundum Iſern. & Afflict. *in conſt. exceptiones. 1. col.* quod eſt mente
56 tenendum. Sed † pulchrum eſt ſcire, QVOTVPLICITER LEGITIMETVR PERSONA comparentis? circa quod ſciendum eſt, QVOD DVPLICITER FIT LEGITIMATIO: VNO MODO EXPRESSE: altero modo tacite. Expreſſe fit legitimatio per ſolenne mandatum factum procuratori, vt *in toto tit. de proc.* & de hoc mandato debet fieri fides parti ſi petierit, *argum l. ſi quis inficiatus. 13. & ibi Bart ff. depoſ.* legitimatur etiam expreſſe perſona cõparentis per fideiuſſionem de iudicatum ſoluendo, ſi loquimur in fideiuſſore rei, vt per fideiuſſionem de rato, & ſi loquimur in defenſione actoris, vt habetur *in l. non eſt incerti iuris. vn. C. de ſatiſd. & l. cõmunis 2. C. de conſor eiuſdẽ litis. & in §. ſin vero 5. antep. & §. quæ omnia. & ſeq. pen. Inſt. de ſatiſd. cum ſimilibus.* SECVNDO MODO legitimatio fit de perſona rei, quãdo actor citare facit inhabilem. eo, quia tunc actor prouocando ipſum inhabilem ad iudicium ( dato quod ſit inhabilis ) videtur eius perſonam approbare, adeo quod non poterit poſtea impugnare eius perſonã, ſecundum Ioan. de Ana. *in c. intelleximus. 6. 11. col. verſ. nec obſtat, ſi dicantur extr. de adul.* & firmat Rom. *in rep. rub. ff. de arb. 9. char.* niſi in citatione diceretur, quod compareat ſi ſua putauerit intereſſe; quia per talem clauſulam, inhabilis non cenſetur habilitatus, ſecundum Lud. vbi ſupra citat Bal. *in l. libertus à patrono 14. ff. de in ius voc.* vel niſi ille, qui citare fecit inhabilem, aut habilem ad iudicium, ignorabat tempore citationis defectum, propter quem citatus poterat repelli; quia tunc poterit etiam eius perſonam improbare, non obſtante tali citatione, ſecundum Fel. *in c. 1. ſuper iis. 16. 8. col. de accuſ. cit. c. nulli. 8. de elect. in 6.* & talis ignorantia proprio iuramento probabitur, ſecundum gl. *in c. propoſuiſti. 7. diſt.* Sed † di- 57
cet quis: quænam vtilitas ex legitimatione perſonarum reſultat? Bald. *in l. tutor. 35. ff de iureiur.* & do. And. *in c. in noſtra. 4. de procur.* & Lud Rom. *in conſ 288. incip. in caſu propoſitæ conſultationis. in fin.* dicunt, quod maxima ſuboritur vtilitas: nam exceptio inhabilitatis perſonæ ſemper opponi poteſt, eſt etiam vtilis; quia ſi aliquis conſtituit aliquem ſuum procuratorem, ei non acquiritur exercitium procurationis, niſi de ſua conſtitutione fuerit per nuncium certificatus, vel per epiſtolam. nec ſufficit, quod per extraneum fuerit certificatus, ſecundum Paul. de Caſtr. *in l. procurator. 1. col. 1. ff. de procur. & in l. cum furioſus. 39. in fin. ff. de iud.* & ex hoc grandis proficiſcitur effectus, quia ſi aliquis fuit procurator conſtitutus ad litem in abſentia, & non fuit oppoſitum, quod doceat de eius mandato, & lata fuit ſententia contra eum, non nocebit domino, dato, quod poſſit doceri de mandato eidem facto: ſecundum Paul. de Caſt. *in d. l. 1. ff. de procur.* & addo pro hoc videndum Boer. *in deciſ. 274. num. 1. in 2. parte.* Sed † finge aliquem 58
vti procuratorem tuum 20. annis geſſiſſe, & ſemper admiſſum fuiſſe, & euenit in quadam cauſa nouiter mota opponi, quod doceat de mandato. Ille vult probare per teſtes qualiter ſemper habitus, & reputatus fuit vt procurator eius, nunquid admittatur? & non admitti inquiunt Bart. & Alexand. & Iac. de ſancto Georg. *in l. cautio ratihabitationis. 1 C de procurat.* & Franc. Aret. *in d. l. 1. ff. de procurat.* & Bart. *in c. cum in iure peritus. 31. num. 526. de offic deleg.* & ſequitur Boer. *in deciſ. 153. in 1. parte. num. 8.* qui & ſibi ipſi parum conſtans, *in deciſ. 281. in 2. parte.* contrarium aſſeuerauerit: Marſil. autem *in leg ſi quis. 12. ff. de quæſt. num 103.* inquit, producendum eſſe mandatum procuratorium, & alias non audiri, eo; quia non præſumitur mandatum ex diuturnitate temporis, ſecundum Bald. *in l. 1. 2. col. verſic. ſed pone, quod aliquis. C. de re alie non alie. & ibi Sal.* ſed parum conclu-

poteſt agi ex eo; quia non interceſſit ſtipulatio? Bal. *in d. l. ſi pro ea. 10. C. mand. & in d. §. quædam. 4.* decidit, quod talis exceptio non habet locum inter mercatores, imo inter eos agitur pacto nudo, vt habetur per Bar. *in l. Quintus. 48. ff. mand.* ſicut etiam ex pacto nudo agitur de æquitate canonica: vt habetur *in c. Antigonus. 1. de pact.* & not. plene Iaſ. *in l. iuris gentium. 7. §. ſed cum nulla. 4. 3. col. ff. de pactis.* pro quo omnino videatur Phil. Dec. *in l. age. 3. C. de tranſ. n. 5.* & ibi, an talis exceptio obſtet in nõ pertinẽtib. ad mercaturã.

[An pactum nudum inter mercatores, & in foro mercatorum, & quibus aliis inſuper caſibus actionem producat, vide apud Viuium, *in ſyl. com. opin. lib. 2. opin. 570.* & duabus opin. præcedentibus. Item an de iure canonico actionem producat. Et quid de pacto iurato ſit, vide Fachin. *lib. 2. cap. 100.*]

66 Sed, † an in foro mercatorum agenti ex contractu incerto obſtet exceptio obſcuritatis, & ſic, an ex contractu incerto agi poſſit? breuiter dicendum eſt de iur. ciu. rigore nullam oriri actionem vel obligationem ex incerta ſtipulatione, vt *l. triticum. 91. ff. de ver. oblig. & l. ita ſtipulatus. 115. in princ. ff. eod. tit.* ſed de æquitate can. agi poſſe ex omni ſtipulatione conſtitutum eſt, ita vt arbitrio boni viri certificetur, & iſto modo adimpleat promiſſor promiſſa incerta, dictum fuit peregrinum Arch. *in c. nonnulli. 1. quæſt. 1.* quod dictum refert & ſequitur dom. Anton. *in c. ex parte 18 de cenſ.* refert & ſequitur Alex. *in d. l. ita ſtipulatus. 115. col. 3.* & idem Alex *in l. 1. col. 18 ff. ſolut. matr.* & Bald. *in l. qui mutuam. 56. §. ſalarium 3. ff. man.* & Abb. *in c. dec.* ſequitur o. n. de Ana. *in c. cum iuramento. 4. 1. col. d. hom.* & Iaſ. *in d. l. triticum. 91. ff. de verb. oblig. num. 4.* vnde infero, quod cum in curia mercatorum ſeruetur æquitas canonica (vt ſupra pluries dixi) ſequitur quod talis exceptio in foro mercatorum reiicitur, & ſic agi poteſt ex contractu incerto, vt certificetur arbitrio boni viri, habito reſpectu ad cauſam promiſſionis, & qualitatis perſonarum & temporum: cogitandum tamen relinquo pro nunc, cum non reperi in ſpecie tactum ab aliquo ſcriben-

67 tium. † Finge enim nunc Titium debere Sempronio centum, & adueniente termino ſolutionis iuſſiſſe campſori, ſeu mercatori debitori eiuſdem Titij, vt ſoluat pro eo illa centum dicto Sempronio, qui campſor promiſit eidem Sempronio dictos ducatos 100. accidit, quod Sempronius non volens recuperare dictos ducatos 100. ab illo campſore, ex quo fefellit, vt recuperaret ab ipſo principali debitore, videlicet Titio, qui apponit exceptionem nouationis, ſeu delegationis, & per conſequens dicit ſe eſſe liberatum, an poſſit, & ſic an ipſe Titius ſit liberatus? hanc quæſt. poſuit Bar. *in l. ſingularia. 15. ff. ſi cert. pet.* & finaliter decidit, quod ſi mercator ſeu campſor, præcedẽte iuſſu Titij promiſit ſoluere dictos ducatos 100. Sempronio; tunc Titius erit liberatus, ſi autem non promiſit ſoluere, ſed tantum iuſſus præceſſit, & iſto caſu non erit liberatus, & per conſequens, eo non valente recuperare ab illo campſore licite poteſt principalis debitor conueniri. Iaſ. *in d. l. ſingularia. 15. n. 34* diffuſius eandem quæſt. tangens concludit, quod ſi cãpſor delegatus, eſt debitor Titii delegantis, & per ſolennem ſtipulationem, vel etiam per pactum nudũ inter mercatores promitteret nomine Titii, tanquam ipſius debitor ipſoq; Titio iubente, & Sempron. acceptante, & quia tunc eſt proprie delegatio, & per conſequens ipſo iure Tit. erit liberatus, adeo quod ſi campſor fefellit, & non ſoluerit, periculum erit ipſius Sempronii, & taliter inquit opin. Bar. ſi autem minime apparet quod campſor delegatus eſſet debitor Titii, aut non promitteret, vti debitor Titii, & eo caſu quia non eſt proprie delagatio, nec ipſo iure, nec ope exceptionis, erit liberatus Titius ipſe, & poteſt Sẽpronius ipſe agere contra Titiũ, ſi non poteſt recuperare ab ipſo campſore; tali enim caſu cãpſor ille videbitur fideiuſſor Titii, & ſic non eſt facta nouatio, nec delegatio, & cum opin. tranſit Fel. Dec. *in conſ. 107. 1. lib.* & quod antea dixit *in d. l. ſingularia. 15. ff. ſi cer. pet.* & ante hos ita dixit Alex. *in l. qui vſumfr. 58 ff. de verb. obli.* & alibi dicam, limitat pra dicta Iaſ. duobus modis, de quib. per eum *in d. l. & loco, n. 39.* † Sed non incongrue videndũ teſtat, nunquid inter mercatores habeat locum EXCEPTIO ERRORIS CALCVLI, & COMPVTVS nõ 68
bene ſaldati, ſi inter eos præſupponatur ſecutam fore ſatiſdationem, & computus fuit factus de volũtate eorundem, per aliquos calculatores? & intrepide dico, quod ſic, per *l. vnic. C. de erro. calc.* per quem tex. Bal. Ang. Sal. Pau. Caſt. Alex. Franc. Aret. & cæteri ſcribentes, inquiunt, quod licet inter aliquos ſæpius ſit calculata atque firma ratio, prætextu tamen erroris, quod iterum calculetur peti poteſt, quod approbauit Bald. ſummæ auctoritatis, qui & Bar. diſcipulus fuit & præceptor Greg. Papæ V I. obiit tamen in Patauia in ann. 1400. eius frater fuit Ang. non minori ſcientia decoratus & Pet. de Vbal. *in conſ. 231. in conſ. nobilium in 2. lib.* & Pau. de Caſt. *in conſ. 10. in caſu præſenti, in 2. lib.* ſecundũ nouã formã Fulg. *conſ. 11. 3. Tit. in fi.* Imol. *in cõſ. 19. in cauſa quæ vertitur*, & in caſu magis dubitabili ita conſuluit Soc. *in conſ. 190. memini me pluries. in conſ. 159. in præſenti conſultatione. in 2. lib. & conſil. 92. viſo inſtrumento, in 3. libr.* & ſubtilis Carol. Rui. (qui magno tempore publice legit Bononiæ ſub ſtipendio 1200. ducatorum, ibiq; vitam cũ morte commutauit in ann. 1530. & eius cineres tenet eccleſia ſancti Ioan. in monte in dicta ciuitate Bononiæ, vnicum filium relinquẽs nomine Antoniũ, ſummi & acuti ingenii, qui poſt mortem patris non multo tempore gladio interemptus fuit, eiuſque cadauer cum cinere eius parentis ſepultum extitit) *in conſil. 134. quoad primum, in 1. lib. & conſil. 71. in q. quæ proponitur. in 4. lib.* Requiritur tamen, quod error allegetur, vt peti poſſit quod calculum reuideatur, ſicut poſt alios tradidit Io. Mar. Rimin *in d. l. vnica. C. de error. calc. circa prin. per illum tex.* citat ad hoc tex.

Oo 3 *in l.*

in l. ſi quis ex argentariis. 6. §. fin. ff. de eden. & prætextu erroris calculi, retractatio vſque ad triginta annos peti poteſt, vt eſt tex. in l. calculi. 8. iuncta gl. ff. de admi. re. ad ciuit. perti. & cum gl. tranſeunt ibi Bar. Alber. & communiter alii ſcribentes, & in d. l. vnica, C. de error. calc. & Bar. Bal. Ang. Ioan. de Platea, & Alex. in l. 2. C. de iu. fiſc. lib. 10. poſt glo. ibid. & maxime hoc procedit, vbi de calculi errore liquidiſſime conſtare poteſt,

69 SED † nunquid obiici poteſt obſtare EXCEPTIONEM REI IVDICATÆ; quia computus fuit reuiſus per aliquos calculatores ſeu rationales, & per eoſdē fuerint calculatæ rationes certo modo, & cōdemnauerunt ſeu liberauerunt quem certo modo, & q ſententia ipſorum ſeu ſignificatoria tranſiuiſſet in rem iudicatam, cum nō fuerit appellatum? & videtur iſto caſu, q ſtandum erit dictæ declarationi per tex. in l. 1. ff. & C. de re iud. cum vulgaribus, & videtur tex. ad hoc l. res. 2. C. de re iud. vbi ad literā habetur, quod ſi res iudicata prætextu computationis inſtauraretur, nullus erit litium finis, ſed in contrariū opponenti rectè dici poteſt, q non apparet res iudicata, nec ſentētia, per tex. in l. 2. C. de iu. fiſc. lib. 10. vbi dicit tex. inſtar rei iudicatæ obtinere minime poteſt computatio à tabulariis facta, niſi ſententia procuratoris Cæſaris fuerit comprobata, & ad hoc inducit illum tex. Phil. Dec. in rub. C. de error. cal. & in eo textu procurator pro præſide prouinciæ accipitur, ſecūdum gl. 1. in d. l. res. 2. cum qua omnes tranſeunt, licet alias Cæſaris procurator de ſupremis ſit magiſtratibus, vt habetur in tex. l. qua. 1. ff. de off. proc. Cæſar. & d. l. 2. Bart. ſic ſummat, computatio facta à tabulariis ſeu calculatoribus vim ſententiæ non habet quo ad condemnationem, ſeu abſolutionem, niſi per iudicem confirmetur, quod etiā latius proſequitur in lectura, d. l. res 2. & cum Bart. tranſeunt Bald. Angel. Luc. de Pen. & Alex. poſt gloſſ. ſi ergo talis computatio, ſeu condemnatio, vel abſolutio non habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ, ſi per iudicem non erit confirmata; quoniam modo rei iudicatæ exceptionem parere poteſt, contra caſum, d. l. 2. & contra theoricam tantorum patrum? nec poteſt dici legem continere ius ſpeciale reſpectu fiſci, ſecundum gloſſ. in d. l. res. 2. in fin. & in rubr. dicti titul. contineat ius commune, quo ad omnes, quam glo. ibi ſequuntur Bald. Bart. Sal. Paul. de Caſtr. & communiter ſcribentes; & hæc tanto magis dici queunt, ſi dicti calculatores rationes tabularii, ſeu arbitri, ſeu alii aliis nominib. appellantur (de quibus ad longum per Nicol. Boer. in deciſ. 295. incip. computus finalis.) non iuraſſent, vt iuris eſt; quia eis credendum non eſſet, vt magiſtraliter tradit Bal. in l. hac edictali. 6. §. his illud 1. in 2. volum. in verſic. pone conſules mercatorum. C. de ſecun. nup. per illum tex. & eſt de mente Bar. in l. Theopompus. 14. verſus fin. ff. de dote prælega. Anton. de Butr. in c. poſuiſti. 4. de probat. & c. finem litibus. 5. de dol. & contum. Angel. in rep. l. ſi vacantia. 5. in 2. colum. C. de bon. vacant. lib. 10. & conſuluit Alex. in conſil. 64. viſo proceſſu. colum. 2. in 6. vol. errore duplicato, in conſ. 82. eod. vbi conſuluit, quod ſine iuramento eſt per iura & rationes de quibus per eum in d. conſ. ſicut dicimus de peritis in arte, quib. non creditur ſine iuramento, vt tradit Aug. in l. iuriſiurandi. 9. verſic. vltimo quæro. C. de teſtib. & in l. comparationes. 20. 4. not. C. de fide inſtrum. & Abb. in 1. conſil. & in 4. colum. & Abb. in c. fraternitatis. 6. de frig. & malef. & in c. propoſuiſti. 5. de probat. vbi Dec. in 8. colum. hanc atteſtatur eſſe communem opinionem. † Nec o- 70
mitto, quod talis ſignificatoria haberi debet ac ſi eſſet peritorum ſententia, quæ adhibitis peritiorib. contrarium dicentibus, etiam poſt tempus datum ad appellandum retractari poteſt, Bald. & Alexand. in l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir. vxorem. 1. ff. ſolut. matr. idē Bald. in l. ſi quis teſtibus. 17 in fin. C. de teſtib. Ang. in l. quod ſi noluit 31 § ſi mancipium 11. ff. de ædil. edict. Canoniſtæ magis communiter in c. propoſuiſti. 5. de probat. vbi Dec. in 6. col. vt dicit, quod ita communiter tenetur per Doctores, & hanc teſtatur communem fore opinionem, idem Dec. in conſ. 278. non leuis, in fin. col. in 2. libr. & ideo cautela eſt vt non poſſit retractari declaratio, ſeu ſignificatoria dictorum calculatorū, quod confirmetur per iudicem, iuxta tex. in d. l. inſtar. 2. C. de iur. fiſc. & ita in facti contingentia conſultus eximius. V. I. D. dom. Andr. Matth. de Sarno, de S. Seuerino oriundus ex Caſali Fiſciani dictæ terræ S. Seuerini dicebat (qui fuit vir optimæ ſcientiæ, & obiit in anno 1563.) Ad vnum tamen aduertēdum eſſe puto, videlicet ad intellectum d. l. inſtar. 2. C. de iure fiſ. lib. 10. quia vt puto, generaliter intelligi debet (vt dicit Dec. q præfatus mag. And. Matth.) & pro vera intelligentia illius text. præmittendum eſt, quod tabularii, de quibus loquitur ille tex. primitus appellabantur numerarii: vt C. de numera. lib. 12. l. nulli. 10. tit. 50 & iſti tabularii, ſeu numerarii militabant cum ſuſceptoribus deſtinatis ad exigendū debita fiſcalia, vt in l. duos. 13 C. de ſuſcep. eod. lib. & ſolum debebant eiſdem ſuſceptoribus ingerere, & denunciare modū & quantitatem debitorum, non autem poterant recipere à debitoribus rationem, eod. titul. de numera. 50 Secundo, nec poterant condemnare, vel abſoluere, eo enim modo in terminis illius l. inſtar. 2. C. de iur. fiſc. quod quidam tabularii, qui accedebant vna cum ſuſceptoribus, exegerunt computum rationis à nonnullis debitoribus, & ipſos liberauerunt, fuit ergo quæſitum, an talis computatio, & liberatio obtineat inſtar rei iudicatæ? & fuit dictum, quod non (vt ibi.) niſi fuerit approbata per procuratorem Cæſaris. & ratio eſt, licet ibi non dicatur ex quo illi tabularii non poterant hoc facere, cum officium eorum erat ſolummodo denunciare ſuſceptoribus, quiſnam eſſet debitor fiſci, & in qua ſumma, & in alio non poterant ſe intromittere: vnde nō mirum ſi ibi dicatur inſtar rei iudicatæ non obtinere talis computatio, abſolutio, ſeu condemnatio; & ſic meo iudicio male allegatur ille text.

text.ad hoc, & talis intellectus eſt de mente Luc. de Pen. *in d. l inſtar. 2. inprin.* & per conſequẽter dubium reſtat, ſi fuerit reddita ratio per aliquem mercatorum, & in computatione ipſius fuerunt electi de voluntate ambarum partium, vel per iudicem aliqui calculatores qui deberent reuidere rationes cum poteſtate liberandi, ſignificandi, ſeu condemnandi, cui voto, & ſententiæ promiſerunt ſtare cum iuramento, & non contrauenire, & demum ſit ſecuta liberatio, ſeu condemnatio, an amplius dici poſſit de errore calculi? & in hoc prima facie reperio Bar. *in d. l. inſtar. 2. C. de iur. fiſc. num. 11.* qui tangit quæſtionem, quando calculatores ſunt electi per iudicem, & dicit, quod calculatio per eos facta facit plenam probationem, & prætextu erroris vſque ad ſententiam retractari poteſt. & ſic dicit, quod facit probationem, non autem dicit, quod habet executionem paratam, & hoc ideo videtur? quia in terminis quæſtionis Bar. non fuerunt electi, vt decidant, ſed vt calculent tantum, alias ſi non eſſent electi, vt calculent & decidant cum ampla poteſtate, videtur tunc dici poſſe, quod eorum calculatio, abſolutio, ſeu condemnatio haberet executione͂ paratam, vt ſentit idem Bar. *in d. l. 2. num. 2.* & an error calculi poſſit allegari poſt ſententiam, & quando dicatur res iudicata, & an propter mendacium quis puniatur, vt non poſſit opponere errorem calculi? vide pulchre per Paul. de Caſtr. *in conſil. 10. in 2. part. incip. in caſu præſenti, ſi quæritur in varijs.* Sed à prædictis illud non à longe videtur: † an facto calculo, & ſatiſdatis rationibus & ſecuta quietatione generali poſſit peti, quod interim reddatur computus? & videtur quod non per doctr. Bar *in alleg. l. inſtar. 2. in vlt. colum. C. de iur. fiſc. li. 10.* vbi dicit, quod ſi calculatio, & computatio eſt facta à partibus, & continet pactum, vel tranſact. generalem, vel ſpecialem, facit præiudicium: alleg. *l. emptor. 47. §. Lucius. 1 ff. de pactis & l. ſi quidem. 34. C. de tranſ.* & ſequi videntur Mod. *in d l. vnic C. de error. cal* ſed aduertendum eſt magiſtraliter prout tradit Bartol. *in l Aurelio. 10. §. Gaius. 1. ff de liber. leg.* quod aut arguitur dolus eius, qui adminiſtrauit, vt factor alicuius, & obtinuit quietationem generalem, & ei, cuius dolus arguitur, aliquid adeſt; quia apparent aliqua in eius manus perueniſſe, & quod multa non poſuit in introitu, quæ ponere debebat & tunc generalis quietatio & remiſſio ad iſtum dolum non extenditur, nec per illum talis dolus penitus remiſſus cenſetur, niſi expreſſe ſit facta mentio doli, *l. Lucius. 12. ff. de liber. lega.* aut ei nihil adeſt, & tunc generalis quietatio obſtat, quo minus calculus reuideatur, & hanc diſtin Approbat Fulg. & Mod. *in l. actione 4. C. de tranſact.* & Bal. Ang. & Paul. de Caſtr. & alii *in l. ſi vnus. 27. §. illud nulla. 3. ff. d. pact* & probatur ex not. per Bar. Angel. & Mod. *in l. tres fratres. 35 ff. de pact.* nam quando factori ſeu ſocio aliquid adeſt, dolus habet cauſam permanentem, & durat tempore quietationis, ſecundum Bal. *in l. ſub prætextu 19. in vlt. verbis, C. de trãſact.* vnde ſi ineſt quietationi dolus, talis liberatio cẽſetur dolo extorta, quo caſu liberatio etiam iurata non ſortitur effectum, vt dicit Paul. de Caſt. *in conſil. 300. citat. gl. not. in l. 3. § 1. ff de contr. iud. tut.* & ſic cõcluditur, quod cũ liberatio ſit doloſe extorta, & ratio non ſufficienter reddita, iterum reddi debeat, & in hac rationis redditione peti poteſt, quod libri exhibeantur, & exhiberi debent, iuxta not per Bar. *in l. fin. §. inter cætera. ff de lib. leg.* & per Bal. *in l cum teſtamento. 4. C. de teſt. man.* & tales libri debent edi taliter: quod in eis clare appareant data, & accepta, introitus & exitus, *l. in omnibus. 1. §. officio. 3. & ibi Iac. de Arct. Bar. & alij. ff de tut & rat. diſtr.* & ſigillatim omnia debent ſcribi in talibus libris, & non in ſumma, *arg l. cum ſeruus. 82. ff. de cond & demonſ.* & conſuluit Bar. *conſ. 150. in c. cum prædicta examinarem in fin.* vbi ſignanter declarat librum rationum debere taliter eſſe compoſitũ, quod in eo ſingulariter omnia inſerantur, videlicet ex tali fundo tantum, à tali colono tantum, tali anno; non autem debent res ſcribi in genere, & hoc vt reperiri poſſit veritas, vel falſitas, citat tex. *in l. antepe. ff. de cond. & dem.* ſi vero apparuerit non legitime confeciſſe librum, & prout tenebatur, arguitur ipſius dolus vt eſt caſus *in d. l. in omnibus. 1. §. officio. 3. de tut & rat. diſtr.* quo caſu talis quietatio generalis non cenſetur præiudicare, quia iterum peti poſſit quod ratio reddatur (vt prædictũ eſt) conſuluit pulchre Bar. Soc. *conſ. 167. & in conſ. 90. in 2. lib.* vbi pleniſſime. & ita alias in facto conſultus mag. Ioan. Bapt. Mapheus V. I. D. de Salerno, mihi cognatus honorandus, reſpondit.

71

[An error in calculo poſt ſententiam, item poſt tranſactionem reuocari poſſit, plene explicat Alex. Trentacinq. *lib. 2 praſ. reſolut. tit. de conteſt. reſolut. 2. num 38. & ſeqq.* quem vide.]

Nunquid † mulier in foro mercatorum poſſit interuenire vt procuratrix? Bal. *in l. alienã. 18. C. de procur. n. 14 cũ ſequent.* dicit q ſic, per rationes de quib. per eũ; ſed non tiſſime reperio Benu. Strac. *in tract. de mer. in vlt. part n. 1.* qui dicit oppoſitum tenendũ fore, ea potiſſima ratione; quia prohibetur, ne mulieres cõtra pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis ſe immiſceant, ne virilibus officiis fundantur, vt l. Caia Afrania cauetur, in omni foro etiam mercatorum militare videtur; quo caſu idem iuris eſſe debet, ſed quidquid ipſe dicat, licet ſatis dilatet fimbrias ſuas, contrarium eſſe tenendum dico, adhærendo primæ opinioni, quæ fuit etiam Aut. de Alex. *in d. l. alienam. C. de procur.* & ita tenendum etiam dixit Dec. *in l. fœminæ. 2. ff de reg iur. num. 16* & ſequitur Tiraquel. *in tract. de legib. connub. in verb. contract. in glo. 5. ſ. 154. num. 160.* & idem repetit Dec. *in c. cum dilecta. 4 de confir. vtil. vel inutil.* & ſic ab opinione tantorum patrum minime diſſentiendum eſt. Sed † quia oppoſitis exceptionibus ſolet fieri litis conteſtatio, ad quam faciendam ſatis auidi & prompti videntur magi- 72 73

magiſtri nundinarum, propter luctum trigeſimæ, vt fieri aſſolet in nundinis ciuitatis Salerni, idcirco aliqua de iis diſſeramus. Et PRIMO ſciendum eſt trigeſimam exigi & deberi quotieſcunque aliquid petitur, & facta eſt litis conteſtatio per verbum negatiuum, demum poſtea ſubſequitur probatio eius, quod negatum eſt; eo etenim caſu trigeſimam exigendam putauit Afflict. *in conſt. Regia maieſt. & in conſt. conſtitutionum. ſub tit. de trigeſ. & ſal. offic. in 1. num.* & exigitur potius propter mendacium, quam pro iure ſalarii magiſtri nundinarum, vt ibi per eum.

74 NEC alienum † eſt ſcire; per quem debeat ſolui trigeſima iſta? in quo ego vidi ſeruari in nundinis, quod facta litis conteſtat. per verbum negatiuum trigeſima ſoluitur per ambas partes, & demum datur terminus ad probandũ, & ſecuta poſtea probatione eius, quod negatum extitit, cõdemnatur negans, qui reſtituet partem trigeſimam, quam ſoluit actor, & ſic licet à principio ſoluatur per ambas partes; tamen in effectu ſoluitur tota per negantem, licet velit in diſtincte ſolui per vtramque partem, tex. *in conſt. in c. cum circa iuſtitia.* tamen aduerſatur tex. *in conſt. in c. conſtitutionum, de tri. & ſal. offic.* dum vult ſolui debere ab eo, qui reportauit ſententiam; contra tamen Afflict. *in d. conſt. conſtitutionum, in 5. not.* approbat dictam conſuetudinem, quam ego dixi ſeruari in nundinis Salerni, concordando dictas conſtitutiones, quæ videntur aduerſari, vt à principio ſoluatur per ambas partes; tamen in effectu ſoluet totam ille, qui reportauit ſententiam contra ſe. Exigi † tamen trigeſimam facta lit. conteſtat.
75 inquit Affli. *in conſt. conſtitutionum, in 6. not.* licet ibi pro & contra arguat; tamen ita ſemper ſeruari ſuo tempore vidiſſe teſtatur: & ita in nundinis Salerni ſemper ſeruatur vidi. Soluitur etiam † trigeſima
76 ne dum vbi pecunia, vel res mobilis petitur, ſed etiam ſi res immobilis iudicio petitorio petatur, pro qua ſoluenda res illa, quæ petitur iudicis officio, æſtimari debet à peritis in arte, vt *in auth. de non alien. §. quod autem.* per Ang. & de illa æſtimatione debet ſolui trigeſima, vt pulchre inquit Affl. *in ſupra alleg. conſt. conſtitutionum. 4. not.* SED † finge aliquem ci-
77 tatum, debitorem ſe eſſe fateri, & per iudicem ei fieri præceptum, quod ſoluat, qui appellauit, quod poteſt (vt habetur *in l. ait prætor. 7. §. non ſolum. 3 ff. de minor.*) vel aliter diſtulit ſoluere, an eo caſu debeatur trigeſima? And. de Iſern. *in d. conſt. conſtitutionum.* & Afflict. *ibid. in 2. q.* dicunt, quod ſolui debet eo caſu trigeſima: ego tamen in nundinis ciuitatis Salerni vide contrarium ſeruari, & ſolum exigi trigeſimam, quando negatur debitum; at ſecus ſi fatetur conuentus; & certe id, quod dicunt Iſern & Afflict. aduerſatur ei, quod dixit Afflict. *in ea. conſt. conſtitutionum.* vt ſup. dixi, quod trigeſima potius ſoluitur propter mendacium, quam propter ſalariũ officialium, & ſic non dato mendacio trigeſima non ſoluitur. Nec
78 tantum † ſolui trigeſimam, quando præceſſit negatio, & ſubſequitur probatio credenda, ſed & tunc ſoluendam eſſe etiam dixit Afflict. *in d. conſt. conſtitutionum, in 7. not.* quando poſt negationẽ partes tranſiguut, quod approbatum vidi per conſuetudinẽ in nundinis ciuitatis Salerni. Et † ſi alimenta peti pro- 79
ponas, adhuc trigeſima debebitur, & fit æſtimatio ſecundum tex. *in l. hæreditatum. 68. ff. ad leg. Falc.* & ita dicit Afflict. *in conſt. cum circa iuſtitia. de ord. iud. in 14. notab. ver. item quæro.* Eximuntur † tamen a ſo- 80
lutione trigeſimæ pauperes, viduæ, & miſerabiles perſonæ, vt not. reliquit Afflict. *in conſt. lege præſenti, in 9. not. de dan. aduo. pu. &c.* & hæc hactenus de Trigeſima. † SEQVITVR, vt videamus de termini datio- 81
ne, qui ſolet dari poſt lit. conteſt. & cum inſtantia in nundinis ſit breuiſſima 10. vel 20. dierum, terminus etiam breuis dari aſſolet, quod fieri poſſe inquit Spec. *in tit. de dilat. verſ. ſed pone quod cauſa.* & ibi approbat Bald. *in addit. verſ. vbi tempus.* Ex cauſa enim breuem dilationem dari poſſe, nec per eum ſupplendam fore ſcripſit Caſtr. *in l. ſi. ff de fer.* minime enim conſentaneum videtur inſtantiam cauſæ per dilationes abſorberi, auctore Innoc. *in c. de cauſis. 4 de off. deleg.* & Alex. *in l. ante. 2. ff. de app. rec. ad ſin.* pro quo plene per Panorm. *in c. dilecti filii. 1. extr. de dil.* Et licet breuem dari † dilationem conſtitutum ſit; ſi tamen 82
offeruntur probationes, & teſtes de longinquo, cõdecens eſt dari dilationes competentes ſecundum diſtantiam locorum, illo nõ obſtante (quod inſtantia cauſæ in plus non ſe extendat) per ea, quæ congerit Afflict. *in deciſ. 124. in c. ecce datus eſt terminus.* & ita de facto ſeruatum vidi. Sed finge † datum fuiſſe 83
terminum ad probandum, qui elapſus eſt, neutra partium aliquid probauit, nunquid ad inſtantiam actoris ſit reintegrandus? quod negat Cap. *deciſ. 82. in princ.* in foro tamen mercatorum contrarium credo ſeruandum; cũ & ibi de bono & æquo procedi ſæpe relatũ extet, & mercatores dum peregrinantur, miſerabiles perſonæ appellentur. SED † an teſtes pro- 84
duci poſſint poſt dicta ſtatuta teſtificata in foro mercatorum? diſſentit Par. *in tract. Synd. in verbo. ſententia. verſic. vtrum iudex qui per v. in colum. 5. verſ. tamen non poterunt.* NVNQVID † acta, & ſententia de nocte 85
lata valeant in eo foro? & indubitanter tenendum puto, quod ſic: per ea, quæ not. Dd. *in l. non minorem. 20. C de tranſact.* maxime, quia iuriſdictio eſt tempore peritura: & hoc hactenus. *Petr. Foller. V. I. D.*

## De litis Conteſtatione, decimo membro Iudicii.

SVMMARIA.

1 *Litis conteſtatio dicitur lapis angularis Iudicii, & non poteſt omitti de iure communi.*

2 *Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ciuilibus in Regno, ſed actus, qui immediate ſequitur, habet vim litis conteſtationis.*

3 Litis

3 *Litis conteſtatio quid ſit.*
4 *Litis conteſtationis diffinitio ab auctore tradita reprobatur.*
5 *Litis conteſt. qualiter, & per quæ verba fiat.*
6 *Litis conteſtatio non inducitur per exceptionem peremptoriam oppoſitam.*
7 *Litis conteſt. fit etiam per verbum,* ignoro.
8 *Litis cõteſtatio nõ poteſt fieri in iudicio abſente actore.*
9 *Litem conteſtari quis poteſt præciſe compelli.*
10 *Litem conteſtari nolens qualiter cogatur, & n. 11.*
11 *Quando lis poſſit haberi pro conteſtata.*
13 *Litem conteſtari, ex quibus cauſis quis non cogatur, & num. 14.*
15 *Litis conteſtationis qui ſint effectus.*
16 *Proteſtatio, quod non animo conteſtandi litem quis reſpondet, an impediat litem conteſtari.*

DECIMVM & vltimum membrum huius primę partis iudicij & litis conteſtatio. Nam poſtquã
1 eſt † diſputatum de iſtis præparatorijs iudiciorum, congruum eſt, quod iudex procedat ad vlteriora, videlicet ad litis conteſtationem, ſuper qua radicatur totum iudicium; dicitur enim lapis angularis totius iudicij; ſecundum Bal. *in c. 1. col. 1. de litis conteſtat.* & de iure communi, eſt vnum de ſubſtantialibus iudicij, adeo, quod ſi omittatur, vitiat totum proceſſum: vt tenet gl. *c. dudum. 22. el. 2. de elect.* & habetur per Bar. & Dd. *in l. prolatam. 4. C. de ſent.* & Card. *in Clem. ſæpe. 2. in princ. in 4. oppoſ. de verb. ſignif.* ſed in cauſis ſummarijs
2 non requiritur, ſecundum Card. ibidem. Vnde † hodie in Regnô cum omnes cauſæ ciuiles & mixtæ, ſint ſummariæ ex forma regiæ *prag. primæ, & c. deteſtantes,* poteſt omitti litis conteſtatio, & valet proceſſus; quia omnia ſubſtantialia iudicij ſunt ſublata, & ſolum attenditur mera diſpoſitio iuriſgentium, & ad ſolas probationes reſpicitur; quo caſu ille primus actus, qui ſolet immediate fieri poſt litis conteſtationem in cauſis, in quibus lis conteſtatur, habet vim litis conteſtationis in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, videlicet, eo ipſo, quod Iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ: ita tenet Lud. Rom. *in conſil. 146. col. 2.* & Bart. & Bald. *in l. nulla. 23. & in l. nihil. 24. C. de procur.* in Card. *in Clem. conſtitutionem. 4. §. fin. in fin. de elect.* & Abb. *in c. inſinuante. 25. in fin. de offic. deleg.* & Felin. *in c. olim 26. de accuſ. & in c. exceptionem. 12. colum. 5. verſic. tertio intellige de except.* & Paris *in tract. Synd. in verſic. ſententia. colum.* 4. Super hac tamen materia tangam breuiter QVATVOR QVÆSTIONES: PRIMO, quid ſit litis conteſtatio. SECVNDO, per quæ verba fiat. TERTIO, an poſſit quis ad eam præciſe compelli. QVARTO, quis ſit
3 eius effectus. QVÆRO † igitur PRIMO, quid ſit litis conteſtatio? dic breuiter, quod litis conteſtatio eſt principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam ſecuta reſponſio. *Ita colligitur ex c. 1. de litis conteſt. & c. dudum. 22. el. 2. de elect. & c. prout. 4. de dol. & contum. & c. cum cauſam. 6. de iuramen. calum. & not.* Spec. *in tit. de litis conteſt. §. 1.* ADDITIO. Hæc † diffinitio non eſt bona; 4
quia per poſitiones & reſponſiones narratur hinc inde negotium coram iudice, & reſpõdetur, & tamen non fit litis conteſtatio; quare Maria. Socin. *in rubr extr. vt lit. non conteſtat.* dicit, quod quædam eſt litis conteſtatio propria & expreſſa, quædam tacita quæ fit per proceſſum ad vlteriora, propria & expreſſa deſcribitur, quod ſit actus iudiciarius, per quem iudicio ordinario, vel arbitrarij iudicij inſtar habente, facta narratione, & petitione expreſſa, vel incluſa, negotij principalis in ſcriptis, per actorem, coram competenti iudice, pro tribunali ſedente, vel arbitro ipſo, maxime iudice vel parte interrogante, ſeu parte intentioni ſuæ inſiſtente, reus reſpondet negando vel confitendo, vel per verba æquipollentia ad lit. conteſt. conuenientia. *Petr. Foll. V. I. D.*

SECVNDO QVÆRO, † quæ per verba fiat lit. 5
conteſt. & qualiter? dic, quod fit per negationem, vel per confeſſionem, vel per verbum dubitatiuũ, videlicet ignoro: fit enim primo per negationem, quando reus in iudicio negat ſimpliciter narrata per actorem, ſecundum Bart. *in l. vnic. C. de litis conteſt & in l. ſi dubitet. 10. §. ita demum. ff. de fideiuſſ.* & communis practica conteſtandi litem eſt, vt reus dicat poſita, prout ponuntur, & narrata prout narrantur vera non eſſe, ſaluis iuribus & defenſionibus ſuis, ſuo loco & tempore producẽdis, &c. & iſta verba ſunt magni effectus; quia reus ita reſpondens non poteſt incurrere pœnam negantium, de qua habetur *in l. ſi. ff. de rei vend & l. contra negantem. 4. C. ad legem Aquil. & in alijs ſimilibus legibus.* ſicut pateretur, quando ſimpliciter negaret, ſecundum Bar. *in l. ſi dubitet 10. § ita demum. 1. ff. de fidei.* quem ibi ſequitur Ioan. de Imol. & Paul. de Caſtr. & idem Imol. *in l. ſed hoc ita. 22. ff. de re iud.* & Alex. *in l. etiam. 18. §. licet col. fin. ff. ſolut. matr.* & Iaſ. *in l. eum qui, colum. 4. ff. de iureiur.* vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, licet contrarium, & male, teneat Felin. *in c. cæterum 5. colum. 6. de iud.* Inducitur etiam litis conteſtatio non ſolum negando, ſed etiam per verbum dubitatiuum credulitatis, puta ſi reus dicit, nõ credo narrata vera eſſe, ſecundum Bal. *in l. ſi debitor. 42. ff. de pet. hæred.* Pro hoc eſt gl. *in c. cum ad ſedem. 15. in verſic. credere, de reſtit. ſpol.* & Abb. *in c. 1. & ibi etiam Fel. in fin. colum. de litis conteſt.* & Bal. *in l. ſi quis. 3. C. quib. ad libert. procla. non licet.* Item inducitur litis conteſt etiamſi reus dicat: Tu mentiris per gulam, ſecundum Bald. *in l. turpia. 54. de leg. 1.* fit etiam litis conteſtatio per confeſſionem, vt plene tradit Felin. *in c. 1. in fin. & ſequent. de lit. conteſt.* & dic vt ibi per eum, & Andr. de Iſern. *in conſt. quæ incipit; Regiæ maieſt. & in conſtit. Conſtitutionum.*

[Litis conteſtatio quibus verbis, & quomodo in Camera fiat, & an ſufficiat eam à parte Rei tantum negatiue conteſtatam eſſe, licet actor eam à ſua parte affirmatiue non conteſtatus ſit, vide apud Gail. *lib. 1. obſ. 73. num. 1. 2. & 3.*]

6 An † autem per oppoſitionem exceptionis peremptoriæ iudicatur litis conteſtatio? vide Petr. Philip. Corn. tenentem, quod non, *in conſil. 322. in 1. volum. & conſil. 244 col. 1. circa fin. in 3. volum.* & Bald. *in l. rem non nouam. 14. C. de iud.* de quo vide Bar. Bal. & Doct. *in l. 1. de litis conteſt.*
7 Fit etiam † litis conteſtatio per verbum, *ignoro*, & ita communiter ſeruatur, quando fit litis conteſtatio per procuratores vel hæredes, & alios, qui iuſtam præcedunt ignorantiam in facto alieno, *l. quanquam. 7. ff. ad Velleian.* & Bart. *in l. qui in alterius. 42. ff. de regul. iur. & in l. ſi quis inficiatus. 13. ff. depoſit.* & vide plene de hac materia Specul. *in titul. de litis conteſtat.* §. 2.
8 An † autem poſſit fieri litis conteſtatio in iudicio abſente actore, & ſic abſente parte? dic, quod non: quia litis conteſtatio dicitur quaſi ſimul teſtatio, & ideo ambæ partes debent eſſe præſentes in iudicio, ſecundum Bald. *in l. 1. colum. 2. C. de litis conteſt.* Tertio
9 quæro, † an poſſit quis præciſe compelli ad litem conteſtandum? dic, quod communis concluſio eſt, quod ſic quia cum ſit actus iudicialis, & iudicium redditur in inuitum; *l. inter ſtipulantem. 83. § 1. ff de verb. oblig.* poteſt reus inuitus compelli captis pignoribus, & etiam per detentionem perſonæ, ita tenet Bal. *in d. l. 1. in 5. quæſt. C. de lit. conteſt.* & Alexan. *in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. colum. 10. ff. de dam. inf.* & Franc. de Aret. *in l. qui in aliena. 5. § fin. colum. pen. ff de acquir. hæred.*

[Contrarium, quod videlicet quis ad conteſtandam litem cogi non poſſit, tenet gl. *in aut. qui ſemel. C. quom. & quã. iud.* Bar. *in l. ſi finita § Iulianus. ff. de dam. infect.* Io. And. Spec. & Imola, quos recenſet Viuius *in ſyl. com. opin. lib. 1. op. 163. n. 1.* ſed aliam ſententiam; quod videlicet iudex quem præciſe cogere poſſit ad lit. conteſt. dicit eſſe veriorem, & communiorem, per authores ab ipſo allegatos.

10 Additio. Quid † enim, ſi reus noluerit litem conteſtari, qualiter cogetur, & quod erit remedium? dicas, quod poteſt mulctari vel excommunicari, vel actor mittitur in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ ex primo decreto, *c. 1. & c. tuæ 3. extr. vt lite non conteſt.* & ibi gl. & tradit Cyn. & ibi Bal. *in l. 1. C. de litis conteſtat. in 5. quæſt.*
11 Et ſi reus † eſt præſens, & iuſſus litẽ conteſtari denegat, iudex ei præcipere poteſt, vt litem debeat conteſtari intra certum terminum, & ſi adhuc perſiſtat in non conteſtando litem, proceditur contra eum ac ſi fuiſſet abſens, id eſt, vt propter eius inobedientiam procedatur ad miſsionem ex primo decreto, ſecundum gl. *in authent. qui ſemel C. quomodo & quando iudex.* & ibi Bartol. vbi dicit, quod ſi iudex præcipit parti, quod debeat litem conteſtari, ſi recedat abſque conteſtatione litis, poterit contra eum interponi primum decretum abſque alia citatione; quia eo ipſo quo apparet, quod non defendit, cenſetur contumax, vt in text. & gloſſ. *d. authent. qui ſemel & ibi Bart. & Cyn.* Nec poteſt declarari, quod
12 lis † habeatur pro conteſtata, ſi reus noluerit conteſtari litem, (vt aliqui minus doct. faciunt (quia ad litis conteſtationem opus eſt facto, *extr. vt lite non conteſt. per totum.* & requirit ius commune verborum expreſſionem, *l. rem non nouam. 14. §. patroni. 1. C. de iud.* vbi opus eſt expreſſione verborum, nec ſufficit alius actus, *l. ſtipulatio. 1. § econtra. 2. ff. de verbor. obligat.* adeo quod nec etiam poteſt præcipi reo quod deberet litem conteſtari, alias quod habeatur pro confeſſo, ſecundum dom. Antonium *in rubric. extr. vt lite nõ conteſt.* & Cynus *in l. 1. C. de lit. conteſtat. in quæſt. 7.* & ita etiam tenet Ioan. de Imol. *in dicta rubric.* & pro hoc facit *c. 1. & 2. vt lite non conteſt.* vbi reus præſens ſæpe fuit iuſſus, vt reſpõderet libello, & nunquam voluit reſpondere, & tamen per hoc non potuit procedi ad vlteriora, ac ſi lis eſſet ficte conteſtata; imo ibi irritatur proceſſus tanquam factus lite non conteſtata: & late habetur *in rubr. de litis conteſtatione*, per Marian. Socin. *num. 12.* hodie autem in Regno; quia lis non conteſtatur de neceſſitate, vt ſupra per *d. authen.* vidi ſemper practicari, quod reo nolente conteſtari litem, datur terminus ad probandum ac ſi lis eſſet conteſtata: ego tamen dubito de hac communi practica, quando electa eſt via ordinaria, vt quia actor petijt litem conteſtari, & reus noluerit; quia tunc credo; quod opus eſt conteſtat. litis. Quænam † ſunt 13
Causæ, quibus excuſabitur reus à non conteſtando litem? In quo dicendum eſt, quod primo Excusabitur, ſi reus eſt dubius, *l. quod 3. § is qui neſcit. 6 ff. de lib. hom. exhib.* & not. *in l. final. §. hoc idem. C. de iur. deliber.* quod eſt verum non dato interuallo ad deliberandum, vt *in auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* & ſi non poteſt deliberare, debet fieri litis conteſtatio per verbum, *credit, vel non credit*; per not. *in c. cum ad ſedem. 15. de reſtit. ſpol.* vel per verbum, *non præſumo*, vt *in c. quoſdam. 7 extr. de præſumpt.* Secundo Excusatur, ſi forte reus propoſuiſſet † exce-
ptiones declinatorias & dilatorias, & inſtat, quod 14
ante omnia de ipſis cognoſcatur, quoniam omnes exceptiones dilatoriæ impediunt litis conteſt. vt dicit Ang. *in l. vir bonus. 18. ff. iud. ſol.* & debet iudex de ipſis ante omnia cognoſcere, nec poteſt iudex mandare reo, quod habeat conteſtari litem ſaluis exceptionibus, ſi ipſe reus contradicit; cum non ſit conſtitutum in eius arbitrio; ſed ipſarum exceptionum æſtimationis tempus eſt à iure ſpecialiter diffinitũ, *c. inter monaſterium. 20. extr. de re iud.* de quo plene per Marian. Socin. *in rubr. num. 14.* & ibi etiam videas, qualiter exceptiones ſunt opponendæ, vt impediatur litis ingreſſus, & conteſtatio litis, *num. 47. verſic. ſecundo principaliter quæro.* Petr. Foll. V. I. D. Quar-
to quæro, † quis ſit lit. conteſtationis effectus? 15
Dic, quod multi ſunt, & inter alios ſunt iſti, videlicet primo; quia præcludit vias opponendi dilatorias, *l. Pomponius. 40. §. rati. 3 ff de procur. & c. inter monaſterium. 20. de re iud.* Secundo; quia perpetuat actionem, vt not. plene Alex. & Doct. *in l. ſi eum 10.*

§. qui

§.qui iniuriarum 2.ff ſi quis cau. pro hoc eſt tex in l.ordinata.24.in princ.ff.de lib.cau. Tertio: quia conſtituit aduerſarium in mala fide, quantum ad fructus, l. certum.22 & l.mora.26.C.de rei vend.& Bart.in l. litigatori.2.C.de fruct.& lit.expenſ. Quarto: quia conſtituit in mora, ſecundum Alex.in conſil. 48.col.fin. in 4. vol. [Et Viuium in ſyl.com.opin.lib.1.opin.163.numer.4.] & maxime in his, quæ debentur officio iudicis, l.cum poſtulaſſem.44.ff. de damno infect. Quinto: quia operatur, vt poſsit procedi ad diffinitiuam ſententiam de iure communi, ad quam ſine ea procedi non poteſt, vt in c.ſi vero etiam. Auth.de exh.re Nou.53. licet hodie in regno non requiratur in cauſis ciuilibus, vt pluries fuit dictum ſupra. Sexto, operatur interruptionem præſcriptionis, vt d.l mora.26.C.de rei vend.& l.ſicut.3.& ibi Bald.C.de præſcript.30.an. & not.plene in l.naturaliter.5.ff de vſur. multos alios operatur effectus, de quibus remitto me ad dicta per Specul.in tit.de lit.conteſt.§.penul.& fin. VLTIMO moueo hic vnum dubium, quod ſæpius in facto euenit; Aliquis † reſpondet libello cum proteſtatione, quod non animo litem conteſtandi, & c.an talis 16
proteſtatio aliquid operetur, ſcilicet vt lis non habeatur pro conteſtata, ſi vtitur talibus verbis, per quæ alias induceretur litis conteſtatio? Communis concluſio eſt, quod lis non ſit conteſtata, & quod talis proteſtatio releuet, niſi iudex prius iuſſerit litem conteſtari: nam tunc cum ſimus in caſu neceſſario, proteſtatio nihil releuat, l.alimenta.11.C.de negot.geſt. ita tenet Fran. de Aret.in l.qui in aliena.5.§.fi. col.pen. ff.de ac.hæred.& Alex.in conſ.42.col.2.in fin.in 4 vol.& Abb.in c.1.col.8.& ibi etiam Fel. in 2.col. de lit. conteſt. & vide Bar. & Bal.in l.1.C de lit.conteſt.

[Contrarium videtur ſentire Gail. lib.1.obſ.73. n.5.6.& ſeq.vbi dicit, litem pro conteſtata haberi, ſi quis negatiue reſpondeat libello, licet prius proteſtatus ſit, ſe litem ſuper libello conteſtari nolle; quia proteſtatio actui contraria tollit proteſtationis effectum. Per reſponſionem autem ad poſitiones non inducitur litis conteſtatio. ibid.num.8. Sed authoris ſententiam ſequitur Viuius in ſyl com.opin. lib.1. opin. 163.num.5.vbi dicit eam eſſe communem.]

Et per hæc ſit expedita iſta prima pars iudicij: Veniamus ad ſecundam partem principalem. Laus Deo. Rob.Mar.Venuſ.V.I.D.

*Ad ſecundam Iudicij partem, Præfatio.*

EXPEDITA prima parte iudicij, quæ durat vſque ad litis conteſtationem incluſiue, conſequens eſt ſecundum ordinem propoſitum, vt aggrediamur ſecundam partem, quæ durat à litis conteſtatione vſque ad concluſionem in cauſa incluſiue, vt dixi in prin.huius 6.part. Et in iſta ſecunda parte, licet plures actus conſiderari poſsint; declarabo tamen ſuper ea SEDECIM ACTVS principaliores, qui ſolent in hac ſecunda parte in iudicijs ventilari. Et ſunt iſti, videlicet IVRAMENTVM CALVMNIÆ, COMPPROMISSVM, DILATIO, ſeu TERMINVS AD PROBANDVM, POSITIO, ſiue ARTICVLVS, CONFESSIO, TESTIVM PRODVCTIO, INTERROGATORIVM, INSTRVMENTORVM PRODVCTIO, IVRAMENTVM, ACTORVM EDITIO, PVBLICATIO, ACCVSATIO INCIDENS, REPVLSA, TORTVRA, CONCLVSIO, ALLEGATIO, ſeu DISPVTATIO: de quibus ſingulis diſpiciamus.

## De Iuramento.

SVMMARIA.

1 *Iuratur de calumnia, facta litis conteſtatione tam per Actorem, quam per Reum.*
2 *Iuramentum calumniæ poteſt tacite omitti, non autem expreſſe remitti.*
3 *Iuramentum calumniæ exigitur etiam poſt concluſum in cauſa.*
4 *Iuramentum calumniæ, an præſtetur in cauſa criminali, remiſſiue.*
5 *In his quæ emergunt ante lit.conteſt.in qualibet exceptione, iuratur de calumnia.*
6 *Actor non iurans de calumnia, cadit ab actione: reus vero nolens iurare, habetur pro confeſſo.*
7 *Iuramentum calumniæ in quo differat à iuramento malitiæ & veritatis.*
8 *Procurator an iuret de calumnia, & qualiter?*
9 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſa appellationis.*
10 *Iuramentum calumniæ, quid comprehendat.*
11 *Iuramentum calumniæ hodie vno obulo non æſtimatur, & litigantes potius iurant de calumnia committenda, quam vitanda.*
12 *Iuramentum calumniæ excuſat à tacita, & præſumpta calumnia, non autem ab euidenti.*
13 *Committens calumniam etiam in cauſa ciuili poteſt criminaliter accuſari, finita cauſa.*

PRIMVS actus, qui ſequi ſolet in iudicijs poſt litis conteſtationem, eſt iuramentum calumniæ. Nam facta † litis conteſtatione iuratur de 1
calumnia, tam per Actorem, quam per Reum, c. cum cauſam.6.in fin.de iur.cal.c.dudum.22.el.2.de electio.& not.Spec.in tit.de iur. cal.1.in prin. quod iuramentum † adeo ſubſtantiale iudicij eſt, quod non 2
poteſt per partes expreſſe remitti, & ſi omitteretur, proceſſus eſſet ipſo iure nullus, l.cum & 2.§.ſed quia veremur.4.& ibi Bar.Bal.& Dd.C.de iuram.cal.

[Adde Gail. lib.1.obſ.84.num.1.2.& 3.vbi dicit id in Camera non obſeruari: quia licet in prima & ſecunda inſtantia iuramentum calumniæ à parte exactum, ſed præſtitum non ſit; attamen proceſſus, ob id non annullatur, ſed eo non obſtante, in cauſa principali pronunciatur, maxime ſi pars, quæ iuramentum illud exegit, iudice ad vlteriora procedente, non appellauerit, ſed cauſam

vſque ad concluſionem proſecuta ſit. Si vero iuramentum id in Camera à parte petitum ſit, omitti non poteſt, & ſi partes, eo miſſo, ad vlteriora proceſſerint, & in cauſa concluſerint, concluſio ex officio reſcinditur, & parti vt petitum iuramentum præſtet ſub pœna legali per interlocutoriam iniungitur, nam iudex ex officio, (non tamen ad partis inſtantiam) poſt concluſionem in cauſa, iuramentum calumniæ exigere poteſt. *gl. in c. ex literis. in verb. occultata. de iureiur.* Alexand *in l. qui bona. §. ſi alieno. num. 14. ff. de dam. infect.* cum alijs allegatis à Gail. *d. obſ. 84. n. 6.* vbi etiam *n 7.* Socin. opinionem, tanquam veriorem, amplectitur; qui cenſet non habere locum pœnam non iurantis, ſi iuramentum hoc non viua voce, ſed in ſcripto aliquo iudicialiter producto, puta in exceptionibus, vel duplicis, exactum ſit, & pars altera, id non animaduertens, non iurauerit, nec etiam proceſſum ob id reddi nullum.]

Tacite autem hoc iuramentum omitti poteſt, & valet proceſſus, vt quia iuramentum non fuit exactum ab altera partium, & ſic non fuit iuratum in toto proceſſu. quo caſu cẽſetur tacite omiſſum, quod fieri poteſt, vt eſt text *in c. 1. de iur. cal. lib. 7.* & tenet Andr. de Iſern *in conſt. Litem legitime, col 1. & in conſt.*
3 *Vniuerſos* Iſtud autem † iuramentum calumniæ poteſt exigi per iudicem in quacunque parte iudicij, etiam poſt concluſum in cauſa, ſecundum Bal. *in l. in omnibus. 1. circa fi. verſ ſed nunquid. C. de iur. cal.* per *d. c.*
4 *1 extr eod. lib. 6.* & an † præſtetur in cauſa criminali?
5 declarat Bal *in d. l. 1.* Item in his, † quæ emergunt ante litem conteſtatam in qualibet exceptione, iuratur de calumnia, ſecundum Bart. *in authen. hoc ſacramen-*
6 *tum. C. de iuram. calum.* & ſi † Actor non vult iurare, cadit ab actione ſua. Reus vero nolens iurare, habetur pro confeſſo, *l. cum & 2. §. quod ſi actor. & ibi Bartol. C. de iur. calum* & Spec. *eo. tit. in §. ſupereſt, in prin.* In
7 quo autem † differat iuramentum calumniæ à iuramento malitiæ, & iuramento veritatis, vide Spec. *eo. tit. §. 1. col. 2. & 3.* & eſt tex. cum glo. *in c. 1. de iur. cal. lib.*
8 *6.* An autem † procurator iuret de calumnia, & qualiter? dic, quod tenetur iurare nomine proprio, & ſi non habet ſpecialem mandatum, non iurat, ſed principalis iurare debet. Verum, quando procurator iurat proprio nomine, iurabit in animã ſuam, ſed quando iurat pro domino, iurabit in animam conſtituentis: ita hæc omnia declarat Bar. & communiter Dd. *in l. cum & 2. §. fin. C. de iur. cal.* habetur plene per Spec. *eod tit § reſtat.* vbi ponit omnes perſonas, quæ alieno nomine iurant.

[Hodie paſſim, maxime in Camera Imperiali receptum eſt, vt iur mentum calumniæ per procuratorem præſtari poſſit, in animam domini; ad quod tamen generale mandatum non ſufficit, ſed ſpeciale requiritur; in quo ſpeciali mandato quidam etiam volunt requiri, quod cauſæ, ſuper qua de calumnia iurandum eſt, mentio fieri debeat. Bar. & Caſt. *in l. 2 §. ſin autem. num. 2. & ſeq.* ſed id tam ſtricte in Camera non obſeruatur; quia ſufficit in mandato mentionem tantum fieri iuramenti calumniæ, quatenus opus ſit, licet cauſa in qua præſtandum ſit, non exprimatur, teſte Gail *lib. 1 obſ. 83. n. 2. & 3.*]

Sed † quid in cauſa appellationis, an ſit in ea iurãdum de calumnia? Dic, quod ſic, etiamſi in principali cauſa iuratum fuerit: text. eſt *in c. 2. in princ. de iur. cal. lib. 6.* Qvid autem comprehendit hoc † iuramentum calumniæ? dic, quod multa. Primo enim actor credit ſe iuſte petere, & non calumnioſe. Secundo, quod reſpondebit veritatem ſuper omnibus, de quibus interrogabitur. Tertio, quod non vtetur falſa probatione. Quarto, quod non corrumpet iudicem, nec tabellionem. Quinto, quod calumnioſam dilationem non petet, vt not. Spec. *in tit. de iuram. cal. §. nunc dicamus, in princ.* & tangitur aliquid per Bart. & Dd. *in auth. principales. C. eod. tit.* & ſimiliter potes extendere in reo. Dicit tamen notabiliter Bald. *in l. ſi poſt. 14. C de euict.* quod iſtud † iuramentum calumniæ hodie non æſtimatur vno obulo; quia facti ſumus contemptores Dei, & religionis, vnde ego puto, quod litigatores noſtri temporis potius iurant de calumnia committenda, quam vitanda, & ideo melius eſſet, quod iſtud iuramentum ex toto tolleretur à iudicio, cauſa vitandi tot periuria, non obſtante, quod hoc iuramentum ſit inuentum ob publicam vtilitatem, ne veritas occultetur, *d. l. 2. § ſed quia veremur. 4. C. de iur. cal.* tamen iſtud parum curant iurantes, argumento illius dicti per poëtam Aquinatem: 9 10 11

*Quid enim ſaluis infamia nummis, &c.*

Operatvr † autem hoc iuramentum vt quis excuſetur à tacita & præſumpta calumnia, non autem ab euidenti, & expreſſa, ſecundum Bart. *in l. ſi quis. 7. §. ſi ſtellion. ff. ad Turp.* & Bald. *in l. ſi tibi. 23. C. de lib. cauſ.* & Alex. *in l. ait prætor. 3. in princ. ff de iureiuran.* Hinc eſt, † quod committens calumniam etiam in cauſa ciuili, poteſt criminaliter accuſari finita cauſa, vt not. gloſſ. *in l. & in priuatis. 3. ff ad Turp.* Bald. *in d. l. ſi tibi C. de liber. cauſ.* Vnde ſi calumnia eſt euidens, non excuſatur per iuramentum, alias ſic, ſecundum Bal. ibi. *Robert. Marant V. I. D.* 12

[An iuramentum calumniæ conſuetudine vel ſtatuto remitti poſſit, & de pœna nõ iurantis de calumnia, an committatur ipſo iure, & an ad hæredes tranſeat; Item de pœna non iurantis de malitia; Et an procurator ex officio datus; cogendus ſit præſtare iuramentum calumniæ, item an contumacia procuratoris non iurantis de calumnia, noceat domino, & an procurator fiſcalis de calumnia iurare teneatur, vide apud Gail *lib. 1. obſ. 85. & quinque ſequentibus.*]

## De compromiſſo.

### Svmmaria.

1 *Ad quem vſque gradum cauſæ in regno inter coniunctos compromitti debeant, & an etiam inter maritum & vxorem, ſponſum, & ſponſam, nu. 2. & 3.*

4 *Com-*

4 *Compromiſſum etiam ſi millies expiret, millies debet renouari, cum à ſtatuto inducitur. Et quid ſeruetur in Regno, & an vltra bis fiat*

5 *Compromiſſum an locum habeat inter conſanguineos ſpurios, num. 19. 21. & duret poſt lapſum tempus pragmatica. num. 6.*

3 *Compromiſſum etiam locum habet, cum auctor laudatus eſt coniunctus, licet principalis ſit extraneus.*

8 *Procurator compromittere poteſt ſecundum Regiam pragm. licet non habeat ſpeciale mandatum.*

9 *Compromiſſum an etiam inter minores, item filiofam. ſine conſenſu patris & à muliere ſine Mundualdo fieri poſſit. nu. 10. & 11.*

12 *Compromiſſum fit per ſolum iudicem eligentem arbitros, diſcordantibus partibus.*

13 *Compromiſſum ſecundum pragmaticam Regiam fit altera parte petente, ſed non aliter. Et fit ſolum in cauſis ciuilibus vel mixtis. num. 14.*

15 *Compromiſſum non fit affinitate per mortem diſſoluta. Nec inter priuignum & nouercam, mortuo patre. num. 16.*

17 *Compromiſſum fieri non poteſt, altera parte inuita, habente exceptionem litis finitæ, ſeu impedientem litis ingreſſum. Vel inſtrumentum, ſententiam, vel obligationem liquidam. nu. 18. vel ſcripturam iuratam. nu. 19.*

20 *Spurius an contra conſanguineum petere poſſit compromiſſum. Item contra alium ſpurium nu. 21.*

22 *Compromiſſum non fit in cauſa feudali, etiam inter coniunctos. Nec in cauſa in qua agitur de vita, & militia. nu. 23.*

24 *Compromiſſum non fit cum ceſſionario non coniuncto, cum coniunctus ceſſit actionem.*

25 *Compromiſſum ſecundum Reg. pragmat. non fit inter conſanguineos legitimatos.*

26 *Compromiſſum nō poteſt peti contra clericum coniunctum, à clerico autem contra laicum peti poteſt*

27 *Clerici actiue gaudent ſtatutis laicorum.*

28 *Clericus an contra clericum, coniunctum, poſſit petere compromiſſum.*

29 *Compromiſſum non fit de articulo iuris, niſi quando eſt probabiliter dubius.*

30 *Cauſa tutelæ compromitti non poteſt, etiam ſtante pragmatica, quod cauſæ omnes compromittantur.*

31 *Compromiſſum non petitum in cauſa principali, non poteſt peti in cauſa appellationis.*

32 *Cauſæ mixti imperii non comprehenduntur.*

33 *Cauſæ non compromittuntur inter affines, per ſimplicem fornicationem iunctos.*

34 *Compromiſſum non fit, cum altera partium tantum læderetur.*

35 *Appellari an poſſit à ſententia boni viri.*

36 *Nullitas ſententiæ latæ per bonum virum, confirmantem ſententiam arbitrariam, an allegari poſſit, & num. 37.*

38 *Sententia dolo lata eſt nulla.*

39 *Laudum dolo latum, an ſit nullum.*

40 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis proueniens, nunquam intelligitur excluſa.*

SECVNDVS actus, qui ſolet quandoque in iudiciis emergere, eſt † compromiſſum, & loquor 1
præciſe propter Regiam pragmaticam, quæ viget in hoc Regno, quæ incipit, *Odia*, per quam eſt cautum, quod ſi litigantes ſunt coniuncti ad inuicem per conſanguinitatem, vel affinitatem, vſque ad quartum gradum computandum ſecundum ius ciuile, debet iudex ex altera parte petente compellere ipſos litigantes ad compromiſſum, verum poteſt peti à principio litis vſque ad dationem termini probatorii, & non vltra, vt dicitur *in d. pragmatica*. Et hac de cauſa ego poſui hunc actum compromiſſi ante dationem termini, non tamen nego, quin etiam potuerit poni ſupra in prima parte iudicii, & quoniam iſtam materiam compromiſſi, & arbitrorum tractaui aliquatenus ſupra *in 4. parte. in princip. huius tract. 14. diſtin.* & aliquid dicam infra *in materia appellat. in 3. parte iud. in 1. q. princ. in verſ. reductio. & in 4. q. princ. verſ. 8. limita, &c.* ideo hic ſolū reſeruo tangere materiam compromiſſi, prout emergit in iudicio, & ſic materiam d. Regiæ pragm. Et primo pono regulam, quæ ſumitur ex d. pragm quam ſupra dixi. Amplia primo † d. prag. procedere etiam inter maritum & vxorem, qui licet non ſint affines; tamen 2
principium & cauſa affinitatis ſunt, ita tenet Bald. *in l. affinitatis. 7. C. com. de ſucceſſ.* Secundo amplia d. prag. † procedere etiam inter ſponſum & ſponſam: 3
ita tenet Iaſ. *in l. quod Seruius. 8. col. 2. ff. de cond. ob cauſam.* Tertio † amplia, etiam ſi millies expiraret cō- 4
promiſſum, millies deberet renouari, & iterum cōpromitti, ex quo d. pragm ſemper loquitur, ita per plura tenet Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis. 6. §. prætor ait. 8. col. 2. ff. de edend.* vbi etiam dicit, quod hæc pragm. eſt fauorabilis, item tenet Alex. *in conſil. 70. col. 2. in 2 vel.* & Bald. *in conſ. 487. in 4. volum.* Verum reperio, quod Matth. de Afflict. inſignis Dom. Neap. in ſuis deciſ. ſacr. conſil. *in deciſ. 46.* vult: quod ſi bis factum fuit compromiſſum iuxta formam d. pragm. & fuit bis expiratum, non debet vlterius altera parte inuita compromitti: & ita dicit fuiſſe pronunciatum in ſacro conſil. ponderando verba d. prag. & certe ſi dictæ deciſion. haberentur in Regno pro authenticis, poſſumus dicere, quod in regno ſit correctum ius commune in terminis d. prag. quia ſententia ſacri conſilii fertur ſub nomine Regis, vnde habet vim legis in hoc Regno, *l. ſi imperialis maieſtas. 12. fin. C. de legibus*, alias autem haberet illa deciſio vim auctoritatis vnius Doctoris, & eſſent ponderandæ rationes, quibus mouetur. Quarto amplia procedere † inter conſanguineos ſpurios, quando agi- 5
tur inter coniunctos ex parte matris, ita tenet Alexan. *in l. ex facto. 17. §. ſi quis rogatus 6 col. 13. ff. ad Trebell.* ſecus ex parte patris, vt dicam infra in limitationibus. Quinto † amplia, etiā ſi lapſum eſſet tem- 6

pus pragmaticæ, ſcilicet trium menſium; ex cauſa; quia altera pars petiit nimis longam dilationem ad producendum teſtes; nam poteſt tunc nihilominus cauſa decidi poſt tempus, & ſic poſt tres menſes, ita tenet Alexan. *in conſil. 72 col. 1. in 3. vol.* Sexto amplia,

7 non ſolum, † quando principalis litigator eſt coniunctus, ſed etiam quando auctor eſt cōiunctus, licet principalis ſit extraneus; quia debet cauſa compromitti cum actore laudato iudicium ſuſcipiente: ita plene hanc quæſtionem examinat Batt. *in ſua 2. diſput* quæ incipit *Piſanæ ciuitatis, &c.* vbi ita cōcludit, & idem Bart. *in l. procurator. 8. la 2. ff. rem rat hab.*

8 Septimo amplia † procedere etiam in tutore & procuratore. Nam licet alias iſtæ perſonæ non poſſint cōpromittere ſine ſpeciali mandato, *l. transactionis. 7. & ibi per omnes Dd. C. de transact.* tamen ſtante d. pragm. poſſunt compromittere, quando eorū principales ſunt coniuncti, ex quo non faciunt voluntarie, ſed ex neceſſitate ſtatuti, ita concludunt Paul. de Caſtr. Bald. & Alex. *in l. ſi plures 9. ff. de pact.* & Iaſ. *in d. l. transactionis.* & Angel *in l. non ſolum. 39. §. ſed interdum. ff. de procurat.*

9 Octauo † amplia procedere, etiam inter minorem, ſecundum Paul de Caſtr. *in l. nam poſtea quam. 9. § ſi minor. 4 ff. de iureiuran.* Nouo

10 amplia † etiamſi extaret ſtatutum, quod filius non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris; nam poteſt nihilominus compromittere auctoritate d. pragm. etiam ſine conſenſu patris: quia d. pragm. eſt magis ſpecialis, quam iſtud ſtatutum, ita tenet Bald. *in l. fi. in princ. verſic. neceſſitate. col. 4. verſic. ſed pone, duo ſunt ſtatuta, &c. C. de bon. quæ lib.* & Alexand *in conſil. 29*

11 *col. 1. in fin. verſic. & expreſſius, &c. in 1. volum.* Et † per hoc dico, quod in Regno eſt communis obſeruantia per ritum magnæ curiæ, quod mulieres Longobardico iure viuentes, non poſſunt contrahere ſine conſenſu Mundualdi: nam ſi eſſet lis aliqua cum muliere coniuncta, puto, quod dicta mulier poſſet compromittere, ſecundum formam d. pragm. etiam ſine Mundualdo, per illud d. Bald. quod eſt notandum. ADDITIO. Contrarium in indiuiduo firmatum reliquit Caſtr. *in conſil. 465. viſo compromiſſo col. 1. lib. 1.* & Lanfranc. *in tract. de arb. in 5. qu.* & Tiraquel. *in tract. de leg. connub. in verbo, contrahere. in gl. 4. nu. 190.*

12 *in 19. qu.* Petrus Foller. V.I.D. Decimo † amplia procedere, etiam ſi partes ſint diſcordes in eligendis arbitris? quia tunc iudex ſolus eligit. & fit compromiſſum, text. eſt *in l. fi. verſ electionem. C. de iud.* & Bart. *in l. in venditionem. 8. § ſi vnus. 4 fin. ff. de bon. aucto. iud. poſſ* & Bartol. *in l. temporibus 1. § ex hoc reſcripto. 1. ff. de ventr. inſpic.* & Alexand. *in l. de die. 8. in princ. in 2. not. ff. qui ſatiſd. cog.* Iſtam † pragmaticam ſic ampliatam

13 LIMITA primo procedere, dummodo compromiſſum petatur ab altera partium, alias ſi non petitur, iudex non debet per ſe compellere partes ad compromiſſum, & quando petitur ab vna parte, debet alia pars citari ſecundum Alex. *in conſil. 82. col. 1. in 1 volum.* & hoc ſentit expreſſe d. pragm, *Odia.* poſt princ. ibi; *ad petitionem cuiuslibet, &c.* Secundo

14 LIMITA, † eam procedere ſolum in cauſis ciuilibus, vel mixtis, ſecus in criminalibus; quia in eis non fit compromiſſum, ita expreſſe dicitur in d. pragm. ibi; *in cauſis ciuilibus, vel mixtis, &c.* quæ autem dicantur cauſæ mixtæ, declaraui ſupra *in 4. parte princ in 1. diſtinct. circa fin.*

15 Tertio LIMITA, ea † procedere inter affines durante affinitate tātum; ſecus autem, ſi affinitas ſit diſſoluta per mortem: quia licet remaneat vinculum quoad impedimentum matrimonii; tamen non remanet quoad compromiſſum: ita tenet Bartol. *in l. cum eorum. 3. §. affinitates. & ibi etiam Bald. & Doct. ff de poſtul.* & eſt gloſſ. & ibi Alexand. & Doctor. *in l ſed hoc ita. 22. ff. de re iud.* & Bald. *in l. fin. verſic. modo quæritur, &c. C. de verbor ſignific.* & Paul. de Caſtr. *in l. rei iud. c. 15 §. fin. in fin. ff. ſolut. matr.*

16 Et per hoc † ceſſaret dicta pragm. inter priuignum, & nouercam, mortuo patre, ex quo eſt diſſoluta affinitas, ſecundum Bald. *in l affinitatis 7. C. commu. de ſucceſſ.* & Paul. de Caſtr *in conſ. 80. in 2. vol.* ADDITIO, Adde Alex. *in l. non tantum in traditionibus. 169. 4. col. in fi. nu. 17. ff. de verb. ſign.* Petr. Foller. V.I.D.

17 Quarto LIMITA, † non procedere quando altera pars haberet aliquam exceptionem litis finitæ, ſeu impedientem litis ingreſſum; quia non poteſt ea inuita fieri compromiſſum: ita tenent Bald. Alex. & Doct. *in l. fratris. 10. C. de tranſ.* & Bald. *in l. ſi iudex. 10. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur* & Soc. *in conſil. 300. col. 4. verſic. 1. quia, &c. in 2. vol.*

18 Quinto † LIMITA, non procedere, quando altera pars haberet ſcripturam publicam liquidam, puta inſtrumentum, ſententiam, vel obligationem, ita deciditur *in pragm. Odia in fi.* & per Soc. *in conſ 4. in 1. vol.* Nam d. prag. ſeu ſtatutum non comprehendit res liquidas: ita dicit Pet. Phil. Corn. *in conſ 26. in litera D. in 4. vol.* & Soc. *in d. conſ. 100. col. 4. in fin. in 2 vol.* & Bart. *in l. eleganter. 23. in prin. ff. de cond. indeb.*

19 Sexto LIMITA, † non procedere quando extaret aliqua ſcriptura iurata; quia propter iuramentum non fit cōpromiſſum, ita tenet Alex. *in conſil. 37. col. antep. in 2. vol.* & Iaſ. *in l. fratris. 10. C. de tranſact* vbi plures allegat, & Paul. de Caſt. *in conſil 14. in 2. vol.*

20 Septimo LIMITA, † non procedere in ſpurio, qui litigans cum conſanguineo ſuo, non poteſt petere compromiſſum, ex quo non dicitur coniunctus, vt not. Bald. *in l. id quod pauperibus. 24. col. fi. C. de Epiſc. & cler.* & Bald. *in l. cū acutiſſimi. 30. C. de fideic.* & gloſſ. *in Clem. 1 in ver. liberi. de baptiſ.* & Innoc. *in c. nonnulli. 28 § ſunt & alii. de reſcript.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 178 in 2. vol.* & Alex. *in conſil. 60. col. 3. 4. in 2. volum.* vbi hoc etiam ſingulariter declarat, & quando ſpurius petit compromiſſum; eo quia eſt coniunctus: tunc enim nō auditur; ſecus ſi conſanguineus legitimus petat contra ſpurium: quia tunc fit cōpromiſſū in damnum ſpurii: ſecundum eum. Item intellige hoc, quando ageretur inter coniunctos ex parte patris: ſecus ſi ex parte matris; quia tunc etiam ſpurius dicitur coniunctus, & petit compromiſſum, ſecundum

dum Alex. in l. ex f. &c. 17. § ſi quis rogatus. 4. col. 15. ff. ad Treb. & dixi ſupra in 4. ampliat. ad hanc regulam, & de prædictis vide etiam Paul. de Caſt. in d. § ſi quis ro-
21 gatus. & Ioan. de Imol. ibi. Sed † poſſet occurrere dubium: Quod ſi vnus ſpurius peteret compromiſſum contra alium ſpurium ſibi coniunctũ, an debeat fieri? & certe, ſi iſti duo ſpurii attingunt ſe ex linea matris, puta; quia eſſent duo fratres ſpurii nati ex eadẽ matre, vel duo conſobrini ſpurii nati ex duabus ſororibus, non facerent dubium, quod fieri deberet compromiſſum, per ea, quæ dicit Alex. in d. l. ex facto. 13. § ſi quis rogatus. 4. ff. ad Treb. ſed tota dubitatio cõſiſtit, quãdo eſſent coniuncti ex linea patris, & hanc quæſtionem non inuenio ab aliquo tactam, ſed ſaluo meliori iudicio dicerem, quod etiam in iſto caſu habet locum compromiſſum altero ſpurio petente, & pondera rationem; quia vtitur Alex. in d. conſil. 60. col. 4. verſ. quintus caſus, &c. in 2. volũ. vbi dicit, quod ſpurii veniunt appellatione filiorum, quãdo tractatur de eorum præiudicio; ſecus ſi de fauore, alleg. gl. in d. Clem. 1. de bapt. & idem tenet Paul. de Caſtr. in d. § ſi quis rogatus. ſed ſic eſt, quod ſi ſpurius petit compromiſſum, & alter ſpurius opponeret ipſi: ego non ſum tibi coniunctus: quia ſum ſpurius; tunc allegaret ſpurietatem in ſui fauorem; vnde non debet audiri: & ſi diceret, nõ potes petere: quia tu es ſpurius: petens replicaret, & tu qui par es: vnde, nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego, per ea quæ habentur per Bald. & Doct. in l. viro. 39. & in l. cum mulier. 47. ff. ſol. matr. & per Innoc. & Doct. in c. intelleximus. 6. de adul. & ibi in terminis Io. de Ana. in vlt. not. dicit per illum tex. Nota, quod in exceptione doli, vel criminis, turpis perſona non poteſt à ſe eijcere turpem; vnde ex conſequenti per illa iura, dico, quod ſpurius conuentus ſuper compromiſſo non poſſet à ſe eiicere ſpurium, allegando ſpurietatem, quæ contra eundem retorqueretur, & ſic tunc compromiſſum fie-
22 ri debet. Octauo LIMITA, † non procedere in cauſa feudali; quia illa compromitti non poteſt, non obſtante d. prag. ita deciditur expreſſe in d. pragm. Odia. in fin. & tenet Andr. de Iſern. in c. 1. § ſi inter. de leg. Conr. & eſt tex. in conſtit. Regni, quæ incipit: Conſtitutionem diuæ memoriæ. quæ annullat omnem tranſactionem, & compromiſſum in cauſa feudali. Nono
23 LIMITA † non procedere, in cauſa, in qua agitur de vita & militia, quia non compromittitur: nam æquiparatur feudali; vt tenet Matth. de Affl. in deciſ.
24 44. conſ. Neap. Decimo LIMITA † non procedere, quando coniunctus cederet ſuam actionẽ non coniuncto: quia licet compromiſſum fieret cũ cedente, non tamen fieret cum ceſſionario: quia eſt mutata qualitas. ita habetur in deciſ. 74. cõſ. Neap. & per Imol. & text. in l. ſi poſt diuortium. 27. in fin. ff. ſolu. matr. facit text. in l. Paulus reſpondit per procuratorem. 50. alias incip. per curatorem ff. de acq. her. Vndecimo LIMITA,
25 non † procedere inter conſanguineos legitimatos: ſecundum Paul. de Caſtr. in conſ. 158. in 2. vol. & Alex.

in conſ. 60. col. 2. & in 3. 2. vol. Duodecimo LIMITA,
non procedere † contra clericum coniunctum; quia 26
cum ſit ſtatutum Principis ſecularis, non poteſt ligare clericos: ita tenet Soc. in conſ. 71. in 4. vol. & Bal. in c. cum veniſſent. 3. col. 3. de eo, qui mittit. in poſſ. ſed ipſe clericus actiue poſſet petere compromiſſum contra laicum coniunctum: quia † clerici gaudent ſtatu-
tis laicorum pro ſe, non autem contra ſe: vt habetur per Abb. & Moder. in c. Eccleſia S. Mariæ. 10. de conſtitut. & per Bart. & Doct. in l. cunctos populos. 1. C. de 27
ſum. Trinit. & fid. cathol. An autem † clericus contra 28
clericum coniunctum petere poſſit compromiſſum? Dico, quod non: quia in eo eſt diuerſa ratio, quam in ſpurio, ex quo clericus paſſiue non ligatur ſtatutis laicorum per prædicta, vnde ſemper poteſt excipere à quocunque conueniatur; nam clericatura eſt fauor, & ideo allegari poteſt in fauorẽ excipientis, ſpurietas eſt odium, & ideo non poteſt allegari in fauorem. Decimotertio LIMITA, † non proce-
dere in articulo iuris; quia vbicunque vertitur de 29
aliquo dubio, quod in mero iure conſiſtit, non debet compromitti, ex quo in iure omnia ſunt certa, & liquida: ita tenet Bald. in l. ancillæ. 12. col. 1. C. de fur. & Alex. in conſil. 62. col. 2. in 2. vol. & Bald. in l. cum proponas. 6. C. de reb. cred. vbi etiam declarat Bald. quod ſi cauſa principalis non ſit compromiſſibilis, an poſſit ſaltem cõpromitti vnus articulus illius cauſæ? & tenet, quod ſic, idem tenet Bart. in leg. ſi quis in conſcribendo. 29. col. fin. C. de pact. & Soc. in conſ. 51. in 1. volum. contrarium tamen tenet idem Soc. in conſil. 300. col. 5. & 6. in 2. vol. vbi adducit bonas rationes, & ibi videas. Limita tamen hoc primum dictum, quando articulus iuris eſſet probabiliter dubius; quia tunc æquiparatur dubio facti, & debet compromitti: ita per plura tenet Iaſ. in l. 1. col. pen. ff. de tranſact. Deci-
moquarto LIMITA, non † procedere in cauſa dan- 30
di tutorem; quia non poteſt compromitti, ſecundum Bart. & Bald. in l. prætor. 4. ff. de tut. & curat. dat.
ab his. Decimoquinto LIMITA, † non procedere 31
in cauſa appellationis; quia in ea non poteſt peti compromiſſum non petitum in cauſa principali; ſecundum Paul. de Caſtr. in conſil. 320. in princ. in 1. vol.
Decimoſexto LIMITA, non † procedere in cauſis 32
mixti imperii; quia de iure non compromittuntur, non obſtante dicta pragm. ſecundum Bart. in l. non diſtinguemus. 32. § de liberali. 7. ff. de arbit. & Bart. in d. l. prætor. ff. de tut. & curat. datis ab his, &c. Decimoſeptimo LIMITA, non † procedere inter affines
coniunctos per legitimum matrimonium; ſecus per 33
ſimplicem fornicationem: ita tenet Ioan. Andr. in c. fin. de conſang. & affin. Decimooctauo LIMITA, non † procedere, quando altera tantum ex partibus
læderetur: ita tenet Paul. de Caſtr. in conſil. 320. col. 2. 34
verſic. item & ea ratione, &c. in 1. volum. Robert. Marant. V. I. D. ADDITIO. De intellectu Regiæ pragmat. (Et ſi aliqua partium) aliqua diſcutienda ſunt: quare illud præ cæteris ſcire oportet, quod ante

ante pragm. ſanctionem, Doctores vtriuſque cenſuræ varii atque contrarii fuerunt, in eo, quod ibi clare deciditur. Vnde † licet an à ſententia indu-
35 centis arbitramentum, ſiue laudum ad æquitatem poſſit appellari, diſputatum ſit; verior tamen (vt ſubſtantialia ſuperfluis reſecatis tangam) magiſque communis, æquior, & approbata opinio illa recepta fuit, quod poſſit appellari, ſecundum Anton. de Butr. *in c. Quintaualllis.23. diſſer de iureiur.* quod & voluit Bald. *in l.1. colum.2. in fin verſic. extra quæritur. C. ne li ter prouoc.* & Paul Caſtr *in conſil.254. in princip.* & cum hac opin. tranſierunt Rapha. Cuma. Ioan. de Imol. *in l.1. & ibi Alexan 5. col. verſ. deinde not. ff de leg 2* & Alexand. *in conſil.106 incip. viſo themate antepoſito, libr.3.* & Phil. Corn. *in conſ.188. libr.3.* & Paul. Caſtr. *in conſil.122. verſic. circa tertium quæſitum*, & alii nonnulli Doctores, quos refert Boer. *in deciſ.384. in 1. parte.* & illa potiſſima ratio redditur, quia à commiſſis ad arbitrium iudicis appellari poteſt, *c. ſuper iis. 16. de accuſ.* ergo, & in iſto caſu, ſicque, vt videre licet, ita vigebat opinio, quod appellari poterat a ſententia iudicis confirmantis laudum: cuius rei cauſa moderni Regnicolæ in d. pragm *Et ſi aliqua partium.* dixerunt per d. pragm. corrigi ius commune; nam de iure communi regulariter permiſſum reperitur, poſſe ab omnibus ſententiis iudicum in quibuſuis cauſis appellari, *l. & in maioribus. 20. l. & multis. 25. C. de appell.* ſed non reperitur prohibitum, quod iſto caſu non poſſit appellari; ergo ſtamus regulæ. & ex hoc corollarie infertur, quod ſtricte debet interpretari, & intelligi d. pragm. vt in indiuiduo tetigit Alexan. *in d. conſil.106.* loquens de ſtatuto Ferrariæ,
36 quod eſt magis larum quam d. prag. Sed † vbicunque ſit, videamus nunquid d. prag. excludat nullitatē? & dico, quod non, vt in terminis tetigit, & firmatum reliquit Alexand. *in conſil.106. in fin. colum.1.* citat Bald. *in l. verſ. deinde quæro. C. ſi de mo. poſ. fuer. appel & in l. conſentan. um 8. verſic. quæro nunquid à talis euictione. C. quomodo & quando iud & in l.1. C. ne liceat ter pro.* & Ioan. de Imol. *in l. de pupillo 5. §. qui opus. 14 in fi ff de no. oper. nunc.* idem voluit do. Ioan Bapt. Petr. *in tract. de arb. in c.11.7. lib* volens, quod vbicunque nullitas eſt euidens, & deprehenditur ex ſola inſpectione laudi, vel præcedentium actorum, ſuper quibus fundatur tale laudum, nunquam intelligitur excluſa; poſito, quod ſtatutum diceret, non poſſe opponi de nullitate, per id, quod dixit Ioan. Andr. referens diſp. Nic. de Matt. *in add. Spec. in tit. de ſenten §. vt autem. in addit.* quæ incipit, *ad hoc, vt ca.* vbi dicit, quod de tali nullitate dici poteſt aduerſus præceptum iudicis, poſito, quod ſtatutum dicat, quod contra præceptum iudicis non poſſit dici de nullitate, & ex nonnullis aliis, de quibus per eum: & ante hos in propriis terminis id pulchre voluit Ang. *in l.*
37 *non erit. 5. ff. de iureiur* vbi † inquit, quod ſi ſtat ſtatutum, quod non poſſit appellari ab arbitramento ſiue laudo, ſed ſtatim mandetur executioni ſine alio, nihil ominus non intelligitur, quod non poſſit dici de nullitate; imo quod plus eſt, etiam ſi in ſpecie diceret, non poſſe etiam de nullitate dici; non tamen excluditur nullitas euidens: & quæ non requirit altiorem indaginem, & idem per omnia conſulendo tenuit idē Ang. *in conſil.* 193. pro deciſione omnium quæſitorum, & idem reperio firmatum per Philip. Franc. *in c dilecto. 63. nu. 124 extra de appell* & vbique firmant Doct. nemine excepto; nec obſtat ſi diceretur, quod ex verbis regiæ pragm. ſi recte perpendatur, intelligitur excluſa nullitas, dum ibi dicitur de laudo lato, dolo ex propoſito, vel re ipſa: & clarum præſupponitur, Sententiam dolo † latam eſſe nul- 38
lam, licet text. *in l. hoc edictum, 1. ff quod quiſ. iur.* vt ibi not. Ang. & Alex. videatur innuere contrarium, tantum vtcunq; ſubſtantialia tangendo. Dico, † quod 39
licet ſententia dolo lata ſit nulla; non tamen id procedit in arbitramento, ſiue laudo dolo lato: quia eſt aliquod, licet exceptio doli aduerſus illud obſtet, vt eſt notabilis peregrina gl. *in l. venales. 7. C. quādo prouoc. non eſt nec.* & ibi not Bald. quod ibidem ſumme commendat Sal & voluit Lanfr. *in tract. de arbit. in 5 part. in 14. qu. num. 39.* alios Doctores referens. Et dato, quod prædicta minime procederent, cuius contrarium expreſſe patet; tamen † adhuc non cenſetur excluſa nullitas euidens, & quæ ex defectu iuriſdi- 40
ctionis proueniret, etiam ſtante ſtatuto, quod non poſſit dici de nullitate, ſecundum Ang. *in d. l. non erit.* & Alexan *in conſ.106.* & Doct. alios ſupra allegatos. *Petrus Foller. V. I. D.*

[Ex tribus arbitris, ex forma ſtatuti electis, vno decedente an exſpiret compromiſſum; an vero duo reliqui poſſint ferre ſententiam? Dic quod non poſſint, *per c. vno delegatorum* vbi Hoſtienſ. Ioan. Andr. & cæteri Canoniſtæ, *extr de off. deleg.* Item. Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. & alii, *in l. duo ex tribus. ff. de re iud.* Viuius *in ſyl. com opin. lib 1. opin. 118. nu. 2.* qui dicit id procedere in arbitris ſtatutariis, qui ſunt arbitri iuris, & ſunt ordinarii iudices, de quib. *in c. præſentata. de teſt.* ]

## De dilatione.

SVMMARIA.

1 *Dilatio, quomodo, & quando detur.*
2 *Dilatio omnis eſt peremptoria, & non datur niſi ſemel in cauſa ciuili, nec poteſt prorogari, ſed in cauſa criminali plures dantur. & num. 4.*
3 *Dilatio defenſoria in criminalibus poteſt dari etiam poſt concluſum in cauſa.*
5 *Dilationes plures dari poſſunt, vbi eſt iuſtum impedimentum in prima.*
6 *Dilatio noua datur, cum ſuperuenerunt noua probationes, in quo ſtatur iuramento petētis dilationem.*
7 *Dilationes nouæ dantur, quādo cauſa examinatur in conſiſtorio Principis. Et cum litigās impeditur facto aduerſarii nu. 8 Et cum aliquid additur in libello, nu. 9. Item cum noua actio cumulatur. nu. 10.*

11 *Di-*

11 *Dilatio noui peti poteſt, cum in iudicio emergit noua exceptio, vel aliud incidens.*
12 *Dilatio, quæ dari non debet, & datur, vtraque parte præſente, & non contradicente, valet*
13 *Dilatione nulla data, valent dilationes receptæ.*
14 *Dilatio data abſenti non currit, niſi à die qua fuit intimata.*
15 *Dilatio quæ datur in cauſis, quanta eſſe debeat.*
16 *Dilationem legalem poteſt iudex breuiare, & prorogare.*
17 *Dilatione breuiari data, litigans contradicere, & proteſtari debet, alias ſibi præiudicat*
18 *Dilatio probatoria ſemper eſt communis vtrique parti, & eſt continua, & non vtilis, niſi quando feriæ abſorberent totam, vel maiorem partem.*
19 *Teſtes an examinari debeant intra terminum datum ad probandum.*
20 *Quid, ſi detur ad probandum, & probatum habendum.*
21 *Quid in cauſa repulſa.*

TERTIVS actus, qui ſolet in hac tertia parte
1 iudicii emergere, eſt † dilatio ſeu terminus ad
probandum. Nam facta litis conteſtatione, & iu-
ramento de calumnia, ſi altera partium non petit
compromiſſum, vt ſupra: Iudex procedit ordine
ſucceſſiuo ad rationem termini probatorii; & quo-
niam hanc materiam dilationis plene tractat Spec.
*in tit. de dilat. per totum.* & alii Doct. repetentes rubr.
*de dilat.* propterea contentus ero tangere hic DVAS
tantum QVÆSTIONES facientes ad materiam
practicæ, vt videamus, qualiter ſe habeant iura mu-
nicipalia huius Regni, ad iura communia in mate-
ria dilationis: de reliquis vero remitto me ad dicta
per Doctor. in locis præallegatis. Et prima quæſtio
erit, quot dilationes poſſit iudex dare in vna cauſa?
Secunda quæſtio erit, quanta debeat eſſe dilatio,
quæ datur in cauſis, & quot dierum? VENIO ad
PRIMAM QVÆSTIONEM, ſuper qua dico, quod
2 de iure cõmuni omnis † dilatio probatoria eſt per-
emptoria. & non poteſt dari niſi ſemel, & ſic vnica
tantum dilatio dari debet, adeo, quod etiam ſi non
apponatur verbum, *peremptorie.* ſub intelligatur ta-
men ex iuris diſpoſitione: ita tenet Alex. per illũ tex.
*in l. fi. in 1. not ff de feriis.* & ibi communiter Doctor. &
Bart. *in l. mancipiorum. 6 ff. de opt leg.* gl. & Bart *in l. ceſ-
ſante. C. quom. & quando iud.* & Abb. *in c. licet. 9 in 4. not.
de prob.* Felin. *in c. paſtoralis 4. col. 1. de excep.* pro hoc eſt
tex & ibi Bart. & Doctor *in l 1. C. de dilat* & procedit
hoc indiſtincte in cauſis pecuniariis, per *d. l. fi. ff. de fe-
riis.* & nulla eſt differentia inter actorẽ & reum, quã-
tum ad vnitatem dilationis. Solum in hoc differũt;
quia iudex poteſt dare longiorem dilationem reo,
quam actori, gl. eſt ſingularis *in l. ſicut autem. 8 §. ſed ſi
quæritur 3 ff. ſi ſer. vend.* quam gloſſ. ad hoc ſequitur
Alexand *in d. leg fin. col. 1.* & ibi etiam Iaſ. *in 6. colum.
verſic. 5.* ſed in cauſis criminalibus dantur duæ dila-
tiones accuſatori, & tres reo: vt *d. l fin ff. de feriis*, quæ
licet loquatur de cauſis capitalibus tantum; tamen
de conſuetudine extẽditur ad omnes cauſas crimi-
nales, vt dicunt ibi Bald. Ang. Paul. de Caſt. & Iaſ. re-
ferendo gl. ibi, quæ iſtud tenet, de qua materia vide
ibi per Doct. Plus † dico, quod in criminalibus ad 3
defenſionem rei poſſunt quandocunque etiam poſt
concluſionem in cauſa recipi teſtes, & defenſiones
ad probandum innocentiam: ita tenet Bart. *in l. 1. §.
fi. ff. de qu.* & Bar. *in l. duo fratres 27. ff. de pœn* & Alex.
*in auth. iubemus. circa fin. col C. de iud* & Bart. *in l. ex le-
ge. 2. §. ſi publico 5. col. 4. ff. de adult.* & Abb *in c. ſuborta.
21. col. fi. de re iud* & Pau. de Caſtr. *in conſil. 325.* & Frãc.
de Arec. *in col 144.* vnde puto, quod non peccat iu-
dex, ſi quandoque ante ſententiam concederet reo
in criminalibus dilationem ad ſe defendendum. Et
hoc, quod † dicimus de dilatione peremptoria, & 4
vnica in cauſis ciuilibus, eſt conformẽ cum diſpo-
ſitione Regiæ pragm. quæ incipit, *poſt prædictas,* quæ
ſimiliter concedit vnum terminum ad probandum,
& vult, quod non poſſit prorogari ſine iuſta cauſa,
vel abſque conſenſu vtriuſque partis; alias iudex
prorogans punitur ad duas vncias. Si ergo non po-
teſt prorogari; multo fortius non poteſt multipli-
cari; quia facilius prorogatur dilatio, cum ſit eadem.
*l. ſed ſi manente. 5 ff. de prec.* quã noua detur, facit quod
not. Alex. *in l. dies. 4. in prin. ff. de damn. inf.* Hanc regu-
lam, quod † vna tantum dilatio datur, limita non 5
procedere, quando extaret iuſtum impedimentũ in
prima dilatione; nam poteſt dari ſecunda, *l. oratione.
7. ff. de fer.* & quomodo hoc procedat, vide Bartol. &
Mod. *in l. fi. eo. tit* & Bald. *in conſil 33. in 5. vol.* Secundo
LIMITA, † niſi elapſa prima delatione ſuperueniſ- 6
ſent litiganti nouæ ꝓbationes; quia ad illas produ-
cendas poteſt dari noua dilatio, ſecundum Bald *in l.
admonendi. 31. col. 2 ff. de iureiur.* & Sal. *in l. 1. C. de dilat.*
& Iaſ *in d. l. fi col. 8. ff de feriis.* & de hoc ſtatur iuramẽ-
to petentis dilationem, ſcilic. quod de nouo ſuper-
uenerunt ſibi probationes, vt habetur *in c paſtoralis.
4. de exc.* Tertio LIMITA, † quando cauſa exami- 7
natur in conſiſtorio Principis; quia tũc poſſunt da-
ri, plures dilationes, *l in offerendis. 37. & ibi Bartol. in
fin. C. de appell.* quod declarat, vt ibi per eum. Quarto
LIMITA, † quando is, qui habuit dilationem, im- 8
pediretur facto aduerſarii, vt ſi eſt datus actori, ad
probandum, & reus opponat multas exceptiones,
& ſubterfugia: nam interim non currit dilatio acto-
ri, ſecundũ Alex. *in conſ. 71. col. 1. in. 3 vol.* & Iaſ. plene
*in l ſi eum. 10. §. qui iniuriarũ. 2. col. 3 & 4. ff. ſi quis caut.*
Cautela tamen eſt, vt actor proteſtetur, & ita ſum
ſolitus practicari, quando caſus mihi euenit. Quin- 9
to † LIMITA, quando actor adderet aliquid libel-
lo; quia ad illud debet noua dilatio dari, ita tenet
Ang. *in l. ſtipulatio. 1. § ſi ſtipulanti 4. ff de verb. obl.* † Et 10
idem quando noua actio cumulatur, vt not. gloſſ. &
Bart. *in l edita 3. C. de edend.* & habetur per gloſ. *in c.
litera 3 de dilat.* Sexto † LIMITA, quando in iudi- 11



cio

cio emergit aliqua noua exceptio, vel aliud inci-
dens; quia ſemper peti poteſt dilatio noua ad pro-
bandum id, quod conſiſtit in facto ſuper illo emer-
genti, vt habetur *in c. paſtoralis. 4. de except.* nam ea,
quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de
ætate. 11. §. ex cauſa 8. ff. de interrog. act.* Septimo LIMI-
12 TA, † quando iudex daret ſecundam dilationẽ præ-
ſente vtraq; parte, & non contradicente, quia cen-
ſetur tunc data de voluntate ambarum partium, &
valet: ita tenet Bald. *in dict. leg. fin. ff. de feriis.* Et ideo
ſemper quando iudex dat ſecundam dilationem,
vel eam prorogat, debeat altera pars contradicere
vel proteſtari, alias cenſetur conſentire, vt inquit
Bart. *in l. ſi quis. 1. C. de relat.* quo caſu, quando altera
pars contradicit, non valet ipſo iure dilatio & pro-
bationes intra eam receptæ nihil valent, ſecundum
Alex. *in d. l. fin. 7. ff. de feriis* quem cõmuniter ſequun-
tur ibi Alex. & Moder. idẽ tenet Bald. *in conſ. 33. col.
fin. in 2. volum.* Sed † ſi probationes recipiuntur in
13 iudicio ſine dilatione, valent, ſecundum Bart. Bald.
Alb. & Modern. *in d. l. fin.* & præſertim Iaſ. *ibi in pen.
colum.* & habetur *in deciſ. 55. conſil. Neapol.* Similiter eſt
cautela pro iudice, vt ſemper in dilationibus faciat
ſcribi in actis, præſentibus ambabus partibus, &
non contradicentibus, vel nihil dicentibus; quia
ex non contradictione inducitur conſenſus in iu-
dicialibus, per ea; quæ dicit Bart. *in d. l. ſi quis. 1. C. de
relat.* Octauo LIMITA, † quando dilatio eſt data
14 abſenti; quia non concurrit, niſi à die, quo fuerit
abſenti intimata, & ille dies, quo intimatur, non
imputatur, ita tenet Bart. Alex. & Mod. *in l. Labeo. 41.
in fin. de iureiur.* & Bald. *in l. ſi ea. 7. col. fin. C. qui accuſ.
non poſſ. & in l. ſi quis. 1. in fin. C. de temp. appell.* SE-
CVNDO PRINCIPALITER QVÆRO, quan-
15 ta debeat eſſe dilatio, quam iudex concedit ad pro-
bandum? Dic, quod de iure communi omnis dila-
tio eſt arbitraria iudici; nam habito reſpectu ad di-
ſtantiam loci, & ad qualitatem perſonarum ac cau-
ſæ, poteſt breuiorem, vel longiorem dilationem cõ-
cedere, ita tenet Spec. *in tit. de citat. § nunc de tempo-
rum in fin. & § ſi in fin.* vbi plura allegat, & habetur *in
c. quod ad conſultationem 15. de re iud.* pro hoc eſt tex. &
ibi Bart. *in l. quoniam. 1. C. de dilat.* Imo † etiam dila-
16 tionem legalem poteſt ex cauſa iudex breuiare, vel
prorogare, vt not. Alex. & Doct. *in l. qui pro tribunali.
2. ff. de re iud.* & Abb. *in c. cum ſit. 5. de appell.* Verum in
cauſis ſummariis debent dilationes breuiari, prout
eſt poſſibile, vt habetur *in Clem. ſæpe. 2. de verb. ſign.*
Sed hodie in Regno eſt ſtatuta certa dilatio ad pro-
bandum per Regiam pragmat. quæ incipit, *poſt præ-
dictas,* videlicet dierum 15. ſi per partes declaratum
fuerit, ſe habere teſtes intra 20. milliaria: alias ſi ni-
hil partes declarent de teſtibus, dilatio eſt 20. die-
rum. Et iſte eſt terminus, quem iudices appellant
terminum iuris. Et ſi partes declarauerint ſe habe-
re teſtes in remotioribus partibus intra Regnum,
iudex poteſt dare longiorem dilationem, dummo-
do non excedat tres menſes. Sed ſi teſtes ſunt extra
Regnum, iudex pro motu animi ſui, poteſt longio-
rem dilationem ſtatuere. Et prædicta dilatio cenſe-
tur data ipſo iure, etiam ſine miniſterio iudicis, fa-
cta litis conteſtatione. Ita hæc omnia deciduntur
in dicta pragmat. *poſt prædictas.* ſed dilatio, quæ da-
tur ad repulſam, eſt medietas primæ dilationis in
cauſa principali præſtitæ; datur etiam dilatio ad
repulſam repulſæ, & eſt medietas dilationis datæ
ad repulſam: vt habetur in alia Regia pragmatica,
quæ incipit, *curſu dilationum.* Ex cauſa tamen poſſet
iudex has dilationes abbreuiare, & prorogare, vt ſu-
pra dixi. Sed † quando iudex ſine cauſa daret bre-
uiorem dilationem, ſit cautus litigans, vt contra- 17
dicat, & proteſtetur, alias ſi ſponte recipit dilatio-
nem breuiorem, cenſetur iuri ſuo renunciare, ſecũ-
dum Abb. *in dict. c. quod ad conſultationem. 15. per illum
tex. in 3. col. in pen. not. de re iud.* Et eſt vtile contradi-
cere, ad hoc præſertim; quia poteſt poſtea petere ſe-
cundam dilationem, quæ de iure dari debet ſine a-
lia cauſæ cognitione, quando prima non fuit inte-
gra: quia iſta ſecunda non videtur noua dilatio, ſed
potius re integratio & ſuppletatio primæ: ita tenet
Innoc. *in c. vltra tertiam. 55. de teſtib.* & Bart. *in l. quoni-
am. 1. in fin. C. de dilat.* & Iaſ. *in l. fin. col. 9. in princ. ff. de
feriis.* Et hanc potes addere pro noua limitatione
ad alias fallentias, quas poſui modo in præcedenti
qu. videlicet, quod quando prima non fuit integra,
poteſt peti ſecunda dilatio, dũmodo ſit contradictũ,
vt dixi. Iſta † autem dilatio probatoria, quæ datur
in iudicio, ſemper eſt communis, adeo vt ſi detur 18
vni parti, proſit etiam & alteri. *l. petendæ. 6. C. de temp.
in integr. reſt.* & ibi Bald. min. Fel. *in c. prudentiam. vlt.
col. 1. de mut. pet.* & eſt ritus magnæ curiæ *in num. 210.*
qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia declarãte, &c. in fin.*
item eſt continua regulariter; quia in ea currunt et-
iam dies feriati, ſecundum Bald. *in l. quoniam. 1. C. de
feriis.* & gloſſ. *in rubric. & l. quia. 1. ff. de diuer. & temp.
præſcript.* & gloſſ. & Bald. *in l. fi. ff. de feriis.* Pro hoc eſt,
text. *in l. ſiue pars. 3. in fin. C. de dilat.* Quod tamen in-
tellige, niſi feriæ abſorberent totam dilationem, vel
maiorem partem; quia tunc feriæ non computan-
tur in dilatione. Vnde, ſi in Sabbato Palmarum da-
retur dilatio dierum 15. talis dilatio inciperet poſt
octauam Paſchæ; quia omnes illi 15. dies ſunt feri-
ati, ſecundum Bald. *in l. ſi quando 19. in 4. quæſt. C. de
teſtib.* & Hoſt. *in c. licet cauſam. 9. de prob.* & Lanfran.
*in c. quoniam contra. 11. in verſ. dilatione. col. 2. de prob.*

[De dilationibus probatorijs, quod ſint perem-
ptoriæ, eoque prima dilatione conceſſa, ſi petatur
eius prorogatio, eam non concedi, cum ſecunda, &
tertia, imo quarta etiam, cum iuſtum impedimen-
tum interuenit, peti poſſint. Et an impedimentum
ad obtinendam ſecundam, vel tertiam dilationem,
iuramento probari poſſit. Et quæ ſolennitates re-
quirantur ad quartam dilationem eiuſque proro-
gationem obtinendam. Et quid in Camera Impe-

ria-

riali obtineat, vide Gail. *libr. 1. obſeruat. 91. num. 1. & ſequentibus* ]

19 VLTIMO, ſuper † hac materia poſſet dubitari,
an infra terminum datum ad probandum debeant
teſtes omnino examinari? Dic, quod iſte terminus
datur duplici modo. Quãdoque enim datur ad pro-
bandum ſimpliciter, & quandoque ad probandum,
& probatum habendum. Primo caſu, quando datur
ad probandũ, ſufficit, quod teſtes ſint iurati, & cita-
ti intra terminum; nam poſſunt poſtea examinari,
etiam lapſo termino, & cenſentur eorum depoſitio-
nes factæ infra terminum: quia depoſitio teſtis re-
trotrahitur ad tempus iuramenti, ſecundum Lud.
Rom. *in conſil. 44. col 2.* & Abb. *in c. licet cauſam. 9. col.
6. de probat.* & ita quotidie videmus ſeruari in practi-
23 ca, & ſuper hoc eſt ritus magnæ curiæ *in num* 149.
qui incipit, *Item, quod in quibuſcunque.* qui de æqui-
tate concedit, quod teſtes poſſint per tres dies poſt
terminum iurare, & deinde in antea examinari: &
vide aliquid per Bart. *in l. mancipiorum. 6. ff. de opt leg.*
Secundo caſu, ſcilicet quando datur terminus ad
probandum & probatum habendum; & tunc de-
bent teſtes etiam examinari infra terminum, alias
poſtea non admittuntur: ita plene tenet Abb. *in d. c.
licet cauſam 9. de probat. col. 6* & Soc. *in conſil. 47. col. 4.
20 in 4. vol.* & Bald. *in conſil. 153. in 5. vol.* Solet † etiam e-
lapſo termino ad probandum concedi terminus ad
examinari faciendum, dummodo teſtes ſint iurati
intra terminum, alias ſecus: quo termino elapſo,
vlterius non admittuntur teſtes: & de hoc eſt alius
ritus magnæ curiæ *in num. 166.* incipiens; *Litem ſi a-
liqui, &c.* & alius ritus *in nu. 282.* incip. *Item, quod cũ
datur, &c.* & alius ritus *in nu. 209.* incipiens; *Item ſer-
uat ipſa curia raro, &c.* & poteſt dari dictus terminus
21 etiam in die feriato, vt dicitur *in d. ritu.* 28. Sed † in
termino dato ad repulſam, fallit primum dictum;
quia, etiam ſi detur ſimpliciter, & non dicatur ad
probatum habendum, debent teſtes examinari in-
tra terminum, ita de hoc eſt alius ritus magnæ cu-
riæ, *in num. 236.* qui incipit; *Item, quod facta, &c.* &
hoc poteſt fortificari ex his, quæ dicit Abb. *in c. licet
dilectus. 49. in fi. de teſtib.* vbi dicit, quod repulſa eſt o-
dioſa, & dilatio ad eam debet dari breuis, & cũ ma-
xima cauſæ cognitione. *Robert. Marant. V. I. D.*

## De Poſitione, ſeu articulorum Productione.

SVMMARIA.

1 *Poſitio, articulus, & capitulum, quid ſint, & quali-
ter inter ſe differant. num. 2. 3. 6.*

2 *Capitulum, eſt nomen generale, & poteſt poſitionem, & articulum comprehendere.*

3 *Poſitio in quo differat à libello.*

4 *Cauſa ciuilis in Regno ab articulis incipere poteſt.*

5 *Iudex in cauſis ſummariis vnum, & eundem terminum ad ponendum, & articulandum dare poteſt.*

6 *Poſitionum faciens, cenſetur fateri, quod ponit, ſecus, ſi interrogat, & num. 12.*

7 *Articulans non cenſetur fateri, quod narrat in articulis.*

8 *Confeſſio facta in poſitionibus reuocari non poteſt. niſi de errore doceatur, & quando, & qualiter hoc procedat.*

9 *Poſitiones faciens, fateri non videtur, incipiendo à negatiua.*

10 *Poſitiones intra terminum datum ad probandum debent fieri, non autem poſt.*

11 *Poſitionibus vel articulis poſt terminum productis, pars reſpondere non tenetur.*

12 *Poſitio vel articulus obſcurus, declarari poſſunt poſt terminum vſque ad concluſionem in cauſa.*

13 *Poſitiones fieri debent poſitiue, non autem interrogatiue, & quæ ſit ratio.*

14 *Verbum,* credit, *eſt veritatis expreſſiuum, in reſpondente poſitionibus.*

15 *Aduocatus vel procurator reſpondenti poſitionibus adeſſe non debet, quando illis reſpondetur.*

16 *Ruſticus, & idiota reſpondens poſitionibus, præſente ſuo Aduocato, vel Procuratore.*

17 *Periurus non eſt, qui deponit falſum cum iuramento, ſed ſolum Deum habet vltorem.*

18 *Iudex poteſt imponere pœnam litiganti, vt veritatem dicat, & illam exigere.*

19 *Copia articulorum parti dari debet, non autem interrogatoriũ. 21.*

20 *Articuli præſentari poſſunt etiam die quo curia non regitur, dummodo non ſit dies feriatus, & ſoli magiſtro actorum ſine iudice præſentari poſſunt.*

21 *Poſitionibus reſpondere nolens, an poſſit petere terminum ad deliberandum.*

23 *Clauſula*, ſaluo iure impertinentium, *quid operetur.*

QVARTVS actus, qui ſucceſſiue emergit, eſt Poſitio, ſiue articulorum productio. Et quoniam hæc materia poſitionum eſt plene tacta per Speculatorem *in titul de poſitio.* ideo non valde me exteudo, ſed ſolum pro introductione iuuenum, VIDEBIMVS ILLOS TRES TERMINOS, QVALITER DIFFERANT: videlicet, POSITIO, ARTICVLVS, & CAPITVLVM: deinde tangam aliquas additiones, circa obſeruantiam in Regno in actu practico.

Scieodum † eſt igitur, quod iſti tres termini ita
differunt. Nam POSITIO generice ita diffinitur, 1
videlicet: Poſitio, eſt breuis narratio, factum conti-
nens, ad eliciendam veritatem concepta, ſecundum
Bald. *in l. cum & 2. § quod obſeruari. 2. col fin. C. de iur.
cal.* & Specul. *in tit. de poſitio §. ſed magis.* in ſpecie ita
diffinitur: Poſitio, eſt pars intentionis; cõtinens id,

 ſu-

ſuper quo quis petit ab aduerſario reſponderi, ſecundum Bald. *in l. generaliter. 12. § ſed iuramento. 1. C. de rebus cred.* ARTICVLVS vero eſt pars intentionis continens id, quod quis probare intendit, puta per teſtes, vel ſcripturas: vt not. Bald. *in d. § ſed iuramento.* & Specul *in tit. de teſte § videndum. colum. 1. verſic. ſciendum eſt igitur* & Card *in Clem. 2. ſæp. 2. §. & quia in 3. not. & in 1 q. de verb ſign.* & not. gloſ. & Doct. plene *in c. præſentium. de teſtib. lib. 6.* vnde in effectu poſitio reſpicit ſolam confeſſionem partis, & fit per verbum, *ponit*, & fit ad effectum vt ponens releuetur ab onere probandi, ſi pars confitetur, *c ſtatuimus. 1. de confeſſ lib. 6.* & Spec. *in tit de poſitio § 1.* Articulus vero fit per verbum, *probare intendit*, & reſpicit probationes faciendas per teſtes, vel ſcripturas, in caſu, quo poſitiones negantur. Vnde ordo eſt, vt prius fiant poſitiones, ad eas producendas detur vnus terminus, & poſtea detur alius terminus ad producendum articulos, ſecundum Card. *in d. Clem. & quia in 6. & 7 q.* Bald. *in d. l. cum & 2 § quod obſeruari. 2. circa fi. C. de iurā. cal* & probatur ex his, quæ tradit Spec. *in d. § nunc videndum. tit. de teſtib. col. 1.* colligitur etiam hæc differentia ex verbis Alex. *in l. inter. ſtipulantem. 83. in princ ff de verb. obl.* vbi plus dicit, quod poſitio poteſt fieri mere negatiua, & renetur pars illi reſpondere, ſed non articulus fit negatiue, quia eſſet improbabilis, niſi coarctaretur loco & tempore ſecundum eum.

[Hodie hæc differentia inter poſitiones, & articulos, in foro, maxime in Camera Imperiali, nō obſeruatur, ſed ex poſtrema Imperij conſtitutione Anno 70. promulgata, in ingreſſu litis ante litis conteſtationē libellus articulatus in cauſa principali exhiberi debet, ſuper quo deinde lis conteſtatur, poſtea libelli articuli, loco poſitionalium, articulorum repetuntur, litis abbreuiandæ cauſa. Licet autem de iure communi, ante litis conteſtat. in cauſa principali articuli dari nequeant; nihil tamen prohibet, quo minus exceptiones dilatoriæ, quæ probationem requirunt, articulatim proponantur. Nam pro regula traditur; Quoties probationes neceſſariæ ſunt, toties poſitiones, etiam ante litem conteſt. fieri poſſe, ſecundum gl. & Bart. & alios allegatos à Gail. *lib. 1. obſ. 79 nu.* 4. Quando autem poſitiones in contumaciam non reſpondentes, pro cōfeſſatis acceptari poſſint; Et quinam articuli ſint pertinentes, & ad probandum admittendi, vide Gail. *lib. 1. obſer. 80. & 81.* vide etiam Menoch. *conſ. 2. nu. 360.*

2 CAPITVLVM autem, † eſt nomen magis generale, & poteſt comprehendere vtrunque, ſcilicet poſitionem, & articulum, vt tenet Bald. *in d. l. generaliter. 12. § ſed iuramento. 1. C. de rebus cred.* vbi dicit, quod terminus datus ad capitulandum, cenſetur datus ad ponendum, & articulandum: ſed terminus datus ad ponendum, non cenſetur datus ad articulandum, nec contra, & ita vt plurimum in iure, articuli vocantur capitula, vt dicit tex. & Abb. *in c. per tuas. 48. col. fi. de teſtib.* Et hoc eſt illud vocabulū, quo vtuntur communiter iudices inquirētes in criminalibus nam ſolent reo dare capitula, ſuper quibus formatur inquiſitio; nam illa capitula, ſuccedūt loco poſitionum & articulorum, ſuper quibus curia inquirenti intendit probare ſuam intentionem contra reum inquiſitum, vel per confeſſionem, vel per teſtes, vt habetur *in c. qualiter & quando. 24 § debet. de accuſ.* vbi eſt text de hoc. Differt † autem poſitio à libello; quia libellus habet concluſionem, ſed poſitio non, vnde reſpondens libello, cenſetur litem conteſtari, vt dixi ſupra *in præcedenti parte in tractatu de litis conteſtatione.* ſed reſpondens poſitionibus, non cenſetur litem conteſtari, ſecundum Bald. *in d. l. cum & 2. § quod obſeruari circa fi. C. de iur. calū.* 3

Quod tamen non procederet in cauſis ſummariis, in quibus non requiritur libellus. Sed † cauſa poteſt 4
incipere à poſitionibus & articulis, qui ſuccedunt loco libelli, vt tenet Old. *in conſil 244. in princip.* Nam tunc reſpōſio haberet vim litis conteſtatæ, ex identitate rationis, *l. Titia. 134. ff. de verbor. obligat. l. illud. 32 ff. ad leg. Aquil.* Item † in cauſis ſummariis iudex 5
poteſt dare vnum & eundem terminum ad ponendum & articulandum, vt inquit Card. *in d. Clem. ſæpe. §. quia in 8. not. & 7. quæſt. de verb. ſign.* Et hoc ſeruatur communiter hodie in Regno; quia vnus terminus datur ad probandum, & intra illum terminum fiunt poſitiones & articuli ſine diſtinctione, vt probat Regia pragm. quæ incipit; *Quinta die, &c.* vnde inoleuit communis practica Aduocatorum, qui dicunt in articulis; *item ponit, & probare intendit, &c.* Nam per hæc verba intentio articulantis eſt, vt ſi pars confiteatur id, quod eſt articulatum, tales articuli ſuccedant loco poſitionum. Si vero negat; & tunc ſuccedunt loco articulorum, vt ſuper eis poſſint teſtes examinari, vt not. Cardin. *in d. Clem ſæpe. § quia in 8. not. de verbor. ſignif* & Spec. *in tit. de teſt. § nunc videndum poſt princip.* Differunt † etiam po 6
ſitiones ab articulis; quia is qui ponit, cenſetur fateri illud, quod ponit, vt not. Alex. *in conſ. 71. colum 1. in 3. vol.* in tantum, quod non poteſt talem cōfeſſionem reuocare, niſi doceat de errore, & talis confeſſio præiudicat ſibi, ſiue poſitio ſit ſcripta, ſiue non, vt Speculat. *in titul. de poſitio. § 10. col. 1 & 2 verſic. quid ſi actor. & verſic. item ſi ponens.* Sed † is, qui articu- 7
lat, non cenſetur fateri id, quod dicit in articulis, not. Abb. *in c. cum venerabilis. 3. in fin. de except.* & Io. Andr. *in c. final. de iureiur. lib. 6* & Anton. de Butr. & Doct. *in c. fin. de confeſſ.* & Bart. *in d. l cum & 2. §. quod obſeruari 2. C. de iur. calum.* Bal. *in l. ſicut. in fin. C. de rep. hæred.* & Alex. *in conſ. 70. col. pen. verſ. præterea. 2 colum.* Illud † autem, quod dixi, confeſſionem in poſitione 8
reuocari non poſſe, ad inſtar confeſſionis, quæ inducitur per libellum, iuxta *l. cum precum. 9. & ibi Bal. C de lib. cau.* intellige procedere ſane, poſtquam poſitio fuit in iudicio præſentata, & per iudicem approbata & admiſſa, nam tunc fit de actis: ſecus ſi ante;

quia

quia nondum eſt facta de actis, nec concludit parti,
vnde tunc poſſet reuocari, per ea, quæ not. Bald. in l.
generaliter 12. § ſed iuramento, col. 1. verſ. no. ſuper ver-
bo, &c. C. de reb. cred. & not. in c. cum contingit. de off. de-
9 leg. † LIMITA etiam hoc dictum de confeſsione
non procedere, quando fieret poſitio præcedente
negatiua per modum exceptionis, vt puta ſi pars ad-
uerſa tale quid poſuerit, quod negauit, &c. excipien-
do ponitur, &c. Nam tunc ponens non videtur fa-
teri, vt eſt gl. in l. ſiquidem. 9. in verſic. conteſtatione.
C. de except. & glo. & Bart. in l. non vtique. 9. ff. de except.
& And. de Iſern. in c. 1. § inſuper, circ. fin. col. de cont. in-
ter dom. & fidel. & inueſt. & Iaſ. in l. Iul. 60. col. 8. ff. de
10 cond. ind. † Quando autem fieri & præſentari debeant
poſitiones ſiue articuli, tract. Spec. in tit. de poſitio. § 4.
Et breuiter dicas, quod debent fieri intra terminum
datum vel probandum: alias elapſo termino vlte-
rius produci non poſſunt, vt tenet Spec. in tit. de di-
latio. § fin. verſic. item quod ſi datus. & Bald. in l. contra-
11 hentibus. 25. §. illo. 3. C. de non numer. pecun. † Nec tene-
tur illis poſt terminum productis pars reſpondere,
ſecundum Bald. ibi. & idem Bald. in add. lit. Spec. in tit.
12 de dila. verſic. lapſo termino, &c. col. 2. † Quod tamen in-
telligas, niſi poſitio eſſet obſcura, ſiue articulus ob-
ſcurus; quia poteſt declarari poſt terminum vſque
ad concluſionem in cauſa, ſecundum Bal. in l. tres de-
nunciationes. 9. in fin. C. quomodo & quando iud. Et de
prædictis vide vnum pulchrum conſ. Old. in conſil.
13 254. † Debent autem fieri poſitiones poſitiue, non
interrogatiue, alias pars non tenetur illis reſpon-
dere, ſecundum Bald. in l. data opera 11. col. 11. C. qui ac-
cuſar. non poſſ. & Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. iudices. 9. C. de
iud. & Gem. in c. 1. col. pen. de confeſſ. lib. 6. vbi aſſigna-
tur ratio: quia is, qui ponit, fatetur, vt ſupra dixi,
non is, qui interrogat, ſecundum Bart. in d. l. cum &
§. quod obſeruari C. de iur. cal. Quia enim ponens vult,
vt aduerſarius reſpondeat, ad hoc, vt per eius confeſ-
ſionem releuetur ab onere probandi; ita etiam æ-
quum eſt, vt ipſe ponens per ſuam confeſsionem re-
leuet aduerſarium ab onere probandi, ad hoc ne iu-
dicium † claudicet. Reſponſio autem poſitionibus
14 poteſt fieri per verbum, credit, vt dicitur in d. prag.
Quinta die. Quod verbum eſt veritatis expreſſiuum,
in principali reſpondente, ſecundum Bal. in l. 1. in fi.
C. de fal. cau. adiect. leg. & Spec. in tit. de poſitio. §. 6. ver.
hoc tamen de quo vide Gem. in c. 1. col. 3. de confeſſ. li. 6.
Nam ita præiudicat confeſsio facta per verbum,
credit, ſicut de veritate: vt tenet Petr. Phil. Corn. in
conſil. 86. col. 1. in 3. volum. † Et debet fieri reſponſio
15 in ſecreto, ſine præſentia Aduocati vel procurato-
ris, & ſine eorum conſilio: vt eſt ritus magnæ curiæ,
in numer. 273. incipiens; Item, quod quandocunque.
16 Quod † tamen ſingulariter LIMITA non proce-
dere in ruſtico vel idiota; quia quando examinatur
vt principalis, poteſt in ſuo examine intereſſe eius
Aduocatus vel procurator, ad hoc ne propter eius
ſimplicitatem decipiatur in reſpondendo, ita tenet

Hoſt. in c. dilecti 6. de iud. quem refert & ſequitur Soc.
in rep. l. hæredes. 1 col. 4 ff. de vulg. & pup. † Item, ſi prin- 17
cipalis examinatus cum iuramento deponat falſum,
non punitur de periurio, ſed ſolum Deum habet vl-
torem, ita dicit dictus ritus 273. in iſto. quo poteſt
verificari diſpoſitio l. 2. C. de reb. cred.

[An mater, eiuſque filius maior, pro fratribus mi-
noribus, vel curatores pro minoribus adultis poſi-
tionibus reſpondere poſsint, an vero minores adulti
ipſi reſpondere teneantur, item an tutores pro infan-
tibus, & curatores pro furioſis reſpondere poſsint,
vide Ioſeph Lud. deciſ. Lucenſ. 41.]

Poſſet † tamen Iudex facere præceptum princi- 18
pali volenti ſe examinari, vt verum dicat, ſub certa
pœna, quo caſu auctoritate præcepti poſſet illum
punire, ſi falſum dicit, ſecundum Bart. in l. ius alimen-
torum 3. ff. vbi pup. edu. deb. † An autem debeat dari
copia articulorum parti? Dic, quod ſic, tam de iure 19
communi, quam per d. Regiam prag. Quinta die vt
not. Abb. in c. per tuas 48. colum fin. de teſtib. & Bald. in
l. ſupplicare 2. C. vt lit. pend. Verum debet pars petens
copiam examinari & reſpondere prius, & poſtea
habere copiam, ſecundum Bald. ibi. & probatur in
d. pragma. Quinta die vbi plus dicitur; † Quod ſi is,
qui habuit copiam, vult nouos articulos produce- 20
re, poteſt illos præſentare infra tres dies a die acce-
ptæ copiæ, item poſſunt præſentari articuli etiam in
die, quo curia non regitur, dummodo non ſit dies
feriata, & ſufficit, quod ſoli actorum magiſtro præ-
ſententur, ſine præſentia Iudicis, vt eſt ritus magnæ
curiæ in num. 293. qui incipit; Item ſeruat ipſa curia,
quo dato, &c. † Copia autem interrogatoriorum non 21
datur ſecundum Abba. in c. per tuas. & Alexand. in l. is
apud quem 2. C. de edend.

[Eamque veram & communem opinionem eſſe
dicit Gail. l. 1 obſ. 94. num. 6. cuius cauſa eſt, ne ma-
liguandi detur occaſio; quia is qui producit teſtes,
habita interrogatoriorum copia, facile poſſet teſtes
inſtruere, & verſare, & ſic falſitati anſam præbere.
Iudex autem interrogatoria ex officio examinare, &
impertinentia reſecare. Gail. d. loco]

Et hoc ideo, ne inſtruantur teſtes ad falſum. † An 22
autem volens reſpondere poſitionibus, poſsit pe-
tere terminum ad deliberandum, vt quia non bene
recordatur? Spec. in tit. de poſitio. §. 6. verſicul. quid ſi
interrogatus. tenet, quod ſic, quando vult reſponde-
re de veritate. Verum quia hodie in Regno per d.
pragm. Quinta die. eſt permiſſum reſpondere per
verbum, credit, puto, quod non debet dari termi-
nus ad deliberandum, vt dicit Spec. ibidem. Et hoc
ſentit proprie d. pragm. dum dicit, quo partes de-
bent reſpondere viciſsim, & ſine temporis inter-
uallo. † Quid autem operetur illa clauſula, quan-
do Iudex admittit articulos; ſaluo iure impertinen- 23
tium, & non admittendorum; dic, quod ſi in futu-
rum apparet, quod non debebant admitti, haben-
tur pro non admiſsis, & reijciuntur etiam depoſi-

tiones teſtium receptæ ſuper illis: ita tenent Ioan. And & Ioan. de Imol & communiter Doct. *in c. cum contingat. 37. de off deleg.* Reliqua in hac materia poſitionum, dic, vt per Specul. *in d tit. de poſitio.* & per Bar. Bald. Franc. de Aret. & Doct. *in l. eum & §. quod obſeruari. C. de iur. cal.* & per Bar. Alex. & Doct. *in l. ſi duo. 13. §. idem Iulianus. 2. ff de iureiur.* ſequitur quintus actus, ſcilicet confeſſio. *Rob. Marant. V. I. D.*

## De confeſſione.

### Summaria.

1 *Confeſſio inter genera probationum numeratur.*

2 *Confeſſio extraiudicialis parte abſente, ſemiplene probat, ſed parte præſente, plene num. 12.*

3 *Confeſſio extraiudicialis in criminalibus facit indicium ad torturam.*

4 *Confeſſio per verba diſpoſitiua, vel enunciatiua, non probat, niſi iurata.*

5 *Confeſſio probata per teſtes contra inſtrumentum in ſcriptis non nocet.*

6 *Confeſſio ſine cauſa non plene probat, niſi fiat ad liberandum.*

7 *Confeſſio Prælati non nocet eccleſiæ, niſi aliter veritas probetur.*

8 *Confeſſio inter perſonas prohibitas, eſt ſuſpecta, & non probat.*

9 *Confeſſio ex cauſa mutui, non probat inter biennium.*

10 *Confeſſio facta calore iracundiæ, non nocet, niſi detur perſeuerantia.*

11 *Teſti dicenti ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non creditur ad infringendum eius depoſitionem.*

13 *Confeſſio facta parte abſente, probata per vnum teſtem, nullam facit probationem.*

14 *Confeſſio probari debet per duos teſtes, de eadem confeſſione deponentes.*

15 *Confeſſio extraiudicialis geminata, plene probat.*

16 *Confeſſio extraiudicialis parte abſente facta, ad exonerationem conſcientiæ, facit plenam probationem.*

17 *Confeſſio extraiudicialis, emanans, ſuper eo, quod dependet ex mera voluntate confitentis, valet.*

18 *Confeſſio abſente parte, acceptata per aliquem nomine abſentis, plene probat.*

19 *Confeſſio parte abſente facta, valet de iure Canonico.*

20 *Confeſſio facta in apocha parte abſente, valet.*

21 *Confeſſio iudicialis quam vim habeat & an cæteras probationes ſuperet, & infringat.*

22 *Confeſſio iudicialis tollit omnem præſumptionem iuris & de iure.*

23 *Confeſſio poſt concluſionem in cauſa, plene probat.*

24 *Confeſſio facta in proceſſu inualido, ſufficit, an eſt ad condemnandum.*

25 *Confeſſio ſe referens ad inſtrumentum inualidum an probet.*

26 *Confeſſus in ciuili, habetur pro condemnato, ſecus in criminali.*

27 *Confeſſio qualificata, an & quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte repudiari.*

28 *Debitor, qui non poteſt probare ſolutionem mutui, in ſecreto ſoluti, quomodo reſpondere debeat poſitionibus, in quibus creditor petit mutuum ſibi reſtitui.*

29 *Confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, eam non probando, non punitur, vt homicida, ſed mitius.*

30 *Confeſſio vt iudicialis dicatur, an neceſſario coram iudice pro tribunali ſedente fieri debeat.*

31 *Confeſſio coram arbitro, vel arbitratore recepta, an dicatur iudicialis vel extraiudicialis, & an coram iudice fidem faciat, & qualiter.*

32 *Confeſſio dubia interpretatur in fauorem confitentis.*

QVINTVS actus ſucceſſiue emergens in hac ſecunda parte iudicij, eſt † Confeſſio. nam dato termino ad probandum, & præſentatis articulis ſiue poſitionibus proceditur ad examinationẽ principalis, qui ſolet quandoque confiteri, & ſua confeſſione releuare partem ab onere probandi. Et quoniam vario modo producuntur confeſſiones in iudicijs (quia numeratur confeſſio inter genera probationum, vt notat glo. *in l. ipſe, 1. C. de eden.*) ideo videamus breuiter aliqua de eius materia. Vnde eſt ſciendum, quod CONFESSIO ALIA dicitur IVDICIALIS; ALIA EXTRAIVDICIALIS. Cõfeſſio iudicialis dicitur, quæ fit in iudicio, & extraiudicialis, quæ fit extra iudicium. 1

Videamus PRIMO de † EXTRAIVDICIALI, quæ fit in iudicio, nec coram iudice. Et ſi quæris, quem effectum habeat, ſi producitur in iudicio in vim probationis? Dic, quod in ciuilibus, ſi fit parte præſente, probata per duos teſtes, facit plenam probationem, & præiudicat etiam hæredi confitentis, ſecundum Bal. *in l. 1. col. fin. verſic. de vno quæro, &c. C. ex delict. defun.* & Soc. *in conſil. 228. col. 1. in 2. volum.* & Ioan. Andr. *in rubr extr. de probat* Alex. *in conſil. 19. col 1. in 4. volum.* & licet Alex. *in col. 20. conſil. 1. in 4. vol.* teneat, quod vltra præſentiam partis requiratur etiam acceptatio: tamen communiter tenetur contrarium, ſcilicet, quod non requiritur acceptatio; quia ex quo confeſſio tendit in fauorem præſentis, præſumitur acceptatio ex eius parte, *l. qui patitur. 18. ff. mand.* & per ea quæ plene tradunt Bart & Mod. *in l. quæ dotis. 33. ff. ſol matr.* ita in ſpecie tenet Alex ſibi contrarius, *in l. ſuus. 3. C. de rep. hæred.* & ad prædicta eſt text. *in l. Publia. 26. §. fin. ff. depoſ.* Si vero confeſſio extraiudicialis fiat parte abſente; tunc probata per duos teſtes facit ſolam præſumptionem, id eſt, ſemiplenam probationem, ſecundum glo. & Abbat. *in c. fi. col. 5. de ſucceſſ. ab inteſt.* & Alex *in conſ. 24. col. pen in prin. in 2. vol. & conſil. 36. col. 2. in fin. in 5. vol.* & habetur per Matt. de Afflict. *in deciſ. 12. 337. & 335. conſ Neap.* & Alex. *in conſil. 152. col. fin. in 5. vol* & Petr.

Phil.

3 Phil. Corn. *in conſil.* 113. *in litera S. in 1. vol.* Sed † in criminalibus talis confeſſio extraiudicialis facit indicium ſufficiens ad torturam, ſecundum gl. & Bart. *in l. capite quinto* 25 *ff. de adul.* & Lud. Rom. *in conſ.* 177. *col* 2. & Bart. *in l. quoniam* 5. *ff. de his qui not. infa.* & Bald. *in l. ictus fuſtium.* 22. *eod. tit.* & Alex. *in l. magiſtratibus.* 12. *ff. de iur. om. iud.* Quod tamen LIMITA multis modis, quos plene tradit Fel. *in c. olim.* 25 *de reſcr. & in c. etſi clerici.* 4. *col.* 6. *de iudic.* vbi cumulat multos caſus, in quibus confeſſio extra iudicium plene probat, etiam in criminalibus. Et illud, quod dixi in criminalibus, intellige, ſiue parte præſente, ſiue abſente, vt *d. l. capite quinto.* & tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil* 260 *in litera D. in* 3. *vol.*

[Quod confeſſio extraiudicialis abſente parte facta, de iure ciuili ſemiplene probet, & indicium etiam faciat ad torturam, ſi per duos teſtes idoneos, qui conteſtes ſint de loco, & tempore, multis authoritatibus probat, & communem eſſe Dd. opinionem, aſſerit Viuius *in ſyl. com. opin. lib.* 1. *opin.* 139. *numer.* 1. 2. & 5. de hac etiam confeſſione abſente parte facta, vide Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedemont.* 109. *per tot.* Item Maſcard. *de probat. lib.* 1. *lit. C. concluſ.* 347.]

4 Super † prædictis ego firmo DVAS CONCLVSIONES. PRIMA eſt, quod confeſſio extraiudicialis parte præſente, plene probat, vt ſupra; quam LIMITA procedere, quando fit per verba diſpoſitiua; ſecus, ſi per verba enunciatiua; quia tunc non probat, per text. *in c. fin. & ibi Abb. & Doct. de ſucceſſ. ab inteſt.* & habetur *in deciſ.* 105. *conſil. Neapol.* niſi eſſet confeſſio iurata, vt eſt alia *deciſ* 164. *conſil. Neap.* Secundo LIMITA, † quando teſtes producerentur ad probandum confeſſionem contra inſtrumentum celebratum in ſcriptis, continens debitum; quia tunc non omnis probatio confeſſionis, parte præſente, facit plenam probationem, ſed eſt neceſſe, quod probetur per quinque teſtes rogatos, iuxta formam *l. teſtium.* 18. *C. de teſtib. cum auth. ibi poſita* & eſt gloſſ. *in c. teſtes. in glo. magna, in fin.* 3. *q.* 7. & habetur *in d. dec.* 105. *conſil. Neap in fin.*

6 Tertio LIMITA, quando † confeſſio fuit facta cum cauſa, puta, confiteor me debere ex cauſa mutui, alias non nocet, licet probetur, gloſſ. eſt *in d. c. teſtes in gl. magna, circa fin* 3. *q.* 9. & eſt text. & ibi Alex *in l. cum de indebito.* 25 *§. fin. ff. de probat.* intelligetamen, quod non nocet quo ad plenam probationem, ſed facit ſemiplenam: & cauſa debet tunc ſaltem allegari per eum, qui innititur confeſſioni, ſecundum Alex. *in conſil.* 4. *col. pen. & conſil.* 85. *colum. fin. in* 1. *vol.* & Spec. *in tit. de confeſſ. §. nunc videndum, col.* 3. *verſic. ſed quæ eſt ratio, & verſic. ſeq.* & Ioan. de Imol. *in c. ſi cautio.* 14. *de fide inſtr.* vide plene per Fel. Item intellige, quod confeſsio fieret ad obligandum; ſecus ſi ad liberandum: vt ſi dico, confiteor te mihi non teneri; quia plene probat liberationem, text eſt, & ibi communiter Dd. maxime Iaſ. *in l tale pactum.* 40 *in prin. ff. de pact.*

[De confeſſione extraiudiciali facta præſente parte ſponte & non per errorem, an, & quando probet, ſi ad liberandum, vel etiam obligandum tendat, vide Alexan. Trentacinq. *lib.* 2. *pract. reſolut. tit. de confeſſ. reſolut. tamen.* 9. *& ſeqq.*]

Quarto LIMITA in confeſſione † Prælati, quæ non præiudicat eccleſiæ, niſi aliter probetur veritas, vt habetur *deciſ.* 168. *conſil. Neap.* de qua materia vide plene per Fel. *in c. edoceri.* 21. *de reſcr.* Quinto LIMITA, quando talis † confeſſio fieret inter perſonas prohibitas, & ſuſpectas; quia non probat. Vnde non creditur Prælato dicenti, ſe donare ſeruitoribus propter merita, & ſeruitia, quæ ab eis recepit, niſi aliter probentur: vt not. Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de reb. eccl. non alien. ſuper rub.* & Bal. *in l iubemus.* 14. *col.* 3. *vide verſ. deinde. &c. C. de ſacroſ. eccl.* Et ſimiliter quando maritus donaret vxori, vel pater filio, propter merita. & idem in ſimilibus, qui ſunt in iure innumerabiles, de quibus habetur per Bart. & Dd. *in l. poſt contractum.* 15. *ff. de don. & l. per diuerſas.* 22. *C. mand. & in l. ſi donatione.* 13. *C. de coll. & in l. hic titulus.* 1. *§. nec caſtrenſe. ff. de collat. bon.* Ang. *in conſ.* 5 *col. fin.* & plene Matth. de Afflict. *in conſt. Diuæ memoriæ, colum.* 25 pro hoc eſt rex *in l. teſtamentum.* 27. *de prob.* Sexto LIMITA † in confeſſione ex cauſa mutui; quia non probat infra biennium, niſi aliter probetur vera numeratio, *in tot. tit. C. de non nu. pec. & Inſt. de lite. oblig. per totum.* † Septimo LIMITA, niſi confeſſio facta eſſet calore iracundiæ; quia non nocet, niſi detur perſeuerantia, gl. eſt *in ver. admonita, in fin.* & ibi Abb. *in c. ex literis.* 5. *de diuort.* Octauo LIMITA non procedere in † depoſitione teſtis, dicentis extra iudicium, ſe falſum depoſuiſſe in iudicio; quia non per hoc tollitur eius depoſitio: & idem in iudice dicente, ſe venalem ſententiam tuliſſe, & ſeductum, ſecundum Ang. *in conſ.* 308. *verſ. deſcendo ad tertium eorum.* SECVNDA CONCLVSIO eſt, quod confeſſio † facta parte abſente, probat tantum ſemiplene, quod intellige, etiam ſi fiat ad liberandum, ſecundum Paul. de Caſt *in conſ.* 79. *in* 2. *vol.* LIMITA primo, † dummodo talis confeſſio probetur ad minus per duos teſtes: nam ſi probatur per vnum teſtem, nullam facit probationem, nec plenam, nec ſemiplenam, nec etiam indicium, ſecundum Alex. *in conſ.* 132. *col. penult. verſ. non obſtat etiam, &c. in* 5. *vol.* Secundo, LIMITA † dummodo duos teſtes deponant in indiuiduo de eadem confeſſione; ſecus ſi vnus teſtis dicit de vna confeſſione facta vno die, & alius de alia; quia etiamſi mille eſſent teſtes, non probant, etiam ſemiplene, ex quo ſunt ſingulares, & non iunguntur, ſecundum Alex. *in conſil.* 36. *col.* 2. *& conſil.* 39. *in* 5. *vol.*

7 8 9 10 11 12 13 14

[Confeſſio extraiudicialis debet probari per duos teſtes, ſecundum Bart. & alios, quos congerit Bonacoſſ. *lib.* 2. *com. opinion. in verb. confeſsio extraiudicialis.* vbi de communi teſtatur. Adde Bott. *conſilio* 28 *numer.* 41. etiam de communi teſtantem.

debent

debent autem illi duo, eſſe conteſtes de loco, tempore, & re; non ſingulares; nam teſtibus ſingularibus talis confeſsio non probatur, vt tradit Botta *d. loc.* & clarius poſt alios Franciſc. Bec. *conſil.* 60. *numer.* 29 *lib.* 1. Vt autem confeſsio extraiudicialis indicium faciat ad torturam, debet probari duobus teſtibus, cum alijs requiſitis, de quibus gloſſ. & Dd. communiter, *in l. fin. C. famil. herciſc.* Clar. alios allegans, *in pract. crim. quæſt.* 21. *verſ. confeſſio.* Franciſc. Bec. *conſil.* 60. *numer* 29. *lib* 1. Bonacoſſ. *lib.* 2. *com. opin. crim. in verb. confeſſio. extraiud.* Bott. *d. conſil.* 88. *numer.* 4. Et debent iſti duo teſtes, vt indicium ad torturam faciant, eſſe omni exceptione maiores, vt poſt Bartol. & alios tradit Clar. *d. quæſt.* 21. *numer* 3. Nonius *conſil.* 69. *numer.* 8. Roland. *conſil.* 57. *numer.* 34. Burſat qui plures allegat, *conſil.* 336. *numer* 18. *lib.* 3. Riminal. iun. *conſil.* 361. *numero* 27. *& ſeq. & conſilio* 237. *numero* 71. *lib.* 5. *& conſil.* 358. *numer.* 17. *lib* 4. Bonacoſſ. de communi atteſtans, *lib.* 1. *com opin. crim in verb. teſtis omni except. maior.* Adde Viuium *in ſyl. com. opin. lib.* 1. *opin.* 139. *numer.* 5]

15 Tertio LIMITA, † niſi iſta confeſsio extraiudicialis eſſet geminata; quia tunc æquiparatur iudiciali confeſsioni, vt plene probatur ſecundum Bart. *in l. cum ſcimus.* 22. *C. de agri. & cenſit. lib* 11. & Lud. Rom. *in conſil.* 290. *colum* 2. Paul. de Caſtr *in l. Publia.* 26. *§ fin. ff. dep.* Iaſ. *in § in perſonam, colum* 9. *Inſt. de act.* vbi plura cumulat de materia geminationis, Fel. *in c. olim.* 25. *de reſcr. & in c ſi cautio.* 14. *de fid. inſt.* ibi etiam Abb. *in fin. & habetur in deciſ.* 336. *conſil. Neapol.*

[Adde Viuium *in ſyl com. opin. lib* 1. *opin* 139. *num.* 3. qui dicit id obtinere, etiam, ſi confeſsio ſine cauſa ſit facta.]

16 Quarto LIMITA, † quando talis confeſsio fieret ad exonerationem conſcientiæ, vt ſi quis parte abſente bonam fidem agnoſcens, pro ſuæ conſcientiæ exoneratione fatetur ſe extorſiſſe vſuras, vel habere tale depoſitum; vel ſimile: nam iſta confeſsio plene probat, ſecundum Bal. *in l. generaliter.* 13. *in* 10. *q. C. de non num. pec.* & Petr. Phil. Coro. *in conſ.* 211. *col.* 2. *in* 3 *volum.* & habetur *in deciſ.* 164. *in fin. conſil. Neap.* Pro hoc ſolet allegari gloſſ. *in c. quoties cordis.* 1. *q.* 7.

17 Quinto LIMITA, † quando confeſsio emanat ſuper eo, quod dependet ex mera volũtate confitentis, vt eſt aditio hæreditatis, vel ratihabitio, vel aliud ſimile; quia tunc plene probat, etiam abſente parte ſecũdum Bar. *in l. certum.* 6. *§. ſi quis abſente.* 3. *ff. de confeſſ.* Pro hoc eſt gl. *in l. Pomponius* 9. *la* 1. *ff. de neg. geſt.* & Bal. *in l. generaliter.* 13. *C. de non num. pec. in* 11. *q.* Sexto
18 LIMITA, † niſi talis confeſsio eſſet acceptata per aliquem nomine abſentis; quia plene probat, vt not. gl. & Paul. *in d. l. tale pactũ.* 40. *in princ ff de pact.* pro hoc eſt gl. *in ver. legatum.* & ibi per Dd. *in l. huiuſmo-*
19 *di.* 34. *in prin. ff de leg.* 1. Septimo, LIMITA, † non procedere in æquitate Canonica, ſecundum quam plene probat talis confeſsio parte abſente: ita tenet Franc. de Areſ. *in conſil.* 60. *& conſ.* 64. *col.* 2. & præſertim quando extaret iuramentum, & not. Petr. Phil Cor. *in conſil* 133 *col.* 3. *in* 1. *vol.* & habetur *in d. dec.* 164. *conſil. Neap. in fin.* de qua materia vide mod. maxime Iaſ. *in d. l tale pactum.* 40. *in princ. C. de pact* & Mod. *in c. ſi cautio de fid. inſtr.* quia multi in hoc tenent contrarium non facientes differentiam inter ius canonicum, & ciuile, quantum ad hoc.

[Quod confeſsio extraiudicialis, quæ de iure ciuili ſemiplene probat, de iure canonico plene probet, tradit Alexand. de communi atteſtans, *conſ.* 180 *numer* 7. *lib.* 2. Felin. itidem de communi teſtans, *in cap. ſi cautio. in* 2. *limit. de fid. inſtrum.* Ant. Gab. Rom. *in com. concluſ concluſ.* 1. *numer.* 4. *de confeſſ.* aſſerens eam eſſe magis communem. Dec. *conſil.* 163. Ruin. *conſil.* 120. *& conſ.* 141. *numer.* 9 *lib.* 5. Grat. *conſ.* 58. *numer.* 3. *lib.* 2. Curt. iun. *conſil.* 168. *num.* 12. quæ omnes de communi teſtantur. Rimin. iun *conſil.* 23. *numer.* 302. *lib.* 1. *& conſil.* 207. *numer.* 23. *lib.* 2. *& conſil* 480. *numer.* 14. *lib.* 2. Burſat. *conſil.* 240. *nu* 5. *lib.* 3. & hanc etiam communem eſſe, poſt alios teſtatur Maſcard. *in tract. de probat. concluſ* 347. *num.* 57 *lib.* 2 ]

Octauo LIMITA niſi † confeſsio eſſet facta in 20
apocha, parte abſente; quia quandocunque illa apocha peruenit ad creditorem, plene probat illa confeſsio legitime probata, ſecundum Bald. *in conſil.* 380. *in* 5. *vol.* de quo vide *d. l. tale pactum.* 40. *de pact in princ.* plures alias limitationes, & dicta ad hanc materiam confeſsionis extraiudicialis, vide per Fel. *in c. ſi cautio* 14. *de fi. inſtr. & in d. c. olim.* 25. *de re reſcript.*

VENIO nunc ad ſecundum membrum principale, † videlicet de confeſsione iudiciali, ſcilicet, 21
quæ fit in iudicio, quæ eſt tantæ efficaciæ, quod habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ in ciuilibus, adeo quod non expectat aliud, niſi præceptum de ſoluendo, *l. vnica. C. de confeſſ* nam nulla eſt maior probatio, quam proprij oris confeſsio, & dicitur pleniſsima probatio, vt not Pet. Phil Corn. *in conſ.* 261 *col.* 2. *in* 4. *vol* Item facit rem in notoriam, vt dicit idem Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 44. *col.* 1. *vol.* 4. *& in conſil.* 224. *in litera E in eod. vo.* vbi dicit, quod ſuperat omne genus probationis, in tantum, quod confeſsio infringit omnes probationes factas per teſtes, vel inſtrumenta, in fauorem confitentis contrarium, & nunquam reducuntur ad concordiam teſtium dicta cum confeſsione producentis: ita pulchre tenet Lud. Roman. *in conſil* 391. *in fi.* Item † confeſsio tol- 22
lit præſumptionem iuris & de iure, licet alia probatio non admittatur, vt glo Bart. Bald. & Dd. *in auth. ſed iam neceſſe C. de don. ante nupt.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 39. *col. fin. in litera G in* 3. *vol. & conſil* 125. *in litera C. in* 4. *vol.* & Alexan *in l. non eſt veriſimile. vlt. ff. quod met. cau.* & ibi etiam Bart. & Felin. *in c.* 4. *colum.*
2 *de reſcript* Item † licet poſt concluſionem in cau- 23

ſa, non

ſa, non admittatur alia probatio; tamen admittitur probatio per confeſſionem, ſecundum Bald. *in rubr. C. de probat col 4. verſic ego aliter probo, &c* quod tamen intelligit ibi Paulus de Caſtr quando confeſſio ſponte fieret, non quod inuitus poſſit quis compelli ad confitendum. & Ant. de Butr. *in c. licet cauſam. 9 de probat.* vbi idem dicit poſt terminum ad probandum, & probatum habendum, prout eſt gl. *in c. 1. de confeſſ. lib 6.* Item poſt publicationem proceſſus, ſecundum Card. *in Clem. 1. 93. quæſt. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & Bald. *in authent. ſed nouo iure. C. ſi certum pet.* Item, eſt † tantæ potentiæ ſta confeſſio
24 iudicialis, quod etiam ſi fiat in proceſſu inualido, poteſt ex ea ferri ſententia, non obſtante inepto proceſſu, ſecundum Bart. *in l. ſi confeſſus. 5. ff. de cuſtod. reor.* & dic, vt ibi per eum, & Flor. *in l. proinde. 23 §. notandum. 1 ff. ad leg. Aquil.* & Alexand. *in conſil 34. col. 2. in 3. volum.* & Bald. *in l. ictus fuſtium. 22. ff. de his qui notant infam.* & habetur *in deciſ. 374. circa fin. conſil. Neapol.*

Adde Alexand. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de confeſſ. reſolut. 2. numer. 4. circa finem.* cum alijs Dd. ab ipſo allegatis, vbi ex Cephal *conſilio 21. num. 13. vol 1.* aſſerit, id obtinere, etiamſi adſit ineptitudo libelli; verum *numer. 5.* probat id ſaltem procedere in confeſſione iudiciali, quæ parte præſente facta eſt; eam enim ſaltem talem in probando vim habere; non autem, ſi abſente parte facta ſit; licet quidam, quos allegat, in contraria ſint opinione. Et ibidem etiam tradit, an expreſſa acceptatio confeſſionis etiam requiratur, vt probet; & ſentit cum ijs, qui eam non requiri aſſerunt, ſed quod ex taciturnitate partis cenſeatur acceptata. An autem confeſſio, ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis, cum non facit plenam probationem, transferat onus probandi in aduerſarium, vide Ant. Teſſau. *in deciſ. Pedemont. deciſ. 109. n. 9.* qui vult ex tali confeſſione, onus probandi in aduerſarium transferri, eique ſtari, donec contrarium probetur; ſed contrarium, & recte ſentit Alex. Trentacinq. *d. loc. num 7.* cum ex tali confeſſione nemo condemnari poſſit. ]

25 Quid autem, ſi † confeſſio ſe referat ad inſtrumentum inualidum, an probet; vide Ludouic. Ro-
26 man *in conſil. 294.* Item in ciuili, † confeſſus habetur pro condemnato, vnde non requiritur alia ſententia, vt ſupra dixi, per *l 1 C. de confeſſ.* ſed in criminali, eſt ſecus; quia non habetur pro condemnato, vnde requiritur ſententia, vt *d. l. ſi confeſſus. 5. & ibi Bart. ff. de cuſtod. reor.* & not. Petr. Phil. Corn. *in conſil. 55. colum. 2. in 4. volum. & conſil. 260. in litera D. in 4. volum.* Super hac materia confeſſionis
27 eſt ſciendum, quod † quandoque fit ſimpliciter, & quandoque qualificate. ſimpliciter fit confeſſio, quando reus confitetur debitum, vel crimen pure ac ſine aliqua qualitate; tunc enim eſt fundatiua intentio actoris, vt dixit; ſed quando adijcitur aliqua qualitas; tunc dicitur qualificata, & tunc ſtat dubium, an poſſit acceptari pro parte, & pro parte repudiari; ſuper qua concluſione adhibetur talis diſtinctio, videlicet, contra qualitatem annexam confeſſioni, eſt aliqua præſumptio iuris; & tunc poteſt acceptari pro parte: vt ſi reus confitetur ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, vel dixiſſe verba opprobrioſa, non animo iniurandi: nam ſtatur eius confeſſioni contra ipſum, & non creditur ei, quoad illam qualitatem, niſi illa qualitas probetur: & eſt ratio; quia contra illam qualitatem vrget præſumptio iuris, quæ eſt, vt quilibet occidens, vel dicens verba iniurioſa, cenſeatur habere animum offendendi, niſi contrarium probetur. *l. frater. 1 C. de ſicar. & l ſi non conuicii 5. C. de iniur.* & tunc ſit diſtinctio, an ſit vnum capitulum in confeſſione, vel plura Ita hæc omnia declarat Abb *in c. bonæ 4. el 2. penult. colum. de poſtul. prælat.* & Petr. Phil. Corn *in conſil. 94. colum. 2. & 3 maxime in littera I. in 3. volum.* Aut contra illam qualitatem nulla eſt præſumptio iuris: & tunc aut confeſſio qualificata continet vnum capitulum, & debet tota acceptari: vel tota repudiari, & non poteſt diuidi: vt ſi reus confiteatur ſe promiſiſſe ſub conditione: vel ſi dicat, verum eſt, quod recepi à te cẽtum, quæ mihi debebas ex cauſa mutui iſtud eſt vnicum capitulum, & confeſſio in iſto caſu non præiudicat confitenti, ſecundum Abb. *in d. c. bonæ. col. pen.* & Bartol *in l. Aurelius. 28. § idem quæſijt. 11 ff de liber. leg.* Aut continet plura capitula, vt ſi dicit: verum eſt, quod mutuaſti mihi centum, ſed feciſti mihi pactum de non petendo; & tunc poteſt acceptari pro parte, & tenetur reus probare pactum de non petendo, alias condemnatur, ſecundum Abb *in d. c. bonæ. de poſtul. prælat* & Bart. *in d. l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff de liber leg* & prædictis adde Andr. de Iſern. *in conſtitut. Terminum vitæ, in fin. & c. 1. § ſi vero violator. colum. 2. verſic. probare de pace ten.*

[ De confeſſione quæ fit cum aliqua qualitate, in ciuilibus, vel criminalibus, vt ſi quis confeſſus ſit ſe recepiſſe 100. ſed ea ipſi debita fuiſſe ex cauſa mutui. Item, ſe occidiſſe hominem, ſed ad ſui defenſionem, an recipienda ſit cum tali qualitate, vel diuidi poſſit, & pro parte acceptari, pro parte non. Et an quis ex eiuſmodi confeſſione condemnari poſſit, ſi qualitatem adiectam non probet, vide plenam tractationem, apud Alexand. Trentacinq. *lib. 2. pract reſolut tit. de confeſſ reſolut. 1. numer. 18. & ſeqq.* vide etiam Mynſing. *reſponſ. 59. numer. 14. decad. 6.* ]

Vnde ſuper hoc nota bonam cautelam, † quan- 28
do creditor mutuauit tibi pecuniam, quam tu in ſecreto reſtituiſti: nam ſi facit poſitionem, quod mutuauit, tu reſpondes verum eſſe, ſed ſibi reſtitui, quam reſtitutionem probare non potes, certe index te condemnaret. Vnde cautela eſt, quod reſpondeas: nihil mutuaſti, propter quod ſimiti-

 bi ob-

bi obligatus, & ſic non eris periurus, nec incides in laqueum; quia ſolutione debiti fuit ſublata obligatio, ita not. tenet Franc. de Aret. *in l. 1. col 2. in fin. ff. ſi cert. pet.*

29 Vnum tamē tene mente † pro declaratione eorum, quæ ſupra dixi; nam licet is, qui confitetur occidiſſe ad ſui defenſionem, veniat condemnandus, niſi probet defenſionem, vt ſupra dixi: tamen ex tali confeſſione non poteſt condemnari vt homicida, ad pœnam mortis naturalis, ſed mitius, puta pœna relegationis, & hoc propter illam qualitatem: ita tenet Abb. *in c. auditis. 15. col. pen. vbi etiam Fel. de præſc.* & Alex. *in l. non ſolum. § §. ſciendum. 4. in lect. ff. de op. noui nunc.* & Socin. *in repet. l. 1. ff. de vulg. & pup. in 11. col* quod nota pro limitatione *conſl. Terminum vitæ.* quæ vult, vel occidens occidatur. SED poſſet dubitari.

30 † QVOMODO COGNOSCATVR CONFESSIO IVDICIALIS: an ſit neceſſe, quod fiat coram iudice pro tribunali ſedente? magis communis opin. quod ſic, in cauſis requirentibus plenam cauſæ cognitionem, vt not. Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de poſit. § 2.* & Abb. *in c. & ſi clerici. 4. col. 2. & ibi etiam Fel. de iud.* & Abb. *in c. fin. de conf.* & gl. & Bart. *in l. cum ſcimus. 22. C. de agr. & cen. ſi. lib. 11.*

[Add Alex. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de confeſſ. reſolut. 2 numer. 3. in fin.* cum alijs ab eo allegatis; vbi id, ex authoritate Paul. de Caſt. *in l. vn. C. de confeſſ.* declarat non procedere in præparatorijs.]

Vbi dicitur, quod ſi fieret coram Notario, non diceretur confeſſio iudicialis, de quo dicto vide gloſſ. & Bald. *in l. iubemus. 41. & in l. interrogatam. 24. C. de lib. cauſ.* Fel *in c. quoniam contra falſam. col. 25. de probat.* Bald. *in conſil. 2. in tit. de offic. ordin.* Bart. *in l. tres. 4. § hoc autem & in 6 & 7. oppoſit. ff. de dam. inf.* Alex. *in l. ſi confeſſus. 5. ff. de cuſt. reo* & habetur *in deciſ. 245 conſil. Neap. in 3. colum.* vbi dicitur, quod Notarius non poteſt recipere confeſſionem, niſi præſente iudice, vel committente, alias confeſſio non

31 præiudicat. Quid † autem ſi confeſſio fiat coram Arbitro, an dicatur iudicialis vel extraiudicialis? Dic, quod in arbitratore non eſt dubium, & omnes tenent communiter, quod ſit extraiudicialis, ſecundum Alexand. *in conſil. 13. col 3 & conſil. 99 col 4. verſic. ſi ergo, &c in 1 vol* & Lud. Rom. *in conſil. 346. col. 2.* & habetur *in deciſ. 178. conſil. Neap. in 6. dub.* Sed in arbitro, eſt varietas inter Doct. Nam Ioan. de Imol *in c. præſentium 31. de teſtib.* tenet, quod valet vt iudicialis, ſed Cyn. *in l. 1. C. de confeſſ.* tenet, quod valet, vt extraiudicialis: & illud, quod dicitur *in l. … antea. pen. in fin. C. de arbitr.* quod confeſſio recepta coram arbitro, facit fidem coram iudice, intelligitur ſecundum eum, vt confeſſio extraiudicialis, vt dicitur *in d. deciſ 178 in 7. dub.* & videtur eſſe de mente Bal. *in l. pen. in fin.* licet loquatur ſolum quo ad vnum effectum, ſcilicet infamiæ, ſed Bart. *in l. 1 in fi. de confeſſ.* tenet, quod valet vt iudicialis, & hanc opinionem Bart. puto veriorem in caſu, in quo ponimus arbitrum proceſſiſſe iuris ordine ſeruato ad inſtar iudicis, & ita confeſſionem recepiſſe; cum arbitraria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, *l. 1. & ibi Bart. ff. de arbitr.* de qua materia vide Alexand. *in conſil. 19. colum. 3. in 4. vol.* & Fel. *in d. c. præſentium. de teſtib.*

VLTIMO ſuper hac materia eſt ſciendum, † quod 32 confeſſio dubia ſemper interpretatur in fauorem confitentis, ita tenet Phil. Dec. *in conſil. 189. col 7. in fin.* quod nota; quia in alijs actibus & probationibus dicimus contrarium, ſcilicet, quod probatio dubia interpretatur contra producentem, *c. in præſentia. 8. de probat.* & habetur *in l. veteribus. 39. ff. de pactis.* tamen recte intuendo idem dicimus in confeſſione; quia confeſſio producitur per partem aduerſam in ſui fauorem, vnde interpretatur contra eam, ex quo interpretatur in fauorem confitentis, ſcilicet aduerſarij. Reliqua de materia confeſſionis dic, vt per Spec. *in tit. de confeſſ. per totum.* & per Lanfran. *in c. quoniam contra 11. in verſic. confeſſionis, de probat.* & Bar. Bald. & Dd. *in l. vnica. C. de confeſſ.* & Canoniſt. *in c. fin. & per totum, eod. tit.* Rob. Mar. V. I. D.

[Plura de hac materia ad praxin forenſem facientia vide apud Alexand. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de confeſſ. reſolut. 2. per tot.*]

## De Teſtium productione.

SVMMARIA.

1 *Teſtium examinationes quo ordine fiant, & quid ſeruetur in Regno.*

2 *Teſtium depoſitio non valet, parte non citata, nec præſente, cum præſtant iuramentum.*

3 *Teſtium rubrica quid continere debeat.*

4 *Teſtes examinari poſſunt die feriata, dummodo iurent die iuridica, & num. 7.*

5 *Teſtes vltra ſeptem examinari non poſſunt ſuper vnoquoque articulo.*

6 *Teſtes in loco iudicij examinari debent: niſi ſint perſonæ egregiæ, mulieres, infirmi, vel alio modo impediti.*

8 *Teſtes citati intra terminum, iurare poſſunt intra tres dies poſt terminum.*

9 *Teſtis deponens ſine bona cauſa ſcientiæ, ſi fuit interrogatus, non probat. Eiuſque ratio. num. 10.*

11 *Ratio teſtis à dicto diuerſa eſſe debet, alias non probat.*

12 *Teſtis non aſſignans cauſam ſcientiæ, etiam non interrogatus, in cauſis criminalibus non probat.*

13 *Teſtis etiam non interrogatus, cauſam ſcientiæ reddere debet in his, quæ iudicio intellectus percipiuntur, alias non probat.*

14 *Iuramentum ſuppletorium non defertur ex vno teſte non ſignante cauſam ſcientiæ, licet non ſit interrogatus.*

15 *Teſtis aſſignans cauſam remotam à ſenſu proprio non probat.*

16 *Teſtis de credulitate probat contra producentem.*

17 *Teſtis depoſitio per verbum, videtur, non valet.*

18. Teſ-

18 *Teſtis de auditu non probat, niſi in factis antiquis.*
19 *Teſtis depoſitio non iurata, non probat.*
20 *Teſtis iuratus debet dicere veritatem pro vtraque parte.*
21 *Teſtis deponens falſum non iuratus; punitur extraordinarie.*
22 *Teſtes produci poſſunt vſque ad publicationem in cauſa, & non vltra, niſi ſuper nouis articulis dependentibus à veteribus.*
23 *Liber mercatoris an probet, & numer. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.*
30 *Liber pro ſcribente in eius fauorem, an probet, & num. 31. 32. 33. 34.*
35 *Liber mercatoris de publico pro tertio, contra tertium, an probet.*
36 *Liber Gabellariorum, an probet.*
37 *Liber mercatoris, an de conſuetudine plene probet.*
38 *Liber ſuſpectus, vel reprobatus in vno, an probet in alijs.*
39 *Liber an edendus ſit parti petenti.*
40 *Et an debeat edi totus liber.*
41 *Edi an debeat tagliola ſeu tacca.*
42 *Edi an debeat liber Factoris.*
43 *Et quid de libro Gabellarij.*
44 *Liber Speciariorum continens, quod facto calculo talis eſt debitor, an probet.*
45 *Rationales, an debeant iurare.*
46 *Literæ cambij an probent.*
47 *Literæ cambij diſpoſitiuæ, an poſſint reuocari.*
48 *Literæ cambij ſi ſunt deperditæ, an poſſit repeti depoſitum.*
49 *Delegatio quando liberet debitorem.*
50 *Literæ cambij antequam præſententur, ſi decoxit banchum cui dirigebantur, cuius ſit periculum.*
51 *Si banchum, qui fecit literas, decoxerit, an banchum ad quem dirigebantur literæ, nihilominus ſoluere cogatur.*
52 *Mercator qui habuit literas cambij pro Padua, an poſſit petere pro Roma.*
53 *Literæ cambij, an probent numerationem.*
54 *Campſor recipiendo literas vitiatas, eaſque ſoluens, an liberetur.*
55 *Literæ credentiæ an probent.*
56 *Literæ miſſiuæ an probent.*
57 *Literæ miſſiuæ an obligent eum ad quem mittuntur.*
58 *Statuto ſtante, quod debitum non poſſit probari niſi per inſtrumentum, an inter mercatores ſeruetur.*
59 *Confeſſio facta abſente parte an probet*
60 *Confeſſio in parte an poſſit acceptari, & in parte negari.*
61 *Mercator an teneatur edere chartulam continentem ſolutionem, vel ſimilia.*
62 *Ballæ lanæ, ſignatæ ſigno meo, an præſumantur meæ.*
63 *Ballæ lanæ, ſi reperiantur ſignatæ communi ſigno, an præſumantur communes.*
64 *Editio librorum exiſtentium Romæ, quibus expenſis fieri debet.*
65 *Mercator qualiter probet ſe diſrobatum.*
66 *Promittens Titio centum, quæ Sempronius ei debet, quid probabit.*
67 *Apocha mercatoris ſigillata tantum, an probet.*
68 *Si promittam 100. ſoluere intra menſem, & ſi non ſoluantur, centum & decem, an valeat promiſſio illa.*
69 *Intereſſe qualiter probetur.*
70 *Et quando licite petatur.*
71 *Ex capitum, vel de lucrum qualiter probetur.*
72 *Probationes non concludentes inter mercatores, an probent.*
73 *Iurare an cogatur reus, vel iuramentum referre, & num. 74. 75.*
76 *Merces emptæ de pecunia communi, an præſumantur communes.*
77 *Emptio mercium probatur per famam.*
78 *Societas probatur per intitulationem librorum.*
79 *Societas non probatur ex eo, quod negotiatio geratur per aliquos alternis vicibus.*
80 *Mercator ſi confiteatur ſe debere Titio 100 plus vel minus, quid importet talis confeſſio.*
81 *Valor frumenti qualiter probetur.*
82 *Publicatio an ſit neceſſaria in foro mercatorum.*
83 *Terminus ad allegandum in iure, an detur.*
84 *Repulſæ an detur in foro mercatorum.*
85 *Sortis iudicium quale ſit.*
86 *Sententia per ſortes an valeat, & an poſſit ab ea appellari, & num. 87.*
88 *Sententia expertorum in arte, an tranſeat in rem iudicatam.*
89 *Appellatur à ſententia collegij ad ſuperiorem.*
90 *Executio ſententiæ an per appellationem retardetur.*
91 *Executio ſententiæ latæ contra principalem, an contra fideiuſſorem exequi poſſit.*

SEXTVS actus, qui emergit in iudicio ſucceſſiue, eſt teſtium productio: nam dato termino ad probandum, & præſentatis articulis, ſiue poſitionibus, & habita reſponſione partis, quæ negauit poſitiones, neceſſe eſt probare id, quod in articulis continetur. Et quia potiſſimus probandi modus eſt per teſtes, ideo ſolent produci. Quæ materia teſtium eſt toties ventilata, per quam plures tractatus Scribentium, maxime per Bart. *in ſuo tract. teſtium*, per Alb. de Maletis, per Tindarum, *in ſuo tractatu*. per Spec. *in tit. de teſte*. per Lanfr. *in c. quoniam contra.* 11. *in verſic. teſtium, de probat.* & per quam plures alios Mod. maxime per Cardi. *extr. de teſtib.* vide Tractatum teſtium variorum, nouiſſime recuſum & locupletatum Colon. Agripp. ideo ſuperuacuum mihi viſum fuit hanc materiam plene hic cumulare, cum ſit ita ampla materia, quæ ſola de per ſe requireret vnum magnum tractatum. Solum igitur pro introductione iuuenum in actu practico, ſuccincte attingam TRES QVÆSTIONES: & de reliquis remitto me ad dictos tractatus. PRI-

MA igitur QVÆSTIO erit, quo ordine ſint teſtes producendi, vel examinandi. SECVNDA QVÆSTIO erit, qualiter teſtes debeant deponere ad hoc, vt probent. TERTIA vſque ad quod tempus poſſint teſtes produci. Reuertor ad PRIMAM, & dico, quod
1 talis ordo ſeruādus eſt: videlicet, † quod dato termino ad probandum, pars, quæ facit articulos, faciat citari teſtes vt veniant prima die iuridica coram iudice ad iurandum, & deponendum teſtimonium veritatis ſuper articulis præſentatis vel præſentandis: nec non faciat citari aduerſarium, vt in eodem die compareat, viſurus teſtium iuramentā. Et iſta citatio teſtium requiritur ad hoc, vt appareat, quod ſe non ſponte ſe ingerunt, ſed rogati; quia alias, ſi vltro ingererent, eſſent ſuſpecti de falſo: ſecundū Bar. *in l. poſt legatum.5. § his vero.10. ff. de his quib. vt indign.* & Alexand. *in conſil 68. col. 2. & 6. in 2. vol.* Requiritur etiam citatio partis, ad videndum iurare teſtes; quia tota ſubſtantia depoſitionis teſtium conſiſtit in iu-
2 ramento, *l. iuriſiurandi.9 C. de teſtib.* adeo, † quod ſi pars non eſſet citata; nec aliter præſens iuramento, nihil valeret eorum depoſitio, *c. 2. ibi Abb. de teſtib. & l. ſi quando.19 & ibi Bald. C. de teſtib.* Et pro hoc habemus ritum magnæ curiæ, qui incip. *Item ſi in*
3 *rubr. &c.* quo cauetur, † quod Actorum magiſter in rubrica teſtium debet ſcribere, qualiter fuerunt examinati parte præſente, & vidente eorum iuramenta, vel abſente per contumaciam, alias depoſitiones non probant. Et facta dicta citatione, in prima die iuridica datur iuramentum de veritate dicenda teſtibus comparentibus, parte citata præſen-
4 te vel in eius contumaciam. Si vero † teſtes non comparent, accuſatur eorum contumacia, & interponitur decretum, fore procedendum ad eorum examinationem, contumacia non obſtante, & ex tunc in antea poſſunt examinari quandoque etiam parte abſente, & in die feriata ad honorem Dei, vt not. gl. *in Clem. 1. de off. deleg.* & dicam infra, & etiam poſt terminum probatorium, quia eorum depoſitio refertur ad tempus iuramenti, vt tenet Lud. Rom. *in conſ. 43. col. 2.* & Abb. *in c. licet cauſam. 9. col 6. de prob.* & dixi ſupra *in verſ. dilatio, circa fin.* & prædicta tenet Bar. *in repet l. ex quacunque. 2 col. fi. ff. ſi quis in ius voc. non ier.*
5 Eſt † tamen ſtatutum in Regno circa refrenationem teſtium; quia non eſt indiſtincte permiſſum tot teſtes examinare, quotcunq; quis producere vult; nam poteſt quis examinare vltra ſeptem teſtes, ſuper vnoquoque articulo: niſi aliter videatur æquum iudici, vel niſi eſſemus in factis antiquis, quia tunc permiſſum vſque ad decem pro quolibet articulo: vt eſt
6 Regia prag. quæ incipit: *Statuimus.* Debent † autem dicti teſtes producti, examinari in loco iudicij, & non extra, niſi eſſent mulieres, vel perſonæ egregiæ, vel infirmi, vel alio modo impediti venire ad curiā; tunc enim permiſſum eſt illos examinare in loco honeſto extra locum iudicij, vt eſt ritus magnæ curiæ *in num. 32,* incipiens; *Item quod non audeant, &c.*

& tunc pars citati debet ad videndum iuramenta teſtium in illo loco, vbi ſunt examinandi, vt eſt tex. cū gl. *in c. 2. de iud. lib. 6.* & Alex. *in l. ad egregias. 15. ff. de iureiur.* quod nota contra iſtos Notarios actorum, qui quotidie vadunt examinando, teſtes per plateas, & vicos extra locum iudicij. † Et quod teſtes poſ- 7
ſint examinari in die feriata, dummodo iurauerint in die iuridica, eſt ritus magnæ curiæ, *in num. 47.* incipiens: *Item, quod ſi detur, &c. in fin.* & alius ritus, *in num. 56.* incipiens: *Item quod ſi teſtes, &c.* & alius 152. incipiens, *Item, quod ſi teſtes, &c.* † Si tamen teſtes ſunt 8
citati infra terminum, & nondum iurauerint in termino, poſſunt intra tres dies immediate ſequentes iurare, & examinari poſt terminum, vt eſt alius ritus *in num. 149* incipiens: *Item, quod in quibuſcunque, &c.* Super SECVNDA QVÆSTIONE PRINCIPALI concludo, † quod teſtes, vt probent, debent 9
aſſignare bonam cauſam ſcientiæ, per alterum ex quinque ſenſibus, vt not. Bar. *in l. 1. in 4. colum. & ibi Alex & Dd. ff. ſi cert. pet.* & Alex. *in conſil 32. col pen. in 5. volum.* non tamen tenetur præciſe teſtis reddere cauſam, niſi interrogetur, *l. ſolam. 4. & ibi Bald. C. de teſtib.* vnde ſi deponat ſine cauſa ſcientiæ, non interrogatus, bene probat. Sed interrogatus, ſi aſſignat bonam cauſam, vel nullam, nihil probat, vt per Dd. *in d. l. ſolam.* Nam ratio † attenditur in teſte, & illa 10
eſt, quæ ſaluat & deſtruit eius dictum, ſecundum Alex. *in conſ. 120. colum. 3. in 5. volum.* & Abb. *in cap. cum cauſam. 37. colum. 3. verſic. quæro, dicitur hic, &c. de teſtib.* & Bal. *in d. l. ſolam c. de teſtib.* & Bal. *in l. conuenticula. 15. colum. 4. verſic. modo venio ad teſtes, &c C. de epiſc & cler.* Et nota, quod † iſta cauſa ſcientiæ debet 11
eſſe ſeparata ab eius depoſitione, vt non ſit eadem cum dicto. Exemplum: dicit teſtis, quod Titius mutuauit Seio centum, pro cauſa ſcientiæ debet dicere; quia vidi pecuniam numerari ex cauſa mutui, &c. ſecus, ſi diceret; quia ſcio: nam non probat; quia tantum eſt, ac ſi diceret, ſcio, & ſic eadem eſt ratio cum dicto: quo caſu non valet talis depoſitio, ſecundum Bar. *in l. fin. ff de off. procur. Cæſ.* & Soc. *conſil. 98. col. fin. in 4 vol.* quod nota perpetuo: quia quotidie Tabelliones examinantes errant in hoc, & non aduertunt ad id quod faciunt, & deſtruunt cauſas litigantium: nam vt plurimum recipiunt dictum teſtis, & pro cauſa ſcientiæ ſcribunt: vt ſupra dixit, & depoſuit, & ſic expediunt ſe vnico verbo; nam ſi in illa depoſitione teſtis non fecit mentionem de aliquo ſenſu corporis, ſed ſolum generaliter dixit, ſcire ſe dicta per eum, tunc illa cauſa ſcientiæ deſtruit totum eius dictum, & melius eſſet, ſi Notarius ipſum non interrogaret, & millies mihi occurrerunt varij proceſſus cum talibus depoſitionibus ita inaduertenter & (vt loquar reuerentia Notariorū) beſtialiter ſcriptis, & plures oppoſui in allegationibus iuris, & obtinui, quod tales depoſitiones fidem non faciant, propter illam cauſam ſcientiæ relatiuam, ad ſupra dicta, quæ facit, vt ſit eadem cum dicto. Illud tamen

quod

12 quod dixi, quod † teſtis non interrogatus de cauſa ſcientiæ probat: LIMITA primo, non procedere in cauſis criminalibus, in quibus debēt teſtes etiam non interrogati aſſignare cauſam, alias non probant: ita tenet Alexand. *in conſil. 15. col 5 in 1. vol.*

[Adde Viuium *in ſyll com. opin. lib 3. opin 895.* vbi dicit, id ſaltē procedere, cum teſtis ad offenſam deponit, non vero cum ad defenſam: nam eo caſu probat, etiā ſi non reddat cauſam ſcientiæ: vt ſi deponat Titium vulneraſſe vel occidiſſe Mæuium, ad ſui defenſionem; & nullam aliam aſſignet rationem, q̃ quod viderit, nec de alijs circumſtantijs vllā mentionem faciet, valet enim talis eius depoſitio & probat, ſecūdū Bar. *conſ.* 163 & alios quos allegat Viuius *d loc.*]

13 Secundo LIMITA, in † omnibus factis perceptibilibus ſolo iudicio intellectus, ſicut improbando aliquem furioſum, vel dominū, vel diuitem, vel mortuum, vel aliud ſimile, quod non percipitur ſenſu corporis, non etiam non interrogatus teſtis, debet deponere de cauſa ſcientiæ, alias non probat, ſecundū Abb. *in c. cum cauſam. 37. col 3. de teſtib.* & Bart. *in l. qui teſtamentum. 27. §. fin. ff. de prob.* & Bald. *in d l. ſolam. col. 1.* & Alex. *in conſ. 85. col. 4.* & Bald. & Iaſ. *in l. furioſum. 9. C. qui teſtam fac. poſ.*

[An, & quando teſtis in perceptibilibus aliquo ſenſu corporeo, item in perceptibilibus iudicio intellectus interrogatus, item non interrogatus dicti ſui rationem reddere teneatur, vt probet, plene tractat Alex. Trentacinqu. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de teſtib reſol. 2. per tot.*]

14 Tertio LIMITA, † quando propter vnum teſtē eſt defendendum iuramentum ſuppletorium: quia eſt neceſſe, quod ille teſtis, etiam non interrogatus reddat cauſam ſcientiæ, alias non facit ſemiplenam probationem, ſecundum Bald. *in l. 1. §. ſacramentum. col. 2 de conſuet. rect. feud.* & Alexand. *in conſil. 22. in 1. vol.* Iaſ *in repet. l. admonendi. 31. col 94. verſic. 4 ff de iureiur.* plures alias limitationes vide per Bald. & Dd. *in d. l. ſolam. C. de teſtib.* & per Mod. Canoniſt. *in dict. c. cum cauſam. de teſtib.* Ex prædictis † ergo conclu-
15 ditur, quod vbicunque teſtis deponit, & aſſignat cauſam remotam ſenſu proprio ipſius teſtis, non probat. Hinc eſt, quod teſtis de crudelitate non probat; quia non depoſuit per ſenſum proprium, vt not. plene Iaſon. *in rubr. ff. de iureiur.* Quod tamen LIMITA, † quando teſtis deponit aliquid contra produ-
16 centem, per verbum, *credo*, quia tunc plene probat contra eum, ex quo ab eo approbatur, ita pulchre
17 tenet Lud Rom. *in conſil. 104 in fin.* Similiter † quando deponit per verbum, *videtur*, vel *iudicio ſuo*, non probat; quia non deponit de vero ſenſu, ſecundum Bart. *in l. quid tamen 21. §. ſi arbiter. 1. ff. de arbit* & Alex. *in conſ. 74. col. 3. in prin. in 1 vol. & conſil. 10. col. fi. 2. vol.*

[Teſtis per verbum *credo, videtur*, & ſimilia deponens, non probat, niſi depoſitioni de credulitate eſſet adiuncta ratio, vel niſi de antiquis deponeret: in ijs enim teſtis de credulitate probat, vel in rebus difficilis probationis; tunc enim eius depoſitio per verbum *credo*, vel *videtur*, valeret, & pbaret. de quo vide Viuium *lib. 3. commun. opin. in eius ſyl. opin 965.*]

Eodem † modo, & quando teſtis deponit de au- 18
ditu alieno, non probat, puta: ſcio; quia audiui dici à tali, &c. quia non deponit de ſenſu proprio, vt eſt gloſſ. *in verb. præſto. in l. teſtium. 18 C. de teſtib.* & plene per Fel. & Franc. Aret. *in c. tam literis. 33 de teſtib.* niſi in factis antiqs, vt habetur *in l ſi arbiter. ff de prob.*

[Teſtes de auditu, an, & quatenus probent, plene & luculenter explicat Alex. Trentacin. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de teſtib. reſol. 6.* quem omnino vide.]

Requiritur † etiam in teſte, ad hoc vt probet, vel 19
deponat cum iuramento, alias non valet eius depoſitio, *l. iuſiurandi. 9. C. de teſtib & l. ſi quando. 19 eod. tit.* & debet iurare in iudicio, non extra, *l. teſtium. 3.*
*§. Sabino. 4. cum gl ff. de teſtib.* & † debet iurare dice- 20
re veritatem pro vtraque parte, vt eſt gloſſ. & Bart. *in auth. ſed iudex. C. de Epiſcop. & cler.* gloſſ. Bartol. & communiter Modern. *in l. is apud 2. C. de edend.* & gl. *in c. fraternitatis. 17. de teſtib.*

[Poteſt autem hoc iuramentum partium voluntate & conſenſu remitti, & ſolet plerunque teſtibus illuſtribus, & in dignitate vel officio publico cōſtitutis remitti, per text. *in c tuis quæſtionibus. & ibi gl. in verb remittatur extr. de teſtibus.* cuius ratio eſt, quia iuramentum teſtis reſpicit fauorem partis, contra quam producitur, ideo valet eius renunciatio, per text *in c. 1. de ſponſal cum alijs allegatis* ab Andr. Gail. *lib. 1. obſ. 191 num. 2. & 3.* Iudex autem iuramentum illud à partibus remiſſum teſti nihilominus deferre poteſt. *ibid nu. 5.* In matrimonialibus a. cauſis remitti non poteſt *nu 6.* Vide ēt. Alex. Trentac. *lib 2. pract. reſol ti de teſt reſol 5. nu. 8.* vbi etiam traditur, An teſtis non iuratus præſumptionem inducat. *nu. 7.* Et alia multa de iuramento teſtium, quando videl. & quomodo iurare debeant. Item an abſque authoritate iudicis ipſis iuramentum remitti poſſit. De prędicta iuramenti remiſſione, in quib. cauſis locum habeat, vide etiam Viuium, *libr. 3. comm. opin. opin 931 nu. 18.*]

Et † ſi aliquis teſtis deponeret falſum ſine iura- 21
mento, non punitur pœna falſi, ſed extraordinaria, ſecundum Bald. *in conſ. 106. in 1 vol.* & Ang. *in conſ. 194. col. 2. in fin.* quod nota pro limitatione *conſt. Eos qui ſcientes.* Super TERTIA QVÆSTIONE PRINCIPALI communis concluſio † eſt, quod teſtes poſſunt
produci vſq; ad publicationem in cauſa, & nō vltra, 22
niſi ſuper articulis nouis dependentibus à veteribus: & habet locum tam in cauſa principali, quam appellationis, propter timorem ſubordinationis, tex. eſt *in Cl. 2. de teſtib.* & habetur per Bart. *in l. per hanc. 4. C. de tēp. & repar. appell.* & quoniam materia iſta eſt plene ventilata per Dd. *in auth. at qui ſemel. C. de prob.* per Abb. Fel. & Can. *in c. fraternitatis. 17. in c cum clamor. 53. c. ſeries. 26 & c vltra tertiā 55. de teſtib.* & eſt cōformis *conſt.* quæ incipit: *Iuriſperitorum.* ideo ſufficiat pro nunc remiſſio ad loca præallegata; [Vide hac de

re etiam Viuium, *in ſylu. commun. opin. lib. 3. opin. 896.* vbi *nu. 1 & ſeqq.* aliquot huius regulæ exceptiones, ſeu limitationes tradit, quando videlicet teſtes poſt publicatas atteſtationes, reperi, vel noui produci poſſint. Et *num. 20 & ſeq. ibid.* etiam docet, An poſt concluſionem in cauſa teſtes examinari poſſint? Super quibus articulis teſtes iidem, vel noui facta publicatione in cauſa, teſtes in eadem, vel appellationis inſtantia examinari poſſint, vide Alexand. Trentacinq *lib. 2. pract. reſolut. tit de probat. reſolut. 4.*] reliqua in materia teſtium dicam infra *in verſic. Sequitur ſeptimus actus de interrogatoriis.* Robert. Marant. V. I. D. ADDITIO. Quia D. Auctor in iſto ſexto actu iudicii tractat de probationibus fiendis: idcirco congruere hic videtur pars quarta meæ praxis nundinariæ, in qua de probationibus diſſeritur. Quamobrem illud primo examinandum puto,

23 NVNQVID † LIBER MERCATORIS PROBET: in quo Bart. *in l. admonendi 31 ff. de iureiur. in 4. col verſic. circa ſecundum* diſtinguendo dicit, quod aut liber mercatoris aliquid continet pro ſcribente in ſui fauorem; tunc ſubdiſtinguendum inquit; quod aut loquimur in iis, quæ dependent ex mera voluntate ſcribentis, vt puta, ſi quis ponat ſe feciſſe alimenta nepoti ſuo non animo donandi, ſed repetendi ab eo, & iſto caſu hic liber plene probat, *l. Neſennius 34. ff. de negot. geſt.* ſi vero loquimur de iis, quæ non ex mera voluntate ſcribentis dependent, & iſto caſu inquit, talem librum in iis nihil probare, citat *l. exemplo 7. C. de probat* puta tamen, q; proponeretur fore librum alicuius defuncti, qui fuerat bonus homo, & legalis: licet tunc ad plenam probationē minime ſufficiat; tamen adminiculatur, vt concurrentibus aliis, plena proficiſcatur exinde probatio. Si vero liber, nec contra me ſcribentem, nec pro me, ſed contra tertium ſcriptorem, (vt in exemplis per eum poſitis) & hoc caſu ſi talis liber confectus ſit ab eo, qui publice exerceret artem, & ex publico ſuſcepit, & facit ſemiplenam probationem, arg. *not. in l quadam. 9. §. nummularios. 2 ff de edend* & ita reſidet Alex. vero *in d. l. admonendi. in 11. col. in verſ. circa finem vero libri.* inquit: quod omnes Dd. videntur tranſire cum Bart. in hoc, excepto Rom. qui tenet contra Bart. ſed Alexand. ipſe dicit quod cum Bart. concordat Bald. *in rubr. C. de fide inſtr. in 17 col. verſ. ſequitur videre de ſcripturis mercatorum.* & pro opinione Bart. dicit facere id, quod notat Bald. *in rub. C de conſt. pecun.* & idē tenet ipſemet Bart. ſecundum eum, *in auth. contractus C. de fide inſtr.* LIMITAT tamen, vt procedat dictum Bart. ſi ex conſuetudine ad illos mercatores pertinebat ratione exercitii, & artis ſuæ facere illud, quod in libris eorum adnotatum repetitur, alias ſecus, *arg. l. & ita. 1. §. eod. modo. 2. ff. naut caup. & ſtab.* ſed Iaſon ibidem more ſolito latius proſequendo, *col. 44.* addendo, & ſupplendo in quolibet mēbro doctrinæ Bart. dicit, quod in quantum Bart. determinat, quod liber contra ſcribentem indifferenter probat, habet locum non ſolum in libro ſcripto manu propria per ipſum mercatorē, ſed etiam ſcripto manu alterius ſcribentis rationes ſuas: quia ex quo vtitur illo libro, facit plenam fidem contra eum, imo plus, ſi mercator negaret librum eſſe ſcriptum manu ſua, vel alterius, ſuo mandato: nihilominus plene probat contra eum: ita tamen ſi ſit liber ſuarum rationum: quia quicquid reperitur ſcriptū in libro ſuarum rationum penes ſe exiſtente, præſumitur vel ab eo ſcriptum, vel ab alio eius nomine, & ſic non eſt differentia, an liber ſit ſcriptus à ſe, vel per ſuos inſtitores, vt plene probet contra ſcribentem. LIMITA tamen tribus modis: PRIMO, vt † procedat, quando liber contineret cauſam debiti expreſſam, puta, quia in libro proprio reperiatur adnotatum, qualiter ipſe eſt debitor Titij in centum, ex cauſa depoſiti, vel mutui, vel aliter: ſed ſi nullā contineret cauſam; tunc non probaret etiam contra ſcribentem, ſed eo caſu, ſecundum eum ſufficit per coniecturas probari de cauſa, vbi alias requireretur probatio de vera cauſa, quod approbat Bald. *in rub. C. de fid. inſtrum.* & Bert. *in conſ. 198 in 1. lib* Adde Alex. *in conſil. 4. in 1. libr. in. 6. col. nu. 1.* puta tamen poſſe allegari erroneam eam confeſſionem, per ea, quæ infra dicam. Sed illud ſubnectendum hic puto, nunquid confitēs in eius libro ſe eſſe † alicuius debitorem in centum pro reſto, & ſaldo rationis, præbeat ſuæ cōfeſſionis cauſam ſufficientem? Sal. *in l. unica C. de confeſſ. nu. 6.* dicit, quod ſatis videtur habere cauſam legitimam annexam, citat *l. Publia. 26. ff depoſ. tit.*; *Item ex ratione partis. & l. cum ſeruum. ff de cond. & demonſt* Item ea ratione, ſecundum eum; quia ſtandum eſt calculo, niſi error probetur, *l. 1. C. de error. cal.* & hoc dicit confirmari per gloſſ. *in l. ex plurib. 89 ff. de ſol.* ſuper verbo, *reliquum.* contrarium dicit tenendum, vbi diceretur ſe eſſe debitorem ex reſto, & non adiiceret talis debiti, neque adiiceret ex ſaldo rationum; quia tunc ſecundum eum eſſet indiſcreta, & abſque cauſa, de quo debitat Bert. *in conſil. 298. in 2. libr.* Secundo † LIMITATVR dictum Bart. ſecundum Iaſ. vt procedat in libro rationum, in quo continue ſcribuntur data, & recepta; ſecus ſi cauſa vnius debiti tantum reperiatur ſcripta, vel aliquid reperiatur ſcriptum in aliquo memoriali vel ſchedula, licet reperiatur in libro mercatoris: quod approbatum reperio per Bald. *in l. rationes. 6. col. 1. C. de prob. & in rub. C. de conſt. pecun. col. 3. verſic* modo quæro de libro rationum: voluit idem Rom. *in l. nuda ratio. 26. col 2. verſ. quarto, in quantum. ff. de don* & ſe ſubſcribit Bert. conſulendo *in conſ 299 in 2. lib.* Tertio LIMITANDVM † duxi dictū Bart. vt non procedat, quando pars, in cuius fauorem aliquid in libro adnotatū reperitur expreſſe, cōtradixiſſet dicto libro: quia ſi poſtea in ſui fauorem voluerint ei ſtare, non eſſet audiendus, q; bonis rationibus comprobauit. Quarto LIMITANDVM † dico vltra eum, vt non procedat, ſi in libro rationis dicatur ſe recepiſſe centum,

24 (marg. at "PRIMO, vt † procedat") 25 (marg. at "debitorem in") 26 (marg. at "Secundo † LIMITATVR") 27 (marg. at "Tertio LIMITANDVM") 28 (marg. at "Quarto LIMITANDVM")

tum, in pluribus, & diuerſis partitis à pluribus, & di-
uerſis perſonis: ita quod appareat hanc fuiſſe com-
putationem & calculationem: quia cum ſuper ea
non præſupponatur latam ſententiam, error in ea
allegari poteſt quod probatur: quia poſito, quod
quis per publicum inſtrumentum confiteatur ſe re-
cepiſſe centum, in pluribus & diuerſis partitis; po-
teſt tamen allegari error, vt ſupra in proxima præ-
cedenti parte adnotauimus, ſequitur non incon-
grue, vt idem dicamus in libro rationis, cum ratio
diuerſitatis reddi non poteſt, vide Dec. *in conſil 40.*
*nu.3. & conſil 196 nu.9.* Thom Gram. *conſil. 35. num.*
27. Aym. Crauet. *conſ. 73 num.* 41. *& conſ. 158 nu.78.*
Quinto INTELLIGENDVM credo dictum Bart. quan-
92 do † talis confeſſio, quæ reſultat ex ſcriptura libri,
eſſet veriſimilis, & cõtra eam minime appareant cõ-
iecturæ in contrarium; ſecus autem, vbi confeſſio
in libro priuato rationum eſſet inueriſimilis, & con-
tra eam adeſſent coniecturæ in contrarium; quia
tunc non ſtatur dictæ confeſſioni per ea, quæ not. *in*
*l. confeſſionibus 13. ff. de inter. act.* & probatur. *in l. inde*
*Neratius. 23. in fin. ff. ad leg. Aquil. & in l. in criminibus.*
*1. § ſi quis vltro. 27 ff. de quæſt* ex inueriſimili confeſ-
ſione abſurdum eſt ſequi condemnationẽ, vt tradit
Bald. *in l. ſi quis in hoc genus. 10. verſic. deinde. C de Epiſc.*
*& cler.* per tex. *in l 1. § ſi quis vltro. de quæſt.* voluit dñ.
Ant. de Butr *in c. vlt. col 5. de confeſſ.* & multa congerit
Dec. *in l cum te. 5. la. 2 in 4. not. C. de tranſact.* & Mod.
repet. *in repet. l. ſi vnquam 8. in 1. car. verſic. ad hæc con-*
30 *feſſio nu. 1 de reuoc. donat. in 2. membr.* Bart an † liber
probet pro ſcribente in ſui fauorem? dicit Iaſ. quod
Bart. facit regulam negatiuã, quod regulariter non
probat, quod dicit non procedere, quando ſcribens
fuiſſet homo legalis, veridicus, & fidelis, & eſſet
mortuus; quia tunc pro hærede facit aliqualem pro-
bationem, cum Bart. ſecundum eum tranſeunt Ful-
goſ. Paul. de Caſtr. & d. Alex. *in d. l. admonendi 31 de*
*iureiur* & do n. Ant. de Butr *in c. fin. extr. de iur. & c. 2.*
*3 col de fid. inſtr* & ibi Pan *in 6. col.* & Bald. poſt Nic.
de Mar *in l rationes. 6. C. de prob.* quod approbauit e-
tiam Iaſon, ita tamen ſi liber haberet debitam for-
mam, & quod contineret debita, & recepta; at ſecus
ſi eſſet ſcriptura vnius debiti tantum, quia tunc nihil
probaret, ſecundum Bald. *in d. l rationes 6. de pro-*
*bat. & in rubr. C. de fid. inſtrum. 43. col.* & Alex. *in d. l.*
13 *admonendi 31 de iureiur.* LIMITAT etiam † d. concl.
quod licet liber mercatoris regulariter non probet
pro ſcribente; non tamen fallit, niſi ex qualitate, &
quantitate rei iuncta veriſimilitudine, aliud indu-
ceretur: nam eo caſu ſaltem cum iuramento produ-
centis credi admittendum, inquit, quod totũ iudi-
cis arbitrio relinquit, ſecundum Sal *in. l 1 vlt. col. C.*
*de edend.* & Bald. *in l. vnica. 4. col. C. de confeſſ.* vbi in-
quit, quod libris mercatorum de iure communi da-
tur plena fides pro ſcribẽte, in parua quantitate, re-
fert, & ſequitur Paul. *in c. bonæ 4. el 2. in vlt. col. extra*
32 *de poſt præl.* Item † non procedit ex mente Paul. de
Caſtr. *in conſil. 138. incip. ad bene examinandum dubia.*
de quibus ſupra *in 2. col* quem refert, & ſequitur An-
gel. Aretin. *in § actio. 13 quæſt. Inſtitut de act* quando
aliquæ partitæ deſcriptæ in libro eſſent verificatæ
per documenta publica, vel per libros aliorum mer-
catorum, vel aliter, & ſic in nullo redarguitur de
mendacio: nam cum in aliquibus ratio libri ſit ve-
ra, in omnibus præſumitur vera, & econtra, quan-
do in vno reperitur falſa, in omnibus reputatur fal-
ſa; quod approbatum, & ſatis commendatum re-
peri per Bert. *in conſil. 298. in 2. lib nu. 11.* vide Per. Paul.
Pariſ. *conſil. 90. num 6 volum 1. & conſil 47 eod vol.* &
Corn. *in conſil 319 num. 11. vol. 3.* Item † non proce- 33
dere, inquit, in alio caſu, videlicet, quando liber ra-
tionum continet facta adeo connexa, & ſubordi-
nata, non poſſunt acceptari pro parte contra ſcri-
bentem faciente, niſi etiam acceptentur in parte fa-
ciente, pro ſcribente (vt quando liber contineret
data, & recepta inter eaſdem perſonas, & ex eodem
facto) ſed ſi liber continet facta diuerſa, tunc poteſt
acceptari in parte faciente pro ſe, & aliam oppu-
gnare. Concludit † ergo Iaſon (vt dixi) libro ratio- 34
num non eſſe credendum pro ſcribente, circum-
ſcripta conſuetudine, vel ſtatuto, ſed aliquando
aliquam fidem facere pro ſcribente, ſecundum
qualitatem ſcribentis, & cauſæ: ſed in hoc plenius
vide Guid. Pap. *in deciſ. Delph. Parlamen. ſub num. 441.*
vbi dicit, quod regulariter non adhibetur fides li-
bro rationum pro ſcribente: ſed ſi probatur, quod
mercator ſolitus erat ſcribere, & erat bonus, & pro-
bus vir, & pro tali publice reputatus: Itẽ, quod ma-
nu ſua ſcripſit in dicto ſuo libro rationum, vel debi-
torum, de quo agitur: item, quod ipſe conſueuit
ſcribere veritatem: item, quod in tali ſcriptura eſt
ſcripta cauſa debiti: Item, quod in eo libro ſcripta
ſunt debita contra ſe: iſtis ergo probatis concludit,
libro credendum eſſe, de quo etiam videas Boer. *in*
*deciſ. 165. & in 1. parte num. 4. & 5. & deciſ. Cap. Tholoſ.*
*num.* 496 vbi pleniſſime.

[ Adde Andr. Gail. *lib. 2. obſeru. 20. nu. 2. & 5.* vbi di-
cit, libros mercatorum, ſi ab homine integræ opi-
nionis producantur, & rationes propria proferentis
manu conſcriptæ ſint, cauſaq; obligationis in iis ex-
preſſa ſit, & non ſolum credita, verum etiam debita,
data, & accepta contineant, ex cõmuni Dd. ſenten-
tia ſemiplene probare, ita vt producenti iuramentũ
ſuppletorium deferri poſſit. In foro autem merca-
torum eos plene probare aſſerit. Tu ſi plene ſcire
deſideras; An, & quatenus libri rationum, pro, vel
contra ſcribentem, vel contra tertium, probent, &
quæ ad id requirantur. Item, an libri defunctorum
probent, & quæ tunc adminicula requirantur. Et an
contra libros mercatorum, quorum fides a ſtatuto,
vel conſuetudine approbata eſt, admittatur proba-
tio in contrarium: adi Alex. Trentacinq. qui *lib. 2.*
*pract. reſolut. tit de probation. reſolut. 2.* pleniſſime hæc
omnia perſequitur. ]

Circa

35 Circa tertium † membrum diſtinctionis Bart. videlicet; an liber mercatoris de publico, pro tertio contra tertium, probet, Iaſ. tranſit cum communi opinione, videlicet, quod liber rationum mercatoris vel campſoris iurati, & matriculati, ſemiplenam probationem facit pro tertio contra tertium; ſecus ſi non ſit iuratus; hoc verum, niſi mercator alias eſſet infamis, vel alias ſuſpectus, vel liber non haberet formam rationis, & ſic data, & recepta minime contineret, & in ſpectantibus ad eius officium, &
36 non aliter, & ſic reſidet. Sed † an liber Gabellariorum probat; Bald. *in l. quadam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edend.* dicit, quod tales libri probant, & hoc ideo, quia ſunt electi publica auctoritate, licet non ſint perſonæ, & ſequitur Ioan. de Firm. *in tractat. de Gabell. in 4. parte princip. num. 2.* Idem dicit Bart. *in d. §. nummularios.* in libro collectorum publica auctoritate electorum, ad exigendas collectas, & in libris Stationariorum ex publico electorum, idem in libris Officialium ex publico ſimiliter electorũ cum poteſtate ſcribendi, vt tenet idem Bart. *in leg. Titia textores 35. ff. de legat. 1.* vt refert Ioan. de Firm. vbi ſupra. & de hoc vide Bart. Socin. *in conſil 223. in 2. libr. col. 2. verſic. 3. ex libris eorum*, vbi aſſeuerat hanc opinionem fore veram, ſed dicit procedere in perti-
37 nentibus ad eorum officium, & non aliter. Sed † ad principalem quæſtionem redeundo, an liber mercatoris de conſuetudine plene probet, & an talis conſuetudo valeat, vel non? Bart. Soc. *in conſil. 87. 2. col. verſic. confirmantur.* conſuluit, quod hodie de generali conſuetudine totius Italiæ, libri mercatorum plene probant, & talis conſuetudo probata valet etiam, dicunt Bald. Angel. & Alexand. *in l. quadam. 9. §. nummularios. 2. per illum tex. ff. de edend.* idem tenet Bald. *in l. comparitiones. 20. 5. col. C. de fid. inſtrum.* pro quo facit *c. cum. dilectus. 8. de conſuet.* idem tenet Bald *in l. cunctos popul. s 1. 14. col. C. de ſum. Trin. & fid. cath. l.* & ſequitur Petr. de Anchar. *in c. canonum ſtatuta 1. extra de conſtit. verſic. procedo vlterius.* ſequitur ac refert Iaſ. *in d. l admonendi. 3. ff. de iureiur. colum. 37. num. 120.* quæ limitat Baldus *in l. vnica. C. de confeſſ.* vt procedant prædicta, dummodo conſuetudo non ſit indifferens, & indiſcreta (puta quod in omni caſu credatur libro mercatoris) quia talis conſuetudo ſic indifferens, & indiſcreta non valeret; quia eſſet prona ad falſum committendum, vt refert, & ſequitur Abb. *in c. bona 3. el. 2. in vltim. colum. ext. de poſt. prælat.* vbi dicit (referendo dictum Bald.) quod ſi conſuetudo extaret, quod in magnis quantitatibus credatur libro mercatoris pro ſcribente, debet intelligi talis conſuetudo, accedente tamen conſenſu iudicis, & ſi iudici videbitur, conſiderata qualitate mercatoris, quantitate, ac præiudicio cauſæ, & ſequitur Iaſ. vbi ſupra. LIMITANTVR etiam prædicta, vt procedant quando alias mercator non eſſet infamis, vel ſuſpectæ vitæ, ſecundum Baldum. *in d. l. cunctos populos. 1. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. in repet. in 13. colum. verſic. exemplum.* & Bard. *in l. Caſſius. 2. vlt. colum. verſic. vltim. quæritur ſi liber mercatoris. ff. de ſenat.* & hoc verum ſi talis infamia ſit publica, vt refert etiam Iaſ. ibi LIMITANTVR etiam prædicta, vt procedat dicta conſuetudo in pertinentibus ad partem rem illam, ſeu ad illam negociationem, quam quis exerceret, puta ſi quis eſt mercator pannorum, & ſcribit in libro pertinentia ad artem pannorum; ſecus ſi ſcribat de aliquo mutuo, vel depoſito, quod non eſſet de arte ſua: ita dicit Alexand. *in d. l. admonendi. 31. ff. de iureiur. 29. col. in fin.* & conſuluit Roman. *in conſil. 140. incip. diſcutienda veritate.* & ſequitur Iaſ. vbi ſupra *colum. 48 nu. 123. verſ. 3. diligenter attende.* Nouiſſime Thom. Grammat. *in conſil. 82. in ciuilibus. incip. in cauſa honorabilis Franciſci*, dicit prædicta procedere, vbi talis mercator iuraſſet talem eius mercaturam legaliter, & fideliter ſe exercere, quod teſtes deponẽtes de conſuetudine ad hoc vt probent, debẽt atteſtari in ſpecie factum, quod viderunt, & etiam de viſu illius facti, cuius conſuetudo allegatur, & de actuum frequentia, & temporis diuturnitate: pro quo videatur Franc. Aret. *in conſil. 34. & conſil 33.* & Lanfranc. *in repetit. c. quoniam contra. 11. de probatio. in verb. inſtrumentorum productiones nu. 74.* & Alexand. *conſil. 189.* alias. *311. viſis ſubtiliſſimis dubiis. in 2. lib.* & Card. Zabar. *in conſil. 155. incip. in ſocietate accidenti.* SED † ſi finge librum reperiri abraſum, in loco non ſuſpecto, 38
vel mercatorem ſcribentẽ retractaſſe librum in vna partita auctoritate publici inſtrumenti, an in omnibus liber ille perdat fidem? Vide Paul. de Caſtr. *in conſil. 314. incip. viſo 1 & 2. dubio. in 2. libr. in nouis.* vbi concludit, quod ex hoc non minus fidei adhibetur dicto libro: & ſic non perdit fidem. NVNQVID † edendus ſit liber mercatoris parti petenti, 39
vel ſuo conſocio? in quo Bart. *in d. l. quadam. 9. §. nummularios. 2. ff. de edend.* in duobus locis concludit, quod nummularij, & mercatores noſtri, vſurarii, ac artifices coguntur edere eorum libros, quos confecerunt ratione eorum negotiationis & exercitij, ſed Angel. *in l. argentarius. 10. ff. de edend.* tenet quod campſores, mercatores, artifices, & alii, qui de conſuetudine pro artificio eorum artis ſolent componere aliquos libros rationum, quod non teneantur illos edere petentibus, & dicit eſſe caſum *in Clem. 1 de vſur.* vbi in vſurario eſt ſpeciale; ergo in contrarium eſt ius commune: dictum tamen Bartol. dicit procedere in duobus caſibus tantum: primo ſi petens editionem eſſet priuilegiatus (vt fiſcus) ſecundo niſi ſuadeat æquitas, eo quod ipſe mercator vtetur illis, & iſta ſunt vera in rationibus, quæ nõ ſunt confectæ mandãte illo, qui petit edi; quia alias eſſet indubitabile: ſubdit tamen, quod Peruſii extat conſuetudo in curia mercatorum, quod indiſtincte ſeruetur opin. Bartol. & ſubdit ſatis eſſe æquum, cum in curia mercatorum agatur de bono, & æquo, & non attenditur iuris rigor: idem Angel. *in l. non eſt*

*bonum*

*nonum.5.C.de edend.* vt tenet indiſtincte opin. Bart.
& Bald. *in l. ipſe 1. C. de edend.* firmat, quod non tene-
tur edere, & ſi contra Bartol. licet ſubdat, quod ex
quadam æquitate debet fieri editio & ibi Ang. ſibi
parum conſtans, tenet, quod debet fieri editio, & in-
fert ex hoc, quod bona eſt practica conſulum mer-
catorum Peruſij, qui cogunt mercatores ad editio-
nem librorum indifferenter, & idem tenet ipſemet
Angel. *d. l. argentarius. 10. num. 2. ff. de edend.* & Bart.
*in l ſi quis. 6. §. pertinere. 5. ff de edend.* Iaſ. *in d. l. ipſe. 1.*
*Cod de edend* tenet, quod de facto ſeruatur opinio
Bart. in practica, ſed de iure contraria opinio eſſet
verior, & firmat opinionem Bart. Alex *in d. l. 1.* & ſe-
quitur Petr. Phil Corn. *in conſil. 339. in 3 lib in litera S.*
40 Et † an debeat fieri editio de toto libro continente
plures rationes? dicas, quod non, ſed bene de tota ra-
tione, *l. argentarius. 9 § edit. 2. ff de edend.* & ibi Alex.
Fel. *in d. c. cum contingat.* alias, *contingat. 5. de fid. inſtru-*
41 *men* Et † an debeat edi Tagliola ſeu Tacca, qua v-
tuntur piſtores? dicas, quod ſic, ſecundum, Bart. *in l.*
*non ſolum. 8. §. ſed vt probari. 5. ff. de oper. no. nunt.* & ibi
42 Ang. Sed † quid de libro Inſtitoris, ſeu Factoris nũ-
quid edendus ſit? dicas, quod ſic, ſecundum Bartol.
*in leg. creditor 3. fin. §. inter cætera. 1. ff. de liber. leg. & in*
*l cum ſeruus. 82. & ibi Ioan de Prat. de cond. & demon-*
*ſtrat in leg in omnibus 1. §. officio 3 ff de tut. & ratio diſtr.*
43 Item edi debet † liber Gabellarij in particula ad pro-
poſitum faciente, ſecundũ Bald. *in l. licet. 1. C. de cond.*
*ex lege.* & ſequitur Ioan. de Firm. vbi ſupra. Sed quid
44 de libro Speciariorum, † cui de conſuetudine totius
Italiæ credi ſolet, ſi ponatur in eo fore caſſatas o-
mnes partitas, & in pede adnotatũ reperiatur, quod
facto finali calculo cum tali, & debita ratione dati,
& recepti vſque ad hodiernum diem, remanet debi-
tor in decem, nunquid in hoc probet ex dicta con-
ſuetudine? Hic caſus euenit mihi in ciuitate Saler-
ni, & fuit oppoſitũ, quod liber probat data, & rece-
pta; & partitas adnotatas particulariter; ſed ſi ſunt
caſſatæ partitæ, & in fine mentio de computo fa-
cta, quod in hoc non credatur, & quod ita debet
limitari conſuetudo prædicta? & in hoc fuerunt ex-
cluſi plures Speciarij, qui atteſtati fuere, quod con-
ſuetudo, quod credatur libris Speciariorum, habet
locum in partitis deſcriptis, ſed non ſi partitæ ſint
caſſæ, & in fine ſit dictum, facto computo, talis re-
manet debitor in centum, & ſic fuit determinatum;
45 quod nota; quia ita practicatur. Sed † quia ſolent
multoties eligi per iudices mercatorum, calculato-
res ad calculandas rationes ipſorum mercatorum,
an debeant dicti calculatores, vt legitime probent,
ante omnia iurare? dicit Bald. *in l. hac edictali. 6. §.*
*his illud. 1. C de ſecund. nupt. 2. col. in princ. verſic. pone*
*conſules.* quod debent iurare, & partes debeant inter-
eſſe vel debent citari. Vt dicit notari per Bartol. *in l.*
*Theopompus 14. ff. de dot. præleg.* & iſta calculatores
habent nedum poteſtatem ſuper erroribus calculi,
ſed etiam determinandi in illis, quæ extra calcu-
lum eueniunt, ſecundum Rom. *in conſil. 126. per totum.*
Hoc † in loco nunc conſequens eſt adnotare, nun- 46
quid literæ cambij probationem, & obligationem
inducant? In hoc diſtinguendum eſt: quod aut lo-
quimur quoad campſorem, ſeu mercatorem, ſcri-
bentem puta, *pagareti per me aben. portatore de queſta*
*ducati cento per altri tanti receputi.* aut loquimur quo
ad mercatorem, cui diriguntur literæ primo caſu,
aut literæ loquuntur diſpoſitiue, aut enunciatiue:
primo caſu ſi loquuntur diſpoſitiue, probationem
& obligationem inducunt, ſi materia hoc patiatur,
per tex. *in l. quidem. 26. ff. de conſtit. pec.* & per tex. & ibi
Bart. *in l. Titius 24. eod. tit.* & Bart *in rubr. C. de conſt.*
*pec. in pen. col* ſecundo vero caſu ſi loquuntur enun-
ciatiue, probant tales literæ, ſed non obligant, vel
diſponunt. *l. Publia 26. in fin. ff. dep. l. fin. & ibi ſcriben-*
*tes ff. de inſtit* & ſequitur Marſi. *in rubr. C. de pro. num.*
183. ſecundo vero caſu ſi loquimur quoad merca-
torem, cui directæ ſunt literæ quod ſoluat; tunc
aut literæ acceptantur per ipſum mercatorem, cui
diriguntur; & tunc videtur fateri eſſe verum id,
quod in eis continetur, & remanet obligatus, ſecun-
dum Baldum *in rubr. C. de fid. inſtr in antep. col. verſic.*
*quæro, quid de literis.* nam per acceptationem litera-
rum abſque contradictione videtur conſtare de ap-
probatione narratorum & contentorum in eis, *l ſi*
*filius. 16 ff ad Maced & Clem. 1. de procur. iuncta l. fi-*
*liusfam 8 §. inuitus. 1. ff. de procur.* & not. Bart. *in l. qua*
*eum. 12. in princip. ff. rem rat. hab. & in l. cum tabernam.*
*34. § 1 in fin per illum tex ff de pign.* & conſuluit Alex.
*in conſil. 73. in 1. libr. inc p. in cauſa, & lite vertente* &
firmat Ioan. de Prat. *in l ſi procuratorem abſentem. 65.*
*ff. de procur. 2 colum.* & firmat Specul. *in tit. de ſolut. §.*
*conſequenter. verſic ſed pone* & Card. *in Clem. 1 de pro-*
*cur. 4. not* & Alexan. *in d. l. cum tabernam. 34. § idem.*
*1. de pign.* & ſic cautela eſt, quod præſententur lite-
ræ coram teſtibus ſcientibus tenorem literarũ; quia
ſi recipit, & non contradicit, expreſſe remanet ob-
ligatus ſecundum Matth *in not. 13.* & Alexand. *in d. l.*
*quoniam.* & Bald. *in l. ſi. abſentis 4 C ſi cert. pet.* Bartol.
*in l fin. 1 col. ad fin. verſ. quæro ſi contrahitur. ad Maced.*
*& in l. ſi ſine. 5 2. col. verſ. 4 C. ad Velleia.* & per Iaſ. *in*
*repet. l. admonendi. 31. colum. 112. verſic 1. & verſic. no-*
*ta, quod ille ff. de iureiur.* & Phil. Corn. *in conſil. 319. in-*
*cip. circa. in litera H. in 3. lib.* & per Card. Zabar. *in conſ.*
*153. incip. in ſocietate accidenti.* Et † ſic depoſitiuas li- 47
teras cambij minime reuocari poſſe antequam ſol-
uantur, ſcriptum reliquit Bal. *in rub. C. de conſt. pecun.*
*2. col.* quem ſequitur Iaſ. *in l. admonendi. 31 ff. de iudic.*
*num. 151.* Vlterius quæro, † ecce mercator dedit mi- 48
hi literas cambij, & eas in itinere perdidi, vado ad
mercatorem, & repeto depoſitum meum, ex quo
non erat ſecutum cambium, mercator dicit reddas
mihi literas cambij? quia poterit eſſe, quod aliquis
inuenerit eas, & vadit ad banchum, cui dirigeban-
tur literæ, & recipit pecuniam, quid iuris? Bald. *in l.*
*inſtrumenta. 24. C. de fideicom. in fin.* tetigit hanc quæ-

ſtionem, & finaliter decidit, quod tenetur mihi reddere depoſitum, at ego teneor liberare mercatorem per publicum inſtrumentum ab ipſis literis, ad hoc etiam facit id, quod ipſemet Bald. not. *in l. pecunia. 14. C. de ſol. in fin.* & firmat Iaſ. *in l. huiuſmodi. 84. § ſi ita 1. ff. de leg. 1. 2. lectura. & in l. admonendi. 31. ff. de iureiur. num. 13.*
49 Sed † perpulchrum eſt ſcire, nunquid ſi Titius debitor meus in centum fecit, quod banchum de Pinellis faceret literas cambij, & ego liberaui Titium in cauta forma, & antequam banchum de Pinellis mihi ſoluiſſet dictos ducatos centum, decoxerit; an habeat recurſum contra Titium principalem debitorem, quaſi quod literæ cambij non potuerint effectum ſortiri? & videtur liberatum fore Titium principalem debitorem; nam licet diſſentiant Doctor. vtrum delegatio fiat per interuentum nouæ perſonæ, quando illa noua perſona non eſt debitrix delegantis; nam quidam tenent, quod erit vt fideiuſſor, ſecundum Bar. *in conſil. incip. tertius.* & Angel. *in l. 2. in princip. ff. de ædil. edict.* & ſic non inducitur nouatio. & ſic banchum, quod promiſit & fecit literas cambij, eſt vt fideiuſſor, & eo non ſoluente, principalis non eſt liberatus; alij vero fuerunt in contrarium, aſſeuerantes, quod fiat nouatio interuentu nouæ perſonæ, etiam quod illa noua perſona non ſit debitor meus, ſecundum Franc. Aret. *in conſ. in c. in cauſa. & puncto.* tamen in cauſa iſta poſtquam banchum per me fuit acceptum in debitorem, & ab eo literas cambij recepi, & proinde Titium meum debitorem liberauerim, non poteſt vlterius inquietari Titius: & ita refert fuiſſe deciſum in contingentia facti Afflict. *in deciſ. 353. incip. dubia.*
50 Sed † ecce ponamus banchum de Pinellis feciſſe mihi literas cambij, vt mihi ſoluantur mille in ciuitate Venetiarum, per banchum de Spanochis, quas cum detuliſſem illi bancho de Spanochis, acceptarunt eas ſed antequam mihi ſolueret, decoxit, aufugitque, quæritur, cuius ſit periculum? Bart. *in l. ſingularia. 15. ff. ſi cert. pet.* (vt refert Bald. *in l. pro debito. 6. C. de bo. auct. iu. poſſ.*) dicit, quod periculū eſt meum, ad eius inſtantiam fuerunt literæ expeditæ, ſi banchum Venetiarum acceptauit literas, & promiſit ſoluere: & ratio eſt ſecundum Bart. quia breui manu videtur mihi numeraſſe, & ego denuo penes ipſum poſuiſſe, ſed hæc ratio parum placuit Bald. *in conſil. 348. vol. 1.* vbi contra Bart. videtur ſentire, ideo ipſe dat aliam rationem; quia mihi ſatisfactum cenſebitur: (ex quo illud banchum acceptauit literas) niſi banchum de Pinellis promiſiſſet mihi ſe facturum, & curaturum, quod banchum Venetiarum ſoluat mihi, quia tunc periculum erit ipſius, & idem procedit, quando banchum de Pinellis fuiſſet conſcium, quod in breui banchum Venetiarum aufugeret; tunc propter ſuum dolum indiſtincte tenetur, ſecundum eum. Sal. autem *in d. l. pro debito.* intelligit primum dictum, quando ego ſecutus fui fidem plenam banchi Venetiarum, quod videtur in dubio, ſi reliqui literas penes eum, ſecus ſi non plenam fidem ſuiſſem ſecutus; quia non demiſi literas, ibique Salic. dat aliam limitationem, vt intelligatur dictum Bart. niſi banchum de Spanochis ſocij forent; quia vnus pro parte cuiuſque videtur ab altero inſtitutus, & ſic non liberatur. E conuerſo † aliud dubium motum reperio per Salic. vt ſupra, vt pone, quod expeditis literis cambij per banchum de Pinellis, vt mille mihi ſoluerentur in ciuitate Venetiarum, per banchum de Spanochis, & antequam mihi ſoluiſſet, decoxit banchum de Pinellis, quo ſcito per banchum de Spanochis recuſat ſoluere, quæritur quid iuris? & diſtinguit, quod aut ponatur acceptaſſe à principio literas; & tunc nulli dubium eſt, quod tenetur, quia quod ſemel approbauit, amplius recuſare non poteſt: aut non acceptauit, & non tenetur. 51

52 Illud † proximum eſt ſcire, quod ſi feci depoſitum in bancho Venetiarum, & feci mihi fieri literas cambij, vt reddatur depoſitum Paduæ, & antequam detuliſſem dictas literas, pœnitentia ductus redeo ad dictum campſorem; & volo vt alias literas expediret non Paduam directas, ſed alibi: vel volo repetere depoſitum, nunquid ad id cogatur campſor ille? Bald. *in conſil. 348. in 1. libr.* plene conſuluit ſuper caſu iſto, & finaliter concludendum dixit, quod ſi literæ ſecundum primum modum poterant veriſimiliter effectum ſortiri, campſor non poteſt cogi, alias facere, vel depoſitum retrodare, aliter cogetur, ſi veriſimiliter effectum ſortiri non poterant.

53 Sed † finge campſorem Venetiarum mihi feciſſe literas cambij directas campſori Neapolitano, vt ſolueret mihi ducatos mille, per eum habitos, & receptos, euenit, quod campſor Neapolitanus minime acceptare vult dictas literas, nec earum vigore aliquid mihi ſoluere, ago contra campſorem Venetiarum ad repetendum debitum, ille opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæritur, an ex illis literis probatur vera receptio, & vera numeratio? dicas, quod non, ſed probatur tantum confeſſio, vt not. *C. de non numerata pecun. l. ſi ex cautione. 3.* niſi reus non confiteatur numerationem, vel ſaltem non diffiteatur, *l. lecta. 40. ff. ſi cert. petat. & l. ſi ita ſtipulatus 12. § Chryſogonus. 2 ff. de verb. oblig.* & ita conſuluit Bald. *in conſil 190 vol. 2.* & dixi in materia exceptionum.

54 Sed † nunquid campſor recipiendo literas vitiatas, liberetur ſoluendo, ita, vel non? Angel. *in conſil. 370. incip. conſultatio.* tetigit punctum quæſtionis, & finaliter decidendum putauit, quod aut vitium literarum eſt adeo patens, quod de facili potuiſſet diſcerni, vel ſi de facili poterat conſultari principalis; & tunc quia eſt in culpa non liberatur: aut non ita de facili poterat diſcerni vitium, & hoc caſu ſoluendo liberatur; quia nulla culpa ei imputari poteſt.

55 Prædictis † non obeſt, an literæ credentiæ (quas ſæpe mercatores alteri mittunt) probent, & mandatum inducant ita vel non? Bart. *in l. Lucius Titius 24. ff. de fideiuſſ.* teti-

git

git quæſtionem, diſtinctionis fœdere conciliat, ex
quo quandoque literæ ſunt multum generales; vt
tali præſentium latori in ijs, quæ vobis dixerit, ple-
nam & indubitatam fidem dabitis; tunc vigore ea-
rum ille lator nihil contra ſcribentem prætende-
re poteſt, & ſi mercator, cui ſunt ſcriptæ, aliquid in
præiudicium ſcribentis facit, non remanet ex hoc
obligatus; iſtæ enim literæ magis commendatoriæ
ſunt; quaſi dicat, ille lator literarum eſt fidelis: po-
teſt is de illo contendere, & ſic non obligant ſcribē-
tem; ac ſecus, ſi contrarium poſſet apparere ex qua-
litate perſonæ ſcribentis, ex quo generalis illa certi-
ficatur: vt ſi mercator miſit ſuum factorem in ali-
qua mercantia; quia tunc videtur commiſiſſe, quod
adhibeas ei fidem in negotio illius mercantiæ. item
non procedit, ſi fuerit in literis dictum, adhibeas fi-
dem præſentium latori, ſupra me vel meo pericu-
lo, quandoque iſtæ literæ ſecundum Bart. ſunt ma-
gis ſpeciales: vt puta dabitis fidem plenam præſen-
tium latori de noſtra intentione plenius informato:
& tunc cenſetur mandatum, vt ei rei credatur tan-
tum id, de quo ſecum loquetur, non autem vt cum
eo aliquis contractus celebretur: vnde ſi cum tali
contraheretur, non obligat ſcribentē, fallit in præ-
nominatis caſibus, vt in primo caſu: nunquam enim
credi debet aliquid, quod ſpeciatim ſpectat ad ipſum
referentem, per quod ſibi acquiratur officium, vel
commodum, & hanc opinionem approbat Caſtr. *in
d. l. Lucius Titius. 24. ff. de fideiuſſ.* Bald & Sal. *in l. fin. C.
quod cum eo.* & Bald. *in rub. C. de conſt. pec.* & pleniſſime
Boer. *in deciſ. 282. part. 2. in Clem ſed quid* & ſequitur
Marſil. *in rubr C. de proc. nu. 289* Et QVID in literis
commendatitijs? Boer. *in dec.* 282. idem concludit;
quia à pari procedunt literæ commendatitiæ, & li-
teræ credentiæ, & habetur per Sal. & Doct. *in l. fin. C.
quod cum eo & in dict. l Lucius Titius. 24. ff. de fideiuſſ.*
56 Huic † prope eſt, vt de alijs literis, epiſtolis, & miſ-
ſiuis quæramus, an probent? Bart. *in l. nuda ratio. 26.
de donat.* & ibi Albe. dicunt, quod aut litera miſſiua,
ſeu epiſtola eſt recognita, & acceptata per partem
ſcribentem, & ſine dubio probat contra eum, per *l.
Publia. 26. § fin. ff dep* aut eſt negata; & tamen habet
ſigillum authenticum, & plene probat, per gl. *in l. ſi
qua per calumniam. 22. C. de Epiſc. & cler.* aut talis epi-
ſtola negata non habet ſigillum; & tunc compara-
tio literarum plenam fidem facit, in hoc vltimo
Abb. *in c. 2. de fid. inſtr. & c. fin.* tenet contra Bar. quod
per comparationem literarum non fit plena proba-
tio: & hanc dicit veram opinionem Iaſ. *in l. admonen-
di. 31. ff de iureiur. num.* 139. ſed in hoc Boer. *in dec. 282.
in part.* dicit, quod de facto in regno Franciæ ſer-
uatur opin. Bart. & approbat opinionem *Bart.* in a-
lijs primis duobus caſibus, & de conſuetudine regni
Franciæ approbat tertium caſum. Et opin. Bart. re-
perio approbatam etiam quoad tertium caſum per
Benue. Strach. *in tract de merc. in vlt. part. nu. 13.* & di-
cit approbari per Pariſ. *in conſil. 19. ad reſolutionem.*

*nu. 105. & in conſil. 47. nu. 1. vol. 1. & in conſil. 112 nu. 44.
eod. vol. & in conſil. 91. viſo copioſo. eod vol.* ego autem
puto opinionem contra Bart. eſſe veriorem, per ea,
quæ ſcribit Afflict. *in deciſ.* 181. incip. *In quodam pro-
ceſſu.* & Gramm. *in deciſ. 84.* & Dec. *in conſil. 615. in 4.
volum.* incip. *Viſa inquiſitione formata.* & per ea, quæ
ipſemet Bart. voluit *in authent. contractus. de fid. inſtr.*
& Ang. *in l. comparationes. 20 C de fid inſtrum.* ſed tunc
melius cogitans dico opinionem Bart tenendam
eſſe, quam dicit communem Felin. *in c. 2 de fide in-
ſtru.* & ita tenet etiam Alex. *in d. l. admonendi. 31. ff de
iureiurand. in 14. col.* licet Bald. *in l. fin. C. de edict. diui
Hadrian tollen. in 14 col* & Salic. ibi *in 5. col* videntur
tenere contrarium. SED ILLVD † conſequens 57
eſt, an obligent dictæ literæ & epiſtolæ eum, ad quē
mittuntur? dic, quod ſi per eum fuerint acceptatæ,
obligant. ſed ſi non fuerint acceptatæ, non obligant,
vt late proſequitur Iaſ *in d. l. admonendi 31. ff de iure-
iur. nu.* 142. (& dixi ſupra in literis Cambij.) SED ad-
uertendum eſt ad vnum, quod in quantum ſupra di-
ctum id, epiſtola acceptata, & recognita per partē,
vel epiſtolam cum ſigillo, plene probat, & obligat
mittentem: hoc procedit eo viuo, ſed eo mortuo
non præiudicat hæredibus, ſecundum Innocen. *in c.
cum dilectus. 3. extra de ſucceſſ. ab inteſt.* & Ang. *in c. fin 5.
col. de conf.* & Barb. *in dict c. cum dilectus.* & Cort *in ſuis
notabilib in verb. confeſſio.* ſequitur & referat Marſil. *in
rubr. C. de prob num. 248.* & Iaſ *in d. l admonendi. 31. ff.
de iureiuran num. 142. colum. 56.* FINGE † igitur nunc, 58
quod extet ſtatutum, debitum non poſſe probari,
niſi per inſtrumentum publicum (vt eſt in Regno)
in depoſito; an non obſtante ſtatuto aliter poſſit
probari inter mercatores? & dicendum eſt, quod ſic,
conſuluit Ioan Ana *in conſil. 55.* incip. *Quia dubia ſu-
per facto iſto occurrentia in princ* citat Bald. hoc tenen-
tem (ſecundum eum) *in l. falſus. 19. C de fur. 5. col. in 5.
oppoſ.* ſequitur ac refert Marſil *in rub. C. de probat. nu.*
47. QVID † igitur de confeſſione abſente parte 59
facta dicemus, nunquid plene probat: & licet regu-
lariter non probet, *l. certum. 6. §. ſi quis abſente. 3. ff de
confeſſ. l. fin. ff. de interrog actio.* & Bart. *in l. admonen-
di. 31. col. 16. ff de iureiur* ſed ſemiplene tantum, vt ibi
& Ludou. Roman. *conſil. 373. in c. In caſu propoſito viſis
allegationib.* ſolum probat liberationem ſeu ſolutio-
nem, ſecundum Baldum *in l. generaliter. 13 vlt. colum.
C. de non numer pec.* & ſequitur Felin. *in c. ſignifica-
uit. 41. de teſt. 2. colum. verſic. not. tertio. & in c. ſi cautio.
14. 10. colum. verſic fallit. 7 extra, de fid. inſtr.* attamen
inter mercatores etiam ad obligandum plenam fa-
cere probationem, puto; cum curia mercatorum
æquiparetur æquitati canonicæ (vt ſupra dixi) & de
æquitate canonica talis confeſſio parte abſente, ad
obligandum plene probat; quia ſecundum æquita-
tem canonicam ſola mens videtur ſufficere, ſecun-
dum gl. *in c. quoties 7. q* ſecundum dom. Ant. de Imol.
*in c. ſi cautio. 14. de fid. inſtrument.* de quo plenius per
Felin. *ibidem. 7. col. verſic. fallit ſecundo.* SED † nun- 60

quid confeſſio mercatoris poſſit acceptari pro parte faciente in fauorem mei, & reſpui, & negari, quatenus contrarendit? & videtur mihi, quod non: quia inter mercatores agitur de bono, & æquo, ideo in totum debet acceptari, vel in totum reſpui; quia acceptatio confeſſionis pro parte, & pro alia negatio, eſt quædam iuris ſubtilitas, quæ reſpuenda eſt inter mercatores: ſed Bert. conſil. 6. 1. lib. nu. 12. tenet contrarium: nam dicit ipſe, licet ſit cōtra ius naturale, vel gentium, quod quis huiuſmodi procedentia ex ore irrita facit, non tamen eſt contra ius naturale, vel gentium, aut canonicum, quod quis non credat verbis alterius contra ſe in fauorem alterius: ſcriptum eſt enim, omnis homo mēdax, & omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſumus, non eſt qui faciat bonum, puto tamen, quod ſi confeſſio contineret aliqua facta aduerſa, quod procedat dictum Bert. ſed ſi contineret facta adeo connexa, & ſubordinata, ita vt non poſſit acceptari pro parte pro ſe faciente, niſi etiam acceptetur pro parte contra ſe facientem; tunc acceptari vel tota debet, vel tota reſpui, per ea quæ ſupra dixi *nu.* 11.

[Licet confeſſio adiectam habens certam qualitatem, acceptari poſſit, tamen non excluditur per hoc reus à probatione adiectæ qualitatis. de quo vide Gail *lib.* 2. *obſ.* 105. *nu* 7.]

61 Nunquid mercator † teneatur edere chartulam continentē, vel abſolutionem, vel ſolutionem, acceptationem pignoris, aut mādatum factum, & ſimilia? Ang. *in l. ſi quis ex argentariis* 6. §. *rationem.* 3. *nu.* 3. *ff. de edend.* tenet, quod non deberet fieri editio librorum; quia non ſunt ſumenda arma de domo rei, *l. qui accuſare.* 4. *C. de edend.* Fallit in vſurario eius odio *Clemen.* 1. *de vſur.* SVBSEQVENTER † quæro, quid

62 ſi reperiuntur multæ ballæ lanæ cum ſignis meis ſignatæ, an præſumantur eſſe meæ? Baldus *in auth. de data. C. de donat ante nupt.* dicit, quod ſic. citat Bart. *in l. eum, qui.* 14. §. *fin. ff. de ſur.* & Andr. Barb. *in rep. rubr. de fid. inſtrum. col.* 42 *in fin. verſic. vnum tene mente,* & ſequitur Boer. *in deciſ.* 105 *in* 1. *part. num.* 9. adprobat Afflict. *in conſt.* 1. *Priuilegia, & inſtrumenta, ſecundo nota in* 2 *libr.* & ſequitur Chaſſan. *in conſuetu. Burgun. in verb. Quand ie ſigne.* § 8. *fol.* 80. *num.* 1. Sed nunquid vere probentur ballæ eſſe illius, cuius ſigno ſignatas probauit? & in hoc Luc. de Pen. *in l. ſigmata.* 3. *C. de fabricen. lib.* 11. *num.* 8. dicit, quoad dominium, & poſſeſſionem probando ballas eſſe ſignatas ſuo ſigno, eius probantur eſſe vere; niſi contrarium apparuerit, citat argum. *l. pen.* § *pen. de acqu. hæred. & l.* 1. *in fin. C. de ſeru. fug.* & arg. 23. *quæſt.* 4. *c. diſplicet. ibi; & vos Chriſti oues eſtis, & characterem domini portatis. &* 35. *diſtin. c. ab exordio* & expreſſum (inquit) continere text. *in c. ſi iudex.* 12. *de ſentent. excom. in* 6. & idem videtur voluiſſe Chaſſan. & Affl. & vbi ſupra, & ita pro nūc teneo. Nouiſſime enim reperi Benue. Strach. *in tractat. de merc. in* 2. *parte num.* 80. contra opinionem Lucæ tenentem, ea ratione motum: quia ſi vera eſſet ſententia Lucæ de Penna, ſignis res vendicandi, magna daretur occaſio; quia multi eſſent mercatores, qui in longinquis partibus poſſent vendicare alienas, merces probando ſuo ſigno ſignatas: mihi autem magis placet ſententia Luc. de Pen. præcipue per textum *in d. c. ſi iudex. de ſentent. excom. in* 6. cui non video congruum reſponſum dari: nec obſtat, quod dixit Benue. ipſe, quod doctrinæ de hoc ſupra relatæ, & text. *in d. c. ſi iudex.* loquantur non vere probari ex ſignis dominium, & poſſeſſionem, ſed tantum præſumptionem ortam, quod ſunt res ſignatæ illius, cuius ſigna ſunt; quia dico, quod licet per verbum præſumptiuum loquantur, nihilominus eſt talis præſumptio, quod infert probationem dominij, donec contrarium probetur, & onus probandi contrarium transfert in aduerſarium, vt *dict. c. ſi iudex.* clare probatur, pro quo etiam facit illud *Lucæ cap.* 20. oſtendite mihi numiſma cenſus, at illi obtulerunt ei denarium; quærenti autem CHRISTO, cuius haberet imaginem, & inſcriptionem? reſpondentes dixerunt ei, Cæſaris; & ait illis; reddite ergo Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, &c. & hic ex ſolo ſigno iuſſit reddi ei, cuius erat ſignum, pro hoc allego Baldum *in rubric. C. de peric. & commod. rei vend. in* 1 *quæſt.* vbi inquit, quod ſignatio arborum, vel animalium habetur pro traditione, & Petr. de Vbal. *in tract. de ſociet.* 11. *parte.* idē firmat, nec obſtat, quod poſſunt committi fraudes, imponendo ſignum ſuum rebus alienis; quia ex hoc cautum eſt puniri eos, qui abſque iudicis auctoritate ſignum ſuum rebus alienis impoſuerint, *l.* 1. *&* 2. *C. vt nem. liceat, &c.* & hanc meam opin. tenet Gul. Ben. *in repet. c. Raynutius.* 16. *in* 1 *parte fol.* 5. *nu.* 1. *de teſtam.* † Id 63
is etiam illud attingit, nunquid ſi omnes ballæ cōmuni ſigno inter mercatores ſignatæ reperiantur, ex hoc cenſeātur communes? in quo Bal. iuris verus antiſtes *in conſil.* 415. *in* 3. *libr.* inc. *Proponitur, quoſdam mercatores.* dicit prius videri, quod ſic; quia per appoſitionem ſignaculi communis, mutua poſſeſſio videtur tradita, *argum. l. ſi vinum venditum.* 1 § *ſi dolium.* 2. *ff. de peric. & comm. rei vend.* demum arguit in contrarium: vt ibi per eum; & poſtremo primam opinionem tenet, ea ratione motus; quia ſi nihil apparet dictum, vel factum in contrarium, in dubio cenſetur ſocietas ex hoc contracta ad inuicem, & ſic concludendum dixit, & ex iis confirmatur etiam id, quod ſupra dixi: ſed profecto miror de tanto viro, qui pro opinione ſua allegat in arg. textum *in d.* § *ſi dolium.* 2. *ff de peric. & commod. rei vend.* qui ſi recte inſpiciatur, præſtat argum. contra ſuam, & meam opinionem in præcedenti, & præſenti quæſtione.
SOLET † QVÆRI, quid ſi petatur editio libro- 64
rū a mercatore, & libri in ciuitate Venetiarum exiſtant, & hic Salerni petitur editio; an hic, vel ibi edantur? & apud Ang. receptum conſtat ibi editionem fiendam, vbi mercatura exercetur, & ſi alibi petitur editio, expenſis petentis editionem fien-

dam

dem inquit. *in l. ſpacium.* 5. *ff. de edend* quod non ita ſimpliciter admittendum dico; finge enim, quod mercatorem in ciuitate Venetiarum gerit, ibique libros retineret, hic vero Salerni agit contra Titium ex causa ſ. mercantiæ, petitur editio librorum per Titium, nonne hic fiendam editionem æquitatis eſſe? & certe videtur, ex doct. Pet. de Anch. *in c. ſtatutum.* 11. *§ inſuper. de reſcr. in 6.* vbi ſi principalis in cauſa ciuili per alteram partem examinari petatur in loco illi icij. & ipſe principalis ſit abſens, ipſius abſentis expenſis examinari debet: non enim æquum eſt propter abſentiam vnius ex litigatoribus. conditionem alterius deteriorem fieri, *l. prætor.* 2. *ff. ex quib. cauſ. in poſ. eat.* ſicque propter librorum alibi retentionē Titius grauari minime debet quod & firmauit idē Ang. poſt Gul. de Cun. *in l. ſi actor* 29 *ff. de procu.* & Alb. de Roſa. *in d. l. ſi actor.* & poſtremo è recentioribus ita receptum in ſacro Reg. conſ. Neap. ſcriptum reliquit Affict. *in deciſ.* 77. *inc. Nobilis quidam.* procedit enim dictum Ang. in ſecundo caſu, quando editionem petens alibi, eſt actor, & non reus; at ſecus ſi reus, tunc enim ſi actor eſſet licite mercator, dicet, libros ſe ibi non habere, & ſi editionem voluerit ibi ſuis expenſis faciet; quia cōſtitutum eſt ibi libros conſeruandos eſſe, vbi mercatura exercetur, *arg. d. l. ſpacium.* 5. & ſic ſecum deferre minime debet, nec alibi conueniendum ſuſpicari poterat, quæ rationes ceſſant vbi eſſet ipſe actor, *arg. l. qui accuſare. C. de*

65 *edend.* † QVID igitur de mercatore dicemus, qui ſe diſrobatum in itinere conqueritur, qualiter enim tale furtū probabit? in quo Alb. de Roſ. ex vetuſtioribus monarcha, *in l. ne quid.* 7. *ff. incend. ruin. & naufrag.* ſcriptum reliquit, per eius famulos, ſiue domeſticos probare poſſe, *argument. l. conſenſu.* 8. *§. ſuper plagium.* 6. *C. de repud.* quod admittendum ſane dicerem, habita conſideratione ad qualitatem mercatoris furtum paſſi, loci, in quo furtum factum eſſe dicetur, ſeruorumque & familiarium ipſius mercatoris, vt inquit Bar. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. fur. adu. nau. caup. &*

66 *ſtabul.* † Promiſi tibi dare centum quæ Titius mihi debet vt agere recte valeas, neceſſario probare debes quod Titius mihi illa debet, vt deciſum conſtat *in Cap. Tholoſa. dec.* 474. quod ego verū puto, vbi promiſſio tibi facta non haberet cauſam præexiſtentem, ex quo alias eſſem tibi obligatus in illis centum; quia eo caſu dato, quod non probatur Titium debere, remaneo tamen obligatus in illis centum ex cauſa

67 præcedente, non ex ita ſimplici promiſſione. † Non ſufficere (inquit Bar. *in l. ad teſtium.* 22. *§. ſi quis ex teſtib.* 4. *ff. de teſtam.*) apocham mercatoris eſſe tantum ſigillatam ſuo ſigillo, niſi & ſubſcripta ſit. quod & reperiit *in proœm. Digeſtorum, in* 2. *colum.* cui quidem non aſſentit Bal. *in l. diſtrahente* 2. *C. de reb. alien. non alie. in fin.* ſufficere enim inquit ſigillo ſolito eſſe ſigillatam: vt probetur Alex. dare diſtinctionem conatur in addit. ad Bartol. *in d. l.* 22 *§. ſi quis.* 4. & reducere Bar. & Bald. ad concordiam: Aut enim (dixit) conſtat mercatorem, qui ſcripſit apocham ſigillaſſe ipſam, & caſu iſto talis apocha probat etiam abſque ſubſcriptione, & ita loquitur Bald. aut non aliter conſtat, ſed conſtat tantum de ſigillo, & iſto caſu talis apocha non probat, nec præiudicat ſine ſubſcriptione, & ita loquitur Bar. † Licet enim promiſ- 68
ſum in inſtrumento ſit centum ſolui in nundinis Salerni, & ſi ſolui non contigerit centum, & decem pro intereſſe; tamen tale intereſſe non deberi, nec taliter probari, receptum eſt apud Bal. *in l. rogaſti.* 11. *§. ſi tibi.* 1. *ver. quid ergo ſi mutuo. ff. ſi cert. pet.* Ioan. de Ana. *in c. ſi. de vſur. char. pen.* Alex. *conſ.* 17. *viſo themate. col. fin. lib.* 4. Alb. de Roſ. *in l. cunctos populos.* 1. *in penul. col. C. de ſum. Trin.* & Dec. *conſ.* 39. 16. & 323. † NEC 69
PROBARI INTERESSE LVCRI CESSANTIS ex eo, quod mercator erat ſolitus negociari cum pecuniis, & quod erat ſolitus lucrari receptum eſt apud Paul. Caſtr. *in l. non vtique* (alias) *arbitraria* 2. *§. nunc de offic.* 8. *ff. de eo quod cer. loc.* non enim ſequitur, quod ſi habuiſſet pecuniam præ manibus certitudinaliter lucratus foret: quia poſſibile eſt non lucrari, ex quo multa euenire poſſunt, quod non lucretur ex mercantijs, probari tamen bene (affirmat) ſi probetur, quod habuit talem mercantiam præ manibus, de qua fuiſſet certitudinaliter lucratus, ſi pecuniam præ manibus habuiſſet; & quia non habuit, non potuit illam gerere: & idem intereſſe damni emergentis, vt ſi probetur, quod ipſe indiguit dicta pecunia; & quia non potuit habere tempore conuento, coactus fuit capere ad cambium, vt ſuæ neceſſitati ſubueniret, & pro vſuris ſoluit decem, & huic dicto adſtipulantur Dec. *in conſil.* 323. Afflict. *in deciſ.* 20. & Aym. Crau. *in conſil.* 98. *num.* 4. † Et pe- 70
ti licite poſſe tale intereſſe, vbi quis eſt in mora, & inſtrumentum continet diem, & pœnam, & creditor ſit ſolitus negociari, & hoc conſtet: ſcriptum reperitur per Deci. *in conſ.* 16. *in* 1. *lib. in cauſa Aluiſii* & annotauit Bar. *in l. arbitraria.* 2. *§. fi. per illum text. ff. de eo quod cert. loc. & l.* 1. *vltim. colum. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* & hoc etiam de iure Canonico, quod placuit Innoc. *in c. ſacr.* 38. *de ſent. excom.* & Abb. *in c. cum venerabilis.* 6 *de except. in glo. in verb. bona fid. & in c. penult. & glo. in prin. de offic. deleg. & in c. dilecti.* 17. *in* 1. *not. de for. compet.* & Pet. de Anch. *in conſil.* 149. *in quæſt. quæ vertitur. colum.* 2.

[De duplici intereſſe, damni emergentis, & lucri ceſſantis, quando vtrumque debeatur, quibus perſonis, & in quibus caſibus, & contractibus, & quæ requirantur, vt peti poſſit. Quomodo item articulandum, & probandum. Item de intereſſe communi, conuento, & ſingulari, vide plenam & luculentam tractationem apud Alex. Trentaciu. *lib.* 1. *pract. reſolut. tit. de intereſſe. reſolut.* 1. ]

Quæſitum † apud Doct. tum è recentioribus, 71
tum etiam antiquis in quampluribus locis vidi: nunquid, ſi mercator dederit alteri mercatori ad partem lucri, & ex capite ducatos centum, ſi [illegible]

 eſſe

ceſſu temporis prætendatur excapitum in mercantijs fore, qualiter hoc probari debeat, & infra quantum tempus, & apud quem probari debeat, & an pars ſit citanda? In quo Bart. *in l. ſi quis. 2. C. de naufrag. lib. 11.* ex illa l. dicit probari, quod infra vnum annum prædicta allegari, & probari debeant, alias non eſſet audiendus elapſo anno, & teſtes examinandi de damno furti, rapinæ, incendij, vel ſimilium, poſſunt examinari in loco vbi mercator patitur caſum; quia probationes ipſæ facient poſtea fidem coram iudice competenti quoad tertium, nec eſt neceſſe tempore dictorum teſtium receptionis citari facere partem ad videndum iuramenta ipſorum, & hæc dicta Bar. approbata reperio per Capel. Tholoſ. *in dec. 447. & ibi in add.* & in dubio præſumendum eſt lucratum ex mercantijs, ſecundum Ang. *in conſ. 90.* Niſi infra annum proteſtetur de damno, & probetur, & ſequitur Bar. Soc. *in conſi. 14. in 1. lib. in viſis ac diligenter & mature inſpectu.* citat *l. cura § deficientium. 1. ff de mu. & hono. & in l. ſi defunctus 10. C. arb tutel.* pro quibus videatur etiam Iaſ. *in §. ſequens*
72 *illa diuiſio. Inſt. de actio. n. 43. cum ſeq.* † Et cum ex ſuperioribus, ſatis oſtenſum conſtet, in curia mercatorum de bono, & æquo agi probationes veriſimiles, licet de iure non concludentes, in ea curia admitti, vt Bal. *in l ſola. 4. C. de teſtib.* putauit, quem ad literam ſecutus fuit Dec. *in conſ. 11. vlt. col.* citatque idem fuiſſe conſultum per Fran Aret. *in conſil. 126. incip. in cauſa domina Ant. col* 2. quod, vt æquitati conſonum, admittendum dico. Sed nouiſſime reperi Benue. Strac. *in tracta. de merc. in vlt. par. in princ.* vbi de probationibus aliqua dixit, concludendum minime vera eſſe ea, quæ ſuperiori loco alias firmaueram, motus per con. Bar. Soc. *in conſil. 120. in 1. lib. 7. column. ver. nec ex eo.* qui dum de prædictis diſſereret, ſcriptū reliquit, quod licet in curia mercatorum de bono & æquo agatur, non pro hoc probatio minus legitima, & de iure non admittenda, recipienda erit; quia non intelligitur ſublata diſpoſitio iuris ciuilis; quæ erit iuridica, & non cauilloſa; tantum enim intelliguntur reiecti apices iuris, qui veritatem negotij non tangunt: ſed probationes reſpiciunt veritatem, & merita cauſæ, non rigorem iuris, prout (ſecundum eum) voluit Ioan. Cald. *in ſua diſput.* quæ incipit, *Clericus conuentus* & refert & ſequitur Bald. *in l. conſuetudinis. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* & not. Bald. *in l ictus fuſtium. 22. in fin. ff de ijs, qui not. infa.* Nec obſtare (inquit) quæ primo loco retulimus; nam procedunt, vbi procedendum eſſet ſola facti veritate inſpecta: At ſecus in caſu noſtro, vbi tantum ex bono & æquo procedi conſtitutum eſt: at ego à tantorum patrum opinione (quam & alias approbaueram) minime diſſentiens, dico primam opin. de iure veriorem, & pro veritate ipſius illud attendendum dico, quod Bald. Aret. & Dec. alijque Doct. de hoc loquentes, non dicunt admittendam fore probationem a iure reprobatam, ſed dicunt admittendam fore probationem veriſimilem, licet de ſubtilitate iuris non concludentem: ſat enim putauere eſſe veriſimilem: adeo enim probatio veriſimilis fauorabilis eſt, vt contra eam minime probatio in contrarium admittatur. *c. quanto 8. de præſumpt. & c. quia veriſimile. 10. eod. titul.* & licet probatio de neceſſitate debeat concludere, *l. non hoc. 4. C. vnde cog. & c. in præſentia. 8. extra de probat.* tamen ſi præſumptiue concludat, ſufficere, inquit Bart. *in l. 2 re. 1. ff ſi cert. pet.* de quo per Baldum *in l neque natales. 10. & in l. fin. C. de probat.* & licet probatio, quæ concludit ſecundum aliquam præſumptionem, quæ poteſt actui, de quo quæritur, adeſſe & non adeſſe, regulariter non concludat, vt probatur *in l. matrem. 17. C. de prob. & d. l. non hoc.* & tanquam dubia probatio non releuet probantem, *c. in præſentia. 8. extra de probat.* tamen ſi ſumus in foro mercatorum, licet ex toto illa probatio non concludat; quia forte illa probatio, ſecundum prædictum modum per rationem redditam per teſtes, poteſt ſe habere ad eſſe & non eſſe; tamen ſi veriſimiliter erit illa probatio, licet (vt dixi) non neceſſario concludat, admittenda erit, quod probatur *in c. afferte. 2. extra de præſumpt* nam licet de ſtricto iure non concluſiſſet, quod filius non eſſet illius meretricis, quæ diuidendum admittebat, ſed alterius, quæ id negabat, nihilominus eſt veriſimilitudine, quam habebat (vt ſi eius filius eſſet, eius viſcera propter amorem ad pietatem commouerentur) factum fuit, vt probatio illa tanquam efficax admitteretur: vnde licet alias ſit difficultas, an bonam cauſam ſcientiæ, teſtis reddat, ſi dixerit ſe id ſcire, tanquam vicinus, vt per Alex. *in l. 2 re. 1. ff. ſi cer. peta. & ibi ſcriben. 6. column.* ſi tamen eius dictum veriſimile erit, abſque dubio in foro mercatorum probabit, quod & Bart. probat *in tract. de teſt. num. 33.* quia dicit, quod ſi paſtores, quibus animalia tradita fuerunt, dicant aliquod eſſe perditum: & probetur alias, & alio tempore idem eueniſſe, quod animalia in paſcuis ſolent perdi, & oberrare, & veriſimile ſit ea perdidiſſe; licet de iure non concludat talis probatio; tamen quia veriſimilis eſt, admittendam vt efficacem inquit Bart. vbi ſupra. Item licet teſtis deponens de aliquo, & interrogatus de cauſa ſcientiæ, dicat ſe ſcire quod ita eſt, non probet, vt per Innoc. *in c. cum cauſam. 37. extra de teſtib.* tamē ſi erit veriſimile id, quod deponit, credo, quod in foro mercatorum probabit, & idem in ſimilibus modis.
Quid † enim ſi dato termino ad probandum, eo- 73
que elapſo petatur per actorem, quod rogatur reus ad iurandum, vel iuramentum deferendum, quid iuris? Reperio, quod Specul. *in titul. de iur. delat. §. 1. verſ. ſin autem actor.* tenet, quod iſto caſu actore non probante, reus abſoluitur, & ſic non habet locum delatio iuramenti: eandem opinionem ſequitur Pan. *in c fin. extra, de iureiur. & in c. 2. vlt. not. de prob.* & Bald. *in repetit. l iuſiurandum. 2. ff. de iureiur* 36. *col.* & Paul. de Caſt. *in l. fin. C. de fideicom.* & Ioan. Andr.

*in ad.*

*in addit.Specul.vbi ſupra.*& Ioan.Bapt.de S.Seue.*in repet.l.manifeſtæ turpitudinis.*38.*ff de iureiur.*& ibi dom. Mat.& iſtam opin.ſequitur conſulendo Soc. *in conſ.* 185.*in fin.* Alb. *in l.in contractibus.*14 *§ illo.*3.*C de non num.pecu* Marſil.*in l.de minore.*10 *§. tormenta.*3. *col.*2. *ff.de quæſt.*& Dec.*in c.ſicut.*27. *de iureiur.* contrariam vero opinionem tenuit Bart. *in d.l.in contractibus. §.illo.C.de non num.pec.* & eum ibi ſequitur Angel.& Paul.Caſtr.*in l.admonendi.*31.*col.*7.*verſic.circa, & in l.iuſiurandum & ad pecunias.*34.*§ ait prætor.*6.*ff.de iureiur.& in d.l manifeſtæ.*& ibi Alexand.Franc.de Aret. *in d.c.ſicut* 7.*de iureiur.*& idem Bal.*in l bona.fin.in antiq.lect.*& ibi Alb.poſt Iac.Rauen.& Iaſ *in d.l manifeſtæ.*38.*ff.de iureiur.colum.*1 *verſ.ſecundo quæro. & in l. admonendi.in repetit.* Purp *in d. l.manifeſtæ. colum.* 2. *verſic. difficultas eſt*, & Dec. *in d. c.ſicut.*7.*de iureiur.* diſtinguit, aut quis ab initio detulit iuramentum; & iſto caſu procedat iſta ſecunda opinio, vt reus teneatur iurare, vel iuramentum deferre: pro quo allegat text. *in l. Marcellus.*11.*§.*1.*ff.rer.amot.* aut ab initio non detulit iuramentum, ſed onus probandi aſſumpſit, & non probauit; & tunc reus abſolui debet, & iurare non cogitur,ex quo actor probare non potuit ad iuramentum redire non debet, & iſto caſu procedat opinio Specul. & ſequitur Boer. *in deciſ.*95 in prima parte, pleniſſime tetigit hanc quæſtionem, & finaliter relatis omnibus dictis opinionibus, dicit primam opinionem Specul. ſecundum diſtinctionem Dec. primam,eſſe magis communẽ; tamen ipſe dicit, quod in contingentia facti fuit iudicatum pro opinione Bart.& ſic pro ſecunda opinione, quod poſſit deferri iuramentum poſt omnes terminos, & dilationes ad probandum conceſſas, & tenetur iurare, niſi habuerit iuſtam recuſandi cauſam, vt quia probauit contrarium eius, quod actor dicebat, & ita ſeruandum dico in curia mercatorum; quia hæc ſecunda opinio ſapit æquitatem, & contraria reſpicit apices iuris, & maxime per tex.*in d l manifeſtæ.*38.*ff.de iureiur.*qui ſi recte inſpiciatur,fundatur ſuper æquitate. Et cogitur iura-
74 re reus † aut iuramentum deferre, non obſtante, quod offerat ſe paratum contrarium probare, ſecundum Iaſon. *in d.l manifeſtæ.*38.*de iureiur.*3. *quæſt.*
75 voluit Boer.*in deciſ.*15.*in* 1.*parte in princ.*Solet † quidem multoties contingere, quod quis conueniat aliquem,a quo petit centum,& dicit, quod vult ſtare iuramento ipſius rei,qui dicit, offeratur prius libellus, & demum paratum ſe offert reſpondere, actor dicit ſe nolle litigare: ſe velle de præſenti litem decidi,aut iuret, aut ipſe iurabit, quid igitur iuris? Alber.poſt Oldr *in l.iuſiurandum & ad pecunias.*34.*§. ait prætor.ff.de iureiur.in fin.* dicit, quod arctatur ante omnia offerre libellum,iuxta *l. manifeſtæ.* quæ ſic debet intelligi,quo oblato,bene poterit cogi, quod iuret,aut iuramentum deferat. Iaſ. *in repet.l.admonendi* 31.*ff de iureiur.colum.*32 *num* 74. dicit, quod ſemper iſta deciſio fuit ſibi viſa dura, cum petere

libellum ſit petitio calumnioſa; tamen dicit, quod iſta deciſio non habet contradictorem, quare tranſit cum ea; at in foro mercatorum non procedit omnino; quia ibi ceſſat exceptio ordinis, & præpoſterationis, & agitur de bono & æquo, & ſupra ſæpe dixi. Merces † emptas per vnum ex ſocijs,de pe-
cunia ſocietatis præſumi emptas,inquit Bald *in conſil.*493.*in* 4 *parte.num.*4.ſi in continenti emptæ fuerint;at ſecus ex interuallo, per text.nota.*in l ſi ventri* 24.*§ fi.ff.de priuil.cred.*(alias *de bon.auct.iud.poſſid.*) pro quo videatur etiam Lud.Rom *in conſil.*346.*in num.*6.Emptionem † mercium per famam probari 76
dicit Alex.*in conſil* 304 *in c.in cauſa appellationis* 6. *col.* 77
& Marſil.*in ſing.*538.ſi teſtes deponant de certo,& determinato pretio, alias ſecus. Item, † ſocietatem
probari per intitulationem librorum, puta, ſi dice- 78
retur, hic eſt liber mercantiæ meæ,& Petri ac Ioan. ſociorum,concludit Bar.Soc.*in conſil.*86.*colum.*4.*in prin.& col fin in princ.lib* 1. & fuit de mente Bart. & Bald.*in l ſi patruus* 4.*C. commun. vtriuſq.iud.* quod abſque dubio admittendum dico, ſi liber reperiatur in poſſeſſione eius,qui negat ſocietatem contractam,& ab eo ſit confectus;ſeu ab alio eius nomine, & hoc non negetur. Item procederet, vbi aliæ coniecturæ veriſimiliores non reſiſterent, per ea, quæ notantur per Dec.*in conſil.*40.*num.*3.*& conſ.*196 *n.*9. & ea, quæ dixi ſupra, de libro rationis continente aliquid contra ſcribentem. Nec probari credas ſo-
cietatem ex eo, † quod duo mercatores promiſcue 79
geſſerunt vnam negotiationem, alternis vicibus, modo vnus,modo alter,ſecundum Bal.*in conſil.*125. *in* 5.*lib.*incip.*Quidam Ioannes Iacobi*, quia poteſt eſſe, quod vnus tanquam dominus, alter vero tanquam inſtitor;vnde probandi eſſent alij actus ſociales, qui ſolent fieri inter ſocios. Sed pone † quod quidam 80
mercator in quadam ſcriptura fateatur ſe eſſe debitorem Titij in centum, plus, & minus, prout in libro rationum continetur, quid ergo illa verba importent?Bald.*in rub.C.dep.in* 6.*quæſt.*dicit, quod illa verba(*plus*, *& minus.* prout in codice rationum) non augent,nec minuunt confeſſionem certæ quantitatis, niſi appareat aliud, per quod conſtet minui, per tex.*in l.Publia.*26.*§ fi.ff.depoſit.*& vide Salic.*in l.ſi*
*quis.*11.*C dep.*& Bald.*in rub.C.de rer.permut.* † Quali- 81
ter ergo probabitur valor frumenti, vel aliarum rerum mobilium?dic, quod probabitur, ſi teſtis dixerit, quod ſalma frumenti valet tanti, & hoc ſcio, quod communiter tanti venditur, vel vendebatur tunc temporis; & talis teſtis debet tria tempora comprehendere in ſua depoſitione, videlicet, quod frumentum tanti valuit illo die, vel illo tempore, vel ante,& poſt,alias ſi ſe aſtringeret ad vnam diem,non probaretur valor, vt dixit text *in l.pretia rerum.*63.*in fi.ff.ad l.Falcid.* & ita tenet Bartol Sed pone, quod quis capitulauit de valore rei,quod res tanti valeat in foro publico, & quod illa ve[illegible] tur totidem in don[illegible]

de alio pretio in foro publico, & alio in domibus,
cui dicto ſtabitur? dicas, quod ſtabitur valori fori
publici, ſecundum Bart. *in d. l. pretia rerum. 63. ff ad leg.*
*Falc.* vbi pro cautela tradit, quod ſemper capitule-
tur de pretio fori, & refert & ſequitur Lanfran *in repet.*
*c. quoniam contra. 11. in verb. teſtium depoſitiones. num.*
82 *160. extr. de probat* vbi latiſſime Nunquid † publica-
tio de neceſſitate fieri debeat in foro mercatorum?
in quo puto diſtinguendum; aut pars petijt publica-
tionem fieri; & tunc verum eſt, quod de neceſſi-
tate fieri debet; alias ſi pars non petierit, eius omiſ-
ſio non reddit proceſſum nullum, ſecundum gl. *in c.*
*qualiter & quando. 24. § debet, de accuſ.* & Alexand. *in l.*
*1. § fin ff de præt. ſtipul* & conſuluit Petr. de Anch. *con-*
*ſil. 52. incip. Omiſſio publicationis.* & declarat Bart. *in ex-*
*trauag. ad reprimendum. in verb ſine figura.* & eſt text.
à contrario ſenſu, *in c. fin. extr. de hæred. in 7.* ſed de fa-
cto ſemper publicationem vidi fieri in nundinis.
83 An † facta publicatione in cauſa, ſi petatur termi-
nus ad allegandum in iure debeat concedi? Paris de
Put. *in li. Synd. in verb. ſententia, verſic vtrum iudex, co-*
*lum. 5.* dicit, quod non debet concedi in foro merca-
torum; tamen dicit debere citari ad ſententiam, vt
84 ibi per eum. Sed † an repulſa concedatur in foro mer-
catorum? & licet Franc. de Aret. *in conſil. 61. in fin.*
tenuerit in ſummarijs iudicijs non concedi repul-
ſam, quod eſſet intelligendum ſecundum Afflict.
*in decis 31. incip. Bis fuit dubitatum.* & cum iudicium
inter mercatores videretur ſummarium, conclu-
dendum non abs re videretur non eſſe conceden-
dam; tamen ſemper vidi concedi in eo foro, & quia
poſt probationes, & terminum ad repulſum ſolet
procedi ad ſententiam, & vt plurimum ſolet inter
mercatores per ſortes dirimi, & determinari eorum
85 lis, idcirco aliqua de hoc videamus. Et primo † quæ-
ro quod iudicium videatur iſtud per ſortes iudicari?
Bald. *in l ſi duob us. 3. C comm. un. de leg.* inquit, quod
dicitur fortunæ, cuius dux eſt Deus, ſecundum Se-
nec. *7. epiſt. ad Lucill.* & aliquando vocatur vis diui-
na, *l fluminum. 24. §. Seruius. 4. ff de dam. infe.* & eſt in-
exorabilis; quia ſurda, & muta; eſt enim quædam lex
naturæ nobis occulta, quæ eſt impeccabilis, & ali-
quando dæmones, qui ſunt infra lunam & aerem,
vt ſcribitur. 2. *Pet. c.* 1 qui aer infernus dicitur reſpe-
86 ctu cœli. Et valere † ſententiam latam per ſortes
(puta taxillos) colligitur ex text. *in l. ſi duob us. 3. C.*
87 *commun. de leg.* & ibi per Doct. Nec tamen † ſententia
per ſortes lata appellari poterit; quia fortuna non
habet ſuperiorem, ſecundum Bald. *in l. ſi duob.* bene
tamen ſi fraus eſſet commiſſa, poſſet peti, quod iterũ
ponantur ſortes, pro quo etiam legitur Bald. *in l. ma-*
*ioribus. 3 C commun. vtr. iud* & in quibus caſibus li-
citum ſit ſententiam ferri per ſortes, per Doct. ma-
xime lat *in d. l ſi duobus. 3. C. commun de leg.* Sententiã
88 enim † mercatorum, & expertorum in arte in rem
iudicatam tranſire minime conſtitutum eſt: vt not.
Doct. *in c. propoſuiſti. 4. de prob. & in c. fin. de frig. & ma-*
*lef.* & late per Affl. *in decis 33. incip. poſtquam fuit.* Et ſi
appellari † a ſententia lata per rectorem artis vel 89
collegij contigerit, ad eum ſuperiorem, cui ſubeſt
ars, ſeu collegium, appellabitur, ſecundum Abb. &
Scrib. *in rubr. extr de appel.* Et notandum eſt, † quod 90
vidi practicatum in nundinis Salerni, quod per ap-
pellationem à ſententia magiſtri nundinarum non
retardatur executio, ſed præſtita cautione de reſti-
tuendo, mandabitur executioni ſententia, niſi alle-
gatis nullitatib. quod maxima æquitate fulcitur.
Et vltra adnotandum eſt, † quod ſi fuerit præſtita 91
cautio de iudicio ſiſtendo & iudicatum ſoluendo (vt
ſemper in nundinis fit) recta via, & non excuſſo prin-
cipali mandabitur executioni ſententia contra fi-
deiuſſorem, ſecundum gl ſing. *in l fin. §. fin. in verſic.*
*perſoluere*, quam ibi ſequuntur Marc. Odo, Dyn. Io.
Fab. Bar. Bal. Aug. Paul. de Caſt. & Sal. *C de vſu re iud.*
Bar. *in l. cum lite. 2. & ibi Angel. Paul. de Caſtr. & Abb.*
*ff iud. ſol.* & plene per Boer. *in deciſ. 277.* P.F.V.I.D.

## De Interrogatoriorum productione.

### Svmmaria.

1 *Interrogatoria quomodo & quando præſententur.*
2 *Interrogatoria teſtium, ad quem effectum fiant.*
3 *Interrogatorium copia parti dari non debet.*
4 *Iudex, qui omiſit interrogare teſtes ſuper interrogato-*
*rijs à parte productis, an inualidet examen.*

Septimvs actus eſt, Interrogatorio-
rvm prodvctio, † præſentatis enim arti- 1
culis, & vocatis teſtibus ſolet altera pars petere
copiam articulorum ad effectum præſentandi in-
terrogatoria contra teſtes ad veritatem iudagan-
dam, *c. præſentium 2. de teſtib. col. 6.* & debet ipſi parti
petenti concedi terminus ad producendum inter-
rogatoria, vt not. Spec. *in tit. de teſtib. §. iam de inter-*
*rogatorijs. colum* 1 & fiant † ad effectum faciendi va-
riare teſtes in altero ex illis decem prædicamentis, 2
quæ ponit Bal. *in l. teſtium 18. C. de teſtib.* † quorum
copia non datur parti, ne inſtruantur teſtes ad fal- 3
ſum, vt not. Abb. *in c. per tuas. 48. colum. fin. de teſtib.* &
Alexand. *in l 1. C. de edend.*

[Hancque veram, & communem eſſe ſententiam
teſtatur Andr. Gail. *lib. 1 obſ. 115. numero 6.* Ipſe autem
iudex, vel commiſſarius, cui teſtium examen com-
miſſum eſt, interrogatoria ex officio examinare, &
impertinentia, ac inutilia, tam generalia, quam ſpe-
cialia reſecare vel reijcere debet, gl *in c præſentium §.*
*teſtes etiam in verb. interrogatoria de teſtib. lib. 6.* & alij
allegati à Gail. *d. obſ. 115. num. 1.*]

Quid † autem ſi pars producit interrogatoria, 4
& iudex omittit interrogare teſtes ſuper illis, an
per hoc inualidetur examen? Dic, quod non, ſed
remanet facultas parti faciendi repeti teſtes ſuper
interrogatorijs, etiam poſt publicationem pro-
ceſſus. ita tenet Alexand. *in conſil. 41. in fin colum.*

*in 4. volum. 2. & conſil. 174. colum. pen. in 2. volum.* Reliqua de hac materia dic, vt dixi ſupra *in 1. part. iudicij, ſcilicet huius ſextæ partis, in verſ. interrogatio.* & habetur per Specul. *in d. §. iam de interrogatorijs, in tit. de teſtib.*

[ Plura de interrogatorijs, & quadruplici eorum differentia, quomodo formanda, & vnde ſumenda, vide apud Gail. *d. obſ. 115. per tot. lib. 1.* ]

## De Inſtrumentorum productione.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentorum appellatione venit omnis ſcriptura inſtruens.*
2 *Inſtrumentum ſecundum formam ritus, qualiter præſentetur in iudicijs.*
3 *Inſtrumentum ad commune lucrum, & excapitum, an poſſit liquidari.*
4 *Doctor an debeat carcerari pro inſtrumēto liquidato.*
5 *Mulier an poſſit liquidare inſtrumentum per procuratorem.*
6 *Carceratus quomodo liquidet inſtrumentum.*
7 *Inſtrumentum an poſſit liquidari contra filiumfamilias.*
8 *Filiumfamilias quem eſſe, quis probare debeat.*
9 *Contractus factus cum filiofamil. exiſtente quaſi poſſeſſione filiationis, an valeat.*
10 *Inſtrumentum an poſſit liquidari contra promittentem inſtitorio nomine.*
11 *Inſtrumentum cancellatum, ſeu vitiatum an liquidari poſſit.*
12 *Inſtrumentum quod non eſt publicum, an liquidari poſſit.*
13 *Inſtrumentum non confectum ſecundum conſtit.* inſtrumentorum robur. *ſi acceptetur per partem, an poſſit liquidari.*
14 *Inſtrumentum allegatum falſum, an debeat exequi.*
15 *Si clericus male liquidauit inſtrumentum contra laicum, an debeat ad pœnam condemnari.*
16 *Creditor poſterior, offerens debitum priori, an poſſit cogere eum, vt cedat ſibi actiones.*
17 *Stipulatio ſine cauſa, quando valeat.*
18 *Procurator quando nobis acquirat actionem ſine ceſſione.*
19 *Venditor quando teneatur præciſe ad tradendum.*
20 *Mulier carceratur pro debito, cum inſtrumentum ſecundum formam ritus præſentatur.*
21 *Inſtrumentum vt præſentari poſſit ſecundum formam ritus, quid continere debeat, & num. 22.*
23 *Inſtrumentum ſecundum formam ritus, poſt 20. annos præſentari non poteſt.*
24 *Inſtrumentum ſecundum formam ritus, præſentari non poteſt contra hæredem debitoris, ſed creditoris hæres illud præſentat.*
25 *Inſtrumentum continens debitum valoris vltra vnciam præſentatur ſecundum formam ritus.*
26 *Præuentio per facta debitorem, facit vt non poſſet inſtrumentum contra eum præſentari, ſecundum formam ritus, & qualiter fieri debeat.*
27 *Inſtrumentum ſecundum formam ritus non poteſt præſentari per procuratorem. Nec contra procuratorem, licet cum eo nomine debitoris interueniente iuramento celebratum ſit. num. 28.*
29 *Inſtrumento præſentato ſecundum formam ritus, ſi debitor eſt contumax, poteſt de perſona capi.*
30 *Inſtrumentum ſuper aſſiſtentia impetranda, quando & qualiter præſentetur.*
31 *Creditor, qui elegit viam vrbanius agendi in iudicio, non poteſt vlterius extra iudicium, via executiua, agere.*
32 *Inſtrumentum vt fidem faciat, in membrana ſcribi debet, & quæ continere debeat, num. 39.*
33 *Scriptura priuata in charta de papyro, pōt præſentari.*
34 *Scriptura priuata per ſe non facit fidem, niſi quatenus vel ſcriptura in iudicio, alias non probant.*
35 *Citari debet pars, quando producuntur inſtrumenta vel ſcriptura in iudicio, alias non probant.*
36 *Inſtrumenti copia collationata, poteſt apud acta relinqui, retento originali.*
37 *Inſtrumēti mādati originale debet apud acta relinqui.*
38 *Falſam ſcripturam producens in iudicio, interrogari poteſt, an ea velit vti, & qualiter reſpōdere debeat.*
39 *Inſtrumentum vt fidem faciat, locum celebrati contractus, vel inſtrumenti continere debet.*
40 *Inſtrumentum carens ſigno Notarij in eo apponi conſueto, non valet.*
41 *Indictionis omiſſio vitiat inſtrumentum.*
42 *Scripturarum præſentatio, an ſit actus iudiciarius.*
43 *Datio termini eſt actus iudiciarius.*
44 *Inſtrumentū productum in principio cauſæ, an probet.*
45 *Inſtrumenta producta, parte non citata, quando probent, & num. 46.*
47 *Scriptura vſque ad quod tempus poſſint in iudicio præſentari.*
48 *Teſtes ſimul cum ſcriptura, poſt publicationem poſſunt produci.*
49 *Scriptura præſentata poſt concluſionem, videtur extra proceſſum, & iudex illam recipit ad ſolam ſui inſtructionem.*

OCTAVVS actus, qui ſucceſſiue ſequitur in iudicijs, eſt; quia ſolent produci inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ publicæ, vel priuatæ, in vim probationis. † Nam appellatione inſtrumentorum venit omnis ſcriptura, inſtruens cauſam, *l. 1. ff. de fide inſtr.* 1
& not. gl. & Dd. *in rubr. de edend.*

[ Etiam priuata ſcriptura, & teſtes, quod tamen in fauorabilibus ſaltem locum habere dicit Dec. *in c. 1. de fid. inſtrum. & clem. 1. de procurat. & l. 1. C. de iur. calum.* non in odioſis ]

Super hoc pro introductione iuuenum declarabo breuiter DVAS QVÆST. Prima eſt, qualiter inſtrumenta præſentari debeant in iudicijs. Secunda, vſque ad quod tempus produci poſſint.

2 Ad Primam † quæſtionem reſpondendo præſuppono, quod in Regno inſtrumenta præſentantur altero de Tribvs modis, videlicet. Vno modo, via execvtiva, & criminaliter, vt quando inſtrumentum præſentatur ſecundum formam ritus magnæ curiæ, qui incipit; *Item, ſi qui debitores, &c.* & tunc requiritur, quod inſtrumentum ſit ex omni ſui parte liquidum, & quod contineat iuramentum, & pœnam: quo caſu non eſt neceſſe, quod præcedat libellus, nec requiritur alius ordo iudiciarius, ſed præſentato inſtrumento, liquidatur per creditorem, pro quanta ſumma ipſum præſentat, & citatus debitor, vt veniat reſponſurus ſuper tenorem inſtrumenti: qui in vltimo peremptorio comparens, interrogatur ſuper tenore inſtrumenti, & ſi aliquam exceptionem allegat, ſtatim carceratur, & debet illam exceptionem probare in vinculis, & vt dicitur in dicto ritu, & ſi non probauerit, tenetur ſoluere debitum, & pœnam fiſco, quæ eſt redacta hodie ſecundum communem obſeruantiam ad rationem tarenorum trium, pro qualibet vncia petita; imo propter pœnam periurij poſſet curia procedere contra debitorem ad pœnam corporalem, ſcilicet ad mutilationem manus, vt eſt ritus magnæ curiæ *in num. 56.* incipiens: *Nota, quod ille, qui carceratur, &c.* & alius ritus *in num. 179.* incipiens: *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi aliquis, &c.* Verum iſta pœna corporalis hodie non eſt in obſeruantia, & de facto non ſeruatur, ſed ſola pœna pecuniaria. Et quoniam etiam in via executiua debet accuſari prima & vltima contumacia, vt eſt alius ritus *in num.* 276 qui incip. *Item quod vbi, &c.* Si tamen reus venerit in vltimo peremptorio cum ſacco paratus ad ſoluendum, euitat omnem pœnam de æquitate, vt eſt alius ritus *in nu. 70.* incip. *Item, quod ſi aliquis, &c.* ſed ſi reus defendendo ſe, in termino ſibi præfixo ad probandum ſuam exceptionem, probauerit ſolutionem, vel falſitatem inſtrumenti; tunc creditor punitur in vno auguſtali pro qualibet vncia petita, vt dicitur *in d. ritu 61.* incip. *Item, ſi qui debitores, &c. in fin.* ſimiliter ſi debitor in vltimo peremptorio comparens, doceat in promptu de ſolutione, vel alia ſatisfactione, non carceratur, ſed creditor carceratur tunc, & punitur, vt calumniator & periurus, vt eſt alius ritus *in num 166.* incip. *Item, in caſu præmiſſo.* Additio. Huiuſcemodi dictis per Dom.
3 Auctorem adde, † nunquid inſtrumentum ad commune lucrum, & ex capitum poſſit liquidari, ſecundum formam ritus? in quo Bald. *in conſil. 14. in 4 lib.* dicit, quod in tali contractu ſocietatis Tres casvs, qui contingere poſſunt, conſiderandi ſunt. Primvs, quod non ſit lucratum, minimeque damnum datum ſeu deperditum; & tunc integra quantitas & ſors principalis debet reddi, & ſterilis erit opera & pecunia. Secvndvs, quod ſit lucrum, & tunc illud eſt commune, ſaluo capitali, quia tunc actum, & conuentum eſt de parte lucri fienda, non de ſorte partienda. Tertivs, quod ſit damnum & non lucrum: & tunc diminuitur ſors pro medietate damni, & ſic de veritate antequam exequatur d. inſtrumentum, & ponatur in executionem, ſecundum formam ritus debet inquiri, & ſciri, in quo prædictorum caſuum ſumus, & ſic ſecundum eum interim non poteſt præſentari ſecundum formam ritus, & idem conſuluit ipſemet Bald *in conſil. 61. 2 lib.* Sed idem Bald. *in conſil. 493. in c. multiloquium. in 4. lib. in verſ. ſequitur videre num. 3.* videtur ſentire, quod inſtrumentum debet exequi, & præſentari, quando eſſet appoſitum pactum, quod intra menſem verificetur damnum & lucrum, ſi quod eueniret, ita quod eo non verificato infra dictum menſem amplius non audiatur. Nam iſto caſu inſtrumentum poteſt præſentari pro ſorte principali, quæ certa eſt, & datur terminus reo ad verificandum lucrum, ſeu damnum; quia reo non verificante intra menſem, in dubio videtur lucratum ex ſocietate: vt habetur etiam per Soc. *in conſil. 24. in 1. lib. colum. 12.* & ſic inſtrumentum eſt liquidum: & ita etiam tenet Petr. de Vbald. *in tract. ſociet in 8. ſpecie.* & ita alias practicaui in terra S. Seuerini. Item; † Nvnqvid Doctor debet carcerari ſi contra eum eſt liquidatum inſtrumentum? & videtur, quod non; quia lex concedens capturam perſonæ non extenditur ad Doctorem, 4
vt habetur *in l. medicos. 6. C. de profeſſ. & med. lib 10.* & voluit Bald. *in l. qui bonis. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* & facit *l. ne quis. 3. C. de aduoc. diuer. iudicior.* & voluit Matiil. *in l. edictum. 8. ff de quæſt. num. 8.* ita dicendum eſt in caſu iſto; vt ritus iſte concedens capturam perſonæ, non extendatur ad Doctorem. Nvnqvid † mulier poſſit comparere per procuratorem legitime & 5
ſufficienter inſtructum ad liquidandum inſtrumentum; & videtur, quod ſic; quia videmus; quod in criminalibus, & etiam in cauſis capitalibus, ſiue citetur, ſiue agat mulier, poteſt per procuratorem comparere, vt dicta conſtitutio Regni, quæ incipit; *Generalia iura.* ſed in contrarium extat ritus *in c. item ſi qui debitores.* dum dicit, quod perſonaliter debet cōparere, & loquitur in maſculis, & fœminis: ego vidi ſemper practicari in curia magnæ vicariæ, & alijs tribunalibus, quod mulieres honeſtæ accedunt ad Eccleſiam, quæ magis prope curiam eſt, & ibi accedit actuarius, & facit liquidationem, ſeu accipit verbum liquidationis. Et similiter † ſi ille, 6
qui intendit liquidare inſtrumentum, eſt carceratus, vel infirmus, debet accedere actuarius ad locum carceris, vel infirmitatis, & ab eo recipere liquidationem, & valet, ac ſi foret præſens iudicio, & ita quotidie practicatur. Nvnqvid † poſſit inſtrumentum præſentari ſecundum formam ritus 7
contra filiumfamilias: Bald. *in l. non ſolum. 8. in prin. verſic. neceſſitate. 3. col circa fin. C de bon. quæ lib.* tenet, quod non, niſi eſſet mentitus filius de morte patris, vel diceret ſe eſſe ſui iuris, vel per mortem patris, vel per emancipationem, vel niſi eſſet in quaſi

poſſeſ-

poſſeſſione exemptionis à iure ſuitatis, quod quidem tanto magis procedit in Regno Neap. vbi extat edictum, quod inſtrumenta, & obligationes, quæ fiunt per filiumfamilias abſque conſenſu paterno, ipſo iure ſunt nullæ. Nam ex talibus inſtrumentis nulla oritur obligatio, nec iuramentum confirmantur, vt tenet in ſimili Ang. *in conſil. 160. pro deciſ. col. 2. verſic. contrarium dico.* & Roman. *in conſ. 12. incip viſo teſtamento propoſito. col. 2.* pro quo facit text. *in l. ſancimus. 34. in illis verbis; pro non ſcripto vel intellecto. C. de donat.* & voluit ita in ſimili Bart. *in l. ſi quis pro eo. 56. in tertio membro, ad fi. ff. de fideiuſſ. in l. 2. in fin. C. ne fideiuſſ. dot. dent. & in conſil. 88. in quaſt. inter Franc. colum. 2.* & Bald. *in l. item minoris. 2. in 9. quæſtio. C. de reſcin. vend. in rub. ff. de iureiur. col. 2. verſic. & ideo dicit ſtatutum.* & plenius per Andr. Tiraquel. *in tract. de legib. connub. in verb. ne pen. in gloſſ. 2. num. 2.* ſequitur, quod tale inſtrumentum minime præſentari poterit ſecundum formam ritus, poſtquam eſt nullum, & nullam producit obligationem, & iuramento non

8 confirmatur. SED CVI † incumbat onus probandi eum eſſe filiumfamilias, an filio excipienti, an creditori agenti? Ant. de Cana. *in tract. de execut. inſtru. num. 39. in 18. quæſtio.* videtur innuere, quod incumbit onus creditori agenti; quia probata paternitate præſumitur patria poteſtas, *l. filium eum diffinimus. 15. ff. de his, qui ſunt ſui & alien. iur.* & paternitas præſumitur; quia nemo eſt ſine patre, niſi contrarium probetur, vt *l. ſi quis patrem 3. ff. ad Macedon.* & ſcientia paternitatis præſumitur in creditore, *l. ſi filiusfamilias, 1. C. ad Macedon.* quod quidem non puto verum, cum non conſtet eum filium eſſe natum ex legitimo matrimonio; nam tunc præſumitur ſui iuris, & ita intelligitur tex. *in l. Titia. 34 ff ſolut. matr. & l. ſi vxorem. 5. in verbo, monſtretur, vt Fulgoſ. C. de cond. inſert.* & eſt ratio; quia quod quis ſit in poteſtate patris, pendet ex matrimonio, *Inſtit. de patr. poteſt. in princ.* ſed matrimonium eſt facti, & ſic non præſumitur: & ita dicit Bar. *in conſil. 42. in c. viſa inquiſitione.* & Corn. *in conſil. 68. placet mihi. colum. penultim.* & Iaſon *in l. poſt dotem. 40. colum. 2. ff. ſolut matr.* & per Corn. *in conſil. 208. quanquam. colum. 2. lib. 3.* & per Alciat *in tract. de præſumpt. in 2. præſumpt. verſic. ſecundo infertur.* Vnde cautela eſt, quod in citatione peremptoria compareat pater ſimul cum filio, & teſtibus, & in promptu doceatur de perditis per aſſertionem patris, & etiam depoſitionem teſtium. SED

9 PONE † contractum fuiſſe cum aliquo filiofamilias, exiſtente in quaſi poſſeſſione ſuitatis, an valeat contractus? hanc quæſtionem diſputat Alciat. *in loco, de quo ſupra.* & dicit, quod licet ſtatutum annullet contractum factum cum filiofamilias, & ſic, licet actio tollatur; tamen poteſt agere creditor actione de dolo, vel ſtellionatus, contra talem filium, ex quo alia actio ceſſat, *l. pignus. 1 § 2. ff de pign. actio.* nam dicit ipſe, ſtatutum tollit actionem ex contractu, non autem eam, quæ oritur ex maleficio, vel quaſi, *l. penult. C. de dol. l. ſi quis. 2. C. ſi minor ſe maior. dixer.* nec dicit obſtare, quod debet ſibi imputare creditor, qui non bene inueſtigauit conditionem eius; quia ſatis videtur inueſtigaſſe, qui ſecutus eſt præſumptionem orientem ex quaſi poſſeſſione ſui iuris, cogitare ſuper prædictis. QVID ENIM † ſi 10

aliquis obligauit inſtitorio nomine, an contra eum poſſit inſtrumentum præſentari & liquidari? & dicas, quod non: ſecundum Afflict. *in deciſ. 64. incip. Quidam mercator.* ITEM ADDE, † quod inſtrumen- 11

tum, quod eſt cancellatum, vel in aliqua parte vitiatum, non poteſt liquidari, & præſentari ſecundum formam ritus, ſecundum Bal. *in l. poſteaquam. 1. ſi tab. teſtam. nul. extab.* & Paul. de Caſtr. *in l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* qui (prout refert ibi Alexan. in aliquibus lecturis) dicit hoc debere intelligi, quando cancellatio eſſet in parte ſubſtantiali, ad quod facit quod dicebat Bald. *in l. quoniam 1. in prin. C. vt in poſ. leg.* de quo per Aret. omnino *in § curare. 32. Inſt. de act.* vbi dicit vnum notabile, quod contra iſtam liquidationem poſſunt opponi omnes exceptiones de mundo legitime competentes. Sed contra liquidationem inſtrumenti non poſſunt opponi niſi exceptiones permiſſæ a ſtatuto.

[ De inſtrumento, raſo, cancellato, vel interlineato, vel inter lineas ſcripto ſeu emendato, an valeat in iudicio tam poſſeſſorio, quam petitorio, an vero per raſuram, cancellationem, &c. vitietur, aut ſuſpectum ſaltem reddatur; & quidem in totum, an vero pro parte tantum, vide plenam, & luculentam tractationem apud Alex. Trentacinq. *li. 2. pract. reſol. tit. de fid. inſtrum. reſolut. 12.* ]

Item † inſtrumentum quod non eſt publicum, mi- 12

nime poteſt liquidari, maxime in regno, ſi non eſt confectum iuxta formam *conſt. inſtrumentorum robur.* & tam iſta exceptio, quam proxima præcedens, non debet in vinculis probari, per ea, quæ voluit Bar. *in l. aut qui aliter. 5. ff quod vi aut clam.* & qualiter probetur inſtrumentum non eſſe publicum, vide Aud. de Iſern. *in d. conſtit. inſtrumentorum robur. in fin.* Sed quid,

13 † ſi inſtrumentum non eſt confectum iuxta formam *conſtit. inſtrumentorum robur.* tamen debitor interrogatus ſi habet inſtrumentum pro vero, dicit, quod ſic, an debeat detineri & carcerari, vel ſit prouidendũ ſuper exceptione oppoſita? in quo dico, quod erit carcerandus, & inſtrumentum prædictum mandatur executioni contra eum; quia illa confeſſio reddit rem liquidam, & habetur pro veritate, ſecundũ Pet. Phi. Corn. *in conſ. 18. incip. principale, in 2. part* probat enim confeſſio actum, & veritatem rei, ſecundũ Bar. *in l. ſi forte. 8. colum. 2. in fi. verſ. & per hoc dico ff. de caſtr. pec.* & Bald. *in l. ſi donatione 13. col 1. ad fin. C de collat.* nam confeſſio & ſententia paribus paſſibus ambulant, *l. poſt rem de re iud.* & per Bart. *in l. certum 6 § ſed an ipſis. 4 colum. 1. verſic. & eodem modo. ff. de conf.* Sed videtur poſſe dici contrarium: nam inſtrumentum non publicum, & non confectum, ſecundum for-

 mam

mam *conſt. inſtrumentorum robur.* eſt nullum, & nullã
habet firmitatem, vt dicta conſt. cauetur, & ſic cla-
rum eſt, quod virtute inſtrumenti nihil fieri poteſt
contra debitorem, ſed omnino prouidendum ſu-
per nullitate inſtrumenti, & remanet ſola confeſſio,
quæ non habet executionem paratam, licet habeat
vim ſententiæ, ſecundum Ang. & Alex. *in l. iuſiuran-
dum. 2. ff. de iureiur.* & per not. *in l. 1. C. de conf. & in l.
poſt rem. 56. ff. de re iud.* licet poſſet dici, quod quando
præcedit libellus, & litis conteſtatio; & tunc ſubſe-
quitur confeſſio, requiritur ſententia, & non ha-
bet executionem paratam, ſed ſi confeſſio facta eſt
in iudicio non præcedente libello, & lit. conteſt.
tunc non requiritur ſententia, & habet executionem
paratam, vt not. per gl. & Dd. *in d. l. vnica. C. de conf.* &
per Bar. *in l. confeſſus. 1. ff. eod. tit.* & Alex. *in l. 2.* & quod
confeſſio habeat executionem paratam, ex text. *in
l. poſt rem. 56. ff. de re iud.* vt ſupra dixi. Ego autem dico,
licet confeſſio habeat executionem paratam, non
tamen talem, quod poſſit debitor confitens carce-
rari, ſed dandus eſt ſibi terminus ſaltem 10. dierum
ad ſoluendum, ſecundum diſpoſitionem text. *l. ſi
debitori. 21. ff. de iud.* & ita dicit Bar. *in l. debitoribus. 31.
ff. de re iud.* & ſic ſi iudex vult carcerare debitorem
virtute confeſſionis, non poteſt, vt ex prædictis pa-
tet: ſi vero vult carcerare virtute inſtrumenti non au-
thentici, & vt venit re aſſumpti, & minime põt, quia
dicit tex. *in d. conſt. inſtrumentorum robur:* quod nullã
firmitatem obtinet. Ergo neutro caſu poteſt procedi
ad arreſtationem, & detentionem debitoris, quæ no-
tes in actu practico; quia contrarium vidi reſpon-
deri à magnis viris prædicta non conſiderantibus.
Bald. *in l. ſi. C. de edi. D. Adr. toll. in 3. q.* tenet, quod ſta-
tim mandatur executioni confeſſio, ſicut inſtrumẽ-
tum; quia æquipolleat inſtrumento: & idem voluit
Innoc. *in c. quærenti. 26. in gl. ff. in verb. quadrimeſtre.
de off. deleg.* & Bald. *in marg. in verb. confeſſio, verſic. 3.* in
quo Bertach. *in ſuo repertorio*, dicit: quod non vi-
deat, quomodo poſſit intelligi dictum Innoc. cum
regula ſit, quod confitens habet terminum decem
dierum ad ſoluendum; quare dicit ipſe, dictum Inno-
cen. debere intelligi in confeſſione facta in actione
reali, quo caſu nullam habet dilationem confitens;
ſed *d. l. ſi debitori. 21. ff. de iud.* de dilatione decem die-
rum loquitur in perſonali, & id de Bertach. *in verb.
confeſſio, in ciu. lib. el. 1. Tom.* & adde quod Bart. *in d. l.
ſi debitori* dicit, quod infra terminum 10. dierum de-
bet carcerari debitor, quod intelligit Bald. ibi, ſi eſt
ſuſpectus de fuga, & non vult ſatiſdare, & debitor
poteſt appellare à præcepto de ſoluendo, dicendo
confeſſionem erroneam, vt ibi per Bal. & per eundẽ
14 *in auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* QVID † ſi allegatur
inſtrumentum falſum, an interim impediatur exe-
cutio, adeo, quod non debeat in vinculis cauſam di-
cere debitor? dicas, quod non impeditur executio,
per text. *in l. ſatis. 2. C. de falſ.* & ibi hoc firmat Rayn.
15 QVID † ſi clericus liquidauerit inſtrumentum con-
tra laicum, & male liquidàuit, an debeat ad pœnam
condemnari, ſecundum formam ritus? & dicas, quod
ſic; quia clericus vtens beneficio iſtius ritus, debet
vti cum ſuis adminiculis, iuxta ea, quæ voluit Bald.
*in l. venditiones. 1. C. de contr. empt.* ITEM ADDE, † quod 16.
licet regulariter poſterior creditor offerens debitum
priori creditori, non poſſit cogere eum, vt ſibi ce-
dat actiones, ſeu pignus ſuum, *l. nulla. 5. C. de ſol.* ta-
men fallit, quando poſterior creditor haberet in-
ſtrumentum liquidatum, ſecundum formam ritus;
quia tunc poteſt cogere, ſicut dicimus de eo poſte-
riore creditore, quia habet pro ſe auctoritatem ſen-
tentiæ, ſecundum Alex. *in l. à diuo Pio. 15. §. ſed illud. 5.
ff. de re iudic.* quia æquiparantur in multis ſententia
& inſtrumentum debiti, quod meretur executio-
nem, ſecundum Bar. *in l. cum vnus ff. de bon. auct. iud.
poſſ. & l. & ſi iure ff. qui pot. in pign. hab.* & Bal. *in l. ſi de-
creto. 2. C. eod. tit.* ITEM ADDE, † quod liceat alias
ſtipulatio ſine cauſa non valeat, *l. cum de indebito. 25.* 17.
*§. fin. autẽ. 4. ff. de prob. & ibi Bar.* tamen ſi eſt inſtrumẽt.
liquidum, etiam quod in ſe contineat cauſam, poteſt
liquidari, & exequi, ſecundum Bald. *in l. ſi poſt. 2. C. de
pet. hær. & in l. qui cum. 2. colum. 1. C. de excep. rei iud.* &
Imol. *in l. 1. §. 1. ff. à quib. appel. non licet. verſ. tertio limitat
Bal.* facit quod limitat Bald. *in l. genera iter. 15. 4. poſi-
tio C. de non num. pecun.* idem voluit. Alex. *in l. à Titio
ita ſtipulatus. 108. ff. de verb. oblig. col. 3. verſic. tamen li-
mita,* licet contrarium videatur velle Bald. *in l. ex pla-
cito 3. in fi. C. de rer. perm. verſic. ſecundo caſu.* ITEM li-
cet † alias per procuratorem non poſſet nobis quæ-
ri actio, etiam vtilis ſine ceſſione, *l. poſſeſſio quoque.* 18.
*49. §. fin. ff. de acq. poſſ.* tamen per iſta inſtrumenta li-
quida, quæ habent executionem paratam ex forma
ſtatuti, nobis quæritur vtilis etiam ſine ceſſione, ita
Bart. *in d. l. poſſeſſio.* dum æquiparat ſtipulationem
factam in iudicio per procuratorem, per quam no-
bis actio ſine ceſſione quæritur, & ſtipulationem fa-
ctam in inſtrumento quod habet executionem pa-
ratam, *vt ibi pleniſſime per Alex. & Aret. in §. fin. Inſt.
per quas perſo. nobis acq.* ITEM † licet alias venditor 19
qui tenetur ad tradendum, & ſic ad factum non poſ-
ſit præciſe ad id cogi, *l. ſtipulationes non diuiduntur.
72. § Celſus. 1. ff. de verb. oblig. & ibi per Dd. in l. 1. ff. de
act. empt. per Bart.* tamen, quando talis debitor eſſet
obligatus per inſtrumentum quod haberet ex for-
ma ſtatuti executionem paratam, poſſet præciſe
cogi ad tradendum, ſecundum Bal. *in l. 1. col. pen. C. de
ſent. quæ pro eo quod inter.* licet Roman. tenuerit con-
trarium, *in d. l. ſtipulationes*, ad quod facit quod vo-
luit Paul. de Caſtr. *in l. eum pro quo. 17. ff. de in ius voc.*
plura alia poſſem dicere in hac materia, quæ omitto
breuitatis cauſa. *P. F. V. I. D.*

[Venditor non tenetur præciſe rem tradere, ſed
præſtando intereſſe liberatur, per text. *in l. 1. ff. de act.
empt.* cum quo concordat *l. ex empto. §. etiam. eod.
tit.* Gloſſa vero *in §. precium. Inſtit. de empt. & vend.*
diſtinguit, quod videlicet emptor, habens faculta-

tem tra-

tem tradendi rem venditam, poſſit cogi præciſe ma-
nu militari, & etiam per pœnas, & mulctas, ad tra-
dendam poſſeſſionem realem rei venditæ emptori,
nec liberando præſtatur intereſſe, quam gl opinio-
nem vt æquiorem communiter Doct. ſequuntur, vt
teſtatur Viuius, *in ſyl. com. opin lib. 3 opin. 125 nu. 1.*]
20 POTEST † etiam fieri talis præſentatio inſtru-
menti contra mulierem debitricem, & per hoc eſt
correcta in iſto caſu diſpoſitio auth. ſed nouo iure,
C. de cuſtod. reor. & authent. ſed hodie. C. de off. di-
uer. iud vbi habetur, quod mulier non poteſt car-
cerari, maxime pro debito, vt not. plene Alexan. &
Iaſ. *in l plerique 18. ff. de in ius voc.* Nam hodie in Re-
gno poteſt mulier carcerari pro debito, quando eo
modo ſecundum formam ritus præſentatur inſtru-
mentum contra eam: & hoc dictat expreſſe dictus
ritus 61. dum dicit, Item ſi qui debitores, aut de-
bitrices, &c. qui loquitur etiam contra fideiuſſo-
res, vt ibi expreſſe dicitur. LIMITA tamen PRI-
21 MO † hanc depoſitionem ritus, & viam executi-
uam procedere, dummodo inſtrumentum conti-
neat iuramentum & pœnam, vt in eo dicitur, quia a-
lias debitor non eſſet periurus, nec poſſet crimina-
22 liter conueniri. SECVNDO LIMITA, † dummo-
do inſtrumentum ſit liquidum ex omni ſua parte,
quod procedit etiam, ſi eſſet liquidum per relatio-
nem ad aliud inſtrumentum, & ſic ſufficit, dummo-
do aliud inſtrumentum producatur, *vt eſt alius ritus
in num. 62. incip. Nota, quod ille ritus, &c. in fin.* TER-
23 TIO LIMITA, † niſi à die natiuitatis actionis in
inſtrumento contentæ fuerint tranſacti anni, quia
tanto tempore eſſet præſcriptum huiuſmodi præſen-
tationi executiuæ, & poſſet tunc ſolum præſentari
inſtrumentum via ordinaria, *dictat expreſſe d. ritus
62 incip. Nota, quod ille ritus, &c.* QVARTO LIMI-
24 TA, dummodo † debitor contra quem præſentatur,
ſit viuus, ſecus ſi eſſet mortuus: Nam contra eius
hæredes non poteſt eo modo inſtrumentum præſen-
tari, ſed ſolum via ordinaria, quia præſumitur habere
iuſtam ignorantiam: vnde non interrogatur ſuper
tenore inſtrumenti, *vt eſt alius ritus in nu. 178. incip.
Item ſeruat ipſa curia, quod ſi debitor.* ſed econuerſo
hæres creditoris poteſt præſentare eo modo inſtru-
mentum, debet tamen antea facere præambulum,
& probare ſe hæredem pro liquidatione inſtrumen-
ti, *vt dicitur in dicto ritu 178. & eſt alius in num. 221.
incip Item ſeruat ipſa curia, quod ſi ſis præſentatio, &c. &
alius in num. 429. incipiens, Item ſeruat ipſa curia, quod*
25 *quando, &c.* QVINTO LIMITA, dummodo † in-
ſtrumentum contineat debitum valoris vltra vn-
ciam, alias ſi eſt ab vncia infra, non poteſt eo modo
præſentari, *vt eſt alius ritus nu 272. incip. Item, quæcun-*
26 *que, &c.* SEXTO LIMITA, † niſi creditor eſſet an-
te præuentus à debitore, vt rumpat ſibi inſtrumen-
tum ex aliqua iuſta cauſa, quia interim pendente
dicta præuentione non poteſt inſtrumentum præ-
ſentari ſecundum formam ritus, nec proceditur ad
interrogationem, *vt eſt alius ritus 94. incipiens, Nota
quod ille ritus, &c.* Iſta autem præuentio eſt limitata
hodie per Regiam pragm, quæ incipit, *Malitiis*, qua
cauetur, quod debitor non poteſt præuenire credi-
torem, niſi præſtita prius fideiuſſoria cautione ſub
pœna vnciarum decem, de ſoluendo debitum in
caſu ſuccumbentiæ, & tempore publicationis pro-
ceſſus, debet perſonaliter debitor præueniens com-
parere, vt ſi non probauerit præuentionem, poſſit
detineri perſona. SEPTIMO LIMITA, dummo-
do † inſtrumentum præſentetur & liquidetur per 27
principalem creditorem perſonaliter, non per eius
prouocatorem: nam in hoc proceſſu executio, &
extraordinario non admittitur procurator, etiam
ad media, nec ex parte actoris, nec ex parte rei, vt eſt
alius ritus magnæ curiæ 181. incipiens: *Item ſeruat
dicta curia, quod in cauſis* OCTAVO LIMITA, quan-
do † inſtrumentum fuit celebratum cum aliquo pro- 28
curatore, nomine debitoris, & ipſe procurator iu-
rauit: nam tale inſtrumentum non poteſt præſen-
tari, ſecundum formam ritus, quia iuramentum non
eſt præſtitum de facie ad faciem, & ideo contra do-
minum, qui non iurauit perſonaliter, præſentari
non poteſt: minime contra procuratorem, quia li-
cet condemnari poſſit procurator, non tamen fit
executio contra eum, ſed contra dominum, vt not.
Angel & Doctor. *in l. Plautius. 61. ff. de procurat.* vnde
non eſſet æquum, quod procurator detineretur de
perſona; quia fieret actus executiuus contra eum,
ita de hoc eſt *deciſ. 64 conſil. Neap.* Si † tamen debi- 29
tor citatus eo modo ſuper tenore inſtrumenti, eſſet
contumax, & non compareret in vltimo perempto-
rio, ex tunc in antea capi poteſt de perſona, tanquam
ſuſpectus, de hoc eſt alius ritus 77. incipiens: *Item,
quod ſi debitores citati, &c.* & iſto modo prædicto in-
ſtrumentum præſentatur perſonaliter. SECVNDO
principali † modo præſentantur inſtrumenta in Re- 30
gno REALITER ſuper aſſiſtentia impetranda. hoc
procedit ſimiliter, quando inſtrumentum eſt liqui-
dum, & habet pactum de capiendo conſtitutum
precarij, & hypothecam bonorum: nam iſto caſu
habet creditor electionem, ſcilicet, agendi via ex-
traiudiciaria executiua auctoritate dicti pacti de ca-
piendo: quia poteſt auctoritate propria capere tan-
tum de bonis debitoris, quod aſcendat ad ſummam
debiti, per ea, quæ plene tenet Bartol. *in rep. l. credi-
tores 3. C. de pign.* vel agendo vrbanius ſcilicet via iu-
diciaria, petendo aſſiſtentiam citata parte; quo ca-
ſu ſi intentitur hypothecæ bonorum, cenſetur inten-
tare hypothecariam, quæ eſt actio realis. Si vero in-
titur conſtituto precarij exiſtenti in inſtrumen-
to, & cenſetur intentare condictionem ex *l. fi. C. de
acquir. poſſeſſ.* quando agit contra tertium poſſeſſo-
rem, vt habetur *in deciſ. 139. conſil. Neapol.* ſed agen-
do contra ipſum principalem debitorem, cenſetur
agere ad reuocationem precarij, ad recuperandum
naturalem poſſeſſionem, ratione ciuilis in eum

translatæ per precarium : vt habetur per Bartol. & Doct. *in l. quod meo. 18. & in l. interdum e. 21. ff. de acq. poſſ.* & ita illi rei adſiſtit ſibi hypothecatæ, & ideo auſiſtantia dicitur, quam tunc vrbanius agendo impetraret à iudice, & vna cum ea iudex concedit ſuum decretum propter clauſulas inſtrumentales, vt res illa hypothecata cum precarij cõſtitutione, & puncto de capiendo capiatur, & publicis ſubhaſtationibus exponatur, & de pretio creditori ſatis fiat, & ita
31 quotidie practicatur. Si tamẽ † creditor elegit hanc viam agendi vrbanius in iudicio, non poteſt vlterius agere via executiua extra iudicium, vt tenet Bald. *in l. ſi quis. 1. col. 5. verſic. decimo quæro, &c. C. de ſeruit. & aqu.* Et quid ſi inuenit reſiſtentem, an poſſit illum expellere propria auctoritate? & de multis alijs pertinentibus ad hanc materiam, vide Bart. & Salic. *in d. l. creditores. 3. C. de pignor.* & Franc. de Aret. *in conſil. 22.* & Matth. & de Afflict. *in conſtit. Pacis cul-*
32 *tum col. 5. cum duab. ſequentib.* TERTIO † modo præſentantur inſtrumenta, & ſcriptura VIA ORDINARIA, videlicet, præcedente petitione, & litis conteſtatione, & dato termino ad probandum? tunc in meritis probationũ producuntur ſcripturæ ad probandam intentionem producentis? quo caſu de iure conſtitutionum Regni, ſi eſt inſtrumentum, debet produci in charta membrana, alias non facit fidem, vt eſt conſt. quæ incip. *conſuetudinem, quam olim, &c.*

[Ex conſtit. Maximiliani I. Imperatoris An. 1512. promulgata, omnia inſtrumenta Notariorũ ex mẽbrana confici debent, niſi aliter conſuetudine receptum ſit: Nam huiuſmodi conſuetudines valent, & in Camera imperiali attenduntur, cum ſint iuri cõmuni conſentaneæ, teſte Gail *lib. 1. obſ. 119. num. 3.* & Mynſing. *obſeruat. 80. cent. 1.*]

Item, ſi inſtrumentum contineat ſummam vltra libram auri, debet habere ſubſcriptionem iudicis ad contractus, & trium teſtium probatæ vitæ, vltra Notarium : ſed infra libram auri ſufficiunt duo teſtes cum Notario & iudice. Et debent illi teſtes eſſe literati, ſcientes ſcribere, ſi in illo loco, vbi celebratur contractus, eſſet copia literatorum, alias ſufficiunt illiterati, qui per ſignum crucis ſe ſubſcribant. Ita hæc omnia traduntur *in conſt. inſtrumentorum robur.*
33 Sed ſi † eſt ſcriptura priuata, poteſt produci etiã in charta de papyro, ſecundum Luc. de Pen. *in l. ad inferiorẽ. 1. col. 4. verſ. item ſcias. &c. C. de apoch. publ. libr. 10.*
34 Verum † talis ſcriptura priuata de ſe non facit fidem, niſi quatenus per teſtes comprobatur, vt habetur per Bart. & Doct. *in auth. at ſi contractus. C. de fide inſtr. & in l. ſcripturas. 11. C. qui pot. in pign. hab. & in l. admonendi 3. ff. de iureiur. & in l. publicati. C. de teſtam.*

[Scriptura priuata vt probet, quot, & quales teſtes, & an adiectionem diei, & conſulis requirat, & quando plenam fidem faciat contra ſcribentem, vide Viuium *in com. opin. opin. 889.* Item ſcriptura priuata, & manu tertij ſcripta, vt probet, quæ requirantur, vide eundem *opin. 113. num. 5. & ſequ.*]

Verum † quando producuntur inſtrumenta, vel 35
ſcripturæ in iudicio in vim probationis, debet pars citari, alias non probatent: vt not. Bald. *in l. ſi quando. 19. in fin. C. de teſtib.* & Lud. Rom. *in conſil. 186. col. 6.* niſi producerentur ad ſolam inſtructionem iudicis? quia tunc non requiritur partis citatio, ſecundum Bald. *in l. ſi qua per calumniam 22. verſic. ſed pone, &c. C. de Epiſ. & cler.* Et † licet ſit dictum, quod inſtrumenta 36
debeant præſentari in forma probante in charta membrana, cum ſubſcriptionibus teſtium, hoc eſt verum in ipſa oſtenſione & productiõne, quæ fit in curia: tamen poſt ipſa producta poteſt pars producens relinquere in actis copiam collationatam, & retinere originale penes ſe, ne aliquo caſu in actis perdatur, vel ſurripiatur : & ita quotidie practicatur in Regno, de hoc eſt ritus magnæ curiæ *in num. 168.* incip. *Item ſeruat ipſa curia, quod quomuis, &c.*

[An talia exempla inſtrumentorum apud acta relictorum probent. Et ſi pars aduerſa id de falſo redarguere velit, an originale iterum exhibendum ſit, tractat Alex. Trentacinq. *libr. 2. pract. reſol. tit. de fide inſtr. reſol. 9.* quem vide. Item Gail. *lib. 1. obſ. 134. n. 23. & ſeq.*]

ADDITIO. Adde hic, † quod licet alias ſufficiat præ- 37
ſentari inſtrumenta, & demum in actis dimitti copiam collationatam, vt hic per dom. Auct. tamen id non procedit in mandato, & procuratorio; quia inſtrumentum originale mandati debet apud acta dimitti, alias non probat, ſecundum Bald. *in l. inſtrumenta. 24. C. de fideicom.* quod eſt verum, quando illud inſtrumentum mandati eſſet ſimplex? ſi autem eſſet inſtrumentum continens plura capita, & mandata ad plures cauſas, debet originale reſtitui producenti, & regiſtrari in actis particula mandati faciens ad cauſam, ſecundum eundem Bald. & Specul. *in tit. de inſtrũ. edit. § 5. & tit. de proc. § publicatur. verſic. 3.* quod nota; quia pauci ſciunt. *Petrus Foller. V. I. D.* Quid
38 autem, ſi † producatur inſtrumentum falſum, & altera pars petit interrogari producentem, an velit eo vti ad hoc, vt poſſit ipſum accuſare de falſo, an teneatur reſpondere ſimpliciter, vel ſufficiat, quod reſpondeat condicionaliter, ſcilicet, volo vti, quatenus verum eſſe apparebit, & aliter, Dic quod debet reſpondere ſimpliciter; & ſi dubitat, datur ei terminus ad deliberandum: & de hoc eſt *deciſ. 229. conſil. Neapol.* & ita debet intelligi Regia pragm. quæ incipit *teſtem falſum* & idem dicimus in atteſtationibus teſtium, vt habetur *in d. deciſ. 186.* Requiritur † e- 39
tiam in inſtrumento præſentato locus celebrati cõtractus ſeu inſtrumenti, alias ſi in eo non eſt deſcriptus, nõ valet, nec probat, vt not. Petr. Philip. Corn. *in conſil. 226. col. 2. in litera B. in 4. volum.* & not. gloſſ. & Bart. *in l. generali 3. C. de tabul. lib. 10.* Item † dici- 40
mus de ſigno Notarij? quia ſi non apponatur in inſtrumento, quando eſt conſuetũ apponi, inſtrumentum non valet: vt per plura tenet idem Petr. Philip. Corn. *in conſil. 118. col. 2. in litera D. in 4. vol.* Vbi † idẽ 41
dicit de omiſſione indictionis, quod vitiet inſtrumen-

mentum, & hoc ponit *in d.conſ 118.in litera F.& conſ. 93.col.1 litera C in eodem 4.vol.* & tenet.Bart.*in l.ſi librarius.92.ff de reg.iur.& in l.nominatim.34 ff de cond. & demonſtrat.*

[Quod inſtrumentum Notarij viuentis, carens ſubſcriptione & ſigno, fidem non faciat, probatur per text.*in l.ad teſtium §.ſi quis ex teſtib.ff.de teſtam.*gl. notab.*in l generali. C.de tabular.libr.10.in verb.ſeruituti.*Canoniſtæ *in c.1.de fid.inſtr.*Bald. *in l.contractus, nu.6 C.eod.tit.*vbi communiter Dd.Boer.*deciſ.36.nu.6.* Ordinatio Cameræ Imp.*part.1.tit.39.§.1.*ſed mortuo notario,ſi inſtrumentum confectum quidem, ſed partibus ſuis nondum abſolutum ſit, protocollum defuncti publicam fidem faciet. eo quod mors Notarij vim ſigni,& ſubſcriptionis habeat per text.notab.*in c.cum P.tabellio.de fide inſtr.* Gail *lib.2.obſeru.43.nu 3.& 4.cum ibi allegatis* ]

42 An † autem præſentare iſtas ſcripturas in iudicio, ſit actus iudiciarius? Dic, quod non: vnde etiam in die feriata præſentari poſſunt, vt not.Spec.*in tit.de dilat.§.1.verſ.ſed pone iudex, &c. circa fin.* Sed † datio

43 termini eſt actus iudiciarius, vt tenet idem Spec.*in tit.de dilat.§ nunc videamus verſ.ſed pone ecce, &c.* ADDITIO.

44 Aduerte † ad vnú, in quo multi decipiuntur: nam ſolent inſtrumenta multoties produci in principio cauſæ in ſimul cum libello, quæ non probant,niſi reproducãtur in termino probatorio, ſecundum Butr.*in cap.1.de prob.* quia inſtrumentorum productio ante litem conteſtatã fieri non poteſt, ſecundum Freder.de Seu *in conſil.incip.In Chriſti nomine* caſus talis eſt,dominus de Tholomæis, quod eſt verum,ſi inſtrumentum non eſſet impugnatum per aduerſarium,vel non eſſet datus terminus ad impugnandũ,ſecundum Fel.*in c.ex epiſtola.1. de prob.nu.28.*

45 Item † licet ſupra dixerit do.Auctor non valere productionem ſcripturarum, niſi pars citetur ad videndum præſentationem ſcripturarum, & recte: tamen id nõ procedit, ſi fiat productio in fine termini;quia valet productio parte non citata, ſecundum Bald.*in l.fin C qui admit.*& Bat.*in l.ſed et ſi alia.17.de conſt.pecun.*

46 Item † valet productio ſcripturarum facta, non citata parte, quando facta eſſet infra terminum datum ad producendum ſcripturas, & infra terminum datum ad probandum per omne genus probationis,ſecundum Alexan. qui id ſingulariter tenet *in l.item illa.18 ff.de conſt.pecun.in addit.ad Bart.* & dicit id voluiſſe ante eum Bald.*in l qui ante Cal.13.ff de verb. oblig.in add.& in l.ſancimus.15.in addit.parua.C.de iud.& in l ſi quando.19 in vlt.qu.C.de.teſtib.*& ex hoc inoleuit practica generalis, fieri productionem ſcripturarũ in termino probatorio, abſq; citatione partis, quæ ſi fieret extra terminũ,non valeret,abſque citatione partis, vt ex prædictis patet, & dicit Affl.*in conſt Cordi nobis in 9.notab.*quod per Regem catholicum fuit prouiſum,quod præſentationes ſcripturarũ nõ poſſent fieri coram Notario actorum, niſi citata parte coram iudice ad videndum præſentationẽ ſcripturarum, quod dicit eſſe verum, niſi fieret productio in fine termini, per ea quæ ſupra dixi,*P.F.V.I.D.*

VENIO † ad ſecundam quæſtionem principalem; 47 ſcilicet vſque ad quod tempus præſentari poſſunt ſcripturæ? Dic,quod de iure communi poſſunt præſentari non ſolum in termino probatorio,ſed etiam quandocunque poſt vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue, *c.cum dilectus 9 de fide inſtrument.* nam in hoc caſu productionis ſcripturarum, ceſſat timor ſubornationis. Hinc † dicimus, quod quando te- 48 ſtes producuntur poſt publicationem vna cum ſcripturi poſſunt produci, vt not. Bald.& Doct *in l.certi condictio 9 §.quoniam 3 ff.ſi cert.pet.*& Bald.*in l.ampliorem.39.C de appell.*& Alex *in l ſi.ita ſcriptum.13.ff. de lib.& poſthum.*& Canon.*in c.ſcire de teſtibus* quod tamen declara & limita, niſi aliqua iuſta cauſa ſubſit? quia tunc poteſt iudex ſtante iuſta cauſa etiam poſt concluſionem in cauſa admittere ſcripturas, vt tenet Andr.de Iſern.*in conſtitut iuriſperitorum.col 1* deinde ſuperuenit conſtitut.Regni,quæ incipit: *Lite legitime,* quæ ſecundum vnum intellectum gloſſ.& Andr. ibi vult, quod ſcripturæ producantur intra terminum probatorium & non poſt: verum quo ad hoc, illa conſtitut.non ſeruatur. Nam ſuperuenit Regia pragm quæ incipit: *Curſus delationum*, qua cauetur, quod ſcripturæ producantur intra quatuor dies vtiles à die publicationis, quando nulla fuit petita repulſa; ſed ſi repulſa facta eſt; tunc iſti quatuor dies currunt à die publicationis in cauſa repulſæ: & ita ſeruandum eſſet cum illa pragm. faciat in regno ius nouiſſimum. Et vide quæ dixi ſupra *in verſic exceptio.* Ego tamen ſemper vidi obſeruari, quod ſcripturæ recipiuntur in curijs vſque ad concluſionem excluſiue, & ſic de facto, & de communi ſtylo curiarum ſeruatur diſpoſitio iuris communis,ſcilicet *d.c.cum dilectus.9.de fide inſtrum.*& ex hoc dico, non ſeruari ritum magnæ curiæ *in num.21.*qui incipit. *item quod poſt term.&c* qui vult, quod non recipiuntur aliquæ ſcripturæ poſt terminum probatorium, vt ponantur in proceſſu:nam contrarium eſt in viridi obſeruantia, & maxime per dictam Regiam pragmat. quæ contradicit illi ritui, & ſimiliter eſt correctus alius ritus *in num.159.*qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia quod poſt terminum, &c.* qui in effectu dicit idem quod præcedens,ſaluo eo,quod dicit in fine ſui,ſcilicet, quod poſt concluſionem eſt hodie in obſeruantia, ſcilicet,† quod quando producitur ſcriptu- 49 ra poſt concluſionem; tunc actorum magiſter facit illam ſcripturæ præſentationem denotando, quod poſt concluſionem producta fuit,& non ponit illam in proceſſu, ſed extra proceſſum, & iudex poteſt illam videre ſolum ad ſui inſtructionem,& nõ in vim probationis,& ita ſeruatur. Reliqua in hac materia dic, vt dixi ſupra *in verſ.dilatio.*& habetur per Specul. *in tit.de inſt edi per totum* & per Modern. *in c. cum dilectus.9.&c.ſcripta vero. 2 & in c. cum Ioan. 10.de fide inſtrum* Robert Marant.V, I. D.

AD-

ADDITIO. Adde Afflict. *in conſt. Lite legitime conteſt. in 13. not. in 3. quaeſt.* vbi voluit, quod regulariter ſcripturæ producuntur vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue, quod quidem dicit non procedere in 15. caſibus. *Petrus Foller. V. I. D.*

## De iuramento, eius differentia & vſu.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum quotuplex ſit.*
2 *Iuramentum neceſſarium, alias ſuppletorium, quod dicatur.*
3 *Iuramentum ſuppletorium defertur, etiam poſt concluſionem in cauſa, dummodo ante concluſionem petitum ſit, & num. 10.*
4 *Iuramentum ſuppletorium vt deferatur, quot, & quæ requirantur, & num 5. 6 7. 8. 9. 10.*
5 *Iuramentum ſuppletorium non defertur hæredi.*
6 *Nec perſonæ vili, & ſuſpectæ de periurio. Nec in cauſa ardua, & criminali. nu. 7.*
8 *Cauſa parua, vel magna dicitur, ſecundum perſonarum conditionem.*
9 *Iuramentum non defertur in ſupplementum, cum ſemiplena probatio eſt eliſa per probationes contrarias.*
11 *Iuramentum ſuppletorium debet deferri parte præſente, vel citata. Et defertur in Regno etiam poſt concluſionem. nu. 12.*
13 *Iuramentum an deferatur ei, qui viſus eſt probare per plures teſtes. Item periuro nu 15.*
14 *An deferatur in cauſis magnis, & num. 16. 17.*
18 *Iuramentum an deferatur ex vnico teſte, deponente ſine cauſa.*
19 *Iuramentum an deferatur ex officio. Item in cauſa appellationis nu. 20.*
21 *Iuramentum an deferatur ad probandum quantitatē.*
22 *Iuramentum litis deciſorium, quod dicatur, & qualiter deferatur.*
23 *Probatio an admittatur contra iuramentum litis deciſorium.*
24 *Iuramentum veritatis quod ſit.*
25 *Teſtes de mera veritate iurare debent, alias non probant.*
26 *Iuramentum calumniæ, credulitatis appellatur.*
27 *Iuramentum in litem quotuplex ſit, & quando, & qualiter deferatur.*
28 *Iuramentum purgationis quod dicatur, & quando referatur.*
29 *Purgatio canonica quæ dicatur. & quæ vulgaris.*
30 *Iuramentum pro enormitate criminis, ſecundum* l. ſi quando. C. vnde vi *qualiter deferatur.*
31 *Iuramentum damni paſſi, an, & quando faciat plenam fidem.*
32 *Præſumitur pro decreto, ſeu ſententia iudicis maioris. Secus in iudice inferiore & Pedaneo.*
33 *Expenſarum taxatio fit mediante iuramento litigatoris.*
34 *Iuramentum promiſſorium quod dicatur. Et an inducat obligationem.*
35 *Pactum nudum an firmetur iuramento.*
36 *Iuramentum aſſertorium quod dicatur, & quis ſit eius effectus.*
37 *Iuramentum confirmatorium quod dicatur, & qui ſint eius effectus.*
38 *Iuramentum fidelitatis quod dicatur. Et quid contineat, num. 39. Et à quo, & cui præſtetur. nu. 40.*
41 *Iuramentum fidelitatis præſtatur per tutorem, vel curatorem, & procuratorem.*
42 *Baro non poteſt exigere iuramentum fidelitatis à vaſſallis, ſine mandato, vel literis Regis, alias priuatur feudo.*
43 *Iuramentum ligij quod ſit, & in quo differat à iuramento fidelitatis. Et quis dicatur ligius nu. 44.*
45 *Iuramentum temerarium, vel calore iracundiæ factum an ſit ſeruandum.*
46 *Ludens, & ludere videns, & mutuans pecuniam ludenti, & decens ludentem, æquiparentur: & omnes eadē pœna puniuntur. Et quid in iurante nō ludere.*
47 *Iuramentum illicitum quod, & quot modis dicatur.*
48 *Iurans delictum committere non tenetur ad obſeruantiam iuramenti.*
49 *Iurans non ferre teſtimonium, non obſtante iuramento, poteſt examinari.*
50 *Fideiubere pro proximo, in periculo conſtituto, quis poteſt, non obſtante iuramento, per ipſum, de non fideiubendo, præſtito.*
51 *Iuramentum in male promiſſis, non eſt ſeruandum.*
52 *Iurans ducere vxorem in caſu, quo vouerat caſtitatem, an teneatur ad obſeruantiam.*
53 *Iurans adimplere omnia, quæ petentur, non tenetur adimplere aliquid turpe.*
54 *Iurans per viſcera Chriſti, vel alia membra, blaſphemare dicitur.*
55 *Iurans per dæmones, vel aliam creaturam, an teneatur ad obſeruantiam*
56 *Iuramentum an præſtari poſſit per procuratorem, habentem ſpecialem mandatum.*

NONVS actus, qui ſucceſſiue emergit in iudicio, eſt iuramentum. Per cuius euidentia eſt ſciendum, QVOD † IVRAMENTVM IN GENERE SVMPTVM, EST DVPLEX, ſcilicet, IVDICIALE, & EXTRAIVDICIALE. 1
IVDICIALE dicitur proprie illud, quod præſtatur in iudicio, CVIVS MVLTÆ SVNT SPECIES. Et † prima SPECIES IVRAMENTI eſt, 2
quod appellatur NECESSARIVM, alio vocabulo dicitur SVPPLETORIVM, & eſt illud, quod defertur in ſupplementum probationis: vt quando actor vel reus probauit ſemiplene. Nam poteſt iudex parte petente deferre iuramentum ſemiplene probanti, per cuius iuramentum eius ſuppleta probatio ſuffi-

ſufficiens eſt ad condemnationem, vel abſolutionẽ, & ideo dicitur neceſſarium, quia ex neceſſitate defertur parte petente, etiam altera parte inuita: vt ꝓbatur *in l. in bonæ fidei. 3. in verſ. oportet. C. de reb. cred.*
3 & † poteſt deferri etiam poſt concluſum in cauſa, dummodo ſit petitum ante concluſionem, ſecundum Alex. *in conſ. 53. col. fin. in 1. vol.* & Ioſ. an plene tangit *in repet. l. admonendi. 31. col. 154. & ſeq. ff. de iureiur.* & de iſto iuramento traditur plene per Barr. & Doct. *in d. l. admonendi. & in d. l. in bonæ fidei. 3. C. de reb. cred.* & ibi Bald. & Sal. & per Can. *in c. fin. de iureiur.*

[Iudicem ex officio, etiam parte non petente, vigore clauſulæ ſalutaris, qua in libello imploratum eſt officium iudicis, per iuris, & iuſtitia adminiſtratione, etiam poſt concluſionem in cauſa deferre poſſe iuramentum ſuppletorium, idque in Camera Imperiali in graui quadam cauſa factum fuiſſe, teſtatur And. Gail. *lib. 1. obſ. 168. nu. 4. & ſeqq.* cui aſſentitur Fachin *lib. 1. controu. iur. cap. 57.* Licet a communis ſit Dd. opinio, partem poſt concluſionem in cauſa non poſſe petere à iudice, vt ſibi iuramentum illud deferatur, in euentum, ſi intentionem ſuam non plene probaſſet? vt teſtatur Gail. *d. obſ. nu. 1.* contrariam tamen Saliceti ſententiam, veriſſimam eſſe cenſet, alioquè argumento, quam Salicetus adfert, probat Fachineus *d. cap. 17.* quem videre potes.]

4 Et † ad hoc, vt deferri poſſit hoc iuramentum, requiruntur sex copulative, quorum ſi aliquod deficit, non defertur. Primo requiritur, quod ſi ſemiplene probatum per vnum teſtem omni exceptione maiorem, ſecundum Alex. *in conſ. 12. in 1. vol. & cõſ. 19. col. pen. in vol. 4. & conſ. 18. col. 2. & 3. in 2. vol.* & Pet. Phil. Cor. *in conſ. 194. col. 2. in 2. vol.* [Adde Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 192. nu. 3. libr. 2. cent. 3.* & Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucenſ. 42. nu. 3. cum aliis ab ipſo allegatis.* dicens ita communiter ſentire Doctores.] alias non faceret in iſto caſu ſemiplenam probationem, vel quod ſit probatum ſemiplene per alias ſpecies probationum, de quibus habetur per Modern.
5 *in d. l. admonendi. 31. ff. de iureiur.* Secundo † requiritur, quod ille, cui defertur tale iuramentum, ſciat veriſimiliter veritatem per ſenſum corporeum? quia in hoc æquiparatur teſti, vt not. gloſſ. *in l. admonendi in verſ. exacta.* & ibi Bartol. *circa fin. col.* & gloſſ. *in d. l. bonæ fidei. 3. C. de reb. cred.* & ideo non defertur hæredi; quia veriſimiliter ignorat veritatem
6 negotij. Tertio † requiritur, quod is, cui defertur, ſit perſona honeſta, & bonæ vitæ; quia alias perſonæ vili, & ſuſpectæ de periurio non defertur, ſecundum Abb. *in d. c. fin. §. ſane. colum. 3. de iureiu.* & Bald. *in l. qui accuſare. 31. ff. de iureiurand. C. de edend.* &
7 Bart. *in d. l. admonendi. colum. fin.* Quarto † requiritur, quod cauſa non ſit magna, ſed modica; nam in cauſa ardua, vel criminali, non defertur, ſecundum gloſſ. *in d. l. admonendi in verſic. exacta.* & ibi per omnes Doctores, *& in d. l. in bonæ fidei. 3. C. de rebus cred.*

[An in cauſa criminali iuramentum ſuppletorium deferri poſſit, ſex ſunt diuerſæ Dd. ſententiæ, quas recenſet Fachin. *lib. 1. controuerſ. iur. cap. 14.* E quibus Angeli ſententiam probat, *in l. bonæ fidei. C. de reb. credit.* quod videl. ſi de crimine criminaliter agatur, inſtituta ſcilicet accuſatione, ad publicam vindictam, non ſit locus huic iuramento, ſecus autem, ſi ciuiliter agatur inſtituta ſcilicet actione ad priuatam vtilitatem. An autem actori, vel reo iuramentum hoc deferendum ſit, valde controuerſa eſt quæſtio, vt teſtatur idem Fach. *d. lib. 1. cap. 18.* qui ita ſtatuit, Actori, qui ſemiplene probauit, deferendum eſſe hoc iuramentum in cauſis pecuniarijs, ſi reus nihil probauerit, quo actoris intentio elidatur, vel obſcuretur, & dicit ſe ita ſemper vidiſſe obſeruari, & ipſe obſeruaſſe, idque ſummam habere æquitatem, & rationem multis argumentis probat contra Duarenum, contrarium ſentientem. Quod ſi vero partes hinc inde ſint probationes, & Reus aliquid præſtiterit, quo cauſa dubia reddatur, non dubitat, quin Reo potius, quam actori deferendum ſit per *l. admonendi. ff. de iureiurand. & c. vlt. § 1. eodem titulo.* An in cauſa matrimoniali iuramentum ſuppletorium, item voluntarium deferri poſſit; vide Gail. *obſeruat. 94. libr. 1.* & Fichard. *conſil. 36. tom. 1. nu. 12.*]

Dicitur autem † parua, vel magna cauſa, ſecun- 8
dum conditionem perſonarum, ſecundum Bartol. *in authent. niſi breuiores. Cod. de ſentent. ex breui reci.* & Petr. Philip. Corn. *in conſil. 58. colum. 3. in 3. volum.* & Alexand. *in conſil. 39. in fin. in 1. volum.* Quinto requiritur, † quod dicta ſemiplena proba- 9
tio non ſit in aliquo eliſa per probationes contrarias, quia tunc non defertur, vt not. gloſſ. & Baldus *in l. 1. C. qui, & aduer. quos* & Ludouic. Roman. *in conſil. 91. colum. pen.* Sexto † requiritur, 10
quod iuramentum fuerit petitum ante concluſionem in cauſa, nam tunc poteſt deferri, non poſt, vt ſupra dixi, alias ſecus, ad inſtantiam partis, ſecundum Alex. *in conſil. 53. in 1. volum.* vnde practica communis eſt, quod facta publicatione compareat litigator, & dicat qualiter credit ſe ex proceſſu ſatis, & plene ſuam intentionem probaſſe, ita quod debeat victoriam reportare. Si tamen eum ſemiplene probaſſe contigerit, petit ſibi deferri iuramentum ſuppletorium, alias proteſtatur, &c. nam ſi iudex non daret iuramentum; tunc concurrentibus dictis ſex requiſitis faceret litem ſuam. Reliqua de hac materia dic, vt per Doctor. maxime Iaſ. *in d. l. admonendi. 31. ff. de iureiur.*

[Alios caſus, vltra hos ſex ab authore commemoratos, quibus iuramentum ſuppletorium deferri non poſſit, recenſet Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ. 42. num. 22.* videlicet; ſi veriſimiliter plures teſtes inueniri poſſint, Bart. *in l. admonendi. 8. colum. in verbo, hoc intelligo verum ff. de iureiuran.* Bald. & Alex. allegati à Ioſeph. Ludou. *dic. loc.* Item, ſi petens ſibi deferri illud iuramentum, ſit minor; minori enim

non debet hoc iuramentum deferri, *l. iuſiurandum. §. pupillus. vbi gl. ff. de iureiur.* Caſtr. *in l. videamus. nu 2. & 5. ff. de in lit. iuran.* Item ſi habeat præſumptionem iuris contra ſe, ei enim qui habet talem præſumptionem contra ſe, non debet illud iuramentum deferri, teſte eod Ioſeph. Lud *deciſ. Peruſin. 71. nu 3.*]

11 Additio. Adde, † quod requiritur vltra vnum valde neceſſarium, quod eſt, vt deferatur dictum iuramentum præſente parte, vel citata, alias non valet. Ita per Alex. *in conſ. 112 vlt. col. in 1. libr.* & ſequitur Marſ. *in l. maritus. 20. 4. col ff. de quæſt.* Adde Cap. *dec. 35.*

[Hiſce aſſentitur Gail. *libr. 1 obſer. 108. nu. 8.* dicens ideo requiri partis aduerſæ citationem, ad videndum deferri hoc iuramentum, quia cauſæ cognitio requiritur; ſed id in Camera Imperiali non obſeruari vel non requiri, cum pars aduerſa ſit præſens per procuratorem, qui in Camera ad omnes actus, non ad vnicum ſaltem, conſtitui debet, ideo alia citatio non requiritur, ſiue ante, ſiue poſt concluſionem in cauſa, ea reſciſſa, iuramentum deferendum ſit.]

12 Item † ſciendum eſt, quod in Regno defertur iuramentum ſuppletorium etiam poſt concluſum in cauſa, vſque ad calculum ferendæ ſententiæ, ex quo cauſæ ſunt ſummariæ, & quando cauſæ ſunt ſummariæ, ſemper defertur. Ita tenet Lanfran. *in l. admonendi. 31. ff. de iureiur. in 19. col.* & dicit hoc procedere etiam ad petitionem partis, quod not quia pauci ſunt, vide

13 Capic. *in deciſ. 35.* Item † ſcias, quod defertur iuramentum in ſupplementum probationis ei, qui viſus eſt probare per teſtes, & probauit ſemiplene per teſtes ſingulares, dummodo illa ſingularitas non ſit obſtatiua, ſed adminiculatiua, ſecundum Felin. *in c. licet ex*

14 *quadam, extr. de teſtib. in 5. col.* Item, † licet hic do. Auctor dixerit non deferri, niſi vbi eſſet modica cauſa; tamen ſi eſt plus, quam ſemiplene probatum; etiam in cauſis magnis, & in alijs cauſis prohibitis defertur, ſecundum Franc. Cur. *in l. admonendi. 31 ff de iureiur. verſ. 67.* & refert ita tenere Alex. *in l. ait prætor. 3. in princ. ff de iureiur* de quo per Marſil. *in ſingul. 27.* vide

15 Aym Crau. *in conſ. 198. lib. 1.* Item, † licet verum ſit, iuramentum non deferri perſonæ ſuſpectæ de periurio, & periuro; tamen ſi apparet ſatis feciſſe ſuis creditoribus, & de periurio conſtat eſſe abſolutum à ſacerdote, facta confeſſione coram eo, debet deferri iuramentum ei, licet alias peierаſſet; quia peccator poſtquam pœnituit, non eſt amplius peccator: *c. ferrum. de conſecr. diſtin. 4* & refert Afflі. *in deciſ ſacri conſ. 36.* ita fuiſſe in ſacro Regio conſil deciſum. Item ſcias,

16 quod † defertur iuramentum ſuppletorium parti, ſi pars aduerſa non articulauit cauſam eſſe magnam, licet in rei veritate cauſa ſit magna, ſecundum Lanfr. *in d. l. admonendi 31. ff. de iureiuran. in 35. concl.* & Alex *in col. 66. in 1. vol.* & Fran. Curt *in d. l. admonendi. 38. col.* &

17 Alex. *in conſ. 76 in 6 libr.* Item † defertur in magnis cauſis, quando non defertur ſuper principali puncto cauſæ, ſed ſuper incidenti, ſecundum Bart. *in d. l. admonendi. pen. ul. col. & ibi Iaſ col 97* & Alex. *in conſ. 66. in 6. lib.* Item † vlterius ſcias, quod nunquam defertur 18
iuramentum ſuppletorium per vnum teſtem deponentem de debito, ſine cauſa, ſecundum Bald. *in c. 1. §. cum autem de controu. inue.* refert & ſequitur Rom. *in rub. de arbit. in 17. q.* & Curt. *in tract. de teſtib. in 19. concluſ.* & Alex. *in conſ. 31. lib. 1.* & Iaſ. *in d. l. admonendi. 31. ff. de iureiur. col. 94.* & Canon. *in c. cauſam. 19. de teſt.*
An iuramentum † poſſit deferri per iudicem nemine petente, ſed ex officio Bald *in l. admonendi pen col. de iureiur.* tenet, quod non. Idem firmat Ang. *in d. l. admonendi. 1 col.* pro quo vide Capic. *in deciſ 35.* 19

[Contrariam ſententiam, quod videl. iuramentum hoc petere non ſit neceſſe, imo peti non debeat, ſed à iudice ex officio deferendum ſit, probare videtur Panorm. *in c. vlt. § ſane de iureiur.* cuius fundamentũ eſt *in d. § ſane & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred & iureiur. & in l. admonendi. ff. eod. tit.* quib. in locis dicitur, iudices in cauſis dubijs probationũ inopia, iuramẽtum deferre ſolere, & ſecundum eum pronunciare, qui iurauerit. quod ſi à litigatore petatur, deferendũ non videtur; quia vltro id petens reddit ſe ſuſpectũ, arg. *l. quæ omnia § 1. ff de procur. & l. vxori § 1. ff ad leg. Corn. de falſ.* Alij autem ſentiunt, & iuramentũ id peti à litigatoribus poſſe, & à iudice deferri debere, licet nõ petatur, ſi id expedire, & æquitati cõſentaneum eſſe cognouerit, Ita Alex. *conſ 53. col. vlt. lib. 1.* Et hanc ſententiam, vt veriſſimam, probat, & legibus ac rationibus confirmat Fach *lib. 1 controu. iur. ca. 16.* quę vide.]

Item † etiam illud ſciendum eſt, quod iuramentum 20
ſuppletorium non petitum in cauſa principali, peti poteſt in cauſa appellationis, ſecundum Bald. *in c. 1. §. item ſi vaſallus vlt. colum. de contro. inueſt.* pro quo omnino vide Capic. *in deciſ. 35.* qui ita ibi tenet.

[Adde Gail *libr 1. obſ. 108. nu. 9.* qui præter Bald. & Capic. etiam Iaſonẽ allegat, *in l. admonendi. ff de iureiur 328.* Et hanc aſſignat rationem, quod in cauſa appellationis omnes errores purgari poſſunt, qui cauſas cauſæ concernunt, ſecundum Dd. *in locis ab ipſo allegatis.* per text. *in l. creditor. §. iuſſus. ff de appellat. cum alijs ab eo citatis.*]

Item † eſt ſciendum, quod quoties conſtat de ſubſtantia debiti, licet non appareat de quantitate, defertur tamen iuramentum ſuppletorium ad probandam quantitatem, vt habetur per Purpur. *in d. l. admonendi. 31. ff. de iureiur col. 44.* & Aym. Crau. *in conſ. 198. lib. 1. nu. 8. 9.* & de his hactenus. *Pet. Foll. V. I. D.* 21

Secunda † Species iuramenti iudicialis 22
eſt iuramentum litis deciſorium, & tale iuramentum ab initio dicitur voluntarium, reſpectu deferentis; quia defertur ex voluntate partis, iudice tamen approbante: item is, cui defertur, non tenetur præciſe iurare, ſed poteſt iuramentum referre, vt habetur *in l manifeſtæ. 38. ff. de iureiur.* Exemplum eſt, quando alter ex litigatoribus non poteſt probare ſuam intentionem, & dicit alteri parti; ego volo ſtare iuramento tuo; nam tenetur pars, vel iurare, vel iuramentum referre, dicendo, iures tu, alias habetur pro

con-

confeſſo, vt d. l. manifeſtæ. & not. in d. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Quod tamen intellige, quando iudex approbat tale iuramentum, alias poſſet per partem inuitam recuſari, nec referri, ſecundum Bart. in d. l. manifeſtæ. 31. ff. de iureiur. & Abb. in c. fin. col. 3. de iureiur. & Andr. de Iſer. in c. 1. in verſ. cum datur. de conſuet. recti feud. & habetur in l. generaliter. 12. §. 1. C. de reb. cred.

[ An iuramentum deciſorium à parte parti in iudicio delatum recuſari poſſit, ſi deferens nihil probarit, variant Dd. Specul. Socin. & alij relati à Maſcardo vol. 2. de probat. concl. 957. nu. 7. negant recuſari poſſe. Caſtrenſ. Alex. & Duaren. citati à Fachin. lib. 1. controuer. iur. cap. 19. affirmant, quorum ſententiam Fachin. amplectitur, eamque multarum legum authoritate confirmat, & diluit argumenta aduerſæ partis, vide etiam Alex. Trentacin. lib. 2. pract. reſol. tit. de probat. reſol. 2. in fin. Sed quid ſi actor aliter intentionem ſuam probare conatus ſit, & non probauit, eoque iuramentum reo detulit; an tum is iurare tenebitur, vel iuramentum referre? Ita cenſuit ſenatus Pedemon. teſte Ant. Teſſaur. deciſ. 97. cuius ſententiam, vt veriſſimã, ſequitur, & confirmat idem Fachin. d. lib. 1. cap. 20. refutatis argumentis eorum, qui in contraria ſunt ſentẽtia Et ſeq. cap. 21. tractat etiam celebrem illam controuerſiam, An videl. iuramẽtum hoc, etiam eo caſu deferri poſſit, & ſubeundum ſit, ſi ei, qui illud defert; quia veritatis, ac rei geſtæ ignarus eſt, referri nequeat, ſed is, ex cauſa modo dicta, iuſtum id recuſandi cauſam habeat? Et cum Crauetta contra Nattam determinat, iuramentum hoc caſu deferri, nec ab eo, cui delatum eſt, id recuſari poſſe; quã ſententiam crebriori Dd. calculo probari, dicit; eamque legibus, & rationib. confirmat, quas apud eum videre licet.]

Dicitur a. deciſorium; quia per ipſum deciditur lis, ſicut per ſententiam, adeo, ꝙ vltra non admittitur alia probatio in contrarium, l. iuſiurandum. 2. & l. non erit. 5. §. dato. 2. ff. de iureiur. & l. cauſa. 1. & ibi per Dd. C.
23 de reb. cred. Quod † intellige non admitti probationem ad retractandum iuramentum ciuiliter, ſed bene admittitur probatio ad puniendum criminaliter iurantem de periurio: ita tenet Andr. de Iſer. in d. c. 1. §. ſimiliter verſ. ſacramentum in fin. de conſuet. rec. feud. vbi hoc intelligit, quando quis ſcienter iurauit, & iuramentum fuit alteri nociuum. ADDIT. Adde, videndũ omnino Soc. in conſ. 184. in lib. 1. vbi plene, & Boer.
24 in deciſ. 95. in 1. lib. P. Fol. V. I. D. Tertia † SPECIES IVRAMENTI IVDICIALIS eſt illud, quod defertur in iudicio alicui aduerſario, vt principali & legaliori: vt quando quis examinatur, ſuper poſitionib. medio iuramento, vt dixi ſupra in verſ. poſitio. & hoc appellatur iuramentũ veritatis, dato, quod fiat, per verbũ incredulitatis, vt ibi dixi, & eſt voluntariũ ex parte deferentis: differt tamen hoc iuramentum à præcedenti; quia hoc delato poteſt nihilominus probari contrarium, verum is qui iurauit, nõ punitur de periurio, ſed ſolum Deum habet vltorem, l. iuriſiurandi. 2. C. de reb. cred. & Andr. de Iſer. in d. §. ſimiliter. & de hoc eſt ritus magnæ curiæ, in nu. 183. in c. Item quod quandocunq; &c. in fin. Quarta SPECIES † IVRA- 25
MENTI IVDICIALIS eſt iuramentum veritatis, ꝙ defertur teſtibus: nam teſtis debet iurare de mera veritate, alias non probat, vt dixi ſupra in verſ. teſtis. nec ſufficit, ſi diceret, ita eſt, ſi bene recordor, vt tenet Petr. Phil. Corn. in conſ. 94. col. 1. in litera C. in 3. vol. Quinta SPECIES IVRAMENTI IVDICIALIS
eſt † iuramentũ calumniæ, de quo plene dixi ſupra, in 26
verſ. iuramentũ calumniæ. & iſtud appellatur iuramẽtum credulitatis, vt l. cum & 2. §. quod obſeruari. 2. & ibi Bart. & Dd. C. de iur. cal. & de eius materia vide aliqua per And. de Iſer. in conſt. Vniuerſos. & conſt. Lite legitime. Sexta † SPECIES IVRAMENTI IVDICIALIS 27
eſt iuramentum in litem, de quo loquitur totus tit. ff. de in litem iur. & iſtud defertur per iudicem, non a. per partem, & defertur actori, l. ſiue. 1. & l. videamus. 4. §. deferre. 1. ff. eod. tit. item defertur ob ſolum dolum aduerſarij, non ob latam culpam, l. in actionib. 5. eod. tit. & ISTVD IVRAMENTVM EST TRIPLEX, videlic. IVRAMENTVM IN LITEM AFFECTIONIS, in quo conſideratur intereſſe ſingulare affectionis, vt ſi habeam affectionem ad librum, ad quem es mihi condemnatus, poſſum iurare de illo intereſſe affectionis, propter dolũ tuum, & poteſt hoc intereſſe excedere verũ ac iuſtum valorem: in quo tria requiruntur copulatiue. Primum, ꝙ ſit actio bonæ fidei, vel ſtricti iuris arbitraria. Secundum, quod condemnatus ſit in dolo, nolendo reſtituere. Tertium, quod ſit res, in quã veriſimiliter cadat affectio, ſicut in libro, alias ſecus, vt in nummis, l. nummis. 3. ff. de in litem iur. ita hæc omnia tangit Iaſ. in rubr. ff. eod. tit. SECVNDVM EST IVRAMENTVM IN LITEM DE INTERESSE SINGVLARI, vt ſi depoſui pecuniam, & quia eam mihi non reſtituiſti, fui condemnatus ad pœnam, vel pignus meum fuit venditum à creditore meo, poſſum iurare de iſto intereſſe ſingulari, extra rem, vt d. l. nummis. 3. ff. de in litem iur. TERTIVM eſt IVRAMENTVM IN LITEM DE INTERESSE COMMVNI, & de veritate, vt ſi fuiſti in mora dandi mihi ſeruum, qui mortuus eſt, poſſum iurare ob dolum tuum de vera æſtimatione, quanti valeat ille ſeruus, & eatenus mihi condemnaberis, vt d. l. in actionibus. 5. §. plene. 4. cum l. ſequ.
& not. Iaſ. in rubr. eod. tit. Septima † SPECIES IV- 28
RAMENTI IVDICIALIS eſt iuramentum purgationis, quod defertur reo in cauſis arduis & criminalibus, & etiam in ciuilibus, puta, quando contra reum ſunt aliqua indicia, vel ſemiplena probatio, ita quod non poteſt diffinitiue condemnari; tunc iudex poteſt ſibi deferre iuramentum purgationis, per quod iurabit reus, ſe non teneri ad debitum, vel non commiſiſſe tale delictum, & ſic diffinitiue abſoluetur. Et de iſto iuramento loquitur propriè text. in d. l. admonendi. 31. ff. de iureiur. & in authent. nouo iure. C. de pœna iud. qui male iud. l. maiorem. 4. C. de fal. gloſ. in l. 1. C. de ſic. Bart. in conſil. 154. in fin. incip. viſis teſtibus, &c.

&c. & Iaſ. *in l. 3. in princ colum. 5 ff de iureiuran.* Item,
29 de † iſto iuramento loquitur totus tit. *extra, de purgat. canon.* vbi ſi aliquis eſt infamatus de crimine, quod non poteſt plene probari, compellitur ſe purgare per iuramentum. Et quædam alia eſt purgatio, quæ dicitur vulgaris, de qua loquitur titulus *extra de purgat. vulg.* quæ loquitur de duello, vt quando litigantes volunt ſe purgare per duellum, quæ purgatio eſt omni iure prohibita; quia per eam videtur tentari Deus. vt *in c. 1. & ibi Abb. de purg. vulg.* & habetur in conſtit. Regni. *Monarchum.* Et de hoc iuramento purgationis loquitur Andr. de Iſern. *in c. 1.*
30 *§. ſi vero fuerit. de contro. inueſt.* Octaua † SPECIES IVRAMENTI IVDICIALIS eſt, quando propter enormitatem criminis defertur iuramentum contra violentum ſpoliatorem, vt ſi quis ſpoliat me poſſeſſione, ſeu domo mea, poſſum probare per iuramentum meum, de rebus mobilibus ibi exiſtentibus, & hoc in odium ſpoliatoris, iuxta *l. ſi quando 9. cum ibi not. C. vnde vi. & c. final. extra, quod metus cauſa.* & hoc poteſt dici iuramentum in litem, & non datur contra vniuerſitatem in damno clandeſtino pro valore rerum amiſſarum, vt not. gloſſ. *in conſtit. Si damna. & ibi etiam Andr. de Iſern in penultim.*
31 *colum.* Nona † SPECIES IVRAMENTI IVDICIALIS eſt, quando extaret ſtatutum, quod ſtetur iuramento damnum paſſi, prout eſt hodie in Regia pragm. quæ incipit *Statuimus,* qua cauetur, quod quando damnum paſſu habet animalia damnum dantia in poſſeſſione ſuas, ſtatur ſuo iuramento. Item etiam ſi officialis deprehendit animalia; quia ſtatur ſoli iuramento officialis denunciantis, alias eſt neceſſe, quod probetur ad minus per vnum conteſtium iuramento damnum paſſi, quando non habet animalia in manu, & iudex qui aliter pronunciat, punitur ad quinque vncias applicandas fiſco, & agitantur iſtæ quæſtiones coram baiulis, vt ha-
32 betur *in d. pragmat.* Scias † tamen, quod licet alias præſumatur pro decreto iudicis, *l. Herennius. 64. §. Caia. & ibi gloſſ. & Bart. ff. de euict.* tamen intelligitur de iudicibus maioribus, non autem de iſtis baiulis, & iudicibus minimis & Pedaneis; quia pro eorum ſententijs & decreto non præſumitur: ita tenet Baldus *in l. tutores. 5. ff de confirm. tut.* & Iaſ. *in rubr. C. qui*
33 *admit. colum. 2. in princip.* Decima SPECIES † IVRAMENTI IVDICIALIS eſt iuramentum, quod præſtatur in taxatione expenſarum; nam expenſæ factæ in iudicio prius taxantur per iudicem, & poſtea datur iuramentum victori, qui fecit expenſas, & poſtea anteponitur declaratoria per iudicem; vt habetur *in authent. poſt iuſiurandum. & authent. nouo iure. & ibi Bald. C. de iudic.* & hoc fuit introductum ex cauſa; quia grauatur victor in eo, quod non recuperat omnes expenſas propter taxationem, releuatur in alio, vt ſtetur ſuo iuramento: vnde ſi vellet plene probare per teſtes omnes expenſas, non fieret earum taxatio per iudicem, vt dicunt Doctores *in d. authent.* & hæc quo ad iuramentum iudiciale dicta ſufficiant. SECVNDVM † principale iuramentum 34
eſt EXTRAIVDICIALE, & ideo ſic dicitur; quia extra iudicium præſtatur. CVIVS ſimiliter MVLTÆ ſunt SPECIES: & primo reperitur VNVM IVRAMENTVM, quod appellatur PROMISSORIVM, vt quando aliquis iurat ſe daturum, vel facturum aliquid ſimpliciter ſine aliqua cauſa, vel ſtipulatione, & ſic continet promiſſionem de futuro, & de iſto loquitur textus *in l. ſi quis pro eo. 56 in princ. ff de fideiuſſ. & c. debitores. 6. de iureiurand.* & illud iuramentum non producit actionem de iure ciuili, nec obligat iurantem præſtare operas patrono, *l. vt iuriſiurandi. 7. ff. de oper libr.* & notat Bart. *in d. l. ſi quis pro eo. 56. ff. de fideiuſſor. colum. 1. 2.* & Ioan. de Imol. *in repet. c. cum contingat. 28. colum. 23. cum tribus ſequentibus. verſic. circa tertiam, & c. de iureiurand.* ſed de iure canonico eſt ſecus; quia poteſt agi ex tali iuramento, ſaltem implorando officium iudicis, dicit Imol. *in dict. c. cum contingat. colum. 26. in fin. & ſequent. de iureiurand.* & hanc concluſionem firmat beatus Thomas *in ſua ſumma ſecunda ſecundæ, quæſt. 89. artic. 8.* vbi tenet, quod talis promittens tenetur ad obſeruantiam iuramenti, ſi cum eo concurrat iudicium, & iuſtitia. vnde dicerem in iſto caſu, quod poſſet adiri iudex eccleſiaſticus per viam denunciationis euangelicæ, per ea, quæ dixi ſupra. *in tract. de denunciatione, in princ. huius 6 partis.*

[Ex iuramento promiſſorio, & iure ciuili, & canonico oriri actionem, multi Dd. ſentiunt, quos recenſet Fachin *lib. 3. controu. iur. c. 12.* Alij a. dicunt, iure ciuili non oriri actionem, neq; obligationem ex tali iuramento, ſed officium iudicis ſaltem implorandum, quo is, qui iurat, compellatur ad obſeruandum iuramentum, quam etiam ſententiam probat Fach. vt veriorem, ex hoc fundamento; quod nullibi cautum reperiatur in iure ciuili, ex iureiurando actionem oriri, ſeu obligationem, præter quam in liberto, qui operas promiſit. *l. 7. ff. de op. lib.* vbi Vlpian inquit, vt iuriſiurandi obligatio contrahatur, libertum eſſe oportet, qui iuret, & libertatis cauſa iurare, licet ab hac lege libertatis tantum mentionem faciat Vlpi. & ex eo do. Marant. hic colligere videatur iuramentũ extra caſum libertatis, & ſic ad operas præſtandas non obligare; tamen Caius *lib. 2. inſt. tit. 6* inquit, ſi libertus patrono, aut donum, aut munus, aut operas ſe daturum iurauerit, obligationem contrahi; nullam autem aliam perſonam hoc ordine obligari poſſe. Vnde patet libertum ex iuramento promiſſorio, abſque ſtipulatione, omne caſu obligari, de iure ciuili. Ad ius canonicum vero quod attinet, licet gl. & pleriq; Dd. velint ex iuramento actionem oriri; tamen cum id nullo iuris canonici textu probari poſſit, putat Fachin *d. cap. 12.* eum qui iurauit, per cenſuram ſaltem eccleſiaſticam compelli poſſe, ad præſtandum quod promiſit, vt traditur *in c. vlt. de foro compet lib. 6.* vide Fachin. *d. loc.* qui etiam reſpondet ad argumenta contraria.]

Ex

35 Ex † prædictis poteſt ſolui illud dubium, ſcilicet, VTRVM PACTVM NVDVM FIRMETVR IVRAMENTO? nam de iure canonico non eſt dubium; quia etiam ſine iuramento ex pacto nudo oritur actio, vt eſt communis opinio omnium ſcribentium *in c. 1. de pact.* multo fortius, quando iuramentum interuenit, ſed de iure ciuili non producit actionem pactum nudum iuratum, vt not. Innoc. *in c. 1. de eo, quod met. cauſ.* & Bald. *in l. fin. col. 2. C. de fideicom.* & Bal. *in l. 1. C. de oper. lib.* & idem Bald. *in authen. ſacramenta C. ſi aduerſ. vend.* de qua materia vide Iaſonem *in l. iuriſgentium. 7. § ſed cum nulla 4. colum. 5. ff. de pact.* & *in l. ſi quis maior. 41. C. de tranſact.*

[Pactum iuratum vno ſolum caſu, cum videlicet libertus patrono operas aut ſimile quid iureiurando promiſit, iure ciuili actionē producit, *l. vt iuſiurandi. ff de operis. libert.* & Caius *lib. 2. Inſtit. tit* 9. quo etiam ſolo caſu iure canonico actionem producere tradit Fachin. *lib. 1 controuerſ. cap.* 100. non alijs caſibus, vt author hic ſentit, cum id iure canonico nuſquam cautum reperiatur. Et reſpondet ibidem Fachineus ad argumenta eorum, qui putant ex pacto iurato indifferenter actionem oriri; quem deſuper adi.]

36 Secunda † SPECIES IVRAMENTI EXTRAIVDICIALIS eſt illud, quod appellatur iuramentum aſſertorium, vt quando quis aſſerit aliquid eſſe de præſenti, vel de præterito, & iurat, vt quando iurat quis, ſe eſſe maiorem, vel Regem habuiſſe victoriam, vel ſimile, de hoc loquitur tex. *in c. omne. & c. vt nouerits. 22. quæſt. 1 & per tot. & l. ſi alterius. 3. in fi. C. ſi minor ſe maior. dix.* & not. Imol. *in d. c. cum contingat col. 25. in fi. & col. 107 in princip. de iureiur.* Verum in minore ſit differentia; quia ſi iurat verbaliter ſe maiorem, poteſt probare contrarium: ſecus ſi realiter tactis ſcripturis, vt *d. l. ſi alterius. 3 C. ſi minor maior. ſe dix.* & de hoc iuramento aſſertorio ſimiliter tractat Beat. Thom.
37 *in ſum. ſecund. 2 ſecund qu. 89. art. 7.* † Tertia SPECIES IVRAMENTI EXTRAIVDICIALIS eſt, quod dicitur confirmatorium? vt quando apponitur iuramentum in aliquo actu de ſe inualido, & per iuramētum firmatur. Exemplum eſt *in authen. ſacramenta. C. ſi aduer. vend. & in c. cum contingat. 28. de iureiur.* Similiter in donatione inter virum, & vxorem quæ non valet, *l. & per totum. ff. de do. inter vir. & vxor.* tamen firmatur iuramento, ſecundum Bar. & Alex. *in l. Seius & Augerius. 27. ff. ad leg. Falc.* & Abb. *in c. donatio. 8. de donat. inter vir. & vxor.* & Paul. de Caſtr. *in conſ. 75. col. 2 in 1. vol.* & de iſto iuramēto tractat plene Bar. *in d. l. ſi quis pro eod. 56 ff. de fideiuſſ.* & Imol. *in d. c. cum contingat. 28. de iureiur.* vbi plura exempla ponit & Alex. *in conſil. 43. & 59. in num. 1 colum. 1. & conſil. 53 in 3. volum.* & Franc. de Aret *in conſ. 222. & 74.* & Andr. de Iſern *in c. 1. §. item ſacramenta de pace iuram. firm.*

38 Quarta † SPECIES IVRAMENTI EXTRAIVDICIALIS eſt iuramentum fidelitatis, quod tenetur præſtare vaſallus domino ſuo, ſiue ſit vaſallus feudatarius, ſiue burgenſis, ſecundum Andr. de
Iſern. *in c. 1. col. 1 qual. vaſal. iur. deb. fidel.* † In quo iuramento 39
SEX continentur. Primum, ſcilicet, quod iuret ſeruare dominum incolumem, tutum, honeſtum, vtilem, facilem, & præſtare auxilium: quæ ſex numerantur *in c. 1 de noua for. fidel. in vſib. feud.* & ibi per Andr. de Iſern, & habetur plene *in deciſ. 265. conſil. Neapol. in 4. & 5. colum.* † Item, quando tale iura- 40
mentum præſtatur domino Baroni, debet iurans excipere perſonam Imperatoris, ſeu Regis, quæ ſemper cenſetur excepta, ſcilicet, vt promittat dominum ſuum defendere aduerſus quamcumq; perſonam, contra Regem, *c. Imperialem. § fin. & ibi Andr. de Iſern. de prohib. feud. alien. per Freder. & in d. c. 1. in princip. de noua forma fidel.* † Et hoc iuramentum poteſt præſtari etiam per tutorem, vel curatorem, & 41
procuratorem, ſecundum Alexand. *in conſil. 10 colum. 3 in 2. volum.*

[Adde Gail. *lib. 1. obſ. 84. numer 5. cum ibi allegatis*]

Item † non poteſt Baro exigere hoc iuramentum 42
à vaſallis ſine mandato Regis, vel literis Regis, alias punitur priuatione feudi, & publicatione bonorum, vt eſt conſtit. Regni, quæ incipit; *Comite vel Barone, &c.* & tenet Andr. de Iſern *in c. ſi minori, circa fin. ſi de feud. fuer. controu.* & habetur *in d. deciſ. 265. conſil. Neapol. verſi. 10. &c* † Eſt & aliud
iuramentum fidelitatis, quod appellatur iuramen- 43
tum ligij, & proprie eſt illud, quod præſtatur ſoli Imperatori, vel Regi, non autem inferiori; & in hoc differt iuramentum ligij à iuramento fidelitatis: & tunc quando vaſallus iurat Regi, iurat indiſtincte ipſum defendere contra omnem perſonam, neminem excipiendo, & hoc eſt in alia *deciſ. conſil. Neapolit. in numer.* 307. † vbi declarat, quis
dicatur ligius; nam exponitur quaſi ligatus, & ad- 44
ſtrictus Regi, vel dicitur à legalitate, quam tenetur ſeruare Regi contra omnem perſonam: vt notat Baldus *in l. vnica §. in primo 3. colum penult. C. de cadu. toll.* & Andr. de Iſern. *in conſtit Domini à vaſallis, & in d. c. 1. de noua form. fidel.* & Ioan. Andr. *in Clem. paſtoralis. §. rurſus. verſicul. ligius, de re iudic.* & Franc. de Aret. *in conſil.* 151 vbi etiam examinat de iuramento fidelitatis, quod tenetur praſtare Epiſcopus Archiepiſcopo, & quid ſi Epiſcopus ſit exemptus, de qua materia tractatur *in c. dilecti 13. de maior. & obed. & in c. cum olim. 14. el 2. & c. antiqua. 23. & ibi gloſſ. de priuil.* † Quinta SPECIES IVRAMEN-
TI EXTRAIVDICIALIS eſt iuramentum teme- 45
rarium, vt quando aliquis calore iracundiæ iurat: nam ſi iuramentum eſt alias illicitum, non valet; ſi vero eſſet licitum, vt ſi quis iurat non exire domum, vel non ludere, vel aliud ſimile; tunc propter iracundiam non ligat, nec eſt periurus contraueniens. Tutius tamen eſt petere abſolutionem ad cautelam, quæ de facili conceditur, ſecundum Abb. *in c. ſicut & infra. 19. de iureiurand.* & de hoc iuramento habetur *Deuteronomij cap 6. & Eccleſiaſtici cap. 22.*
& per Ioan. Chryſo. ſuper *Matt. cap. 5.* † De eo tamen, 46

dixi de iurante non ludere, ſi tale iuramentum fieret ſine iracundia, ita eſſet periurus ludendo, ſicut videndo ludere vel mutuando pecuniam ludendi, & ita punitur æqualiter pœna contra ludentes inducta, tam is, qui ludit, tam is, qui videt ludere, vel pecuniam mutuat: ita tenet Bal. *in auth. interdicimus. in prin C. de Epiſ. & cler.* vbi idem dicit in eo, qui docet ludentem. Multa alia exempla poſſent dari de hoc iuramento temerario, præſertim, quando quis ex praua conſuetudine iurat, vt habetur *in c. iurauit.*
47 22. q. 4. † SEXTA SPECIES IVRAMENTI EXTRAIVDICIALIS eſt inſtrumentum illicitum, de quo loquitur tex. *in c. innocens & per totam illam quæſt.* 22. q. 4. & not. gloſſ. *ibi in ſumma* Super hoc eſt ſciendum, QVOD iuramentum POTEST DICI ILLICITVM altero de TRIBVS MODIS: vt habetur *in d. c. innocens.* Primo modo ex eo, quod iuratur. Secundo modo, ex cauſa extra veniente. Tertio, ex modo iurandi. Exemplum primi eſt, quando il-
48 lud iuramētum de ſe eſt prohibitum, & vitioſum, † Vt ſi quis iurat committere vnum delictum, quo caſu non tenetur ad obſeruantiam; quia tale iuramentum non ligat, *c. ſi aliquid. c. non eſt c. actione, & c. inter cætera 22. quæſt.* 4. & habetur per Abb. & Doctores *in*
49 *c. intimauit.* 18 *de teſtib.* † Idem etiam, quando quis iurat non ferre teſtimonium; quia, non obſtante iuramento, poteſt examinari, ſecundum Abb. *in d. c. intimauit.* 18. idem in eo, qui iurat non eſſe de con-
50 ſilio, *l. fina. in princip. ff. ad municip.* † Idem in eo, qui iurat non fideiubere, quia poteſt, non obſtante iuramento, fideiubere pro proximo in periculo conſtituto: vt not. Ioan. Andr. *in addit Specul. in titul. de iureiur. de rubric.* de quo vide omnino Oldrad. *in conſil.* 90. Et de his, & alijs ſimilibus exemplis tractat plene Iaſ. *in §. item ſi quis poſtulante.* 11. *colum.* 12. *& ſequen. Inſtit de act.* Paul. de Caſtr. *in conſil.* 345. *in* 1. *vol.*
51 & Calder. *in conſil.* 9. *in tit. de iureiur.* † Et quod iuramentum in male promiſſis non ſit ſeruandum, tenet Andr. Iſern *in c.* 1. *colum.* 6. *q. ii ſucceſſ. teneantur. in vſib. feud.* † Exemplū ſecundi eſt, quando quis
52 
53 poſt votum caſtitatis iurat ducere vxorem. † Idem, quando iurat adimplere omnia, quæ ab eo petentur; quia ſi petatur aliquid turpe, non tenetur implere iuramentum, *c. cum iuramento de homic. c. eſt etiam. & c. vnuſquiſque.* 22. *quæſt* 4. † Exemplum ter-
54 tij eſt, vt ſi quis iurat per viſcera Chriſti, vt per ventrem, vel per capillos, vel per membra pudibunda Chriſti; nam tale iuramentum dicitur blaſphemia, vt inquit Bald. *in l. iuriſiurandi.* 2. *in fin. C. de reb. cred. in l. vnica. C. ſi quis. Imp. mal. & in l. accuſationem.* 6. *colum.* 3. *C qui accuſa. non poſſ.* vbi plus dicit, quod tale iuramentum eſt ſpecies hæreſis, vt eſt text. *in Auth. vt non luxu. hom. cont. nat. in rubro, & nigro. & c ſi quis per capillum.* 22. *quæſt.* 1. † Eodem modo, ſi quis iu-
55 rat per dæmones, vel aliam creaturam, eſt iuramentum illicitum, & peccat iurans; debet tamen ſeruare iuramentum, ſi id, quod iurat, non eſt prohibitum, *c. mouet* 22. *quæſt.* 1. not. Alexand. *in conſil.* 7. *colum. penult. in* 1. *volum.* & habetur *in c. & ſi Chriſtus.* 26. *de iureiur.* Reliqua circa hanc materiam dic, vt per Spec *in tit. de iura. dela per totum.* & per Modern. repetentes *rub de iureiur.* & per Doct. *in locis ſuperius allegatis.* † An autem iuramentum poſſit præſtari 56
per procuratorem habentem ſpeciale mandatum? Dic, quod ſic in animam conſtituentis, ſecundum Bartol. & Alexand. *in l. qui bona.* 13. *§ ſi alieno.* 13. *ff. de damn. infect.* & Alexand. *in l. ad egregias.* 15. *in princip. ff. de iureiur. & in l. vulgo ff. de in litem iur.* Robert. Marant. V. I. D.

[ Iuramenta an pro ſolennitate neceſſario requirant tactum ſcripturarum, vide Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedem.* 47. *per tot.* ]

## De actorum editione.

SVMMARIA.

1 *Actorum appellatione, quæ ſcriptura veniant.*
2 *Inſtrumenta & ſcripturæ producta in iudicio, an dicantur eſſe de actis.*
4 *Exemplum ſcripturæ in actis regiſtratæ, non facit fidem, niſi ſit collationatum parte præſente, vel citata.*
5 *Acta iudicij voluntarij, veniunt actorum appellatione.*
6 *Exempla qualiter probent.*
7 *Edi an debeant inſtrumenta relata in inſtrumento producto.*
8 *Edi ante omnia an debent inſtrumenta relata in libello, num.* 9. 10. 11.
12 *Editio qualiter fiat.*
13 *Acta iudicij, & acta litis ſiue cauſæ quæ dicantur.*
14 *Actorum genus triplex reperitur.*
15 *Acta, geſta, & monumenta qualiter inter ſe differant.*
16 *Acta iudicij fieri debent parte præſente, vel citata, & abſente per contumaciam, alias non probant, nec alteri parti præiudicant in caſu, in quo ſumus in contradictorio iudicio.*
17 *Acta iudicij ad alterius partis inſtantiam debent fieri, alias non valent.*
18 *Acta iudicij coram Iudice, vel eo mandante fieri debent, vt faciant fidem.*
19 *Obligatio penes acta curiæ recipi debet, coram Iudice, vel Iudice mandante, alias recepta extra locum iudicij, non valet, nec habet executionem paratam, num.* 20.
20 *Obligatio penes acta curiæ poteſt recipi, etiam abſente creditore.*
21 *Acta per Notarium deputatum ſcribi debent, nec poſſunt per alium proſequi.*
22 *Acta iudicij ſcribi debent per Notarium à Rege creatum, vel per duos ſcriptores priuatos, de iure communi. Et quid ſeruetur in Regno.*

23 *Prin-*

23 *Princeps ſine cauſa iuri gentium detrahere non poteſt.*

24 *Acta ſcripta per priuatum, in loco, vbi priuatus actorum magiſter eſſe conſueuit, an faciant publicam fidem, & an communis error ius faciat, num. 25. 26.*

25 *Conſuetudo tanti temporis, cuius initij non eſt memoria, priuilegij vim habet.*

26 *Acta reciproca ſcripta per priuatum, per alteram partem impugnari non poſſunt.*

27 *Scriptura inhabili vtens, non poteſt ſimilem contra ſe productam impugnare.*

28 *Dicto vnius ſtatur de voluntate partium.*

29 *Acta iudicij in ſcriptis celebrari debent, alias non valent, niſi in cauſis breuioribus.*

30 *Acta iudicij, an per teſtes probari poſſint.*

31 *Acta coram iudice, non requirunt teſtes; ſecus coram arbitro.*

32 *Teſtes debent adhiberi in ſententijs.*

33 *Acta ante publicationem, publicam fidem non habent.*

34 *Atteſtationes non publicatæ, etiam ſemiplene non probant.*

35 *Acta non publicata, æquiparantur breuiaturæ Notarij.*

36 *Acta iudicij non poſſunt fieri in die feriato.*

37 *Libellus poteſt præſentari, & recipi de feriato, etiam ad honorem Dei.*

38 *Latro inſignis poteſt mitti ad furcas, etiam die feriato ad honorem Dei.*

39 *Actus voluntariæ iuriſdictionis die feriato exerceri poſſunt.*

40 *Teſtes etiam die feriato ad honorem Dei examinari poſſunt.*

41 *Acta pia, & requirentia celeritatem, fieri poſſunt die feriato.*

42 *Decretum ſuper alienatione rerum minoris die feriato interponi non poteſt.*

43 *Debitor fugitiuus capi poteſt, etiam die feriato, ad honorem Dei.*

44 *Confeſſio etiam in die feriato poteſt in iudicio recipi.*

45 *Proceſſus factus de feriato ad honorem Dei, valet, quando Iudicis iuriſdictio erat tempore peritura.*

46 *Proceſſus poteſt fieri die feriato, ad honorem Dei, in curia Principis.*

47 *Excommunicationis ſententia die feriato ferri poteſt.*

48 *In cauſis carceratorum die feriato proceditur.*

49 *Actus omnes iudiciarij expediri poſſunt in ferijs meſſium & vindemiarum.*

50 *Acta de die, & non de nocte fieri debent.*

51 *Acta iudicij, locum, menſem, diem, & annum, in quo celebrantur, continere debent, alias non valent.*

52 *Actis deperditis, & alijs de nouo confectis, ſi prima poſtea reperiantur, quibus potius debeat fides adhiberi, & ſecundum quæ debeat iudicari.*

53 *Acta omnia regulariter ſunt edenda, alias poteſt appellari, & non edens præſumitur in dolo.*

54 *Actorum editio, eſt ſpecies defenſionis.*

55 *Actorum editio, per Notarium iudice mandante fieri debet, & non aliter.*

56 *Atteſtationes teſtium ante publicationem edi non debent parti.*

57 *Interrogatorium copia parti dari non debet.*

58 *Allegationes iuris an debeant edi parti.*

59 *Notarius acta edere non tenetur ſine ſalario.*

60 *Nomina teſtium non tenetur quis edere parti ante publicationem.*

61 *Acta debent edi cuicunque prætendenti intereſſe, etiamſi non ſint ad eius inſtantiam celebrata; ſecus in inſtrumentis.*

62 *Acta debent edi ſumptibus petentis.*

63 *Copia libelli ſumptibus actoris dari debet.*

64 *Acta originalia non debent edi, ſed ſolum copia, ſub pœna falſi.*

65 *Acta edi debent, cum die, conſule, loco, & tempore.*

66 *Acta ſemel edita, poſſunt millies peti iterum edi. Secus in inſtrumento; quia regulariter non editur, niſi ſemel.*

DECIMVS actus, qui ſucceſſiue conſideratur in iudicijs, eſt ACTORVM EDITIO, ſuper quo breuiter EXAMINABO TRES QVÆSTIONES PRINCIPALES. Prima erit, quid veniat appellatione actorum. Secunda, an indiſtincte omnia acta iudicij faciant plenam fidem, & qualiter. Tertia erit, qualiter iſta acta ſint edenda petentibus.

VENIO ad primam Quæſtionem principalem, ſuper qua concludo, † quod acta dicuntur omnes 1
ſcripturæ in iudicio factæ coram Iudice, & ſcripturæ manu Officialis ſcilicet tabellionis ad hoc deputati: vt declarat Alexand. *in l. acta. 45. & in l. actorum. 46. ff. de re iud.* vbi dicit, quod etiam ſententia venit appellatione actorum: idem tenet Abb. *in c. quoniam contra. 1. colum. 2. in fin. de probatio.* vbi vide Baldum plene declarantem, quæ ſcripturæ veniant appellatione actorum, hoc etiam declarat Bal. *in auth. quæ ſupplicatio col. 1. ver. licet ſcriptura, &c. C. de prec. Impe. off.* vbi dicit, quod non ex eo ſolo, quod ſcriptura eſt facta per Tabellionem actorum, dicitur de actis iudicij, ſi fiat coram iudice, vel iudice mandante, adde Bald. *in l. interrogatam. 24. C. de liber. cauſa* Bartol. *in l. illud. colum. 2. verſic. deinde nota. & ibi etiam Bal. C. de ſacroſan. eccl.* Card. *in Clem. ſæpe. §. & quia, in 9. quæſt. de verb. ſignif.* Alexan. *in l. ſtipulatio. 1. in princ. ff. de verb. obl.* & Bald. *in c. 1. §. item ſacramenta, colum. pen. in fin. verſic. quærit inſuper, & c. de pac. iur. firm. tit. 53. in vſib. feud.* & quod ſententia venit appellatione actorum, eſt text. cum gloſſ. & Bart. *in l. in fraudem. 45. §. neque ;. ff. de iur. fiſc.* An † autem inſtru- 2
menta

menta, & aliæ ſcripturæ productæ in iudicio, dicantur eſſe de actis, eo ipſo, quod ſunt producta? Innoc. *in c. cum in iure. in fi. de off. deleg.* tenet, quod ipſum inſtrumentum, quantum ad contractum & obligationem in eo contentam, non eſt de actis, ſed ſola productio inſtrumentorum & ſcripturarum, eſt de actis. Idem tenet Bald. *in l. is apud, 2. col. 3. verſic. iuxta hoc quæritur, &c. C. de eden.* vbi per hoc infert, quod inſtrumentum productum in actis, editur ſine die, & conſule, ſed ſolum editur dies productionis; quia quantum ad productionem eſt effectum commune inſtrumentum, iuxta *l. 1. §. edenda. 3. ff. de eden.* ſed certe ſi iſta opinio in hoc Innoc. & Bald. ita ſimpliciter intelligeretur, reſultare poſſunt aliqua abſurda; & maxime; quia altera pars non poſſet petere copiam tenoris inſtrumenti producti in actis, ſed ſolum copiam præſentationis ipſius. Nam ſi tenor non eſt de actis; ergo non eſt effectus communis, & ſic non eſt edendus; quod eſt contra *d. §. edenda 3.* Præterea, ſi in tenore inſtrumenti eſſet aliquod verbum faciens contra producentem & in fauorem aduerſarij, non poſſet aduerſarius eo vti pro ſe; quia non eſt de actis, quod eſt contra not. per gl. & Moder. *in l. 1. §. editiones. 2. ff. de ed.* vbi habetur communiter, quod producens inſtrumentum in iudicio, cenſetur approbare omnia contenta in eo, etiam contra ſe facientia, & aduerſarius poteſt eo vti pro ſe; ſicut dicimus in teſtibus, qui deponere debent pro vtraque parte: ita plene declarat Iaſ. *in d. §. editiones.* Vnde cauſa vitandi iſta contraria, videtur eſſe dicendum, quod tam productio, quam tenor inſtrumenti producti ſit de actis, maxime cum tota die videamus communiter practicari, quod eo ipſo, quod inſtrumentum, vel alia ſcriptura producitur in iudicio, poteſt aduerſarius petere eius copiam, & ſibi editur cum die & conſule, & cum toto tenore ſcripturæ: ergo tota eſt effecta de actis, & tota com-
3 munis. Puto in † iſta varietate poſſe dari iſtã declarationem, videlicet, quando aliquis producit inſtrumentum in iudicio, & non facit illud regiſtrari in actis de verbo ad verbum, ſed ſolum Notarius ſcribit in actis, die tali, &c. talis produxit vnum inſtrumentum procurationis, vel debiti, vel aliud ſimile, quod incipit ſic, & finit ſic, &c. ſed eius tenor non apparet extenſus in actis; puta; quia producens retinuit ſibi inſtrumentum penes ſe; & tunc verum dicit Inn. & Bald. quod ſola productio eſt de actis, & non tenor inſtrum. ex quo tenor non reperitur in actis & dato, quod Notarius fecerit de eo mentionem quod viderit, non tamen in hoc ſibi creditur, vt not. Alex. *in conſ. 6. col. 2. in fin in 4. volum.* & per Mod. *in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden* nam ſi tenor eſſet de actis, faceret publicam fidem; ſicut alia acta abſque eo, quod originale producatur, quod eſt falſum, ſecundum Alex. ibi, & Doct *in d. auth. ſi quis in aliquo.* Sed ſi quæris, an iſto caſu poſſit aduerſarius petere copiam tenoris inſtrumenti? dic, quod ſic; nam licet non ſit de actis propter deficientiam regiſtrationis; tamen quia pars cœpit eo vti in iudicio per productionem, ratione huius vſus tenetur illud edere: ita tenet Bald. & Alex. *in l. ſi legatum. 2. ff. de ed.* per *d. l. 1. §. edenda ſunt omnia. ff. de eden.* & tunc poſſet procedere opin. Bald *in d. l. is apud. 2. C. de ed.* ſcilicet quod edatur ſine die & conſule. Nec ſemper ſequitur illa conſequentia, iſta ſcriptura non eſt de actis; ergo non debet edi. Nam ſi quis facit mentionem de inſtrumento in libello per dictionem limitatiuam, tenetur illud edere ante litem conteſt. & tamen non eſt de actis: vt Bart. & Dd. *in l. edita. 3. C. de eden.* quandoque producens inſtrumentum, facit ipſum regiſtrari in actis, vel quia relinquit ipſum originale authenticum in actis cum præſentata ſub tali die, &c. vel quia facit ipſum exemplari auctoritate iudicis, & facit ipſum collationari per actorum Notarium, cum fide ſua in calce, quod ipſe collationauit, ſcilicet, exemplum cum originali, & concordat de verbo ad verbum, & illa copia collationata relinquitur in actis, continens totum tenorem inſtrumenti; originale autem recipitur per producentem, ne forte aliquo caſu perdatur, & iſtud quotidie videmus ſeruare iudicia. Et tunc dico, quod totus tenor inſtrumenti de actis eſt, non ſolum ipſa productio, adeo quod illa productio illius copiæ regiſtratæ & collationatæ faciat dictam copiam habere publicam fidem abſque eo, quod producatur originale: ita tenet Bald. *in l. fin. in 5. q. C. de edicto D. Adr. toll.* & eſt de mente Spec. *in tit. de inſtr. edit. §. nunc dicamus. col. 4. ver. illud autem ſcias, &c.* pro hoc eſt gl. *in d. auth. ſi quis in aliquo.* & ibi etiam Bar. & cõmuniter Doct & gl. Bar. *in l. chirographis 57. ff. de adminiſtr. tut.* & Angel. *in §. illud in Auth. vt fratr. fil &c.*
Hoc tamen intellige & declara, † dummodo talis 4
regiſtratio ſit facta parte præſente, & non contradicente, vel parte citata, alias nullam fidem faceret talis copia, quamuis collationata, ita tenet Alex. *in d. conſil. 6 colum. fin. in princ. in 4. volum.* & eſt de mente Bart. & Dd. *in d. auth. ſi quis in aliquo C. de ed.* quod not. perpetuo; quia raro hoc aduertunt litigantes, & actorum Notarij, vnde allegationibus iuris poſſes talem ſcripturam deſtruere. De reliquis autem, quæ veniunt appellatione actorum, traditur plene *in d. c. quoniam contra 11. de probat.* tam in text. quam in
gl. & per Dd. ibi. Inter quæ adde, † quod non ſolum 5
acta, quæ fiunt in iudicio contentioſo, & contradictorio, veniunt appellatione actorum, ſed etiam omnia alia, quæ fiunt in iudicio voluntario, in quibus decretum iudicis interponitur, prout ſunt tutelæ & emancipationes, & aliæ ſimiles, ſecundũ Innoc. *in c. 1 col. 1. de prob.* quæ alio vocabulo dicuntur acta forenſia, ſecundum eum ibi. ex eo quia in foro agitantur. & not. etiam Bal. *in l. comparationes. 20. colum 2. verſ quæritur etiam de forenſi, &c. C. de fide inſtr.*
Additio. Adde, quod † omnia exemplata & re- 6
giſtrata, probant eo modo, quo probatur originalia, &

lia, & non vltia, neque plus; vnde quidquid poterit
obijci & opponi contra originale exemplatum, o-
mne illud poteſt obijci contra exemplatum, Bar-
tol. & Doct. *in l. in teſtamento. 19. la v. ff de cond. & de-*
*monſtr.* de quo per Dd. plene *in c. quoniam contra. 11.*
7 *extr. de probat.* Item illud addas, † quod nedum debet
fieri editio inſtrumenti producti in iudicio, quo
quis vtitur, ſed etiam eorum inſtrumentorum ibi re-
latorum, ſecundum Bal. *in l. inciuilem. 24 circa fi. ff de*
*legib.* & Alex. *in conſ. 3. lib. 2 col. 1.* refert & ſequitur Dec.
*in l. edita. 31. col. pen. circa fin. C. de eden.* & Aym. Crau.
*in conſ. 92. lib. 1. num. 15.* Item eſt aduertendum, quod
8 vbicunque † in libello actoris fit mentio de aliquo
inſtrumento, vel ſcriptura, ſuper quibus fundetur
intentio actoris, poteſt compelli, vt ante omnia ex-
hibeat, vt detur reo occaſio deliberandi, ſecundum
Innoc. *in c. ex epiſtola. 1.* quem ibi omnes ſequuntur,
& Bald. *in l fin. C. de prec. imp. offer.* & procedit conclu-
ſio indiſtincte, ſi in libello fit mentio limitatiue, ta-
liter, quod aduerſarius redditur dubius de narratis
per actorem; puta, vendidiſti talem pecuniam ter-
ræ, prout conſtat tali inſtrumento: ſecundum Bar.
*in l. poſtquam 5. §. ſi dies. 2 ff vt leg. nom. caueat. & in l. e-*
*dita. 3 pen. col. C. de eden.* & ibi Bald. *in pen char.* & Fel.
9 plene *in d. c. ex epiſtola.* Adeo † quod ſi fieret mentio
inſtrumenti in libello narratiue, vt ſi dicatur: quæ
omnia conſtant publico inſtrumento exinde con-
fecto, non fit editio ante litem conteſtatam, ſecun-
dum Bartol. *in d. l. edita.* & Doct. *in d. l. ex epiſtola.* tu au-
tem dicas contrarium ſeruari in magna curia vi-
cariæ, & alijs curijs, vbi extat communis ſtylus:
quod ſi limitatiue vel narratiue fit mentio inſtru-
menti in libello, ſemper fit editio, ſi petitur ad effe-
ctum deliberandi, vel fundandi exceptiones: & ita
10 practicatur. Sed † ſi actor negat ſe habere copiam
inſtrumenti in promptu, proceditur ad vlteriora,
ſecundum Rotam *in nouu. dec. ſ. 33* de quo ſtatur iu-
ramento actoris, & notat expreſſe Bartol. *in l. qui ſti-*
*pendia. 9. in fin C. de procurat.* & Felin. *in d. c. ex epiſtola.*
11 *num. 27.* Item ſi ille, † qui petit edi inſtrumentum,
veriſimiliter habere debet, vel habeat copiam in-
ſtrumenti, qualitercunque fiat mentio inſtrumen-
ti in libello, non tenetur libellans ante omnia ede-
re, ſecundum Bald. *in l. ſi legatum. 2. ff. de edend.* & Ro-
tam, vbi ſupra. nam ſi legatarius petit legatum vir-
tute teſtamenti ab hærede, non tenetur edere teſta-
mentum ipſum hæredi; quia præſumitur habere no-
titiam contentorum in eo, de quo plene per Felin.
vt ſupra, *num. 27* Et adde, quod in caſibus, in quibus
12 ante † litem conteſtatam fit editio, ſufficit oſtende-
re iudici originale, & relinquere in actis copiam, ſe-
cundum Innoc. *in c. cum in iure. 31 de offic. delegat.*
Bald. *in l. 2. C. de edend.* Abb *in d. c ex epiſtola.* & ibi
13 Felin. *numer 31. in med.* Petr. Foll. V. I. D. Iſta autem
acta, quæ fiunt in iudicijs, quædam dicuntur acta
iudicij proprie, & quædam acta litis, ſiue cauſæ, &
differunt inter ſe: quia acta iudicij ſunt illa, quæ ten-
dunt ad iudiciorum ſolennitatem & ordinem, prout
ſunt citationes, libelli, ſatiſdationes, & litis conte-
ſtationes, publicatio, & concluſio, & alij ſimiles a-
ctus; acta vero cauſæ, ſeu litis, ſunt, quæ reſpiciunt
factum pro victoria cauſæ obtinenda, prout ſunt
atteſtationes, confeſſiones, ſcripturæ, & aliæ proba-
tiones, ita declarat glo. *in Clem. ſæpe. in verſ. deciſio-*
*nes. & ibi etiam Card. in 3. notab & in 2. quæſt. de verb. ſi-*
*gnific.* & Abb. *in c. cauſam quæ. 11. in 1. notab. de teſtib.* &
propterea in materia ACTORVM ſolet † fieri DI- 14
STINCTIO TRIMEMBRIS, videlicet QVÆ-
DAM ſunt acta, quæ reſpiciunt litis ordinatio-
nem: & ſunt illa, quæ modo appellaui acta iudicij.
QVAEDAM ſunt, quæ reſpiciunt veritatis inda-
ginem, & ſunt illa, quæ modo appellaui acta litis,
ſeu cauſæ. QVÆDAM ſunt quæ reſpiciunt litis de-
ciſionem: & ſunt ſententiæ diffinitiuæ: de quibus
plene per Bar. *in l. is, apud quem. 2. C. de eden & in l. cum*
*lite mortua 2. ff. iud. ſol.* Abb. Felin. & communiter Dd.
*in d. c. cauſam quæ 11. de teſtib.* in quib. locis plene de-
claratur, quæ acta pereant perempta inſtantia, &
ibi dicta me remitto, & aliqua dixi in materia in-
ſtantiæ, ſupra *in quinta parte principali huius tractatus.*
Quæ † autem ſit differentia inter acta, geſta, & mo- 15
numenta? Dic, quod acta proprie ſunt illa, quæ ſunt
ſcripta coram Notario, & iudice, ſcilicet per ipſum
Notarium actorum. Geſta, poſſunt dici ea, quæ
ſunt facta, ſed non ſcripta. Item, geſta cenſentur fa-
cta magnorum principum, & omnia regiſtrata in
archiuis publicarum perſonarum, poſſunt appella-
ri geſta. Sed monumenta dicuntur ſcripturæ publi-
cæ & priuatæ, quas quis habet penes ſe extra iudi-
cium ex eo; quia cauſam ipſius muniunt, quæ alio
vocabulo appellantur documenta, vt habetur *in c.*
*cordi. 1. de appellat lib. 6 & authent ſi quæ in aliquo. C.*
*de edend.* & ita hanc differentiam declarat Card. *in*
*Clem. ſæpe. §. quia. in 8. quæſt de verb. ſign.* Aliquando
tamen acta & geſta confunduntur, & vnum & idem
important: vt eſt text. *in l geſta vlt. C. de re iud.* not.
Bart. *in l. 1 ff de offic procur. Cæſar.*

VENIO ad ſecundam quæſtionem principalem,
videlicet, an indiſtincte † omnia acta iudicij faciant 16
plenam fidem, & qualiter: ſuper quæ oportet inue-
ſtigare, quæ requirantur ad validitatem actorum,
ad hoc, vt tanquam publica faciant plenam fidem?
& dic, quod PLVRA requiruntur. ET PRIMO
requiritur, quod fiant parte præſente, vel citata, &
abſente per contumaciam, alias non probant, nec
alteri præiudicant; & in caſu, in quo ſumus in con-
tradictorio iudicio, *l. de vnoquoque. 47. ff. de re iud. l.*
*nam ita diuus. 39. ff. de adopt. l. ſi quando. 19. C. de teſtib.*
*& c. 2. de teſtib.* SECVNDO requiritur, † quod acta 17
fiant altera parte inſtante, adeo, quod debet appa-
rere ex actis, ad cuius inſtantiam actus celebratur,
alias acta non valent, ita tenet Angel. *in conſil. 286.*
*colum. 2.* vbi præcipue loquitur de ſententia lata,
quod non valeat, niſi appareat ad cuius inſtantiam

lata fuit. Vnde ſententia nunquam debet ferri, niſi vna pars faciat inſtantiam, & faciat alteram partem citari ad ſententiam, alias non valet: ita tenet Imol. *in d.l. de vnoquoque. 49. ff. de re iud.* & Bartol. *in l. 1. C. vt quæ deſ. aduoc* Paul. de Caſtr. *in l. iudicio. 1. C. de iud.* Iaſ. *in l. properandum. 13. §. & ſi quidem. colum. 1. C. de iud.*

18 Tertio requiritur, † quod fiant coram iudice, vel iudice mandante, vt not. Alex. & Imol. *in l. acta 45 ff. de re iud.* glo. & Bald *in l. illud. 19. C. de ſacroſanct. Eccl.* Bald. *in l. interrogatam 24. C. de lib. cauſ.* & Luc. de Pen. *in l. inſtar. 2. C. de iure fiſc. lib. 10.* vbi per hoc in-

19 fert, † non valere obligationem receptam penes acta curiæ, niſi ſit recepta coram iudice. Adde etiam, vel niſi recepta ſit iudice mandante, vt habetur *in*

20 *dec. ſ 155. conſil. Neap.* vbi plus dicitur, † quod ratione iuramenti in ea appoſiti, poteſt recipi talis obligatio penes acta, etiam abſente creditore. Et per hoc patet, quod iſtæ obligationes, quas quotidie recipiunt Notarij extra locum iudicij, & ſine præſentia iudicis, & dicunt illas recepiſſe penes acta, non valent nec habent executionem paratam: vt eſt de mente Luc. de Pen *in d. l. inſtar. C. de iure fiſc. lib. 10.* & expreſſius tenet Matt de Afflict. *in conſtit. Magiſtri camerarij, colum. penult. & conſtit. Cordi nobis colum. penult. in princ.* quod nota; quia quotidie Notarij actorum errant in hoc. Additio. Adde hic ea, quæ dixi *in practica mea cauſarum criminal. infragm. part. in tit.*

21 *de fideiuſſoribus.* Petr. Foll. Qvarto † requiritur, quod acta ſcribantur per Notarium actorum deputatum, adeo, quod ille Notarius, qui incipit ſcribere acta vnius proceſſus, ille debet ſcribere reliqua; alias acta non probant, niſi iſte eſſet impeditus; quia tunc poteſt alius ſubrogari; ita tenet Bald. per illum text. *in l. vnica. C. de ſport. in l. ceſſante. 2. C. quomod. & quand. iud.* Bar. *in l. 1. ff. de off. proconſul.* Bal. *in l. repetita. 41. C. de Epiſcop. & cler.* Lud. Rom. *in conſ. 281.* Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. teſtamenta omnia. 19. C. de teſtament.* [Adde Viuium *in ſyl. com. opin. lib. 1. opin 30. numer. 9.*]

22 Qvinto requiritur, † quod ille, qui ſcribit acta, ſit Notarius creatus à Rege; alias acta ſcripta alia perſona, non valent in hoc Regno; ſecus eſſet de iure communi; quia vbi non poteſt haberi Notarius, poſſunt adhiberi duo ſcriptores, etiam priuati, ad ſcribendum acta, quorum ſcripta faciunt publicam fidem in iudicio, vt eſt text. *in c. quoniam contra 11. de probat.* imo dicit ſimpliciter Bald. *in l. comparationes. 20. col. 3. verſic. quæritur etiam de forenſi, &c. C. de fide inſtrum.* quod de mandato iudicis poſſunt ſcribi per alium, quam per Tabellionem. Sed hodie in Regno eſt iuri communi derogatum per conſtitutiones Regni, quibus inductum eſt, vt acta non fiant per aliam perſonam, niſi per Notarium creatum à Rege, & ſic in hoc eſt correcta diſpoſitio *d. c. quoniam contra. 11. de probat.* vt eſt conſtit. quæ incipit: *Magiſtri camerarij* & ita illam conſtitutionem intelligit *ibi* Matth. *in penult. col.* ſcilicet, quod per eam ſit derogatum iuri communi,

Sed certe ego puto, quod non fuit iſta mens illius conſtitutionis, ſcilicet velle corrigere *d. c. quoniam contra.* Nam legum correctio ſemper eſt euitanda, vbi non appatet expreſſe, *l. præcipimus. 32. C. de appel. & l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* ſed dico, quod potius illa conſtitutio eſt conformis iuri communi. Nam ius commune ponit duos caſus, ſcilicet quod Magiſter actorum debet eſſe Notarius, vbi haberi poteſt; ſed vbi deeſt copia Notariorum, poſſunt adhiberi duo probi & idonei viri, ad ſcribendum acta, quorum fides æquiparatur fidei tabellionis. Sed conſtitutio Regni prouidit ſolum in vnum caſum, ſcilicet, quod Magiſter actorum ſit Notarius, & in hoc eſt conformis iuri communi, & vltra non progreditur corrigendo ius commune de duobus ſcriptoribus. Ergo ille ſecundus caſus, tanquam omiſſus per Regni conſtitutionem, debet remanere in diſpoſitione iuris communis, *l. ſi cum dotem. 22 in princ. ff. ſolut. matr. & l. commodiſſime. 10. ff. de liber. & poſthum.* vt euitetur legum correctio. Præterea illa conſtitutio non dicit, quod ſiue poſſit haberi copia Notariorum, ſiue non, ſemper Magiſter actorum debeat eſſe Notarius creatus à Rege; alias acta non valeant; merito debet declarari, & limitari per legem antiquam iuris communis, ſcilicet, quod adhibeatur Notarius creatus à Rege, vbi copia Notarij haberi poteſt; alias ſufficiant duo ſcriptores priuati viri idonei, vt lex noua diſtinguatur per veterem, *l. ſed & poſteriores ff. de legib.* cum debeat lædere ius commune in minus, quam poteſt. Præterea ius commune in hoc fuit conforme iurigentium, ſecundum quod in ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum, *c. nouit. 28. de iud. l. vbi numerus. 12 ff. de teſtib.* Vnde ſatis iniuſta fuiſſet illa conſtit. quando in defectum Notarij voluiſſet detrahere fidei duorum teſtium, quos lex communis in hoc adhibuit, vt ſcriptores, & teſtes, æquiparando eos fidei Notarij; quia videretur detrahere iurigentium, quod ſine cauſa † princeps huius ſeculi facere non poteſt, 23
vt plene tradit Fel. *in c. quæ in Eccleſiarum. 7. colum. 2. & col. 10 & ſeq. de conſtit.* Ex quibus rationibus confirmo hanc concluſionem, quod diſpoſitio *d. c. quoniam contra. 11. de probat.* non eſt hodie correcta in Regno, imo eſt in viridi obſeruantia. Vnde etiam hodie in defectum Notarij poſſunt adhibere duos ſcriptores. Additio. Adde quod iſti duo viri, de quibus per Dom. Auctorem, debent eſſe idonei, & honeſti, & bonæ famæ, ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. *in c. quoniam contra.* & ibi plene per Pariſ. *num. 153.* debent etiam iuramentum præſtare, ſecundum Felin. ibi poſt Bald. & ibi Barb. & Pariſ. & an omnes debeant ſcribere, vel ſufficiat, ſi vnus ſcribat, & alter ſubſcribat? & concluditur, quod vnus debet ſcribere, & alter ſubſcribere, ſecundum Abbat. Pariſ. & omnes Doct. *in d. c. quoniam contra, extr. de probat.* Pet. Foller. V. I. D. Sed † iuxta hoc cadit quotidianum 24
dubium. In multis locis, terris, & ciuitatibus huius

Regni

Regni eſt quædam antiqua obſeruantia, quod in curijs ſolet eſſe vnus actorum Magiſter priuatus, & non Notarius, qui tolerante populo ſcribit acta iudicij, & coram eo partes litigant ſine contradictione aliqua, quæro an acta ſcripta ab iſto faciant publicam fidem, ſi forte altera pars videns ſe ſuccumbere, vult venire ad hoc refugium miſerorum, & allegare nullitatem actorum, & proceſſus? prout pluries hic caſus mihi euenit in facto. Et certe nulli eſt dubium, quod ſcriptor talis, de iure communi, cum ſit ſolus, nec per Regni conſtitutionem habet publicam fidem, vnde eius acta valent, poſſet eſſe dubium, an ille communis error populi, qui tenuit eum, vt actorum Magiſtrum, faciat ius: (iuxta ea, quæ traduntur *in l. Barbarius.3 ff de offic prætor.* Super iſto caſu pro deciſione pono hanc concluſionem negatiuam, quod talia acta non habeant publicam fidem; quia iſte eſt caſus expreſſus contra conſtitutionem Regni prædictam, quæ vult, quod quando Magiſter actorum eſt vnus, debet eſſe Notarius, & conſuetudo contraria non poſſet tollere illam conſtitutionem; quia in procemio Conſtitutionum, in fine, Imperator tollit omnes conſuetudines, etiam futuras, quæ facerent contra illam conſtit. vt not. ibid. gloſſ. & probatur in alia conſtitutione, quæ incipit: *Puritatem*, vbi mandat primo ſeruari conſtitutiones Regni, & in defectum earum tunc ſeruentur conſuetudines: vnde dato, quod populus per conſuetudinem introduxiſſet, quod priuatus ſcriptor poſſit eſſe actorum Magiſter, non tamen potuit derogare conſtitutioni Regni. Nec obſtat, quod communis error facit ius; quia in contrarium eſt veritas in caſu iſto, ex quo communis error non poteſt facere Notarium eum, qui non eſt; vnde acta facta per talem Notarium putatiuum non valent: ita plene concludit Iaſ *in d.l. Barbarius. de off. præt. col.12.* ſuper illa quæſtione, an inſtrumenta facta per Notarium putatiuum valeant, & concludit quod non, & plures allegat; tanto fortius in caſu iſto, vbi populus ſcit eum non eſſe Notarium; vnde ceſſat ille communis error, in titulo Notariatus. Nam populus vellet tunc vendicare ſibi auctoritatem Regiam, ſcilicet, creandi tabelliones, & publicas perſonas, quorum, & quarum ſcripturis detur plena fides, quod fieri non poteſt, vbi per Iaſ. iſtam

25 concluſionem LIMITO DVOBVS MODIS: † PRIMO, niſi eſſet conſuetudo, cuius initij non eſſet memoria, quod ſemper in tali loco & ciuitate fuerunt Magiſtri actorum priuati, & non reperitur memoria interruptionis huius conſuetudinis; nam tunc ex quo talis conſuetudo habet vim ſpecialis priuilegij Principis, puto quod talia acta facerent plenam fidem ex præſumpto priuilegio Principis, per ea, quæ not. Abb. *in c. ſuper quibuſdam 26. §. præterea. de verb. ſign.* Pro hoc eſt tex *in l. hoc iure.3. §. ductus aquæ.4. ff. de aq. quot. & æſt.* tenet Andr. de Iſern. *in c. imperialem. §. præterea ducatus. col pen. in princ. de prohib ſeud. alien. per Fred. & in conſt ſi dubitatio. col.3* Nam per tantum tempus, cuius initij non eſt memoria, &c. præſcribuntur omnia Regalia, & Principi reſeruata: vt tenet idem Andr. de Iſern. *in conſt. Quadragenalem. colum.1. & in c.1 verſic. flumina nauigabilia, colum.2. quæ ſint regal.* ADDITIO. Adde Alex. ſic concludentem *in conſil.120. in pen. colum. in lib. 7.* Petr. Foller. V.I.D. SECVNDO LIMITO, † quando duo liti- 26 gauerunt coram iudice, vbi erat ſcriptor priuatus, & ambo produxerunt ſua iura coram illo priuato actorum Magiſtro, & fecerunt pariformiter per illum ſcribi reciprocos actus in iudicio, nulla ipſarum partium diſcrepante? nam ſi in fine cauſæ vellet altera partium annullare proceſſum, tanquam ſcriptum per non publicam perſonam, dico, quod non debet audiri; quia cenſetur dictum ſcriptorem & eius fidem approbaſſe, patiendo ab eo examinari ſuos teſtes & alia ſua acta ſcribi, vnde non poteſt modo illius fidem impugnare: & moueor per ea, quæ plene cumulat Iaſon *in l.1. colum. 3. & 4. ff. de eden.* & idem Iaſ. *in l. hoc edictum. §.1. colum 3. ff quod quiſque iur.* vbi plura exempla ponit de eo, qui vtitur aliqua † ſcriptura inhabili pro ſe, vel approbat ali- 27 quam perſonam in aliquo officio; nam non poteſt vlterius dictam ſcripturam, vel perſonam in eodem vel ſimili officio impugnare, vbi multos Doct. alleg. & ad ibi allegata me remitto. Nec poſſet obſtare, quod priuati vellent creare tabellionem; quia non creant, nec officium publicum ſibi vendicant. Sed ſolum † dant fidem vni viro priuato, quod poteſt 28 fieri per partes, *l. Theopompus.14. & ibi Bart. & Dd. ff. de dot. præleg.* & Bart. *in l. Lucius. 24 ff de fideiuſſor.* ſicut dicimus etiam in arbitro electo per partes, cui per compromiſſum datur fides, vt ſtetur dicto ipſius. Eodem modo poſſunt partes eligere vnum ſcriptorem, cuius ſcriptis habeant dare plenam fidem in earum præiudicium, cum nihil repugnet, nec in aliquo læditur hic publica vtilitas; imo in hoc caſu ſuggerit æquitas illius edicti, *quod quiſque iuris, &c.* ADDITIO. Adde, quod conſenſus partium facit vt credatur copiæ, cui alias non crederetur, ſecundũ Doct. *in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.* Item facit validare probationes, vel atteſtationes inualidas, ſecundum Innoc. *in c. cum cauſam 37. in vltim. colum in princ. in gloſſ. ſua, in verbo, præſumptionem. de teſtib.* per Bal. *l. in fin. C. de teſtib.* Bart *in l.1 §.1 ff. de fer.* Abb. *in c. conſtitutus in fin. de teſtib.* Petr. Foller. V.I.D. Nam eo ipſo, quod ego produco iura mea coram tali ſcriptore, & facio per eum examinari meos teſtes, & ſcribi omnia acta mea in proceſſu, videor habere hanc intentionem, vt illa acta mea faciant publicam fidem, & proſint mihi ad victoriam obtinendam contra aduerſarium meum, vnde non poſſum poſtea impugnare proceſſum, quem ſemel approbaui: quia debeo pati, quod ſimiliter acta aduerſarij mei per eundem ſcriptorem recepti, faciant fidem contra me, propter æquitatem dicti edicti, per

ea, quæ not. Iaſon *in d l 1. §. editiones. 2. ff. de eden.* Se-
29 xto requiritur, † quod acta reducantur in ſcriptis, niſi cauſæ eſſent breuiores: quia tunc non requiritur ſcriptura, per *authen. niſi breuiores, & ibi Bartol. C. de ſentent. ex breui. recitan.* ita tenet Abb. *in d. c. quoniã contra. 11. in 5. nota per illum text. & ibi etiam Felinus de probat.* & declarat Anton. de Butr. *in c. cum ad ſedem.*
30 *de reſtitut ſpoliat.* Et ſuper † hoc poteſt cadere illud dubium, an acta iudicij poſſint probari per teſtes, & ſic aliter, quam per ſcripturam. Nam ſecundum communem concluſionem, acta curiæ non requirunt teſtes; quia ſine teſtibus habent publicam fidem, Bart. *in l emancipatione. 11. C. de fide inſtrument.* & Bal. *in l geſta. vltim. verſic. quæro, nunquid acta, &c.*
31 *C. de re iud.* Quod † tamen notabiliter intellige ex actis factis coram iudice; ſecus ſi fiant coram arbitro; quia non valent ſine teſtibus, etiamſi per Notarium ſcribantur: ita tenet Alexand. *in conſil. 13. in 4. colum. in 1. volum. & conſil. 19. colum. 3. in 4. volum.* Quod nota perpetuo; quia poterit annullare multos proceſſus arbitrorum: quia nunquam vel raro aduertunt in adhibendo teſtes in eorum actis. vnde ad quæſtionem incidenter motam, dico, quod acta poſſunt probari per teſtes, dummodo deponant de tenore ipſorum, text. *in l. quoniam 21. C. de hæret.* & Bald. *in l nec in arbitris. 4. col. 1. verſicul. venio ad verſic. ſi autem, C. de arbitr.* Quod tamen intellige, quando acta requirentia ſcripturam fuerunt celebrata in ſcriptis, & ſunt deperdita; tunc enim poſſunt probari per teſtes; ſecus, ſi nunquam fuerunt ſcripta: quia ex quo non valent, non oportet ea probari per teſtes. Sed ſi ſunt talia acta, quæ de neceſſitate non requirunt ſcripturam, poſſunt indiſtincte probari per teſtes, ita declarat Bald. *in d. l. emancipatione 11. C. de de fide inſtrum.* & Lanfranc. *in d. c. quoniam contra. colum. 4.* & habetur per Canoniſt. *in c. Albericus. de teſtib.* Additio. Adde, quod contrarium ſeruatur in actis factis coram arbitris electis ſecundum formam Regiæ pragmaticæ inter coniunctos, vt etiem dicit Alex *in d. conſil. 13.* & contra-
32 rium vidi ſeruari in quibuslibet arbitris. Ad † vnum tamen aduertas, quod cum ibi de generale conſuetudine ſolent adhiberi, tenet in lectura ſententiæ, licet alias non requirantur teſtes in actis; tamen in diffinitiuæ ſententijs, poſtquam ex conſuetudine ſolent adhiberi, & conſuetudo eſt optima legum interpres, *l. ſi interpretatione. 37. ff. de legib.* debeant omnino adhiberi, alias non valerent, ſecundum gloſſ. & Ioan. de Imol. *in c quoniam contra. 11 de probat* & ibi refert & ſequitur Lanfranc. *nu. 16. in verbo, probationes.* & de actis coram arbitro vide dom. Baptiſt. de S. Blaſio *in tract. de arbitr. num. 23.* vbi plene. *Petr. Foll V. I. D.* Septimo requiritur, quod acta
33 ſint † in iudicio publicata. nam ante publicationem non habent publicam fidem, *l geſta vltim. C. de re iudic.* & Bald. *in l. publicati. 2. in 5. quæſt. C de teſtam.* &
34 dicit † Bald. *in l in bonæ fidei 3. colum. 3. verſic item quæritur. C de reb. cred* quod etiam ſemiplene non probant atteſtationes non publicatæ. Acta † enim non 35 publicata ſunt ad inſtar imbreuiaturæ Notarij non ſolennis, vt not. gloſſ. & Bart. *in l. fideicommiſſa. 11. §. quotiens. 1. ff de legat. 3.* & hoc requiſitum poſſet referri ſolum ad atteſtationes. Verum magis communis concluſio eſt in contrarium, ſcilicet quod coram eodem iudice, vel ſubrogato in eius locum, acta faciunt fidem, etiam ſine publicatione: quia alias ſequeretur, quod non valeret ſententia lata, omiſſa publicatione, cuius contrarium tenet Bart. *in l. prolatam. 4. C de ſent* & hoc tenet Abb. *in c. cauſam quæ. 10. colum. 2. de teſtib.* vbi optime declarat hanc materiam, & ibi etiam Franc. de Aretio, *in 1. & 2. colum.* Octavo requiritur, † quod acta ſcribantur & recipiantur in die non feriata, alias non valent, maxime ſi eſt dies feriatus ad honorem Dei, *l. final. C. de fer. & c ſi. de fer* ſunt tamen multi actus, qui poſſunt celebrari die feriato, qui ſignantur pro fallentijs ad hanc regulam. 36

Et Primo Limita † non procedere in porrectione libelli; quia poteſt offerri, & recipi in die feriato ad honorem Dei, *l. miles it § ſexaginta. 6. ff. de adult.* & idem in libello appellatorio, *l. quoniam. 1. & ibi Bald C de fer.* & not. Bar. *in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* & vide, quæ dixi ſupra in capite *de lib. obl. in hac 6. parte.* vbi tractaui plene veritatem huius dicti. Secundo Limita in executione † facienda contra latronem inſignem; quia poteſt mitti ad furcas, etiam in die feriato, *l prouinciarum. 10 & ibi Bart. & Bald C. de fer.* Tertio Limita, † in omnibus actibus voluntariæ iuriſdictionis; quia poſſunt exerceri die feriato, prout eſt emancipare, adoptare, tutores dare, & inſtrumenta ac teſtamenta conficere, & alia ſimilia: ita tenet Spec. *in tit de fer. §. ſequitur. verſ. quod ſi in ferijs. &c. & verſ. porro.* & Abb. *in c. conqueſtus. 5. col 5. de fer.* & eſt text. *in l. actus. 8. C. de fer.* Quarto Limita † non procedere in examinatione teſtium; quia poſſunt examinari in die feriato ad honorem Dei, dummodo iurauerunt in die non feriato, gl. eſt *in Cle. de off. del.* & eſt ritus magnæ curiæ *in n. 47. incip. Item, quod ſi detur. &c.* & dixi ſupra *in verſ. teſtium productio.* & tenet Spec *in tit. de fer § ſequitur, verſ. quid ſi tunc teſtis, &c.* Qvinto Limita, † in omnibus actibus pijs, & requirentibus celeritatem, de quibus *in l. ne quis. 1. & l. eadem 2. ff. de fer.* An † autem decretum in alienatione rerum minoris poſſit interponi die feriata? Dic, quod non, ſecundũ Spec. *in d §. ſequitur, in fi.* Sexto Limita † in captura debitoris ſuſpecti de fuga, qui poteſt capi, etiam in die feriato ad honorem Dei. gl. eſt ſingularis *in l. fin. C. de fer.* Abb. & communiter Dd. *in l. ſi feriatis. 6. ff de fer.* Bald. *in c. fin. extr. de fer.* & Iaſ. *in l. cui 2. col. 6. in prin. ff de iuriſ. om iud.* Septimo Limita † in confeſſione partis; quia poteſt recipi in iudicio; etiam in die feriato ſecundum Bald. *in marg. in verb feriis, verſic. vlt.* & Innoc, *in c.* 37 38 39 40 41 42 43 44

*in c. vltra tertiam. 55. de teſtib.* Octavo limita,
45 quando † iuriſdictio iudicis eſſet tempore peritura: quia tunc poteſt procedi tempore feriato ad honorem Dei & hominum, ſecundum Abb. *in c. fin. col. fi. de iur.* & Spec. *in tit. de fer. §. ſequitur. verſ. pen.* Nono
46 Limita, † in curia principis; quia in ea procedi poteſt die feriato, vt tenet Spec. *in tit. de fer. §. 1 verſ.*
47 *eſt autem.* Decimo limita, in † ſententia excommunicationis, quæ poteſt fieri die feriato, ſecundum Specul. *in tit. d. fer. §. ſequitur. verſ. porro ea.* & Fed. de Sen. *in conſ. 11.* Vndecimo limita, in
48 cauſis † carceratorum, quia in eis procedi poteſt die feriato. *l. diuus 9 & ibi Alex. & Dd. ff. de fer.* & habetur *in l. cuſtodias. 12 ff. de publ. iud.* Duodecimo genera-
49 liter Limita hodie in Regno, † quoad ferias meſſium, & vindemiarum; quia omnes actus iudiciarij poſſunt in talibus ferijs expediri, ex quo in Regno de conſuetudine ſunt ſublatæ, & non ſeruantur. gloſſ. eſt in conſt. Regni, quæ incipit? *Baiulos omnes.*
50 Nono principaliter requiritur, † quod acta fiant de die, & non de nocte. *c. conſuluit. 24. & ibi gl. & Abb. in fin. col. de off. c. delegat.* & præſertim non poteſt ferri ſententia de nocte, vt not. Dd. *in l. non minorem. 10. C. de tranſact.* Quid autem ſi extaret conſuetudo cõtraria, in quibus caſibus valeant acta de nocte? vide Iaſ. *in d. l. non minorem.* & Felin. *in d. c. conſuluit. col. ante-*
51 *pen.* Decimo † principaliter requiritur pro validatione actorum, quod in ſingulis inſeratur locus, dies, menſis, & annus, in quo celebrantur, tex. eſt *in c. quoniam contra. 11. & ibi gloſſ. in verſ. tempora. de probat.* & habetur *in c. Abbate ſane. circa fin. de re iud. lib. 6.*
52 Sed iuxta hoc poſſet cadere Dubium, † quod ſi ſunt facta acta alicuius proceſſus, & poſtea perditur proceſſus, adeo, quod eſt neceſſe facere acta de nouo, deinde celebratis nouis actis reperitur primus proceſſus: cui eſt danda fides, & an credatur primis vel ſecundis actis? Dic quod ſi nondum eſt lata ſententia ſuper ſecundo proceſſu, creditur primo tãtum, & non ſecundo, & ſecundum prima acta debet ferri ſententia. Secus ſi eſſet ſententia lata ſuper ſecundis actis, antequam eſſent inuenta prima: ita tenet Andr. de Iſern. *in conſt. Cordi nobis.*

Venio ad tertiam quæſtionem principalem,
54 ſcilicet, qualiter † ſint edenda acta, ſuper qua Firmo nonnullas Concluſiones veras, & communes. Et prima Concluſio generalis eſt, quod omnia acta iudiciali, ſiue cauſæ ciuiles, ſiue criminales, debeant edi litigantibus petentibus, *l. is apud 2. cum ſua materia. C. de edend.* in tantum, quod ſi non edantur, poteſt appellari, *l. ſupplicare. 2. C. vt lite pend. & c. perpetuus 12. de fide inſtrum.* Probatur etiam *in l. qua. 1 §. edenda 3 ff. de edend.* ea præſertim ratione attenta: quia actus iudiciarius eo ipſo, quod factus eſt, cenſetur communis alteri parti, & ideo poteſt petere copiam, vt ſupra dixi, & habetur *in d. § edenda. & l. 1. §. editiones. & ibi nota. eod. titul.* Item ſi quis iudice mandante non vult acta edere, præſumitur in dolo, ſecundum Alex. *in l. vbi. 8 ff. de edend.* pro hoc eſt text. *in l. non poteſt d. lo 199. ff. de regul. iur.* Poteſt etiam † aſſignari ratio; quia editio actorum, eſt ſpe- 54
cies defenſionis. Patet; quia fit ad effectum, vt petens poſſit deliberare, ſi velit cedere, an contendere, *l. 1. in princ. ff. de eden. & auth. offeratur. C. de litis conteſt.* Item fit ad effectum veritatis inueſtigandæ, vt dicit tex. *in d. l. is apud quem. 2. C. de eden.* nam habita copia facilius poteſt quis reſpondere confitendo, vel obijciendo, & ſic merita cauſarum partium aſſertione panduntur, *l. fin. C. ſi per vim. vel alio mod.* vnde iudex poterit de veritate cauſæ facilius iudicare, & ipſam veritatem inquirere, viſis allegationibus vtriuſque partis. Limita hanc † concluſionem, 55
dummodo talis editio fiat iudice mandante, alias ſine mandato iudicis non tenetur Notarius actorum edere acta, ſecundum Bald. *in d. l. is apud quem. 2. col. 1. in princ. per illum tex. in verſic. iubebit vbi etiam Paul. de Caſtr. C. de edend.* Secundo Limita, † non proce- 56
dere in atteſtationibus teſtium, quæ ante publicationem edi non debent parti, ſed debent eſſe ſecretæ penes iudicem & actorum Notarium, timore ſubornationis, gloſ. eſt *in d. l. is apud quem. 2. per illum tex. ſecundum quintam lecturam. C. de edend.* & ibi Baldus hoc expreſſe tenet, *in 2. col. verſic. venio ad quintam, & c per §. quia vero in Authent. de teſtib.* Tertio † Limita 57
in interrogatorijs teſtium, quæ licet ſint de actis, non tamen debent edi alteri parti ad euitandam ſubornationem teſtium, vt not. Abb. & Dd. *in c. per tuas. de teſtib.* & Alex. *in dict. is apud quem. 2. Cod. de edend.* Quarto Limita, † in allegationibus iuris, quæ 58
licet ſint in actis productæ; tamen non debent edi alteri parti, ex quo fiunt ad meram inſtructionem iudicis: ita tenet Innocen. *in d. c. per tuas. de teſtibus.* & Alex. *in auth. iubemus. C. de iud.* contrarium tamen tenuit Iaſ. *in d. l. is apud quem. col. 2. & in d. l. 1. §. edenda. ff. de edend.* & ratio eſt ſecundum eum; quia poſtquã allegationes ſunt regiſtratæ in actis, ſunt effectæ communes; vnde debent edi, ſicut alia communia, ſed Matth. de Afflict. Dec. Neap. *in conſtit. ſi damna, col 12.* tenet primam partem, ſcilicet quod non datur copia allegationum; & dicit, quod hoc iure vtimur. Ego puto eſſe diſtinguendum: Aut is, qui producit allegationes, facit ſcribi in eis præſentatam, & facit illa regiſtrari in actis; & tunc teneo opinionem Iaſ. quod edi debent, per *d. l. 1. §. edenda 3. ff. de edend.* Aut non præſentat illas in modum actorum in proceſſu, ſed dat illas in manica iudicis, ad meſã iudicis inſtructionem, & non vult quod ſint de actis; & tunc procedat alia opin. ſcilic. quod non edantur: ita quotidie video ſeruari in practica; quia tunc pars non poteſt petere copiam, ex quo non ſunt effectæ communes, cum ſint productæ extra proceſſum, vnde finita cauſa poteſt producens illas ſibi reaccipere, quia de neceſſitate non debent in proceſſu remanere, cum non ſint de proceſſu. Quinto Limita, † dummodo afferatur ſalarium actorum Ma- 59

giſtro; alias ſine mercede non tenetur edere acta, text. *in l. argentarius. 10. in princip. & ibi communiter*
60 *Doctor. ff de edend.* Sexto LIMITA, † in nominibus teſtium in iudicio productorum, & examinandorum; quia ante eorum publicationem non tenetur pars, quæ vult aliquos teſtes examinare, edere nomina eorum alteri parti, ne ſubducantur, vel ſubornentur, ſed ſoli iudici nominare tenetur: ita tenet Spec. *in tit. de teſte. §. qualiter verſ poſt. hoc* & Alex. *in l.*
61 *1. §. editiones. 2. col penult. ff de edend.* Secunda † principalis CONCLVSIO in hac quæſtione eſt, quod acta publica iudicij debent edi indiſtincte cuicunque ſuum intereſſe prætendenti: etiam ſi ad eius inſtantiam non ſint iſta acta celebrata, licet ſecus ſit in inſtrumento, vt tenet Alexand, *in dict. leg. is apud quem. 2. C de edend.* Bartol. & Modern. *in l 1 §. editiones ff de edend.* Angel *in §. præcepta in Authen. de defenſ. ciuit.*

[De inſtrumentorum editione, an, & quando tertio, cuius mandato confecta non ſunt, edi debeant, vide Andr. Gail. *libr. 1. obſeruat. 106.* vbi aliquot caſus recenſet, quibus inſtrumenta, vel literæ tertio edenda ſunt.

62 Tertia CONCLVSIO eſt, quod † acta debent edi ſumptibus petentis regulariter, ſecundum Cardin. *in Clem. cauſam. 22. quæſt. de elect.* & per Doctor. *in*
63 *d. l. is apud quem. 2. C. de edend.* Fallit † in copia libelli primi, quæ debet dari ſumptibus actoris, vt eſt gl. *in l 2. in verſic. oblatos. de appell* & Card. *in Clem. ſæpe in princ. in 17. quæſt. de verb ſignif.* & eſt Regia pragm. quæ incipit: *Comparente.* Quarta CONCLVSIO eſt,
64 quod † acta originalia nullo modo debent edi parti, nec iudice appellationis, ſed tantum copia actorum edenda eſt, & ibi per omnes Doct. *in c quoniam contra 11 de probat.* & gloſſ Bart. & Doct. *in l. eos. 6. §. ſuper his. 3. C. de appellat.* & habetur in Regia pragmat. quæ incipit *Concluſionem.* vbi imponitur pœna falſi Notario edenti originalem proceſſum. Quinta
65 CONCLVSIO eſt, † quod acta debent edi cum die, & conſule, loco, & tempore, vt. *d e quoniam contra. 11. & ibi gloſſ. in verſic. tempora* & ibi communiter Doct. ponunt. not. Bald. & Doct *in l. is apud 2. C. de edend.* Alexand. *in l. 1. §. editiones. colum. 2 ff. de edend.* De practica autem, qualiter ſit facienda iſta editio per Notarium, vide Spec. *in tit. de inſtrum. edit. §. poſtquam. in. fin. verſic. poſtremo.* & de multis alijs in materia editionis vide plene per Felin. *in cap. 1. de probat.* & per Bald. & Mod. *in d. l. is apud quem. C. de edend.* vbi
66 eſt propria materia. Sexta CONCLVSIO † eſt, quod acta debent edi, toties quoties quis petit ſibi edi, etiam millies, ſiue amiſerit prima acta edita, ſiue non. Et in hoc differt iſta editio ab editione inſtrumenti, quæ non ſit niſi probetur amiſſio, ita tenet Paul de Caſtr. *in. l. veluti. 7. §. hac vox. & ibi communiter Doct. ff de edend.* & Alex. *in l. 2. C. eod. titul.* Illud autem, quod dixi de editione inſtrumenti, intelligas quando inſtrumentum continet tale, quod dependet ex voluntate duorum, ſecus ſi dependet ex voluntate vnius, ſcilicet petentis editionem; quia millies poteſt peti, & datur, ſiue ſit amiſſum, ſiue non, & ſine aliqua auctoritate iudicis: ita tenet Specul *in tit. de inſtrum. edit. § poſtquam, verſic. 1. & verſ. ſed nunquid.* Bald. *in l. ne caſu. 2. C. de diſcuſſ. libr. 10.* Alex. & Doct *in d. l. veluti. § hac vox. ff. de edend.* & Iaſon *in l. ſi quis. 6. § prætor ait 8. in 5. notab. ff. de edend.* pro hoc eſt text. *in l. vnum ff. de teſtam, in l. Sempronius Proculo. 47 ff de leg. 2. & l. fin ff. de his, quæ in teſt. delen.* Robert Marant. V. I. D.

## De proceſſus publicatione.

SVMMARIA.

1. *Publicatio proceſſus, quare & qualiter fiat, & quis ſit eius effectus, & an ſit de ordine iudicij.*
2. *Decretum primum, præambulum eſt ad ſecundum.*
3. *Publicatio proceſſus, fit ipſo iure in regno, eo ipſo quod labitur terminus probatorius.*
4. *Publicatio omiſſa, vel facta die feriato, non vitiat proceſſum.*
5. *Publicatio facta de voluntate partium, non validat depoſitiones teſtium non rite examinatorum.*
6. *Delegatus, cui commiſſa eſt teſtium receptio, non poteſt illorum atteſtationes publicare.*
7. *Publicatio non requiritur, quando teſtes vtraq; parte præſente, ſunt examinati: ſed ſolum quando in ſecreto.*
8. *Publicatio prius poteſt fieri in atteſtationibus vnius partis; quando citius expeditæ fuerunt, & poſtea alterius.*

VNDECIMVS actus, qui ſucceſſiue emergit in † iudicio, eſt publicatio proceſſus: name- 1 lapſo termino probatorio, ſiue ſint productæ probationes, ſiue non, poteſt altera partium inſtare, vt fiat publicatio in cauſa, & fit ad effectum, vt partes poſſint recipere copiam examinis teſtium, ex tunc in antea. Item fit vt ſeruetur ordo iudicij: quia publicatio eſt de ordine, ſecundum Bartol. *in l. prolatam. 4. C. de ſent.* Item per eam datur maius robur atteſtationibus, vt habetur *in l. geſta. vltim. & ibi* per Bald. & Doct. *C. de re iud.* & per Canoniſt. *in cap. cauſam quæ de teſtibus* & Bart *in l. ſolam. 4. C. de teſtib.* Eſt enim ordo † præambulus ad concluſionem in cau- 2 ſa, quæ poſtea ſequitur, ſicut dicimus de primo decreto, quod eſt præambulum ad ſecundum, vt tradunt Mod *in l. iubere cauere. 4. ff. de iuriſdict. omn. iud* & Bart. *in l ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. de damn. infect.* Fit autem iſta publicatio partibus præſentibus, vel altera parte citata, & contumace: alias non valet, ex quo pars per eam poteſt lædi per regulam *l. de vnoquoq; 47. ff de re iud.* Notarius ergo actorum, de mãdato iudicis ſcribit in proceſſu; *die tali, &c. facta eſt. publicatio in præſenti cau, a ſeu proceſſu, præſentibus partibus,*

*tibus, vel altera parte abſente, citata tamen ac relata, &c.* ita hæc omnia declarat Baldus *in d. l. geſta vlt. C. de re iudic. colum. 2. verſic. quæro qualiter, &c.* & ex tunc cenſetur præcluſa via producendorum teſtium, niſi in caſibus, quos ponit Bartol. *in authent. atqui ſemel. C. de probat.* & Abb. & Doct. *in c. fraternitatis. 17. de teſtibus.*

[Adde Gail. *lib. 1. obſeruat* 105. vbi agit de publicatione atteſtationum, & aliquot caſus recenſet, quibus poſt publicationem, teſtes adhuc examinari, vel noui produci poſſunt. An autem iſtis caſibus, quibus teſtes facta publicatione denuo examinari poſſunt, & in cauſa repulſæ, item in cauſa appellationis, articuli, vel poſitiones idem continentes vel directo contrarij propoſiti, & teſtes iidem, vel noui deſuper produci poſſint. & an minoribus, eccleſiæ, mulieri, & fiſco id liceat? vide Trentacinq. *lib. 2. tit. de probat. reſolut.* 4.]

3 Hodie autem † in Regno fit publicatio ipſo iure, eo ipſo, quod labitur terminus probatorius, ſiue ſint teſtes examinati, ſiue non, niſi pars infra quatuor dies poſt lapſum terminum probauerit aliquod iuſtum impedimentum; quia debet allegare, quod publicatio habetur pro non facta ob tale impedimentum, &c. de hoc eſt regia pragmat. quæ incipit: *Curſu dilationum. in princ.* vnde, lapſo termino, non oportet petere publicationem fieri, ſed inſtare, vt declarent ipſam eſſe factam ipſo iure. An autem
4 poſſit omitti iſta publicatio, & ſi † procedatur ad vlteriora, ea non facta, an valeat proceſſus? Communis concluſio eſt, quod ſic: ita plene tenent Abb. & Felin. *in c. cum 1. & A. 22. de re iud* & Bart. *in l prolatam. 4. C. de ſentent.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 102. colum. fin. in litera R in 1. volum.*

[Adde Gail. *libr. 1. obſ. 105. num. 1.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem: cum publicatio teſtium non ſit de ſubſtantia proceſſus.]

Plus etiam dicit Petr. Philip. Corn. *ibid.* quod etiam ſi publicatio fiat in die feriato, non per hoc vitiatur proceſſus: tanto magis hodie in Regno, per iura etenim municipalia ſæpius allegata ſunt ſublata omnia ſubſtantialia iudiciorum iuris poſitiui, & ſic poteſt ſine dubio omitti publicatio: imo nunquã poteſt dici omiſſa, ex quo ſemper tacite fit ipſo
5 iure, per *d. pragm.* Quid † autem, ſi teſtes in proceſſu fuerunt non rite recepti, deinde ſunt publicati de conſenſu vtriuſque partis, an per hoc validetur eorum depoſitio? Dic, quod non: ita tenet Bald. *in authent. ſi quis in aliquo. col. 1. verſic. iuxta primam rationem, &c. C. de edend.* & ita tenet Innocent. *in c. ſignificauit. 41. & in c. cum cauſam. 37. de teſtib.* quod nota; quia prima facie quilibet diceret contrarium, ſicut dicimus in exemplo publicato de communi conſenſu, quod facit fidem, ſecundum Baldum *ibi.* ſed
6 in teſtibus eſt contrarium. Sed quæritur, † pone, quod iudex commiſit, ſeu delegauit alicui teſtium receptionem, & examinationem, an ipſe idem delegatus poſſit eos publicare? Dic, quod non, ſed debet examen clauſum remittere ad delegantem, & coram ipſo delegante fiet publicatio, ſecundum Bart. *in l. cum ab initio. 4 circa fin. ff quemadmodum teſtam. aperian.* Requiritur autem † iſta publicatio, quando teſtes ſunt recepti in ſecreto: ſecus ſi vtroq; parte præſente, prout ſolent quandoque iudices ſummatim cognoſcendo; tunc non requiritur alia publicatio, ſecundum Bald. *in authen ſi quis in aliquo. colum 3. in fin. verſ. ſed aduerte, &c. C. de edend.* Reliqua de materia publicationis teſtium, vide per Specul. *in tit. de teſte § ſed vtiliter per totum.* Quid † autem ſi citius ſint expeditæ examinationes teſtium vnius partis, quam alterius, an poſſit peti fieri publicationem, quoad illas tantum, & poſtea completis alijs, fiat iterum alia publicatio in alijs? Dic, quod ſic, de hoc eſt ritus magnæ curiæ, *in num. 190.* incip. *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi examinationes, &c.* licet in fine illius ritus dicatur, quod iſta non ſunt in viſu. 7 8

*Robert. Maran. Ven. V. I. D.*

## De incidenti criminali, contra aduerſarium, falſi quid producentem.

SVMMARIA.

1 *Criminale incidens, vtrum, & qualiter poſſit exerceri in iudicio ciuili. Quod reducitur ad practicam, prout in num. 2.*
2 *Teſtis punitur de falſo à iudice, coram quo falſum depoſuit.*
4 *Clericus falſum deponens coram iudice laico non poteſt per eum puniri.*
5 *Clericus etiam de mandato ſui Epiſcopi non poteſt puniri, neque torqueri per iudicem laicum.*
6 *Laicus, qui coram iudice Eccleſiaſtico falſum depoſuit, per iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem puniri poteſt.*

DVODECIMVS actus, qui ſucceſſiue emergit in iudicijs, eſt † ACCVSATIO INCIDENS; quia plerumque facta publicatione, & recepta copia proceſſus, altera partium aduertit in proceſſu eſſe aliquam falſitatem in teſtibus vel ſcripturis, & vult aduerſarium accuſare de falſo, vtrum, & qualiter poſſit iſtud incidens criminale exerceri in iudicio ciuili? videamus; & certe iſta accuſatio poteſt obijci lite pendente, vt habetur *in l. nullum 14. C. de teſtibus.* per Abb & Ioan. de Anan *in c. 1. de fal.* & Bald. & Doct. *in l ſi peſtuletur. fin. C. de fide inſtr.* eſt ritus magnæ curiæ *in num. 195.* incip. *Item ſeruat dicta curia non concedere, &c.* Verum, ſi quæris an faciat ſuperſederi in cauſa principaliter intentata? dic, ſi quæſtio falſi mouetur contra teſtes, proceditur interim in cauſa; ſecus ſi mouetur contra principalem, qui teſtes, vel ſcripturam falſam produxit: ita te- 1

net Bald. *in d. l. ſi poſtuletur. fin. circa fin.* & Bald *in l ſi quis teſtibus.17. colum.2. in fin. verſ. quæro poſito, &c. C. de teſtib.* de qua materia vide aliqua per Matth. de Afflict. *in cōſtit. Si ciuiliter agens. col. pen. & fin.* vbi alle-
2 gat quandam nouellam conſt. Regis Cath. Et † poteſt tunc teſtis falſus puniri per iudicem, coram quo depoſuit: etiam ſi alias eſſet ſuus incompetens iudex; quia ratione ſuæ falſæ depoſitionis efficitur de eius foro, vt *d. l. nullum.* & ibi Bald. & Sal. & habetur *in d. c. 1. de crim. falſ.*

[Huic aduerſari videtur *l. diuus Pius.31. ff ad l. Cornel. de falſis.* ideo Bartolus, Boſſius, Clarus, item Couarr. *pract. quæſt. cap.*18. *nu.*8. conciliationis gratia in hanc diſtinctionem iuerunt, quod videlicet iudex ordinarius, item delegatus à principe punire poſſint teſtem falſum, licet nullam alioqui in eum iuriſdictionem habeat; delegatus autem inferioris non item; ſed cum nullum huius diſtinctionis veſtigium in ſupra allegata lege reperiatur; rectius illi docent, qui dicunt, quemlibet iudicem, qui de crimine cognoſcendi, illudque puniendi poteſtatem habet, punire poſſe teſtem falſum coram ſe deponentem, licet teſtis ille fori præſcriptionem, & alium iudicem habeat, apud quem conueniri, & à quo puniri debeat, de quo, vide Fachin. *lib.9. controuerſ. iur. cap.26.* Priorem autem opinionem ſequitur Viuius *in ſyl. comm. opin lib. 3 opin.*910.

3 Ex hoc † autem inoleuit practica, quod facta publicatione in cauſa, pars, quæ vult aduerſarium accuſare de falſo, ſolet ipſum interrogari facere, ſi vult vti teſtibus, & ſcriptura per eum productis, & ſi ille dicit, quod ſic; poteſt tunc accuſare, & falſitatem probare, qua probata punitur ad amiſſionem cauſæ, & eſt Regia pragm. quæ incipit: *Teſtem falſum.* vltra quam pœnam punitur etiam pœna falſi, vt ibi dicitur, & probatur etiam *in l. in fraudem 45. § quoties.7 ff de iure fiſc.* Dicta autem interrogatio fit ad effectum, vt ſi aduerſarius dicit, ſe velle vti, non poſſit poſtea renunciare teſtibus infra octo dies poſt publicationem, & euitare pœnam: vt dicitur *in d. pragm.* & de hac materia, & qualiter debeat fieri reſponſio ad iſtam interrogationem, videlicet ſimpliciter, vel conditionaliter, tractatur *in dict. deciſ.* 189. *conſil. Neap.* & dixi de inſtrumenti productione ſupra, *in 8 actu. verſic. Quid autem ſi producatur inſtrumentum falſum, &c.* Sed † quid, ſi fuit productus
4 clericus in teſtem coram iudice laico, & falſum depouit, an poſſit punire per iudicem laicum? Baldus *in d. l nullum.14. C de teſtib.* tenet, quod ſic. Sed magis communis opinio eſt in contrarium, per *cap. ſi diligenti 12. de foro competen* nam ſi clericus deliquit coram iudice Eccleſiaſtico, non ſuo, verum eſt quod poteſt per eum puniri; ſecus per ſecularem, ita tenent Innocen. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. *in c verum. 7. de foro competen.* Ioan de Ana. *in d. c.1 col.1. de crimin.*
5 *falſ.* & habetur *in deciſ* 230. *conſil. Neap.* Iudex † enim ſecularis non poteſt imponere manum in clericum, cauſa puniendi, etiam de mandato ſui Epiſcopi, adeo quod etiam ſi Epiſcopus mandaret iudici laico, quod clericum torqueret, vel verberaret, non poſſet hoc facere, ſed capere tantum poteſt ex ſuo mandato, ſcilicet Epiſcopi, & remittere eum Epiſcopo. Ita tenet Ioan. de Anan. *in c. 2. col. 2. in fin. de crim. falſ.* & Petr. de Anch. *in c. vniuerſitatis.24 in fin de ſent. excomm.*

[De prædicta quæſtione, An clericus falſum teſtimonium dicens coram iudice ſeculari, ab eo puniri poſſit? & triplici Doctorum ea de re ſententia, vide Fachin. *lib.9. controuer. cap.* 27. vbi veriorem & communiorem dicit: clericum non poſſe à iudice ſeculari puniri, nec in perſona, nec in ære, de quo vide etiam Couarr *pract quæſt. c.*18. *nu* 8. & alias a Fachinæo *d. cap* 27 *lit. A* allegatos, qui etiam eius ſententiæ rationes aſſignat, & reſpondet ad contraria, cui adde etiam Viuium *in ſyl. com. opin. lib* 1. *opin.*103.]

Quid † autem econtra? pone, quid laicus fuit 6 examinatus coram iudice Eccleſiaſtico, & falſum depoſuit, an poſſit puniri per iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem? dic. quod poteſt per vtrumque iudicem puniri, & habet locum præuentio, ſi is, coram quo prius accuſatur, procedit contra eum: ita habetur *in. deciſ.*219. *conſil. Neapol.* vbi plures allegantur. Vbi etiam plus dicitur, quod dato, quod laicus procedat contra talem teſtem, & puniat eum: poteſt nihilominus etiam iudex Eccleſiaſticus procedere, & punire eum pœna Eccleſiaſtica, per ea, quæ habentur *in cap. felicis.5 de pœn lib. 6. & in alijs locis ibi allegatis.* Robertus Maranta Venuſin. V. I. D.

## De teſtium repulſa. Et quæ, quot ve ſint ad eius vſum neceſſaria. Et quibus illa contingat.

SVMMARIA.

1 *Repulſa teſtium qualiter, & quando petatur, & quis terminus detur ad eam: & quid repulſæ repulſa.*

2 *Repulſa teſtium fit contra perſonas, vel contra dicta: & vt concedatur, alterum de tribus requiritur, maxime proteſtatio.*

3 *Repulſa contra teſtes debet crimina in ſpecie continere, nec ſufficit probare in genere, quod quis ſit criminoſus.*

4 *Teſtis deponens in fauorem partis aduerſæ non facit fidem, cum pars aduerſa fuit proteſtata, ſe eum velle repellere.*

5 *Repulſam petens, & non probans, ſaltem ſemiplene punitur ad decem tarenos. Idem ſi producit articulos impertinentes.*

6 *Teſtes debent citari, & etiam examinari intra terminum datum ad repulſam, & eo lapſo, non admittuntur.*

7 Re.

7 *Repulſa teſtium, dicitur odioſa.*
8 *Repulſa teſtium, an poſſit ſimul fieri in primis capitulis cauſæ principalis.*
9 *Repulſa non fit contra ſcripturas, ſed ſolum contra teſtes.*
10 *Producens teſtem pro ſe, an poſſit eum reprobare in eadem, vel alia cauſa, & num. 11.*
12 *Producens teſtem, poteſt illum, quo ad eius dicta repulſare.*
13 *Repulſa, an & quando admittatur in cauſa appellationis.*
14 *Repulſa an admittatur in cauſa attentatorum.*
15 *Repulſam opponens, & non probans contra teſtes, an teneatur iniuriarum.*
16 *Repulſa non permittitur in teſtibus per producentem approbatis.*
17 *Repulſa non conceditur in crimine læſæ maieſtatis.*
18 *Repulſa non admittitur in cauſa blaſphemiæ Dei.*
19 *Repulſa in cauſis ſummarijs, vbi ſemiplenæ probationes ſufficiunt, non admittitur.*

TERTIVS DECIMVS actus, qui ſucceſſiue emergit in iudicio, eſt REPVLSA TESTIVM.
1 Nam † facta publicatione proceſſus, ſi aliqua partium habet teſtes contrarios, qui valde vigent contra eum, poteſt in iudicio petere terminum ad repulſam, qui terminus conceditur per iudicem, & eſt medietas primi termini probatorij, vt deciditur per Regiam pragm. quæ incip. *Curſu delationum.* & petitur iſte terminus immediate poſt lapſos octo dies, conceſſos per dictam pragmaticam, ad percunctandum proceſſum; quo termino dato ad repulſam elapſo, ipſo iure cenſetur publicatum in cauſa repulſæ. Sic diximus ſupra de publicatione in cauſa principali. & facta dicta publicatione, ſi altera pars videt ſe grauari per dictam repulſam, id eſt, quia ſui teſtes reprobati: poteſt petere nouum terminum ad repulſam repulſæ, & datur ſibi medietas termini dati ad repulſam, & elapſo hoc termino, fit publicatio ſuper iſta repulſa repulſæ: & vlterius non datur alia repulſa, ne procedatur in infinitum: ita hæc omnia habentur in dicta pragm. *Curſu dilationum.* Pro aliquali tamen introductione iuuenum, ad hanc materiam formo TRES QVÆSTIONES. PRIMA erit, qualiter debeat fieri iſta repulſa teſtium. SECVNDA, an poſſit quis reprobare teſtes per eum productos. TERTIA erit, an teſtes poſſint repulſari in cauſa appellationis, qui non fuerunt reprobati in cauſa principali.
2 AD † PRIMAM QVÆSTIONEM eſt ſciendum, quod repulſa fit altero de duobus modis, videlicet, vno modo contra perſonas, alio modo contra dicta teſtium. Item præſuppono, quod repulſa non conceditur petenti, niſi concurrat alterum DE TRIBVS REQVISITIS, quæ traduntur *in c. præſentium. 31. de teſtib.* PRIMVM eſt, quod ante publicationem ſit proteſtatus, ſe velle reprobare teſtes, & ex hoc inoleuit illa practica, qua quotidie vtuntur procuratores: vt tempore quo comparent viſuri iuramenta teſtium, proteſtentur contra perſonas teſtium, & dicenda per eos, non tamen nego, quin quandocunque in alio actu ante publicationem poſſit fieri dicta proteſtatio, vt *d. c. præſentium. 13. de teſtib.* vide Franciſc. de Aret. de veritate huius dicti. Hoc tamen intellige, quando teſtis haberet aliquem defectum, per quem reprobatur fauore ipſius reprobantis, quia tunc requiritur proteſtatio: alias videtur conſentire, & teſtem approbare. Secus, ſi defectus eſſet in odium ipſius teſtis, vt quia eſſet excommunicatus, vel bannitus: quia tunc etiam ſine proteſtatione poteſt repulſari: ita declarat Baldus *in leg. ſi quis teſtibus. 17. colum. 2 in fine. verſic. dubitatur hic, &c. C. de teſtib.* licet ſubdat, quod cauti Aduocati ſemper interponunt dictam proteſtationem eo modo, quo ſupra. SECVNDVM requiſitum eſt, quando probat, quod poſt publicationem habuit notitiam de defectibus, & exceptionibus, contra teſtes: idem ſi forte fuiſſet abſens tempore receptionis teſtium vſque ad publicationem, ſecundum Baldum *in dict. l. ſi quis teſtibus. verſic dubitatur hic, &c. circa finem* & not. gloſſ. & Bald. *in l laudabile. 4. C. de Aduoc. diuer. iudic.* TERTIVM requiſitum eſt, quando non fuit proteſtatus, & iurat ſe non petere repulſam ex malitia; alias ſibi non conceditur, vt *in c. præſentium. 13. de teſtibus.* vbi iſta traduntur. REVERTOR nunc † AD PRIMVM MODVM repulſandi, ſcilicet, contra perſonas teſtium: quo caſu non ſuffi- 3
cit allegere crimina in genere, dicendo, qualiter ſunt homines malæ vitæ, fures, adulteri, vel quid ſimile: ſed eſt neceſſe, quod criminaliter opponantur in ſpecie, puta, quod fecerunt tale crimen, tale furtum, vel ſimile: ita tenet Bartolus *in l. teſtium. 3. § lege Iulia. 4. ff de teſtib.* Bald. *in authent. ſi dicatur. in fin. C. de teſtibus.* & Bartol. *in l 1. in fin. C. de teſtibus.* pro hoc eſt text. *in c. præſentium. 2. §. teſtes. de teſtibus. lib. 6.*

[Ad Viuium *in ſyl. comm. opin. 925. lib. 3. nu. 1.* vbi oſtendit hanc eſſe communem opinionem.]

Et ſimiliter quando vult quis repullare dicta teſtium, debet in ſpecie obiicere, quod ſint falſarij: quia falſum depoſuerunt ob talem rationem, & in tali loco examinis. Item, quod ſint varij in eorum dictis, in tali loco examinis, &c. iuxta *l. qui falſa, aut varia. 16. ff. de teſtib.* & not per Bart. *in l. eos 27. ff. de fal.* Item quia ſunt ſingulares, iuxta not. Bald. plene *in l. teſtium. 18. C. de teſtibus.* Item; quia non deponunt de ſenſu proprio: iuxta not. per Alexand. & Modern. *in l. è re eſt. ff. ſi certum petat* & dixi ſupra de teſtium productione, & ſic de alijs ſimilibus. Pars vero contraria eodem tempore facit articulos comprobatorios, putando, quod ſunt homines bonæ vitæ, & emendatæ, & quod per triennium perſeuerarunt in eorum bonis moribus, & emendatione: quo caſu per tantum tempus præſumun-

tur boni & emendati, text. eſt, & ibi Angel. *in fin. in. Authent de monachis. §. 1.* Item, poteſt articulare, quod non ſunt varij; ſed reducibiles ad concordiam: iuxta not. per Alexand. & Doctores *in l. mutuum 2. §. creditum. 3. ff. ſi certum petat.* Felin. *in cap. cum tua. c. in noſtra. & ibi gloſſ. de teſtib.* & Bartol *in l. Gallus. 29 §. ille caſus. 15. ff. de lib. & poſthum.* & ſic patet ex prædictis, quando repulſentur teſtes, quo ad
4 perſonas, & quando quo ad dicta. Vnum † tamen ſcias, quod illa proteſtatio, quæ fit contra teſtes, habet vnum mirabilem effectum, qui eſt talis: videlicet, quod ſi contingat teſtes deponere aliquid in fauorem alterius partis proteſtantis, non faciant fidem in eius fauorem, & ratio eſt; quia per dictam proteſtationem cenſetur declarare ſe nolle ei fidem adhibere, ita de hoc eſt text. *in d. c. præſentium 31. in fin. de teſtibus.* vbi hoc expreſſe tenet. Felin. in vltim. not. quod eſt mente tenendum: quia quotidie in ſingulis cauſis fiunt iſtæ proteſtationes, & pauci aduertunt: nam ex hoc poſſunt eſſe damnoſæ proteſtantibus, vnde caueant procuratores, ne paſſim faciant iſtas proteſtationes: niſi quando omnino ſunt certi, quod velint teſtes repulſare. De cuius tamen dicti declaratione, & veritate, vide omnino Franc. de Aret. *in d. c. præſentium. col. antepen. & penult.* [ Vide etiam hac de re Viuium *in ſyln. commun. opinionum libro. 3. opinio. 929. numero 2. & ſequentibus.* ]

5 Ad euitandas † tamen malitioſas petentium repulſas eſt in regno prodita Regia pragmat. quæ incipit: *Crimina*, quæ irrogat pœnam decem tarenorum opponenti crimina contra teſtes: ſi illa non probauerit ſaltem ſemiplene, vel per famam publicam: & ſimiliter ſi quis ſub colore repulſæ producit nouos articulos impertinentes, qui poſt publicationem produci non poterant, obſtantibus regulis traditis *in authen. at qui ſemel. & ibi per Bart. C. de probat.* punitur pro quolibet articulo impertinenti producto, in cauſa repulſæ, ad 5. tarenos, ſi fuerit principalis: ſed procurator punitur duplicata pœna: vt eſt alia prag. quæ incip. *Contingit ſæpe, &c.*

6 Super hac repulſa eſt † ſciendum, quod teſtes debent citari, & etiam examinari infra terminum datum ad repulſam: alias elapſo termino non admittuntur: vt eſt ritus magnæ curiæ, *num. 156.* qui incip.
7 *Item, quod facta, &c.* & eſt ratio; quia † repulſa eſt odioſa, & reſtringenda, & dilationes in ea conceduntur cum grandi cauſæ cognitione: ſecundum Abb. *in c. licet dilectus 49 in fi. de teſtib.* licet ſecus ſit in cauſa principali: vbi non viget tale odium; quia teſtes citati, & iurati infra terminum, poſſunt examinari poſt terminum: vt dixi ſupra *in verſic. dilatio. circa*
8 *fin. & in verſic. teſtium productio.* Quid † autem, ſi quis in primis articulis vellet repulſare teſtes, & facere ſuas probationes ſimul cum repulſa: an poſſet? Dic, quod non: quia ſunt articuli pertinentes tunc: vnde non admittuntur niſi poſt publicationem: niſi vellet quis repulſare ex cauſa inimicitiæ: quia poteſt ante publicationem, & non ex alia cauſa: de hoc eſt alius ritus magnæ curiæ, *num. 235.* qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia, quod in exceptionibus, &c.*
Fuit † autem introducta repulſa ſolum contra teſtes: ſed contra ſcripturas non conceditur, ſed bene 9
datur facultas parti accuſandi vtentem falſis ſcripturis, vt dixi ſupra in actu præcedenti, & de hoc eſt ritus magnæ curiæ, *num 165.* incipiens, *Item*
*ſeruat dicta curia non concedere, &c.* AD † SECVN- 10
DAM QVÆSTIONEM PRINCIPALEM dico, quod communis concluſio eſt, quod producens teſtem pro ſe, non poteſt illud reprobare: quia per productionem cenſetur approbatus, vnde non auditur volendo illum repulſare, tanquam ſibi ipſi contrarius, text. eſt, & Bald. *in l. ſi quis teſtibus. 17. C. de teſtib. & in c. de teſtib. 29. & ibi Abb. & Felin extra de teſtib.* Lud. Roman *in conſil. 104. in fin.* Lanfran. *c. quoniam contra in verſic. teſtium vnum non omitto, &c. de probat.* Bart. *in conſil. 92. col. penult.* & Iaſ. *in l qua. 1. §. editiones. 2. colum. 3. in fin. verſic. adde fortius, &c. ff. de edend.* vbi hoc ampliat, etiam ſi producatur poſtea contra eum in alia cauſa, & pro alia cauſa, & per aliam perſonam: ita tenet Ioan. Andr. *in addit. Speculat. in tit. de teſte. §. ſæpe. verſic. quid ſi produxit, &c.* [ Contrarium tenet Odofre. Alber. & Boer. *deciſ. 245. nu. 6. & ſeq.* citati à Viuio *in ſyl. cō. op. lib. 3. op. 934. n. 3.* ] Et cenſetur approbatus teſtis per ſolam productionem: licet alias producens eo non vtatur: ſecundum Felin. *in d. c præſentium de teſtib. col. 3. & verſic. habet locum, &c. de teſtib.* hanc opin. tenet Ioan. Andr. *in d. § ſæpe. verſic ſed quid, ſi eum, &c.* licet Speculat.
ibi aliter diſtinguat. LIMITA tamen † hoc, quan- 11
do poſt productionem naſceretur noua cauſa: puta, quia ſuperuenirent inimicitiæ: quia poteſt repulſari ex noua cauſa, vt eſt text. *in l ſi quis teſtibus*
*17. C. de teſtibus.* Secundo LIMITA, † quo ad repul- 12
ſam perſonarum procedere iſtud: ſecus quoad repulſam dictorum per teſtes: quia poteſt producens reprobare teſtes, quo ad eorum dicta, puta probando, quod falſum depoſuerunt: ita tenet Abb. *in d. c. præſentium col. 3. & 4* & fateor tamen, quod ſi facta publicatione producens taceret, & non reprobaret dicta teſtium, cenſeretur approbaſſe, & ita poſſet procedere dictum Lud. Roman. *in conſ. 104. in fin.* vbi videtur contrarium huic dicto Abb. AD TER-
TIAM † QVÆSTIONEM PRINCIPALEM re- 13
ſpondeo, quod iſta quæſtio dicitur per Andr. de Iſer. in conſtitut. *Iuriſperitorum.* vbi tenet, quod in cauſa appellationis non admittitur repulſa, niſi ex ſola cauſa falſitatis, & ita ſeruatur in regno, vnde quilibet litigator nitatur probare teſtes in cauſa principali: quia poſtea non admittitur in cauſa appellationis, niſi vellet eos redarguere de falſo. Verum ego reſtringo iſtud dictum procedere in teſtibus iam examinatis, in cauſa principali: ſecus eſt, ſi quis nouos teſtes produxit in cauſa appellationis: quia puto, quod aduerſarius poteſt illos reprobare, ex quo non

non potuerunt repulſari in cauſa principali; quia non fuerunt producti, arguendo à ratione ceſſan-
14 te. Quid † autem in cauſa attentatorum, an admit-
15 tatur repulſa? vide *deciſ.* 351. *conſil. Neapol.* Et † quid, ſi opponens crimina contra teſtes non probet: an teneatur actione iniuriarum ipſis teſtibus? & quid, ſi fuerit proteſtatus, quod non animo iniuriandi. &c. vide vnum pulchrum conſil. Soc. *in conſ.* 118. *col.* 3. *&* 4. *in* 1. *vol.*

[De hac quæſtione; An videlicet opponens contra teſtes crimen aliquod, vel excipiens quod ſint falſarij, infames, improbi, &c. actione iniuriarum teneatur, ſi crimen obiectum non probet? controuertunt Dd. teſte Gail. *libr.* 2. *obſ.* 101 *nu.* 7. qui communem opinionem eſſe dicit; quod is actione iniuriarum teneatur. cui adde Viuium *in ſyl. comm. opin. libr* 3. *opin.* 925. *num.* 2. qui etiam refert, quid in Regno Neapol. tali caſu obtineat. Contrariam autem ſententiam defendit Fachin. *lib.* 9. *controuer. cap.* 13. quem vide.]

16 VLTIMO, EX SECVNDA QVÆSTIONE PRÆCEDENTI poteſt colligi vna LIMITATIO ad regulam, quæ ſe habet, quod repulſa teſtium eſt regulariter permiſſa, nam fallit in teſtibus approbatis per producentem: vt ibi fuit dictum, & not. Card. *in Clem. fin. in fi. de teſtib.* Secundo † LIMITA in cau-
17 ſa criminis læſæ maieſtatis; nam in ea non habet locum repulſa teſtium, *l. famoſi.* 7. *& l in quæſtionib.* 8. *&*
18 *ibi Bart. ff. ad leg. Iul. maieſt.* Tertio † LIMITA in cauſa blaſphemiæ DEI; quia non admittitur repulſa; quia hæc æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, ita tenet Par. *in tract. ſynd. in verſ. condemnatio. col* 4. *in fin.*
19 Quarto LIMITA † in cauſis ſummarijs, vbi ſufficiunt ſemiplenæ probationes; quia non admittitur in eis repulſa, vt not. Abb. *in c. veniens.* 38 *el.* 2. *col.* 5. *in princ. de teſtib* & ibi etiam Felin. *in* 6. *col* de cuius dicti veritate vide Franc. Arer. *in d. c. veniens. colum.* 9. vbi diſtinguit. *Robert. Marant.*

## De quæſtione, quæ duplici nomine admittitur. In quibus locum illa habet, Et quo ordine ad eam perueniatur.

SVMMARIA.

1. *Tortura quandoque datur ad pœnam, quandoque ad veritatem eruendam. num* 4.
2. *Tortura ad pœnam, eſt meri imperij.*
3. *Banna facta ab officialibus ſub tortura pœna an valeant.*
5. *Tortura pro quibus criminibus irrogari poſſit.*
6. *Tortura irrogari poteſt teſtibus vacillantibus, tam in cauſa ciuili, quam criminali.*
7. *Tortura an poſſit irrogari in crimine vſurarum.*
8. *Tortura an poſſit in cauſa appellationis irrogari.*
9. *Tortura quandoq; datur ad eruendam ſolam reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam, & tunc ad eam deuenitur ſine indicijs.*
10. *Proceſſus criminalis qualiter & quo ordine debeat à iudice fabricari, vt poſſit ad torturam deueniri.*
11. *Iudex habens aliunde probationes, peccat mortaliter torquendo reum.*
12. *Tortura inuenta eſt ad veritatem inueſtigandam, ob defectum probationum.*
13. *Tortus in membris corporis, læſionem pati non debet.*
14. *Iudices cauti clam interponunt decretum de torquendo reum, ne detur materia appellandi.*
15. *Confeſſio in tortura, ratificari debet extra tormenta, cum breui termino ad producendum defenſiones.*
16. *Indicia purgata ſunt reo in tortura non confitente.*

QVARTVSDECIMVS actus, qui ſucceſſiue emergit in iudicijs, eſt TORTVRA, quæ † datur ad DVPLICEM EFFECTVM; QVANDOQVE 1
enim datur AD POENAM, & QVANDOQVE AD VERITATEM ERVENDAM. DE PRIMO caſu non eſt materia noſtra, quia illa eſt potius executio ſententiæ; nam datur tortura ad pœnam, in omnibus criminibus, in quibus eſt pœna arbitraria, in quibus permittitur iudici acriter verberare in corpus, iuxta *l. fin. de iniur.* & in quampluribus alijs legibus iuris ciuilis hoc cauetur: vt not. Bart. & Modeſt. *in l. imperium* 3 *ff. de iur omn. iudic.* & Bart. *in l. interdũ* 56. *§ qui furem* 1. *ff. de fur. & in l. cum ſeruus.* 15. *ff de condi. ob cauſam.* in quibus locis dicit Bartol. quod † tunc 2
tortura eſt meri imperij, ex quo irrogatur pro pœna criminis. Poteſt etiam poni † exemplum in 3
bannis officialium, qui vt plurimum faciunt banna, quod nullus ambulet de nocte, vel portet arma, ad pœnam quatuor tractuum chordæ, quæ banna, quando fiunt per iſtos officiales inferiores, non habentes poteſtatem ſtatuendi, non valent: quia non poſſunt alterare pœnas legales: ita declarat Paris *tract. ſynd. verſic. tortura in c. an in cauſa pecuniaria. &c.* Solum ergo iſta banna valerent in criminibus, in quib. eſſent arbitraria, vt ſupra dixi. quia poteſt iudex tunc ex ſuo arbitrio eligere iſtam pœnam. DE SECVNDO † effectu haberemus nos tractare, ſcili- 4
cet, quando irrogetur ad veritatem eruendam; & quia hæc eſt materia multum prolixa, & in multis libris & tractatibus ventilata (nam plene eam tractat Par. *in d. verſ tortura* Angel. de Arer. *in tract. malef in verſic fama pub. &c.* Gand. *in tract. malef. in tit. de quæſtionibus & tormentis.* Franciſc. Benous *in ſuo ſolenni tractat de indicijs & tortura.* Cæp. in quampluribus ſuis conſilijs, nouiſſime tractatur ſatis copioſe per ſublimis ingenij Mod. Hippolyt. de Marſil. *in ſua lectur. ſuper titul ff. de quæſtionibus.* adeo, quod ſi vellemus hic ponere tractatum ſuo ordine, non eſſet aliquid addendum, ſed ſolum tranſcribendum, quod putaui ſuperuacuum, ideo quantum ad hunc tractatum ero ſola remiſſione contentus ad loca præallegata) ſolum pro introductione iuuenum ad actum practicæ, tangam DVAS BREVES QVÆSTIONES,

nes. Et Prima erit: in quibus cauſis habeat locum, & poſſit irrogari tortura. Secvnda erit, quo ordine ſit deueniendum ad torturam. Ad pri-
5 mam qvæstionem † dico, quod tortura quãdoque datur principali: quandoque teſtibus. Primo Casv, quando datur principali ad veritatem eruendam, irrogatur ſolum in cauſis criminalibus irrogantibus pœnam vltra relegationem, & non in alijs criminibus: & ita ſeruatur in regno: prout de hoc eſt cap. regni, quod incipit: *Tormenta.* & aliud, quod incipit: *Si iuſte.* poteſt etiam de iure irrogari tortura in cauſis ſimilibus habentibus crimen annexum, vt eſt text. & ibi Abb. *in c. grauis 1. depoſ.* & tenet Socin. *in conſil. 219. in 1. vol.* in cauſis autem mere ciuilibus non deuenitur ad torturam; quia in illis ſuccedit regula, actore non probante, &c. *l. qui ac-*
6 *cuſare. 4. C. de ed. & c. fin. de iureiur.* Secundo † Casv, quando ſumus in teſtibus, poſſunt torqueri teſtes, tam in cauſa ciuili, quam criminali, quando variant, ſeu vacillant, propter ſuſpicionem falſi, vt *in Authent. de teſtib. § ſi vero ignoti* not. Bald. *in l. presbyteri 8. col. 1. C. de Epiſc. & cler.* Bartol. *in l. criminib. 1. § qui quæſtionem. 21. ff. de quæſt.* Alexand. *in conſil. 63. in 1. vol.* Cæp *in conſ. 5.* Andr. de Iſern. *in conſtit. Si damnabiland.* & Bald. *in l. milites. 8. C. de qu.*

[ Vt teſtis ad eruendam veritatem torqueri poſſit, duo copulatiue requirit gloſſ. *in § teſtes l. vnius. ff. de quæſt.* videlicet, vt vacillet, & vt dicat, ſe interfuiſſe, per *l. ex lib. ff. d. tit.* In ſenatu autem Pedemontano, deciſum fuiſſe ſcribit Ant. Teſſaur. *deciſ. 42. num 3.* quod ex eo ſolo, quod actui præſens fuit, torqueri poſſit. Vbi etiam ex Bald. & gloſſ. probat, teſtes etiam per viam torturæ cogi poſſe, ad deponendum, quid ſciant de negotio, per tex. *in l. vnius. § teſtes ff. eod. in fin. C. de abolit.* idque etiam in ciuilibus locum habere, ſi veritas aliter haberi non poſſit. quod etiam Iuſtiniani ſanctione in teſtibus ignobilibus ſatis aperire deciſum videtur, *in § ſancimus. Authen. de teſtib. col. 7* Natt. *conſ. 349. n. 1 & in fin. conſilij.*]

7 An † autem in crimine vſurarum poſſit irrogari tortura? vide Socin. tenentem, quod ſic, *in conſil. 219.*
8 *in fin. 2. volum.* & † quid in cauſa appellationis, an poſſit irrogari tortura? vide Ioan. de Anan. *in conſil. 1.*
9 *in fin.* Scias † tamen, quod quandoque poteſt irrogari tortura non ad eruendam veritatem, ſed ad eruendam ſolam reſponſionem affirmatiuam, vel negatiuam; & tunc datur ſine alijs: vt quando accuſatus, vel inquiſitus non vult reſpondere iudici ſuper accuſatione, vel inquiſitione, non poteſt torqueri ad hoc, vt reſpondeat: ita tenet Bald. *in l. accuſationem. 6. in 3. colum. C. qui accuſ. non poſſ.* & ipſum ſequitur Paris. *in tractat. ſyndic. in verſ. tortura. in c. ſe-*
10 *quitur, quo, & c in fin.* Ad † secvndam qvæstionem principalem, dico, quod iſte eſt communis ordo, qui ſeruatur in criminalibus ad aliquem torquendum: nam ſi proceditur per accuſationem, & crimen eſt tale, quod ſi probaretur, veniret irrogando pœna vltra relegationem, citatur accuſatus, & datur ſibi copia libelli ſumptibus accuſatoris, quod ſuper eo lis conteſtatur, & datur terminus ad probandum, & fiunt articuli & probationes, ſicut in ciuilibus. Sed ſi proceditur per inquiſitionem, iudex volens cautius agere, ne inſtruat reum ad fugam, debet prius capere informationem honeſto modo, & clam, parte non citata, & ſi videt extare indicia per illam informationem; tunc capit reum de perſona, ne fugiat: & ſi extat fama publica contra eum, formabit capitula inquiſitionis; nam illa forma ſuccedit loco accuſatoris, & ſine ea non poſſet regulariter fieri inquiſitio, quod dic. vt plene dixi ſupra. *circa princip. huius 6. partis, in verſic inquiſitio.* not. Philip. Dec. *in conſil. 170. colum. 2. & conſil. 175. colum. 2. & conſil. 189. colum fin.* deinde formatis capitulis iudex facit reum citari ad recipiendum copiam capitulorum, quæ capitula ſunt ſicut articuli in ciuilibus: nam continere debent omnia crimina, quæ inquirendo probare intendit iudex contra reum, & comparente reo in termino interrogabit primo iudex ipſum ſigillatim ſuper vnoquoque capitulo, & eius reſponſionem faciet per Notarium actorum annotari in calce vniuſcuiuſque capituli, & illa reſponſio habet vim litis conteſtationis, deinde dat ſibi copiam capitulorum, & reſponſionum ſuarum, ad hoc, vt poſſit formare ſuas exceptiones, & facere ſuas defenſiones, & datur ſibi terminus ad probandum, & defendendum, qui terminus eſt communis etiam curiæ inquirenti, & infra illum terminum iudex repetit teſtes parte citata, quia alias non facerent indicium, vt dicit Bartol. *in l. qui ſine. fin. ff. de qu.* & fabricato proceſſu, ſiue per accuſationem, ſiue per inquiſitionem, vt ſupra: Iudex facit citari reum ad publicationem, ſicut in ciuilibus, & dat copiam proceſſus reo, ſi vult, ſumptibus tamen ipſius rei, ad hoc, vt poſſit conſulere Aduocatum, & facere allegationes, & diſputationes ad euacuanda indicia, & ſi vult terminum ad repulſam reus, conceditur ſibi. Et facta publicatione ſuper repulſa, & admiſſis allegationibus rei, iudex mature videt, ſi ex proceſſatis extant plenæ probationes, condemnabit reum ſeruato iuris ordine, ad pœnam legitimam, ſine alia tortura. Nam peccat mortaliter † iudex, tunc torquendo reum, ſi habet aliunde plenas probationes, vt dicit Andr. de Iſern. *in d. conſtitut. Si damna. colum 7.* 11
Nam tortura † fuit inuenta ob defectum probationum ad veritatem inueſtigandam, vt dicit idem 12
Andr. de Iſern. *in c. 1 § inſuper locum 1. de controuer. inter do. & fid. de inueſtit.* ſi vero non eſt plene probatum; & tunc ſi indicia, quæ extant, non ſunt ſufficientia, liberabit reum præſtito ſibi prius iuramento purgationis: vt declarat Iaſ. *in l. ait prætor. 3. in princ. colum. 5. de iureiur.* Iudices tamen maiori ſecuritate ſolent in iſto caſu liberare reum cum fideiuſſoria cautione ad effectum, vt ſi in futurum emergant

gant noua indicia, poſſit iterum procedi contra eum, ne delictum remaneat impunitum; ſi vero indicia ſunt ſufficientia ad torturam; & tunc Iudex poteſt reum tormentis ſubijcere, & ipſum torquere ſufficienter, & moderate, habito reſpectu ad complexionem, & robuſtitatem ipſius rei: ita vt non lædatur per eum in aliquo membro. † Nam in tortura
13 debet adhiberi hoc moderamen, vt tortus non patiatur læſionem in membris corporis, vt inquit And. de Iſern. *in d. conſt. ſi damna. col. 6.* & quæ, & qualia ſint iſta indicia ſufficientia, non pono hic; quia de-
14 clarantur plene per Doct. in locis præallegatis. † Solent hic cauti Iudices non interponere decretum palam de torquendo reum, ne detur materia appellandi: nam cum iſta ſit executio irretractabilis, ligarentur manus Iudicis per ſolam appellationem ante inhibitionem, vt dicetur infra in materia appellationis, ſed ducto reo in pede tonduli, ſtatim cum incipit ligari, ſolent interponere decretum de torquendo, & eo interpoſito immediate torque-
15 tur, † qui reus, ſi confitetur in tortura, Iudex antequam condemnet, debet illam confeſſionem ratificari facere extra tormenta, puta die ſeq. alias non poſſet condemnare, ſecundum Bar. *in l. de cuſtodia. 1. ff. de cuſt. reo.* & Abb. *in c. qualiter, & quando. 2. 4. el 2. in fin. de accuſat.* & eſt tex. *in l. ſi quis 2 C. de cuſtod. reor.* & ratione facta extra tormenta debet iudex dare vnum breuem terminum reo ad producendum omnes ſuas defenſiones aduerſus ſuam confeſſionem, puta duorum dierum, qui terminus eſt de communi obſeruantia, vt ex nulla parte remaneat reus indefenſus, vt not. Salic. *in d. l. ſi quis. 2. C de cuſtod. reo.* & habetur per Matth. *in conſt. Si damna. colum. 9 per l. deſertorem. 3. §. ſi ad diem. 7. ff. de re mil. & l. ſi non defen-*
16 *dantur. 19. ff. de pœnis.* † Si vero reus non confitetur in tormentis; tunc per torturam ſunt purgata indicia, & debet abſolui, ſed ſi facta publicatione videt Iudex, quod ex proceſſu non ſunt indicia ſufficientia; tunc non expectata ſententia, debet ſtatim liberare reum, à carcere ſub fideiuſſoribus, vt eſt capitulum Regni, quod incipit: *Ab illo inchoandum.* Robert. Marant. Ven. V. I. D.

[Quatuor ſunt diuerſæ Dd. opiniones de reo, qui ex vehementioribus indicijs & argumentis quæſtionibus ſubiectus, crimen nullo modo faſſus eſt, ſed conſtanter negauit; quidam enim volunt, eũ nihilominus condemnandum; quidam vero abſoluendum; alij mitiori ſeu extraordinaria pœna afficiendum; alij denique cauſam indeciſam relinquendam: reo tamẽ ex carceribus liberato, fideiuſſore dato, de iudicio ſiſti, ſeu de ſe præſentando, vt videre eſt apud Clarum, *in § fi quæſt. 64. ver illata reo tortura.* Gomez. *var. reſol. tom. 3. c. 13. n. 28.* Menoch *de præſum. li. 1. quæſt 39.* Fach. *lib. 1. controuerſ. c. 33.* qui eorum ſententiam amplectitur, qui reum abſoluendum eſſe dicunt, rebus tamen ſic ſtantibus, vt pragmatici loquuntur, rationes quibus mouetũr, & quomodo ad contraria argumenta reſpondeat, apud ipſum videre potes: omnia enim hic deſcribere nimis longum foret.]

## De concluſione in cauſa, & de eius verbi energia.

SVMMARIA.

1 *Concluſio in cauſa qualiter fiat de iure communi, & qualiter ſecundum iura municipalia Regni, & quid importet.*
2 *Allegari in iure poteſt poſt concluſionem in cauſa.*
3 *Reſtitutio in integrum, poſt concluſionem in cauſa peti poteſt.*
4 *Concluſione facta in cauſa, defertur iuramentum ſuppletorium.*
5 *Probatio per confeſſionem admittitur, concluſione facta in cauſa.*
6 *Probatio per rei euidentiam, & loci aſpectum admittitur poſt concluſionem in cauſa.*
7 *Interrogatio poteſt fieri poſt concluſum in cauſa ad inſtantiam partis, in ſummarijs.*
8 *Probatio ad defenſionem rei admittitur in criminalibus concluſione facta in cauſa.*
9 *Concluſio in cauſa, an ſit de ſubſtantia iudicij.*

QVINTVS DECIMVS actus, qui ſucceſſiue in iudicijs conſideratur, eſt CONCLVSIO IN CAVSA: † nam facta publicatione, & lapſis omni- 1
bus terminis, ipſo iure cenſetur in cauſa concluſum hodie in Regno, per Regiam pragm. quæ incipit; *Curſu dilationum*: vnde non eſt opus inſtare, quod fiat concluſio, ſed ſolum, quod declaretur eſſe tactam ipſo iure: ſed de iure communi deberet fieri concluſio, per quam concluſionem imponitur finis productioni actorum: adeo, quod ex facta, nihil aliud produci poteſt in cauſa, & non expectatur niſi ſola ſententia. Et hoc ſignificat iſte terminus, concluſio, id eſt, renunciatio, omnibus probationibus, & defenſionibus producendis, vt eſt gloſſ.
*in c. cum dilectus. 9. de fide inſtrum.* † Sed in iure poteſt 2
allegari poſt concluſionem, ſecundum Baldum *in authent. iubemus. C. de iud.* [Adde Gail *lib. 1. obſ. 107. numer. 13.* vbi docet in quem finem fiant eiuſmodi allegationes, & quando proſint.] Item, † poteſt 3
peti reſtitutio in integrum, per minores, mulieres, & Eccleſias; quia eo ipſo, quod eſt concluſum, inducitur læſio contra tales perſonas, vnde reſtitui debent, vt tenet Andr. de Iſern. *in conſtit. Obſcuritatem.* & habetur per Doct. *in c. auditis. 3. de in integr. reſtitut.* † Item, poteſt deferri iuramentum ſup- 4
pletorium, dummodo ſit petitum ante concluſionem: vt declarat Iaſ. *in repet. l. admonendi. 31. colum. 154. ff. de iureiur.* & ibi per alios Doct. & ita debet intelligi, quod dicit Alexand. *in conſil. 34. colum. fin. in 1. volum.* † Item admittitur probatio per confeſſio- 5
nem partis, poſt concluſionem: vt tenet Bald. *in rubrio. C. de probat. colum. 3. verſic. ego aliter, &c.* & ibi

6 etiam Paul. de Caſt. † Item, admittitur probatio per rei euidentiam & aſpectum loci; quia iſta probatio ſuperat omne genus probationis, ſecundum Baldum *in l. contra negantem. 4. in fin. C ad leg Aquil. in l. ſi quis*
7 *teſtibus. 17. in fin. C. de teſtib.* † Item, poteſt fieri interrogatio, etiam ad inſtantiam partis, maxime in ſummarijs, poſt concluſum in cauſa, vt not. gloſſ. *in verb. interrogabit. in Clem. ſæpe, de verb. ſignific.* Abb. *in c. cum Ioannes. 10. & ibi etiam Fel. de fid. inſtrum.* & Alex. *in l. dies. 4. § hoc autem iudicium. 8. col. 4. ff. de dam. infect.* de qua materia plene dixi ſupra *in 4 parte huius tracta.*

[Iudex etiam ex officio concluſionem reſcindere, & vlteriorem probationem partibus iniungere poteſt, per tex. *in c. cum Ioannes de fid. inſtrum* gloſſ *ibid. in verb. poſtquam.* idque quotidie in Camera imperiali obſeruatur. poteſt etiam iudex ex officio poſt concluſionem in cauſa partem interrogare, non ſolum ad declarationem retro actorum, ſed etiam ad fundandam de nouo intentionem partis, & ſic in vim probationis, per tex. *in d. c. Ioannes,* vbi ſingulariter Fel. *n. 11.* tex. *in l. generaliter. C. de reb. cred. & in l. vbicunque. ff. de interrog. act.* Bar. *ibid. nu. 7.* dicens iudicẽ quandocunque etiam poſt concluſ. in cauſa poſitiones facere poſſe. gl. *in l. 3. ff. de teſtib. in verb. inimicitia.* quæ dicit, iudicem poſſe ſe informare de qualitate teſtis. Imo generaliter in ciuilib. iudex poſt concluſionem, vſque ad ſententiam definitiuam, partib. dubia, circa merita cauſæ, mouere, & eorum reſolutionem petere poteſt. gl. *in §. quia vero Auth. de teſtib.* Iaſ. *in l admonendi n. 63.* vbi plura allegat, ſi etiam per partem facta ſit concluſio cum clauſula oblationis, *ſi quid facti, &c.* ſolet vigore illius clauſulæ, ea ſæpe in Camera Imp. reſcindi, & vlterior facti in actis allegati probatio iniungi. Item ſi poſt concluſionem probationes de nouo repertæ ſint, poteſt iudex per tex. *in c. paſtoralis. de exception.* (vbi plures etiam caſus recenſetur) ad partis ſupplicationem, cauſa cognita, concluſionem reſcindere, & nouas probationes, puta inſtrumenta, aliaque iura de nouo reperta, admittere. Si etiam facta ſit concluſio cum clauſula; *ſalua productione ſcripturarum;* quidam volunt tunc adhuc plures ſcripturas produci poſſe, de quo vide Afflic. *in c 1. nu. 44. ſi de inueſt. int. dom. & vaſal.* in Camera autem Imperiali talis clauſula non attenditur, de quo, vt & de præcedentibus omnib vide Gail. *li. 1. obſ. 107. per tot.*]

Item, admittitur omnis probatio ad defenſionem rei in criminalibus, ſecundum Bar. *in l. diui fratres. 27. ff. de pœnis, in l in criminibus. 1. §. fina. ff de quæſt.*

[Adde Gail. *lib. 1. obſ. 107. n. 11.* qui *nu. 12.* dicit idem eſſe in cauſa matrimoniali; quia criminali æquiparatur. vnde nõ obſtante concluſione, aut publicatione teſtium nouæ probationes in ea fieri poſſunt.]

8 An autem † concluſio in cauſa ſit de ſubſtantia iudicij, ita quod omitti non poſſit? vide Abb. & Fel. *in c. cũ l & A. 12. de re iud.* & Car. *in Clem. ſæpe. § & quia, in 19 quæſt. de verbo ſign.* vbi dicunt, quod concluſio nõ eſt de ſubſtantia, ſed potius ex quadam conſuetudine, vnde ſi omittatur, non vitiat proceſſum, tanto magis in cauſis ſummarijs, in quibus de neceſſitate non requiritur: vt eſt tex. *in d. Clem. ſæpe 2. §. & quia.* Idem tenet Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de renunc. & concluſ. in prin.* & ibi vide per Spec. de reliquis facientibus ad hanc materiam. *Robert. Marant. Venuſ. V. I. D.*

[Adde Gail. *lib. 1. obſ. 101. n. 1. cum ibi allegatis.* qui tamen ait in Camera Imperiali nullam publicari ſententiam, ne interlocutoriam quidem, niſi in cauſa legitime prius fuerit concluſum, partim vero alterutra concludere nolente, iudex ea inuita, in contumaciam cauſam ex officio pro concluſa acceptare, & in principali pronunciare poteſt, conceſſa prius ſufficienti ad concludendum dilatione, vide Gail. *d. obſ. numer. 2.*]

## De allegatione, & diſputatione ſuper dubijs cauſæ.

SVMMARIA.

1 *Terminus an, & quando detur partibus ad allegandũ.*
2 *Aduocatus actoris debet prius proponere, & allegare, quam Aduocatus rei.*

SEXTVS DECIMVS, † & VLTIMVS actus, qui emergit in iudicijs in hac ſecunda parte, eſt allegatio, & diſputatio: nam facta concluſione, ſolet iudex ſtatuere terminum ambabus partibus, ad allegandum in iure pro inſtructione cauſæ, & Iudicis: & quandoque aduenit Aduocatus vtriuſque partis ad diſputandum ſuper dubijs cauſæ coram Iudice, antequam proferatur ſententia, prout communiter ſeruatur in ſacro Conſil. Neap. quia diſputando, & materiam cauſæ diſcutiendo, veritas magis elucęſcit: & materia tractatur per Spec. *in tit. de diſp. & alleg. per totum.* An autem de iſtis allegationibus iuris debeat dari copia parti, tetigi ſupra *in ver. actorum editio.* & ad ibi dicta per me remitto. † Quis autem ex Aduocatis debet prius incipere ad allegandum in diſputationibus? dic, quod Aduocatus actoris debet eſſe prior in dicendo & allegando iura ſua clientuli, & poſtea Aduocatus rei: quia iſte eſt ordo iudicij, vt primo præcedant acta actoris, poſtea ſequantur acta rei; ita dixit Bal. *in l. Neſennius. 34 ff neget geſt. & in l. qui prior. 29. ff. de iud.* & ex his remanent expedita ea, quæ dicenda erant ſuper iſta ſecunda parte huius ſextæ partis. Veniamus igitur ad tertiam, & vltimam partem. *Robert. Marant. Venuſ. V. I. D.*

## Deciſoria iudicij, tribus membris diſtincta: nempe Sententia, Appellatione, & Executione.

## PRIMVS ACTVS.

SVMMARIA.

1 *Sententia quid ſit, vnde dicatur, & in quo differat ab interlocutoria, num. 2. & 3.*

*3 Sen-*

3 Sententia diffinitiua condemnationem, vel abſolutionem vel aquipollens continere debet, & num. 122.
4 Sententia interlocutoria lata ſuper crimine, non infamat, ſecus in diffinitiua.
5 Sententiæ appellatione an veniat ſola diffinitiua, non autem interlocutoria.
6 A ſententia interlocutoria non appellatur, & ſi appelletur, nõ ſuſpenditur executio, ante inhibitionẽ.
7 Sententia definitiua, item interlocutoria, an & quando per iudicem reuocari poſſit. & n. 8.
9 Sententia interlocutoria per alias duas ſententias cõfirmata, non poteſt vlterius reuocari.
10 Sententia interlocutoria poteſt in cauſa appellationis, ex primis actis tantum, & non ex nouis reuideri. Secus in diffinitiua.
11 Sententia interlocutoria fertur in aliquibus caſibus ſine partis citatione, ſecus in diffinitiua.
12 Sententia diffinitiua debet ferri, & recitari in ſcriptis: interlocutoria vero valet ſine ſcriptis, ſed poſtea debet in ſcriptis redigi, num 16.
13 Sententia lata de conſilio Iuriſperiti, non valet, cum ſolum conſilium lectum eſt, & nulla ſcribitur ſententia poſt conſilium.
14 Sententia relata ad conſilium, cum conſilium non reperitur ſcriptum actis, non valet.
15 Sententia in qua Iudex pronunciat, quem eſſe condemnandum, vel abſoluendum, an valeat: & quid, ſi dicat, pronuncio prout in tali conſilio continetur, & num. 125. 126.
16 Cap. Deteſtantes, non tollit ſolennitates ſententiæ, ſed proceſſus tantum.
17 Sententia, etiam in ſummarijs, in ſcriptis ferri debet.
18 Appellatio ab interlocutoria, in ſcriptis fieri debet.
19 Condemnatio pœnalis, facta per diffinitiuam ſententiam, durat perpetuo, ſecus, ſi per interlocutoriam, quæ durat, durante officio Iudicis interlocutoris.
20 Sententia interlocutoria non requirit ordinem iudiciorum, ſicut diffinitiua.
21 Sententia interlocutoria poteſt per iudicem corrigi, & in ea addi, & minui, ſecus in diffinitiua.
22 Sententia interlocutoria nullam producit actionem.
23 Sententia duplex eſt: ſcilicet, diffinitiua, & interlocutoria.
24 Sententia per quam pronunciatur inſtrumentum eſſe exequendum, eſt diffinitiua.
25 Sententia qua pronunciatur, ſententiam exequendã eſſe, interlocutoria dicitur.
26 Sententia per quam pronunciatur appellationem deſertam, ſeu fatalia elapſa eſſe, vel non licere tertio prouocare, dicitur interlocutoria.
27 Præceptum de ſoluendo, an ſit ſententia interlocutoria, vel diffinitiua.
28 Præceptum quod fit in confeſſum, an dicatur ſententia, vel non.
29 Decretum an habeat vim diffinitiuæ, vel interlocutoriæ.
30 Bannum, ſententia interlocutoria dicitur.
31 Sententia mulctæ, eſt interlocutoria, & poteſt ſicut alia interlocutoria reuocari.
32 Sententia banni, & mulctæ æquiparantur.
33 Abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quod ſit interlocutoria.
34 Sententia ſuper inſtantia ſecundum l. diffamari, C. de inge. & manu. an ſit interlocutoria.
35 Sententia ſuper poſſeſſorio, an ſit diffinitiua, vel interlocutoria.
36 Condemnatio expenſarum, an dicatur interlocutoria, vel diffinitiua.
37 Sententia interlocutoria, quæ fertur ſimul cum diffinitiua, reuocari non poteſt.
38 Expenſarum condemnatio in interlocutoria omiſſa, poteſt per iudicem addi quandocunque, vſque ad diffinitiuam, ſecus ſi eſt omiſſa in diffinitiua, quia non poteſt niſi eadem die addi.
39 Sententia ſuper exceptione peremptoria, qualis dicatur.
40 Sententia lata ſuper excommunicatione, eſt interlocutoria.
41 Excommunicatio diffinitiue pro pœna delicti irrogari non poteſt, ſed ſolum ob contumaciam.
42 Sententia interlocutoria, aliam poſt ſe ſententiam habere non ſperans, diffinitiua dicitur.
43 Interlocutoria per quam finitur officium Iudicis, habet vim diffinitiuæ.
44 Interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum ſubſtãtialem cauſæ principalis, vim diffinitiuæ habere dicitur.
45 Interlocutoria continens aliquid dari, vel fieri, vim diffinitiuæ habet.
46 Sententiæ interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ, an indiſtincte non poſſint reuocari.
47 Sententia qualiter ferri debeat, & quid debeat continere, vt valeat.
48 Sententia lata à Iudice non ſedente, non valet.
49 Sententia debet à Iudice legi, nec poteſt alij mandare eius lectionem, niſi ſit illuſtris perſona, vel Epiſcopus, & num. 56.
50 Sententia an continere debeat cauſam, qui mouetur Iudex.
51 Sententia lata ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla.
52 Sententia conſideratur per quatuor cauſas principales.
53 Sententia, nomen Iudicis continere debet, & ſic cauſam efficientem, & num. 96.
54 Sententia lata à Iudice ignorante fundamentum ſuæ poteſtatis non valet.
55 Sententia an, & quando ferri poſſit à Iudice ſtante, & ſedente.
57 Sententia debet prius ſcribi, deinde recitari.
58 Cauſa materialis in ſententia conſideratur, & quæ ſit, & num. 64.

59. Sen.

59 Sententia ſine proceſſu non valet: nam ferri debet ſecundum allegata, & probata.
60 Sententia lata ſine probationibus an valeat.
61 Sententia debet ferri conformis libello.
62 Sententia fertur non conformis libello, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, & quando vnum petitur, & aliud per confeſſionem conſtat.
63 Iudex poteſt petentem debitum condemnare ad reſtitutionem pignoris, etiam non petiti.
65 Sententia ſuper libello ſeu proceſſu inepto, non valet, de iure communi, ſed hodie in Regno valet.
66 Sententia lata, pro eo, qui agit ſine actione, an valeat.
67 Intellectus ad glo. in verſ. ſecundum, in fin. Inſtit. de oblig. in prin. & num. 68. 69.
68 Agens ſine actione, repellitur officio iudicis.
69 Libellus, in quo actio inepta exprimitur, an vitietur.
70 Sententia habet cauſam formalem, quæ tripliciter conſideratur.
71 Sententia ferri debet in loco ſolito maiorum à iudice ordinario.
72 Delegatus ad vnam cauſam poteſt ſibi eligere locum quem vult, etiam in camera ſua ad ferendam ſententiam.
73 Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſententiam ferre debet in loco tribunali delegantis.
74 Vicarius in loco tribunalis principalis ſententiam ferre debet.
75 Delegatus ad vnam cauſam, poteſt in quolibet loco, etiam extra iuriſdictionem delegantis, procedere ſine aſſenſu domini illius loci: ſicut ordinarius.
76 Delegata iuriſdictio poteſt prorogari de loco ad locum.
77 Delegata iuriſdictio non cohæret territorio.
78 Epiſcopus poteſt in quolibet loco ſuæ diœceſis curiam regere & citare.
79 Sententia poteſt ferri in loco non ſolito, de conſenſu partium.
80 Arbiter poteſt ſibi eligere locum honeſtum, vbi curiã regat.
81 Iudex appellationis poteſt in domo ſua, & loco honeſto iuſtitiam regere, & ſententiam ferre.
82 Vicarius generalis poteſt in omni loco ſuæ prouinciæ ius reddere.
83 Sententia fertur in loco non ſolito, cum locus ſolitus non eſt tutus.
84 Epiſcopus expulſus, poteſt in aliera diœceſi conuicina, contra expulſores, & eorum fautores procedere.
85 Sententia lata in alio quam ſolito loco maiorum, valet in cauſis ſummarijs.
86 Cauſæ voluntariæ iuriſdictionis, in omni loco, etiam in itinere deambulando, expedire poſſunt.
87 Iudex non tenetur ſeruare locum maiorum in actis, reſpicientibus litis ordinationem.
88 Sententia in die feriato lata non valet.
89 Sententia die & hora, in qua facta eſt citatio, ferri debet, non ante vel poſt, niſi citatus contumax ſit.
90 Sententia iudicis lata poſt inſtantiam, vel appellationem deſertam, non valet.
91 Sententia arbitri poſt compromiſſum expiratum lata, non valet.
92 Sententia iudicis, an poſſit ferri de nocte.
93 Sententia lata dilatione pendente, non valet.
94 Sententia lata ante habitum conſilium ſapientis, non valet.
95 Sententia parte abſente lata, an valeat.
96 Sententia lata à perſona priuata, non valet.
97 Sententia à iudice incompetente lata, non tenet.
98 Furioſus, ſurdus, mutus, impubes, ſeruus, & mulier, iudices eſſe non poſſunt.
99 Excommunicati iudicis ſententia, eſt nulla.
100 Sententia iudicis publice infamis, non valet.
101 Sententia lata à iudice, qui ignorat ſe iudicem, vel aliter dubitat, nulla eſt.
192 Sententia lata à iudice, poſtquam detulit appellationi, nihil valet.
103 Sententia data à iudice poſt inhibitionem ſuperioris, non tenet.
104 Cauſa formalis conſideratur in ſententia, reſpectu litigantium, & hoc multis reſpectibus.
105 Sententia lata contra minorem indefenſum non valet, ſed pro eo lata valet, ſecus in furioſo, vel infante, quia etiam pro eo non valet, & num 106.
107 Sententia lata contra mortuum, vel grauiter infirmum, non valet.
108 Procurator litigantis mortui, poteſt condemnari.
109 Procurator prælati, vel rectoris Eccleſiæ, quamuis ſit effectus litis dominus, eius tamen mandatum extinguitur quandocunque per mortem prælati, vel rectoris.
110 Sententia lata contra defenſorem non legitimum, ſeu falſum procuratorem, non valet.
111 Sententia lata in iudicio agitato nomine mortui, qui viuere putabatur, nulla eſt.
112 Sententia lata contra dominum, non va[illegible] quando lis agitata fuit contra procuratorem.
113 Sententia lata contra tutorem inhabilem, eſt ipſo iure nulla.
114 Sententia lata contra carceratum, vel alio modo ſimili modo impeditum, non valet, ſi iudex impedimentum ſciuit.
115 Cauſa formalis in ſententia principaliter conſideratur multipliciter, & n. 116. 117. 118. 119. 120. & 121.
116 Sententia manifeſtam iniquitatem continens, eſt ipſo iure nulla.
117 Sententia continens expreſſum iuris errorem, qui corporali oculo cerni poteſt, nulla eſt.
118 Sententia falſam vel erroneam cauſam continens, vitiatur.
119 Sententia lata contra aliam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non valet.
120 Sententia incerta regulariter non valet.
121 Sententia faciens mentionem de procuratore, de cuius mandato non apparet, non tenet.

122 Sen-

122 *Sententia cauſam finalem cōtinere debet, & quæ ſit.*

123 *Verbum quod ſit æquipollens abſolutioni, vel condemnationi.*

124 *Sententia per quam declaratur, quem teneri ad centum habetur pro condemnatoria.*

125 *Condemnare an dicatur iudex, ſi dicat, pronuncio Titium condemnandum.*

126 *Conſultor ſi dixit, conſulo Titium condemnandum, & iudex poſtea in ſentētia dicat, pronuncio prout in conſilio, an videatur condemnare.*

127 *Sententia an valeat, ſi iudex dicat, condemno ſi probatum eſt*

128 *Res iudicata quid ſit, & quid importent iſta verba.*

129 *Sententia facit de non ente ens, & de albo nigrum.*

130 *Sententia lata ex conſilio Doctoris, nunquam tranſit in rem iudicatam.*

131 *Sententia lata ex iudicio peritorum, in iudicatum non tranſit.*

132 *Sententia lata ex iudicio mercatorum, non tranſit in rem iudicatam.*

133 *Sentētia lata ex præſumptis probationibus, nunquam tranſit in rem iudicatam.*

134 *Sententia lata per teſtes, deponentes de credulitate, non tranſit in rem iudicatam.*

135 *Sententia lata in cauſa matrimoniali, non tranſit in iudicatum.*

136 *Sententia ſuper ætate, ex aſpectu lata, in rem iudicatam non tranſit.*

137 *Sententia ſuper excuſſione debitoris lata, tranſit in rem iudicatam.*

138 *Sententia in rem iudicatam non tranſit, quando victor illam iniquam eſſe fatetur.*

139 *Sententia ex probationibus reprobatis lata, non tranſit in rem iudicatam.*

140 *Sententia in rem iudicatam non tranſit, quando quis condemnatur ad publicationem bonorum in caſu prohibito.*

141 *Sententia non tranſit in rem iudicatam, quando ex eius tenore iniquitas perpenditur.*

142 *Sententia in cauſa vſurarius lata, in rem iudicatam nunquam tranſit.*

143 *Sententia lata per teſtes, aſſignantes cauſam, quia ſum vicinus, vel conſanguineus, in rem iudicatam non tranſit.*

144 *Idem, quando apparet de iniquitate per euidentiam facti.*

145 *Idem ſi ſententia lata eſt ex falſis teſtibus, vel inſtrumentis.*

146 *Sententia lata prætextu iuramenti neceſſarij falſi, non tranſit in iudicatum.*

147 *Idem quando agitur de periculo animæ.*

148 *Idem quando cauſa redit ad non cauſam.*

149 *Sententia lata à corrupto per pecuniam, in iudicatum non tranſit.*

150 *Sententia lata in cauſa beneficij Eccleſiaſtici, non tranſit in rem iudicatam, quo ad præiudicium ſuperioris.*

151. *Excommunicationis ſententia, nunquam tranſit in rem iudicatam.*

152 *Sententia contra minorem ex falſis allegationibus lata, non tranſit in iudicatum.*

153 *Sententia nulla nunquam tranſit in rem iudicatam.*

154 *Nullitas ſententiæ vſque ad 30. annos poteſt proponi & allegari.*

155 *Querela intentari poteſt contra ſententias, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, cum ab eis intra decem dies non eſt appellatum.*

EXPEDITA ſecunda parte huius ſextæ partis iudicij capio tertiam & vlt. partem, quæ continet DECISORIA IVDICII. Nam fabricata tela proceſſus per ordinem, vt ſupra dictum eſt, conſequens eſt, vt veniatur ad finem ipſius proceſſus, qui finis imponitur per diffinitiuam ſententiam: vnde in iſta vltima parte habemus conſiderare ſolum TRES ACTVS PRINCIPALES, videlicet: Primus eſt ſententia. Secundus eſt appellatio. Tertius executio, & licet in rei veritate duo tantum actus eſſent conſiderandi, ſcilicet ſententia, & executio: quia iſti duo clauduntur ſub eodem iudicio, incœpto per citationem, ſecundum ordinem præpoſitum; appellatio vero non clauditur ſub eodem iudicio, imo inducit nouum: quia tamen iſta appellatio emergit poſt ſententiam, & dependet ab eodē proceſſu, vt ſaltem habeatur de ea aliqua notitia, volui ipſam inſerere in hac vlt. parte: quia hic congruentius cadit; nam plerunq; executio ſuſpenditur per appellationem, & ſic eſt actus, qui præcedit executionem. Vnde cum habeamus tractare de executione, quæ eſt quid conſequens, oportunū erit tractare de appellatione, quæ ſolet præcedere, vt habeamus totam materiam iudicij completam.

VENIO igitur AD PRIMVM ACTVM, ſcilicet SENTENTIAM. Et quoniam iſta materia eſt valde copioſa & prolixa, quam ſi vellem attingere per ordinem, opus eſſet facere de hoc vnum longū tractatum, propterea non nimis me extendam, ſed ſolum examinabo breuiter TRES QVÆSTIONES PRINCIPALES, pro aliquali introductione, & de reliquis remittam ad ſuos congruentes titul. vbi hæc materia ventilatur: videlicet, *C. de ſent. per totum*, *ff. de re iud. per totum*, *extr. de ſent. & re iud. per totum.* & ibi per Doct. & per Specul. *in tit. de ſent.* PRIMA igitur quæſtio erit, quid ſit Sententia, & quotuplex ſit. SECVNDA quæſtio erit, qualiter ſententia ferri debeat, & quid debeat continere, vt valeat. TERTIA, in quibus caſibus ſententia non tranſeat in rem iudicatam, vt poſſit quandoque retractari. VENIO AD PRIMAM QVÆST. in qua dicas, †quod ſententia eſt diffinitio iudicialis, controuerſiæ finem imponens, continens abſolutionē vel condemnationem, ita diffinit Abb. *in rubr. extr. de re iud. col. pen.* & Spec. *in tit. de ſent. prol* §. 1. Dicitur 1
autem †SENTENTIA, à ſentiendo, ex eo; quia iu- 2

 dex

iudex iudicat ſecundum quod ſentit, *l.ſicuti.8.§. ſed ſi*
*quæratur,3.ff ſi ſeru.vend.* Et iſta diffinitio conuenit
ſoli ſententiæ diffinitiuæ, quia illa eſt, quæ imponit
finem controuerſiæ, vt infra dicetur. INTERLO-
CVTORIA autem alio modo deſcribitur. Nam eſt
ſententia iudicis, quæ fertur inter principium & fi-
nem cauſæ ſuper aliquo incidenti, vel emergenti,
vt notat gl. *in Clem 1. in verſ. diffinitiua, de ſequeſtr.poſſ.*
*& fruct.* Spec. *in tit. de ſent. prol.§.2. in prin. in 2. part. Spe-*
*culi.* & declarat Alex. *in rub.ff. de re iud. col.2.* vbi dicit,
quod omnis vox iudicis faciens ad cauſam, dicitur
interlocutoria, & idem dicit Bald. *in l. qui arbitro. 9.*
*ff qui ſatiſd. cog.* & Ang. *in l. ex ſtipulatione. 7. C. de ſent.*
pro hoc eſt text. *in l. ſignificationibus, 38. de off. delegat.*
*in c ſignificauerunt, 36 de teſtib.* in hoc ergo DIFFERT
3 ſententia diffinitiua † ab interlocutoria, & in hoc
cognoſcitur; quia per diffinitiuam diffinitur nego-
tium principale, ſcilicet illud, quod principaliter
in iudicio deductum fuit condemnando vel abſol-
uendo, alias non diceretur ſententia, ſi non conti-
neret condemnationem vel abſolutionem, *l. præſes.*
*3. C. de ſent. & l. res iudicata. 1. ff. de re iud.* & tenet Spec.
*in tit. de ſent §.1. verſic. diffinitiua.* Sed interlocutoria
non tangit negotium principale, ſed diffinit ali-
quam exceptionem in iudicio emergentem, & per
eam non imponitur finis controuerſiæ principali:
ita hanc differentiam declarat Aug *in conſil 114. &*
*115.* & Alex. *in d. rubr. ff de re iud.* Secundo DIFFERT;
4 quia † condemnatus per ſententiam diffinitiuam
in aliquo crimine, efficitur infamis, *l. prætoris. 1. §.*
*qui in iuditio. 4 ff de his qui not. infa. & l. infamem. 7. ff.*
*de pub. iud.* & not. Petr. Phil. Corn. *in conſil. 55. col. 2.*
*in litera E. in 4. vol.* & probatur per conſtit. Regni,
quæ incipit; *Cordi nobis.* Sed per interlocutoriam
nunquam quis efficitur infamis, ſecundum Alex. *in.*
*l. ſæpe. 63. colum. 20. in princ. ff. de re iud.* allegat tex. cum
gl *in l quid ergo. 13. § quantum. 6. de his, qui not. infam.*
5 Tertio DIFFERT; † quia in dubio appellatio ſen-
tentiæ, in ſtatuto, vel in alia materia, intelligitur
ſolum de diffinitiua, non de interlocutoria, vbi a-
liud non appareret, ita declarat Alex *in rub ff. de re iud.*
*in princ. & in l. quod iuſſit 14. in princ. eod. tit.* & Felin. *in*
*rubr. de re iud. in 5. colum.* quod limita, niſi eſſemus in
materia indifferenti; quia tunc venit etiam inter-
locutoria, ſecundum Alex. *in conſil. 50 col pen. in 2.*
*vol.* idem quando non reſultat abſurditas, ſecun-
dum Abbat. *in c. cauſam matrimonij 16. de off. deleg.*
[Adde Viuium *in ſyl com opin. lib. 2 opin. 719. n 1. & 2.*]
6 Quarto DIFFERT; † quia à ſententia diffinitiua
poteſt appellari, & ſola appellatio ſuſpendit execu-
tionem abſque inhibitione Superioris: ſed ab in-
terlocutoria de iure ciuili non appellatur, vt habe-
tur *in l. ante. 2. de appel. reci.* & ſi appellatur, non ſuſ-
penditur executio ante inhibitionem, *c. non ſolum.*
*7 de appel. lib. 6.* quod dic, vt plene dicam infra in ſe-
cundo actu, vbi plene tangam materiam appella-
tionis, & ibi tangentur plures differentiæ vna cum
iſta ad ſaturitatem. Quinto DIFFERT; † quia ſen- 7
tentia diffinitiua, poſtquam eſt lata per iudicem, non
poteſt illam vlterius reuocare; quia functus eſt of-
ficio ſuo iudex, *l. iudex poſtquam 55. ff. de re iud.* ſed in-
terlocutoria poteſt reuocari quandocunque per iu-
dicem ante diffinitiuam, & quo ad eum, nunquam
tranſit in rem iudicatam, *l. quod iuſſit. 14. & ibi Bart.*
*Alex & Dd. ff de re iud. c. cum ceſſante. 60. de appel.* & gl.
*in c. fin. de appel. lib. 6* in tantum, quod iudex, qui tu-
lit vnam iniuſtam interlocutoriam, puta non ad-
mittendo quod admittere debebat, vel econtra, po-
teſt etiam in calculo ferendæ ſententiæ diffinitiuæ
habere de illa rationem circa ipſius reuocationem,
emendando, quod male fecerat: vt declarat Phil. Dec.
*in conſ. 83 col. pen.* & Car. *in Clem. ſæpe. 2. §. & quia, in 7.*
*notab. de verb. ſign.* de qua materia vide plene per
Phil. *in c. cum ceſſante. 60 de appel.* maxime *in 10. colum.*
vbi plus dicit, ſcilicet quod iudex appellationis po-
teſt reuocare interlocutoriam, à qua non fuit appel-
latum, ſed ſolum fuit appellatum à diffinitiua. LI-
MITA primum membrum huius differentiæ mul-
tum ſingulariter, † quando aliquid eſſet petitũ of- 8.
ficio iudicis nobili, & ſuper eo eſt lata ſententia, nam
licet ſit diffinitiua, ex quo diffinit principale nego-
tium; tamen poteſt eodẽ officio nobili reuocari: ita
tenet Bar. *in l. prætoriarũ 1 § fi. ff de prætor. ſtip.* & Alex.
*in d. l. iudex poſtquam, 55. col. 1 circa fi. ff. de re iud.* vbi po-
nit nonnullas alias fallentias, ad quas ſufficiat re-
latio. LIMITA etiam ſecundum membrum † dif- 9.
ferentiæ non procedere, quando interlocutoria iu-
dicis fuit per duas alias ſentẽtias confirmata in cau-
ſa appellationis; quia non poteſt vlterius reuocari;
nam ſicut non licet tertio prouocare, ita non licet
reuocare tunc dictam ſententiam, ita tenet Phil. *in*
*c. directæ 39. col. 3. in fi de appel.* alias autẽ fallẽtias colli-
ge ex dictis Alex & Doct *in d. l. quod iuſſit. 14. ff de re iu.*
*& in d. c. cum ceſſante, de appel.* & ibi per Phil. qui ple-
niſſime cumulat. Sexto DIFFERT; † quia diffini- 10
tiua poteſt in cauſa appellationis iuſtificari ex eiſ-
dem, & ex nouis actis, ſed interlocutoria ſecus; quia
non poteſt ex nouis, ſed tantum ex primis actis reui-
deri, tex. eſt & ibi Card. *in Clem. appellanti, de appel.*
Bar. *in l intra triduum 3. ff. de appel recip.* & habetur *in*
*deciſ 79. conſil. Neap.* de diffinitiua probatur *in l. per*
*hanc. 4. C. de temp. appel.* Septimo DIFFERT; quia 11
diffinitiua nõ poteſt fieri, niſi parte citata, alias non
valet, vt not. Card. *in Clem. 2 §. denique, in 1. oppoſit. de*
*re iud.* & Innoc. *in c. dudum. 54. in 2. de elect.* per regu-
lam *l. de vnoquoque. 47. ff. de re iud.* ſed interlocutoria
poteſt ferri, & valet etiam ſine citatione partis, vt
eſt gloſſ. *in l. nec quidquam. 9. §. vbi decretum. 1. ff. de off.*
*proc.* gloſſ. *in l. diem proferre. 27. in princ. ff. de arb.* & glo.
*in l. recuſare. 2. de Trib.* Quod ſane intelligas, quan-
do interlocutoria eſſet leuis præiudicij; ſecus ſi eſ-
ſet magni præiudicij; quia tunc non valet ſine cita-
tione partis, ſicut diffinitiua: ita tenent Bar. Imol.
& Dd. *in l. ſi opus, 16. ff. de oper. noui nunc.* Bar. *in d. l. nec*

*quid.*

*quidquam.9 §.vbi decretum.* & ibi etiam Iaſ. *in 5.& 6.*
*colum ff de off.procons* vbi multos Dd. alleg. & ibi et-
iam declarat Iaſ. quando interlocutoria ſit modici,
12 & quando magni præiudicij. † Octauo DIFFERT,
quia ſententia diffinitiua non valet, niſi feratur in
ſcriptis, & de ſcripto recitetur, *l ſtatutis fin. C.de ſent.*
*ex per recit* & ibi Bart. & Dd. Spec. *in tit. de ſent. §.*
*iuxta col.4 in fi.verſic.non valerent.* & de hoc eſt conſt.
Regni, quæ incipit: *Ab omnibus.* Secus eſt in inter-
locutoria? quia poteſt ferri ſine ſcriptis, debet ta-
men in ſcriptis poſtea redigi, vt appareat ex actis,
vt tenet gl. *in c quoniam contra.11. in verſic. interlocu-*
*tiones, de probat.* Spec. *in d § iuxta, col 5 in princ. verſic.*
*quid de interlocutoria.* & gloſſ. *in l ante.2. ff de appel. re-*
*cip.* Bar. *in d l nec quidquam 9.§. vbi decretum. 1. ff de*
*off.proc.* gloſſ. *in c.fin. de re iud. lib.6.* & Bald. *in l hac con-*
*ſultiſsima 8. C. qui teſt. fac. poſſ.* & hanc concluſionem
tanquam communem refert Iaſ. *in.d.§. vbi decretum,*
*colum.14.* vbi multos Doct. allegat.

[De tribus ſententiæ definitiuæ requiſitis, quod
videlicet primo ſcribi, deinde recitari, & iudice pro
tribunali ſedente proferri debeat, vide Alex. Tren-
tacinq. *lib.2. pract. reſolut. tit. de ſentent. reſol.2.* vbi etiam
tradit, an hæ ſolennitates, de ſcribenda, & ex ſcripto
à Iudice, pro tribunali ſedente, recitanda ſententia,
expreſſo partium conſenſu omitti poſſint, & quib.
caſibus, & in quibus cauſis, & ſententijs id fieri poſ-
ſit. Adde Viuiũ *in ſyl com. opin. li.2. op.720. n.1. & ſeqq* ]

13 SED iuxta † hoc moueo vnũ pulchrum, & quoti-
dianum DVBIVM: quotidie ſolet euenire in iſtis ter-
ris, & ciuitatibus, vbi ſunt iudices idiotæ, quẽ quan-
do volunt diffinite aliquem proceſſum, mittunt ad
iuriſperitum pro conſilio, & ſecundum illud conſili-
um proferunt ſententiam: legendo ſolum illud con-
ſiliũ, quæro an valeat talis ſententia, & an cenſeatur
eſſe lata de ſcripti recitatione? Dicas, quod nõ valeat,
imo nulla ſententia reperitur eſſe lata; quia legendo
cõſilium illud, non eſt ſententia; cum ſit votum vnius
Doctoris priuati carẽtis iuriſdictione; ſed eſt neceſ-
ſe, quod antequam legatur conſilium, iudex ſcribat
in calce ipſius: *Nos talis iudex pronunciamus, prout in*
*tali ſuprascripto conſilio continetur.* & iſta pauca verba
relata ad conſilium, faciunt ſententiam: ita nota-
biliter tenet Angel. *in conſil. 249 incip. domina, &c.*
14 Et † debet tunc conſilium apparere ſcriptum in a-
ctis, alias ſententia relata ad conſilium, quod non
apparet ſcriptum, non valet, ſecundum Abb. *in c il-*
*la.3, in fi. de acc.* item, ideo dixi, quod antequam lega-
tur conſilium, debet iudex ſcribere ſententiam; quia
poſtea vtrunque, ſcilicet conſilium, & ſententia le-
gitur de ſcripti recitatione, alias non valeret, per
prædicta: vnde ſi iudex primo legeret conſilium, &
poſtea Notarius ſcriberet in calce, quo talis iudex
pronunciauit, prout in tali conſilio continetur, ad-
huc non valeret ſententia, quia hæc verba demon-
ſtrant, quod iudex oretenus pronunciauit, & non
de ſcripti recitatione: ita declarat Iaſ. *in d. l. nec quic-*
*quam.9 § vbi decretum.1 colum.25. ff de off.proc.* de mẽ-
te Angel. *in d. conſil. 249.* Item eſt aduertendum a-
liud, † quod vt plurimum iſti Conſulentes non cõ- 15
demnant, nec abſoluunt in eorum conſilijs: ex quo
carent iuriſdictione, non poſſunt hoc facere, ſed ſo-
lum conſulunt talem litigatorem eſſe abſoluen-
dum, vel condemnandum per iudicem, & ſic verba
conſilij habent tractum in futurum; vnde tunc iu-
dex in ſua ſententia, in calce conſilij debet ponere
verbum, condemnamus, vel abſoluimus, alias ſi ſim-
pliciter diceret, pronunciamus, prout in tali con-
ſilio continetur, videtur declarare illum litigato-
rem eſſe abſoluendum vel condemnandum, prout
in conſilio dicitur, & ſic non eſſet condemnatus,
nec abſolutus; quia iſta ſententia expectaret aliam
ſententiam poſt ſe: per ea, quæ tenet Alex. *in l. ſtipu-*
*latio.1 §. ſi quis ita 1. colum.4. ff. de verb. obligat.* vbi con-
cludit, quod iudex pronuncians Titium eſſe con-
demnandum, vel abſoluendum, non cenſetur con-
demnare, nec abſoluere. Quod etiam tenet Bar. *in l.*
*ſi poſt.1. C ſi aduer. lib.* & iſta ſunt notanda perpetuo;
quia multoties mihi euenerunt in facto, & multas
ſententias annullari feci, per illud conſil. Angel. &
per illam doctrinam Alex. *in d l ſtipulatio.1. § ſi quis*
*ita ff. de verb. oblig.* De veritate tamen huius vltimi
dicti vide infra, *2. quæſt. circa fi.* Verum ſuper illa nul-
litate † ſententiæ diffinitiuæ quando non fertur in 16
ſcriptis, fuit mihi quandoque obiectum, quod ta-
lis ſententia poteſt in Regno ſuſtentari per *c. d te-*
*ſtantes.* per quod ſunt ſublatæ omnes ſolennitates
iudiciorum iuris poſitiui, vnde cenſetur etiam ſub-
lata ſolennitas, *l. arbitri. 1. & l hac lege. 2. C. de ſent. ex*
*peric. rec. & dicta conſt. Ab omnibus* pro quo facit, quod
not. Bald. *in l. diuus. 7. de in integr. reſt.* vbi dicitur,
quod ſi ſtatutum dicit, quod procedatur cum ſo-
lennitate omiſſa, poteſt ſententia ferri viua voce, &
ſine ſcriptis. Tamen ego dixi ſemper, quod illud *c.*
*deteſtantes.* non tollit ſolennitates ſententiæ, ſed
proceſſus tantum, vt patet ex tota eius ſeria, imo in
fine ſui expreſſe reſeruat ſolennitates ſententiæ, dum
dicit in addit. ſua, *dummodo alias rite & recte ſenten-*
*tia proferatur, &c.* & ſic non tollit, imo reſeruat ſo-
lennitates ſententiæ, per illud verbum; rite, *l non pu-*
*tauit 8 §. non quærit. 2 ff. de bon. poſſ. contra tab.* & per
Card. *in Clem. 2. in princ. de teſtib.* & Bart. *in l lecta. 4 ff.*
*ſi cert. pet.* & Franc. de Aret. *in l iuſte 11. ff. de acq. poſſ.* &
hanc opinionem videtur tenere Pet. *in tract Synd.*
*in verſic. ſententia. colum.2. & 5. in fin.* Et probatur ex
his, quæ dicit Matth. *in conſt. ab omnibus.* vbi tenet,
quod etiam † in cauſis ſummarijs, in quibus non 17
requiritur libellus, debet ſententia ferri in ſcri-
ptis: pro hoc eſt text. *in Clem. ſæpe. 2. §. ſententia, de*
*verb. ſignif.* vbi mandat ſententiam ferri in ſcriptis,
non obſtante, quẽ procedatur ſummarie & ſine figu-
ra iudicij. Et licet Bar. *in extrauag. ad reprimendum in*
*verſic. & ſine figura. circa fin.* videatur ſentire, quod il-
la Clement. non procedat de iure ciuili in caſibus, in


quibus

quibus proceditur ſine figura iudicij: tamen puto verius eſſe, quod habeat locum de iure ciuili; cum non habeamus legem contrariam; vnde in vtroque foro debet ſtari iuri canonico; per ea, quæ not. Abb. *in c. intelleximus, de ope. noui nunc.* tanto magis quia per hoc minus læditur ius commune, ſcilicet *d. l. arbitri 1. & l. hac lege 2. C. de ſent ex per. rec.* & ſimiliter illa conſt. *Ab omnibus.* Præterea, quod ſententia proferatur in ſcriptis, fuit inductum, ne veritas occultetur; quia poſſet poſtea alio modo ſcribi quam fuit voce dictum, vt dicit gloſſ. *in d Clem. ſæpe. §. ſententiam, in verſ. in ſcriptis.* vnde non eſt credendum hanc fuiſſe mentem iuris municipalis, ſcilicet velle tollere illam ſolennitatem, quæ fuit inducta ad veritatem conſeruandam; cum ipſum ius laboret ſuper veritate, & velit quod ad ſolam veritatem attendatur; vnde teneo, quod etiam hodie in Regno ſenten-
18 tia ſit ferenda in ſcriptis, alias non valet. † Nono DIFFERT: quia ab interlocutoria ſemper debet appellari in ſcriptis, & cum expreſſione cauſarum grauaminis, alias non valet appellatio, *c. cordi nobis. 1. de appel. lib. 6.* & per Bar. *in l. eius qui 4. ff de appel. recip.* Secus ſi à diffinitiua; quia ſi appellatur ſtatim tempore, quo fertur, poteſt appellari viua voce, & ſine expreſſione grauaminum: ſed ſi appellatur poſtea, infra decem dies debet appellari in ſcriptis, textus eſt, & ibi Bart. & Imol. *in l. appellandi. 1. § libelli 4. ff de appel.* & dicam plenius infra *in 2. actu, in materia appel-*
19 *pellationis.* Decimo DIFFERT; † quia condemnatio pœnalis facta per diffinitiuam, durat perpetuo; ſecus ſi per interlocutoriam; quia non durat, niſi durante officio iudicis interloquentis: ita tenet Felin. *in c. ex literis. col. 10. verſ. cæterum, de conſt.* per *l. Im-*
20 *perator. ff. ff. de pœn.* Vndecimo DIFFERT; quia † in ſententia diffinitiua requiritur ordo iudiciarius, qui traditur *in l. prolatam. 4. C. de ſen. & in l. arbitri. 1. & l. hac lege 2. C. de ſent. ex pericu. rec.* ſed in interlocutoria talis ordo non requiritur: ita colligitur ex dictis Angel. *in conſil. 114. & 115.* Duodecimo DIF-
21 FERAT; † quia iudex poſtquam pronunciauit, non poteſt ſententiam diffinitiuam circa principale negotium corrigere, nec aliquid illi addere, vel detrahere; ſecus in interlocutoria, ita tenet Alex. *in conſil. 119. in 3. volum.* & maxime *in 2. colum. verſicul. non obſtat, quod not. Bald. &c.* vbi loquitur de interlocutoria: de qua materia vide Alexan. & Doct. *in l.*
22 *Paulus 42. la 2 ff. de re iudic.* Tertiodecimo † DIFFERT; quia diffinitiua producit actionem in factum, *l miles. 6. §. indicari. 3. & ibi Alex. & Dd ff. de re iud.* ſed interlocutoria habens vim diffinitiuæ, nullam producit actionem, ſecundum Alexand. *in l. omnibus. 1. § fin. colum. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.*
23 SVPEREST † modo reſpondere ad SECVNDVM MEMBRVM HVIVS QVAEST. videlicet, QVOTVPLEX SIT SENTENTIA: ſuper quo licet Dd. *in rubr. de re iud. in decretal.* plures ſpecies ac membra faciant, & Spec. *in tit. de ſent. § ſpecies* (nam alii dicunt, quod ſententia alia dicitur diffinitiua, alia interlocutoria ſimpliciter, alia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, alia eſt ſententia præcepti, alia ſententia decreti, alia ſententia mulctæ, alia ſententia banni, vel ſimilis) tamen ego breuius facio DVO tantum MEMBRA: videlicet, quod ſententia eſt duplex, ſcilicet, DIFFINITIVA, & INTERLOCVTORIA; & ad hanc bimembrem diſtinctionem poſſunt omnia alia membra reduci, prout ex infra dicendis apparebit. Quæ autem dicantur diffinitiuæ, & quæ interlocutoriæ, in quo differant ab inuicem, ſatis patet ex prædictis. SOLVM RESTAT hic EXAMINARE NONNVLLAS QVÆSTIONES DVBIAS, de quibuſdam ſententijs de quibus dubitari poteſt, an ſint diffinitiuæ, vel interlocutoriæ, & hoc eſt vtile ſcire propter tot differentias, quæ ſunt inter eas. PRIMO igitur QVÆRO, † vtrum ſententia, per quam iudex pronunciat 24
inſtrumentum eſſe executioni mandatum contra aliquem, dicatur interlocutoria vel diffinitiua? rationes ſunt pro, & contra: nam videtur diffinitiua, ex quo imponit finem negotio principali, vt dictum fuit ſupra in prima differentia: econtra videtur interlocutoria; quia in tali proceſſu nullus ſeruatur ordo iuris, vt dictum fuit ſupra in 11. differentia. Iſtam quæſt. tangit Ang. *in conſ. 114. & 115.* vbi concludit, quod eſt interlocutoria, non autem diffinitiua, ex eo; quia non ſeruatur ordo iuris, vnde tenet eam poſſe reuocari per iudicem, *iuxta l. quod iuſſit 14. ff. de re iud.* Breuiter, quidquid dicat Ang. teneo contrarium, ſcilicet, quod talis ſententia ſit diffinitiua: nam omnis ſententia, quæ diffinit principale negotium, dicitur diffinitiua, etiamſi ibi non ſeruetur ordo iuris gl. eſt notab. & ibi Bal *in l. qui reſtituere 68. ff. de rei ven.* probatur *in Clem. ſæpe. circa fin. de verb. ſig.* ſed iſta ſententia eſt huiuſmodi; ergo, &c. hoc tenet in terminis Lud. Rom. *in conſil. 174. incip. ampliſſime Doct. &c. in princ. & in conſ. 357.* Idem in proprijs terminis contra Ang tenet Alexand. *in conſil. 50. colum. penult. in 2. volum.* Idem tenet Ang. ſibi contrarius *in d. l. qui reſtituere.* & Bart. *in l. item ſi cum ex. eptione. 14. §. hæc autem actio. 4. ff quod met. cauſ.* Secus † eſſet in ſententia; 25
quia pronunciatur, ſententiam eſſe exequendam, quia illa poteſt dici interlocutoria, ex quo tendit ad executionem ſententiæ diffinitiuæ prius latæ: ita tenet Ioan. de Imol. *in l. ab executione. 4. colum. 1 ff. de appel* Bal *in l. ab executione. 5. C. quor appel non recip. in l. actori. 8. C de reb. cred.* Pet. Phil. Cor. *conſ. 221. in 1 vol.* [Adde Viuium *in com opin ſyl. lib. 1. opin. 714.* vbi oſtendit hanc eſſe communem opinionem.]

SECVNDO QVÆRO, † quid de ſententia, per 26
quam pronunciatur, appellationem eſſe deſertam, ſeu fatalia eſſe elapſa, vel non licere tertio prouocare? Dic, quod eſt interlocutoria, licet non ſpectet aliam ſententiam poſt ſe, & imponat finem liti. Ita tenet Bald. *in l. negotiatores. 1. colum. penultim. in fin. C. de Epiſc. audien.* ibi dicit, quod eſt interlocutoria ha-

ria, habens vim diffinitiuæ & ideo ab ea poteſt appellari: item tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil. 14. in litera B. & conſil. 261. in litera H. in 4. vol.*

[ An ſententia lata ſuper deſertione appellationis ſit definitiua, vel interlocutoria? Viuius *libr. 2. com opin. opin* 714. *num.* 18. dicit, ſi ab interlocutoria appellatum ſit, eſſe interlocutoriam; definitiuã vero, ſi ſententia, à definitiua interpoſita, deſerta pronuncietur. ]

Tertio qværo, quid † de præcepto de ſoluendo, an dicatur interlocutoria, vel diffinitiua? Dicas, quod ſi tale præceptum eſt factum ſine cauſæ cognitione, & cum clauſula iuſtificatoria, videlic. *ſi ſenſeris te grauatum, comparens, &c.* non eſt dubium, quod eſt ſententia interlocutoria, quia comparente reo ſoluitur in vim citationis; vt not. Bart. *in l. in ius. 1. C. de execut. rei iud.* plene Alex. *in l. pupillo. 5 §. meminiſſe. 10. ff. de oper. noui nunc.* & Iaſ. *in l. nec quidquam. 9. §. vbi decretum. 1. col. 3. ff. de off. proc.* [ adde Viuium *in ſyl. com. opin. lib. 2. op. 714. nu. 11. & 12.* ] Nam quælibet citatio eſt interlocutoria: ex quo omnis vox iudicis, faciens ad cauſam, eſt interlocutoria, vt habetur *in l. ex ſtipulatione. 7. C. de ſent.* & fuit dictum ſupra. Sed ſi reus non comparet, & accuſatur ſibi contumacia, præceptum remanet firmum, vt habetur *in deciſ. 167.* 28 *conſ. Neap* Sed † dubium eſt de præcepto, quod fit per iudicem in confeſſum vt ſoluat, quod non requirit clauſulã iuſtitiæ; quia fit cauſa cognita: & dubium facit, quia diffinit principale negotium, & non ſperat aliam ſententiam poſt ſe; vnde deberet dici ſententia diffinitiua, & propter hoc Doctores multum variant ſuper deciſione huius quæſtionis, cõmuniter tamen omnes Dd. inclinant quod ſit interlocutoria: ita tenet Bald *in addit. Specul. in tit. de ſent. circa prin ſua addit. & in 2. col. verſ. ſed an valeat præceptũ. &c* Felin. *in c. quærenti. 16. col. fin. de off. deleg.* Ang. *in § illud. in Authen. de hæred. & Falcid.* Felin. *rubr de re iud. col 4.* Lanfran. *in c. quoniam contra. 11 in verſ. interlocutionis. col. 29. verſ. vlterius adducitur, &c. de prob* & Ang. *in l. ſi debitori. 21. de iud.* & ideo; quia eſt interlocutoria, dicit Lanfran. vbi ſupra, & Ang. *in d. l. ſi debitori.* quod poteſt per iudicem reuocari: & idem tenet Matth. de Afflict. *in conſt. Regiæ maieſt. col. fin* ſed Felin. *in d. c. quærenti.* tenet contrarium, ſcilicet, quod non poteſt reuocari: & iſtud tangit Felin. *in d. rubr. de re iud. col. 4 & 5.* referendo plures auctoritates Doct. variantes ſuper hoc, ſed pro concluſione & veritate dicerem, quod aut proceſſus habet aliquam formam, puta quia datus eſt libellus, & reus in litis conteſtatione confeſſus eſt; & tunc iſtud præceptum habetur inſtar diffinitiuæ ſententiæ, adeo, quod potius adhæret diffinitiuæ, quam interlocutoriæ, ita colligitur ex dictis Alexand. *in conſil. 50. col. penult. in. 2. vol.* & tunc ſine dubio reuocari non poteſt, ſicut nec diffinitiua reuocatur. Aut non eſt datus libellus, ſed oretenus reus fuit conuentus, qui in prima reſponſione confitetur, & iudex præcipit ipſi, cauſa cognita, vt ſoluat, *l. ſi debitori. 21. ff. de iud.* & iſta dicatur interlocutoria propter formam non ſeruatam; tamen habet vim diffinitiuæ, ex quo diffinit principale negotium, ſecundum Angel. *in d. §. illud in auth. de hær. & Falc.* Verum ex quo factum eſt, cauſa cognita, & quia habet vim diffinitiuæ, dico quod reuocari non poteſt: ita tenet Phil. *in c. cum ceſſante. 60. colum. 4. de appell.* ſi vero eſſet factum ſine cauſæ cognitione, ita ex abrupto, prout eſt, quando habet clauſulam iuſtificatoriam; & tunc poteſt reuocari, ſicut quælibet interlocutoria, ſecũdum Phil. *ibid* & ita puto cõcordari poſſe iſtas opinion. contrarias.

29 Qvarto qværo, quid † de decreto, an dicatur diffinitiua, vel interlocutoria? Dic, quod illud nomen, decretũ, poteſt ſumi large & ſtricte. Quando ſumitur large, eſt nomen generale comprehendens omne id, quod decernitur per iudicem, & ſic comprehendit diffinitiuam, & interlocutoriam: vt plene decidit Iaſ. *in l. nec quidquã. 9. §. vbi decretum. 1. col. 1. ff de off. proconſ* ſed quando ſumitur ſtricte, differt à diffinitiua in pluribus, quæ cumulat Iaſ. *ibid. col. 1. & 2.* & tunc dicitur omne id, quod decernitur per iudicem cum cauſæ cognitione, circa abſolutionem vel condemnationem; & hac ratione attenta, non poteſt dici diffinitiua, vt quando declarat aliquem mittendum in poſſeſſionem, alimenta pupillo decernit, vel ſuper alienatione rerum minoris cognoſcit, vel in integrum reſtituendo, vel aliud ſimile, vnde communis concluſio eſt, quod decretum dicitur interlocutoria: vt not. Phil. *in c. cũ ceſſante. 60 col antep. verſ. 15. extr. de appellat.* & gl *in c. 1. §. ſi quis autem. 1. verſ. decreto. in Auth. de hæred. & Falcid. col. 1 tit. 1.* pro hoc eſt text. *in l. qualem 19. in fin. ff. de recept. arbit.* & Franc. de Aret. *in l. ſi is ad quem 12. ff. de acq. hær* & probatur in conſt. Regni, quæ incipit, *dubitationem.* in tantum, quod etiam ſecundum decretum dicatur ſententia interlocutoria; vt dicit Bald. *in l. cum & minores. 4. in 2. oppoſ. C. ſi aduer. rem iud.* & gl. *in l præſenti. 6 §. cum autem. 3. C. de his qui ad eccleſ confug.* habet tamen vim diffinitiuæ, quia imponit finem negotio, licet non determinet principale negotium: quia ad vnum agitur, & ad aliud deuenitur, per ſecundum decretum, vt not. Fel. *in c. conſultationibus. 17. col. 2. & 3. de offic deleg.* Pet. Phil. Corn. *in conſ. 64. col. fin. in 1. vol.* & Bart. *in l. non videtur. 3. ff. de iud. & in l. ſi finita 15. §. ſi forte. 22. ff. de damn. infect.* Bald *in l. ſi præſes. 6. C. quom. & quand. iud. & in l. ſi clericus 2. C de Epiſc aud* [ adde Viuium *com. opin. ſyl. lib. 2. op. 714. nu. 9. & 10* ] & an poſſit reuocari, vide Alexand. tenentem quod ſic, *in l. quod iuſſit. 14 colum. 6. de re iudic.*

30 Qvinto qværo, quid † de ſententia banni; dic, quod eſt interlocutoria, ſecundum Bald. *in d. l. cum & minores. col. 2 verſ. & per hoc dico, &c.* Bald. *in addit. ad Spec. in tit. de ſent colum. 2. verſ. ſententia banni, &c.* Alexand. *in conſ. 119. col. 2. in fin. in 3. vol & conſil. 90. col. 4 in princ. in 1. vol.* ſimiliter poſſumus dicere, quod ſententia foriudicationis, qua vtimur in Regno, in cri-

ctiminalibus, ſecundum formam conſt. Regni; quæ
incipit, *Pœnam eorum* & cõſt. *Grand. vtilitatis*. poteſt
dici interlocutoria, ex quo non diffinit principale
negotium? tamen habet vim diffinitiuæ; quia ope-
ratur plus, quam diffinitiua; nam producit ſeptem
mirabiles effectus, quia colligi poſſunt ex d. conſt.
*Pœnam eorum* quos ibi numerat Matth. *in 1. colum.*
31 SEXTO QVÆRO, quid † de ſententia, per quam
irrogatur mulcta; dic, quod eſt interlocutoria? cum
non diffiniat negotium principale, ſed veniat inci-
denter propter inobedientiam, ſeu contumaciam,
*l. vnic. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* ita tenet Alexan *in*
*d. l. vnic. §. fin col. 1.* vbi plus dicit, quod poteſt reuo-
cari, ſicut quælibet alia interlocutoria, *per l. illicitas.*
*6. §. fin. de off. præſ.* & Bald. *in addit. Spec. in tit. de ſenten.*
*col. 2. verſ. ſententia banni, &c* nam æquiparatur ſen
32 tentiæ banni? † quia vtraque irrogatur ob cõtuma-
ciam, ſecundum Bart. *in d. l. illicitas §. fin* Sed certe,
ex quo iſta ſententiam mulctæ continet aliquid dari,
vel fieri, habet vim diffinitiuæ, vt infra dicam, & de
iure, quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ,
reuocari non poteſt, ſicut nec diffinitiua. iſta eſt cõ-
munis concluſio, quam tenet Abb *in c. cum ceſſante.*
*60 col 2. in fin & ibi etiam Phil in 4. col. verſic ſed tamen*
*limita &c ext. de appellat.* & Bart. *in d. l. cum Titia. 16. in*
*fin. ff. de accuſ.* quod tamen qualiter intelligatur, vi-
de omnino quæ dicam infra *in fin. huius 1 qu. princ.*
Super hoc igitur de mulcta ego aliter dicerem, vide-
licet, quod iſta ſententia mulctæ non eſt ideo reuo-
cabilis; quia eſt interlocutoria? ſed quia à lege ha-
bet hanc naturam, vt irrogetur, ſecundum diuitias
& paupertatem contumacis: nam pauper debet le-
uius mulctari, quam diues. Præterea illa *l. illicitas. §.*
*fin.* non dicit, quod reuocetur iſta ſentẽtia, ſed quod
mulcta remittatur ob paupertatem: & iſte eſt qui-
dam actus liberalitatis, qua vtitur lex cauſa miſera-
tionis; quia donat mulctam pauperi; vnde iudicio
meo iſta non eſt proprie reuocatio, intelligendo eo
modo, quo reuocantur aliæ interlocutoriæ: ſed po-
tius eſt quædam impeditio executionis; quia talis
ſententia non mandatur executioni contra paupe-
rem; quoniam lex permittit ſibi fieri remiſſionem
33 mulctæ. SEPTIMO QVÆRO, † quid de abſoluto-
ria ab obſeruatione iudicij; videtur, quod ſit diffi-
nitiua; quia continet abſolutionem, ſed dic, quod eſt
interlocutoria, ex quo non diffinit principale nego-
tium: quod patet; quia de nouo poteſt iudicium in-
choari. gl. eſt *in l. harum. 7 ff ſi ſeru. vend.* Bal. *in l. prope-*
*randum 13 §. & ſi quidem 2. C. de iud. & in d. l ſi clericus.*
*2. C. de Epiſc. aud* & declarat pulchre Phil. *in d. c. cũ ceſ-*
*ſante. col. fi. de appel.* vbi etiam ponit, quando talis ab-
ſolutoria poteſt eſſe diffinitiua, & eſt de mente Bart.
34 *in d. l. cum Titia. de accuſ.* OCTAVO † QVÆRO,
quid de ſententia, quæ fertur in iudicio inter t. ro
ſecundum formam *l. diffamari 5. C. de ing. man.* Dic,
quod ſi lis non conteſtatur, puta; quia citatus, cui
ſtatuitur terminus ad agendum, non agit intra ter-
minum: quo caſu iudex imponit ipſi ſilentium per-
petuum; tunc talis ſententia eſt interlocutoria, ſe-
cus ſi compareat, & litem conteſtatur; quia tunc eſſet
diffinitiua: ita tenet Bald. & Sal. *in dict. l. diffamari* &
Phil *in d c cum ceſſante. col. fin.* NONO † QVÆRO, 35
quid de ſententia lata ſuper poſſeſſorio; Fel. *in d. c.*
*conſultationibus. 10 de off. & poteſt iud. deleg. in 3. col.* te-
net, quod non eſt vera diffinitiua, nec vera interlo-
cutoria, ſed quaſi diffinitiua: vnde videtur ponere
tertiam ſpeciem ſententiæ. Sed quia ego dixi ſupra,
quod omnes ſententiæ de mundo poſſunt reduci ad
illam bimembrem diſtinctionem, quam feci, pro-
pterea in hoc puto, quod melius loquitur Phil. *in d.*
*c. cum ceſſante 60. col. pen. verſ. 21.* vbi dicit, & iſta eſt ve-
ritas, quando principaliter agitur de poſſeſſorio, &
ſuper eo lis conteſtatur, talis ſententia, quæ fertur
ſuper eo, eſt mere diffinitiua; quia diffinit cauſam
poſſeſſorij principaliter intentatam, non obſtante,
quod ſuper petitorio poſſet reuocari, quia illud eſt
nouum iudicium, ſed quando poſſeſſorium reduce-
retur incidenter; tunc eſſet interlocutoria, & ita te-
net etiam Card. Alex. *in d c. cum ceſſante. col. 7. verſ. ha-*
*betis etiam, &c* DECIMO QVÆRO, an condemna-
tio † expenſarum dicatur interlocutoria, vel diffini- 36
tiua; Communis concluſio eſt, quod ſi fiat in pro-
ceſſu cauſæ ante ſententiam diffinitiuam, eſt inter-
locutoria: ſecus ſi fiat vna cum ſententia diffinitiua:
quia tunc cenſetur pars ſententiæ diffinitiuæ, ita te-
net Philip *in d. c. cum ceſſante col. antep. verſ. 17. de appel.*
Ang. *in l. qui agnitis. 11. ff de except* & Fel. *in rub. de re iud.*
*col. 9.* [adde Viuium *in ſyl. com opin. lib. 2. op. 714. nu. 13.*]
Ex hoc ſequitur † notabilis concluſio, quod illa, 37
quæ fertur ante diffinitiuam, poteſt reuocari quan-
documque, ſicut quælibet alia interlocutoria: ſed il-
la, quæ fertur ſimul cum diffinitiua. non poteſt reuo-
cari, etiam eadem die, ſicut nec diffinitiua, ſecũdum
Phil. *in d. c. cum ceſſante. col. 9. verſ. vndecimo limita, &c.*
*& col. antep. verſic. 17* Imo, † ſi iudex interlocuto- 38
ria omiſiſſet condemnationem expenſarum, poteſt
illam facere quandocunque, vſq; ad ſententiam dif-
finitiuam, etiam ad inſtantiam partis, ex quo ante
diffinitiuam ſemper durat eius officium: ſecus, ſi o-
miſit condemnationem expenſarum in diffinitiua;
quia non poteſt illam addere, niſi eadem die: vt ha-
betur *in l Paulus 41. ff de re iud.* ita notabiliter tenet
Abb. *in c ſæpe. 44 in fi.* ſequendo Innoc. *ibi extr de appel.*
& Paul. de Caſtr. *in l. ſancimus. 15. C. de iud.* & Phil. *in d.*
*c. ſæpe col. 14 verſic. octauo quæritur. &c.* vbi ita limitat,
*l. terminato. 3. C de fruct. & lit. expenſ.* & ita debet in-
telligi, quod tenet Bald *in l. patris & filij. 20. in fin ff.*
*de vulg. & pupil.* VNDECIMO QVÆRO, † quid de 39
ſententia lata ſuper exceptione peremptoria? Dic,
quod ſiquidem iudex pronunciat eam admitten-
dam, vel non admittendam, eſt interlocutoria, ex
quo ſperat aliam ſententiam poſt ſe; ſi vero pro-
nunciet, vtrum obſtet exceptio, vel non; & tunc ſi-
quidem pronunciet eam non obſtare, eſt interlocu-
to-

totia; quia ſperat aliam ſententiam poſt ſe: ſi vero pronunciat eam obſtare, & eius contemplatione imponit ſilentium actori, vel reum abſoluit; tunc eſt diffinitiua: ita declarat Fel. *in rubr. de re iudic. in 7. col.* [vide de hoc etiam Viuium *com. op. lib. 2. op. 714 nu. 5.*]

40 DVODECIMO QVÆRO, † quid de ſententia excommunicationis? Dic, quod ſit interlocutoria, vt not. gloſſ. & Dd *in ſumma. 2. qu. 1.* & Fel *in d. rubr. de re iud. colum. 9.* vbi idem dicit de ſententia interdicti, quod ſit interlocutoria, idem tenet Baldus *in l. cum à præfecto. 1. C. depoſ.* & Bald. *in addit. Spec. in tit. de ſententia excommun. &c.*

[Quod ſententia excommunicationis ſit interlocutoria, etiam tradit Viuius *in ſyl. com. opin. libr. 2. opin. 714* dicens eam eſſe communem omnium opinionem *nu. 2.* vbi *num 3.* etiam docet, an tranſeat in rem iudicatam.]

41 Quod † poteſt corroborari; quia excommunicatio ab homine, non poteſt irrogari ad pœnam delicti diffinitiuè, niſi ſolum pro contumacia: vt declarat Phil. *in c qua fronte. 25. in 2. notab. &c. reprehenſibilis. 26. in 1 & 2. notab. de appel.* ergo eſt interlocutoria; quia venit incidenter ob contumaciam; ſicut dicimus de banno, & mulcta. Multos alios caſus dubios, in quibus poteſt dubitari, an aliqua pronunciatio ſit diffinitiua, vel interlocutoria, vide cumulatos pleniſſime per Bald. *in addit Spec in tit. de ſent.* per Phil. & Card. *in d. c. cum ceſſante. 60.* & Fel. *in rubr. de re iud.* Ego tamen volui iſtos duodecim caſus declarare per has duodecim quæſtiones, tanquam magis dubitabiles, & quotidianas. VLTIMO ſuper iſta prima quæſtione principali QVAERO, † EX QVI-

42 BVS COGNOSCI POSSIT, QVANDO INTERLOCVTORIA HABET VIM DIFFINITIVAE, ET QVANDO NON? Dic, quod ex MVLTIS cognoſcitur, quæ declarabo per ſingulas concluſiones, quas modo ſubiiciam. Prima igitur CONCLVSIO eſt, quod omnis interlocutoria, quæ non ſperat aliam ſententiam poſt ſe, dicitur habere vim diffinitiuæ, quia videtur facere effectum, quem facit diffinitiua: quoniam imponit finem illi inſtantiæ, ita declarat Phil *in d. c. cum ceſſante col. 4. & ibi etiam Anton. de Butr. Imol. & Abb. de appel.* Bart. *in leg. quod iuſſit 14 ff. de re iudic.* Exemplum poteſt eſſe de ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. Item de illa, per quam pronunciatur appellationem eſſe deſertam. Item de præcepto de ſoluendo. Item de ſecundo decreto. Item de ſententia mulctæ, & de alijs ſimilibus. Secunda CONCLVSIO eſt, † omnis in-

43 terlocutoria, per quam finitur officium iudicis, dicitur habere vim diffinitiuæ, ſecundum Bartol. *in d. l. quod iuſſit* poteſt eſſe exemplum, quando iudex pronunciat ſe eſſe incompetentem, vt colligitur ex dictis Alex. *in d. l quod iuſſit. 14. colum. 7. verſ. 12.* Tertia

44 CONCLVSIO eſt, † omnis interlocutoria, quæ diffinit vnum articulum ſubſtantialem cauſæ principalis, dicitur habere vim diffinitiuæ, gl. eſt *in Clem. cum repulſione. fin. in gloſſ. 1. in fin. de appel. & in Clem. vni. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* Bald *in l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* & Alex. *in l ſtipulationum. 5. col. 2 ff de verb. obligat.* Pro hoc eſt text. *in l. intra vtile 39. ff de minor.* [adde Viuium *in commun. opin lib. 2 lib. 714. num. 7.*] vt quando minor petit reſtitutionem in integrum, & iudex pronunciat ſuper ætate, ſcilicet eum non eſſe minorem: nam tacite excluditur à reſtitutione petita, & ſic deducitur articulus ſubſtantialis cauſæ: & hoc tenet in ſpecie Alex. *in rubr. ff. de re iudic. in fin. col.* Poſſes hanc concluſionem exemplificare infinitis caſibus, vt quando repellitur exceptio peremptoria, vel admittitur, vt *in d Clem. cum repulſione. fin.* Item, quando iudex nollet admittere aliquas probationes, ſine quibus producens illas, non poſſet obtinere, & ſic de aliis ſimilib. Quarta CONCLVSIO eſt, omnis † interlocutoria, continens aliquid 45 dari vel fieri habet vim diffinitiuæ, ſecundum Bart. *in l. nec quidquam. 9. §. vbi decretum 1. in princ. ff. de offic. procon.* Et adde prædictis, quod ſicut reperitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ: ita etiam reperitur diffinitiua habens vim interlocutoriæ, Exemplum ponit Bald. *in l. cum & minores. 4. col. 2. C. ſi aduerſ. rem iud* vt quando iudex pronunciat male appellatum. An † autem indiſtincte non poſſint reuo- 46 cari interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ; dic, quod illæ, quæ non ſperant aliam ſententiam poſt ſe, non poſſunt reuocari: aliæ vero, quæ dantur in medio proceſſus, quæ ſperant diffinitiuam poſt ſe, reuocari poſſunt: ita declarat Alex. *in d l. quod iuſſit. 14. col. 5 de iud.* & ita intelligas id, quod dixi ſupra *in 6 quæſt.* Et ex his remanet expedita prima quæſtio principalis.

SECVNDO † principaliter quæro, qualiter ſen- 47 tentia ferri debeat, & quid debeat continere, ad hoc vt valeat? Dic, quod MVLTA requiruntur. PRIMO enim debet continere nomen iudicis proferentis, & dicatur an ſit ordinarius, vel delegatus: item, nomina litigantium: item, tenorem primæ petitionis, ſuper qua fundatum eſt iudicium. Item debet facere mentionem de ſubſtantialibus proceſſus: puta, viſa litis conteſtatione, iuramento calumniæ, teſtium depoſitionibus, & alijs proceſſus meritis, &c. item, debet continere abſolutionem, vel condemnationem: item, quod feratur partibus præſentibus, vel abſentibus per contumaciam, & hoc vltimum ſolet ſcribi in litera lata per Notarium actorum: ita tenet Specul *in tit. de ſent. §. qualiter. in fin.* Item ſententia debet recitari in ſcriptis, & de ſcripti recitatione, vt ſupra dixi, & habetur *in l. arbiter. 1. & l. ſtatutu. fin. & ibi Bart. & Dd. C. de ſenten. ex peric. recit. in conſtit. Ab omnib.* & fuit dictum *in quæſt præcedent. in 8. different.* Item † debet iudex ſedere pro tribunali, alias non 48 valet ſententia, ſecundum Bart. & Bald. *in d. l. arbitr. 1. de ſent. ex peric. recit.* Item † debet ipſe iudex legere 49 ſententiam, non autem poteſt alij mandare lectionem ſententiæ, niſi ſit perſona illuſtris, vel Epiſco-

puſc

pus: vt not Specul. *in tit. de ſent. §. ſequitur. in princip.* & Alex. *in rubr. ff de off eius, cui mand. eſt iuriſd. col. penult.* & eſt text *in c. etſi ſententia fin. de ſent. & re iud. libr. 6.* & habetur *in d. conſt. Ab omnibus* & ibi per Matth. 1.
50 *colum.* An † autem requiratur, quod iudex exprimat cauſam, qua mouetur in ſententia? dic, quod regulariter non requiritur: vnde valet ſententia, etiam ſine expreſſione cauſæ; poteſt tamen illam apponere, ſi vult, text. eſt, & Abb. & Doct. *in c. ſicut. 16. de ſentent. & re iudic.* Fallit tamen in nonnullis caſibus, quos ponit Abb. *in dict. c. ſicut. in vltimo notab* & ibi vide. Item, † debet ferri cauſa cognita, alias non
51 valet: vt habetur *in l. prolatam. 4. C de ſenten. & interloc omn. iud. & in l. nec quidquam 9 § vbi decretum 1 ff.*
52 *de offic. proconſ.* EGO AVTEM † pro clariori intelligentia, & vt faciam magis ordinatum compendium, INTENDO PRÆDICTA, & quam plura alia requiſita, ad validitatem ſententiæ, EXAMINARE PER QVATVOR CAVSAS. Sicut enim ſecundum philoſophos, in omni actu humano, vt plurimum conſiderantur quatuor cauſæ, videlicet cauſa EFFICIENS, MATERIALIS, FORMALIS, & FINALIS: prout alias in iudicio conſideraui illas, in princip. huius operis: ita etiam dico, quod in ſententia debent concurrere iſtæ quatuor cauſæ, ita quod appareant ex prolatione ipſius. PRI-
53 MO igitur debet † eſſe in ſententia, CAVSA EFFICIENS, & hoc eſt, quod dixi ſupra in primo requiſito, ſcilicet, quod ſententia debet continere nomen iudicis: nam ipſe iudex eſt cauſa efficiens: quia ipſe componit ſententiam, & in eſſe producit, & debet exprimere, an ſit ordinarius, vel delega-
54 tus, vt not. Speculat. *in d. §. qualiter. in fin.* quia † ſi iudex ignorat fundamentum ſuæ poteſtatis, non valet ſententia: vt not. Bartol. *in l. multum. 21. ff. de cond. & demonſt. in l conſenſiſſe. 2 ff de iudic. & in l. hac autem 5 ff ex quibus cauſ in poſſeſſ. eat.* & Abb. *in cap. prudentia. 21 in princ. in fin. colum. de offic. deleg.* in qua cauſa efficiente, ſi eſſet aliquis defectus, non valeret ſententia: vt quia iudex eſſet mutus, vel furioſus, vel infans, vel excommunicatus, vel ſimilis, quos defectus ponit Speculat. *in tit. de ſenten. §. iuxta colum. 1. & 2* & habentur *in l. cum prætor. 12 §. 2. ff de iudic.* & per hoc infero contra prauam obſeruantiam nonnullorum iudicum: qui, quando formant ſententias, incipiunt; *in Dei nomine, &c. vnde nos qui ſupra* & ſupra nullam fecerunt mentionem de nomine ſuo proprio, nec dignitatis, ſed parcendo labori, cauſa breuitatis omittunt nomen proprium, & dicunt; *vnde Nos, qui ſupra.* nam per hoc puto, quod dicta ſententia, quæ ita ſcripta reperitur, poſſet dici nulla; quia peccat in expreſſione cauſæ efficientis, nõ obſtante, quod in lectione ſententiæ exprimeretur nomen iudicis: quia ſententia debet tota ſcribi, & poſtea de ſcripti recitatione legi: & non ſufficit, quod voce proferat: vt dixi ſupra *in 8. differentia præcedentis quæſtionis.* per ea, quæ dicit Angel.

Dixi † etiam ſupra, quod iudex debet ſedere pro tribunali, vt *in § ſedebunt. in Auth. de iudicib. & vt nullas. &c. col. 6. tit. 11. & c. fin. de re iud. libr. 6.* & iſta etiam eſt qualitas addita, & annexa huic cauſæ efficienti, vt not. Barthol. Bald. & Doct. *in d. l. arbitr. 1. C. de ſent. ex peric. recit.* vbi limitant, hoc non procedere in interlocutoria. quæ non requirit plenam cauſæ cognitionem. Item limitant, non procedere in iudice timente, potentiam alicuius: quia poteſt ſuper equo, vel ex turri ferre ſententiam, vt cito poſſit fugere, vt not. gloſſ. *d l. arbitr. 1. & in d. c. etſi ſententia fin. de re iudic. libr. 6* de quo vide Speculat. *in tit. de ſent §. iuxta. verſic. item eſt nulla ratione modi, &c.* Lanfranc. *in c. quoniam. 11 in verò, interlocutiones col. 4. de prob.* & Gemin. *in d. c. etſi ſententia.* Et propter hoc poni ſolet in ſententijs: *Nos talis iudex, ſedens pro tribunali, &c.* hoc tamen non procedit in cauſis ſummarijs, in quibus poteſt iudex etiam ſtando, & non ſedendo ferre ſententiam, vt *in Clem ſæpe 2. §. ſententiam de verbor. ſignificat.* & ex hoc patet, quod hodie in Regno non oportet, quod iudex ſedeat; cum cauſæ ciuiles omnes ſint ſummariæ, vt ſupra pluries fuit dictum.
Item † dixi, quod iudex debet per ſe legere ſententiam, & non per alium: niſi ſit perſona illuſtris, vel Epiſcopus; vt *d. c. fin. de re iud. lib. 6.* de quo dicto vide Felin. *in. c. ſuper quæſt. 27. in princip. in fin. col. de offic. deleg.* Certe ſi iſtud eſſet verum, hodie nulla ſententia valeret, maxime in hoc Regno: cum generaliter omnes ſententiæ tam maiorum, quam minorum iudicum, legantur per alios, ſcilicet per actorum magiſtros, & non per ipſoſmet iudices; vnde non poſſet aliud dici, quam quod hoc toleretur ex general. conſuetudine, quæ poteſt in hac ſolennitate derogare, iuri poſitiuo, vt dicit Gemin. *in d. c. fin. col. 2. verſic. in ea gloſſ. ibi; Italia. &c. de re iud. lib. 6.* tenet in ſimili Archid. *in c. ſtatutis. 8. 2 quæſt. 1.* Bald. & Salic. *in l. hac conſultiſſima. 8. C. qui teſtam. face. poſſ.* Item dixi, quod ſententia † feratur in ſcriptis, hoc debet intelligi, quod ſcriptura præcedat recitationem, nec ſufficeret, ſi iudex ſcribendo, vnico contextu voce proferret, vt declarat Gemin. *in d. c. fin. in 2 & 3. not.* SECVNDO † conſideratur in ſententia CAVSA MATERIALIS, & eſt illa, quam in iudicijs conſideraui, in prin. huius tractatus. Materia enim dicitur, ex qua aliquid fit, vnde in propoſito cauſa materialis ſententiæ eſt ipſa cauſa deducta in iudicium per primum libellum, & ex conſequenti totus proceſſus ſuper ea fabricatus; quia ex illo proceſſu, & cauſa in eo contenta, fit ſententia diffinitiua, & propterea dixi ſupra, de mente Spec. quod in ſententia debet inſeri tenor libelli, ad hoc, vt ipſa cauſa materialis appareat expreſſa in ſententia. Verum illud non eſt omnino neceſſarium, imo valet ſententia, etiam ſi tenor libelli non exprimatur in ea, ſecundum Barto. *l. in l. ſi arbitr. 1. C. de ſent.* ſufficit enim, quod ſub epilogo fiat mentio de libello actoris, & reſponſione rei, puta, viſa petitione actoris, con-

continet iſtud, & iſtud, &c. vt tenet Spec. *in d. §. qua-*
*liter; verſic. cæterum*, & ita cõmuniter ſeruatur in pra-
ctica, imò etiam ſi iudex nullã faceret mentionem
de libello, ſed ſimpliciter diceret, ſuper præſenti
proceſſu ita pronuntio, condemnando, vel abſol-
uendo, &c. puto ſententiam valere. Nec iſtud con-
tradicit his, quæ paulò ante dixi, in quantum dixi
exprimendam eſſe cauſam materialem, quia totus
proceſſus eſt cauſa materialis, & bene ſit mentio de
ipſa cauſa ſaltem per relationem; quia ſententia re-
fertur ad acta, & per illa declaratur, & habetur *in l.*
*hæc ſententia, 3. C. de ſentent. quæ ſine cert. quantit. prof.*
per Alexand. *in l. præſes 27. ff. de re iud. & l. ait prætor, 5.*
*§. ſi iudex, 1. eod. tit.* Paria enim ſunt aliqua eſſe cer-
ta de ſe; vel per relationem ad aliud, *l. certum 6. ff. ſi*
*certum peta. l. aſſe toto, 97 ff. de hæred. inſtit.* Hinc eſt,
59 quod † dicimus, vt ſupra dixi, non valere ſenten-
tiam latam ſine cauſæ cognitione, & ſic ſine pro-
ceſſu, vt habetur *in l. l. prolatam, 4. C. de ſentent.* & ibi
Bartol. *& in l. ex ſtipulatione, 7. in fin. eod. tit. & in l. in*
*cauſa, 13. verſic. cauſa enim cognita, ff. de minor.* Pro hoc
eſt text. apertus *in d. l. quoniam contrar. 11 de prob.* vbi
declaratur, quo ordine iudex debeat cauſas diffini-
re; quia primò debet acta & proceſſum facere in
ſcriptis, aliàs pro eius ſententia non præſumitur,
quando proceſſus per legitima documenta non ap-
paret. Hinc etiam dicimus, quòd iudex debet iudi-
care ſecundùm allegata, & probata, & ſic ſecundum
proceſſum: vt habetur *in l. illicitas 6. §. veritas, 1. ff. de*
*offic. præſid.* ergo ſententia, quæ non habet proceſ-
ſum, dicitur carere materiâ, & ſic eſt nulla: quia ſe-
60 cundùm philoſophum ex nihilo nihil fit. Quid au-
tem, † ſi feratur ſententia ſine probationibus an
valeat; vide Socinum *in conſ. 134. colum. 2 in fin. in*
61 *1. volum.* Ex † hoc oritur quædam ſolennitas ma-
terialis, quæ eſt, vt ſententia feratur conformis li-
bello, *iuxta l. vt fundus 18 ff. commun. diu. c. licet He-*
*li. 31. de ſimon. & l. Lucius, fin. de fidei. comm. libert.*
vbi dicit Bald. quòd fatuus eſt iudex, qui ſuper alijs
quàm ſuper petitis pronunciat: vnde ſententia ali-
ter lata, non valet: quia habitâ relatione ſententiæ
ad eius materiam, non poteſt eſſe conformitas: vn-
de ſententia reperiretur facta ex nihilo. Nam ſi pe-
to bouem, & proceſſus fabricatur ſuper boue, ſen-
tentia verò fertur ſuper equo, talis ſententia vide-
tur eſſe ſine proceſſu? quia nullus proceſſus eſt fa-
ctus ſuper equo, & ſic non haberet materiam præ-
exiſtentem correſpondentem, meritò eſt nulla ſic-
ut quando aliquis vult facere librum, & habet char-
tas, & non vult librum conficere ex chartis & vult,
quòd ſit liber, iſtud continet in ſe repugnantiam:
quia non poteſt eſſe liber ſine chartis, vnde iſte li-
ber non poſſet eſſe niſi imaginarius ſcilicet mente
conſideratus, & in eſſe non productus: ita iſta ſen-
tentia eſſet imaginaria, & nullius momenti, *l. ima-*
62 *ginaria, 16. ff. de regul. iur.* Hoc † tamen limitatur
non procedere in cauſis, in quibus proceditur ſo-
la facti veritate inſpecta, quia poteſt tunc iudex fer-
re ſententiam non conformem libello, vt decla-
rat Iaſon *in leg. vinum, 22. colum. 17. ff. ſi certum petat.*
vnde hodie in Regno per c. *Deteſtantes*, poſſet indi-
ſtinctè hoc fieri, & valeret ſententia, & ſic quoad
hoc eſſet correcta regula *d. l. vt fundus.* Item quan-
do vnum petitur, & aliud conſtat per confeſſionem
partis; quia poteſt iudex ad illud condemnare, non
obſtante, quòd non ſit petitum: vt habetur *in deciſ.*
*32 in fin. conſil. Neapol.* Item; † poteſt iudex petentem 63
debitum condemnare ad reſtitutionem pignoris;
non obſtante, quòd pignus non ſit petitum, vt not.
Bart. *in l. eum, qui, 56. §. qui ita, 4. ff. de verbor. oblig.* &
Bald. *in l. cum eorum, 5. C. de ſent.* & habetur *in deciſ. 32.*
*conſil. Neap.* & ratio eſt; quia dicta reſtitutio pignoris
venit ex natura actionis intentatæ. Plures alias fal-
lentias ad *d. l. vt fundus*, vide pleniſſimè per Felin. in
*d. c. licet Heli, col. antepen. & penult. in fin.* vbi cumulat
31. fall. & aliquas etiam ponit Iaſ. *in d. l. vinum, col. 16.*
*& 17. & in §. curare, 32. colum. 5. Inſtit. de act.* Verum;
quia † ſuperius dixi, quòd ex nihilo nihil fit, & ius 64
imitatur naturam, *§. minorem, 4. Inſtit. de adopt.* quo-
modo ergo poteſt ſubſiſtere ſententia in iſtis & alijs
fallentijs, ſi caret materiâ; Ad hoc reſpondeo, & do
vnam generalẽ declarationem pro prædictis, quòd
iſtæ fallentiæ procedunt, quando vnũ fuit petitum
in libello & pendente iudicio, incipit conſtare de
alio, vel per probationes, vel per cõfeſſionem: nam
iudex, qui habet ſequi veritatem, poteſt cõdemna-
re ad aliud in iſtis caſibus ſpecialibus, ex quo ſibi li-
quet ex eodem proceſſu, vel ex natura actionis in-
tentatæ, vel ex virtute probationis, ad hoc vt veri-
tas ſortiatur effectum, omiſſis ſcrupuloſitatibus iu-
ris poſitiui generalis, volentis, quòd non feratur
ſententia, niſi ſuper eo, ſuper quo eſt facta litis
conteſtatio, vt dicit Bart. *in d. l. prolatam, 4. C. de ſen-*
*tent.* & ſic bene formatur ſententia ex aliquot quia
ſubeſt materia, quæ naſcitur pendente iudicio, ſed
quando vnum eſſet petitum, & ſuper eo fabrica-
tus totus proceſſus, vſque ad concluſionem, & ni-
hil aliud conſtaret ex illo proceſſu de alia re; tunc
indubitanter dico, quòd etiam in iſtis fallentijs; non
valeret ſententia, non conformis libello; quia nul-
lam haberet materiam, ſecundùm exemplum pro-
poſitum, & ita debent prædicta declarari. Conſi-
deratur † etiam in iſta cauſa materiali non ſolùm, 65
quòd ſubſit materia: ſed etiam quòd ſit apta mate-
ria, vnde ſi libellus eſſet ineptus, ſententia ſuper eo
lata non valeret, vt not. gloſſ. *in verb. ſecundũ, in fin.*
*Inſt. de obl. in princip.* Abb. *in c. cũ dilecti, 3. de empt. &*
*vend.* Ant. de But. *in c. examinata, 15. de iudic.* & Bald. *in*
*l. ex hoc iure, 5. & in l. nonnunquam, fin. ff. de iuſtit. &*
*iur. & in l. actor. 18. in fin. C. de reb. credit.* [Adde Gail,
*libr. 1. obſeruat. 66, num 1 & ſequentib.*] Sic etiam di-
cimus de toto proceſſu; quia debet aptè, & ſecun-
dùm iuris ordinem fabricari, alias ſentẽtia eſt nul-
la, vt *d. l. prolatam.* Verùm in caſibus, in quibus non


re-

requiritur libellus, prout in ſummarijs, & præſertim hodie in Regno, valeret ſententia lata ſuper libello inepto, vt declarat Alex. *in d. l. vinum, 22. col. fin. & ibi eſt gl. ff. ſi cert. pet.* & Fel. *in c. cũ ordinem, 6. de reſcript.* quia per iura municipalia ſunt ſublatæ ſolennitates libellorũ in ciuilibus: vnde illa materia inepta eſt reducta ad aptitudinẽ; quia non inſpicimus aliud; niſi quod apparet intentio actoris quibuſcũque verbis declarata, vel per qualẽqualem petitionem, vel per articulos & merita proceſſus: vt pluries fuit dictum ſupra in proceſſu huius tractatus. SED

66 iuxta † hoc CADIT pulchrum DVBIVM. Pone; quòd aliquis produxit libellum bene conceptum, & tamen in eo intentauit actionem, quæ ſibi nõ competebat, & ſic egit ſine actione. Reus non oppoſuit, iudex protulit ſententiam pro actore ſuper illa actione, quę non competebat, an valeat talis ſententia? certe videretur eſſe dicendum, quòd non; quia caret materia: nam vbi nulla eſt actio, nulla poteſt eſſe ſententia: & hòc in ſpecie tenet d. gloſſ. *Inſtit. de*

67 *obl. in prin. in verb. ſecund. in in fin.* Quę † expreſsè dicit, quòd ſententia debeat fieri per competentes actiones, & iudices, aliàs non valeat ſententia, & illa gloſſ. communiter approbatur. Pro hoc etiam eſt regula trita: quod nemo ſine actione experitur, *l. ſi pupilli, § videamus, 12. ff. de neg. geſt.* vbi per Bart. &

68 Doct. Imo † iudex ex officio poteſt repellere agentem ſine actione, vt not. gl. & Doct. *in l. vbi pactum. 40. C. de tranſ.* contrarium tenet Bart. *in conſ. 100. incip. A domino Cyn, &c. verſ. ſuper quarto, &c.* vbi dicit, quòd valet proceſſus, licèt actor omni actione careat, & poteſt ſuper eo ferri ſententia valida, *per l. pecuniæ, 2. C. de cond. in deb. cum alijs allegatis per eũ ibi.* Pro hoc eſt text. & ibi Alb. *in l. cùm putarem, 36. ff. famil. erciſc.* & vide omnino Iaſ. *in l. nam poſteaquam, 9. §. ſi damnetur, col. 2. ff. de iureiur.* Puto in iſta varietate poſſe iſta diſtingui: quandoq; aliquis agit narrando talem cauſam in libello, quod ex ea apparet non competere ſibi ius agendi, vt quia dicit, peto talem fundum; quia Rex eſt in Francia; & tunc, quoniam communis concluſio eſt, quòd talis libellus ſit ineptus, etiam parte non opponente: vt tenet Bart. & Alex. *in l. ed. 3. C. de ed.* gl. *in l. palã eſt, 2. §. circa, 3. ff. de doli mali & met. except.* & communiter Mod. *in l. Labeo ſcribit, 1. in pr. ff. de adil. edic.* dico, quòd ſentẽtia lata ſuper tali proceſſu & libello, nõ valet; quia ex forma ipſius apparet calũnia manifeſta, & quod ſine actione agitur. Poſſet etiam poni exemplum, quãdo aliquis agit rei vendicatione cõtra Titium, narrando ipſum Titium nõ poſſidere; quia ſeipſum excludit à iure agendi; vnde ſi in iſto caſu iudex ferret ſententiam contra Titium; talis ſententia eſſet nulla nec poſſet habere executionẽ contra Titium, quem ipſemet actor aſſerit non poſſidere, & ſic ex ipſo libello apparet, quod non competit ius agendi: hoc probatur ex his, quæ dicit Abb. *in d. c. cum dilecti 3. in 3. not. de empt. & vend.* vbi etiam dicit, quòd talis ineptitudo poteſt opponi poſt ſentẽtiam; ergo reddit proceſſum nullum, per ea, quæ not. Bar. & Doct. *in l. licet, 24. C. de procurat.* idem tenet Alex. *in d. l. quæ quiſque. 1. in princip. col. 5. ff. de edend.* Quandoque aliquis † agit narrãdo aptam cauſam in libello, ſed 69 exprimit ineptam actionem: vt quia dicit, quod mutuaui Titio centum, ideo peto ipſum mihi condemnari actione ex locato: & tunc communis opinio Doctorum eſt, quòd talis libellus valet, & ſimiliter ſententia valebit, inſpectâ narratione aptâ, ex quo nomen actionis non eſt neceſſe exprimi in libello, *c. dilecti, 6. de iudic.* vnde ſi fuit expreſſa, & inepta non vitiat: ita tenet Alex. *in d. l. qua quiſque, 1. col. final. ff. de eden l.* vbi plures allegat, & tenet Innocent. Anton. de Butr. & Can. *in d. c. examinata de iudic.* Dato ergo, quod non competat actio ex locato; poteſt tamen ferri ſententia ſuper mutuo, quod perpenditur ex narratione apta: quæ concludit in mutuo. Et hunc intellectum puto eſſe de neceſſitate dandum ad illam gloſſ. quæ reputatur ſingularis *Inſtit. de oblig. in princ.* quam ſupra allegaui; & ita in terminis iſtam gloſſ. intelligit ibi Ioan. Fab. vbi dicit iſta formalia verba, videlicet: caue; quia ſi eſſet competens iudex, quamuis inepta actio, teneret ſententia, &c. & ſic videtur reprehendere illam gloſ. quæ dicit per cõpetentes actiones, &c. poſſet tamen ſaluari, intelligendo eo modo, quo dixi in primo membro, ſcilicet, quando ex facie libelli apparet, quòd nullo modo competit ius agendi, ſed ſecundùm dicta in ſecundo membro, loquitur bene Ioan. Fab. TERTIA † CAVSA PRINCIPALIS, quæ conſidera- 70
tur in ſententia, eſt CAVSA FORMALIS, & hinc eſt SCIENDVM, quòd iſta cauſa poteſt CONSIDERARI TRIPLICITER. Vno modo, reſpectu iudicis proferentis. Secundo modo, reſpectu litigantium. Tertio modo, reſpectu ipſius ſententiæ. PRIMO MODO dixi, RESPECTV IVDICIS, iſtud SIMILITER INSPICITVR TRIBVS MODIS, videlicet reſpectu LOCI, TEMPORIS, & PERSONÆ IPSIVS IVDICIS. Primo modo ſcilicet reſpectu loci, hoc ideo dixi: quia iudex quando † fert ſententiam, debet ſtare in loco ſolito ma- 71
iorum ſuorum, vbi eius prædeceſſores ſoliti ſunt reddere ius, alias ſententia non valeret, text. eſt. & ibi Bald. & Doct. *in l. cùm ſententiam, 6. C. de ſent. &* not. Bart. *in l. ſi ut propoſ. ſola. 2. C. quomodo & quand. ind. & in l. arbitri. 1. C. de ſen. ex peric. recit.* & Bar. Bald. Iaſ. & communiter Doctor. *in l. ius pluribus. pen. per illum tex. ff. de iuſt. & iur.* & Ang. *in tract. mal. in verſ. ad noſtrum ſolitum bancum iuris, &c.* Et propterea in ſententijs ſolet apponi illa clauſula: *Nos talis iudex, &c. ſedentes pro tribunali, in tali loco, &c. vbi curia regi ſolet & iura reddi pręſentibus, &c.* ad demonſtrandum, quod iſta ſolennitas formalis interuenit in ſententia. LIMITA † tamen hoc procedere in iudice ordina- 72
rio qui habet certam ſedem, & locum reddendæ iuſtitiæ: ſecus in delegato; quia ex quo nõ habet certam

tam

tam ſedem deputatam, poteſt ſibi eligere locum, vbi vult, etiam in Camera ſua: ſecundùm Bald. *in d. l. cum ſententiam, 6. C. de ſent.* & idem Bal. *in d. l. in pluribus, pen. in 2. lect. circa fin. ff. de iuſt. & iur.* vbi hoc intelligit in delegato ad vnam cauſam particularem.
73 Secus † in delegato ad vniuerſitatē cauſarum: quia tenetur ſeruare locum delegantis, ſecundùm eum: & ita debet intelligi tex. *in l. ſi locum, 59. ff. de iud.* vt declarat Bald. ibi. ſcilicet, quod delegatus particularis poteſt ſibi eligere locum: dùmodo ſit congruus litigantibus & honeſtus, aliàs ſecus, per *l. ſi cùm dies, (aliàs) quid tamen 21. §. ſi arbiter, 1. & 10. cū l. ſequ. de recept. arbitr.* quidquid dicat Paul. de Caſt. *in d. l. ſi locum,* qui tenet, quòd delegatus debet ferre ſententiam in tribunali delegantis: quia intelligendo de particulari, non eſt verum? nam non eſt idem tribunal. Quod patet, quia ab eo appellatur ad delegantem, vt per Bart. & Doct. *in l. quod dicitur, 1. §. fin. ff. qui & à quo app.* & ibi probatur. Secus † eſſet in vicario,
74 qui cum eius tribunal ſit idem cum tribunali principalis, debet ſedere in tribunali principalis. Fateor tamen, quòd poſtquam iudex delegatus elegit ſibi locum, ſemper debet ad illum locum facere citationes, & ibi ferre ſententiam, ſecundùm Bart. & Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi ut prop. ne, §. l. 2. C. quem. & quan. iud. & in d. l. arbi. v. 1. & fin. C. de ſent. ex peric. recit.* Sed † iuxta hoc cadit pulchrum dubium:
75 videlicet, an delegatus ad vnam cauſam poſſit procedere, & ſententiare extra locum iuriſdictionis delegantis, & an poſſit eligere ſibi aliū locum ſub iuriſdictione delegantis, vel etiam locum non ſubditum deleganti. Et cùm iſte caſus quandoque mihi eueniſſet in facto quia Illuſtr. Dux Sueſſæ delegauit mihi vnam cauſam ſuorum ſubditorum; & tamen tunc reſidebam in ciuitate Melphiæ, qui eſt locus extra ſuam iuriſdictionem, & litigantes faciebant dubium, quòd procedere non poſſem? tamen vt eis morem gererem, feci ſupplicationem Illuſtriſſimo Principi dictæ ciuitatis Melphiæ, vt deberet concedere mihi ſuum aſſenſum: qui fuit mihi in ſcriptis conceſſus, ad tollendam omnem ambiguitatem. Dico tamen, quòd non fuit neceſſe obtinere dictum aſſenſum: ſed potius fuit cautela ſuperabundans. Et tunc reſpondeo ad quæſtionem propoſitam, & dico, quòd ſi ambæ partes conſentiant, quòd delegatus procedat extra territorium delegantis, valet proceſſus & ſententia, abſque eo, quod conſentiat dominus illius territorii: text. eſt ſingularis *in c. ſtatutum, 1. §. in nullo, de reſcript. lib. 6.*
76 per † quem ita in terminis tenet Abb. *in c. P. & G. 40. col. 5. verſic. venio ad 4. &c. de off. deleg.* vbi tenet, quod in delegato poſſit fieri prorogatio de loco ad
77 locum; & ratio poteſt eſſe; quia iuriſdictio † delegati non cohæret, nec terminatur territorio, ſicut iuriſdictio ordinarij. vt dicit Abb. *ibid.* licèt ſecus eſſet in ordinario. ſecundùm eum; quia ordinarius non poteſt procedere extra territorium, niſi interueniat conſenſus domini illius loci, vltra conſenſum partium; idem tenet Bald. *in l. fin. qui ex conſenſu, 7. C. de Ep. aud.* Bart. & Doct. *in l. quæro, 160. ff. de ſol.* & vt le remiſſiuè per Iaſ. *in d. l. in pluribus, pen. ff. de iuſt. & iur. in fin. col.* Secundò principaliter † LIMITA, prædictam regulam non procedere in Epiſcopo habente plures terras, & caſtra in ſua diœceſi; 78
quia in quolibet loco diœceſis, vbi reperitur, poteſt curiam tenere & citare, ac ſententias ferre, text. eſt *in c. cū Epiſcopus, 7. de off. ord. libr. 6.* per quem ita tenet Bald. *in d. l. pen. in 1. lect. verſ. ſed an Epiſcopi, &c.* & ibi etiam Ang. & Paul. de Caſtr. *in l. nonnūquam ſi. ff. de iuſt. & iur.* & Bald. *in l. teſtamenta omnia 18. C. de teſtam.* Tertiò † LIMITA, niſi iudex de conſenſu 79
partium ferret ſententiam in alio loco non ſolito: quia valet propter prorogationem, dummodo non egrediatur territorium ſuum: ita tenet Abb. *in d. c. P. & G. 40. col. 5. verſic. venio ad quartam &c. de off. deleg.* Bart. *in d. l. in pluribus, pen. circa fin. ff. de iuſt. & iur.* & gloſſ. fin. *in l. cum non eo die, 6. C. quand. prou. non eſt neceſſ.* Quartò LIMITA, † non procedere in arbitro; quia poteſt eligere ſibi locum, dummodo honeſtum *l. quid tamen, 21. §. ſi arbiter, 10. & ſequ. ff. de arb.* & Bald. *in l. cum ſententiam, 6. C. de ſent.* in ſ. ibi 80
autem quando arbiter non elegit locum, intelligitur de loco, vbi factum eſt compromiſſum: vt tenet Alexand. poſt Bart. *in d. §. ſi arbiter,* per illum tex. & Bald. *in l. penult. in 2. lectu circa fin. ff. de iuſtit. & iur.* Quintò LIMITA, † non procedere in iudice appellationis, qui poteſt etiam in domo ſua in omni 81
alio loco honeſto iuſtitiam regere, & ſententiam ferre, gloſſ. eſt notab. *in d. l. cùm ſententiam. C. de ſent.* & ibi Bald. *in 1. lect.* & Paul. de Caſtr. & communiter Doct. *ibid.* Sextò LIMITA † in iſtis vicarijs generalibus, & Præſidibus prouinciarum, qui vadunt 82
diſcurrendo per prouinciam, inquirendo maleficia, & prouidendo oppreſſis, & alia faciendo, quæ ſpectant ad cultum iuſtitiæ; quia in quolibet loco illius prouinciæ poſſunt ius reddere, ad eorum electionem ita tenet Alb. de Roſ. & Moder. *in d. l. pen. ff. de iuſt. & iur.* Ang. *in tracta. malef. in verſ. ad noſtrum ſolitum bancum iuris, &c. in fin.* & Baldus *in d. l. teſtamenta omnia, 18. C. de teſtam.* Septimò † LIMITA, 83
quando locus ſolitus non eſſet tutus, vel propter metum tyranni, vel propter guerras, vel peſtem: vel quia minatur ruinam: nam tunc poteſt iudex eligere alium locum, & ibi ſententiare: Debet tamen proteſtari, quod propter illam neceſſitatem eligat talem locum: ita tenet Bald. *in d. l. arbitri. 1. colum. 2. verſ. in gloſſ. ibi, vel quo &c. de ſent. ex peric. recit.* pro hoc eſt tex. *in c. ſtatutum 1. de off. deleg. lib. 6.* Octauò LIMITA, † in Epiſcopo expulſo à ſua ſede 84
& diœceſi per vim: nam poteſt in aliena diœceſi cōuicina exercere iuriſdictionem, procedendo contra expulſores, & eorum fautores, ſecundū ſolam *Clem. quamvis, de foro compet.* Nonò † LIMITA, 85
in cauſis, in quibus proceditur de plano: nam valet

ſententia lata in alio loco ſolito maiorum, ſecundum Bart. *in l. nec quidquam, 9. §. de plano 3. ff. de offic. proconſ.* Bald. *in d. l. teſtamenta omnia, 18. C. de teſtam.* Bart. *in l. confeſſos, vnic. col. 1. C. de confeſſ.* & habetur *in l. vtile tempus, 2. §. dies, ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru.* prout ſunt ea, quæ non requirunt plenam cauſę cognitionem, vt eſt text. cum gloſſ. *in l. voluit, 4. §. fin. ff. de interrog. act.* Decimo LIMITA, † non procedere in cauſis voluntariæ iuriſdictionis: quia in omni loco, etiam in itinere, & deambulando poteſt expediri, ita tenet Bald. *in d. l. teſtamenta omnia, 18. colum. 1. C. de teſtament.* Bartol. *in d. l. confeſſos, vnic. colum. 1. C. de confeſſ.* & eſt textus *in l. omnis 2. ff. de off. procons. & in §. ſerui vero, 2. Inſtit. de libertinis.* Vndecimo
87 LIMITA, † in omnibus actibus reſpicientibus litis ordinationem; quia in illis non tenetur iudex ſeruare locum maiorum, ſecundum Bart. *in dict. l. 1. col. 1. C. de confeſſ. per d. l. voluit 4. ff. de interrog. & act.*
88 Reuertendo ad cauſam, vt formaliter dixi ſupra, quòd in hac cauſa, quæ reſpicit iudicem, CONSIDERATVR ſecundo loco TEMPVS, hoc ideo dixi; quia ſententia debet ferri congruo tempore, ſcilicet vt ſit dies iuridicus, & non feriatus, quia alias non valeret, *l. dies feſtos, fin. C. de ferijs.* not. Bart. & Doct. *in l. ex quacunque 2. § fin. ff. ſi quis in ius voc. non ire. & l. ſi vt proponis, 5. l. 2. C. quomodo & quando iud.* Item † CONSIDERATVR TEMPVS CONGRVVM, ſcilicet vt feratur ſententia in die & hora, in qua facta eſt citatio, alias ſi ferretur ante vel poſt terminum citationis, non valeret, tanquam lata parte non citata, textus eſt notab. *in l. aut qui aliter, 5. in princip. & in l. ſi viccin, ſing. § final.* & vtrobique per Bart. *ff. quod vi aut clam. & in l. cum non eo die 6. C. quando prouoc. non neceſſ.* & habetur per Doctor. *in c. conſuluit, 54. de offic. deleg.* Quod tamen intellige, quando citatus nõ fuit contumax, alias ſecus: quia ſi fuit contumax in non comparendo in termino, poteſt iudex ferre ſentẽtiam poſt terminum quandocunque, ſine alia citatione, ex quo propter contumaciam ſemper eſt in mora: vnde non debet amplius citari: ita notantèr tenet Bald. *in d. l. cum non
90 eodem die.* Tertio † CONSIDERATVR TEMPVS CONGRVVM, reſpectu inſtantiæ: quia ſi iudex fert ſententiã perempta inſtantia, puta poſt triennium, non valet ſententia: ſecundùm Bart. *in l. properandum, 13. in princip. in fin. illius princip. C. de iud.* & ibi etiam Bald. *in 2. quaſt.* Vbi idem dicit de ſententia lata poſt deſertam appellationem, vt nõ valeat. Idem tenet Alexand. *in conſil. 82. in princ. in 3. volum.* Idem
91 dicimus de † ſententia arbitri; quia ſi eſt lata poſt tempus præfixum compromiſſo, non valet, *l. ſi cum dies. (alias) Quid tamen, 21. § ſi intra, 2. & l. non diſtinguemus, 32. §. Compromiſſo, (alias) de liberali, 7. & §. arbiter, 22. fin. ff. de recept. arbitr. &* Bald. *in c. Quintaualles, 23. de iureiurand.* Quartò, CONSIDERATVR
92 TEMPVS CONGRVVM, vt ſententia † feratur de die, & non de nocte, alias lata de nocte non valet, vt not. gloſſ. Bart. Paul. de Caſtr. Iaſ. & communiter Dd. *in l. more Rom. 8. ff. de fer.* & eſt textus, & ibi Abb. & Felin. *in c. conſuluit, 34. de offic. deleg.* Mod. *in leg. nõ minorem, 20. C. de tranſ.* & Petr. Phil. Corn. *in conſ. 54. col. pen. in 2. vol.* vbi dicit hanc eſſe magis communem opinionem; quod tamen limita, niſi conſuetudo aliter ſe haberet, ſcilicet vt ferantur ſententiæ de nocte; quia tunc valet ſententia: item ſi ambæ partes ſint præſentes, & non contradicant ſecundùm Paul. de Caſtr. & Modern. *in d. l. more Rom.* & Felin. *in d. c. conſuluit,* in quibus locis traduntur plures aliæ limitationes, de quibus me remitto ad dicta ibi. [Vide etiam Viuiũ *in ſylu. comm. op. lib. 2. opin. 705.* vbi plures limitationes ſeu caſus refert, quibus ſententia noctu ferri poteſt.] Quintò CONSIDERATVR TEMPVS † CONGRVVM, vt non feratur ſentẽtia 93
pendente dilatione, *l. ſiue pars, 3. C. de dilat.* alias eſt nulla, ſicut ſi eſſet lata die feriato; ſecundùm Bald. *in l. cũ antea, pen. col. fin. verſ. conſiderata, &c. & ibi etiã Cyn. C. de arbit.* Sextò CONSIDERATVR † TEMPVS CONGRVVM, vt ſi cauſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, nam interim nõ poteſt ferri ſententia 94
ante habitum conſilium, ſecundùm Bald. *in l. ex illo, 13. C. de app.* & Bart. *in l. ſi quis, 1. in pr. C. de reb.* & Phil. *in c. intimaſti, 68. de appellat.* ſi tamen feratur de facto, debet appellari, ſecundùm Bart. *in d. l. ſi quis.* Septimò CONSIDERATVR TEMPVS CONGRVVM, vt iudex † pronuntiet tempore, quo vtraque pars eſt præſens, vel altera tantum abſens per contumaciam, *l. de vnoquoque, 47. ff. de re iud.* alias ſi vtraque pars eſt abſens non valet ſententia, ita tenet Bald. *in l. filiofam. 1. col. 5. verſ. & prædicta faciũt ad quaſt. &c. & verſ. quaſt. fuit, &c. De his quæ pœn. nomin.* vbi plus dicit multum ſingulariter, quod ſi iudex incœpit legere ſententiam, & ante completam lectionem ſententiæ ambæ partes ſe abſentarent, non valet ſententia; quod dictum nota, quia forte prima facie quilibet diceret contrarium. Et prædictis adde gloſſ. *in l. properandum, 13. § ſiue autẽ alteruter, 6. in gloſſ. 1. C. de iudic.* quod LIMITA, niſi in caſibus, in quibus iudex procedit ex officio; quia tunc valet ſententia vtraque parte abſente, ſecundũ Aug. *in l. ſi quis libertatẽ, 7. ff. de petit. hær.* & gloſſ. *in c. cupientes, 16. §. quod ſi per viginti, 1. de elect. lib. 6.*

[Item valet ſententia interlocutoria in fauorem abſentis lata, vel etiã contra eum prolata, ſi modici præiudicij ſit, per text. notab. *in l. ille à quo, ff. ad S. C. Trebell.* Alex. *in l. quod iuſſit, n. 35. ff. de re iud.* ſecus ſi magnũ abſenti grauamẽ afferret: tunc enim cauſæ cognitione, & partis citatione opus eſſet. Vide Gail *lib. 1. o. ſ. 109. n. 2.* vbi etiam *n. 3.* dicit, in Camera Imperiali citationẽ ad audiendam ſententiam tam interlocutoriã quàm definitiuã, non requiri, cùm ſufficiat partes ſemel ad totã cauſam legitimè citatas fuiſſe, cùm alias de iure communi ſententiæ, non citatis partibus, ferri nequeant, ne quidem à Principe, de quo vide Viuium *comm. op. libr. 2. opin. 705.*]

Ter-

96 Tertiò, dixi ſupra, † quòd CONSIDERATVR
ſolennitas formalis RESPECTV IPSIVS IVDI-
CIS, QVO AD SVAM PERSONAM, hoc poteſt
intelligi multipliciter. Primò, quòd ſit IVDEX, &
non priuatus, aliàs ſententia non valet, *l. priuato-
rũ, 3. C. de iuriſdict. om. iud. l. eum qui, 13. & ibi gl. ff. eod.*
97 *tit.* † Item requiritur, quòd ſit COMPETENS Iu-
dex, aliàs ſententia non valet, *vt tot. tit. C. ſi à non cõ-
98 pet. iud.* † Item, quòd ſit SANVS MENTE; ſecus ſi
eſſet furioſus, ſurdus vel mutus, vt *cum prætor. 12. §.
non autem, 2. & l. Iudex datus, 46. ff. de iud.* ITEM ſi
eſſet impubes, vel ſeruus, vel mulier, vt *d. §. non au-
tem.* Item DEBET iudex SEDERE PRO TRIBV-
NALI, vt not. Bar. *in d. l. arbit. 1. C. de ſent. ex peric. rec.*
99 & dixi ſupra pluries. † ITEM, ſi eſſet iudex excom-
municatus, non valet eius ſententia, vt habetur *in
c. pia, 1. de except. lib. 6.* not. gloſſ. *35. q. 9. in ſũma.* Bald.
*in l. quamuis, 1. colum. pen. in ff. verſic. vnũ omiſſis &c. C.
de iur. & fact. ignor.* & Bart. *in l. ſi arbiter, 2. C. de ſent.*
vbi hoc intelligit in publicè excommunicato, aliàs
100 ſecus. † ITEM, ſi iudex eſt publicè infamis; quia
non valet eius ſententia, ſecundùm Bar. *in d. l. ſi ar-
101 biter. 10. & in l. quidã conſulebant, 7. ff. de re iud.* † ITEM
ſi ignoret ſe iudicem, vel aliter dubitet; quia non
valet eius ſententia, ſecundùm Bartol. *in l. quæro 3.
in lect. Nicol. de Neapol. ff. de eo, qui pro tut.* & Doct. *in
102 l. ſed ſi de ſua, 34. ff. de acquir. vel omitt. hered.* † ITEM
ſi iudex detulit appellationi; quia ſi poſtea proce-
dit, vel ſententiam ferat, nihil valet, quod agit, ſe-
cundùm gloſſ. & Card. *in Clem. ſi ante, vnic. in 1. quæſt.
103 de dolo & contum.* † ET SIMILITER quando ſi-
bi eſſet inhibitum per ſuperiorem, *c. non ſolum, 7. de
app. lib. 6.* poſſunt etiam multa & varia exempla
poni de impedimentis, reſpicientibus perſonam
iudicis, quæ diligens ſcrutator perquirere poterit,
104 quæ breuitatis causâ omitto. † SECVNDO, prin-
cipaliter conſideratur cauſa formalis in ſententia,
RESPECTV LITIGANTIVM. Et hoc ſimili-
ter dicitur multis reſpectibus; primò, quia nomi-
na litigantium debent exprimi in ſententia, vt
ſciatur, inter quos ventiletur negotium, & quis ſit
abſolutus, vel condemnatus: vt dixi *ſupra in princ.
huius 2. quæſt. princ.* Item; quia eſt neceſſe, quòd li-
tigantes ſint habiles ad comparendum in iudicio;
nam ſi aliquis eorum eſſet pupillus, vel furioſus, &
litigaret ſine tutore, vel curatore, non valeret ſen-
tentia, *l. acta, 45. § fin. l. contra pupillum 55. & ibi Bart.
105 & Alexand. ff. de re iud.* † vbi idem dicitur de ſenten-
tia lata contra minorem indefenſum, vt non va-
leat ipſo iure. Pro hoc eſt tex. *in l. cùm & minores, 4.
C. ſi aduerſ. rem iud. & l. ſi præſes, 6. & ibi Bart. C. quo-
modo & quando iud.* De furioſo autem, quod non
valet ſententia, eſt text. *in l. furioſo, 9. & ibi Bart. &
Alexand. ff. de re iudic.* quod procedit etiam in ſen-
tentia lata in cauſa appellationis, ſecundùm Bal-
106 dum *in l. alienam, 18. de procurat.* † Illud autem, quòd
dixi non valere ſententiam, intellige, quando fer-
tur contra minores indefenſos: ſecus ſi pro eis; quia
tunc bene valet; *l. non eo minus, 14. & ibi Alexand. &
communiter Doctores, C. de procurator.* & Alexand. *in
d. l. furioſo, colum. 1.* ſed in furioſo non valet ſenten-
tia, etiam pro eo lata; quia pro abſente reputatur,
vt *d. l. furioſo;* & ibi Alexand. & Doctor. Et per hoc
infert Alexand. *in d. l. furioſo,* quod idem eſſet in pu-
pillo, nullum habente intellectum: puta, quia eſt
infans; quoniam minimè valet pro eo ſententia, &
ſic eſt pulchra limitatio ad *d. l. non eo minus.* † Simi- 107
liter non valet ſententia, quando fertur contra
eum, qui eſt mortuus tempore prolationis ſenten-
tiæ *l. in ſumma, 59. § fin. ff. de re iudic. & l. illud, 1. § fin.*
aliàs eſt *l. Paulus, 2. ff. quæ ſentent. ſine appellat. reſc.*
imò etiam in fauorem mortui non valet ſententia,
ſecundùm Bartolum *in d. l. in ſumma,* & ibi etiam A-
lexand. in fin. & ibi vide per Doctores.

[Quod ita demũ procedit, ſi iudici, vt iudici, ex
allegatione iudiciali de morte partis conſtet; nam
ſi vt priuatus, tantum mortem patris ſciat, nihil
id ſententiæ eius officit, ſi definitiuè, abſque no-
ua hæredum citatione, eam ferat, allegata autem
iudicialiter patris morte, poſt concluſionem in
cauſa hæres eius non ad reaſſumendam cauſam,
ſed ad audiendam tantùm ſententiam, citatur.
Si verò poſt publicationem demum ſententiæ
mors partis in iudicio allegetur, ſententia in
Camera imperiali per interlocutoriam in hære-
des transfertur. Ante concluſionem in cauſa au-
tem alterutra partium moriente, implorato iudi-
cis officio, citatio ad reaſſumendam cauſam in
ſtatu, in quo relicta eſt, contra hæredes decerni-
tur, etiam ſi procurator defuncti, lite iam conte-
ſtatâ, ſit factus litis dominus, de quo vide Gail. *lib.
1. obſ. 109. numer. 4. & ſeqq.* Et Viuium *in comm. opin.
ſylu. opin. 700. numer. 2. & 3. & opin. 716.*]

Item, quando ſententia fertur contra infir-
mum graui infirmitate, *l. quæſitum, 60. ff. de re iudic.*
Verùm in hoc datur cautela; vt infirmus citatus
mittat excuſatorem, ad ſignificandum Iudici,
qualiter eſt infirmus; quia tunc ſi non obſtante
infirmitate, Iudex profert ſententiam, talis ſen-
tentia eſt nulla; ſecundùm Alexand. *in d. l. quæſi-
tum, colum. fin.* & ibi vide per Doctor. an tenea-
tur mittere procuratorem. † Quid autem, ſi quis 108
litigat per procuratorem & factâ litis conteſta-
tione, dominus moritur, an poſſet ferri ſenten-
tia contra procuratorem? dic, quòd ſic: quia tale
mandatum morte non extinguitur, ex quo pro-
curator eſt effectus dominus litis. Sed qualiter
ſunt concipienda verba ſententiæ; quia ſi non no-
minatur mortuus, videtur ſententia non valere,
per prædicta Bartol. tangit hanc quæſtionem in
*nulla, 1. C. de procurat.* & relinquit indeciſam. Ve-
ritas eſt, quam tenet Alexand. *in d. l. nulla,* vbi e-
licit communem, & magis licitam & notam opi-
nionem; ſcilicet vt iudex dicat: condemno talem

procuratorem quondam Titij defuncti, procura-
torio nomine hæredum, vel eorum, ad quos ea res
109 pertinet, & ita valebit ſententia: † Sed hoc ceſſa-
ret in procuratore prælati, vel rectoris Eccleſiæ:
quia quamuis efficiatur dominus litis, tamen ex-
tinguitur mandatum quandocunque per mortem
Prælati, vel Rectoris, tex. eſt *in Clem. procuratorem*
*fin. de procur.* & not. Iaſ. *in d. l. nulla,* vnde tunc non
valeret ſententia contra illum procuratorem, niſi
110 haberet nouum mandatum à ſucceſſore. † Simili-
ter non valet ſententia quãdo fertur contra eum,
qui non eſt legitimus defenſor: tam in agendo,
quam in defendendo; puta, in falſo procuratore,
non habente mandatum, *l. licet, 24. & ibi per Doct.*
*C. de procur.* † & idem diximus de eo, qui ſuſcipit iu-
111 dicem pro aliquo abſente, quem credebat viuere,
cùm eſſet mortuus; nam non valet ſententia lata
in tali cauſa, vt eſt tex. *in l. de qua re, 74. §. fin. ff. de iu-*
112 *dic.* † Eodem modo, quando lis eſſet agitata cum
procuratore, & Iudex ferret ſententiam in perſo-
nam domini, nam non valet, tex. eſt *in l. non vide-*
*tur, 1. C. de ſent.* tamen iſta ſolennitas hodie in Re-
gno hoc non curatur, ex quo proceditur ſine figura
iudicij in cauſis ciuilibus, vnde valeat talis ſen-
tentia: ſecundùm Bart. *in extrauag. ad reprimen-*
*dum, in verſicul. & figura.* † Similiter quando ſen-
113 tentia eſt lata contra tutorem inhabilem, & minus
legitimè conſtitutum, non valet, tex. eſt *in l. ſi tutor.*
*4. C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* † Simi-
114 liter non valet ſententia lata contra carceratum,
vel alio modo ſimili impedimento impeditum, ſi
Iudex ſciuit impedimentum, ſecundùm Alexand. *in*
115 *l. quæſitum, 60. colum. 1. fin. ff. de re iud.* † TERTIO
principaliter conſideratur cauſa formalis, RE-
SPECTV IPSIVS SENTENTIÆ, & hoc MVL-
TIPLICITER euenit. PRIMO; quia debet ſcri-
bi, & recitari de ſcripti recitatione, *l. ſtatutu, & ibi*
*Bartol. & Doct. C. de ſent. ex peric. rec.* & dixi ſupra
plenè. Quod LIMITA pluribus modis, de qui-
bus per Iaſon *in §. curare, 32. columπ. fin. Inſtit. de act.*
*& in l. nec quidquam, 9. §. vbi decretum, 1. colum. 14. &*
*15. ff. de off. procon.* † SECVNDO; quia debet ſen-
116 tentia continere iuſtitiam, alias ſi contineret
manifeſtam iniquitatem, eſt ipſo iure nulla, *c. in-*
*ter cæteras, 9. & ibi per Abb. & Felin. de re iudi.* Secus,
ſi iniquitas non eſt manifeſta; quia tunc valet, &
debet reſcindi per appellationem; nam tunc dici-
tur eſſe contrarius litigatoris: ita habetur per Do-
ctor. *l. illud, 1. §. item cùm contra ſacras, 2. ff. quæ ſent.*
*ſine appell. reſcind.* Alexand. *in l. cum prolatis, 32. ff. de re*
*iud.* per Bart. & Doct. *in l. errorem, vnic. C. de err. calc.*
& Abb. & Doct. *in c. ſententia, 1. de re iud.* de hoc arti-
culo vide plenè Phil. *in c. dilecto 61. in 55 quæſt. de ap-*
*pell.* † TERTIO, peccat ſententia in ſe ipſa quando
117 continet expreſſum errorem, qui poteſt legi oculo
corporali, quo caſu eſt nulla. *l. ſi cum inter, C. quando*
*de prouoc. non eſt neceſſ.* Secus, quando error iuris non
poteſt legi oculo corporali, de quo vide plenè per
Alexand. *in addit. ad Bart. in d. l. ſi cum inter, & in d. l.*
*cùm prolatis, ff. de re iudic.* & Abb. & Fel. *in d. c. ſenten-*
*tia, de re iud.* & Alexand. *in conſil. 70. in fin. in 2. volum.*
QVARTO, † dicitur ſententia continere expreſ- 118
ſum errorem, quando iudex exprimit cauſam in
ſententia, ex qua mouetur ad ſententiandum, &
illa cauſa relata ad acta eſt falſa, ſeu erronea: quo
caſu ſententia eſt nulla: ita tenet Raph. Cum. *in l.*
*illud, 1. §. item cùm contra ſacras, 2. ff. quæ ſent. ſine ap-*
*pell. reſcind.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 4. in litera*
*F. in 4. volum.* nam licèt aliàs in ſententia non de-
beat exprimi cauſa; tamen ſi exprimatur falſa, &
erronea, ſententia vitiatur, & non valet. ita tenent
Abb. & Doct. *in c. ſicut, 16.* vbi eſt ſua materia, *de re*
*iudic.* & dic, vt ibi. † QVINTO, non valet ſenten- 119
tia lata contra aliam ſententiam, quæ tranſiuit in
rem iudicatam, *l. latam ſententiam, 1. & ibi Bart.*
*& Doct. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* † SEXTO, pec- 120
cat ſententia in ſe ipſa, quando eſt incerta, & non
valet regulariter, quod dic, vt habetur *in l. hæc ſen-*
*tentia. 1. & ſeq. C. de ſent. quæ ſine certa quant. prof.* per
Iaſ. *in d. §. curare Inſtit. de act.* & per Bart. & Doct. *in l.*
*ait prætor, 5. §. ſi iudex, 1. ff. de re iudic.* † SEPTIMO, 121
non valet ſententia, quando facit mentionem de
aliquo procuratore litigante, de cuius mandato
non apparet: ita tenet Andr. & Matth. *in conſtitut.*
*vniuerſis.* CONCLVSIVE debet ſententia conti-
nere ea, de quibus feci mentionem ſupra *in prin-*
*cip. huius 2. quæſt. principalis,* & vide quæ ſupra dixi.
QVARTA † cauſa principalis, quæ conſideratur 122
in ſententia, eſt CAVSA FINALIS, quæ cauſa
conſiſtit in vno ſolo verbo ſententiæ, videlicet in
verbo, CONDEMNO, vel ABSOLVO: nam ad
hunc finem fit tota lis inter litigantes, vt per eam
ſententiam, mediante Iudice, obtineatur conde-
mnatio, vel abſolutio: & quantum ad hunc effe-
ctum, poteſt dici cauſa finalis, ipſa condemnatio,
vel abſolutio, ſed quantum ad hæc verba, poteſt
dici cauſa formalis, & ſubſtantialis ipſius ſenten-
tiæ; quia, ſi ſententia non continet verbum, con-
demno, vel abſoluo, vel æquipollens, eſt ipſo iu-
re nulla, & non dicitur ſententia, vt colligitur ex
definitione ipſius, quam tradidi ſupra *in 1. quæſt.*
*princ.* & de hoc eſt tex. *in l. res iudicata, 1. ff. de re iudic.*
Quod † autem poſſit eſſe verbum æquipollens cõ- 123
demnationi, vel abſolutioni, declarat Alexand.
*in d. l. 1. colum. 2. in fin. ff. de re iudic.* † Inter alia nota 124
vnum, quod ſi iudex declarat in ſententia, Titium
teneri mihi ad centum; perinde eſt, ac ſi conde-
mnaſſet eum ad centum: ita tenet Petr. Phil. Corn.
*in conſil. 102. in litera F in 4. volum.* & eſt gloſſ. *in l.*
*denique, 2. §. ſi, lures, 2. ff. de arbitr.* † Quid au- 125
tem, ſi iudex diceret, pronuntio Titium conde-
mnandum, an cenſeatur condemnare? dic, quòd nõ:
quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudi-
cem, *l. non quemadmodum, 35. ff. de iud.* in eum iudi co 1.

§. *nec tamen*, 2. *ff. de vſur.* gl. eſt & ibi Bart. & Doct. *in l. ſi poſt* 1. *C. ſi adu. lib.* Iſtam q. tangit Alexand. *in l. ſtipulatio*, 1. §. *ſi quis ita*, 2. *col.* 4. *ff. de verb. oblig.* & plures allegat: tandem firmat hanc opinionem, tanquam veriorem, per *iura allegat. ibi per eum.* Tangit etiam Alex. *in d. l. res iudicata*, 1. *in fi. ff. de re iud.* Aliud enim eſt condemnare, & aliud pronunciare cõdemnandum: nam talis ſententia expectat aliam ſententiã
126 poſt ſe. † Sed ſtat dubium, quid ſi iudex mittat proceſſum ad cõſilium ſapientis, & ſapiens ſcribat votum ſuum, ſcilicet, Titium eſſe condemnandũ, &c. & iudex dicat, pronuntio, prout in tali conſilio cõtinetur, an videatur cõdemnaſſe, & deciſio præcedens facit, quòd non: Tamen communiter Doct. tenent contrariũ, quia talis eſt mens iudicis relata ad conſilium, ſcilicet vt condemnet: & ita debet interpretari, vt actus magis valeat, quam pereat: ita cõcludit Alex. *in l. res iudicata, in fin. ff. de re iud.* Quod ſanè intellige, quando iudex ſimpliciter diceret, & ego ita pronuntio, prout in tali conſilio continetur. Secus ſi adderet, pronuntio condemnandum, prout in dicto conſilio, & c. quia tunc non cenſetur condemnaſſe de præſenti: ita declarat Bald. *in l. cùm iudex*, 11. *circa n. C. de ſent.* & ita reſtringe, & declara id quod dixi ſup. *in* 1. *q. prin. huius vlt. partis, in* 8. *differentia, verſ. ſed iuxta hoc moueo*, &c. *verſ. ſeq.* vbi de hoc.

[Adde Viuium *comm. opin. lib.* 2. *opin.* 705. vbi ita cõmuniter teneri oſtendit.]

127 Quid † autem ſi iudex dicit, condemno, ſi eſt probatum, an valeat ſententia? vide plenè de his, & alijs ſimilibus Alex. *in l. ait prætor.* 5. §. *ſi iudex colum.* 3. *cum duabus ſeq. ff. de re iud.* [Et Viuium *d. opin.* 705. *in fin.*] Et quid ſi dicat, condemno, imò abſoluo? vide Alexand. *in l. actorum*, 49. *eod. tit.* Et quid ſi dicat, pronuntio, prout talis iudex pronunciauit in tali cauſa? vide Al. *in l. ſi conuenerit*, 26. *fin. de re iud.* Et quid ſi dicat, condemno, vel abſoluo? Tunc non valet, ſecundùm Alex. *in l. iudex poſtquam*, 55. *col.* 2. *eod. tit.* Et quid ſi dicat, condemno, ſaluo eo, quod infra dicam? vide Alex. *in d. l. iudex poſtquam, col.* 2.

VENIO ad tertiam q. principalem, & quæro, ſe-
128 quendo ordinem, præpoſitum † IN QVIBVS CASIBVS SENTENTIA NON TRANSIT IN REM IVDICATAM? Et quia multi, & quaſi infiniti ſunt iſti caſus, colligam aliquos magis quotidianos; tamen prius volo declarare hunc terminũ: QVID EST HOC DICERE, QVOD SENTENTIA TRANSIT IN REM IVDICATAM? Hoc declarat Abb. qui plenè tangit *in rubr. extr. de re iud.* Et concluſio vera eſt, quod quando dicimus ſimpliciter rem iudicatam, poteſt accipi largo modo pro ſententia, quę imponit finem controuerſiæ per abſolutionem, vel condemnationem. vt *d. l.* 1. *ff. de re iud. & l. e. ga. erib.* 1. *& ibi gl. ff. & Bart. C. de app.* Iaſ. *in l. & poſt rem*, 1. *ff. de tranſ.* Sed quando dicimus, quod ſententia tranſiuit in rem iudicatam, intelligitur, id eſt; quia accepit auctoritatem, & vires rei iudicatæ, quę pro veritate accipitur, & pro lege habetur, *l. res iudicata*, 207. *ff. de reg. iur.* quod eſt quando per lapſum 10. dierum ſententia firma remanet, ſi ab ea non fuit appellatum intra 10. dies, *c. quod ad conſultationem*, 15. *de re iudic. & auth. hodie, C. de app.* Idem, quando fuit appellatum, & appellatio eſt deſerta, *auth. ei qui app. ſtat. C. de temp. & repar. appellat.* & habetur *in conſtitut. Appellationũ tempora.* † Et eſt 129 tantæ auctoritatis ſententia, quod facit de non ente ens, & de falſo verum, & de albo nigrum, ſecundum Iaſ. *in l. Iulianus*, 60. *ff. de cond. indeb.* Primò igitur dicitur res iudicata, largo modo, inhærendo ſolis verbis: ex eo, quia per iudicem iudicatum eſt, non tamen aſſumit auctoritatem rei iudicatæ, niſi elapſis decem diebus, & poſtea dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam, ſcilicet irreuocabiliter, quia vlterius per remedium appellationis reuocari non poteſt nec cauſa reuideri, de qua materiã remitto me ad dicta per Abb. *in d. rubr. extr. de re iud.*

HOC † PRÆSVPPOSITO, dico, quòd MVL- 130
TI SVNT CASVS, IN QVIBVS SENTENTIA NON TRANSIT IN REM IVDICATAM. Et PRIMVS CASVS EST, quando ſententia eſt lata de conſilio alicuius Doctoris, ſeu iuriſperiti; nam nunquam tranſit in rem iudicatam: imò ſemper poteſt retractari, quandocunque apparebit conſilium alterius Doctoris rectius ſentientis, ita tenet Lud. Rom. *in conſ.* 228. *col. fi.* & Ant. de But. *in c. propoſuiſti*, 4. *de probat.* & Alexand. *in l. ſi ab hoſtibus*, 10. *col.* 3. *ff. ſol. matr. & in c. intimaſti*, 63. *in fin. de app.* & Iaſ. *in rep. l. admonendi*, 31. *col.* 21. *de iureiur.*

[Adde Viuiũ *com. opin. lib.* 2. *opin.* 71. *num.* 1. & 2.]

Verùm hunc caſum, & omnes ſequentes declara, & limita, vt dicam infra *in fin. huius* 3. & *vlt. q.* † SE- 131
CVNDVS CASVS eſt in ſententia lata ex iudicio expertorum, ſeu peritorum in arte; quia nunquam tranſit in rem iudicatam, ſecundùm Bald. & Alex. *in d. l. ſi ab hoſtibus, col.* 3. *ff. ſol. matr.* Fel. *in d. c. propoſuiſti, col. ten. verſ. cul. quarta concl. &c. de prob.* Phil. *in c. cũ ceſſante*, 60. & *d. c. intimaſti, de app.* Ang. *in l. quod ſi nolit*, 31. §. *ſi mancipia*, *ff. de ædil. ed.* & Iaſ. *in d. rep. l. admonendi colum.* 20. quod LIMITA, niſi illi periti in arte ſeu experti eſſent adſumpti de voluntate vtriuſque partis; quia tunc non poteſt vlterius retractari, ſecundùm Iaſ. *ibid. col.* 21.

[Adde Viuium *in comm. op. ſylu. lib.* 2. *op.* 704. & *opi.* 715. *n.* 2. & Gail. *l.* 2. *obſ.* 11. *n.* 6. Item Ant. Teſſ. *deciſ. Pedem.* 25. qui oſtendit hanc quidem eſſe cõmunem opinionem, videlicet ſententiã liberte, in qua iudicium peritorum adhibendum eſt (velut ſuper vulnere illato, medicorum, aut chirurgorum, vel in noui operis nunciatione, architecti, & ſimilium in genere ſuo) lata ex conſilio peritorum, non tranſire in rem iudicatam, ſed ſemper retractari poſſit, ex conſilio magis peritorum: ſed cùm contra eam, ex multis non contemnendis argumentis, ſentiat Abbas, *in c. propoſuiſti*, numero 11.

extra

*extra de probat.* & alij complures, præſertim Pinellus *in l. 2. part. 3. cap. 4. numer. 6. de reſcind. vē dit.* qui eam in praxi non ſeruari ait, nec eam ſibi probari aſſerit Teſſaurus niſi cum hac modificatione, vt videlicet, talis ſententia, ante decurſa appellationum tempora, retractari poſſit, nec quo ad eundem iudicem, tunc in iudicatum tranſeat. poſſitque pars contra quam iudicatum fuit, poſt latam ſententiam, petere, vt peritiores artifices, vel magis experti adhibeantur, non autem poſt decurſa appellationis tempora; idque ne ſemper incertus ſit rerum euentus, & cauſæ ſtatus mutabilis, contra *l. properandum C. de iudic.* cùm enim Iudex ſententiam proferre debet, diligens cauſæ cognitio, & multorum peritorum, & expertorum conſilium requiritur, regulariterque adhiberi ſolet. Vnde cùm pro ſententia, poſt lapſa appellationis tempora, præſumatur, ſine dubio ea in rem iudicatam tranſire debet. Nec obſtat, quod ſententia ſuper falſis inſtrumentis lata, retractetur; quia longè diuerſa ratio eſt, vt quilibet facilè intelligit. Et ipſa pars, contra quam ſententia lata fuit, ſibi ipſi imputare debet quod vel non appellauerit, vel debito tempore ſententiam retractari non petierit, peritioribus adhibitis. Quod autem appellari poſſit à ſententia, ex conſilio ſapientum lata, tradit Chaſſan. *in conſuet. Burg. §. 7. fol. mihi 127. numer. 32.* Et quod hic de ſententia ex conſilio peritorum lata dictum eſt, id etiam in ſententia, ex conſilio ſapientis ſeu iuriſperiti lata, de qua author *num. præcedenti* egit locum habet, vt apud Ant. Teſſaur. *d. deciſ. 25.* videre licet.]

132 Tertivs casvs † eſt, in ſententia mercatorum; quia non tranſit in rem iudicatam, ex quo cēſetur ſententia expertorum: ita habetur *in deciſ. 3. conſil. Neapol.*

133 Qvartvs casvs † eſt, in ſententia lata ex iuris præſumptione, & ſic ex probationibus præſumptis, tex. eſt *in l. quæ adulterij 34. C. ad leg. Iul. de adult.* Lud. Rom. *in l. cùm quidam, 30. §. quod dicitur. 3. ff. de acq. hær.* & Alexand. *in d. l. ab hoſtibus*, vbi idem generaliter dicunt, in omni ſententia lata ex probationibus priuilegiatis, vt quandocunque retractari poſſit, idem tenet Fel. *in d. c. propoſuiſti col. pen. &* Iaſ. *in d. repet. l. admonendi col. 19.*

Adde Viuium *comm. opin. lib. 2 opin. 706. & 707. Et opin. 126. num. 2* ]

134 Qvintvs casvs † eſt, in ſententia lata per teſtes deponentes de credulitate, ita tenet Ant. de Butr. *in d. c. propoſuiſti* & Iaſ. *in rub. ff. de iureiur. colum.*
135 *fin.* Sextvs casvs eſt, † in ſententia lata in cauſa matrimoniali, gloſſ. eſt *in l. ait prætor 3. §. quacunque, 1. in verb. agatur, ff. de iureiur.* & text. & Ab. & Felin. *in c. lator, 7. c. conſanguinei, 11. & c. tenor. o. de re iudic.* & Ab. *in c. ad hoc, 1. colum. 2. extr. vt lite non conteſtat.*

[Diſtinguendum hac in re eſt, an ſententia lata ſit contra matrimonium, vel pro matrimonio: primo caſu nunquam tranſit in rem iudicatam; ſecundo vero caſu ſubdiſtinguendum eſt, an ſententia lata ſit pro matrimonio, quod ob impedimentum aliquod canonicum; quia videlicet in gradu prohibito contractum eſt, ſubſiſtere non poteſt, & tunc ſimiliter non tranſit in rem iudicatam; quia nullum vinculum vel conſuetudo, vel ſententia poteſt peccatorem in peccato defendere, itaque pars victa, non obſtante ſententiâ, quandocunque poteſt docere de impedimento, quo probato, ſententia retractari debet, eo quod non tranſiuit, propter animæ periculum, in rem iudicatam. Aut ſententia fertur pro matrimonio, cui nullum obſtat impedimentum, & tunc tranſit in rem iudicatam, ſi ab ea debito tempore non fuerit appellatum; quia eius obſeruantia non inducit peccatum, & per lapſum decendij videtur appellans de nouo in matrimonium conſentire, de quo vide And. Gail. *lib. 1. obſ. 112. numer. 1. & ſeqq.* idem Fichardum *in 1. tom. conſil. conſ. 36.* vbi egregiè hanc quæſtionem tractat, an, & quando ſententia in cauſa matrimonij tranſeat in rem iudicatam. Vide etiam Viuium *in comm. opin. opin. 712.*]

Septimvs casvs eſt † in ſententia lata ſu- 136
per ætate ex aſpectu; quia cùm ſit probatio præ-
ſumptiua, non tranſit in rem iudicatam, ſecun-
dùm Bald. *in l. ſi minorem, 4. C. de in integr. reſt. in*
*l. ſi in cauſa 2. in gl. fin. verſ. ſed hic dubitatur, &c.*
*C. quando fiſ. vel priuat. &c.* & Bart. *in l. minor 25. ann.*
*adito, 32. & in l. de ætate, 43. ff. de minor.* Octavvs
casvs eſt, † in ſententia lata ſuper excuſſione, 137
vt quando pronunciatur bona debitoris extare,
vel non extare, ſecundùm Bald. *in d. l. ſi in cauſa. co-*
*lum 2 circa fin. C. quan. fiſc. vel priuat.* Nonvs ca-
svs eſt, † quando victor fatetur ſententiam pro ſe 138
latam eſſe iniquam; quia non tranſit in rem iudica-
tam, & poteſt eſſe ratio: quia illa præſumptio iuris
& de iure, quam facit ſententia, tollitur per confeſ-
ſionem victoris: ita tenet Innoc. *in c. quia plerique 8.*
*colum. 1. de immun. eccl.* Abb. & Ant. de Butr. *in c. is*
*qui fidem. 3. de ſponſ.* & Abb. *in c. quanto, 8. de præſ. &*
*in c. qui in viuorum, 1 in fin. d. cōceſſ præb.* Iaſ. *in d. rep. l.*
*admonendi. colum. 24. verſ. ego inter alios, & in l. ſi duo.*
*13. §. idem Iulianus, 2. in 6. not ff. de iureiur.* Decimvs
casvs eſt, † quando ſententia eſt lata ex probatio- 139
nibus a iure reprobatis, puta per duellum ſuper ex-
perientia ferri candentis: nam tunc non ſolum non
tranſit in rem iudicatam; imò eſt penitus nulla, ſe-
cundùm Bald. *in l. libertorum 12. C de teſtib.* Vnde-
cimvs casvs eſt, † quando iudex condemnaret 140
delinquentem ad confiſcationem bonorum in ca-
ſibus prohibitis, *per aut. bona damnatorum, C. de con.*
*proſcr.* quia talis ſententia non tranſit in rem iudi-
catam, ſecundùm Bald. *in c. 1. colum. 4. verſ. ſed pone*
*iudex, &c. de pace ten. in vſib. feud.* Dvodecimvs

casvs

141 CASVS eſt, † quando ſententia eſt taliter lata, quod ex eius tenore perpenditur iniquitas; ſecundum Innoc. *in c. cum Bertoldus. 18. de re iud.* pro hoc eſt tex. *in c. inter cæteras. 9. & ibi per Dd. eo tit.* TERTIVSDECIMVS CASVS eſt,
142 † in ſententia lata in cauſa viuraria, ſecundū Alb. de Roſ. *in rub. C. de vſur. colum. penult.* ſequitur Iaſ. *in d. repet. l. admonendi, colum. 23. in fin. & in l. omnibus. 1. § ſi procurator. 2. colum. 5. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.* QVARTVSDECIMVS CASVS eſt,
143 † quando ſententia fertur ex dictis teſtium aſſignantibus cauſam ſcientiæ; quia ſum vicinus vel conſanguineus; & ratio eſt; quia talis probatio eſt præſumptiua, & priuilegiata, ita tenet Iaſ. *in l. ĕ re eſt. 1. colum. 6. ff. ſi cert. pet.* vnde hoc cenſetur potius exemplum eorum, quæ dixi ſupra *in 4. caſu.* QVINTVSDECIMVS CASVS eſt,
144 quando per † euidentiam facti apparet de iniquitate ſententiæ; quia poteſt quandocunq; retractari, ſecundum Bald. *in l. neque ſuam. 1. C. ſent. reſc. non poſſ.* Innoc. & Can. *in c. fraternitatis, 6. de frigid. & mal.* Bald. *in l. contra negantem. 4. in fin. C. de leg. Aquil.* Iaſ. *in l. eum qui 30. § in popularibus. 3. colum. 4. circa fin. ff. de iureiur.* & Alex. *in conſil. 52. in 4. colum.* SEXTVSDECIMVS CASVS eſt,
145 † quando ſententia eſſet lata ex falſis teſtibus vel inſtrumentis, vt probatur *in l. falſam. 3. & per tot. C. ſi ex falſ. inſt.* per Alex. *in l. ſi ab hoſtibus. 10. col. 3. ff. ſol. matr.* Iaſ. *in d. rep. l. admonendi. 31. de iureiur.* & Alex. & Dd. *in l. diuus. 33. ff. de re iudic.* [De ſententia prætextu falſorum inſtrumentorum, vel teſtium lata, per reſtitutionem in integrum, etiamſi tranſierit in rem iudicatam, reſcindenda, & quid ad hoc requiratur, & ad quid proſit, ad executionem videlicet impediendam, & ſolutum repetendum: quid item ſi quis à tali ſententia appellauerit, vel non appellauerit, vide Alexand. Trentacinq. plene hæc perſequentem, *lib. 2. pract. reſolut. tit. de ſententijs. reſol. 3. per tot.*]

146 DECIMVSSEPTIMVS CASVS eſt † in ſententia lata prætextu iuramenti neceſſarij falſi; vt eſt textus *in d. l. admonendi. & ibi Iaſ. in rep. col. 3. & col. 19. 20. & 21.* Secus in iuramento voluntario; & q̃ ſit ratio, vide ibi. DECIMVSOCTAVVS CASVS eſt,
147 quando † ſi ſententia ſeruaretur, tractaretur de periculo animæ; quia nunquam tranſit in rem iudicatam, gl. eſt *in c. inter monaſterium. 20. in gl. fi. de re iudic.* & Iaſ. *in d. repet. l. admonẽdi col. 25.* DECIMVSNONVS
148 CASVS eſt, † quando cauſa redit ad non cauſam, vt ſi fullo conducit veſtimenta, & his amiſſis condẽnatur per ſententiam ad ſoluendum pretium locatori, ſeu domino: nã ſi poſtea dominus inuenit veſtimenta, quandocunq; põt ſententia retractari, vt fullo recuperet ſolutũ pretiũ, caſus eſt *in l. ſi fullo. 2. ff. de cond.*
149 *ſine cauſ.* VIGESIMVS CASVS eſt, † in ſententia venali: vt quando iudex corruptus pecunia malam profert ſententiam; nam non tranſit in rem iudicatã. *l. venales. 7. C. quando prouoc. non eſt. neceſſ.* VIGESIMVS-
150 PRIMVS CASVS eſt † in cauſa beneficiali: nam ſententia lata in cauſa beneficij eccleſiaſtici, non tranſit in rem iudicatam, quoad præiudicium ſuperioris, *c. cum Bertoldus. 18. & ibi Dd. de re iud.* ſed bene tranſit quoad præiudicium ipſarum partiũ, vt eſt gl. & Abb. *in c. qui in vniu. 1. de conceſ. præb.* & habetur *in c. cum dilectus. 32. de elect. & in c. ad audientiam, 11. de reſc.* VIGE-
151 SIMVSSECVNDVS CASVS, † eſt in ſententia excommunicationis, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam; propter periculum animæ & hoc quoad publicã vtilitatẽ, quæ concernit animas, ſed quoad priuatam, bene tranſit, ita declarat Abb. *in c. conſanguinei. 11. de re iud. in pen. col.* vbi etiam loquitur de omnib. ſententijs cenſurarum, & interdictis Eccleſiaſticis, vt idem ſit. Pro hoc eſt tex. & ibi per Dd. *in c. ad reprimendam. 8 de off. ord. in c. ſacro. 48. de ſent. excom. in c. venerabilib. 7. de ſent. exc. lib. 6* & eſt gl. *in verſ. ſuſpendatur, in d. c. ad reprimendam* & Phil. *in c. qua fronte. 6 de appel.* VIGESIMVSTERTIVS CASVS eſt, † in ſen- 152
tentia lata contra minorem ex falſis allegationibus; quia eſt nulla ipſo iure, & non tranſit in rem iudicatam, *l. ſi abſentib. 1. & ibi Bar. C. ſi tutor ex fal. alleg.* Idẽ, ſi cõtra abſentẽ ex iuſta cauſa; *l. ſi prætor. 75. verſ. Marcellus. ff. de iud.* & Soc. *in conſ. 18. col. 8 in 1. vol.* VIGESIMVSQVARTVS CASVS eſt, † generaliter in omni 153
ſententia nulla, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam; imo ſemper põt retractari, tex. eſt cum gl. & ibi plene Bar. *in l. ſi expreſſim. 19. ff. de appell.* † Sed vſq; 154
ad ꝗ tempus retractari, & dici poterit de nullitate? vera concluſio eſt, ꝗ vſq; ad 30. annos, & non vltra, vbi non vertitur periculum animæ, alias poſſet agi, etiam vltra, in perpetuũ ita declarat Card. *in Clem. vt calumnijs 1. in 14. q. de re iud.* Sal. *in l. præſes C. quomo. & quan. iud.* Spec. *in tit. de ſent. § iuxta in fi.* Phil. *in c. dilecto. 63. col 5. verſ. 5. quæritur, &c. de appel.* & Bal. *in l. data opera. 11. col. 15. in fi. verſ. ſed quid ſi bannitus, &c. C. de his qui accuſ. non poſſ.* VLTIMO in hac materia eſt ſciendum, † quod in omnibus caſibus, in quibus ſententia 155
non tranſit in rem iudicatam, debet ab ea appellari intra 10. dies, ſi eſt ab ea appellandum, ſicut ab alijs ſententijs, alias elapſo decendio appellari non poteſt, ſed ſolum per viam querelæ poſſunt tales ſententiæ reuocari; & nõ poteſt adiri iudex appellationis; quia per lapſum 10. dierum, tollitur remedium deuolutiuum, gl. eſt ſingularis, & ibi Abb. *in c. ad reprimendam. 8 in verſ. ſuſpendatur. 6. de off. ord.* idẽ Abb. *in c. conſanguinei. 11. col. pen. & fi. de re iud. & in c. ex parte. 14. col. 4. verſ. cõcludo breuiter, &c. de reſt. ſpol.* Fel. *in c. lator. 8. col. 4. & 5. verſ. tertia declaratio, &c. de re iud* & Phil. *in c. directæ. 39. col pen. de appel.* vbi plus dicit, quod ſi ab illis ſententijs contingat appellari, & appellatio deſeritur, remanet ſententia firma, ſicut in alijs cauſis. Vnde concluſiue quoad remedium appellationis, in nihilum differunt iſtæ ab alijs cauſis, imo dicunt Doct. in locis præalleg. maxime Abb. & Fel. quod quando iudex aditur per viã querelæ, nõ debet ſimpliciter admittere querelantẽ, ſed debet prius ſummarie ſaltem, ſe informare de iniuſtitia, vel errore


com-

commiſſo in ſententia, de qua materia vide quod dixi ſupra *in 4. parte, in 20. diſt.* vbi remiſi me ad ea quæ dicturus ſum in ſeq. actu de appel. *R. M. V. I. D.*

## De appellatione. Eius diffinitio, tum vnde, quando, qualiter, quibus, & ad quem vſum, ea competat. Iudicis item à quo, & iudicis ad quem, munus. Itidem, & termini ſuſpenſiui cauſarum.

### SECVNDVS ACTVS.

#### SVMMARIA.

1 *Appellatio, quid ſit*
2 *Prouocatio, quid ſit, & in quo differat appellatione, num. 6.*
3 *Appellatio fit à minore iudice ad maiorē, non econtra.*
4 *Appellatio à grauamine illato, & inferendo fieri pōt.*
5 *Appellatio, quid proprie dicatur.*
7 *Relatio quid ſit, & quot modis accipiatur. & n. 8.*
8 *Conſilium cum habendum eſt à Iuriſperito, debet iudex formare punctum, ſeu caſum in præſentia vtriuſque partis, & illius dare copiam partibus.*
9 *Caſus tranſmittendus ad Iuriſperitum pro conſilio, an petenti vna cum nomine Iuriſperiti dari debeat.*
10 *Relatio eſt actus ſuſpenſiuus, ſicut appellatio, & ea pēdente, nihil poteſt innouari.*
11 *Reclamatio quid ſit, & quando locum habeat.*
12 *Supplicatio, quid ſit*
13 *Remedium extraordinariū ſupplicationis admittitur, vbi ceſſat remedium ordinarium appellationis.*
14 *Verus contumax non appellat, neque poteſt ſupplicare.*
15 *Supplicatio in quibus differat ab appellatione, & in quibus conueniat n. 16. cum plur. ſeq.*
16 *Supplicatione pendente, fit executio cūm ſatiſdatione.*
17 *Supplicatio fit ad eundem iudicem.*
18 *Supplicatio concernit gratiam, & conceditur ex mera Principis benignitate.*
19 *Supplicans non tenetur reficere expenſas, quamuis nihil probauerit.*
20 *Supplicari non poteſt ante diffinitiuam ſententiam.*
21 *Supplicare non licet, niſi ſemel tantum.*
22 *Supplicans, negligentiam ſuā, vel aduerſarij circumuentionem allegare debet, ſed nō iudicis iniquitatē.*
23 *Supplicatio eadem die poteſt fieri viua voce, qua fertur ſententia, ſed poſtea, non niſi in ſcriptis.*
24 *Recuſatio iudicis ſuſpecti, quando locum habeat, & ex quib. cauſis poſſit iudicis ſuſpicio allegari n. 25.*
26 *Exceptio recuſationis iudicis, ante lit. conteſtat. opponi debet, & ante omnes dilatorias exceptiones. Et cauſa, ex quibus iudex vt ſuſpectus recuſatur, à n. 26. vſque ad num. 75.*
27 *Iudex recuſatur ratione magnæ familiaritatis.*
28 *Vicarius poteſt recuſari vt ſuſpectus, ex ſola ſuſpicione ſui ordinarij.*
29 *Iudex conſanguineus, vel affinis alterius partis, recuſatur.*
30 *Iudex æqualiter coniunctus vtrique parti, vt ſuſpectus recuſari non poteſt.*
31 *Familia recuſatur vt ſuſpecta, ex ſuſpicione domini.*
32 *Iudex in cauſa propria quis eſſe non poteſt.*
33 *Imperator, vel Rex non debet eſſe iudex in cauſa propria, ſed debet illam delegare.*
34 *Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa propria quam habet cum ſuo ſubdito. Secus, ſi cum non ſubdito.*
35 *Inimicitia, eſt iuſta cauſa ſuſpicionis iudicis.*
36 *Iudex conſanguineus inimici mei recuſari poteſt.*
37 *Inimicus meus dicitur, qui copulat parentelam, vel amicitiam cum inimico meo.*
38 *Iudex commenſalis alterius partis, vel inimici alterius partis, repellitur.*
39 *Iudex alterius partis conterraneus, an recuſari poſſit.*
40 *Subditus aduerſarij repellitur à iudicando.*
41 *Iudex ſubditus inimici mei, etiam mecum non contemnendus, recuſatur.*
42 *Aduocatus non poteſt eſſe iudex in eadem cauſa, ſed in alia ſic.*
43 *Amicitia modica nō ſufficit ad recuſandum iudicem.*
44 *Iudex cui pars in aure ſecrete loquitur, ab altera parte poteſt recuſari.*
45 *Iudex, qui animoſe, & iniuſte, ſeu extraiudicialiter contra aliquem procedit, recuſari poteſt.*
46 *Iudex habens cauſam, conſimilem cauſæ quam debet iudicare, à iudicando remouetur.*
47 *Inimicitia ad recuſandum iudicem, cauſatur ex lite, quam quis habet cū eodem iudice, tanquā priuato.*
48 *Inimicus cenſetur etiam is, qui non vult aliquem admittere ad oſculum pacis, maxime in Eccleſia.*
49 *Minæ iudicis inducunt iuſtā cauſam ipſum recuſandi.*
50 *Inimicus cenſetur, qui non ſalutat.*
51 *Prælatus in cauſa ſuæ Eccleſiæ poteſt vt ſuſpectus recuſari.*
52 *Iudex qui vna cauſa fuit conſultus, & votum ſuum pro vna parte propalauit, ſuper ea remouetur à iudicando.*
53 *Iudex petitus ab vna parte, poteſt per alteram recuſari.*
54 *Teſtis in vna cauſa, non poteſt in eadem eſſe iudex.*
55 *Iudex non poteſt recuſari in cauſa, in qua eius filius, vel conſanguineus, vel cōmenſalis fuit aduocatus.*
56 *Canonicus, coram quo eiuſdem Eccleſiæ canonicus litigat, poteſt per partem aduerſam recuſari.*
57 *Suſpicio excluditur ex parti ratione affectionis.*
58 *Iudex quis eſſe non poteſt in cauſa eius, qui alias fuit familiaris eius.*
59 *Socius non poteſt eſſe iudex in cauſa ſocij.*
60 *Iudex qui ſe impetrari procurauit, vt ſuſpectus recuſatur.*
61 *Iudex, à quo eſt appellatū, redditur ſuſpectus appellāti.*
62 *Iudex qui ab altera partium donationem accepit, vt ſuſpectus remouetur.*
63 *Iudex, à quo eſt ſurrogatus iudex in cauſa appellationis, in illa ſuſpectus redditur.*
64 *Inimicus reconciliatus redditur ſuſpectus in iudicando, & à teſtimonio repellitur.*

65 *In-*

65 *Iudex repellitur in cauſa, quæ ipſius commodum, vel incommodum ſpectat.*
66 *Iudex pretio vel prece corruptus, à iudicando remouetur.*
67 *Cauſæ arduæ & ſubtiles, non ſunt groſſis iudicibus, & imperitis committendæ.*
68 *Iudex nimis ſeuerus & crudelis, à iudicãdo repellitur.*
69 *Iudex indiſcretus poteſt recuſari.*
70 *Iudex quiniquus eſſe conſueuit, recuſari poteſt.*
71 *Iudex alterius partis compater, repellitur à iudicando.*
72 *Iudex qui non vult audire Aduocatum in cauſa, quamuis clara, poteſt recuſari vt ſuſpectus.*
73 *Cauſa quælibet ſufficiens ad remouendum procuratorem, vel arbitrum, ſufficit ad remouendum iudicẽ.*
74 *Suſpicio contra iudicem ſuperueniens in cauſa, poteſt in quacunque iudicij parte opponi, etiam poſt concluſionem.*
75 *Exceptioni oppoſitæ renunciare cenſetur litigans, poſt recuſationem coram iudice recuſato, nu* 131 *&* 113.
76 *Recuſari non poteſt iudex per eum, qui illum impetrauit.*
77 *Reſtitutio in integrum, quid ſit, & quis ſit eius effectus.*
78 *Reſtitutio in integrum ſub qua forma imploretur.*
79 *Reſtitutio in integrum, datur minoribus.*
80 *Minor ætas à iure communi dicitur, vſque ad 25. annos, & ætas 25 annorum legitima dicitur.*
81 *Reſtitutio conceſſa minori, an extendatur ad eius fideiuſſores.*
82 *Maioribus datur in integr. reſtitutio ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur.*
83 *Maioribus læſis vltra dimidiam iuſti pretij, datur reſtitutio in integr.*
84 *Reſtitutio ex* l.2.C. de reſcind. vend. *petitur vſque ad 30. annos, aliæ vero reſtitutiones vſque ad quadriennium.*
85 *Donatio pluris valentiæ, an excludat remedium l.2. & multis alijs.*
86 *Renunciatio generalis, an extendatur ad remedium* l.2.C. de reſcind. vend.
87 *Clauſula* ex certa ſcientia, *an operetur, vt non poſſit contrarium probari.*
88 *Eccleſia reſtituitur in integrum, tam in contractibus quam in iudicijs, & qualiter.*
89 *Capitulum Eccleſiæ, an & quando reſtituatur in integrum.*
90 *Hoſpitalibus, pijs locis, omnibuſque collegijs, & congregationibus pijs datur reſtitutio in integr.*
91 *Ruſticus, qui non poteſt peritiores conſulere, habet reſtitutionem in integrum.*
92 *Ruſticus an reſtituatur, ſi fuit læſus, eo quod ſecutus fuit conſilium indocti Doctoris.*
93 *Ruſticus an debeat conſulere vnum, vel duos Iuriſperitos.*
94 *Ruſticus ſagax, & aſtutus, an reſtituatur.*
95 *Ruſticus ſi peccauit aduerſus ius naturale, an reſtituatur.*
96 *Ruſticus an excuſetur, ſi alleget ignorantiam ſtatuti municipalis.*
97 *Vniuerſitas, ciuitas, caſtrum, vel villa, habent beneficium reſtitutionis in integrum.*
98 *Vniuerſitas an reſtituatur aduerſus ſententiam, propter inſtrumenta de nouo reperta.*
99 *Reſtitutio an concedatur vxoribus militum.*
100 *Militia ſola, non præbet beneficium reſtitutionis in integr. ſed occupatio in militia expeditione.*
101 *Mulier, ſiue maior, ſiue minor, reſtituitur in regno, etiãſi veniat vt arbitrix laudata, & non datur vltra bis, & dicitur primum, & ſecundum beneficiũ.*
102 *Reſtitutio conceſſa in cauſa principali, non datur in acceſſorijs.*
103 *Iuramentum per minorem ſuper contractu præſtitũ, impedit reſtit. in integr.*
104 *Minori litiganti per procuratorem à ſeipſo conſtitutum cum iuramento, non datur beneficium reſtitutionis in integrum.*
105 *Vniuerſitas conſtituens procuratorem ad contrahendum cum iuramento, non reſtituitur.*
106 *Mulier litigans per procuratorem cum iuramento, an reſtituatur in integrum.*
107 *Reſtitutionem in integr petens, contrauenire non dicitur, ſed potius ratum habere.*
108 *Pendente cauſa reſtitutionis in integrum, nihil eſt innouandum.*
109 *Petitio reſtitutionis aduerſus ſententiam Principis, non impedit executionem.*
110 *Executio fit contra petentem malitioſe reſtitutionem in integrum.*
111 *Reſtitutio aduerſus decretum affirmatiuum, non impedit executionem.*
112 *Reſtitutio in integrum, an peti poſſit in caſu, quo non licet tertio prouocare.*
113 *Actor ſequitur forum rei in cauſa reſtitutionis, fallit in clerico, & Eccleſia.*
114 *Querela quid ſit, & in quo differat ab appellatione. Quando locum habeat, & quot modis accipiatur.*
115 *Querela intentari poteſt contra ſententias, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, quando ab eis non eſt appellatum.*
116 *Querela intentatur coram eodem iudice, ſicut ſupplicatio.*
117 *Attentata reuocantur per viam querelæ in caſu, quo non ligantur manus iudicis per appellationem.*
118 *Appellatio in caſu prohibito quid operetur.*
119 *Querela competit, cum iudex differt cauſæ expeditionem.*
120 *Querela, & terminus, quas habeant ſignificationes.*
121 *Querela quæſtio, querimonia, & lamentatio, qualiter inter ſe differant.*
122 *Reductio ad arbitrium boni viri, an impediat executionem & in quo differat ab appellatione.*
123 *Materia reductionis quotidiana eſt.*
124 *Reductio vſque ad triginta annos peti poteſt, & numer.* 271.

125 *Sententia arbitri emologatur taciturnitate decem dierum, ſed arbitratoris, triginta annorum.*

126 *Reductio coram quo iudice petatur*

127 *Reductio an peti poſſit contra laudum ſuper compromiſſo iurato, & an ſaltem ſit neceſſaria à iuramento abſolutio.*

128 *Dilatio eſt actus ſuſpenſiuus, & dilatione pendente, conquieſcit iudicis officium.*

129 *Appellatio qualiter fiat, & num. 121.*

130 *Appellatio, nomen appellantis, appellati, & tenorem ſententiæ à qua appellatum, continere debet.*

131 *Appellans Apoſtolos inſtanter petere debet, alias non valet appellatio: ſed hodie in Regno non requiritur inſtanter, num. 416.*

132 *Appellatio facta, non expreſſo nomine iudicis, ad quem, licet quis ſimpliciter dicat, appello, vel appello ad iudicem competentem, valet.*

133 *Appellatio per appellantem, coram iudice à quo præſentari debet intra dies decem, ſi eius copia haberi poteſt, alias poteſt interponi coram honeſtis perſonis, vel coram iudice ad quem.*

134 *Appellatio poteſt præſentari iudici, etiam non ſedenti pro tribunali, & in omni loco, imo ſoli actorum magiſtro.*

135 *Appellatio fit etiam per verba;* ſubmitto me protectioni talis iudicis.

136 *Appellatio à diffinitiua poteſt viua voce incontinenti fieri, ex interuallo vero non niſi in ſcriptis.*

137 *Appellatio quando dicatur fieri incontinenti, & quando ex interuallo.*

138 *Appellatio ab interlocutoria in ſcriptis fieri debet.*

139 *Appellatio in ſcriptis, qualiter, & quando dicatur fieri, & num. 140.*

141 *Appellatio viua voce, quæ incontinenti ſit, debet fieri iudice præſente, & pro tribunali ſedente, alias non valet.*

142 *Appellatio ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ fit ſicut à diffinitiua, viua voce incontinenti, & ſine expreſſione cauſæ grauaminis, & nu. 156.*

143 *Appellatio ſemper poteſt fieri in cauſis breuioribus viua voce, etiam ex interuallo.*

144 *Appellatione viua voce facta, cum reſeruatione appellantis in ſcriptis, ſi appellatur in ſcriptis, quæ proſequenda ſit, num. 148. vſque ad num. 151.*

145 *Dilatio finitur, finita cauſa dilationis.*

146 *Appellanti ad vnum iudicem, permittitur variare, & appellare ad alium intra decem dies, & prima appellatio reuocata cenſetur, num. 150.*

147 *Mandato geminato de eodem alicui facto, nihil valet ſecundum, ſed tantum primum.*

149 *Proteſtatio facta de actu, cuius nihil operatur euentus, nihil valet.*

152 *Intellectus* l. qui in aliena. §. fina. ff. de acq. hær.

153 *Appellatio ab interlocutoria, continere debet omnes cauſas grauaminis in ſpecie, & non in genere, nec per relationem ad proceſſum, & coram iudice, à quo, exprimi debent, etiam ſi ſint notoria.*

154 *Notorium non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi.*

155 *Appellatio à diffinitiua, cauſas grauaminis continere debet in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita à lege, vel ab homine.*

156 *Appellatio ab interlocutoria valet ſine cauſa grauaminis, cum dicta cauſa in mero iure conſiſtit.*

157 *Appellatio extraiudicialis, an requirat expreſſionem cauſæ grauaminis.*

158 *Appellatio ab interlocutoria, iuſtificatur ex eiſdem cauſis antiquis, ſed à diffinitiua, etiam ex nouis; & num. 160.*

159 *Appellari poteſt à diffinitiua ſententia etiamſi ſit iuſte lata.*

161 *Appellans producere non poteſt teſtes ſuper eiſdem articulis: ſed ſolum ſuper nouis, dependentibus à veteribus, & ſolum ſuper re in cauſa principali deducta, non autem ſuper alia, & num. 162.*

162 *Appellans eandem rem ex noua cauſa proſequi poteſt.*

163 *Agens ex teſtamento, vt hæres, & ſuccumbens propter teſtamentum inualidum, poteſt in cauſa appellationis agere ab inteſtato.*

164 *Appellans ab interlocutoria, nouas probationes producere poteſt, ſuper cauſa antiqua expreſſa in appellatione, probationem requirente.*

165 *Appellans ab interlocutoria, poteſt intentionem iuſtificare ex noua cauſa, quæ ei de nouo ſuperuenit.*

166 *Appellans ab interlocutoria, nouas cauſas coram iudice appellatione deducere poteſt, quãdo ad illas per iudicem à quo, non fuit admiſſus.*

167 *Appellans à diffinitiua, poteſt in eadem appellatione deducere grauamen ſibi illatam per interlocutoriam, etiam ex nouis cauſis.*

168 *Appellatio ab interlocutoria contra contumacem, poteſt ex nouis cauſis, & ex nouis probationibus iuſtificari.*

169 *Item Appellatio ab interlocutoria, continente grauamen irreparabile. Item habente vim diffinitiuæ. num. 170.*

171 *Appellatio à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo. Idem pendente decendio dato ad appellandum, & num. 173.*

172 *Appellatio ab interlocutoria, non ſuſpendit manus iudicis ante inhibitionem, & poteſt procedere vſque ad diffinitiuam, parte non citata, & n. 169.*

174 *Appellatione pendente, iudex non innouat contra appellationem, ſed ſic contra tertium, vnde pendente appellatione vnius ex reis debendi, poteſt alius conueniri.*

175 *Appellatione pendente, poteſt iudex compellere litigantem ad cauendum.*

176 *Appellatione pendente, patronus, qui appellantem præſentauit in beneficio, alium præſentare poteſt, & iudex à quo, illum admittit.*

177 *Debitor ſuſpectus de fuga, capi poteſt pendente appellatione.*

178 *Appellari non poteſt à ſententia excommunicationis vel interdicti, & n. 351.*

179 Excommunicatus beneficii fructibus, & distributionibus quotidianis priuari ſolet, etiamſi appellet.
180 Excommunicatus appellare poteſt à declaratoria iudicis.
181 Appellatione pendente, à cenſura futura, excommunicatio poſtea lata, eſt ipſo iure nulla.
182 Appellatione manifeſte friuola, & fruſtratoria, contra leges interpoſita, poteſt iudex innouare, & procedere ad executionem.
183 Appellatio non ligat manus iudicis, in omnibus caſibus, in quibus appellare non licet.
184 Appellatio à poſſeſſorio, non tardat executionem.
185 Appellatio à decreto affirmatiuo, non impedit executionem, & num. 310.
186 Appellatio in factis notoriis nō impedit executionem.
187 Appellare non poteſt notorie criminoſus.
188 Fructuum ſequeſtratio appellatione pendente fieri poteſt.
189 Carceratus appellans nihilominus detinetur.
190 Carceratus ad ſuperiorem mittendus, ipſius carcerati expenſis cum cuſtodibus mitti debet.
191 Abſolui poteſt excommunicatus, appellatione pend.
192 Appellatione pendente, poteſt iudex pro appellante innouare.
193 Appellatione pendente, poteſt iudex beneficium ſequeſtrare.
194 Appellatione pendente, iudex attentata per appellationem poteſt reparare.
195 Appellatione pendente, poteſt iudex ponere ſubſtitutum in beneficio, in contumaciam beneficiati reſidere nolentis.
196 Appellatione pendente, poteſt iudex attentare omnia illa, quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ appellationis.
197 Taxatio expenſarum fieri poteſt etiam pendente appellatione.
198 Adminiſtrator locipii, compellitur ad reddendas rationes, appellatione pendente.
199 Appellatione pendente, fit executio, ac ſi nunquam eſſet appellatum.
200 Appellationem deſertam eſſe, quis iudex pronunciet, & num. 409.
201 Appellari poteſt à ſententia per quam pronuntiatur, appellationem eſſe deſertam.
202 Appellatione deſerta, quæ practica ſeruetur in regno, circa literas obtinēdas, & decretum pro executione.
203 Citatio partis non requiritur, quando appellatio pronunciatur deſerta.
204 Appellatio iudicis damnati in ſyndicatu, non impedit executionem. & nu. 301.
205 Appellatione pendente, poteſt iudex à qua, ſtatuere terminum appellanti ad proſequendam appellat. & qualem terminum, & ad quid præterea poſſit illum ſtatuere, num. 235.
206 Appellatione pendente, poteſt iudex examinare teſtes ſenes, & valetudinarios, ad perpetuam rei memoriam.
207 Inhibitio ſuperioris legitime interpoſita, cum cauſæ cognitione, & parte citata, ligat manus iudicis, alias ſecus, & non ligat, cum appellatio eſt friuola, & iniuſta.
208 Inhibitio iudicis contra ius facta, non inducit nullitatem actus poſtea geſti.
209 Appellatio ab interlocutoria, impedit proceſſum ad vlteriora, cum iudex à quo, detulit appellationi.
210 Iudex tenetur deferre appellationi ex iuſta cauſa interpoſita, alias punitur, & qua pœna puniatur.
212 Appellatio admiſſa à iudice cum clauſula ſi, & in quantum; an habeatur pro admiſſa, vel non admiſſa.
212 Appellatio ab interlocutoria, ſuſpendit executionem, quando ſententia continet grauamen irreparabile.
213 Appellatio hodie intra decem dies fieri debet, ſiue fiat à diffinitiua, ſiue ab interlocutoria, & à quocunq; grauamine, & actu, etiam extraiudiciali.
214 Appellari debet iure fforum, & C. in cauſa propria intra biduum: in aliena intra triduum.
215 Ignoranti ſententiam contra ſe latam, non currunt decem dies, ſtatuti ad appellandum.
216 Appellatio etiam poſt decem dies fieri poteſt, cum ſententia continet grauamen ſucceſſiuum.
217 Appellari poteſt die feriato etiam ad honorem Dei.
218 Appellatio nomine alieno ſine mandato facta, ratificari debet per dominum intra decem dies, à die ſcientiæ, alias non valet.
219 Appellans intra decem dies, Apoſtolos petere debet de iure communi, ſecus per conſtitutionem regni, num. 221. 416.
220 Tempus petendi Apoſtolos quando currere incipiat, an à die ſententiæ, vel à die appellationis. Quæ quæſtio ſuperuacua eſt in regno num. 222.
223 Apoſtolorum recipiendorum gratia poteſt iudex ſtatuere breuiorem terminum de iure canonico, intra quem ſi non petantur, appellatio cenſetur deſerta.
224 Apoſtoli expenſis appellantis dari debent.
225 Apoſtolorum plures ſunt ſpecies in materia appellationis.
226 Apoſtoli vnde dicantur.
227 Apoſtoli an ſint petendi in extraiudiciali appellatione.
228 Appellationum tempora in proſequendo quæ ſint, & quid ſeruetur de iure communi, & quid per conſtitutionem regni.
229 Appellationum tempora inducta per conſtitutionem Regni, non procedunt in curia Eccleſiaſtica.
230 Proteſtatio an interponi debeat per appellationem impeditum proſequi nu. 233.
231 Appellatio an dicatur deſerta per lapſum primi anni, & ſic primi fatalis, vt poſſit iudex ſententiam exequi, an vero debeat expectare ſecundum annum.
232 Fatale primum & ſecundum, quod dicatur, & vnde dicatur.
233 Iudex à quo, elapſo termino ad appellandum, non poteſt

teſt ſententiam à ſe latam exequi, niſi primum parte citata.
235 Appellatio deſerta efficitur, etiam elapſo termino breuiore ſtatuto per iudicem ad proſequendam appell. num. 201.
236 Terminus perſequendi appellationem, poteſt conſenſu partium prorogari, & breuiari, nu. 240
237 Inſtantia cauſæ principalis, vel appellationis, an ſuſpendatur per compromiſſum.
238 Inſtantia cauſæ appellationis, maioris eſt præiudicii, quam cauſæ principalis.
239 Appellatio deſerta per diuerſa fatalia, nec impetratione reparari poteſt.
240 Prorogare tempus & ſuſpendere, qualiter differant.
241 Appellationis interponendæ tempus decem dierum non poſſunt prorogare partes, neque iudex.
242 Terminus 50. dierum aſtringens in Regno proſecutionem appellationis, intelligitur à diffinitiua, & non ab interlocutoria, niſi vim habeat diffinitiuæ. & nu. 243.
244 Appellatus an cauſam appellationis proſequi poſſit, ſi appellans non proſequitur, & intra quod tempus.
245 Libellus nec litis conteſtatio requiritur in regno, in appellationis cauſa: cum incipiat à proceſſus apertura.
246 Appellari poteſt ab omnibus iudicibus, nec iniuriam facit iudici appellans.
247 Appellatio, eſt defenſio quæ datur oppreſſis contra iniuriam iudicis, & omnibus eſt permiſſa, nu. 340.
248 A principe non appellatur.
249 Rex Siciliæ. Monarcha dicitur.
250 Sententia præfecti prætorio inappellabilis.
251 A ſentent. a ſacri Conſilii non appellatur.
252 Sententia ſacri Concilii, vim legis habet.
253 Appellari non poteſt à Senatoribus. Nec à ſententia Ducis Venetiarum. nu. 254.
255 Ab Epiſcopo prorogato, non appellatur.
256 A ſententia iudicis prorogati, vel dati de communi conſenſu partium, poteſt appellari.
257 A iudicio ſortis non appellatur.
258 Reſtitui in integrum aduerſus iudicium ſortis non poteſt.
259 Appellari non poteſt à mero executore. Nec à pronunciatione de exequendo. nu. 260.
261 Sententiæ arbitri parendum eſt, metu pœnæ.
262 Ex compromiſſi ſententia actionem, neque exceptionem naſci, & quando emologata tacite, vel expreſſe dicatur, & quid in arbitratore, num. 268. 271
263 Clauſula, rate manente pacto, in compromiſſis appoſita, quid operetur, num. 268.
264 Iuramentum in compromiſſo appoſitum, quid operetur.
265 Iudæorum compromiſſum mandatur executioni ſine alia emologatione.
266 Sententia arbitri rem illicitam, vel manifeſtam iniquitatem continens, reſcinditur per doli exceptionem, quæ impedit executionem, etiam poſt decem dies, & exigi pœnam & intereſſe.
267 Reductio habet locum, ſolum in ſententia arbitratoris, & non arbitri.
269 Compromiſſum bene clauſulatum, prout hodie fit à Notariis in Regno viget, niſi laudum manifeſtam contineat iniquitatem.
270 Appellare non licet hodie ab arbitri ſententia.
271 Intellectus l. ſi ſocietatem. § arbitrorum. ff. pro ſocio.
272 A ſententia arbitri iuris, appellatur.
273 Arbitri electi ſecundum Regiam pragmat. Arbitri iuris dicuntur, & qualiter ab eis appelletur, & ad quem.
274 Arbitrorum ſententiæ hodie in Regno reuideri poſſunt à iudice loci per viam reclamationis.
275 Appellari non poteſt à iudice, qui reuocauit grauamen, quod fuerat comminatus.
276 Appellari poteſt ad Papam ab omnibus ſententiis, Supremorum iudicum, manifeſtam iniquitatem continentibus.
277 Appellari poteſt à vicariis ſupremorum iudicum, quamuis ab ipſis principalibus appellari nequeat.
278 Appellari poteſt non ſolum ab actibus iudicialibus, ſed etiam extraiudicialiter, factis tam à iudice, quam à parte.
279 Appellatio extraiudic. quæ fit in cauſa beneficiali, habet vim citationis, & eſt mirabilis effectus.
280 Appellare non poteſt tertio ſuper eiſdem capitulis, qui in duabus appellationibus ſuccubuit.
281 Appellari poteſt tertio, cum per tertiam ſententiam infertur nouum grauamen.
282 Appellatio qualibet eſt communis vtrique parti, in tantum, quod licet appellatus non poſſit per ſe appellare, tamen appellationi aduerſarii inhærere poteſt.
283 Appellatio licet tertio fieri non poſſit, poteſt tamen de nullitate ſententiæ dici & ſuccumbens ſuper iſta nullitate, poteſt iterum appellare, tanquam à nouo grauamine.
284 Contumax verus non appellat.
285 Contumax verus quis dicatur, & quis fictus, & nu. 301.
286 Contumax peremptorie citatus ad ſententiam audiendam, non auditur appellans.
287 Contumax verus non allegat litis pendentiam, nec poteſt ſupplicare.
288 Contumax fictus an mulctari poſſit, & quid ſeruetur in Regno.
289 Pœna contumaciæ in vno tareno, vel auguſtali, iuxta Regni conſuetudinem, intelligitur contra verum contumacem & non contra fictum.
291 Contumax verus non appellat à condemnatione, nec à taxatione expenſarum.
292 Conuictus, & ſponte confeſſus non appellat, ſecus ſi ſit conuictus, ſed non confeſſus, vel confeſſus, non tamen ſponte, ſed formidine tormentorum.

293 Ap-

293 *Appellatio in factis notariis non admittitur, niſi inſeratur cauſa rationabilis.*

294 *Fabricantes falſam monetam, puniendi ſunt vltimo ſupplicio, ſine appellandi remedio.*

295 *Damnatus de raptu virginis, appellare non poteſt.*

296 *Latro inſignis, & famoſus, ſeditioſus, vel alicuius factionis auctor, non auditur appellans.*

297 *Appellatio non admittitur in crimine læſæ Maieſt.*

298 *Condemnatus de crimine ſimoniæ non appellat.*

299 *Appellatio non permittitur condemnato de hæreſi.*

300 *Condemnatus pro debito publico, ſeu fiſcali, non appellat, niſi quando fiſcus tractat de lucro.*

301 *Officialis condemnatus à proprio iudice, in male geſtis, de officio, non appellat.*

302 *Officialis in ſyndicatu condemnatus, non poteſt appellare.*

303 *Ab interlocutoria non appellatur de iure ciuili: Secus de iure canonico*

304 *Appellari non poteſt in cauſa vbi de decima agitur.*

305 *A ſententia diffinitiua lata ſuper poſſeſſorio non appellatur, ad effectum retardandæ executionis.*

306 *Appellatur à poſſeſſorio in iure canonico.*

307 *Appellari poteſt à ſententia ſequeſtri.*

308 *Ab interlocutoria lata in poſſeſſorio, poteſt appellari, & quæ ſit ratio.*

309 *Appellatio in poſſeſſorio valet, & an ſuſpendat executionem, & nu. 310.*

311 *Appellatur in poſſeſſorio, quando quis iniuſte, & ſine cauſa poſſeſſione priuatur.*

312 *Appellari poteſt in poſſeſſorio, cum magnum eſt præiudicium, vt quia eſt difficilis probatio in petitorio, & tunc ſuſpendit executionem.*

313 *Appellatio in poſſeſſorio valet, cum miſſus in poſſeſſionem lucratur fructus*

314 *Appellari poteſt à poſſeſſorio miſto.*

315 *Appellatur à ſententia dolo iudicis ſuper poſſeſſorio lata.*

316 *Appellari poteſt, quando de poſſeſſorio tractatur per viam contractus, & non per momentaneum iudicium.*

317 *Appellatio fieri non poteſt ab actu, quem quis ſemel approbauit.*

318 *Appellari non poteſt, cum creditor hypothecaria agit ad euocandum pignus.*

319 *Agens hypothecaria, petitorio, & non poſſeſſorio agere dicitur.*

320 *Appellari non poteſt à ſententia lata in Saluiano interdicto.*

321 *Nec à decreto aſſiſtentiæ. Nec in omnibus decretis affirmatiuis, ad effectum retardandæ executionis, ſed poteſt de nullitate dici, & quæ ſint iſta decreta*

322 *Ne teſtamentum aperiatur, vel ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, non appellatur.*

323 *A ſententia lata in interdicto,* quorum bonorum, *non appellatur.*

324 *Appellari non poteſt à nominatione publici muneris vtilitate priuati. Secus ſi eſt publicum etiam vtilitate, quia poteſt appellari.*

325 *Collectas ſoluere tenetur exemptus, qui deſcribi ſe patitur in libro ſoluentium collectas, ſi intra decem dies non appellat.*

326 *Appellari non poteſt in cauſis minimis, & breuioribus, & præſertim in Regno, in cauſis duarum vnciarum.*

327 *Intellectus* l. & in maioribus, C. de appell.

328 *A ſententia abſolutoria, lata in cauſa criminali, ex mero officio, vel ad denunciam, non poteſt appellari.*

329 *Appellari non poteſt à ſententia torturæ, in caſu, quo conſtat per vnum teſtem de viſu, & publicam famam.*

330 *Appellatio non admittitur in caſibus celeritatem deſiderantibus.*

331 *Condemnatus ſuper actione ad exhibendum non appellat.*

332 *Appellari non poteſt, cum cauſa deciſa eſt per iuramentum delatum vel relatum.*

333 *Clericus regularis non poteſt appellare à correctione Abbatis.*

334 *Clericus ſecularis appellat à correctione Epiſc.*

335 *Abbatis maior eſt poteſtas in monachum regularē, quam Epiſcopi in clericum ſecularem.*

336 *Appellari non poteſt, cum cauſa compromiſſa eſt per Principem, appellatione remota, & qualiter hoc procedat.*

337 *Solus Princeps in reſcriptis vtitur clauſula,* appellatione remota. *Et qui ſint eius clauſulæ effectus, num. 338. Et an operetur in præiudicium tertii. num. 339.*

340 *Princeps poteſt appellationem tollere.*

341 *Appellationi poteſt tacite & expreſſe renunciari, etiam intra decem dies, non poteſt quis deinde vlterius appellare.*

342 *Litigans coram iudice à quo, poſt appellationem interpoſitam appellationi renunciari videtur, numero 424.*

343 *Reductioni ante ſententiam renunciari non poteſt, ſecus in appellatione.*

344 *Appellationi renuntiari non poteſt nolente appellato.*

345 *Appellatio friuola eſt in omni actu prohibita, & qui friuole appellat, poteſt vt contumax excommunicari, & alias pœnas patitur.*

346 *Limitatio ad gl.* in leg. 1. §. fin. ff. à quibus appell. non licet.

347 *Appellatio friuola ſeu fruſtratoria, vel temeraria, quæ dicatur.*

348 *Appellans timere, & friuole, iniuriam iudici facere dicitur. Secus ſi iuſte.*

349 *Limitatio* leg. in maioribus, Cod. de appellation.

350 *Appellari non poteſt à iuramento in litem, de iure ciuili. Secus de iure Canonico.*

352 *Appellari non poteſt à ſententia nulla.*

353 *Ap-*

353 *Appellans qui nihil produxit in cauſa principali, non auditur, niſi refectis expenſis.*

354 *Appellatio generalis ab omni grauamine quod poſſit alicui irrogari, non valet.*

355 *Appellari non poteſt à mandato, vt quis in Eccleſia ſua reſideat.*

356 *Appellatio non promittitur ab actu ſecundum leges facto.*

357 *Appellari non poteſt à breuitate termini ad probandum in cauſa feudali.*

358 *Appellatio non eſt permiſſa à decreto, quo quis fuit habitus pro confeſſo, ex eo, quia noluit ſe examinari vt principalem.*

359 *Conuictus de furto manifeſto, appellare non poteſt.*

360 *Punitus de crimine pœna legitima, quia confeſſus eſt delictum, non appellat.*

391 *Appellari non poteſt à mandato facto, vt quis declaret an ſcriptura ſit ſua.*

362 *A reuocatione delegationis cauſæ non poteſt appellari.*

363 *Appellari non poteſt ab eo, cui eſt commiſſa cauſa, ſecundum conſcientiam.*

364 *A iudice habente poteſtatem iudicandi, ſecundum eius arbitrium poteſt appellari.*

365 *Appellari non poteſt ab omni actu, à lege in poteſtatem iudicis commiſſo, & non in neceſſitatem.*

366 *Appellatio ab omni interlocutoria, eſt permiſſa in omnibus caſibus, in quibus non eſt permiſſum appellare à diffinitiua, & quæ ſit ratio.*

367 *Leges prohibentes appellationem, ſunt odioſæ, & reſtringendæ.*

368 *Appellatio debet fieri ad ſuperiorem proximum, non autem omiſſo medio.*

369 *Appellatur à quocunque Principe ad Papam, omiſſo medio, de iure canonico, ſed de iure ciuili non appellatur ad Principem, omiſſo medio.*

370 *Appellari non poteſt ad Papam à Subdelegato, quando ſubdelegans aliquid ſibi reſeruauit: ſed debet appellari ad proximum ſubdelegantem, quod procedit ſi exceptatur, alias ſecus. nu. 378.*

371 *Appellatur ad Legatum Papæ, & etiam ad Patriarcham, omiſſo medio.*

372 *Scholaris appellare poteſt ad Principem, omiſſo medio, & ab omni grauamine.*

373 *Appellatio ad Superiorem, omiſſo medio, valet, ſi non opponatur.*

374 *Conſuetudo inducere poteſt, vt appelletur ad Superiorem, omiſſo medio.*

375 *Appellatur ad Superiorem, omiſſo medio, cum medius eſt inhabilis, vel ſuſpectus.*

373 *Arbitri eliguntur cum Epiſcopus cum ſubdito ſuo litigat, & ab eis ad Papam appellatur. Item quando appellatur ab arbitris electis ſuper recuſatione ſuſpecti iudicis.*

377 *Appellari hodie poteſt in Regno, à quocunque iudice ad Regem, vel ad magnam curiam vicariæ, omiſſo medio.*

378 *Appellari poteſt ad Principem, omiſſo medio, à ſubdelegato Principis, cum ſubdelegatus nihil ſibi reſeruauit, alias ſecus, num. 386.*

379 *Appellatur omiſſo medio, cum proximus Superior eſt impeditus, vel cum inferiore, à quo appellatur, iudicauit.*

380 *A Vicario non appellatur ad eum, qui eum dedit Vicarium ſed ad ſuperiorem ipſius dantis.*

381 *Appellari non poteſt à Vicario generali ad Epiſcopum ſecus à Vicario foraneo, vel rurali.*

382 *Reſtitutio in integrum peti poteſt contra ſententiam Epiſcopi, coram eius Vicario, & econtra.*

383 *Appellatur à Vicario Principis, ad ipſum Principem.*

384 *Vicarius Epiſcopi, in quibus cauſis habeatur pro ordinario, & in quibus pro delegato.*

385 *Appellari poteſt à delegato Epiſcopi ad eius Vicarium.*

386 *Appellatur ad delegantem à ſententia delegati, non ad alium Superiorem. Quid autem de ſubdelegato.*

387 *Appellari non poteſt ad delegantem, qui ob ſuam ſuſpicionem delegauit.*

388 *Imperio vacante, appellatur ad Papam, omiſſo medio.*

389 *Appellatur ad decuriones ciuitatis, cum abeſt iudex appellationis.*

390 *Epiſcopus ciuitatis adiri poteſt, ſi iudex iniuſtitiam faciat.*

391 *Appellatur ad delegantem laicum, quando cauſam commiſit Epiſcopo: non autem ad Papam.*

392 *Appellatur ad ſuperiorem eccleſiaſticum, cum iudex eccleſiaſticus, & ſecularis ſuper eadem cauſa iudicauerunt.*

393 *Reductio fit ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, cum clerici ſunt arbitratores.*

394 *Laici inquiſiti ſimul cum clerico, à iudice ſeculari, omnes debent remitti ad iudicem eccleſiaſticum.*

395 *Appellatur ad Capitaneum ciuitatis, ab iniuſto decreto Decurionum.*

396 *Appellationis iudex eſſe non poteſt, qui merum, & mixtum imperium non habet.*

397 *Appellatio fit ad Epiſcopum, à iudice laico, pronunciante ſe competentem in cauſa ſpirituali.*

398 *Appellari poteſt ad magnam curiam vicariæ ab omnibus ſententiis omnium iudicum ordinariis regni, etiam à delegato Regis.*

399 *Iudex à quo, tenetur omnino appellationem admittere, alias punitur de iure ciuili & canonico.*

400 *Iudex à quo, nihil poteſt innouare appellatione pendente, vel decendio dato ad appellandum: & innouata reuocantur per remedium attentatorum.*

401 *Attentata pendente appellatione iudiciali aliter reuocantur, quam in extra iudiciali.*

402 *Attentata vt reuocentur, debet appellatio eſſe intimata*

*mata iudici, & partis: nam attentata ab ignorantibus appellationem, non reuocantur, & reuocatio parte citata, fieri debet.*

403 *Attentatorum reuocatio petitur vſque ad concluſionem in cauſa.*

404 *Excommunicationis exceptio non obſtat petenti reuocationem attentatorum.*

405 *Petenti reuocationem attentatorum non poteſt opponi proprietatis exceptio.*

406 *Attentans appellatione pendente tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

407 *Attentata duplici via reuocantur.*

408 *Iudex in dubio pronunciare debet, appellationem non eſſe deſertam.*

409 *Appellationem eſſe deſertam, poteſt iudex pronunciare ex officio, abſque exceptione.*

410 *Appellatio deſerta efficitur ob non proſecutionem intra legitima tempora.*

411 *Appellatio efficitur deſerta, ſi appellans non præſentet proceſſum iudici ad quem, intra 50. dies. Et quid in ſacro conſilio obtineat nu. 412.*

413 *Reſtitutio in integrum peti poteſt aduerſus temporis lapſum, appellatione deſerta, intra quadriennium.*

414 *Appellans impeditus à iudice, qui noluit intra terminum literas expedire, poteſt appellationem proſe. qui vltra terminum decurſum.*

415 *Appellatio in cauſis beneficialibus non efficitur deſerta per lapſum termini, dati à iudice, nec vnquam eſt deſerta quo ad iudicem.*

416 *Appellatio, an, & quando efficiatur deſerta, ob non petitionem Apoſtolorum.*

417 *Appellans quos actus implere debeat, vt appellatio non efficiatur deſerta.*

418 *Apoſtolos hodie in regno, non eſt neceſſe petere inſtanter, & inſtantiſſime, ſed ſufficit ſimpliciter, & ſemel.*

419 *Appellatio non efficitur deſerta per lapſum 50. dierũ, cum appellans ſuam fecit diligentiam, & per iudicem ſtetit: ſed ceſſante impedimento, deſeritur, ſi non ſolicitet, & ſupra, num. 44.*

420 *Appellatio deſerta efficitur, appellante non comparente in die, ſtatuto per iudicem, ad recipiendos Apoſtolos, etiamſi iudex non venerit ad locum.*

421 *Appellatio ab interlocutoria, efficitur deſerta, cum non admittitur, & appellans non appellat iterum à non admiſſione.*

422 *Appellatio cenſetur deſerta eo ipſo, quod appellans aliquid cõtra aduerſarium innouat; vt quia ipſum ſpoliat.*

423 *Appellationi renunciat, petens dilationem ad ſoluendum.*

424 *Faciens actum incompatibilem cum appellatione, appellatione renunciat. & num. ſeq.*

SECVNDVS actus principalis, qui emergit in hac vltima parte iudicii, eſt APPELLATIO: nam lata ſententia diffinitiua, illa pars, quæ ſentit ſe grauatam, poteſt appellare ad ſuperiorem intra 10. dies, vt *in auth. hodie. C. de appella.* Et quoniam iſta materia appellationis eſt quotidiana & prolixa, quæ in rei veritate exigeret vnum magnum tractatum, ideo omiſſis ſuperfluis uitat hic pro aliquali introductione practicantium, prout breuius potero, ea attingere, & ipſam examinabo per OCTO QVÆSTIONES PRINCIPALES referendo dicta magis notabilia, & quotidiana. Et prima quæſtio erit, quid ſit appellatio. Secunda, qualiter fiat appellatio. Tertia, quando fiat appellatio. Quarta, à quibus iudicibus, & actibus appelletur. Quinta, ad quem iudicem appellari debeat. Sexta, quibus appellationibus ſit deferendum, vel non. Septima, quid poſſit facere iudex appellatione pendente. Octaua & vltima, quando, & ex quibus cauſis appellatio dicatur deſerta.

VENIO AD PRIMAM. Et quæro † QVID SIT APPELLATIO. Huius diffinitionem ponit Bart. *in l. appellandi. 1. in princ. ff de appellat.* Abb. *in rubr. extra de ap.* & ibi etiam Phil ſimiliter Bald. ponit *in rubr. C. eod. tit.* Et breuiter omiſſis aliis diffinitionibus, placet mihi illa diffinitio, videlicet, Appellatio, eſt prouocatio ad maiorem iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi. In hac diffinitione ille terminus, prouocatio, ponitur loco generis; quia plus continet prouocatio, quam appellatio. Nam prouocatio † eſt omnis actus, per quem iudicis officium, ſeu auxilium imploratur: vt dicit Bar. *in l. ſi minoris. 25. col. 2. verſ tertio modo legitur, & c. ff. de adminiſt. tut.* in tantum, quod prouocatio cõtinet appellationem iudicialem, & extraiudicialem, ſed appellatio ex proprio ſignificatu continet iudicialem tantum, non extraiudicialem: vt habetur *in c. cum ſit Romana.* 5 & ibi Abb. *in verſic. not.* & Phil. *in vltim. not. de appellat.* & idem Abb. *in c. ab eo. fin. in 1. not. de ſeq. poſſ & fruct.* vbi plus dicit, quod omnis appellatio poteſt dici prouocatio, ſed non econtra: & ſequitur Felin. *in rubr. de appell. in princ.* ergo prouocatio eſt genus, *l. inter agnatos. 5. ff vnde legit. & l. ſi quid earum. 47. §. interemptum. 1 ff de legat. 3.* Sequitur † in diffinitione, ad maiorem iudicem, & hoc ideo ponitur; quia de natura appellationis eſt, vt fiat de minori iudice ad maiorem, non enim eſt æquum, vt minor corrigat errorem maioris iudicis, ſed potius econtra, vt not. gl. *in c. non putamus. 2. de conſuetud. lib. 6.* vbi plus dicit, quod non poteſt etiam conſuetudine introduci, vt appelletur à maiori ad minorem vel ad parem, & ſequitur Phil. *in rubr. de appell.* & ibi communiter Doct. Sequitur in diffinitione, † ratione grauaminis illati, vel inferẽdi, hoc ideo dicitur; quia nõ ſolum ab illato, verum etiam à futuro grauamine poteſt appellari: vt habetur per Doct. *in c. vt debitus. 59. de ap.* & dicam infra *in 4. quæſt.* quando hoc habeat locum. SVPER ISTA QVÆSTIONE, quia hic congruentius

EST SCIENDVM, QVOD IN IVRE HABEAMVS
PLVRES TERMINOS SVSPENSIVOS CAVSA-
RVM, qui ſunt iſti: videlicet APPELLA-
TIO, PROVOCATIO, RELATIO, RECLAMA-
TIO, SVPPLICATIO, RECVSATIO, RESTI-
TVTIO, QVERELA, REDVCTIO, & DILA-
5 TIO. APPELLATIO † proprie dicitur, quando
aliquis in iudicio ſe aggrauat ab aliquo actu iudi-
ciario tendente in eius læſionem, habendo recur-
ſum ad ſuperiorem, vt ſupra declaraui in diffinitio-
ne appellationis, & de hoc termino loquitur tot.
6 tit. *ff & extr. de appell.* PROVOCATIO, eſt † nomen
magis generale comprehendens appellationem iu-
dicialem & extraiudicialem, vt habetur *in d. c. cum
ſit Romana de appel.* dicitur enim actus, per quem au-
xilium iudicis imploratur, vt ſupra dixi, & not. Bar.
*in d. l. ſi minoru. col. 2. ff. de adm. tut.* Quicũq; enim au-
xilium iudicis implorat, dicitur iudicem prouo-
care: quandoq; tamen iſti duo termini, ſcilicet ap-
pellatio & prouocatio confunduntur, & vnus pro
alio ponitur, vt habetur *in l. tale pactum* 40. *§. qui pro-
uocauit. 1. ff. de pact. & l. ſi apud.* 17. *& l. ſi quis prouoca-*
7 *tione* 30. *C. de ap.* RELATIO † poteſt multipliciter
intelligi. PRIMO enim dicitur relatio, quando iu-
dex conſuluit Principem, puta in aliqua cauſa ar-
dua, & expectat reſponſionem Principis in illa cau-
ſa, quomodo debeat in ea procedere, vt not. Spec.
*in tit. de relat. in prin.* & de hac relatione loquitur tex.
*in l. ſi quis. 1. & ſi quando ſi.* & ibi Bart. & Bald. *C. de re-
lat. & in c. intimaſti.* 68. & ibi per Phil. & Doct. *de ap.*
SECVNDO modo dicitur relatio, quæ fit ex neceſſi-
tate delegationis: vt quãdo princeps, vel alius ſupe-
rior te delegat aliquã causã alicui, cũ poteſtate pro-
cedendi vſque ad ſententiam excluſiue, & comple-
to proceſſu eum tranſmittat Principi decidendum,
nam illa tranſmiſſio proceſſus dicitur relatio, & de
hac tractatur *in c. conſtitutus.* 45. *de appell.* & tangunt
Abb. Phil. & Card. *in d. c. intimaſti. eod. tit.* vbi plus di-
cunt, quod ſi eſt ſtatutum tempus procedendi per
Principem, puta, vt procedat intra duos menſes, &
poſtea proceſſum referat, non poteſt delegatus re-
ferre niſi finito termino, quia proceſſus debet expe-
diri intra terminum. Relatio vero debet fieri poſt
terminum, alias non valet, niſi de conſenſu vtriuſq;
partis, ita tenet Phil. *in d. c. intimaſti. col. 3. verſ. ſecũdo
fit relatio, &c. ibi etiam Card. in 1. col.* TERTIO modo
dicitur relatio, quæ fit ex natura cauſæ, vt quia eſt
aliqua cauſa maior, puta feudalis, de qua iudex in-
ferior cognoſcere non poteſt, nam debet eam refer-
re ad ſuperiorem iudicem competentem, vt habe-
tur *in c. maiores. 3. de bapt. & in c. vt debitus.* 59. *& d. c.
intimaſti.* & ibi etiam Phil. *in 3. col. de ap.* QVARTO
modo dicitur ralatio, quæ fit in regno communiter
in ſacro conſilio, & in magna curia vicariæ, videli-
cet, quando Viceprotonotarius committit cauſam
in conſilio deuolutam vni ex Regiis conſiliariis, vt
fabricato proceſſu, in ſacro conſilio referat. Simi-
liter quando Regens magnæ curiæ committit cau-
ſam alicui Iuriſperito, vel vni ex iudicibus, vt fabri-
cato proceſſu referat votum ſuum: nam in iſto caſu
ille Commiſſarius procedit ſolus in cauſa, & facit
proceſſum vſq; ad concluſionem incluſiue: & dein-
de ſcribit votum ſuum, & ipſum refert in conſilio,
vel in magna curia, vna cum toto proceſſu, & ſecũ-
dum eius votum profertur ſententia per totũ con-
ſilium, quatenus ipſi ſacro conſilio iuſtum videtur,
& figuratur ſententia ſub nomine conſilii, ſeu Re-
giæ maieſtatis. Et de hac relatione eſt ritus magnæ
curiæ, *in nu.* 161. qui incip. *Item ſeruat dicta curia com-
mittere cauſas.* & de hac relatione loquũtur duæ de-
ciſiones conſ. Neap. quarũ vna eſt *n.* 18. & alia *n.* 47.
QVINTO † modo dicitur relatio, quando petitur 8
conſilium Iuriſperiti in aliqua cauſa, puta, quando
iudex idiota vult ferre ſententiam ſecundum cõſi-
lium Iuriſperiti: nam tranſmittit proceſſum Iuriſ-
perito vna cum literis relationis, in quibus literis
narrat caſum, ſuper quo conſuluit ipſum: iſta ap-
pellatur relatio; quia refert ſe ad conſilium Iuriſpe-
riti, & tenetur in narratione caſus referre totã cau-
ſam pro vtraque parte, alias pars quæ læditur, poſ-
ſet appellare ab illa formatione puncti, ita plene
Phil. *in c. intimaſti. 68. in 3. not. de appell.* vbi plus dicit,
quod quando iudex vult figurare caſum, ſeu pun-
ctum tranſmittendum Iuriſperito, debet illum for-
mare in præſentia vtriuſque partis: & de eo debet
dare copiam partibus, ſi voluerint: & talis copia de-
bet eſſe in forma authentica cum ſigillo Notarii, &
hoc fit, ne aliqua partium lædatur in formatione
caſus, forte tacerentur iura alterius partis. *Si* au-
tem partes diſcordarent in formatione puncti; tunc
iudex ex ſuo officio, in contumaciam poteſt pun-
ctum formare: in hæc omnia dicit Philip. *in d. c. in-
timaſti.* & ibi etiam Abb. & Cardin. Ex quibus eli-
cio † bonam practicam in caſu quotidiano, quod 9
quando iudex vult tranſmittere proceſſum ad con-
ſilium Iuriſperiti, vel vult referre caſum vel pun-
ctum, pro habendo conſilio, poteſt litigator requi-
rere iudicem, vt antequam tranſmittat proceſſum
vel formationem caſus, det ei copiam litera-
rum, quas mittit Iuriſperito, ad videndum, vtrum
ſit grauatus in aliquo ſuper formatione caſus? & te-
netur iudex dare dictam copiam ad requiſitionem
litigantis, alias poſſet appellare per prædicta. Puto
tamen, quod iudex non debeat dare copiam nomi-
nis Iuriſperiti, quando ſecreto mittitur ad Iuriſpe-
ritum, allegatis aliis ſuſpectis: ad hoc, ne ille Iu-
riſperitus poſſit ſubornari vel trahi ad votum alte-
rius partis: ſed quando publice mittitur, puta, vo-
luntate partium; tunc debet edi etiam nomen Iu-
riſperiti. Quod nota; quia quotidie euenit iſte ca-
ſus, & pauci aduertunt in petẽdo copiam dictarum
literarum, & vt plurimum iſti iudices idiotæ pen-
dent pro aliqua parte, & ſolẽt ſcribere literas com-
mendatitias in fauorem alterius, quæ literæ ſolent
moue-

mouere animos aliquorum Conſultorum in præiudicium alterius partis: & mihi vt pluries euenit, quãdo fuerunt mihi tranſmiſſi aliqui proceſſus per iudices idiotas diuerſorum locorum: nam fuerunt mihi tranſmiſſæ literæ commendatitiæ in fauorem alterius. Verum, non abſtraxerunt animum meum à recto iudicio: & idem rogo, quod omnes Conſultores faciant: & prædicta etiam tenet Specul. *in tit.*
10 *de relat. §. qualiter.* SCIAS etiam † ad propoſitum materiæ noſtræ, quod relatio eſt actus ſuſpenſiuus, ſicut appellatio: nam relatione pendente nihil poteſt innouari, text. eſt & ibi Bald. *in l. ſi quand. fin. C. de relat.* vbi infert, quod quamdiu cauſa tranſmiſſa eſt ad conſilium Iuriſperiti, iudex non poteſt interim ferre ſententiam ante conſilium habitum à Iuriſperito: & habetur *in l. ex illo. 13 & ibi.* Bald. & Do. *C. de appellat.* & per Bartol. *in l ſi quis. 1. C. de relat.* & Bald. *in d. c. intimaſti. de appellat.* An autem, ſi iudex procederet relatione pendente, proceſſus ſit nullus, vel ſit opus appellatione? vide pulchre per Cardin. *in d. c. intimaſti. col. penult. & fin.* vbi relatis omnibus opinionibus aliorum, finaliter ponit bonam diſtinctionem cum veris concluſionibus, ad cuius dicta me remitto.

11 RECLAMATIO, † eſt quidem terminus generalis, & refertur ad illas ſententias, in quibus de iure non appellatur, vnde poteſt referri ad ſententias arbitrorum; & tunc reclamatio eſt idem, quod reductio ad arbitrium boni viri: vt habetur per Salic. *in l. cum ante. 5. §. licet. 1. C. de arbitr.* & Abb. *in conſil. 2. col. fin. in 1. volum.* vbi iudicium reductionis, appellat iudiciũ reclamationis: & ſic æquiuocat iſta duo vocabula. Item poteſt referri ad ſententias Principum, vel Præfecti prætorio; & tunc reclamatio eſt idem, quod ſupplicatio: de qua habetur *in l. litigantibus. vnic. C. de ſent. præfe. præt.* & per Specul. *in toto tit. de ſupplic.* & ita accipitur hodie in ſacro conſil. Neapol. à cuius ſententia non licet appellare, ſed reclamari poteſt: & idem importat iſta reclamatio, quod ſupplicatio, de qua habetur, & fit mentio *in deciſ. 131. conſil. Neap.* iſta enim reclamatio fit ad idem conſilium, quia profert ſentẽtias ſub nomine Regiæ maieſtatis, de cuius materia plene dicam infra proxime, *in verſ. ſupplicatio.*

12 SVPPLICATIO, * dicitur proprie, quando aliquis reclamat à ſententia Principis, vel à ſententia præfecti prætorio. Nam ab huiuſmodi ſententia, propter excellentiam iudicum, non poteſt de iure appellari, ſed ſolum is, qui ſentit ſe grauatum, poteſt ſupplicare apud eundem principem vel præfectum, vt ipſe idem cauſam reuideat, & ſuo grauamini prouideat: & ita fit hodie in ſacro conſil. & ita appellatur ſupplicatio, quæ alio vocabulo dicitur reclamatio, vt dixi ſupra *proxime verſ.* ita habetur *in d. l. vnic. C. de ſentent. præfect. prætor. & in l. ſi quis. 5. & auth. de ſupplicatio. C. de precib. imper. off.* not. Specul. *in titul. de ſupplicat. §. 1. & per tot.* & eſt text. *in l. tractandum eſt. 1. in prin. ff. à quibus appell. non licet. in l. præfecti. 17. ff. de minor.* & habetur *in c. ex literis. 4.* & ibi per Abb. *de in integr. reſtit.* AMPLIA † hæc procedere 13
non ſolum in ſententia Principis, & præfecti prætorio, verum etiam in ſententiis aliorum inferiorum admittitur ſupplicatio, quãdo prohibetur appellatio: vt puta ſi prohibetur per ſtatutum, vel per Principem, committentem cauſam, appellatione remota; nam tunc ex quo ceſſat remedium ordinarium, ſcilicet appellationis, admittitur extraordinarium, ſcilicet ſupplicationis, ita tenet Abb. *in d. c. ex literis. in 4. not* & in gloſſ. *in verb. ſupplicauit.* [Adde Viuium, *in ſylu. comm. opin. lib. 1. op. 816. nu. 5.* vbi plures allegat, & dicit hanc eſſe cõmunẽ opinionem.] alias autem nunquam admittitur ſupplicatio, vbi poteſt habere locum appellatio: vt ibi habetur, & ibi etiam Abb. *in d. c. ex literis. in vlt. no.* ponit deſcriptionem, & diffinitionem ſupplicationis, dicens, quod ſupplicatio eſt quædam precum porrectio, facta Principi, per quam ex quadam benignitate Superior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, contra quam nõ competit remedium ordinarium, ſcilicet appellationis. Non tamen intelligas indiſtincte, quod in omnibus caſibus, in quibus remouetur appellatio, habeat locum ſupplicatio: quia imo in multis caſibus, in quibus quis nõ poteſt appellare, minime poteſt ſupplicare, vt ecce, * verus 14
contumax non appellat. *l. ex conſenſu. 23. §. final ff. de appellat. & l. eius. 1. C. quorum ap. non recip.* & ſicut non poteſt appellare, ita nec poteſt ſupplicare, ſecundum Ioan. de Imol. *in d. l. ex conſenſu. §. final* & Phil. Dec. *in conſil. 34. colum. 1. in princip.* & ſuper hoc tradit vnam magiſtralem regulam Iaſ. *in d. authent quæ ſupplicatio. col. 2. in fin. C. de precib. imper. off.* quod vbi quis prohibetur appellare propter excellentiam iudicis, & ſic in priuilegium ſententiæ latæ; tunc poteſt ſupplicare. Sed vbi non poteſt appellari de iure communi, ibi nec poteſt ſupplicari.

[Nam cum ex natura cauſæ prohibita eſt appellatio, tunc etiam ſupplicatio prohibita cenſetur, ita Iaſon. *in authent. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imp. off.* hinc infertur, quod ſicut à ſententia ſuper poſſeſſorio lata, item à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non permittitur appellatio, ita nec ſupplicatio. Alexand. Trentacinq. *libr. 2. pract. reſol. tit. de appell. reſol. 1. num. 4.*]

Differt autem * ſupplicatio ab appellatione in 15
PLVRIBVS: & PRIMO; quia appellatio debeat fieri intra decem dies: vt *in authent. hodie. C. de appellat.* Supplicatio vero poteſt fieri intra 10. dies, & etiam infra duos annos. Verum, in hoc eſt differentia; quia quando fit infra decem dies, ſi pars victrix vult petere executionem ſententiæ, non aliter fit executio, niſi præſtiterit ſatiſdationem de reſtituẽdo executionem, in caſu, quo ſententia fuerit retractata: vt text. *in d. auth quæ ſupplicatio.* ſed quando fit intra duos annos, fit executio, etiam ſine dicta ſatiſda-

tiſdatione:ita declarat Abb. *in d.c.ex literis.4.co.pen. verſ.& in fi.gloſſ.&c.de in integr.reſtit.* & Spec. *in tit. de ſupplicat.§.1.verſ.ſolum tamen,&c.*

[Adde Alex. Trentacinq. *libr.2.pract.reſolut.tit de appellat.reſol.1.nu.6.&* 7. vbi etiam tradit, an ſatiſdatio illa etiam præſtanda ſit, ad obtinendam executionem, etiamſi à parte aduerſa petita non ſit, & concludit præſtandam eſſe, dicit etiam iuratoriam cautionem locum habere, ſi quis fideiuſſores inuenire nequeat. *num.9* ]

16 SECVNDO DIFFERT; † quia appellatione pendente, nõ poteſt fieri executio, vt tot. ti. *nihil innouari ap.pen.* ſed pendente ſupplicatione, fit executio cum dicta ſatiſdatione, eo modo, quo ſupra dixi: vt *d.auth. qua ſupplicatio.* & not. Spec. *in tit. de ſuppl.§.differt.* & not. Bald. *in d aut.qua ſupplicatio.in 2.not.* Verum in hoc eſt prodita in Regno noua declaratio per ritum magnæ curiæ, ſcilicet quod licet fiat executio per iudicem pendente ſupplicatione, intelligitur tamen quo ad cauſam principalem, nõ autem quo ad expenſas. Nam in expenſis non fit executio pendẽte ſupplicatione, etiamſi victor offerat ſatiſdationẽ, de hoc eſt ritus magnæ curiæ. *in nu.10.* qui incipit, *item ſi contingat cauſas,&c.& eſt deci.231.conſil.Neap.*

17 TERTIO DIFFERT; † quia appellatio fit ad alium iudicem ſuperiorem, non autem ad eundem, qui pronunciauit, *l.eos.13 C.de appell.* Supplicatio vero fit ad eundem iudicem, qui pronũciauit, vt *d.auth.qua ſupplicatio.* & ibi gloſſ & Dd. & Spec. *in tit.de ſupplic.§.1.verſ.ſolum tamen.* Et ita ſeruatur hodie in ſacro conſ. quia ſupplicatur ab eius ſententia eidem ſacro conſ. vt eam reuideri faciat, interim non fit executio in expenſis: vt habetur *deciſ.231.cõſil Neap.*

18 QVARTO DIFFERT; † quia appellatio eſt remedium ordinarium, & cõcernit meram iuſtitiam; quia eſt ſpecies defenſionis, *c.cum ſpeciali.61.§.porro.de appel.* & Soc. *in conſil.105.co.3.ver.confirmatur,nam appellatio,&c.in 2.vol.* ſupplicatio vero cõcernit gratiam, & eſt remedium extraordinarium: cõceditur enim ex mera benignitate, & gratia Principis, colligitur ex not. per Ab. *in d.c.ex literis.in vlt. not. de in integ.reſtit.*

19 QVINTO DIFFERT; † quia appellans, qui nihil poſuit, nec probauit in cauſa principali, non auditur, niſi ante omnia reficiat expenſas, vt dictat Regia pragm. quæ incipit: *Qui in cauſa.* Secus eſt in eo, qui ſupplicat; quia non tenetur reficere expenſas, etiamſi nihil poſuit, nec probauit: ita de hoc eſt *deciſ.conſil. Neap.nu.231.*

20 SEXTO DIFFERT; † quia lite pendente poteſt à quocunque grauamine appellari ante diffinitiuam ſententiam, *c.vt debitum.59.de appel* & habetur *in l.ante.2.& ſeq.ff.de app.rec.* & ibi per Bart. ſed ſupplicare non licet ante diffinitiuam ſententiam, *l.1.C.vt lite pen.* & not. Spec. *in ti.de ſuppl §.differt.ver item ante,&c.*

21 SEPTIMO DIFFERT; † quia appellare permittitur ba à qualibet ſententia, vt *in leg.ſi quis.vnic.C.ne lite. ſet pen.* ſed ſupplicatur non poteſt [illegible]

text. & ibi Bal. *in l.ſi quis.5.C.de prec.imp.off.* not. Spec. *in d.§.differt.in fi.verbu.* & habetur *in d.deciſ.236. conſil.Neap.in fin.*

22 OCTAVO DIFFERT; † quia qui appellat, conqueritur de iudice, quod iniquam tulerit ſententiam, ſed qui ſupplicat, non debet cõqueri de iudice; quia turpe eſſet allegare iniquitatem tam magni iudicis, ſed debet allegare negligẽtiam ſuam propriam, & petere veniã proprii erroris, vel allegare circumuentiõnem aduerſarii, vt habetur *in l.præfecti.17.ff de minor.* Azo *in ſumma.C.de ſent.praf.* Matth. de Affl. *in præiudicium conſt.in 10.q.in 4.fallent.*

[Plura de ſupplicatione. An videlicet ſupplicãs, in cuius fauorem ſententia lata eſt, ſi in aliquo ſententiæ capitulo ſe grauatũ ſentiat, & propterea quo ad illud capitulum ſupplicauit ab ea ſententia, poſſit quo ad reliqua, executionẽ petere, præſtita cautione, iuxta formam iuris? Item an inſtantia ſupplicationis reguletur ſecundum inſtantiam cauſarum appellationis, vel in ea ſeruetur inſtãtia triennalis, quæ de iureciuili in cauſa principali conceditur? Et alia ad hanc materiam pertinentia, vide apud Alex. Trentac. *lib.2.pract.reſ.tit.de ap.reſol.1 nu.11.& ſeqq.*]

23 Conueniunt autẽ ſupplicatio, & appellatio; quia ſi fit eadẽ die, † qua fertur ſententia, poteſt tam ſupplicatio, quã appellatio fieri viua voce; ſed ſi fieret poſtea, nõ valet, niſi ſtat in ſcriptis: ita declarat Iaſ. *in d.auth.qua ſupplicatio.in fi.col. C.de prec.imp.off.*

24 RECVSATIO, † eſt ſextus actus ſuſpenſiuus: & habet locum, quando iudex ex aliqua iſta cauſa redditur ſuſpectus; nam poteſt recuſari, & interim ſuſpenditur eius iuriſdictio; quia recuſatione pendente, nõ poteſt ad aliquem actum procedere in illa cauſa: & ſi procedit, proceſſus eſt nullus, ſecundum Bart. & Dd. *in l.quia poterat.4.ff.ad Trebell.* & dixi ſupra *in 4. part.in 16.diſtin. verſ.ſecundo dicitur iudiciũ nullũ,&c.*

25 Qualiter autem † hodie proponatur iſta recuſatio iudicis, maxime in Regno, & an iudex recuſatus poſſit cauſam alteri delegare, dixi ſupra *in 4. parte.in 5. diſtinct. verſ.15.differunt,&c. & verſ ſequent.* De hac materia iudicis ſuſpecti, & eius recuſatione, tractatur plene per Lanfran. *in c.quoniam contra.11.in verſ. recuſationes.de probat.* per Doct. *in c.ſuſpicionis.39.de offic.deleg.in c.poſtremo.36.c.ſecundo requiris.41.&c.cum ſpecialis.61.de appellat.* & per Doct. maxime Iaſ. *in l. apertiſſimi.16.C.de iudic.*

26 ET * INTER ALIA DICTA NOTA VNVM, exceptio recuſationis debet opponi, non ſolum ante litem conteſtatam, verum etiam debet eſſe prima exceptio, quæ opponi debet ante omnes dilatorias; quia ſi opponitur alia dilatoria, cẽſetur prouocari iudex, vt ſuper ea pronunciet, & ſic inducitur conſenſus in iudicem, vnde poſtea non poteſt recuſari. ita tenet Lanfranc. *in d. verſic.recuſationes.in princi.* per ea quæ not. Bart. & Doct. *in l.quidam conſulebant 57.de re iudi.* & gloſſ. & Doct. *in c.inter monaſterium.20.de re iudi.* & dixi ſupra *in 21.diſt.verſ.ſcias tamen pro complemento,&c.* & vide quæ dicam infra *in fin.ſequentis rubricarum.*

[Adde

[Adde Viuium *in ſyl. com. opin. lib. 2. opin. 866. nu. 18.* vbi *nu. 19.* dicit, quod quis ex cauſa antiqua, quæ de nouo ad eius notitiā peruenit, poſſit iudicem vt ſuſpectum recuſare, etiamſi ante talem notitiam, coram eo abſq; proteſtatione comparuiſſet, quemadmodum etiam ex cauſa de nouo emergente, poſt litem conteſt. recuſatio admittitur, vt *ibid. num. 5.* & infra ab autore, *num. 74.* traditur.]

VNAM tantum quæſt. puto hic attingendam pro vtilitate huius materiæ, poſtquam hic incidit eam tractari, videlicet, quæ ſint cauſæ, ex quibus poſſit Iudex, vt ſuſpectus recuſari? & dic, quod MVLTÆ ſint, quarū aliquas, quas recolo, hic ſubiiciam. Pri-
27 ma CAVSA † iuſtæ ſuſpicionis eſt, quando Iudex eſt familiaris alterius partis, quæ familiaritas debet eſſe magna; quia modica nō ſufficit, tex. *in c. inſinuante. 25.* & ibi Abb & Fel. & etiam gloſſ. *de off. deleg.* & ibi declaratur plene per Doctor. maxime *in fin. colu.* quis dicatur domeſticus, & quis familiaris, & per Spe. *in tit. de iud. deleg. §. ſupereſt. verſ. itē ſi eſt nimis, &c.* Secunda CAVSA ſuſpicionis eſt, quando Iudex or-
28 dinarius eſt ex aliqua iuſta cauſa ſuſpectus: † nam poteſt ex eadem cauſa recuſari eius Vicarius, licet in ſpecie contra Vicarium nulla alia ſit ſuſpicio, ſecundum Abb. & Fel. *in d. c. inſinuante, col. 1. de off dele.*
29 Tertia † CAVSA eſt, quando iudex eſt conſanguineus alterius partis, vt habetur *in c. poſtremo. 36. de ap.* vt *in c. accedens. 4. el. 2. vt lite nō cont.* Idem, ſi eſt affinis, vt habetur *in dictis iuribus. & in l. qui iuriſdictio-*
30 *ni, 10 de iuriſd. om. iud.* † Quod tamen non procedit, quando iudex eſſet æqualiter coniunctus vtrique parti; quia non poteſt tunc vt ſuſpectus recuſari, ſecundum Bart. *in d. l. qui iuriſd. 1. lect.* & per prædicta infert Abb. *in d. c. inſinuante col. 2. in prin. verſi. notab. ibi. &c* quod quando iudex eſt conſanguineus prælati alicuius Eccleſiæ. poteſt recuſari, vt ſuſpectus, in cauſa illius Eccleſiæ. Adde prædictis Phil. *in d. c.*
31 *poſtremo. col. 6. de appel.* † Quarta CAVSA eſt, quando dominus eſt ſuſpectus: nam propter ſuſpicionē domini poteſt tota eius familia allegari ſuſpecta: ſecundum Abb. *in d. c. inſinuante. col. 2. in fi. de off. dele.*
32 & ibi etiam Fel. † Quinta CAVSA eſt, quando quis vellet eſſe iudex in cauſa propria: vt *d. l. qui iuriſdictionis ff. de iur. omn. iud. & l. generali. vnic. C. ne quis in*
33 *ſua cauſa &c.* † in tantum, quod et Rex vel Imperator non debet eſſe iudex in cauſa propria, ſed debet illam delegare: vt plene declarat Andr. de Iſern. *in c. imperialem. § præterea ſi inter colum. 7. & 8. de prohibit.*
34 *feud. alien. per Freder.* † Verum ſi vellet Princeps non recognoſcens ſuperiorem, eſſe iudex in cauſa propria, quam habet in ſuo ſubdito, poſſet eſſe iudex. Secus, ſi habet cauſam cum non ſubdito: ita tenet Socin. *in conſ. 120. col. 9. in princip. in 1. vol.* [Adde Ale. Trentacinq. *li. 2. pract. reſo. de iudecia. reſo. 5.* vbi plene declarat, quando ſuperiorem non recognoſcentes, & iudices inferiores, qui ſuperiorem recognoſcūt, in cauſa propria iudicare, vel non iudicare poſſint.]

Sexta † CAVSA eſt, quando iudex eſt inimicus ca- 35
pitalis alterius partis, vt not. Spec. *in tit. de iudic. delegat. §. ſupereſt. verſicul. item, ſi eſt inimicus.* & not. Abb. & Felin. *in d c accedens. 4. el. 2. vt lite non conteſtat.* habetur *in c. cum R. 35. de offic. deleg.* Adde Philip. *in c. poſtremo. 36. colum. 9. verſicul. 3. de appellat.* vbi dicit ſufficere quamlibet inimicitiam, etiam non capitalem. † Septima CAVSA eſt, quando iudex eſt 36
conſanguineus inimici alterius partis, ita dicit Abb. *in d. l. accedens, in 1. not.* & Bald. *in l. quoniam liberi. 11. C. de teſtib.* vbi dicitur quod † qui copulat 37
parentelam vel amicitiam cum inimico meo, dicitur mihi inimicus; quia cenſetur eſſe eiuſdem intentionis. Idem tenet expreſſe Felin. *in d. c. accedens. colum. 1.* & Philip. *in d. c. poſtremo, in 3. quæſt. de appellat.* † Octaua CAVSA eſt, quando iudex eſt 38
cōmenſalis alterius partis, vel inimici alterius partis ſecundum Abbat. *in d. c. accedens. 4. col. 1. verſicul. 2. cauſa, &c.* & Philip. *in d. c. poſtremo. colum. 7. verſicul. 8. de appellat.* † Nona CAVSA eſt, ſi iudex eſt 39
conterraneus alterius partis, vt quia eſt oriundus de eadem ciuitate, de qua eſt altera pars, ſecundum Abb. *in d. c. accedens, colum. 1. verſicul. tertia cauſa, &c. in 2. colum. verſicul. 2. hac gl. ff. quærit. &c.* quod tamen intelligitur indiſtincte, ſecundum Abb. ibi. quando ſunt duo conciues, qui reperiuntur extra eorum patriam: ex quo ſoleant ſe vt fratres diligere, quando ſunt in remotis partibus: & ſequitur Felin. *ibi in 2 colum. in princ.* ſed quando eſſent in eadem patria, eſt iuſta cauſa ſuſpicionis in delegato, non autem in ordinario: vt declarat Abb. *in d. c. accedens, colum. 2. circa fin.* † Decima CAVSA eſt, 40
quando iudex eſt ſubditus ratione iuriſdictionis aduerſarii mei, puta, quia eſt ſuffraganeus, vel vaſallus; nam ex hac cauſa poſſum ipſum allegare ſuſpectum: text. eſt, & ibi Abb. & communiter Doct. *in c. accedens 2. el. 1. extr. vt lit. non conteſtat.* † Idem, 41
quando iudex eſt ſubditus inimici mei contendentis mecum; quia timore Superioris ſui poſſet à recto tramite deuiare: ita dicit Abb. *in c. accedens. 4. el. 2. colum 1. verſi. 4. cauſa, &c vt lit. non conteſt.* & Philip. *in d. c. poſtremo colum. 7. verſic. 31. de appel.* † Vnde- 42
cima CAVSA eſt, quando iudex fuit Aduocatus alterius partis in illa cauſa, in qua vult iudicare: vt eſt text. & ibi Alexand. & Doct. *in l. prætor. 17. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in d. c. poſtremo.* & ibi Abb. & Philip. *de appellat.* Secus tamen eſt, quando fuit Aduocatus in alia cauſa penitus ſeparata, quia Aduocatus meus in vna cauſa poteſt eſſe iudex in alia cauſa mea penitus ſeparata, & non per hoc poteſt per aduerſarium meum recuſari. ita tenet Phil. *in d. c. poſtremo. colum. 1.* † Duodecima CAVSA eſt, ſi iu- 43
dex nimis fauet alteri, demonſtrando ei nimiam amicitiam, & alteram partem grauando, & intelligitur de nimio fauore; nam modica amicitia non ſufficit ad iudicem recuſandum, ita dicit Ab. *in d. c. accedens. 4. el. 2. col. 1. in fin. & colum. 2. in fin. vt lit. non conteſt.*

*conteſt.* & habetur *in c.cauſam, quæ.18.el.2, de iudic.* &
44 per Phil. *in d.c. poſtremo, colum.8. verſ.21. de appe.* † De-
cimatertia CAVSA eſt, ſi altera pars alloquitur
Iudicem ſecrete in aure, poteſt ex hoc per alteram
partem recuſari, ſecundum Abb. *in d c. accedens, col.3.*
*verſi. & aduerte, &c.* & Lanfr. *in c. quoniam contra.11.*
45 *in verſi. recuſationes. col. fin. circa fin de prob.* † Decima
quarta CAVSA eſt, ſi iudex animoſe, & iniuſte, ſeu
extraiudicialiter procedit contra aliquem, ſecun-
dum Abb. *in c. conquerente. 7. colum.2. de reſtitut. ſpol.*
*in c. cum veniſſent. 2. in 5. no. de reſt. in integr.* & Philip.
46 *in d.c poſtremo, colum.8 verſicul.27.* † Decimaquinta
CAVSA eſt, ſi iudex habet conſimilem cauſam cum
illa, in qua vult iudicare, quia ex hoc redditur ſuſ-
pectus; quoniã præſumitur iudicare taliter, prout
vellet in ſua cauſa iudicari, gl. & ibi Abb. & Do. *in c.*
47 *cauſam, quæ.18.el.2. de iud.* † Decimaſexta CAVSA
eſt, ſi pars recuſans habet aliquam cauſam cum iu-
dice tanquam cum priuato, vt quia litigat cum iu-
dice in alia cauſa: nam ex tali litigio cauſatur quæ-
dam inimicitia, quæ eſt ſufficiens ad iudicem recu-
ſandum, ita dicit Abb. *in d.c. cum ſuper. 23. in 3. not. de*
48 *off. del.* † Decimaſeptima CAVSA eſt, ſi iudex noluit
exercere actum humanitatis cum parte, vt quia no-
luit partẽ admittere ad oſculum pacis; quia ex hoc
præſumitur inimicus, & poteſt recuſari, ſecundum
Abb. *in d.c. cum ſuper, col.1. verſ. ſecunda cauſa, &c.* vbi
infert notanter ad vnum modum probandi inimi-
citiam, ſcilicet quando in eccleſia ſolitum eſt dari
oſculum pacis; quia ſi aliquis non vult admittere
alterum ad oſculum pacis, præſumitur ex hoc ini-
49 micus. † Decimaoctaua CAVSA eſt, quando iudex
fuit minatus alteri parti, quod ei noceret, ſecundũ
Abb. *in d.c. cum ſuper, col.1. verſi. tertia cauſa, &c. extr.*
50 *de off. deleg.* † Decimanona CAVSA eſt, quando
Iudex non vult aliquem ſalutare: quia ex hoc cen-
ſetur inimicus, ſecundum Abb. *in d.c. cum ſuper, co.1.*
*verſicul. adde quartum, &c.* & Iaſ. *in l. aperciſſime, 16.*
51 *colum.3. C. de iudic.* † Vigeſima CAVSA eſt, quando
Prælatus vellet eſſe iudex in cauſa ſuę eccleſię: quia
licet de iure poſſit eſſe iudex; tamen poteſt vt ſu-
ſpectus recuſari propter pręſumptam affectionem,
ſecundum Phil. *in c. poſtremo. 36. col.5. verſicul.5. quæ-*
*ritur, &c. de appel.* vbi multos allegat pro & contra,
& concludit hanc opin. eſſe veriorem. † Vigeſima-
52 prima CAVSA eſt, quando iudex fuit tantum in
aliqua cauſa, vt quia fuit conſultus, & propalauit
votum ſuum pro vna parte: nam redditur ſuſpectus
in illa cauſa, dato, quod non fuerit Aduocatus. Se-
cus, ſi non propalauit votum, licet fuerit cõſultus;
quia non redditur ſuſpectus, ſecundum Phil. *in d.c.*
*poſtremo. colum.7. verſ.7. &c. de appell* & Doct. *in l. præ-*
53 *tor.17. ff. de iuriſd. om. iud.* † Vigeſimaſecunda CAV-
SA eſt, ſi fuit datus ad petitionem alterius partis;
quia ex hoc ſolo poteſt per alteram partem recuſa-
ri, *l. obſeruandum. 47. ff. de iudic.* & habetur *in c. inſi-*
*nuante. 25. de off. del.* & Phil. *in d.c. poſtremo. co.8. ve.22.*

Vigeſimatertia CAVSA † eſt, ſi iudex fuit teſtis in 54
eadem cauſa, in qua modo vult iudicare, *l. fin. ff. de*
*teſtib.* & Specul. *in titul. de iud. del. §. ſupereſt, verſicul.*
*item ſi fuit teſtis, &c.* † Quid autem, ſi filius, vel alter 55
conſanguineus, vel commenſalis Iudicis fuit Ad-
uocatus in aliqua cauſa, an ex hoc poſſit Iudex, vt
ſuſpectus recuſari? dic quod non: ita tenet Phil. *in d.*
*c. poſtremo, colum.2. verſi. in gl. in verſ. aduocati, &c. de*
*ap.* quod nota; quia prima facie quis diceret con-
trarium. † Vigeſimaquarta CAVSA eſt, ſi Iudex 56
eſt Canonicus, & coram eo litigaret Canonicus
eiuſdem eccleſiæ; quia poteſt per aduerſam partem
recuſari, vt habetur *in c. cum R.35. de off. deleg.* & not.
Spec. *in tit. de iud. deleg §. ſupereſt verſ. item ſi eſt cano-*
*nonicus* & Phil. *in d.c. poſtremo, colum.7. verſ.11.* † vbi 57
limitat, niſi ambo litigantes eſſent Canonici; quia
par ratio affectionis ſuſpicionem excludit. † Vige- 58
ſimaquinta CAVSA eſt, ſi litigator impetrauit ſibi
Iudicem in cauſa ſua eum, qui erat ſuus dominus;
quia altera pars poteſt eum recuſare, tex. eſt *in c. cau*
*ſam, quæ 17. de off. del.* † Vigeſimaſexta CAVSA eſt, ſi 59
iudex eſt ſocius alterius partis, vel habitat in eadẽ
domo cum altera parte: vt not. Spec. *in tit. de iud. del.*
*§. ſupereſt, ve. quid ſi ſit ſocius.* & Phil. *in d.c. poſtremó, co.*
*8. in prin. verſ.28. de ap.* † Vigeſimaſeptima CAVSA 60
eſt, ſi ipſe iudex ſe impetrari procurauit, ſecundum
Spec. *in d. §. ſupereſt, verſ. item, ſi ipſe.* per *l. quæ omnia.*
*25. ff. de procurator.*

Vigeſimaoctaua * CAVSA eſt, quando eſt ap- 61
pellatum à ſententia iudicis; quia partem graua-
uit: nam appellatione pendente redditur ſuſpectus
appellanti, tam in illa cauſa, quam in omni alia,
& poteſt recuſari, ſecundum Phil. *in d.c poſtremo, co-*
*lum 8. in fin verſi.27.* * Vigeſimanona CAVSA eſt, 62
quando Iudex accepit aliquam donationem ab al-
tera partium, ſecundum Phil. *in d c. poſtremo, colu.9.*
*verſ.28.* * Trigeſima CAVSA eſt, quando Iudex à 63
quo, eſt ſurrogatus Iudex in cauſa appellationis;
quia redditur ſuſpectus in illa cauſa, in qua pronũ-
ciauit, ſecundum Phil. *in d.c. poſtremo. col.10. verſ.29.*
Trigeſimaprima * CAVSA eſt, ſi Iudex fuit quon- 64
dam inimicus alterius partis: nam licet modo ſit
reconciliatus, poteſt tamen, vt ſuſpectus, allega-
ri, ſecundum Philip. *in d.c poſtremo. colum.9. verſ.35.*
inimicus enim reconciliatus adhuc remanet ſuſpe-
ctus, & etiam à teſtimonio repellitur, ſecundum
Abb. *in c. cum oporteat. 19. colum.3. de accuſat.* * Trige- 65
ſimaſecunda CAVSA eſt, quando cauſa ſpecta-
ret aliquo reſpectu ad commodum vel incommo-
dum iudicis: vt quia tenetur de euictione rei, pro
qua agitur, vel eſſet fideiuſſor alterius partis, ſe-
cundum Philip. *in d.c poſtremo. colum.9. verſi.30. &*
*31. de appellat.* * Trigeſimatertia CAVSA eſt, ſi Iu- 66
dex fuit ab altera parte corruptus prece, vel pre-
tio, vel ſi timeat aduerſarium meum, vel ex aliqua
cauſa eum nimis diligit, ſecundum Specul. *in titul.*
*de iudic. deleg. §. ſupereſt, verſicul. item, ſi ſit inimicus, in*
*penult.*

67 *penult. colum.* † Trigeſimaquarta CAVSA eſt, ſi Iudex homo illiteratus, vel imperitus, & groſſus, & cauſa eſt ardua, ſubtilis; quia cauſæ ſubtiles non ſunt committendæ groſſis iudicibus, ſecundum Bald. *in l. cum in libru, fin. in 16. q. C. de hæred. inſt.* & Felin. *in c. ſciſcitatus. 13. col. 7. in prin. verſ dicit etiã Bald. &c. de reſcript.* vbi dicit hanc eſſe iuſtam cauſam ſuſpicionis, & Iaſ. *in l. apertiſſimi. 16. verſic. ſecun-*
68 *da cauſa, &c. C. de iud.* † Trigeſimaquarta CAVSA eſt, ſi Iudex eſſet nimis ſeuerus, & crudelis, ſecundum Iaſ. *in d. l. apertiſſimi, colum. 2. in fin. verſicul. tertia cauſa &c.* per ea quæ not. Bald. *in l. ſi dominus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.* vbi dicit, quod poteſt Iudici tolli iuriſdictio propter nimiam eius crudeli-
69 tatem. † Trigeſimaſexta CAVSA eſt, ſi iudex eſt indiſcretus; quia poteſt recuſari, ſicut ſi eſſet iniquus, ſecundum Bald. *in c. ad noſtram. 12. in fin per illum tex.*
70 *extr. de probat.* † Trigeſimaſeptima CAVSA eſt, ſi Iudex conſueuit eſſe iniquus, ſecundum Bald. *in d.*
71 *c. ad noſtram, in fi. de probat.* * Trigeſimaoctaua CAVSA eſt; ſi Iudex eſt compater alterius partis, ſecundum Imol. *in c. prudentiam. 21. de offic. & poteſt. iud. deleg.* & Iaſ. *in d. l. apertiſſimi colum. 4. in princ. C. de iudic.* & per gloſſ. *in c. cum l. & A. 22. de ſenten. & re iud.*
72 Trigeſimanona † CAVSA eſt, ſi Iudex non vult audire Aduocatum in cauſa, licet cauſa ſit clara, poteſt ex hoc recuſari vt ſuſpectus, ſecundum Lanfranc. *in Clement. ſæpe. 2. in verſicul. de plano, colum. 1. de*
73 *verbor. ſignifi.* † Quadrageſima CAVSA eſt omnis cauſa, quæ eſt ſufficiens ad remouendum procuratorem, vel arbitrum, illa eadem ſufficit ad remouendum Iudicem, ſecundum Abb. *in c. poſtremo. 36. de appell.* & ibi etiam Phil. *in 4. colum. verſicul. pro*
74 *declaratione, &c. & col. 7. verſicul. 10.* † VLTIMO pro complemento huius materiæ, adde, quod in quantum dixi ſupra in principio huius recuſationis, quod hæc exceptio debet opponi ante litem conteſtatam: LIMITA, niſi de nouo ſuperueniret; quia poteſt in quacunque parte litis opponi, etiam poſt concluſionem, ſi poſt ſuperuenit, ſecundũ Felin. *in c. inſinuante. 25. colum. penul. in fin. de offic deleg.* & de hoc habemus capitulum Regni, *in numer. 213.* quod incipit, *Prolixitatem.* diſponens, quod exceptio recuſationis poſt litem conteſtatam ita demũ opponitur, ſi notorie, & euidenter conſtat Iudici, quod de nouo ſuperuenit, alias non admittitũr.

[Adde ad hæc Viuium, idem tenentem, *in ſyl. com. op. li. 2. op 866. n. 20.* & Gail. *pract obſ. li. 1. obſ. 33. n. 11.* qui *in ead. obſeruat.* alia inſuper ad hãc recuſationis materiam pertinentia tradit, an videlicet etiam Iudex ordinarius, & totum collegiũ recuſari & Princeps cauſam, remota recuſatione, delegare poſſit? Item an commiſſarii teſtium recuſari poſſint? Et quod recuſatio non verbis, ſed ſcripto fieri debeat, ſicut appellatio ab interlocutoria, cui comparatur. An autem cauſa ſuſpicionis in illo ſcripto, ſeu libello recuſatorio in ſpecie exprimenda ſit, inter ius ciuile & canonicum, eſt differentia. Legiſtæ ſentiunt, cauſam non exprimendam, ſed ſufficere allegationem ſuſpicionis in genere, ſecundum formulam recuſandi à gl. traditam. *in l. apertiſſimi in verb. libello, C. de iud.* dummodo tamen recuſans iuramẽtum præſtet de calumnia, quod calumnioſe nõ recuſet, quod iuramentum eſt loco probationis, vnde arbitri à partibus electi ſecundum ius ciuile, omiſſo articulo ſuſpicionis, in cauſa principali cognoſcunt; nam cum cauſa libello non ſit inſerenda, per conſequens, nec probanda eſt, *l. fi. C. de iudic.* Canoniſtæ vero aliter ſentiũnt, videlicet cauſam in libello recuſatorio exprimẽdam, & coram arbitris electis probandam eſſe, per *c. cum ſpeciali. & c. ſecundo requiris. §. 1. de appel.* Etſi non probetur, vel illegitima ſit, cauſam ad Iudicem recuſatum remittendam, ſi vero probetur, tunc demum arbitros illos, ob allegatam ſuſpicionem electos, de cauſa principali cognoſcere poſſe; licet quidam velint arbitros de cauſa principali cognoſcere hoc caſu non poſſe, ſed alium iudicẽ dãdum eſſe, vel ipſum ſuperiorem cognoſcere debere. Verum id iure canonico ſaltẽ obtinet, nam iure ciuili arbitri de cauſa principali; iure autem canonico ſaltem de cauſa ſuſpicionis cognoſcunt, de quo vide Gail. *d. obſe. nu. 14. 15. & 16.* qui in hac vtriuſque iuris diuerſitate, conſiderandum eſſe ait, quid conſuetudine receptum ſit, dicitque communem iudiciorum vſum, cauſæ expreſſionem requirere, & ius canonicum obſeruare; quod videlicet arbitri tantum de cauſa ſuſpicionis cognoſcant, ſi vero de conſuetudine non appareat, putat in terris Imperii, & foro ſeculari, ius ciuile, in terris vero eccleſiæ, eiuſque foro, ius canonicum ſeruandum. *Et numer. 18.* dicit à ſententiis horum arbitrorum etiam appellari poſſe; quia ſunt arbitri iuris, ex neceſſitate electi, qui in locum iudicis recuſati ſuccedunt, ideo etiam ab iis appellari ad ſuperiorem Iudicis recuſati, ſi ſit delegatus Principis, ad Principem; ſi ſubdelegatus, ad ſubdelegantem. vide etiam de hac materia recuſationis Viuium *in ſyl. commun. opin. lib. 1. opin. 397.*]

Item adde, † quod ſi quis poſt oppoſitam recuſationem litigat coram Iudice recuſato, videtur per hoc renunciare recuſationi ſecundum Abbat. *in c. inter monaſterium. 20. in 3. not. de ſenten. & re iudic.* 75

[Adde Viuium *in ſyl. commun. opinion. lib. 2. opin. 397. numer. 2.* dicit id obtinere, niſi recuſans proteſtatus ſit, ſe nolle recedere ab exceptione recuſationis]

Item † Iudex impetratus per aliquem, non poteſt per eundem recuſari, niſi noua cauſa ſuperueniat; vt eſt gloſſ & ibi Abb. *in fine. in d. c. inſinuante, de off deleg.* & ad materiam vide Paulum de Caſtr. *in conſil 442. colum. penult in 2. volum.* 76

RESTITVTIO, † eſt ſeptimus actus ſuſpen- 77
ſiuus,

ſuus, & nihil aliud eſt reſtitutio, niſi in priſtinum ſtatum repoſitio, *l. quod ſi minor. 24. §. reſtitutio. 4. & ibi Bar. ff. de minor.* & Bartol. *in l. Gallus. 29. §. & quid ſit tantum. 5. col. 1. verſi. quæro, quid ſi filius, &c. ff. de libe. & poſth.* & Bartol. *in l interdum. 29. col. 1. ff de cond. ind.* & Card. *in Clem. dudum. 1. in 3. notab. de reſt. in integr.* per hanc enim reſtitutionem adducitur quis in illum ſtatum priſtinum, in quo erat ante læ-
78 ſionem. Addi tio. † Habes hic diſertiſſime Lector, reſtitutionem eſſe in priſtinum ſtatum repoſitionem: ſed illud aduertendum eſt præcipue, ſuper quo imploretur reſtitutio in integrum: nam ſi quis vſucapione fortaſſe dominiũ alicuius rei perdiderit, vt eſt *in authen. niſi tricennale tempus, C. de bon. matern.* tunc erit ille reſtituendus, nec illud vſucapionis obſtaculum ſibi obſtabit, & id etiam procedit in præſcriptione, & id tantum peti debet: quod ſi quis à poſſeſſione ſola exciderit, puta, ob eius abſentiam, vel aliam iuſtam cauſam; tunc in eam poſſeſſionem reſtituendus eſt: ita, vt pro ea ſola ſit intentanda reſtitutio, nulla alia re cumulata: quod ſi in poſſeſſione, & proprietate ſe læſum quis dicat, in vtroque erit ei opitulandum: maxime, vbi vtrunque remedium erit intentatum, ſi vero in acquirendo fuerit deceptus, vel quia non acquiſierit, ita etiam reſtituetur, vt denuo acquirat, quod quæſiuiſſe profuiſſe, qua de re in libello cõcipiendo conſultiſſime erit à Patronis hoc ſpectandum, ne potiſſimum aliam reſtitutionis cauſam deducant, nec modum in petitione tranſcendant, vt docet Bart *in l. quod tempore. 3. C. de reſt. mil.* Petr. Foller. V.I.D.

79 Est igitvr † sciendvm, qvod mvltis personis conceditvr ista restitvtio. Primo enim conceditur minoribvs, & intelligitur minor, de iure communi, qui
80 eſt minor 25. annis, vt in tot. tit. *ff de min.* † Illa enim ætas 25. ann. dicatur ætas legitima, *l. ſi quis. C. de his, qui vend. ætat. imp.* hodie tamen in Regno eſt correcta iſta ætas per conſtitut. Regni, quæ incipit; *Minorum iura.* in fi. quæ vult, quod ætas minor, tam in maſculo, quam in fœmina dicatur, vſque ad 18. annos, & intra iſtud tempus datur reſtitutio in integrum, tam in iudiciis, quam in contractibus. Ad-
81 ditio. † Nunquid conceſſa reſtitutio in integrum minori, extenditur ad eius fideiuſſores in cõtractibus? Vide Ioan. Maur. *in d. tracta. reſtit. in integrum, cap. 14.* vbi concludit, beneficium reſtitutionis in integrum minoris, ad fideiuſſores non tranſmitti, vbi non eſſet cautum creditoribus, aut vbi dolus fideiuſſoris interceſſiſſet. *Petr. Foller. V.I.D.*

[De hac quæſtione, an reſtitutio in integrum minori conceſſa, proſit eius fideiuſſoribus, vide Ant. Hering. *in elaboratiſſimo eius tract. de fideiuſſoribus, cap. 27. num. 113. & ſeq.* & Alexand. Trentacinq. *pract. reſolut. lib. 2. tit. de minoribus. reſolut 4.* vbi pleniſſime hanc quæſtionem explicat.]

Secvndo † datvr restitvtio maioribus 25. ex clauſula generali: ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, de qua habetur *in l. 1. & per tot. tit. ff. ex quibus cauſ. maio. 25. ann. in int. reſt. in l. Pannonius. 68. ff. de acq her.* Spec. *in tit. de locato. § 6. verſic. 15. & verſic. ſeq.* & Alexan *in conſil. 20. & 7. in 1. volum.* Tertio datvr restitvtio † læſis vltra dimidium 83
iuſti pretii, puta in venditione, & datur etiam maioribus, *iuxta l. rẽ maioris. 2. C. de reſcind. vend. c. cũ dilecti. 3 & c. cum cauſa. pen. de empt. & vend.* quo caſu, quãdo venditor agit ex deceptione, eſt in arbitrio emptoris conuenti, velle reſcindere contractum, vel iuſtum pretiũ ſupplere, vt *d. c. cum dilecti.* adeo, quod ſi venditor peteret præciſe vnum, ſuccumberet; quia tolleret electionem emptori: vt ibi habetur. *& in d. l. rem maioris. 2.* Differt † autem iſta reſti- 84
tutio ab aliis, quo ad tempus petendi; quia aliæ reſtitutiones petuntur intra quadrienniũ continuũ, à tempore quo minor effectus eſt maior, *l. ſuperuacuam. fi. C. de tempor. in integr. reſtit.* Iſta vero, quæ datur deceptis vltra dimidium, competit vſque ad 30. annos; quia eſt ciuilis actio, & perpetua: ſecundum Bald. *in d. l. rem maiores 2 colum. 3. in prin.* & Abb. *in d. c. cum cauſa colum. 3.*

[Adde Ant. Gomez. *var. reſolut. tom. 2. c. 2. n. 22. verſ. Itẽ adde quod remediũ.* Villalob. *in cõ op. lit. 4. n. 239.* Cuiac. vero hãc actionẽ, vt & cæteras reſtitutorias actiones, quadriennio finiri tradit, *in paratit. Cod. tit. de reſc in. vend. & Nouel. Romani, de reſcin. vẽd. & in comment. ad l. in cauſa. 2. verb. idem Pomponius ait. in fi. ff. de minorib.* Alii vero inter enormiter, & enormiſſime læſum diſtinguunt, vt ille intra quadriennium ad reſciſſionem contractus, vel pretii ſupplẽtionẽ agere debeat: huic vero intra 30. annos actio integra ſit, Munnoz. *tract. de ratiocin. cap. 6. num. 1.* quod diſcrimen à Graz. *de expenſis cap. 18. numer 21.* reiicitur; eo quod enormiſſime ſemper cenſeatur læſus, qui vltra dimidium iuſti precii deceptus eſt. Quando vero quadriennium, quod datur ad petendam reſtitutionem in integrum, incipiat currere, per varios caſus explicat Alexan. Trentacinq. *lib. 2. reſolut. pract. de reſtit in integr. reſolut. 4.* vide etiam de eadem re Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 133. & 134.* vbi de duabus apud Iureconſultos maxime controuerſis quæſtionibus agit, an videlicet reſtitutio in integ. quæ ex capite ignorantiæ conceditur, elapſo, poſt præſcriptionem decurſam, quadriennio. Item an ex capite ignorantiæ, aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum peti poſſit, quam quæſtionem plene examinat. Eandem etiam tractat Fachin. *lib. 1. controuerſ. iur. capit. 69.* vbi negatiuam legibus conſentaneam eſſe probat; licet affirmatiua in foro recepta ſit.]

Iſtud autem quadriennium eſt vtile in principio; quia non incipit currere, niſi à die ſcientiæ, ſecundum Phil. Dec. *in conſil. 62. in fin.* Additio. Vide hic omnino Boer. *deciſ. 142. in 1. part.* † Erant 85
exclu-

excludatur remedium *l.2.C.de reſcin.vend.* per clau-
ſulam; *& ſi plus valet, &c.* & an talis clauſula, cum
ſit Notariorum, operetur, Vide Capic. *in deciſ.159.*
86 *numer. 39.* Et † an renunciatio generalis extenda-
tur ad remedium prædictum, maxime in muliere,
& ruſtico? & dicendum eſt, quod non, ſecundum
Alexand. *in conſil.1. volum.6* Bald. *in d.l.rem.maioris.*
Ioan. de Imol *in c. cum cauſa, pen de empt. & vendit.*
*in 2. colum.* per Alexand. *in conſil.153. in 2.lib. in conſil.*
*42. in 1.lib. & in conſil. 269. in 2.lib* Dec. *in conſil.180.*
*181. ſeq.* Socin. *in conſil. 48. in 4.lib.* vbi, an iuramen-
tum ſuppleat clauſulas ſpeciales? & vide dom. Fab.
de mont. S. Seuer. *in tractatu de empt. & vend. in 8.*
*quæſtio. in 6. colum. verſicul. tertio quæro.* Socin. *in conſil.*
*200. in 2. volum. in penult. colum.* Alexand. *conſil. 104.*
*in 1. lib.* Afflict. *in deciſ.120. in prin. & in pen. col.* Bald.
*in d. l. rem maioru. in 5. quæſt.* & Alex. *in addit. ad Bar.*
87 Et an † clauſula; *ex certa ſcientia*; tollat dictum re-
medium, & an impediat probari contrarium? vide
Baldum & Iaſonem *in l. ſed & ſi quis. 4. §. fin. ff. ſi quis*
*cautio.* tenet Bart. Sociu. *in conſil 159. colum.6. & con-*
*ſil. 79. in 6. colum. in 4. lib.* Socin. *in conſil. 214. lib. .. co-*
*lum. 4* & Dec. *in conſil. 170. in vlt. colum. verſic. quinto*
*non obſtat* quæ omnia notes, & vſque ad quod tem-
pus detur remedium *l. 2.* vide Iaſonem *in l. qui cum*
*altero 19 ff. de regul. iuris.* ſed aduertendum eſt ad di-
cta domini Auctoris hic, nam æquiuoce loquitur;
intereſt enim valde intentare læſionem per viam
reſtitutionis in integrum, vel per viam remedii
*l.2.C. de reſcind: vend.* primo etenim caſu, eſt in po-
teſtate venditoris, vel rehabere rem venditam, vel
accipere ſupplementum pretii, in ſecundo vero ca-
ſu, eſt in poteſtate emptoris, vt ipſe dicit, & videba-
tur etiam dicendum, quod pro læſione non com-
petat, nec detur reſtitutio in integrum, eo; quia
à lege datur in hoc remedium ordinarium. *d.l.2.C.*
*de reſcin. vend.* ergo debet ceſſare extraordinarium,
*c. cum cauſa, extr. de empt. & vend.* ſed Alexand. *in con-*
*ſil. 77. in 1. volum.* tenet etiam dari reſtitutionem in
integrum, & ſequitur Dom. Ioann. Maur. *in tract.*
*de reſtit. in integr. in cap 289.* Petr. Foll. V.I.D. QVAR-
88 TO DATVR RESDITVTIO † eccleſiæ, & maxi-
me, quando fuit læſa per negligentiam procura-
toris, vt eſt tex. *in c. cum veniſſent. 2.* & ibi Abb. *in 6.*
*notab. & in 5. colum. in prin. de reſt. in integr.* Nam ec-
cleſia reſtituitur tam in contractibus, quam in iu-
diciis. Quod reſtituatur in contractibus, probatur
*in c. conſtitutus, pen.* & ibi Abb. *de reſt. in integr.* Quod
reſtituatur in iudiciis, probatur *in c. auditis. 3. eod.*
*titul.* & per Abb. ibi & maxime *in 8. notab.* vbi tenet,
quod eccleſia reſtituitur aduerſus probationem o-
miſſam, abſque probatione læſionis, & ſic, licet a-
lias, quando petitur reſtitutio, debeat probari læ-
ſio; tamen ſecus eſt in iſto caſu, quando petitur ad-
uerſus omiſſam probationem, quia eo ipſo, quod
probatio non eſt producta, probatur, & apparet læ-
ſio, quod nota; quia idem eſſet dicendum in mino-
re, & muliere. Item, probatur, *in c. eccleſia. 11. de reſt. in*
*integr. lib. 6.* vbi eccleſia reſtituitur aduerſus ſenten-
tiam, & ſic in iudicio. Item reſtituitur eccleſia etiam
contra aliam eccleſiam, vt *d. c. auditis.* & ſic priuile-
giatus vtitur priuilegio ſuo cōtra æque priuilegia-
tum. ſecundum Abb. *in d. c. auditis col. 2. in fi.* Item, re-
ſtituitur eccleſia etiam aduerſus præſcriptionem
40 annorum, vt habetur plene per Phil. Dec. *in conſ.*
*92.* & Card *in Clem. ab eccleſia, vnic. in 9. quæſt de reſt.*
*in integr.* vbi plene attingit, & declarat illud argu-
mentum, ſcilicet, quod ſi datur reſtitutio eccleſiæ
contra præſcriptionem, ſequitur; quod lex inducēs
præſcriptionem, eſſet fruſtra impoſita; & reſpōdet,
quod non eſt fruſtra: quia finita præſcriptione po-
teſt eccleſia intra ſolum quadriēnium petere reſti-
tutionem, quo elapſo, penitus excluditur: vt ibi per
eum, per tex. *in d. c. eccleſia, de reſt. in integr. lib. 6* Item
reſtituitur eccleſia aduerſus omnem lapſum tem-
poris, vt, ſi lapſa ſunt tempora appellandi vel pro-
bādi, vel alia ſimilia, vt eſt tex. & ibi Card *in d. Cle-*
*men. vnic. de re. in integr* QVINTO DATVR RE-
STITVTIO † etiam Capitulo alicuius eccleſiæ, 89
quando ipſi Capitulo collegiato emerſit aliqua læ-
ſio, ita dicit Abb. *in c. inquiſiuit. 1 col. 5. in fin. de reſt. in*
*integr.* & Innoc. *in c. niſi 21. in fi de præb.* quod tamen
intellige, quando læſio reſultat in toto collegio,
non autem in aliquo particulari de Capitulo. ſecū-
dum Abb. ibi. & idem dicemus de eccleſia, vt tūc re-
ſtituatur, quando eccleſia patitur læſionem, non
quando eius Rector patitur, vel eius Canonicus, ꝙ
declara, vt per Card. *in d. Clem vnic. in 6. q de reſtit in*
*integr.* Abb. *in d. c. requiſiuit.* SEXTO DATVR RE-
STITVTIO † omnibus hoſpitalibus, & piis locis, 90
& omnibus collegiis, & congregationibus piis, ita
tenet Bald. *in conſil. 465. in 1. vol* Ioan. Andr. *in c. ſi ad-*
*uerſus. 2. de reſt. in integr. lib 6* Abb. *in c. ex literis. 2. in 2.*
*notab de conſuet.* & Lud. Rom. *in conſil. 407.* Alia au-
tem collegia non pia, non reſtituuntur, ſecundum
Abb. *in d. c. requiſiuit, colum. 5. in fin de reſtit. in integr.*
vbi limitat in collegio ſcholarium, quod reſtitui-
tur, ſecundum eum, ex eo; quia ſolent in eo eſſe
quamplures minores. SEPTIMO, † DATVR RE-
STITVTIO ruſtico, qui non potuit conſulere pe- 91
ritiores, ita tenet Alexand. *in conſ 4. in fin. 1. vol.* fa-
ciunt not. per Mod. *in l. iuris ignorātia. 6. C. qui admit.*
*& in l. vbi. 8. ff. de eden.* ADDITIO Adde hic Caſtr.
*in l. ſiue. 2. C. ad S. C. Tertyll.* & D. Ioan. Maur. *in tract.*
*de reſt. in integr. cap. 84. & 85.* Et † quid ſi ruſticus 92
fuit ſecutus conſilium indocti Doctoris, facitque
aliquid contra ius, an ipſe reſtituatur in integrum;
& dicendum eſt, quod ſic, ſecundum Sal. *in l. de eo.*
*fin. C. de pœn. ind. qui male ind.* ſequitur Alex. *in l. hoc*
*edicto. 2. quod quiſque iur & conſ. 66 in 1 lib.* Et an ſit
neceſſum † vnum vel duos Iuriſperitos conſulere,
vide Dec. *in d. l. iuris ignorantia. C qui admit.* Bar *in l.* 93
*temporibus. 1. ff. de ventr. inſpic.* & Alexand *in l ſtipula-*
*tio. 1. §. fin. ff. de verbor. oblig. & in conſil. 68. in 2. lib.*

vbi volunt, quod ſi vnus tantum erat in loco, nõ o-
94 pus erat plures adire. Et † an ruſticus ſagax, & aſtu-
tus ac practicus excuſetur? vide gloſſ. *in l. athleta.*
(alias *ſi duas.* 6.) §. *de ruſticu.* 19. (alias *Mediocritas. ſi. ff. de excuſ. tut.* quæ voluit, quod non: & ſequitur A-
lex. *in l ſi quis id quod. 7. ff de iuriſd. om. iud.* & ibi Dd.
voluit tamen contrariũ Dec. ibidem ſed vide Caſtr.
95 *in l. venia edicti. 2. C. de in ius voc.* † Et ſi an ruſticus
peccauit circa ius naturale, excuſetur? vide Iaſo-
nem *in d l. 2.* & ibidem Salic. *C. de in ius voc* Et an ru-
96 ſticus † excuſetur, ſeu reſtituatur, ſi allegat ignorã-
tiam ſtatuti municipalis, vide Anch. *in conſil. 391.* &
Alex. *conſil. 14 in 2. vol.* & vide D. Ioan. Maur. *in tract. de reſtitut. in integr. cap. 29* vbi diſtinguit: an publica-
tum ſit ſtatutum in eo loco, vbi eſt ille ruſticus, vel
in loco conuicino, an non; vt primo caſu non reſti-
tuatur, ſecundo vero ſic. *Petr. Foller. V. I. D.* OCTA-
97 VO DATVR RESTITVTIO † vniuerſitati alicu-
ius ciuitatis, ſeu Reipubl. vt habetur plene per A-
lexand *in conſ. 1. colum. 4. in 4. volum.* Pro hoc eſt tex.
*in l. reſpublica 4 C ex quib. cauſis maior. & l. rempublicam. 3. C. de iur. reipub. lib. 11.* An autem intelligantur
iſta iura de ſola Republica, & ciuitate Romana, an
vero de omnibus ciuitatibus? gloſſ. *in d. l. reſpublica.*
videtur tenere, quod procedat in ſola ciuitate Ro-
mana, & non in aliis, quod plene diſputat Speculat.
*in tit. de reſtit. in integr. §. 2. verſicul. idem quoque iura,*
vbi nihil clare firmat. Tamen, quidquid dicat ibi,
veritas eſt, quod quælibet ciuitas, & reſpublica re-
ſtituitur, imo etiam omne caſtrum, & villa, quæ re-
gitur per ſyndicos, & adminiſtratores, reſtituitur
in integrum, ſiue ſit magna, ſiue parua, ſecundum
Bar. & Bald. & communiter Dd. *in d. l. reſpublica.* &
iſta eſt communis concluſio, quam tenet Philip.
Dec. *in conſ 42. in fin.* Aliud ſeruatur in villa, in qua
ſunt pauci homines, puta, ſex vel decem, qui ſingu-
li reguntur per ſe: quia verum eſt quod talis villa
non reſtituitur, ſecundum Bar. *in d. l. reſpublica.* nam
ceſſat ratio, quæ militat in aliis ciuitatibus, & ca-
ſtris, vbi eſt multitudo hominum, ſcilicet quia ibi
ſunt pupilli, viduæ, & aliæ perſonæ miſerabiles,
quarum cauſa, & contemplatione, cõceditur reſti-
tutio vniuerſitatibus. Et iſtud tenet & firmat per
plura Matth. de Afflict. *in præludiis conſt. in 5. quæſt. princ.* & Alb. de Roſa *in d. l reſpublic.* vbi etiam refert
fuiſſe iudicatum in conſilio, quod villa, quæ erat
triginta Focu ariorum, fuit in integrum reſtituta.
Idem firmat Paul. Caſtr. *in conſil. 37* quod incipit; *Vt bene attingatur, &c. in 2. vol.* vbi etiam addit in fine,
quod vna reſpublica reſtituatur contra aliam. AD-
DITIO. Adde Socin. *in conſil. 66. in 4. volum,* vbi vo-
luit, quod magis communis opinio ſit, quod ca-
ſtrum, & villa reſtituantur, etiamſi per ſyndicos
non regantur, & voluit Caſtr. *in d. l. reſpublica. C ex quib. cauſis maior.* & hoc probatur argum. tex. *in l. in cauſ 1. C. de off. eius qui vic. alic. iud. vel præſid. obtin.*
Ioan. Maur. *in eodem tract. de reſtit. in integr. cap. 417.*

Et an ſi vniuerſitas † habuit ſententiam contra, de- 98
mum reperit inſtrumentum, propter quod procul-
dubio retractaretur ſententia, an reſtituatur in in-
tegrum, ad illud inſtrumentum præſentandum? Vi-
de Rom. *in conſ. 423* & Ioan. And. *in addit. ad Spec. in tit. de reſtit. in integ. in addit. incip. quadriennium.* vbi
voluerũt, quod reſtituitur: & expreſſis voluit Ioã.
Maur. *de reſt. in integr. cap. 420.* Petr. Foller. V. I. D.
NONO DATVR RESTITVTIO † militibus ex 99
priuilegio militiæ; quod tamen intellige procede-
re, quamdiu ſunt occupati in expeditione militiæ:
alias autem, ſi non ſunt in expeditione; non reſtitu-
untur, tex. eſt, & ibi per Dd. *in l. ſancimus. ſi. C. de reſtit. mil.* ADDITIO. Adde, an reſtitutio conceda-
tur militibus dum ſunt in caſtris, vel etiam ſi non
ſint, ſed redierint? tex. *in l. qui mittuntur, verſic. Iulianus. ff. ex quib. cauſis maior. & l. ſi cui in prouincia. 38 §. tamdiu. 1. eod tit.* vide Bart. *in l. milites. 7. ff. ex quibus cauſis maior.* & Cyn. *in l. quamuis. 1. C. de iur. & fact. ignorant.* & facit *l. ſi qua militi. 40. ff. ex quib. cauſis maior. & l. ſi quis Titio. 41. eod. titul.* An reſtitutio conce-
datur eadem ratione † vxoribus militum, ſi mili- 100
tes ſequuntur? & dicendum eſt, quod ſic, vt toto
titul. *C. de vxor. milit.* & an famuli neceſſarii mili-
tum reſtituantur in integrum? vide Caſtr. *in l. temporalibus. 1. & ſequent. C. de vxor. mil.* & omnino vide
Ioan. Maur. *in tract. de reſtit. in integ. cap. 338.* Pet. Foll.
V. I. D. DECIMO, DATVR hodie in regno RE-
STITVTIO † mulieribus ſiue minoribus, ſiue ma- 101
ioribus, tam in iudiciis, quam in cõtractibus, vt eſt
conſt. quæ incipit; *Obſcuritatem.* & ibi And. de Iſern.
dicit, quod etiam poſt concluſionẽ in cauſa, poteſt
mulier petere reſtitutionem in iudiciis, per ea quæ
habentur *l. ſi iudex 41. ff. de minor.* quia eo ipſo, quod
concluditur, læditur per renunciationem. Et datur
dicta reſtitutio etiamſi mulier veniat, vt authrix
laudata: vt eſt *deciſ. 15. conſil. Neapol.* & non datur in
vna cauſa niſi bis, & prima reſtitutio appellatur pri-
mum beneficium, ſecunda vero dicitur ſecundum
beneficium. Et ſi † fuerit conceſſa in cauſa princi- 102
pali, non datur in acceſſoriis: ita de his omnibus
habetur *in deciſ 35. & 114. conſil. Neapol.* per Andr. de
Iſern. *in conſt. Licentiam. in fin. in c. imperialem. §. præterea ſi quis, de prohib. feud. alienat. per Fred.* Quia au-
tem ſi † contrahat cum iuramento is, qui poterat 103
petere reſtitutionẽ in integrum, an poſſit eam pe-
tere ſtante iuramento? Dic, quod in minore eſt ex-
peditum, quod non, vt not. Bar. & Dd. *in authent. ſacramenta. C. ſi aduerſ. vendit.* nam iuramentum re-
præſentat eum maiorem; vnde non poteſt in inte-
grum reſtitui: ita plene declarat Alex. *in conſi. 27. & 4 in 1. volum.* & Phil. Dec. *conſil. 31. volum. 2. verſic. ſed his.* vbi plus dicit, quod minime poteſt petere ab-
ſolutionem à iuramento.

[Contrariam ſententiam; quod videlicet minor
aduerſus contractum iuramento firmatũ, ob enor-
mem læſionẽ, in integrũ reſtitui poſſit, probat Fach.

*contra-*

*controuerſ. iur. lib. 3. c. 14.* quia enormis læſio dolũ arguit: & quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, & iura ſubueuire ſolẽt enormiter læſis, ac deceptis. Et licet iuraméta minorum contractũ firment, tamen inde non efficitur, aduerſus talia iuraméta negandam eſſe reſtitutionem in integrum. Reſpondet ẽt ad argumẽta, quæ ꝓ cõtraria ſententia adduci ſolent. Et probat ẽt eorũ ſententiã, qui dicunt à tali iuramento abſolutionem peti poſſe.]

Et ex hoc infert Bar. *in l. minor 25. annu omiſſum. 36.*
104 *ff. de min.* † ꝙ ſi minor litigauit in iudicio per procuratorem cum iuramento conſtitutum, non põs petere reſtitui in integrum, ſi lædatur per procuratorem; ex quo promiſit cum iuramento habere ratũ id, ꝙ geſtum erit per procuratorẽ. Additio. Adde hic. *deciſ. Capell. Tholoſ. 45.* & omnino dom. Ioan. Maur. *in tract. de reſtit. in integr. cap. 112.* & an minor debeat certificari de viribus iuramenti, vide eundẽ D. Ioan. Maur. *ca. 113.* & ad id quod dicit do. auctor, quando minor litigat per procuratorem conſtitutum cum iuramento, habet plene declaratum in dictis locis, *Petr. Foller. V. I. D.* Per hoc etiam infert notabiliter Bald. *in l. generaliter. 12. col. 2. verſic pone*
105 *enim, &c. C. de rebus creditis.* quod † ſi ciuitas conſtituit vnum procuratorem, ſeu ſyndicum, ad contrahendum cum iuramento, & ille ſyndicus contrahit nomine vniuerſitatis, & iurat, tale iuramentum non operatur, vt ſi contraueniatur, vniuerſitas ſit periura; quia vniuerſitas non habet animam; vnde non poteſt incidere in periurium, ſed bene operatur, vt aduerſus talem contractum non poſſit vniuerſitas petere reſtitutionem, propter iuramentum, quod dictum teneas mente; quia eſt notabi-
106 le & quotidianum. Qvid avtem † in muliere litigante per procuratorem cum iuramento conſtitutum: an poſſit reſtitutionem petere? hoc non inuenio ab aliis deciſum; tamen dictum eſt quotidianum. Nam ſemper mulieres conſtituunt procuratores in iudiciis; quia ipſæ propter verecundiam ſexus, non poſſunt perſonaliter intereſſe, & in omni procuratione, quam faciunt Notarii, communiter apponunt iuramentum: vnde ſi idem diceremus in muliere, quod in minore, raro aut nunquam mulier reſtitueretur in iudiciis, & ſic illa conſtitut. *Obſcuritatem.* ſeruiret nobis de vento: vnde volens hunc caſum decidere, puto, quod mulier reſtituatur, non obſtante, quod procuratorem cum iuramento conſtituerit, & ſic diuerſum ſit in muliere, & in minore; & moueor iſta conſideratione. Is qui
107 petit in integrum † reſtitutionem, dicitur ratum habere geſtum per procuratorem, & non dicitur contrauenire, tex. eſt, & ibi gloſ. *in verſicul. ſtipulationem in l. cum minor. 3. ff rem ratam. hab.* vbi non cõmittitur ſtipulatio rem ratam haberi ex eo; quia promittens petit reſtitutionem in integrum; ergo in propoſito, licet mulier fecerit procuratorem, & promiſerit habere rata geſta per eum, & iurauerit, non dicitur contrauenire, ſi petit reſtitui in integrum: ergo non dicitur periura, & conſequenter poteſt illam petere, non obſtante iuramento in mandato appoſito; quia iuramentum ſemper regulatur ſecundum naturam diſpoſitionis, ſuper qua apponitur, ſecundum Abb. *in c quemadmodum. 25. colum. 2. verſicul. nota, in verſic. non obſtante, &c. de iureiurand.* ſed tu poſſes dicere: ergo idem eſſet dicendum in minore; quia ſi non dicitur contrauenire, deberet poſſe petere reſtitutionem contra id, quod dicit Bartolus *in d l. minor. 25. annu omiſſam.* Ad hoc reſpondeo, quod in minore poteſt conſiderari alia ratio, ſcilicet, quia iuramentum repræſentat eum maiorem, vt probatur *in d. authent. ſacramenta.* & ibi per Dd. & not. gloſſ. *in l rem maioris. 2. C. de reſcind. vendit* Vnde ſicut maior non reſtituitur; ita & minor, qui iurauit, quod non eſt in muliere, quæ, ſiue ſit maior, ſiue minor, reſtituitur in iudiciis per cõſtit. *Obſcuritatem* puto tamen, quod ſi mulier cõſtituiſſet procuratorem ad contrahendum, & iurandum, & ille procurator contraheret, & iuraret, non poſſet tunc mulier petere reſtitutionem; ſicut dicimus in vniuerſitate, per illud dictum Bald. *in d. l. generaliter.* Et ita cum accidiſſet in facto, reſpondebã cuidam obiectioni mihi factæ per quendam peritum Doctorem Bartolinum, qui erat Doctor antiquus, & magnus practicus, & volebat extendere illud dictum Bartoli *in d. l. minor 25. annu omiſſam.* vt procederet etiam in muliere litigante per procuratorem cum iuramento conſtitutum; ego ſuſtentaui contrarium per rationes prædictas: & illi meo conſilio quamplures Doct. Neapolitani, & prouinciales ſe ſubſcripſerunt, & ita poſtea fuit iudicatum. Additio. Ego puto, quod etiam in minore procedat hodie dictum Bar. nam videmus quotidie minoribus concedi primum & ſecundum beneficium, etiam ſi per procuratorem litigent, & cùm conſtituerint cum iuramento. *Petr. Foll. V. I. D.*
An autem † reſtitutio in integrum impediat exe- 108
cutionem, ita vt ea pendente nihil innouari poſſit, ſicut pendente appellatione? Dic quod ſic, tex. eſt *in l. poſtulata. vnic. C. de in integr reſt poſtul. &c.* & ibi Bald. habetur plene *in deciſ. 356. conſ Neapol* Bal. *in l. iudicati. fi. col. 2. verſic. item quæro, &c. C. ſi ex falſ. inſtr.* Bal. *in auth. quæ ſupplicatio, in 2. notab. C. de prec. imper. offer.* Bal. *in l. ſi cauſa. 32. in 3. notab. C. de tranſact.* & per Alex. *in l. ſi ſe non obtulit. 4. §. condemnatũ. 6 ff. de re iu.*

[Adde prædictis Alex. Trentacin. *lib 2. pract. reſolut. tit. de reſtit. in integ. reſolut. 2. nu. 1. & ſeqq.* vbi dicit, Bar. cõtrarium ſentire, quod videlicet executio per petitionem reſtitut. in integrum non impediatur, ſi altiorem indaginem requirat, Item Caſtrenſ. & Ripam. Ipſe autem communem opinionem, quam autor hic ſequitur, ꝓbat, & præter tres limitationes hic ab authore poſitas, adhuc alias duodecim tradit, quibus reſtitutio in integrum executionem nõ impedit, quas omnino apud eum vide.]

 Quod

109 Quod tamen LIMITA, † non procedere, quando peteretur reſtitutio aduerſus ſententiam Principis: quia tunc non impedit executionem, præſtita tamen ſatiſdatione per alteram partem de reſtituendo, in caſu retractationis, prout dixi ſupra de ſupplicatione, caſus eſt *in c. ſuſcitata. 6.* & ibi Abb. *de in integr. reſt.* & habetur *in d. deciſ. 356.* Quomodo autem procedat, quod poſſit peti reſtitutio aduerſus ſententiam Principis, vide Abb. *in c. cum ex literis. 5. colum. 6. de reſt in integr.* ADDITIO. Adde hic *deciſ. Capell. Tholoſ. 54.* & vide Ioan. Maur. *in tract. de reſt. in integr. c. 30.* Petr. Foller. V.I.D. Secundo LIMI-
110 TA, † quando apparet, quod malitioſe peteretur reſtitutio: vt quia eſſet præſumptio contra petentem, eſt tex. *in d. c. ſuſcitata.* & ibi per Abb. *in pen. col.* Tunc enim non impeditur executio, vt ibi. Hanc tamen limitationem, & præcedentem, LIMITA & declara: niſi executio contineret præiudicium irretractabile: vt quia tractaretur de carcerando, vel affligendo aliquem in corpus; tunc enim indiſtincte impeditur executio per reſtitutionem in integrum, ita dicit Abb. *in d. c. ſuſcitata, colum penult.* Bald. *in d. l. vnic. C. in integr. reſt. poſtul. &c.* & habetur
111 *in d. deciſ. 356. conſil Neapol. in fin.* Tertio † LIMITA, non procedere, quando peteretur reſtitutio aduerſus decretum affirmatiuum; quia non ſuſpenditur executio, ſicut minime impeditur per appellationem, per ritum magnæ curiæ vicariæ: ita ha-
112 betur *in d. deciſ. 361. conſ. Nea.* Quid autem, † ſi ſententia ſit bis confirmata per remedium appellationis ita vt non poſſit tertio prouocari, an poſſit ſaltem peti reſtitutio in integrum? vide Abbat. *in c. cum ex literis, in 7. notab. de reſtit. in integr.* vbi ſentit quod ſic. ADDITIO. Adde hic *deciſ. Capell. Tholoſ. 54.* & dom. Ioan. Maur. *in tractatu de reſtit. in integr. cap. 168.* Petr. Foller. V.I.D. VLTIMO, poſſet
113 hic dubitari, † coram quo iudice poteſt peti reſtitutio. & pone exemplum: Clericus contraxit cum laico, fuit deceptus, vult petere reſtitutionem, an debeat adire iudicem ſuum eccleſiaſticum, vel iudicem ſecularem aduerſarii? Dic, quod regula eſt, quod petens reſtitutionem, debet adire iudicẽ Rei, non autem iudicem proprium: tex. eſt *in l. quoniã. 2. C. vbi & apud quem.* & ibi Bart. fallit hoc in clerico, & Eccleſia: quia Eccleſia habet hoc priuilegium, vt quando petit reſtitutionem, poſſit adire iudicem eccleſiaſticum, & ſic iudicem proprium, & idem in clerico: & ſic in iſtis caſibus actor non ſequitur forum Rei, tex. eſt & ibi Abb. *in 1. notab. in c. conſtitutus. 8. de reſtit. in integr.*

QVERELA eſt octauus actus ſuſpenſiuus, ſuper
114 quo dicas, † quod querela poteſt accipi largo modo, & ſtricte, & proprie. Quando accipitur largo, ponitur pro omni remedio, per quod quis recurrit ad ſuperiorem per viam grauaminis: & tunc includit appellationem, & reſtitutionem: tex. eſt & ibi glo. *in verb querelam, in l. ab eo. 3. C. qu. & quand. iud.* & ita illam gloſſ. declarat Abb. *in c. querelam. 2. col 2. in gloſſ. 1. de proc.* & Felin. *in c. querelam. 10. colum. pen. de iureiur.* idem etiam tenet gloſſ. *in ver. querela, in l. ſi ab arbitro 10.* & ibi Bart. Alex & Doct. *ff. qui ſatiſ cog.* & Socin. *in conſil. 96. colum 3. in fin. in 1. volum.* Secundo modo accipitur ſtricte, & tunc differt ab appellatione, ſecundum glo. & Abb. *in d. c. querelam, de proc.* & Felin. *in d. c. querelam. colum. penult. de iureiurand.* Nam ille dicitur adire iudicem per querelam, qui non poteſt appellare propter aliquod impedimentum iuris, & ſic tunc dicitur proprie querela, quando citra remedium appellationis iudex aditur, vt habetur *in locis prealleg.* Eſt enim querela, quando oppreſſus reclamat, vt ſibi per viam iuris ſuccurratur: ita dicit Phil. Dec. *in conſil. 125. col. fin. in 1. vol.* & habet locum querela vt plurimum, quando quis grauatur in actibus extraiudicialibus, vel per aliquam interlocutoriam, ſine cauſæ cognitione prolatam, in quibus caſibus ſi aliquis appellauit, & appellationem deſeruit, poteſt recurrere ad querelam, & ſic deſertio appellationis non præcludit viam querelæ: ita pulchre declarat Card. Alexand. *in c. cum ſit Romana. 5. col. 1. in fin. & 2. de appel.* vbi etiam allegat dominos de Rota in ſuis deciſionibus: nam fatalia, quæ currunt in appellatione, non habent locum in querela, ſecundum Alex. *in d. l. ſi ab arbitro, in fin. verb. ff. qui ſatiſd. cogan.* pro hoc eſt tex. *in c. concertationi. 8 & ibi per Doct. de appel. lib. 6.* Idem tenet Matth. de Afflict. *in conſtit. Appellationum tempora. colum. 11.* Eſt enim iſta querela implorare officium iudicis ſine appellatione pro grauamine, ſecundum Alexan. *in d. l. ſi ab arbitro, in fin.* Nota ta-
men inter alios vnum caſum, in † quo eſt neceſſaria 115
iſta querela: nam in omnibus caſibus, in quibus ſententia lata nunquam tranſit in rem iudicatam, prout eſt, quãdo fertur in cauſa matrimonii, vt notant Abb. & Dd *in c. conſanguinei 11. de re iud. & in c. ſicut. 9. de teſtib.* Item, quando fertur ex conſilio Doctoris, vt not. Abb. *in c. propoſuiſti. 4. de probat.* Alex. *in l. ſi ab hoſtibus. 10. colum. 3. ff. ſolut. matr.* Phil. *in c. intimaſti. 68. in fin. de appel.* & Lud. Roman. *in conſil. 128.* & idem in ſententia lata ex iudicio expertorum, vt habetur *in deciſ. 33. conſ. Neap.* & in quam pluribus aliis caſibus, de quibus plene dixi ſupra *in verſ. ſententia, in 3. quæſtio. princ.* Si contingat in dictis caſibus aliquem prætendere grauamen de tali ſententia, ſi vult per appellationem contradicere, debet appellare infra decem dies; & tunc deuoluet cauſam ad ſuperiorem, alias elapſis decem diebus non poteſt vlterius appellare: debet enim contradicere per viã querelæ, ſi vult ſe liberare poſt decem dies, gloſſ. eſt ſingul. *in c. ad reprimendam. 8. verſ. ſuſpendatur, de off. ord.* quam valde exclamat ibi Abb. *& in d. c. conſanguinei, colum penult. in fin. de re iu.* Philip. *in c. directæ. 39. colum. penult. de appel.* & Felin. *in c. lator. 7 colum. 4. de re iu.* Verum † tunc non poteſt adiri ſu- 116
perior, ſed debet querela proponi coram eodẽ iudice,

dice, ita dicit Abb. *in d. c. ad reprimendam. & in d. c. cõſanguinei.* & in hoc videtur differre querela ab appellatione, prout hoc plene declarat Paul. de Caſtr. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollend.* & ibi etiam Alex. *in 11 colum circa fin.* & ſequitur Iaſon etiam ibi. *col. penult.*
117 Similiter † circa reuocationem atteutatorum, quando aliquid eſt attentatum appellatione pendente in tali cauſa, in qua non poterat appellari, quo caſu non ligãtur manus iudicis ante inhibitionem, *c. non ſolum. 7. de appellat. libr. 6.* Nam iſto caſu attentata tenent, ex quo lege permittente fiunt, & non reuocantur ex priuilegio attentatorum; ſed poſſunt reuocari per viam querelæ, & tunc fit reuocatio per ſuperiorem: ita dicit Abb. *in c paſtoralis. 53. col. 4. verſic. tertius effe & u. & in verſic. in tertia quæſtione, &c.* & ibi etiam Phil. *in 3. colu. de appellat.* Plus etiam dicit Abb. *in dict. c paſtoralis. in d. verſic. in ter-*
118 *tia quæſtione, &c* quod etiam † in caſibus, in quibus prohibita eſt appellatio, ſi aliquis appellat, operatur hæc appellatio, quo ad iudicem ad quem, vt ſi videat grauamen, poſſit illud emendare & corrigere: licet non operetur aliquem effectum ſuſpẽſiuum, reſpectu iudicis à quo, ad hoc ponderat gl. ſingul. *in Clem. cum ſit. 1. in gl. ſſ. in verb. oneramus. de iur. patronat.* Competit etiam iſta querela, vbicun-
119 que † iudex tardaret expeditionem cauſæ; nam tunc ab iſta tardatione non poteſt appellari, ſed poteſt exponi querela ſuperiori: ita tenet Baldus *in l. cum anterioribus fin. § illud 4. per illum text. C. de tempor.*
120 *appellat.* Plures alias ſignificationes † habet iſte terminus; quia querela quandoque ponitur pro querela criminali, vt not. gloſſ. *in c. Maximianus. 9. 81. diſtinct* & eſt text. *in l. querela. 12. C. ad le. Cornel de falſis* & not. gloſſ. *in l. ſi quis ſe iniuriam. 8. C. de accuſat.* & de hoc dixi ſupra *in 4. part. in 1 diſtinct. verſ. ex prædictis infero, &c.* Item quandoque ponitur pro querela inofficioſi teſtamenti, vel inofficioſæ donationis; & hæc non eſt materia noſtra, ideo remitto ad
121 ſuos titulos. QVÆ AVTEM eſt † differentia inter lamentationem, querelam, querimoniam, & quæſtionem? Dic, quod lamentatio eſt extraiudicialis, querela vero iudicialis: text. eſt in conſt. Regni, quę incipit: *Peſſimam.* & Matth. *in 1. notab.* Querimonia vero ante litem conteſtatam: Quæſtio dicitur poſt litem conteſtatam, ſecundum Felin. *in d. c. dilecti. 1. in fin. de appellat.* & declarat Abb. *in c. quia indicante 9. col. pen. de præſcript.*
122 REDVCTIO, eſt † nouus actus ſuſpenſiuus, quæ dicitur eſſe ſpecies appellationis, licet non ſit vera appellatio, *l. non diſtinguemus. 32. §. cum quidam. 14. & ibi not. ff. de arbitr.* hinc dicit Specu. at *in tit. de arbitr. §. 1. verſ. quid ſi à tempore.* quod reductio ad arbitrium boni viri non dicatur proprie appellatio, ſed potius quædam atteſtatio: habet tamen quandam ſimilitudinem cum appellatione, quia ſicut appellatio impedit executionem, ita etiam reductio, ſecundum Bald. *in c. fin. colum. 1. verſic. quod nota, quod tria ſunt, &c.* lata ſententia ſuper reductione, ſecundum Angel. *in conſil. 162. in fi.* vbi etiam ſentit, quod non obſtante reductione, poſſit fieri executio, præſtita cautione per petentem, ſicut dicimus in reſtitutione in integrum: de qua materia dixi ſupra *in verſic. reſtitutio. circa fin.* & per Bart. *in l. defendente. 21. in fin. ff. de auct. tut.* ſed Bald. *in l. tale pactum. 40. §. qui prouocauit. 1. colum. in penult. quæſt. ff. de pact.* tenet indiſtincte, quod reductio non impediat executionem laudi, ita vt ea pendente nullomodo poſſit fieri executio. Sicut dicimus in appellatione. idem tenet Abb. *in cap. Quintauallis. 23. colum. 23. ver. ſed hic annecto dubium, &c. de iureiurand.* vbi etiam dicit, quod iſta reductio ſit quædam querela. Verum Salic. *in leg. latam. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* tenet, quod non impediat executionem, & ſic videtur varietas opinionum inter Doctor. ſed in tanta varietate, puto veriorem eſſe opinionem Baldi & Abbat. & ſequacium, ſcilicet, quod impediat executionem, ſicut appellatio. & hoc probatur ex text. *in d l. non diſtinguemus §. cũ quidam.* recte ponderando illum text. hanc etiam opinionem in effectu tenet Soc. *in con. 227. col. penult. in 4. vol.* vbi dicit, æquiparari iſta duo, ſcilicet eſſe factum compromiſſum, & eſſe petitam reductionem. Vnde ſicut non poteſt fieri executio pendente compromiſſo, ita, nec pendente reductione & cum hac opinione pertranſeo, quæ videtur tutior.

SVPER HAC TAMEN MATERIA REDVCTIONIS, † quæ quotidiana eſt, breuiter ATTINGAM TRES QVÆST. de reliquis autem ad materiam facientibus, remitto me ad ea, quæ plene ponit Abb. *in d. c. Quintauallis. 23.* Bar. *in l. ſi ſocietatem. 7. §. arbitrorum. 1. ff. pro ſoc.* Lud. Rom. *in rub. de arbit.* & Lanfr. *in tract. de arbitr.* ad quorum dicta eſſet ſuperuacuum repilogare. Solum attingam iſtas tres quæſtiones, quæ videntur habere opin. Doct. hincinde, ad hoc, vt ponam veram, & communem deciſionem. ET PRIMA quæſtio erit, vſque ad quod tempus poteſt peti iſta reductio? SECVNDA, coram quo iudice peti poteſt? TERTIA, quid ſi per pactum eſt renunciatum huic reductioni, & iuratum, an poſſit peti non obſtante iuramento abſque alia abſolutione? PRIMO IGITVR QVÆRO, † vſque ad quod tẽpus peti poteſt reductio: Dic, quod cõmunis concluſio eſt, & vera quod poteſt peti vſque ad triginta annos: quidquid dicant alii Doctor. & hanc opin. tenet Bar. *in d. § arbitrorum.* & Soc. *in conſil. 120. colum. 4. in 2. volu.* & eſt deciſum *in deciſ. 232. conſil. Neap.* Idem tenet Angel. *in conſi. 314. in prin.* vbi dicit, quod eſt ius perſonale, & ideo non præſcribitur niſi ſpatio triginta annorum. idem tenet Baldus *in l. fin. verſic. quæro vſque ad quantum tempus. &c. de contrahend. emption.* Alexand. *in conſil 93. colum. final in 2. volum.* & Philip. Dec. *in conſil. 39. colum. pen. in fin.* vbi plures allegat, & dicit, hanc eſſe communem opinionem.

Ddd 3 [Ad-

Margin numbers: 123 (beside "CTIONIS, † quæ quotidiana"), 124 (beside "ſolutione? PRIMO IGITVR QVÆRO").

[Adde Gail *lib.1.obſ.150.n.2.* qui dicit Cam. Imperialem hanc etiam ſententiam ſequi.]

Nec obſtat l. *cum antea* 5. *C.de recept arbit.* vbi di-
125 citur; † quod tacitatione decem dierum homologatur ſententia arbitri, ſi non fuerit contradictum, quia illa lex loquitur in arbitro, qui habetur inſtar iudicis; non autem loquimur in reductione ad arbitrium boni viri, quæ fit contra ſententiam arbitratoris, qui eſt velut amicabilis compoſitor, & procedit de facto potius, quam de iure, iſti enim ſententia nō homologatur, niſi ſpatio triginta annorum, ita declarat Abb. *in d.c. Quintauallis, colu.6. verſic. octaua differentia.*

[Sed Fachineus *lib 8.controuerſ.iur.cap.95.* oſtēdit *d.l.5.* de arbitratoribus, vt à doctoribus vocantur, loqui, eoque communi illa doctorum ſententia contrariam veriorem eſſe, quod videlicet reductio ad arbitrium boni viri intra 10. dies petenda ſit, vigore iſtius legis.]

126 Secvndo † qværo, quis erit iudex adeundus in iſta reductione? ſuper hoc reperio varietatē opinionum; nam Bar *in d.§. arbitrorum, col 4. verſ quæro quis erit iudex, &c. ff. pro ſoc.* tenet, ꝙ debeat adiri iudex rei, & ſic ille, qui eſſet futurus iudex, ſi actor voluiſſet in iudicio litigare, idē videtur tenere Alex. *in conſil.13. in prin. in 2. vo.* vbi dicit, ꝙ iudex ordinarius litigantium, ſit iudex in cauſa reductionis, nō autem iudex appellationis. Idem tenet Soc. *in conſil.18. colum 13. in 1. volum.* Paul. de Caſtr. *in l. cum hi.8. §. tranſactiones.19. ff. de tranſact.* & Abb. *in d.c. Quintauallis, colum. 21. in fin. verſic. ſed dubitabatur quis iudex. &c de iureiuran.* Contrarium tenet Ludouic. Rom. *in conſ.165.* vbi dicit, quod debeat peti reductio coram illo iudice, qui eſt iudex arbitratoris ad inſtar appellationis, & hanc partem tenet Matth. de Afflict. Doct. Neapol. *in deciſ 51. conſil. Neap l.* verum dicit, quod non fuit hoc deciſum per ſacrum conſilium. Breuiter, ego teneo primam partem, ſcilicet quod petatur coram iudice ordinario, qui eſſet futurus iudex cauſæ, per deciſiones prædictas, quæ videntur facere opinionem magis communem. Quod poteſt corroborari, quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, & ſicut ille, qui vult agere contra tranſactionem, debet adire iudicem rei; ita etiam, veniens contra arbitramentum, quod tamen declara & limita, niſi ex forma alicuius ſtatuti haberent lauda executionem, & actionem; quia tunc ad iudicem arbitratoris eſt recurrendū, per ea quæ dicit Bartol *in l quoniam 2. C. vbi, & apud quem, &c.*

[Prædictam ſentētiam, quod videlicet reductio petēda ſit apud ordinarium iudicem rei, apud quē alias actio fuiſſet inſtituta, & hunc eſſe iudicē competentem, etiam amplectitur Fach. *lib.8. controuerſ. cap.94* & Gail *li.1. obſ.149.* Item Mynſ. *cent.2 obſ.61.* qui dicunt eam etiam in Cam. Imperiali obſeruari. Et Ant Teſſaur. *deciſ.14.* An autem ab eo Iudice appellari poſſit, vide Fachin. *d. lib.8. cap.96.*]

Tertio qværo, † an contra laudum, quando eſt renunciatum reductioni, & iuratū poſſit peti reductio; & an ſaltem ſit neceſſaria abſolutio à iuramento? Breuiter vera & communis concluſio eſt, quod ſi læſio eſt modica, & ſupportabilis, non poteſt peti reductio; & tunc illa renunciatio cum iuramento, operatur, vt non reducatur ad arbitrium boni viri, ita tenet Paul. de Caſt. *in conſ.200. colum.2. in 1. vol.* Si autem læſio eſt magna, & enormis vel enormiſſima; tunc poteſt peti reductio, non obſtante renunciatione, & iuramēto, quia dato quod ampla verba ponantur in compromiſſo; non tamen poteſt fieri, quin reductio habeat locum, ſtante enormiſſima læſione. & ſemper iuramentum intelligitur, ſi æqua arbitratus fuerit arbitrator, & enormiſſima læſio non præſumitur cogitata, & iuramentum non extenditur ad incogitata, ita tenet Alex. *in conſil.131. colum. penult. in 2. volum.* Soc. *in conſ.120. colum.5. in 2. volum. in conſil.104. colum.4. in fin. in 4. volum* & Phil. Dec. *in conſil.11. colum.6. verſic. quarto principaliter. &c. & conſ.60. col.2.* vbi dicit, quod non poteſt dari clauſula, per quam ad arbitrium boni viri à laudo non poſſit peti reductio. Sequitur ergo, quod vbi eſt enormis læſio, non requiritur abſolutio à iuramēto, ſed poteſt indiſtincte peti reductio, quia non detegitur periurium, vbi iuramentum ſe non extendit ad illud Idem tenet Ang. *in conſil.172.* Conſilium tamen Theologorum eſt, quod petatur abſolutio ad cautelam à tali iuramento, quam de facili concedat Epiſcopus, licet hoc non ſit de præcepto, ita tenet Bal. *in l. fin. C. de non num pec.* Reliqua de materia reductionis, d c, vt habetur *in d.c. Quintauallu. & in d.§. arbitror. & ibi per Doct.* dicam infra *in hoc tractatu de appellat. in 4. quæſt. princ. verſic. octauo limita, &c.* 127

[An aliqua cautela dari poſſit, per quam reductio ad arbitrium boni viri impediri poſſit, vide Alexand. Trentacinq. *lib.2. pract reſolut tit. de arbitris, reſolut 3.*]

Dilatio, † eſt decimus & vltimus actus ſuſpenſiuus; nam impedit proceſſum ad vlteriora, quia dilatione pendente, officium iudicis cōquieſcit. *l. ſiue pars.3 C de dilat. c. ſignificante.69. de appellat.* Et quia hanc materiam dilationis plene tractaui ſupra in ſecunda parte iudicii, in tractatu de dilatione, ideo ad ibi dicta me remitto. Et per hæc ſit expedita prima quæſtio principalis. 128

Secvndo (principaliter ſequendo ordinem præpoſitum) qværo, qvaliter fiat appellatio? Dic, † quod fit à iudice inferiore, à quo eſt lata ſentētia, ad iudicem ſuperiorem. Nam ad inferiorem vel parem appellari non poteſt, *l.1. §. ſi quis in appellatione.3 ff. de appel.* in tantum, quod non valeret conſuetudo permittens appellare de maiori ad minorem, vel æqualem, ſecundum Abb. & Fel. *in rub. extr. de appel. col.1.* Item † debet appellatio continere nomen appellantis, & appellati, & con- 129 130

continentiam ſententiæ, à qua appellatur: vt eſt text. & ibi Bart. & Doct. *in l. 1. §. fin. de appell.* Item, † debent in ipſa appellatione peti apoſtoli, alias non valet appellatio ſine petitione apoſtolorum, ſecundum Innoc. *in c 1. de appel.* pro hoc eſt tex. *in l. eos. 6. §. apoſtolos. fin.* & ibi Bart. & Dd. *in l. quoniam. 18. (a 1. C. de appellat.* & debent apoſtoli peti inſtantius & inſtantiſſime, ac ſæpius, & ſufficit, quod vnico actu ſæpius petantur in vno, & eodem libello: vt eſt tex. *in Clem. quamuis. 6. de appel.* & habetur *in c. ab eod. &c. vt ſuper. 4. de appell. libr. 6.*

132 An autem † valeat appellatio ſimpliciter facta & generaliter, nõ expreſſo proprio nomine iudicis, ad quem appellatur, vt ſi aliquis dicat ſimpliciter, appello: vel ſi dicit, appello ad iudicem competentem? Dic, quod ſic: & ita cõmuniter tenetur per *l. ſed ſi 2. ff. de appellat.* ita tenet Bart. *in l. 1. §. ſi quis. 3. verſic. quæro, quid ſi aliquis, &c. ff. de appel.* & Bald. *in l. apertiſſimi. 16. C. de iud. in 1. col.* & Abb. *in c. inter cætera. 2. de app.* vbi limitat hoc procedere de iure ciuili, ſecus de iure Canonico, ſecundũ eum, & per Phil. *in c. dilecti. 66. el. 3. in 16. q. de appellat.*

133 Debet † autem appellatio præſentari per appellantem coram iudice à quo, vt not. Phil. *in c. ſi iuſtus fin. col. 4. de appell.* & intra decem dies à die latæ ſententiæ, vt *C. de appel auth. hodie.* & poſtea proſecutio fit coram iudice ad quem, præſentando coram eo ſupplicationem, & narrando materiam cauſæ, & ſententiæ contra ſe latæ, & inſtando pro literis inhibitorialibus. Verum, ſi non poteſt haberi copia iudicis à quo, vt quia abſens, vel per metum non poteſt coram eo appellari; tunc poteſt appellari coram honeſtis perſonis, vel poteſt adire iudicẽ ad quem, & coram eo porrigere ſupplicationem appellatoriam, abſque eo, quod aliter appellatum fuerit coram iudice à quo, ita dicit Baldus *in d. l. apertiſſimi. col. 1. C. de iud. & in l. his qui. 2. C. de his qui per met. iud. non appel.* & de hoc eſt gloſſa expreſſa *in verb. maiori, in Clement. ſi à iudicibus. 1. de appellat.* & declarat plene Socin. *in Conſil. 55. in 1. colum. in 1. vol* Erit ergo practica in caſu iſto quando quis non poteſt appellare coram iudice à quo vel propter abſentiam, vel propter metum, vt adhibeat ſecũ iudicem, Notarium, & teſtes, & coram illis declaret, ac proteſtetur, quod intentio ſua erat appellandi in iudicio à tali grauamine, per talem iudicem ſibi illato. Verum; quia propter eius abſentiam, vel propter iuſtum metũ non potuit iudicialiter appellare; tunc appellat extraiudicialiter coram honeſtis perſonis, & de dicta appellatione faciat ſcribi actum publicum. Ad quod facit quod habetur *in d. c ſi iuſtus. & ibi per Doct. de appellat* & not. Bart. *in l. 1. § dies 7. ff. quando appell. ſit.* Et nota, quod vltra iudicem, Notarium, & teſtes, debent adeſſe aliæ honeſtæ perſonæ, coram quibus appelletur; & hoc quãdo iſta appellatio eſſet probanda per inſtrumentum; quia tunc iudex, Notarius, & teſtes, omnes ſimul iuncti faciunt fidem de illo actu, & non poſſunt repræſentare duas vices, ſcilicet teſtium & perſonarum, coram quibus appellatur: ita declarat Petr. Philipp. Corn. *in conſil. 292. colum. 2. verſicul. 2. in 3. volum.* & Abb. *in d. c. ſi iuſtus. colum. 1.* vbi plus dicit, quod ſufficit, quod ſit vnus probus vir, coram quo appelletur.

An † autem ſit neceſſe præſentare appellationem iudici ſedenti pro tribunali? Dic, quod non; ſed poteſt vbique præſentari: imo poteſt præſentari ſolum actorum magiſtro, ſeu Notario, abſque iudice, & valet, ſecundum Baldum *in authent. quæ ſupplicatio. in princ. C. de precib. imper. offer* & ſequitur Alexand. *in l. 1. §. libell. fin. in addit. ad Bar. quæ incipit, cui detur, &c. ff. de appel.* & idem Alexand. *in l. 1. §. dies. 7. ff. quando appel. ſit.* Et quod in omni loco poſſit præſentari, quo ad effectum, vt ſententia non tranſeat in rem iudicatam, ſic tenet Card. *in Clem. Quamuis. 2. § ſimiliter. in 2. quæſt. in fin. de appellat* cum poſſit etiam die feriata appellari, cum non ſit actus iudicialis appellatio, ſecundum Card. ibi, & not. Bartol. *in d. l. 1. §. dies.* 134

135 Fit etiam † appellatio per hæc verba; *ſubmitto me protectioni, & tutioni talis iudicis*; nam iſta verba important vim appellationis, ſecundum Baldum *in l. 1. in fin. C. vt quacunque præd. poteſt* & eſt text. *in c. ad audientiam. 34.* & ibi Cardin. Alexand. *de appel.*

VTRVM † ſit neceſſe, quod ſemper appellatio fiat in ſcriptis, an vero ſufficiat, quod viua voce appelletur? Communis cõcluſio eſt, vt DISTINGVATVR INTER APPELLATIONEM À DIFFINITIVA, ET AB INTERLOCVTORIA. Differt enim primo; nam à diffinitiua ſiquidem appellatur in continenti, ſcilicet eodem inſtanti poſt latã ſententiam, poteſt appellari viua voce, & ſufficit, quod aggrauatus dicat appello, & faciat hoc ſcribi in actis per Notariũ. Si vero appelletur ex interuallo, poſt latam ſententiam; tunc debet appellari in ſcriptis, alias non valet appellatio: de hoc eſt tex. *in l. 1. in fin. cum l. ſeq. de app. in l. litigatorib. 14* & ibi gl. Bar. & Bal. *C. de app.* not. Spec. *in tit. de appel. § qualiter. in princ.* & Petr. Phil Corn. *in conſ. 95. col. 7. in fin & ſeq. in 4. vol.* 136

137 Sed quando dicatur appellari † incontinenti, quãdo ex interuallo? Dic, quod cõmunis concluſio eſt, quod incõtinenti dicitur, dum iudex ſedet pro tribunali in illo ſero, & non diuertit ad extraneos actus. Secus eſt, ſi iudex iret ad prandium, vel ad aliũ actum extraneum à iudicio, & poſtea reuerteretur ad tribunal; quia, propter actum extraneum intermedium, non diceretur vlterius incontinenti fieri, & idem, ſi appellans diuerteret ad extraneos actus, & poſtea appellaret: ita dicit Speculat. *in tit. de appel. §. qualiter. in princ. & ibi Ioan. And. in addit. ſuper verb. diuerterit* ſed Bal. *in d. l. litigatoribus.* tenet, quod iudice ſedente pro tribunali, dicitur incontinenti, non diſtinguendo, vtrum diuerterit ad extraneos actus, vel non, imo Bart. expreſſe tenet *in d. l. litigatoribus.* quod etiamſi diuerteris ad extraneos actus, dicitur fieri incõtinenti, dummodo eadem die fiat, & iudice ſedente pro tribunali, *l. diuus. ff. de in integr.*

tegr reſt. idem tenet Bart. *in l. eos. 6. §. ſin autem. 5. C. de appell.* & gl. magis expreſſa *in l. ſed ſi 2. ff. de appel.* Bart. *in l. 1. libelli fin. column. eod. tit.* & hoc videtur eſſe de mente Bald. *in d. l. diuus. in 2 lect. in fi.* vbi proprie loquitur de iudice ſurgente, & ſtatim reuertente: idem videtur ſentire Phi. *in c. ſi iuſtu. verſ. ſexto quaeritur. in fin. de appellat.* in hac varietate, quæ videtur eſſe inter Specu. & Ioan. And. ex vna parte, & gloſſ. Bart. & Bald. ex alia parte, ego ita concordarem opin. vt diſtinguamus. Aut iudex proceſſit ad actus extraneos, ſcilicet ab illa cauſa, quam ſententiauit, vt quia poſt expeditam illam cauſam, incœpit expedire alias in eodē tribunali; & tūc procedat opinio Bart. & ſequacium: quia ſi tota illa die ſederet pro tribunali, poſſet appellari viua voce, quoniam iſti actus nō videntur omnino extranei, ex quo ſunt de iudicio, & pertinentes ad illud tribunal, licet videantur extranei ab illa cauſa deciſa, & ita pondero verba Bartoli *in d. §. libelli* vbi ſuper iſto puncto refert tres opiniones, quas etiam refert Bald. *in d. l. litigatoribus.* Prima eſt generalis, ſcilicet quod tota illa die ſit permiſſum, per *d. l. 1. ff. de app.* vbi fit mentio de die. Secunda opinio eſt ſtrictiſſima, ſcilicet vt intelligatur incontinenti, ſcilicet ante, quam iudex procedat ad alia facienda; quod intelligo, ſcilicet ad alias cauſas expediendas, nō autem ad actus penitus extraneos. quæ fiunt extra tribunal, & hoc eſt de mente gloſſ. *in d. l. litigatorib. in verb. illico.* quæ relata prius iſta ſtricta opin. refert poſtea vltimam opin. Hug. quæ communiter approbatur per Bartol. & Bald. ibi, ſcilicet, quod dicitur illico, dum iudex ſedet pro tribunali, vnde innuit ſubtiliter intuenti, quod illa facienda, ad quæ diuerterat, erant negotia, quæ expediebantur in tribunali, & hoc etiam eſt de mente Bald. *in d. l. diuus. in 1. lect. in 2. notab. ff. de in integr. reſt.* vbi dicitur incontinenti comparere ille, qui venit iudice pro tribunali ſedente, licet ad alia iā diuerterit. Et dicitur diuertiſſe ad alia, quando habuit ſententiam prolata, & abſoluta; vnde illa verba reſpiciunt alia negotia eiuſdem tribunalis: & ita intelligo Bart. *in d. l. litigatoribus.* qui fundat ſe per *d. l. diuus.* & de iſta diuerſione non curamus. Tertia opinio relata per Bart. *in d. §. libelli.* eſt mediocris, quæ eligit mediam viam, ſcilicet quod dicitur incontinenti, donec iudex ſedet pro tribunali, & iſta communiter approbatur, quam tenet Lanfran. *in c. quoniam contra. 11. in verſ. interlocutiones, & appellationes. col. 16. verſ. ſequit. aliqua videre, &c. de probat* & Phil. *in d. c. ſi iuſtu. verſic. 6 quaeritur. in fin.* Aut iudex proceſſit ad actus penitus extraneos fugiendo à tribunali cauſa faciendi aliud negotium extraneum; & tunc aut ſurrexit cum animo reuertendi, non relinquendo totaliter tribunal pro illo ſero; quia dimiſit ibi actorum magiſtrum negotiātem in actis interim; & tūc ſi ſtatim reuertitur, habetur, ac ſi non receſſiſſet, & poteſt adhuc appellari viua voce, per ea quæ dicit Bal. *in d. l. diu. in 2. lect. in fin.* Ad quod facit text. *in l. diuortium. 3. ff. de diuort. & in l. plerique. 33. ff. de ritu nupt.* & per ea quæ habentur per Alex & Doct *in l. cum antiquitas. 8. C. de teſtam.* Aut ſurrexit iudex a banco cum tota eius curia, cauſa eundi ad prandium, vel ad deambulandum: ita quod non apparebat de animo reuertendi pro illo ſero, & tunc dato, quod poſtea reuerteretur, nō dicitur fieri incontinenti; quia illa videtur alia actio curiæ propter illam interruptionem, vnde tunc eſſet appellandum in ſcriptis, & ita puto procedere opin. Sp. *in d. §. qualiter. in prin.* quam ad hoc ſequitur Phil. *in c. vt debitus. 59 col. 8. ver. ſeptimo quaeritur, &c. de appell.* & Gem. *in c. cord. 1. col. 4. in prin. de appell. lib. 6.* Et prædicta procedunt, † quando appellatur à diffinitiua: ſi vero appellatur ab interlocutoria; & tunc, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo, ſemper debet appellari in ſcriptis, alias non valet appellatio: tex. eſt *in d c. cord. de appel. li 6.* & not. Spec. *in tit. de appel. § qualiter. poſt princ.* & Bart *in l. eius. 4. ff. de appel. recip.* & Phil *in d. c. vt debitus. col. 7. verſic. ſecundo quaeritur. &c. de appel.* vbi dicit illud communiter ſeruari tam de iure ciuili, quam canonico, & Paul de Caſt. *in conſ. 270. in pri. in 2. vol* & Bal. & Ang *in l. patru & filii. 20. ff de vul. & pup. ſubſtit.* & Lud. Rom. *in conſ. 41.* 138

Quando † dicatur fieri appellatio in ſcriptis, & an 139 ſufficiat comparere in iudicio, & dicere Notario; ſcribe qualiter ego appello à tali ſententia in tali cauſa, &c. dic, quod non: ſed tūc dicitur in ſcriptis, quando porrigitur libellus ſcriptus appellatorius, alias ſi viua voce dictaret appellans, & Notarius redigeret in ſcriptis, non diceretur appellatio in ſcriptis, & elapſis 10. diebus ſententia tranſiret in rem iudicatam, non obſtante tali appellatione inualida: ita in terminis tenet Phil. *in d. c. vt debitus in 7. co. verſ. 4. quaeritur, &c. de appel* plene hoc tangit Petr. Phil. Corn. *in conſ. 95. col. 1. in fin. & ſeq. in 4 vol.* pro hoc eſt gloſſ. & ibi Bart. *in l. in ſacru. 9. C. de proxi. ſac. ſcrin. lib. 12.* & Iaſ. *in l. 1. col. 3. in prin. ff. de edend.* † EX 140 PRÆDICTIS HUCUSQUE HABEMUS UNAM DIFFERENTIAM INTER APPELLATIONEM A DIFFINITIVA, ET AB INTERLOCUTORIA, ex qua HABES hic colligere DUAS PRACTICAS pro aduocato appellati, contra appellantem, ſcilicet, vt PRIMO aduertat, quando quis appellat viua voce à diffinitiua in eadem die, ſi ibi extat iudex præſens, & pro tribunali ſedens: quia, licet aliæ appellationes in ſcriptis poſſint porrigi quacunque hora, loco, & die, & etiam ſoli Notario, vt ſupra dixi, & dicetur infra *in ſeq quu. qua erit 34. huius principalis diſtinct. ſeu tract. de app.* tamen iſta appellatio viua voce non valet aliter, niſi fiat iudice præſente, & pro tribunali ſedente, per ea, quæ ſupra dixi, vnde ſi à tali appellatione viua voce facta iudice abſente, vel pro tribunali non ſedente, laberentur 10. dies, ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, poſſetq; peti executio. SECUNDA † practica 141 eſt, ſi in caſibus, vbi eſt appellandum in ſcriptis, cōpare-

pareret appellās, & diceret Notario actorum, ſcribe, qualiter ego appello, &c. ſit cautus Aduocatus appellati, vt non opponat, quod appellatio non valeat, ſed taceat, donec labantur 10. dies, & poſtea petat executionem ſententiæ, quæ tráſiuit in rem iudicatam: quia multos vidi in hoc errare. LIMITA
142 tamen † id, quod dixi de interlocutoria, non procedere, quando habet vim diffinitiuæ: quia ab ea poteſt appellari viua voce incontinenti, ſicut à diffinitiua. & omnes ſolennitates in ea ſeruantur, quæ ſeruari debent in appellatione à diffinitiua ſecundum Phili. *in d.c vt debitus col.8.verſ ſeptimo quæritur, &c.* Ang *in cōſ 297.* & Lud. Rom. *in cōſ. 41. in trin.* ſicut in ſimili dicimus, quod licet alias in appellatione ab interlocutoria ſit neceſſe inſeri cauſam grauaminis, vt dicam infra *in 2. differ.* tamen quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ non eſt neceſſe quod inſeratur cauſa, ſicut non eſt neceſſe, quando appellatur à diffinitiua, ſecundum Bald. *in l. minorib. 6. col. 3. C. de his quib. vt indig.* & Abb. *in c. peruen. 28. col. 2. de appel.* & Phil. *in d.c. vt debitus. in 14 quæſt. de app.*

[Adde Gail. *libr. 1. obſ. 130. nu. 5. & 6.* vbi etiam docet, quando interlocutoria dicatur habere vim definitiuæ, & vnde id cognoſci poſſit.]

143 Item illud † quod dixi à ſententia diffinitiua debere appellari in ſcriptis ex interuallo, LIMITA non procedere in cauſis breuioribus, in quibus poteſt appellari viua voce, ſecundum Bal. *in l. & in maiorib. 20. in fin. C. de appel.* Quæ autem dicantur cauſæ breuiores, remittit ſe ad ea, quæ habentur *in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex breu. recit.* Hodie autē in regno habemus ritum magnæ curiæ, *in nu. 164.* qui incipit: *Item in cauſis, &c.* quo cauetur, quod in cauſis duarum vnciarum ciuiliter petitarum non appellatur: verum nunquam vidi ſeruari illum ritum. SED
144 iuxta † prædicta QVÆRO DE VNA QVÆSTIONE, quæ quotidie euenit: quid ſi aliquis appellat viua voce cum reſeruatione appellādi in ſcriptis, & deinde appellat in ſcriptis, quæ appellatio dicatur valida, prima an ſecūda? & hoc eſt vtile ſcire, vt ſciamus, quando incipiat currere tempus proſequendi. an à prima appellatione, vel à die ſecundæ appellationis: hanc quæſt. mouet Bar. *in l. cum procurator. 13. §. ſi dominus. 1. ff. de oper. nou. nunt.* vbi inuolute loquitur. Tamen eius intentio videtur eſſe, quod prima appellatio teneat, & iſtam opinionem tanquā veriorem communiter ſequuntur Doct. ibi, maxime Ioan. de Imol. idem magis clare firmat Paul. de Caſtr. *in conſil. 7. in 1. volum & conſil. 270 eod. volum.* vbi dicit, quod primam appellationem debet proſequi appellans, & ab illa prima currit tempus proſequendi: idem tenet Lud. Rom. *in conſil. 41.* & videtur magis communis opinio, vbicunque prima appellatio valuit; quia ſecunda videtur fruſtratoria & nullum effectum poteſt importare: niſi quia per ſecundam cenſetur prima redacta in ſcriptis, & ſic ſecunda trahitur ad primam. Sed quando prima non valeret, vt quia ab interlocutoria fuit appellatum viua voce; tunc ſecunda in ſcriptis valet, & ab ea incipit currere tempus proſequendi, dummodo ſit facta intra decem dies, ita declarat Philip *in c. ſua nobis. 65. colum. 5. verſic. ſecunda concluſio. &c. de appel.* & ibi ponit 7. concluſiones ſuper iſta quaſt. & plene declarat ipſam de mente Bald. *in l. appellatione 3. C. de appell. & in c. ſancimus. ... quo tempore miles. in vſib. feud.* ſed Alex. *in d. §. ſi dominus. colum. penult* videtur tenere contrarium, ſcilicet, quod ſi aliter non apparet de mente appellantis, debet attendi ſecūda appellatio propter eius proteſtationem, per quam reſeruauit ſibi ius appellandi in ſcriptis: & hanc contrariam opinionem tenet Sal. *in l. ſi quis libellos 28. C. de appel.* Mihi tamen videtur, quod verior ſit prima opin. Bar. Lud. & Paul. de Caſtr. non obſtante, quod etiam Iaſ. *in d. §. ſi dominus.* ſequatur opin. Alex. & Paul. de Caſtr. ibidem ſibi ipſi contrarius ab eo, quod tenuit in conſiliis. Et volēdo corroborare iſtam primam opin. Bart. & ſequacium, quam habeo pro vera, & indubitata, maxime hodie in regno, per ea, quæ infra dicam, conſidero, quod totum fundamentum Alex. & Iaſ. & aliorum tenentium contrariam partem conſiſtit in eo, videlicet quod per dictam reſeruationem videtur facta eſſe proteſtatio, quod ſi contingat me appellare in ſcriptis, volo quod prima appellatio habeatur pro non facta, & in his quæ dependent ex mera voluntate proteſtantis, ſtatur ſuæ proteſtationi, *in l. qui in aliena. 5. §. fin* & ibi Bar. & Doct *ff. de acq. har.* item; quia in dubio debet ita interpretari illa proteſtatio, ex quo eſt vtilius pro proteſtante; quia maiorem habebit dilationem ad proſequendum, & hanc rationem etiam ſentit Ioan. de Imol *in d. §. ſi dominus.* Tertio mouentur per *l ſi quis libellos. 28 C. de appel.* vbi Angel. per illum tex tenet illam opinionem contra Bar. nam ibi dicitur, quod permittitur appellanti reuocare ſuam appellationem per pœnitētiam, & ſuum arbitrium commutare: iſtis ergo rationibus in effectu mouentur præfati Doct. ad tenendum contra Bar. ego autem ſequor opin. Bart. & Lud. quam etiam tenet Abb. *in c. dilecto. 6. colum. fin. de appel* pro qua facio vnum nouum, & vrgens fundamentum, † & capio hoc aſſumptum: vbicun 145 que dilatio legalis datur aliquib. ob aliquam cauſam, ſi illa cauſa finitur ante finitam dilationem, finitur etiam dilatio, tex. & ibi Bar. *in l. à filia. 62. §. alumn. ff. ad Trebel. & in l. ſi quis hæres. 71. la. 2.* & ibi per Franc. de Aret. *ff de ac. hær.* quæ iura ſolent communiter allegari, quod finita cauſa dilationis, finitur dilatio: idem tenet Bar. *in l. ſiue pars 3. C. de dilat.* quod procedit etiam in dilatione legali, vt eſt text. *in l. 1. §. ſi intra. 8 ff. de ſucc. edict. & in l ſi maritus. 1. §. ſi negauerint. 5. ff. de adult.* & gloſſ. *in c fin in gloſſ. penult. de conſtit. lib. 6.* ſed appellanti datur dilatio decem dierum a lege ad appellandum, vt *in authent. hodie C. de appel.* & ſic ob hanc cauſam datur, vt appellet.

 Ergo

Ergo ſi appellauit viua voce, & appellatio valuit incontinenti, eſt finita cauſa dilationis, ſcilicet ad illud idem: ergo debet eſſe finita dilatio, ſcilicet vt non poſſit iterum eandem appellationem facere, nam dicta appellatio viua voce facta, ex quo permittitur incontinenti fieri, fuit ſortita ſuum effectum, ſcilicet ſuſpenſiuum, & deuolutiuum cauſæ ad ſuperiorem, vt dicit Abb. *in d. c. dilecto. colum. final.* Lud Roman. *in d. conſ.* 31. & Paul. de Caſt. *in dict. conſil.* 7. *&* 176. *in* 1. *volum.* vnde alia appellatione opus non eſt circa idem, *argum. l. qui bis idem.* 18. *ff. de verbor. obligat.* Et per hoc non immerito poſſet attentari, quod ſecunda appellatio ſi ſit ad eundem iudicem, & continet idem, quod prima, debeat cenſeri facta extra terminum, & ſic non valet; quia ſtatim facta prima appellatione viua voce, fuit finita dilatio decem dierum, ad appellandum ad eundem iudicem, vnde de neceſſitate tempus proſequendi,
346 currit à prima appellatione. Sed † contra hoc poſſet inſtari de *l. ſi quis libellos.* 28. *C. de appel.* ſecundum intellectum Barr. & Angel. & Salic. ibi. Nam vult illa l. quod poſt interpoſitam vnam appellationem permittitur variari, & appellari ad alium iudicem intra decem dies, vt plene declarat Philip. *in dict. c. ſua nobis. colum* 5. *verſic.* 5 *concluſ. &c. de appell.* Ergo non erat finita dilatio; quia ſi fuiſſet finita, non valeret ſecunda appellatio. Ad hoc reſpondeo, & dico, quod facta appellatione viua voce, ad vnum iudicem, eſt finita cauſa dilationis, reſpectu eiuſdem iudicis. Quod patet ad ſenſum, quia ſecunda appellatio ad eundem iudicem facta nullum habet effectum, quia omnem effectum appellationis ſortita fuit prima appellatio, vt ſupra dixi, *argum. d. l. qui bis idem.* vnde fruſtra duraret dilatio reſpectu eiuſdem. Verum; quia appellandi permittitur variare intra decem dies, & alium iudicem adire, quod ad hoc non eſt extincta dilatio, ex quo iſta appellatio eſt alia à prima, & aliam perſonam continens, & tunc verum eſt, quod videtur eſſe à prima receſſum; quia videtur quodammodo quædam nouatio à iure permiſſa, ex quo ſecunda continet aliquid noui à pri-
347 ma. Et hoc † dictum corroboro per bonum ſimile. Nam quando fit aliquod mandatum alicui; & poſtea fit eidem, & de eodem, nihil valet ſecundum, ſed tantum primum, vt gloſſ. *in l. licet.* 42. *§. ea obligatio* 2. *in fin. de procur.* Bald. *in rubr. de procur.* & per Modern. *in d. l. qui bis idem.* idem dicunt de venditione geminata, & de ſtipulatione, & de aliis contractibus. Nõ
348 obſtant † modo rationes Alexand. & ſequacium, & primo ad id, quod dicunt de proteſtatione, ergo non video, vnde poſſit elici illa appellatio conditionalis ex illa reſeruatione, cũ appellatio viua voce appareat facta pure & libere, potius eſt dicendum, quod illa reſeruatio iterum appellandi, ſit facta ad exaggerationem animi appellantis, qui vult, quod dicta ſua appellatio viua voce facta, reducatur poſtmodum in ſcriptis, vt ſentit Ioan. de Imol. *in d. l. cum procurator. §. ſi dominus. ff. de oper. nou. nunciat.* quam quod ſit facta ſub illa conditione: cum hoc non ſonent verba appellantis: *argum. l. non aliter.* 69. *ff. de legat.* 3. Præterea proteſtatio † ſeu re- 149
ſeruatio facta de illo actu, cuius nihil operatur euentus, nihil valet, *l. hac ſtipulatio.* 14. *§. diuus. fin. ff. vt leg. nom. cau. & l. non cogendum.* 45. *§. fin. ff. de procurat. & l. in hac actione.* 3. *§. ibidem.* 13. *ff. ad exhib.* ſed in propoſito, euentus ſecundæ appellationis nihil operatur: quando prima valuit: ergo reſeruatio fuit fruſtratoria. Non obſtat, quod † ſtatur pro- 150
teſtationi in his, quæ dependẽt ex animo, &c. quia fateor, quando proteſtatio eſt clara, & ſpecificat animum proteſtantis, ita loquitur *dict. l. qui aliena. §. fin. ff. de acquirend. hæred.* ſed hæc proteſtatio non ſonat id, quod dicunt Alexand. & ſequaces. Similiter non obſtat, quod verba debeant intelligi ſecundum intentionem proferentis, prout eſt ei vtilius; quia verum eſt quando verba ſunt vndiq; ambigua, & poſſunt pati illam interpretationem: ſed in caſu noſtro, verba appellationis viua voce facta ſunt clara, ex quo ſimpliciter & pure fuit appellatum: vnde non ſunt trahenda ad alium ſenſum, non obſtat *d. l. ſi quis libellos.* quia † fateor, quod appellan- 151
do ad alium iudicem, poteſt variare: & tunc ſecunda inſpicitur appellatio; ſed quando appellatur ad eundem, & ex eadem cauſa, non reperitur iure cautum, quod admittatur iſta variatio fruſtratoria: quia hoc eſſet contra *d. l qui bis idem cũ ſua materia. ff. de verb. oblig.* Ex † quibus omnibus concludo, ve- 152
ram eſſe opinion. Bar. Ludou. & Abb. & iſtam firmo: quam opinionem puto hodie in regno eſſe indubitatam, per conſtit. *Appellationum tempora.* quæ vult, quod appellator habeat quinquaginta dies ad proſequendum, à die interpoſitæ appellationis; & ſic non dicit, quod poſt decẽ dies dantur illi quinquaginta, ſed quod currunt à die interpoſitæ appellationis: vnde in eo ipſo, quod quis appellat viua voce à diffinitiua incontinenti, dicitur appellatio interpoſita: merito ab illo die currunt ſibi alii quinquaginta dies ad proſequendum, non obſtante fruſtratoria reſeruatione: quia ſi appellans haberet animum appellandi in ſcriptis, non deberet appellare viua voce, ſed ſufficeret ſibi dicere: ego ſeruo mihi ius appellandi in ſcriptis, & tunc tempus proſequendi curreret à die appellationis in ſcriptis. SECVNDA † DIFFERENTIA INTER APPELLA- 153
TIONEM AB INTERLOCVTORIA, ET À DIFFINITIVA EST; quia appellatio à diffinitiua non habet neceſſe, quod contineat cauſas grauaminis in ſpecie, ſed ſufficit, quod appellans in genere dicat, ſe grauatum, & quod dicat ſententiam iniuſtam, ſine alia cauſa: vt eſt textus *in leg. ſed ſi apud* 2. *ff. de app.* not. gl. Abb. & Phil *in c. cum in Eccleſia.* 38. *de appel.* Bar. *in l.* 1 *§ fin. de app* & gl. *in c quod ad conſultationem.* 15. *in verb. cauſam non exprimens de re iudic.* ſed appellatio ab interlocutoria non valet aliter, niſi

expri-

exprimatur cauſa grauaminis in ipſa appellatione, tex. eſt, & ibi Gem. *in c. cordi nobis. 1. de appell. li. 6.* nor. Abb. & Phil. *in d. c. cum in Eccleſia.* Bar. *in l. eius, qui. 4. col. 1. de appell. recip.* & eſt text. & ibi communiter Dd. *in c. vt debit. n. 59. de appell.* & Cardin. Alexan. *in c. cum ſit Romana. 5. col penult. eod titul.* Et tunc cauſæ grauaminis debent exprimi in ſpecie, & non ſufficit in genere; & ſi plures cauſæ ſunt, omnes debent exprimi nominatim, & non ſufficit facere relationem ad acta; ſecundum Phil. *in c. conſuluit. 18. el. 2. in 2. col. de appell.* per text. *in Clem. appellanti. 5. de appell.* Socin. *in conſi. 45 col. 4. in 1. vol.* Card. *in d. Clem. appellanti. in 3. not. & in 3. & 4. quæſt.* Phil. *in d. c. vt debitus. colum. 5. in 12. quæſt.* & Bald. *in l. minoribus. colum. 1. C. de his, quib. vt indign.* [ Generalis relatio ad acta, quo ad cauſas grauaminis, in appellatione ab interlocutoria, non ſufficit; verum, ſi in relatione ad acta, ſpecialiter exprimatur, in qua parte actorum cauſa grauaminis contineatur, tunc perinde habetur ac ſi nominatim fuiſſet expreſſa: quę eſt ſingularis doctrina Baldi *in l. minoribus. num. 5. & ſeq. C. de his, quibus vt indign.* quam ſequuntur Angel. Dec Felin. & Curt. iun. allegati à Gail. *libr. 1. obſeru. 130. num. 2.* dicentes appellantem ab interlocutoria, ſatis ſigillatim cauſam grauaminis exprimere, ſi illa ex verbis neceſſario ſubintelligatur, licet in indiuiduo nō exprimatur, quod diligenter notandum, ad intellectum *Clemen. appellanti. de appellat.* An autem iudex appellationis ſententiam interlocutoriam confirmando, & reformando, ad cauſam principalem, & iudicem priorem remittere debeat? vide eundem Gail. *d. lib. 1. obſeru. 131.*] vnde non ſufficeret dicere; *appello, ex tali cauſa, & ex aliis, ſuo loco, & tempore proponendis,* nā iſta clauſula generalis nihil operatur, ſecū dum Car. *in d. Clem. appellanti in 4. quæſt.* & Phil. *in d. c. conſuluit.* Idē ſi diceret, ex aliis cauſis, ex proceſſu, & ex actis apparentibus; quia nihil valet, ſecundum Bald *in d l. minoribus.* & Phil. *vbi ſupra.* Item alias expreſſio cauſæ debet fieri coram iudice à quo, nō autem coram iudice ad quē, vt eſt tex. *in d. c. vt debitus.* & ibi Abb. *in 2. col. verſ. vlterius not. &c.* Bart. *in l. ait prætor. 7. ff. de minor.* quod nota; quia ſępe vidi nōnullos Aduocatos errare, qui appellant ſimpliciter coram iudice à quo, & poſtea exprimunt cauſas grauaminis coram iudice ad quem; nā talis appellatio ab interlocutoria non valet, *per d. c. vt debitus. ibi corā eodem iudice cauſa probabilis appellationis expoſita, &c.* & prædictis adde *deciſ. Rot 7. in nouis.* vbi plene. Item, debet exprimi cauſa grauaminis, etiamſi ſit notoria.
154 Quia † licet notorium releuat ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, & allegandi, vt eſt gl. *in verb. iudicis in d. Clem. appellāti.* & ibi etiam Card. *in d. 5. qu* Phil. *in d. c. vt debitus. col. 19. in 11. quæſt.* & Gem. *in c. cordi nobis. 1. col. 2. in princ. de app. lib. 6.* Si ergo non fuerunt iſtæ ſolennitates ſeruatæ in appellatione ab interlocutoria, tranſit in rem iudicatam per lapſum decē dierum, ſecundum Ang. *in conſ. 217. col. 3.* & Soc. *in d. conſ. 45. col. 4.* ADDITIO. Vide Aym Crauet. *in conſ. 181. & 182. 1. lib.* & notes perpetuo, quod ex quo hodie in Regno iſto omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicii, non requiritur in appellatione ab interlocutoria exprimere cauſas grauaminis, & appellare in ſcriptis, ſed ſufficit, ſi viua voce appelletur: ſecundum Ang. *in conſil. 267. in c. conſtitutio.* & per Phil. Franc. *in c. vt debitus honor. 59. extr. de appellat. num. 15* quæ OMNIA notes; quia alias obtinui cum ingenti honore. *Petrus Feller. V. I. D.*

Vnam tantum ſcias, quod licet cauſæ grauaminis non ſint ſpecificatæ in ipſo libello appellationis; poſſunt tamen quandocunq; poſtea ſpecificari coram iudice à quo, dummodo intra decem dies, alias ſecus, ita declarat Phil. *in d c. vt debitus. colum. 11. in 15. quæſt.* Ex iſta ſecunda differentia habes colligere DVAS REGVLAS. Prima REGVLA eſt, quod appellatio à diffinitiua valet ſine expreſſione cauſæ. Secunda REGVLA eſt, quod non valet appellatio ab interlocutoria ſine expreſſione cauſæ grauaminis.
155 Primam † regulam LIMITA, generaliter non procedere in omnibus cauſis, in quibus de iure prohibetur appellatio a diffinitiua: nam tunc ſi appellat, debet exprimi cauſa grauaminis, alias non valet appellatio: ita dicit Speculat. *in titul. de execut. ſentent §. nunc dicendum. verſicul. ſed nunquid.* Pro hoc eſt gloſſ. *in verb. mandetur. in c. Romana. 3. §. ſi autem.* & ibi Gemin. *in fin col. de appellat. lib. 6.* Phil. *in c. cum ſpeciali. 61. §. porro colum 3. verſic. ex prædictis. &c. de appellat.* Ludou. Roman. *in conſil. 324.* quod procedit, ſiue appellatio ſit prohibita à lege, ſiue ab homine, vt quando committitur cauſa appellatione remota, ſecundum Gemin. *in d. c Romana §. ſi autem. in fi.* & Phil. *in c. ad noſtram 3. de appel & in d. c. vt debitus. col. 10. in 14. quæſt.* vbi ponit quatuor notabiles fallentias ad hanc regulam, quas poteris ibi videre. Adde Fel. *in c. quod ad conſultationem. 15. col. 10. & 11. de re iudic.* Et ratio huius fallentiæ patet ad ſenſum: quia cum appellatio ſit prohibita, appellans habet iuris præſumptionem contra ſe: vnde iudex non tenetur eius appellationi deferre, ſed quoniam allegat iuſtam cauſam, ceſſat illa iuris præſumptio, & iudex deferre tenetur: vt dicit Lud Roman. *in d. conſil. 324.* & iſta fallentia ſeruire poteſt ad infinitos caſus, qui in iure reperiuntur, in quibus appellatio prohibetur, quos ſtudioſus poterit per ſe ſeruare.
156 Secundam † regulam LIMITA, non procedere, quando cauſa grauaminis conſiſteret in mero iure, adeo quod nullam requirat probationem in facto: quia tunc valet appellatio ab interlocutoria, ſine expreſſione cauſæ; quoniam in allegationibus iuris deduci poteſt: ita tenet Bald. *in d. l. minoribus. C. de his, quib. vt indign. l. per hanc. 4. colum. penult. in fin. C. de temp. & reparat appell.* Gemin. *in d c. cordi nobis, & colum. 2.* Cardin. *in d. Clem. appellanti. colum. 1. in 1. oppo.* & Phil. *in d. c. vt debitus. in 11. quæſt.*

157 Secundo Limita, non † procedere in interlocutoria habente vim diffinitiuæ; quia non requiritur expreſſio cauſæ, ſecundum Bald *in d. l. minoribus.* & Abb. *in c. peruenit. 13. col. 2. de appell.* & Phil. *in d. c. vt debitus in 14. quæſt* & Cardin. Alexa. *in d. cap. peruenit.*

158 An † autem in appellatione extraiudiciali requiratur expreſſio cauſæ, vide eundem Phil. *in c. conſuluit, 18. el 2. in 2. col. de appell. & in c. bonæ. 51. col. 6. in pr. verſ. & permitte, &c. eod. tit.* vbi tenet, quod ſic, & Ab. *in d. c. conſuluit.*

Tertia differentia inter appellationem à diffinitiva, † & ab interlocutoria est; quia appellatio à diffinitiua, poteſt iuſtificari ex nouis cauſis, & ex nouis probationibus: quia dicit appellans, nam probatum probabo, & non producta producam, *dict. l. per hanc. & ibi Bart. & Doct. C. de tempor. & rep. app.* habetur *in c. fraternitatis. 17. de teſtib.* & not. Bart. *in l. eius qui 4. col. 2. in fi. ff de ap. rec.* Ad idem eſt text. *in l. eos 6. § ſi quis autem. 2. C. de appell* Sed appellatio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari, niſi ex eiſdem cauſis antiquis, & in appellatione expreſſis, & nihil de nouo produci poteſt, vt eſt text. *in d. Clem. appellanti. de ap.* not. Bart. *in d. l. eius qui col. 2. in fi. & in l. ait prætor. 7. co. 1. in fin. ff. de minor. & in d. l. eos. § ſi quis autem.* vbi dicit, quod appellatio ab interlocutoria iuſtificatur ex eiſdē actis, & *in d. l. per hanc.* & habetur *in dec. 79. concil. Neap.* Et ratio diuerſitatis declaratur notabiliter per Bart. *in d. l. ait prætor.* Nam † à diffinitiua

160 poteſt appellari, etiam ſi iuſte lata fuerit, & etiam ſi iudex nullam iniuriam fecerit; quia is, qui appellat, ſperat ex nouis cauſis, & probationibus vincere in cauſa appellationis, vnde ſi de iure permittitur appellatio, etiam à ſententia iuſta, fuit conceſſum appellanti, vt nouas cauſas deducat, quia alias ex eiſdem actis vincere non poſſet, ſed ab interlocutoria non appellatur, niſi iudex iniuriam fecerit, & ſic iſta iniuria nō poteſt detegi, niſi ex eiſdem actis, & ex antiquis cauſis coram iudice à quo expreſſis, & non ex nouis deducēdis; quia non poteſt imputari iudici à quo, quando appellās obtinet ex nouis cauſis: tunc enim non detegitur iniuria iudicis à

161 quo. Ex † ista tertia differentia habemus colligere duas regulas. Prima regula eſt, quod appellatio à diffinitiua, poteſt iuſtificari ex nouis actis, vnde ſtat in arbitrio appellantis, an velit appellare ex eiſdem actis, quod eſt quādo per diffinitiuam patitur iniuriam, an vero ex nouis deducendis, quo eſt, quando ex primis probationibus diffinitiua fuit iuſte lata. Secunda regula eſt, quod appellatio ab interlocutoria nō poteſt iuſtificari ex nouis actis, niſi ex pri-

162 mis. Primam regulam † Limita procedere, dummodo nouæ probationes, quæ producuntur per teſtes, non ſint ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis propter timorem ſubornationis, ſed ſuper nouis articulis dependentibus à veteribus, & facientibus ad cauſam, vt eſt text. *in Clement. teſtibus. 2. de teſtibus.* not. Bartol. *in dict. leg. per hanc.* Abb. & Felin. *in cap. fraternitatis. 17. de teſtibus.* & Bartol. & Doctor. *in authent. at qui ſemel, C. de probatio* in quibus locis plene declaratur materia iſtorum articulorum, ſed probationes per ſcripturas poſſunt produci: quia in ſcripturis non poteſt timeri ſubornatio. Secundo Limita, † dummodo 163
nouæ probationes recipiantur, & producantur ſuper re petita, & deducta, in cauſa principali, & non ſuper noua re, & nouo libello: nam ſi in cauſa principali petii bouem, non poſſum in cauſa appellationis petere equum, & producere probationes ſuper equo. Similiter ſi petii rem vna actione, & ſuccubui, non poſſum in cauſa appellationis proſequi eandem illa actione; quia eſt nouum capitulum; ſecus, quando in appellatione mutatur cauſa, quæ poteſt includi ſub generalitate primi libelli: vt ſi petii rem ad me ſpectantem iure dominii, non adſtringendo me ad aliquam cauſam ſpecialem, & deinde in primo proceſſu ſum proſequutus cauſam emptionis, & ſuccubui, poſſum in appellatione proſequi cauſam legati, vel aliam, ex qua dominium poteſt acquiri; quia iſta noua cauſa poteſt includi ſub primo libello, generaliter loquente de dominio: ita hæc omnia declarat Bald. *in addit. ad Spec. in tit. de appell. in 15. col. circa fi.* & Phil. *in c. cum in eccleſia. 38 col. fi. de appell.* Nam iudex cauſæ appellationis nō cognoſcit, niſi de eo, de quo cognouit iudex cauſæ principalis: ita dicit Bartol. *in l 1. C. ſi aduerſ lib.*

[Vnde ſi appellans aliquid noui in libello appellationis poneret, quod eſſet impertinens ad cauſam, & in quo ſententia iudicis à quo, nullum faceret præiudicium, nec pareret exceptionem rei iudicatæ, tum eiuſmodi libellus ad probandum admitti non deberet; quia probatus nihil releuaret, alias autem, articulus in prima inſtantia omiſſus, in cauſa appellationis reintegrari, & probari poteſt, dummodo nouus iſte articulus à veteribus dependeat, & talis ſit, cui ſententia à qua appellatum eſt, præiudicium adferret, & pareret exceptionē rei iudicatæ, Gail. *lib. 1 obſ. 128. num. 7. & 8.*]

Hoc † tamen Limita, niſi quis egiſſet ex teſtamento, vt hæres, quod teſtamentum fuit pronunciatum inualidum; quia poteſt in cauſa appellationis agere ad idē ab inteſtato: quia iuri, quod ignorabat ſibi competere, non videtur renunciaſſe, *per l. mater. 19. ff de inoff. teſtam.* ita deciditur *in deciſ. 53. conſil. Neap.* Secundam regulam reſtringe, & Limita, vt procedat, & intelligatur, quod appellans ab interlocutoria, non poteſt deducere nouas cauſas coram iudice ad quem, nec poteſt probationes facere ſuper alia cauſa, quam ſuper deducta in cauſa principali; tamen bene poteſt producere nouas probationes ſuper cauſa antiqua, expreſſa in appellatione, quando illa cauſa requirit probationes in facto. Vnde diſpoſitio *d. l. per hanc. 4. C. de temp. appell.* 164

appell. habet locum etiam in appellatione ab interlocutoria, quoad probandum cauſas deductas: ita tenet Cyn. in d. l. per hanc. in 1. & 2. quaeſt. & Philip. in d. c. cum in Eccleſia, colum. 2. verſic. ſcias tamen, &c. de appell. & eſt gloſſ. in d. Clement. appellanti. in verb. probandi. quod not. quia multi errant ſuper hoc, qui putant appellationem ab interlocutoria non poſſe iuſtificari, niſi ex eiſdem actis; quia hoc non debet ita generaliter intelligi, ſed vt modo ſupra

165 dixi. † Secundo LIMITA, niſi cauſa noua ſuperuenit de nouo, in qua nulla poteſt imputari culpa appellanti: quare ipſam non deduxit in appellatione, ex quo tunc non ſuberat: nam poteſt tunc interlocutoria iuſtificari iſta noua cauſa, ſecundum Old. in conſil. 130. colum. fin. Bald. in l. inuitus. 17. colum. fin. C. de procurat. & Bald. in d. l. per hanc.

166 colum. penult. in fin. C. de tempor. appell. † Tertio LIMITA, niſi appellans obtuliſſet cauſas grauaminis, & probationes coram Iudice à quo, & non fuit admiſſus, quia poterit deducere, & probare coram Iudice appellationis, ex quo non ſterit per eum, ſed per Iudicem: ita tenet Bartol. in l. eius qui. 4. colum. fin ff. de appell. rec. & Bald. in d. l. per hanc, colum. penult. in fin. per. l. ait praetor. 7. §. ſed & ſi ei. verſic. quid tamen.

167 ff. de minor. † Quarto LIMITA, non procedere, quando appellatur à diffinitiua: nam in ea poteſt reparari grauamen, etiam illatum per interlocutoriam, ex nouis cauſis, & probationibus, ex quo non directo tunc appellatum ab interlocutoria: ita tenet Bald. in l. generaliter 12. §. ſed iuramento. 1. colu. 2. verſicul. item nota, in verb. non audiant, &c. C. de rebus credit. & Innocent. in c. quod ad conſultationem. 15.

168 colum. 1. de re iudic. † Quinto LIMITA, non procedere, quando interlocutoria eſſet lata contra contumacem: quia tunc poteſt iuſtificari ex nouis cauſis, & ex nouis probationibus, ſecundum Bartol. in d. l. ait praetor. colum. 1 in fin ff. de minor & Alexand. in d. l. eius qui, in addit. ad Bartol in vltim.

169 colum. ff. de appell. rec. † Sexto LIMITA, quando interlocutoria continet grauamen irreparabile: quia tunc poteſt ex nouis cauſis iuſtificari: puta, ſi iudex interloqueretur, aliquem eſſe torquendum, vel aliud ſimile: ita tenet Bald. in d. l. per hanc. colum. ſeq.

170 C. de temp. appell. † Septimo LIMITA, niſi eſſemus in interlocutoria habente vim diffinitiuę: quia poteſt ex nouis actis iuſtificari, ſecundum Card. in d. Clement. appellanti. 5. colum. fin. in 9. quaeſt. de appell. vbi ponit exemplum in interlocutoria lata ſuper attentatis, & Bal. in l. minorib. 6. C. de his q. ib. vt indign. facit quod not. Bald. in l. latam ſententiam. 1. col. pen. verſic. de nouo quaero, &c. C. quando prouocat. non eſt neceſſ.

171 QVARTA † DIFFERENTIA INTER APPELLATIONEM A DIFFINITIVA, ET AB INTERLOCVTORIA EST: quia appellatio à diffinitiua, ſtatim cum fuit interpoſita, ligat manus Iudicis à quo, vt non poſſit procedere ad aliquem actum vlterius, in illa cauſa, text. eſt in l. appellatione. 3. C. de appell. & in l. vnic. in prin. ff. nil. nou. app. pend. & in c. non ſolum, in princ. de app. lib. 6. † Sed appellatio 172

ab interlocutoria, non ligat manus Iudicis à quo, quin poſſit procedere ad vlteriora, donec per Iudicem appellationis fuerit inhibitum, prout eſt text. in d. c. non ſolum, 7. cir. fin. not. Bar. in d. l. eius qui. co. 1 ff. de app. recip. & in l. intra vtile. 39. colum. 2 ff de minor. & Ang. conſil. 2 7. colum. [Et inhibitio Iudici à quo intimata ſit, Robert. Lancellot. in inſigni tract. de attentatis. cap. 12. ampliat. 15. numer. 20. Mynſing. cent. 4. obſ. 44.] adeo, quod vſque ad diffinitiuam incluſiue procedere poteſt ante inhibitionem, non obſtante appellatione; & tunc non requiritur aliqua citatio partis, ſed iudex poteſt procedere ad omnē actum, vſque ad ſententiam, parte non citata: ex quo appellando videtur ſe facere contumacem, & declarare animum ſuū, quod non vult comparere, text. eſt in c. tum qui, fin. de dol. & contum. lib. 6. & Clement. ſi ante. 1. eod. tit. not. Bartol. in d. l. intra vtile. colum. 2. Verum, quando Iudex appellationis pronunciat bene appellatum, omnia attentata reuocantur, ſecundum Barto. ibi. & in d. l. eius qui, colum. 2. & praedictis adde Bal. in l. ſi clericus. 2. verſic. ſed inciden-

ter quaero, &c. C de epi, cop. aud. † EX ISTA QVAR- 173

TA DIFFERENTIA HABEMVS colligere DVAS REGVLAS. Prima REGVLA eſt; quod appellatio à diffinitiua ſuſpēdit iuriſdictionem Iudicis à quo, ſine alia inhibitione: adeo quod nihil poſſit facere appellatione pendente. Adde quod idem eſt ante interpoſitam appellationem intra 10. dies, vt eſt text. in d. c. non ſolum, de appell. libr. 6. & not. Alexan. in l. poſſideri. 3. §. ſi ſeruus. 10. colum. pen. ff. de acq poſſ. Secunda REGVLA eſt, quod pendente appellatione ab interlocutoria, non ligantur manus iudicis, quin poſſit procedere, antequam inhibeatur; ex quo ſequitur à fortiori, quod ſi poteſt procedere poſt appellationem; multo magis ante appellationem intra 10. dies, gl. eſt & ibi Bal. in l. à procedente. 4. C. de dil. & idem Bal in l. ita demum 13. ver. ſed hic quae-

ritur, &c. de procur. † Primam regulam LIMITA 174

procedere inter ipſos principales litigantes, inter quos non poteſt aliquid innouari pendente appellatione. Secus eſt contra tertium, licet ſit de eadem re; vnde ſi ſunt duo Rei debendi in ſolidum: & vnus conuenitur, & condemnatus appellat: pendente appellatione, poteſt conueniri alius: & iudex aeque poteſt contra eum procedere, tex. eſt ſingularis in l. creditor. 60. in princip. ff. mandat. per quem textū dixit notabiliter Bart. in l. in duobus. 3. §. vbi duo Rei. 1 ff. de duobus reis quod pendente iudicio contra vnum ex

Reis debendi, poteſt alius conueniri. † Secūdo LI- 175

MITA non procedere, quoad illos actus, qui poterant fieri & innouari pendente cauſa principali; quia poſſunt fieri etiam pendente cauſa appellationis, prout eſt compellere litigantem ad cauendum, ita tenet Bar per illum tex. in l. poſtquam. 5. §. ſi m. erator. 1. in 3. oppoſit. ff. vt legat. nom. caue. in l. furti. 6. §. 1. in princip.

princip. ff. de his, qui not. infam. & Alexand. in rubric. ff.
176 nil nou. appel. pend. † Tertio LIMITA, non procedere in patrono præſentante duos in beneficio; uã ſi primo præſentauit vnum, & ille appellauit, vt nõ præſentetur alius, poteſt nihilominus patronus alium præſentare, appellatione pendente, & Iudex, à quo admittit talem præſentationem: & ratio eſt; quia ante appellationem permittebatur ſibi huiuſmodi præſentatio, & non debet hac facultate priuari per dictam appellationem: ita tenet Abb. in c. paſtoralis. 29. in 2. not. de iurepatron. Et hac limitatio in effectu recidit in diem in quod præcedens.
177 Quarto LIMITA, † non procedere, quando debitor, qui appellauit, fuit ex noua cauſa factus ſuſpectus de fuga; quia, etiam appellatione pendente, poteſt capi per creditorem propria auctoritate, ſicut aute, per ea, quæ not. Angel. in repet. l. nemo carcerem. 2. verſicul. item quæro, quid ſi lite pendente, &c. C. de exact. trib. lib. 10. ſequitur Alexand. in conſil. 106. colum. fin. in 3. volum. & Iaſ. in l. ſi ab arbitro. 10. colum. 3. ff. qui ſat. cog. vbi dicunt, quod lite pendente poteſt capi debitor ſuſpectus: ergo etiam appellatione pendente, per tex. & ibi Bar. in d. l. poſtquam. §. Imperator. ff. vt leg. nom. cau. & hanc quæſtionem decidit in terminis Philip. in c. cum teneamur. 17. colum. 3.
178 de appell. † Quinto LIMITA, non procedere in appell. à ſententia excommunicationis: quia, ea non obſtante, poteſt Iudex à quo denunciare & publicare excommunicatum, vt ab omnibus euitetur, tex. eſt in c. paſtoralis. 53. §. verum. & ibi Abb. & Phil.
179 in 1. not. de appell. † Item poteſt Iudex priuare interim excommunicatum fructibus ſui beneficii, & diſtributionibus quotidianis: ſecundum Abb. in d. §. verum, colum. 5. ſuper gloſſ. fin. & ibi etiam Ioan. de Imol. & Philip. col. antep. Nam excommunicatus, qui eſt exemptus à communione Eccleſiæ, non debet de fructibus Eccleſiæ alimentari; vnde ipſo iure eſt priuatus fructibus, etiam ſi nihil dicatur in ſententia. Prædictis adde Spec. in tit. de app. §. in quibus, vir. 17. & ibi plus declarat, quid operetur appellatio ab excõmunicatione. & habetur in c. per tuas. 40 de ſent. excom. & per gloſſ. in verſic. ſuſpendatur. &
180 ibi Abb. in c. ad reprimendum. 3. de offic. ord. † hoc tamen intellige, & declara, quando appellatur ab ipſa ſententia excommunicationis: ſecus ſi appellatur à declaratoria Iudicis, per quam declarat aliquem incidiſſe in ſententiam excommunicationis; quia tunc appellatio ſuſpendit, & iudex nihil poteſt interim innouare: ita tenet Fel. in c. cum nõ ab homine. 10. col. fin. de iud. & ratio eſt, quia eſt poſſibile, quod Iudex male declarauit, & ideo à declaratoria permittitur appellari, licet non appellaretur à ſententia: ſecundum Abb. in c. fin. co. 5. de iuram calum. Item poteſt innouare Iudex abſoluendo ab excommunicatione, non obſtante appellatione, ſecũdum Abb. & Phil. in c. quæ fronte. 25. & c. quæſt. 21. de app. etiamſi appellans non renunciet appellationi: vt ibi habetur. † Item, prædicta intellige, quando quis appellat à ſentẽtia excommunicationis iam lata. Secus, quando appellat à futuro grauamine, & ſic à cenſura futura: quia tunc excommunicatio poſtea lata, eſt ipſo iure nulla, tex. eſt & ibi Abb. & Phil. in 1. not. in c. dilecti. 51 el. 2. de app. & in c. ſoler. de ſent. excommun. lib. 6. & Ang. in conſil. 18. quod procedit etiam in appellatione extraiudiciali, vt in c. dilecti. 181

[Plures caſus, quibus excommunicationis ſententia per appellationem ſuſpẽditur, & quibus interpoſita appellatione, excommunicatus nõ poſſit denunciari ſeu publicari, vide apud Alex. Trentacinq. lib. 2. pract. reſolut. de appellat. reſolut. 5.]

Sexto LIMITA, † non procedere, quando appellatio eſſet manifeſte friuola, & fruſtratoria. interpoſita contra leges, quia tunc, ea non obſtante, poteſt Iudex procedere ad executionem, & innouare, dummodo non deferat appellationi: ex quo iuſtitia non defert tali appellationi. vnde habet effectum ſuſpenſiuum, tex. eſt in c. cum appellationib. 5. de appel. lib. 6. & ibi Gem. Abb. in c. conſuluit. 29. el. 3. de appel. Spec. in tit. de appel. §. nunc dicamus, vsr. Item appellatione pendente, &c. & Socin. in conſil. 39 colum. 6. in 4. volum. ad quod facit tex. in l. tutor. 41. ff. de vſur. & quod not. gl. Bar. & Doct. in l. eos. 2. C. de vſur. rei iudic. & Socin. in conſil. 76. col. 2. in 1. volu. in quibus locis habetur, quod quando appellatio eſt fruſtratoria, impedit curſum vſurarum, & tempora currunt à prima ſententia, perinde, ac ſi appellatum non eſſet. † Septimo LIMITA, non procedere in omnibus caſibus, in quibus de iure appellare non licet; quia tunc appellatio non ſuſpendit effectum ſententiæ, & poteſt Iudex à quo, innouare: ſecundum Innoc. in c. paſtoralis. 28. de off. deleg. & eſt gloſſ. in verb. caſibus, in c. non ſolũ. 7. de app. l. 6. & tot tit. C. quor. app. non recip. & Bald. in c. ſancimus. 1. colum. 1 quo temp. mil. in vſib feud. quod tamen limita, niſi in talibus caſibus prohibitis, appellans allegaret aliquam iuſtam cauſam, ex qua deberet admitti eius appellatio; quia tunc Iudex tenetur eius appellationi deferre, & non debet interim innouari, gl. eſt in c. Romana. 3. §. ſi autem. & ibi Gem. in fi. de app. l. 6. Lud. Roman. in conſil. 334 & Abb. in d. c. conſuluit. el. 3. in 1. not. de appell. † Et ſub iſta fallentia poteſt includi appellatio à poſſeſſorio, quę non retardat executionem, per ea, quæ plene not. Bald. in l. vnic. C. ſi de moment. poſſ. fue. app. & Angel. in conſil. 107. † & ſimiliter appellatio à decreto affirmatiuo: prout eſt, quando Iudex concedit aſſiſtentiam vigore inſtrumenti; quia à tali decreto non appellatur in Regno, ſcilicet ad effectum retardandæ executionis, per ritum magnæ curiæ vicariæ, ſed de nullitate dici poteſt, & talis nullitas oppoſita, retardat executionem, vt eſt Regia prag. quæ incip. Magna curia. & vide deciſ. 261. conſil. Neapol. † Octauo LIMITA non procedere in factis notoriis; nam in illis appellatio non ſuſpendit executionem, ſecundum Old. in conſil. 18. colum. 2.

Right-margin numbers: 182 (beside "Sexto LIMITA"), 183 (beside "eſſet. † Septimo"), 184 (beside "de appell. † Et ſub iſta"), 185 (beside "ſimiliter ap-"), 186 (beside "Octauo LIMITA").

*colum.*2. Lud. Roman. *in conſil.* 324. per Doct. *in c. cum ſit Romana.* 5. *§ praeterea. de app.* & gl. *in d. c. Romana.* *§. ſi*
187 *autem, in ver. caſibus, de appel. lib.* 6. † Hinc dicimus, quod notorie crimiuoſus non auditur appellans, & eius appellatio non ſuſpendit, vt habetur *in c. propoſuit.* 24. *de appel.* & *in d. §. ſi autem.* & Specul. *in tit.*
188 *de not. crim. §.* 1. *verſic. quid ſi auditus, &c.* † Nono LIMITA non procedere, quando timetur de dilapidatione fructuum; quia poteſt Iudex etiam pendente appellatione fructus ſequeſtrare, *l. imperatores.* 21. *§. fin. ff. de app.* & *c. ab eo ſi. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* not. Spec. *in tit. de app. §. & nouiſſime. in princ.* & habetur *in l. ab executione.* 5. *C. quor. appel non recip.* per Phil. *in c. cum teneamur.* 17. *colum.* 3. *de appel.* Sed per quem Iudicem fiet hæc ſqueſtratio? quidquid dicat Barr, *in d. l. imperatores.* dic, quod communis concluſio eſt, quod ſi petitur, antequam appellatio ſit præſentata Iudici ad quem, & per eum recepta, debet fieri per Iudicem à quo, ſed ſi poſtea, debet fieri per iudicem ad quem: ita tenet Ioan. Andr. & Abb. *in d. c. fina. in fin.* Phil. *in d. c. cum teneamur, colum.* 3. & Alex.
189 *in addit. ad Bart. in d. l. imperatores. §. fin.* † Decimo LIMITA, non procedere in eo, qui detinetur in carcere pro crimine, pro quo fuit condemnatus: quia licet appellet à ſententia; tamen adhuc poteſt detineri, & ſic Iudex à quo innouat detinendo in futurum & non liberat ipſum, vt not. Bald. *in l. ſi clericus.* 2. *verſicul. ſed incidenter. C. de Epiſ aud.* Specul. *in tit. de app. §. nouiſſime, colum.* 1. *verſ. tertius, &c* Alex. *in addit. ad Bart. in l.* 1. *ff. de cuſto. reo.* Bar. *in d. l. ab executione. C. quor. app. non rec.* vide *in l. eos.* 6. *§. ſuper his.* 3.
190 *C. de app.* & *in l. minime.* 12. *eod. tit.* † Et ſi iſte carceratus eſſet remittendus ad iudicem appellationis, debet mitti cum cuſtodibus ad expenſas ipſius carcerati, ſecundum Bald. *in l. generaliter.* 12. *§. hu de praſentibus.* 4. *C. de reb cred.* † Vndecimo LIMITA, non
191 procedere, quoad impediendam abſolutionem ab excommunicatione nō obſtante appellatione, tex. eſt, & ibi Abb. *in col.* 3. & Phil. & Car. *in c. quaſ-ente.*
192 25. *de appel.* † Duodecimo LIMITA; vt non poſſit iudex appellatione pendente, innouare contra appellantem, ſed pro eo poteſt innouare, ſecundum Innoc. *in c. quia propter.* 42. *de elect.* & Soc. *in conſ.* 45 *co-*
193 *lum.* 3. *in fi.* 1. *vol.* † Decimotertio LIMITA, non procedere, quando ſententia fuit lata contra poſſeſſorem beneficii in curia Romana; quia tunc interim, ſi fuit appellatum, beneficium ſequeſtratur per Ordinarium loci, *iuxta Clem. ad compeſcendas.* 1. *de ſequ. poſſ. & fruct.* nam tunc etiamſi ab Ordinario appellatur, poteſt interim procedere ad ſequeſtrum, non obſtante appellatione, ſecundū Cat. *in d. Clem.*
194 1. *in* 9. *not* † Decimoquarto LIMITA, quando appellatus attentaret aliquid in præiudicium appellationis ſuam poteſt iudex a quo ſe intromittere, & reparare, non obſtante appellatione; puta, ſi appellans turbatur in poſſeſſione per aduerſariū, appellatione pendente; nā poteſt iudex à quo, reformare ſibi poſſeſſionē, caſus eſt *in d. c. cum teneamur.* & ibi Abb. *in fi. col.* & per alios Doct. *ibi de app.* † Decimo- 195
quinto LIMITA, non procedere in eo, cui factum eſt mandatum, vt veniat ad reſidendum in loco beneficii; quia ſi interim appellat, poteſt iudex à quo, pendēte appellatione, ponere vnum ſubſtitutum in dicto beneficio, qui interim nutriatur de fructibus illius beneficii, tex. eſt *in c peruenit.* 28. *el.* 2. *de app.* † Decimoſexto LIMITA generaliter; quia 196
Iudex à quo, poteſt pendēte appellatione attentare omnia illa, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, dummodo ſe non impediat de ipſa appellatione, ita tenet Abb. per illum tex. *in c. ex literis.* 2. *de mat. contract. cont. interd. eccleſ.* & *in d. c. cum teneamur, in* 1. *not. de app.* † Decimoſeptimo LIMITA, non procedere quo ad taxationē expenſarū; 197
quia Iudex à quo, poteſt pendēte appellatione, taxare expenſas, ad quas condēnauit; quia nō dicitur innouare, ſed potius declarare pronunciata, ita tenet Lapus *in allegationibus ſuis, in allegat.* 72. *incip. in cauſa matrimoniali, &c.*

Decimo octauo LIMITA, † non procedere contra adminiſtratorem alicuius loci pii, qui ſi fuit 198
condemnatus ad reddendum rationes, & appellauit, poteſt interim Iudex à quo ipſum conſtringere ad reddendum rationes, non obſtante appellatione, ita pulchre tenet Ang. *in §. œconomos, in fin. in auth. de ſanct. Epiſc. col.* 9. *tit.* 6. † Decimonono LIMITA, niſi appellatio ſit deſerta: quia tunc non 199
obſtante appellatione poteſt iudex à quo, procedere ad executionem; quia habetur ac ſi appellatum non eſſet, vt deciſum hodie in regno, per conſtit. *Appellationum tempora.* † Verum ſuper illo dubio, an 200
iudex à quo pronūciet deſertam, vel iudex ad quē? ſcias, quod ſi appellatio deſerta efficitur ex nō proſecutione; ſi quidem nunquam ſit aditus iudex ad quem, & nullus actus eſt factus coram eo; & tunc non eſt opus alia pronuncia, ſed pars appellata poteſt adire iudicem à quo, vt ſententiam exequatur, & ſi ille videt lapſum terminum iuris, vel hominis, ad proſequendum, pronunciabit illam deſertam, & condemnabit appellantem ad expenſas, & ob hoc eſt vtile, vt pronuntietur, propter condemnationem expenſarum, ſecundum Abb. *in c. ſepe* 44. *colum.* 3. *de appel.* Verum poteſt, ſi vult, exequi ſine alia pronuncia; & hoc etiam eſt vtile, vt cauſa citius expediatur, ne detur materia vlterius appellandi. Si vero fuit aditus Iudex ad quem, & appellatio fuit corā eo introducta; & tunc ipſe debet pronunciare ſuper deſertione, & non Iudex à quo, ita diſtinguit notabiliter Phil. *in c. ex ratione.* 8 *colum.* 19. *in fin. verſ. circa ſet timum. &c. de app.* Felin. *in c. ex parte.* 12. *el.* 2 *colum.* 6 *fin.* & *ſeq. col. pen de reſcript.* Adde tex. & ibi Bald. *in l ſi contra.* 8. & *in l. præcipimus.* 32. *§. in hu.* 2. *C. de appel.* & ibi per Bart. adde etiam Alexand. *in l præſes.* 27. *ff de re iudic.* † Et quod poſſit ap- 201
pellari à ſententia, per quam pronunciatur appellatio-

lationem eſſe deſertam tenet Phil. *in d.c. ex ratione, colum. 13. verſ. circa n. num, &c.* [Adde Gail. *lib. 1. obſ. 138. numer. 4.*] vnd. cauſa vitandi appellationem, cautius eſt, vt iudex à quo exequatur ſine alia pronuncia Iudicis ad quem: vt declarat plene Philip. *in d.c. ex ratione. col. antep in fin. & col. pen.* & Angel. *in*
202 *conſil. 140.* & Bald *in conſil. 190. in 3. volum.* † Hodie tamen communiter ſeruatur in Regno, quod quando eſt deſerta appellatio, quæ erat introducta coram Iudice ad quem, ſoleat pars appellata adire Iudicem ad quem, inſtare, vt reſcribat iudici à quo, vt exequatur ſententiam, ex quo appellatio eſt deſerta, qui Iudex ad quem, reuiſo calendario proceſſus, ſi liqueat ei ex eo, quod appellatio eſt deſerta, non facit aliam pronunciam, ſed reſcribit tantum per literas Iudici à quo, vt ſententiam exequatur, ex quo liquet ſibi appellationem eſſe deſertam, & ſic iudex à quo, ad literas iudicis ad quẽ, exequitur ſententiam, & iſta communis practica, quam vidi ſeruari in hoc Regno: & tenet Andr. de Iſern. in conſtit. *Appellationum tempora, colum. 3. in*
203 *princip.* & ita Matth. *in 5. colum. princip.* † Imo, quando Iudex ad quem, pronunciat, appellationem eſſe deſertam, non requiritur citatio partis, ſecundum Philip. *in d.c. ſepe, colum. 7. de appel.* & eſt hodie cautum in Regno, quod ſit decretum, qualiter eſt deſerta, ſed non legitur: vt eſt ritus magnæ curiæ. *in num. 129. incip. item ſeruat ipſa curia, &c. ſub rubric. de appellationibus.*
204 Vigeſimo † LIMITA, non procedere in ſententia lata contra officialem in ſyndicatu; quia nõ ſuſpenditur per appellationem, vt eſt regia prag. quæ incip. *Regiæ dignitati* ꝙ intellige de diffinitiua, ſed ab interlocutoria, & grauamine incidẽti poteſt appellari, ſecundum Bar. *in tract. ſynd. in verſ. appellatio. colum. 8.* Item, à ſententia ferenda poteſt appellari,
205 ſecundum Par. *ibid. colum. 7 in fin.* † Vigeſimo primo LIMITA, non procedere, quando Iudex à quo vult ſtatuere terminum appellanti ad proſequendum, vel ad ſe repræſentandum coram Iudice ad quem: nam licet, pendente appellatione, cenſeantur ligatæ manus iudicis; non tamen cenſentur ligatæ quoad hoc, quia poteſt Iudex à quo ſtatuere terminum competentem, & breuiare tempus iuris, intra quem terminum ſi appellans non ſe præſentat Iudici ad quem, vel non proſequitur appellationem, remanet appellatio deſerta, & poteſt ſententiã exequi, tex eſt. *in c. perſonas. 4. & ibi* Abb. & Phil. *in c. eum ſit Romana 5. & in c. oblat. 57. & in c. reprehenſibilis. 26. & in c. ſepe. 44. de app* Spec. *in titul. de app. §. nouiſſime, verſ. 15. & verſ. 16.* Card. *in Cle. 1 in 12. q. de app.* & Bartol. *in l. præſes 27. C. de app.* in hoc tamen ſi vis ſcire qualem terminum poſſit iudex aſſignare appellanti, vide notabiliter Phil. *in d. l. perſonas. colum. 1. de appel.* vbi declarat 9 modos dandi terminũ in hac materia. Et primus eſt, ad iter arripiendum ad Iudicem appellationis, quem terminum dat Iudex à quo, *c. ſuper eo* . *8. el 2. de app.* Secundus eſt, ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, & iſte ſimiliter dari poteſt, vt *d. c. perſon.* Tertius eſt terminus ad ſe præſentandum cum apoſtolis: de hoc habetur *in d. l. præſes.* & ibi per Bal & hic ſimiliter dari poteſt, vt ibi. Quartus eſt terminus ad recipiendum apoſtolos petitos: nam poteſt Iudex à quo ſtatuere certum terminum appellanti, intra quem debeat recipere apoſtolos, quo elapſo, ſi non recipit, appellatio eſt deſerta, vt *in Clem. quamuis 2. de app.* Quintus eſt terminus ad proſequendam appellationem, & iſte etiam dari poteſt, *& c. cum cauſa. 8. de re iud. & c. ad hæc. 20. el 3. de appel.* quidquid tenuerit Bartol. *in d. l. præſes.* cuius opinio in hoc reprobatur. Sextus eſt terminus ad ſe præſentandum, & redeundum cum literis impetratis: & hoc fieri non poteſt per Iudicem à quo; quia eſſet imponere legem Superiori, *c. ex inſinuatione. 50. & ibi Abb. de appel.* Septimus eſt terminus ad præſentãdum, vel proſequendum, & faciendum fidem de ipſa proſecutione; & hoc minime fieri poteſt ad faciendum deſertam appellationem elapſo termino: alius terminus eſt ad finiendam appellationem coram iudice ad quem, & hoc minime fieri poteſt; quia imponeret legem Superiori, vt *d. c. ex inſinuatione.* quæ omnia proſequere, vt per Phil. *in d. c. perſonas. & deciſ. Rot. 94. in nouis.* Vigeſimoſecundo LIMITA; † quia iudex 206
à quo, poteſt pendente appellatione examinare teſtes ſenes, vel valetudinarios, ad perpetuam rei memoriam, & non dicitur innouare, ita per plura tenet Matt. de Afflict. *in conſt. probationum incurſibus, colum. 2. in fi.* SECVNDAM REGVLAM PRINCIPALEM, ſcilicet de appellatione ab interlocutoria, † LIMITA PRIMO, non procedere, quando 207
fuit iudici à quo inhibitum per Superiorem, quia tunc non poteſt vlterius procedere in illa cauſa: vt eſt tex. *in d. c. nõ ſolum. 7. de app. li. 6.* & not. Ang *in conſil. 117* Quod tamen intellige, quãdo inhibitio fuit legitime interpoſita, & cũ cauſæ cognitione & parte citata; nam quando eſt appellatũ in caſu, in quo non debuit appellari, vel quia cauſa eſt iniuſta, vel appellatio eſt friuola & fruſtratoria; tunc nunquã debet iudex ad quem inhibere, niſi prius adhibeat cauſæ cognitionẽ ſuper iuſtitia appellationis, alias inhibitio non valet: vt not. Spec. *in tit. de appel. § de officio, verſ ſed quæritur.* Fel. *in c. dilectus. 29 el 2. col penult de reſcript.* pro hoc eſt tex. *in c. Roman. 3 §. ſi vero, & §. ſi autem. & ibi Gemin. de appel. lib. 6.* Item quod debet fieri parte citata inhibitio, alias non valet, tenet Alex. *in conſil. 91. colum pen. in 2. vol.* & Franc. de Aret. *in conſil. 20. colum pen. verſic. circa ſecundum, &c. & conſil 33. col 5.* & Alexan. *in l Titia. 34. in fin. ff. ſolut. matr.* vbi dicit hanc eſſe communem opin. & idem Alex. *in l. ſi ſe non obtulit. 4. § condemnatum. 6. col. 4. & in fin. ff. de re iud.* & Alex. *in conſil. 9 in 4. vol.* & Iaſ. *in l. ſi opus. 6. colum. 2. in fin ff. de oper. noui nunc.* vnde dicit notabiliter Abb. *in c. cum veniſſent. 2. col. 2. in 4. notab.*

208 *notab. de reſt. in integr.* quod † inhibitio iudicis contra ius facta, non inducit nullitatem actus poſtea
209 geſti. Secundo LIMITA, † niſi iudex à quo detulerit appellationi coram eo interpoſitæ ab interlocutoria, quia deferendo ſeu admittēdo ipſam, ligat manus ſubiipſi, & ipſemet tunc ſibi inhibet; vnde non poteſt vlterius in cauſa procedere, tex. eſt *in c. cum appellationibus. 5.* & ibi Gemin. *de appel. lib. 6.* & Bar. *in l. ſiue qui. 4. col. 3. de app. recip. in l. intra vtile. 39. col. 2. ff. de min.* & Socin. *in conſil 38. colum. 7. in fi. 1. vol.*
210 An autem † teneatur deferre iudex appellationi? Dic, quod ſic, ſi eſt interpoſita ex iuſta cauſa. alias punitur, tex. eſt *in c. priore. 31. de appel. & in l. quoniam iudices. 21. C. de appell.* & circa iſtam pœnam eſt varietas inter ius Canonicum & Ciuile; quia de iure Canonico; ſi cauſa eſt criminalis, iudex non admittens deponendus eſt, ſi vero eſt ciuilis, punitur pœna arbitraria, ſed de iure Ciuili, ſi cauſa eſt criminalis, punitur pœna arbitraria, ſi ciuilis, punitur ad triginta libras auri, *in d. l. quoniam iudices*, ita declarat Phil. *in d. c. de priore, colum. fin.* & Lud. Rom. *in conſil. 501. colum. 1.* Verum aduerte; quia Phil. *in d. c. de priore, in fin.* dicit, quod iſtæ pœnæ ceſſant, vbicunque appellatur à mera interlocutoria, ex quo iudex poteſt procedere antequam ſit ei inhibitum. ex hoc ſequitur, quod non teneatur deferre: in hoc ego puto, quod non bene loquitur Phil. quia, ſi appellans ab interlocutoria mera, aſſignat aliquam rationabilem cauſam, ex qua, ſi vera ſit, apparet grauamen, tenetur iudex appellationem admittere; quia ad hunc effectum voluerunt iura, quod cauſæ grauaminis exprimantur, vt ſi videantur iuſtæ, debeat iudex admittere appellationem, aut ſpecificare cauſam rationabilem, quare non admittat, vt dicit tex. *in c. cordi 1. de appel. lib. 6.* vnde ſi iudex repellit appellationem ab interlocutoria ex rationabili cauſa interpoſita, puto quod ita punitur, ac ſi repuliſſet appellationem à diffinitiua, & ita in effectu concludit Card. *in d. c. priore, in fin.* qui melius loqui videtur, & Lud. Rom. *in conſ. 501. colum. 1.*
211 *& 2.* Quid autem, † ſi iudex non admiſit ſimpliciter appellationem, ſed cum illa clauſula, *ſi & in quantum*; prout communiter ſcribi ſolet admiſſio per actorum magiſtros, an per illa verba habeatur pro admiſſa, vel pro non admiſſa? Lud. Rom. tangit hanc quæſt. *in d. cōſ. 501. col. 2.* & concludit, quod ſi appellatio erat iuſta, & ex rationabili cauſa interpoſita, quæ de iure admittenda erat, habetur pro admiſſa, alias ſi admittenda non erat, habetur pro non admiſſa; & ſic illa clauſula refertur ad iuris diſpoſitionem, idem tenet Ph. *in c. cum contingat. 36. col. pen. de off. del.* Phil. & Card. *in c. ſæpe. 44. in 2. notab. de appel.* Bald. *in l. edita. 3. in repet. aduana, colum. 17. verſ. item dubitatur, ſi iudex, &c. C. de eden.* Bar. *in l. Ambitioſa. 4. colum. pen. in fin. ff. de dec. ab ord. fac.* & Angel. *in conſil.*
212 *217. in 5. colum* & iſta eſt veritas. Tertio † LIMITA, niſi appellaretur à tali interlocutoria, quæ cōtinet grauamen irreparabile, & executionem irretractabilem, vt ſi iudex interloqueretur, aliquē eſſe torquendum; quia tunc, pēdente appellatione, ſtatim ligantur manus iudicis ante aliam inhibitionem, ſicut quando appellatur à diffinitiua, ſecundū Bal. *in l. generaliter 12. §. iuramento. 1. col. 2. verſ. ſed quid ſi eſt talis, &c. C. de reb. cred* facit quod not. Bar. *in l. ante ſententiam. 2. colum. 2 & 3 ff. de appel. recip.* Bal. *in l. ſi clericis. 2. col. 1. C. de epiſ. aud. & in l. ſi quis prouocatione 30. C. de appel. in l. ante ſententia. 7. col. 1. qu. 7. appel. non recip.* Par. *in tract. ſynd. in verſ. tortura. in vit. hart. verſ. an ab interlocutoria, &c.* & And. de Iſer. in conſt. *Intentionis.* & hoc hodie eſt prouiſum in Regno per capitulum regni, quod incipit, *Si iuſte* quo cauetur recipiendam eſſe appellationem à tortura, & ſi iudex noluerit admittere, ſed proceſſit ad torturam poſt appellationem, ſi quidem tortus fuit mortuus vel in tormentis, vel per condemnationem ad mortem; tunc iudex debet vltimo ſupplicio damnari. ſi vero non fuit mortuus in tormentis, nec aliter cōdemnatus, adhuc tunc iudex debet damnari ad pœnam carceris biennalis, & ad publicationem tertiæ partis ſuorum bon. Si vero tortus fuit cōdemnatus ad aliam pœnam per iudicem, præter mortem; tunc iudex eādē pœnā ſcribere debet. ita hæc omnia deciduntur *in d. c. ſi iuſte.* & eſt *in nu. capitulorū Regni. 143.*

TERTIO, principaliter ſequendo ordinem præpoſitum, QVÆRO, † QVANDO FIAT APPEL- 213
LATIO? Dic, quod debet fieri intra 10. dies, à die latæ ſententiæ. vt eſt tex ſæpius alleg. *in auth. hodie. C. de appel. & in c. cum dilecti. 32 in fin. de elect. & in c. ſignificauerunt. 36. de teſtib. & in c. quod ad conſultationem 15. de re iud.* Quod amplia procedere nō ſolum, quando appellatur à diffinitiua, ſed etiam ab interlocutoria, debet appellari intra 10. dies, tex. eſt, & ibi glo. *in verb. dies, in d. c. ſignificauerunt & in d. c. cum dilecti, in fi. gl. in c. cum ceſſante. 60. de appel.* & Bal. & Iaſ. *in l. ſi ab arbitrio. 10 ff. qui ſatiſd. cog.* imo etiam à quocunque grauamine, & actu etiam extraiudiciali debet appellari intra 10. dies, à die illati grauaminis, vt not. Soc *in conſil. 45. colum. 4. in fin. 1. vol.* Sed † de 214
iure *ff orum & Cod.* erat minus tempus, ſcilicet; quia in cauſa propria poterat quis appellare ſolum intra biduum, in cauſa aliena intra triduum, & non vltra, vt eſt tex. *in l. eos. 6. §. ſin autem. 5. C. de appell. & in l. ſi quidem 1. §. biduum. 5. & in §. dies. 7. & in §. in propria. 11 ff. quand. appell. ſit.* Hodie vero per ius *Authenticorum.* eſt auctum tempus, vſque ad decem dies, vt ſupra, quo termino elapſo, ſi non appelletur, ſentētia tranſit in rem iudicatam, & executioni mandatur, vt *d. c. quod ad conſultationem* & currit iſtud tempus de momento ad momentum à die latæ ſententiæ, vt eſt gl. & ibi etiam Bar. *in d. §. dies.* LIMITA tamen hoc, † dummodo appellans ſciuerit latam eſſe 215
ſententiam contra ſe, quia tunc currunt decem dies à tempore latæ ſentētiæ. Secus, ſi ignorauerit; quia etiam ſi ſtetiſſet per menſem vel annum, & vltra,

Fff ſemper

ſemper poteſt appellare, poſtquam ſcire incœpit; nam à die ſcientiæ currunt ſibi 10. dies, *c. concertationu.8.de appellat.lib.6.*glo.& Bar.*in d.authent. hodie. C.de appellat. & in c. ab eo. 6. de appellatio. libr. 6.* tex. *in l.1.§.final ff.quand.appel.ſit.* ex hoc ergo ſequitur, quod iſtud tempus eſt vtile in principio; quia nunquam incipit currere impedito, ſed poſtea efficitur continuum, vt eſt tex. & ibi Bart.*in d.l.1.§.dies.* quibus adde Spec.*in tit.de appel.§.reſtat. verſ.ſed nunquid.* tamen bonum eſt, vt proteſtetur appellans, quando videt ſe impeditum, maxime quando fit per iudicem, ſecundum Bar.*in d.§.dies.* Secundo † LIMITA, niſi grauamẽ illatum haberet tractum ſucceſſiuum; quia tunc ſemper poteſt appellari, quandiu durat grauamen, etiam poſt 10. dies, ita tenet Ioan. Andr.*in c.dilectis.29 el 2.de reſc.*& Bald.*in l.ſi clericus. 2.colum.2.in fin.verſic.ſecundo quaro, C.de Epiſc. aud.* & Spec.*in tit.de appell.§.reſtat.verſ.& not.ſecundum Vinc.* idem tenet Angel.*in d.auth. hodie.* & Paris *in tract. ſyndic.verſ. appellatio, colum.2.* in quibus locis ponitur exemplum de eo, qui detinetur in carcere. Nã ſemper poteſt appellare; quia ſemper grauatur, ita etiam tenet Phil.*in c.ſuper eo.12. el 2.col.1.de appel.in c. ex parte.47.el.col.2. eo. tit.* vbi notanter limitat hoc de mente Bald *in d. c.de teſtibus. extr. de teſtib.* non procedere, quando iudex expreſſe fuiſſet interlocutus, illum fuiſſe iuſte carceratum: quia tunc debet appellari intra 10. dies à die prolationis interlocutoriæ, alias tranſiret in rem iudicatam, & vlterius appellare non poſſet, quibus adde Alex.*in l.inficiando.67.§.infans.2.in add.ad Bar.ff. de furt. in l. ne quis.1.§.1.ff.de fer.& in l.eum, qui 30.§.in popularibus.3. ff.de iureiur.* Et † poteſt appellatio præſentari etiam in die feriata ad honorem Dei, ſecundum Bar. *in d. l.1.§.dies.ff. quan.app.ſit.* Card.*in Clem.quamuis.2.§.ſimiliter,in 2.q.in fin.de appel* & eſt gl.*in c.appellatio,9.in verb.lecta, de appel.lib.6.* Bald.*in l.quoniam. 1.per illum text. C.de fer.*& Fel.*in c.fin col.5.de fer.* Ex prędictis infertur, † quod ſi aliquis ſine mandato, alieno nomine appellauit ab aliqua ſententia, debet illã appellationem ratificari facere à domino litis intra 10. dies, computandos à die, quo ſciuit latam eſſe ſententiam contra ſe, alias elapſis 10. diebus, non poſſunt ratificare, & ſententia tranſiret in rem iudicatam; quia ratificatio debet fieri intra tempus habile, *l. bonorum 24.ff.rem rat.haber.* ita tenet Spec. *in tit.de appel.§.1.verſic.porro;*& Petr. Phil. Corn.*in cõſil.92.col.2.in litera A.in 3.volum.* nam actus iudiciarii debent fieri per legitimam perſonam habẽtem ſpeciale mandatum, *l.licet.24. C.de procur.* & ſi fuerint facti ſine mandato, debent ratificari intra tempus habile, alias non valent: vt dicit ibi Petr. Phil. Cor Et pondera: quod verba Spec. vbi ſupra, dicũt, quod debet appellationem ratificare intra 10. dies à tempore, quo ſciuit appellatum, & non dicit à tẽpore ſcientiæ latæ ſententiæ; ego puto, ꝗ debet ratificare intra 10. dies à tempore, quo ſciuit ſententiam eſſe latam, per ea, quæ habentur *in d.authenti hodie.* quia ex illo tempore currũt ſibi 10. dies ad appellandum; ergo illimet dies currunt ſibi ad ratificandum; quia illud cenſetur tempus habile, *per d.l. bonorum.* & iſta eſt püra veritas. † VISO PRIMO TEMPORE appellandi, VIDEAMVS nunc DE SECVNDO TEMPORE, ſcilicet petendi APOSTOLOS; & ſcias, quod de iure communi APOSTOLI debent peti intra 30. dies, & etiam recipi, vt eſt tex. *in l.iudicibus.24.C.de app.& in c ab eo.6.de appel.lib.6.* adeo, quod ſi appellans intra dictum tempus non petat, vel recipiat apoſtolos, cenſetur appellationi renunciaſſe, & efficitur appellatio deſerta, vt *d.c.ab eo,& Clem.quamuis2.de app.* & quando ſtaret per Iudicem, qui requiſitus, non dat apoſtolos, debet appellans proteſtari, vt habetur *in d. Clem.quamuis.*& per gloſſ.*in l.poſt appellationem.vnic. ff.de libel. dimiſſ.* Sed dubitatur, † quando incipiant currere iſti 30. dies, vtrum à die ſententiæ latæ, vel à die appellationis? in hoc magna fuit varietas Doctor. quos refert *deci. Rota.26.in nouis.*& Card. *in c. vt debitus.59. col. 22. de appellat.* nam aliqui tenent, quod currunt à die ſententiæ latæ, per tex. qui hoc dicit expreſſe *in d.l iudicibus.* Alii tenent, quod currunt à die appellationis interpoſita, & hanc opin. tenet Hoſt.*in c.cordi nobis.1.de appell.lib. 6.* ſed Card. *in d.Clem quamuis, in princ.in 4. q.* tenet ſimpliciter primam opin. per *d.l. iudicibus.* ſed quidquid teneãt alii, magis communis opinio eſt, vt dicamus, quod ſi appellans habuit notitiam ſententiæ latæ: currat ſibi tempus à die ſententiæ latæ, & ita procedit *d.l.iudicibus.* Si vero non habuit notitiam, quando fuit lata ſententia; & tunc triginta dies currant ſibi à die ſcientiæ, à quo die habuit facultatem appellandi: quia ſi aliter diceremus, ſequeretur vnum inconueniens, quod poſſet appellans ignorare per 30. dies, & ſic eſſet ſibi ignoranti lapſum tempus petẽdi apoſtolos, cui non eſſet lapſum tempus appellãdi, per ea, quæ not. gloſſ. & Bar. *in d. auth.hodie.* & tex.*in d.c.concertationi.8.de appell.lib.6.* & iſtam opinionem tanquam æquiorem, & iuri conſonam teneo, quam tenet gloſſ.*in d.c.ab eo.*& ibi etiam Gem. & eſt de mente Ioan. And.*ibi,& d.dec. Rota.29.in nouis* Sed † iſtud tempus petendi apoſtolos intra 30. dies, eſt de iure communi, vt dixi; poſſet tamen dubitari, an hodie in Regno ſeruetur, cum cõſtit. *Appellationum tempora.* ſtatuerit ſimpliciter terminum 30. dierum ad proſequendum coram iudice ad quẽ poſt interpoſitam appellationem? Dic, quod in Regno non ſeruatur. ſed iſtud tempus 30. dierum includitur in tempore 50. dierum; vnde ſufficit, quod appellans petierit apoſtolos infra 50. dies, & illos præſentauerit iudici ad quem; vna cum proceſſu, & ſic quo ad hoc eſt correcta *d. l. iudicibus.* ita tenet Andr. de Iſern.*in c.ſi autem, colum.2.in fin & ſeq. quo tempor.mil.* & idem Andr.*in d.conſtit. Appellationum tempora.in princ.*& ibi etiam eſt gl.& hoc eſt confirmatum

matum per ritum magnæ curiæ *in n.189.incip. Item ſeruat ipſa curia, quod quando, &c.* & magis clare firmatur per Regiam prag.quæ incip.*appellationũ tempora.*& eſt *in nu.prag.23.* quæ expreſſe confirmat tẽpus inductum per conſtit.Regni in proſequẽda appellatione. Sic ergo in Regno, in curia ſeculari ſeruatur diſpoſitio conſtit.Regni,& Regiæ pragmaticæ,ſed in curia Eccleſiaſtica ſeruatur diſpoſitio iuris Canonici,ſcilicet *d.c.ab eo,& d.Clem.quamuis.*vt recipiantur apoſtoli intra 30.dies;quia in hoc non repetitur correctum ius canonicum. Ex hoc infer-
222 tur,ꝙ in † Regno,in curia ſeculari ſuperuacua eſt illa quæſtio ſuperius facta, ſ.ex quo tempore incipiant currere 30. dies ad petendum apoſtolos?quia habemus cõſtit.expreſſe loquentem, quod 30. dies currunt à die interpoſitæ appellationis: vnde ab illo die habet idem tempus ad petendum apoſtolos, ſecundum And.de Iſern.*vbi ſupra.* Bene verum eſt, quod procedit illa quæſtio de iure Canonico,& ſic
223 in curia eccleſiaſtica. Prædicta LIMITA, † ſcilicet de iure Canonico, niſi iudex ſtatuerit certum terminum appellanti ad recipiendum apoſtolos : qui ſi intra illum terminum ſtatutum non recipit, vel petit illos, & non proteſtatur,appellatio remanet deſerta,non expectato aliter lapſu 30.dierum; quia iudex à quo poſſet ſpecialem & breuiorem terminum ad hoc ſtatuere:vt eſt tex. *in d.Clem.quamuis,*
224 *de appell.*& ibi per Card.& Doct. SED † CVIVS EXPENSIS DEBEANT MITTI, SEV PRÆSTARI APOSTOLI: vtrum expenſis appellantis, & petentis,vel iudicis? Communis concluſio eſt, & vera,quod dentur expenſis appellantis, gl. eſt *in ver. oblatos.in d.Clem.quamuis.2.de appell.* & ibi Card. *in §.verum.3.notab.& in §.ſimiliter.in 5.quæſt.* Bald.*in l. eos.6.§.apoſtol.vlt.col.3.verſicul.quari conſueuit , &c. C.de appell.*& Alex.*in addit.ad Bart.in l.ſi poſtulauerit. 27.ff.de adult.* Iſtorum autem apoſtolorum plures
225 ſunt † ſpecies,quas omnes numerat Spec. *in 3.parte Spec.in tit.de appel.§.ſequitur,per totum.* Sed quantum ad materiam noſtram , TRES tantum SPECIES ſunt in frequentiori vſu : videlicet APOSTOLI DIMISSORII, & iſti dicuntur, quando iudex admittit appellationem, & ſcribit literas dimiſſorias, cum quibus dimittit appellantem iudici ad quem, illæ literæ ſignificantes, ꝙ admiſit appellationem: dicuntur apoſtoli dimiſſorii,de quib.loquitur *l.1.ff. de libel.dimiſſ.& c.ab eo.8.de appell. lib.6.& c.ab eo.24. 2.q.6.* Alii dicuntur APOSTOLI REFVTATORII: vt quando iudex à quo non vult admittere appellationem;tunc ſcribit literas ſignificantes qualiter refutauit,& non admiſit appellationem: & de iſtis loquitur tex.*in l.fi.§.in refutatoriis.1.C de app.*Alii dicuntur APOSTOLI REVERENTIALES , vt quando appellatio non erit admittenda, ſed iudex eam admiſit ob reuerentiam ſuperioris, de quib.habetur *in l.eos.6.§.ſuper his.3.C.de appell. & in c.cordi.1.de appell.lib.6.*de iſtis tribus ſpeciebus apoſtolorum vide Card.Alex.*in c.vt debitus.col.18.in fin.& ſeq.de ap.* & Spec.plene *in d.§.ſequitur.* vbi ponit formam omnium iſtorum apoſtolorum,& vide Ab,*in c.bonæ. col.2.verſ.quinta differentia,& c.de appel.*Vnde † autem 226
dicũtur apoſtoli?dic ab ἀπό, quod eſt ſupra, & ςολὴ, id eſt miſſio : quaſi literæ miſſæ ad ſuperiorem,ita declarat Card. *in d.Clem.quamuis.in princ.in 2 q.de app.*& vide gloſſ *in ver petat.in d.c.cordi.* An † autem 227
in appel.extraiudiciali debeant peti apoſtoli? gloſſ. *in d.c.cordi,in verſic vel extra.* videtur tenere, quod non,ſed gl. *in c.vt ſuper.4.in verſic.ille iudex,de appel. lib.6.*tenet,quod debent peti ſub conditione, ſcilicet,ſi eſt,qui illos dare poſſit. Super hoc concludo, quod quando appellatur à iudice extraiudicialiter procedente,ſemper peti debent apoſtoli: quia eſt, qui illos dare poſſit,ſcilicet iudex , ſed quando appellatur à parte, non puto quod ſit neceſſarium illos petere;quia non eſt,qui illos det. Tamen tutius eſt quod tunc petantur ſub illa conditione,vt dicit gloſſ.*in d.c.vt ſuper.*& ita tenet Phil.*in c.bonæ.5.col.6. in fin.verſic.6.requiritur,& c.de appel.*& ibi etiam ſentit Abb.*in 2 colum.in 4.& 5.differentia* SEQVITVR modo VIDERE DE TERTIO TEMPORE , ſcilicet † proſequendi appellationem, ſuper quo ſcias, 228
quod eſt varietas inter ius commune & ius conſtitutionum : nam de iure communi appellans poſt interpoſitam appellationem , habet vnum annum ad proſequendum coram iudice ad quem, & iſtud appellatur PRIMVM FATALE , & ſi eſt impeditus,habet ex cauſa SECVNDVM FATALE , vt eſt text.*in auth ei,qui appellat.C.de temp.appell* & habetur *in c ex ratione.5.de appel.*& eſt tex.*in Clem.ſicut,de app.*vbi dicitur hoc producere,tam in appellatione iudiciali,quam extraiudiciali.

[Quanti temporis impedimentũ eſſe debeat , in primo anno,vt ſecundus detur,vide Trentacin.*lib. 2.pract.reſol.de ap.reſo.10.n 4 & ſeq.*vbi varias doctorum opiniones ſuper hac re late examinat. & *nu.7.* ait,ſecundum annum, ante finem primi peti debere,alias ſententia trãſiret in rem iudicatam. Quid autem de impedimento probandum ſit , vt ſecundus annus obtineatur, vide *ibid num.9.*]

Si vero ẽt in ſecũdo fatali fuit impeditus,ſolet ei dari ẽt tertius annus,ex iuſtiſſima tamẽ cauſa,& iuſto impedimẽto:vt ꝓbatur *in d.c ex ratio.*& ibi Car. & not. Spec.*in ti.de app.§.nunc breuiter, ver.præmiſſa.* Quod tamen intellige,quãdo in toto ſecũdo anno fuiſſet impeditus,alias reſtituitur ei nõ annus integer, ſed tantũ tẽpus intra quãtum durauit impedimentũ:ita declarat Abb.*in d.c.ex ratione,in 4.co.*& iſtud tẽpus, ꝙ datur poſt ſecundũ fatale, datur ſolũ per viam reſtitutionis in integrum, & nõ ipſo iure.

[Adde Trentacinq. *lib 2.pract.reſolut.de appellat. reſolut.10.n.18.*vbi dicit hãc eſſe communiorem,& veriorem opinionem , quod mediante reſtitutione in integrum illud tempus concedatur. Quantum autem temporis concedi debeat , non conueni-

ueniunt Doctores; Trentacinqu. ex ſententia Decii tantum putat concedi debere, quantum ad expediendam cauſam appellationis neceſſarium ſit, licet communior ſit opinio, tantum ſaltem temporis reſtitui, ſeu concedi, quantum impedimentum abſtulit. [ſed primus & ſecundus annus dantur ipſo iure à lege, ſecundum Innocent. Abb. & Doct. *in d. c. ex ratione.* 8. & gloſſ. Bart. & Doct. *in d. authen. ei, qui appellat.* ſed de iure conſtitution. regni, eſt additum iſtud plus; quia poſt interpoſitam appellationem, dantur quinquaginta dies appellanti, intra quos debet recipere apoſtolos, & præſentare proceſſum coram iudice ad quem, & facere citari partem, & licentiatus recedere, alias appellatio eſſet deſerta: hæc omnia probantur in conſtit. *Appellationum tempora.* & ibi Andr. de Iſern. Deinde in antea præſentato proceſſu, & facta citatione partis, intra quinquaginta dies, habet appellans primum fatale, & ſic primum annum ſeruata forma iuris communis: quia conſtitut. Regni, non corrigit fatalia, ſed ſolum interponit illud tempus quinquaginta dierũ. Verum eſt ſciendum, quod fatalia incipiunt currere à die interpoſitæ appellationis, vt eſt text *in dict. Clemen. ſicut.* 3. *de appell.* & not. Abb. *in d. c. ex ratione.* 8. *in* 1. *notab.* vnde per hoc dico, quod illi quinquaginta dies interpoſiti per conſtit. includuntur, & ſic à die interpoſitæ appellationis, etiam hodie in regno currit annus ad proſequendum; cum in hoc iura communia non reperiantur correcta, *argum. leg. ſancimus.* 27. *C. de teſtam.* Iſta † autem obſeruantia de
229 quinquaginta diebus, procederet ſolum in regno, in curia ſeculari; quia Rex qui fuit auctor illius cõſtitutionis, non potuit imponere legem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis, per ea, quæ plene habentur per Abb. & Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ.* 10. *de conſtit.* vnde in curia Eccleſiaſtica ſeruaretur mea diſputatio, *Clem. ſicut. & Clem. quamuis. de appellat.* ſcilicet vt apoſtoli intra triginta dies, & proſecutio fiat intra annum, à die appellationis, & ſtante impedimento, datur ſecundus annus.

[De fatalibus proſequendæ appellationis, quanti ſint temporis, de iure cõmuni, & iure regni Neapol. & à quo tempore currere incipiant, vide Alexand. Trentacinqu. *libr.* 2. *pract. reſolut. de appellat reſolut.* 10. *num.* 1. 2. *&* 3. & Andr. Gail. *l.* 1. *obſeruat.* 1[illegible]. *in princ.* vbi *num.* 7. ait, eiuſmodi fatalia proſequendæ appellationis, vt & fatalia primæ inſtantiæ in cauſis ſimplicis querelæ, in Camera Imperiali non currere, & ſic *l. properandum. C. de iudic. & Authentic. ei qui. C. de appellat.* ibi, propter multitudinem cauſarum, locum non habere, ſed tantum tempora interponendæ, & introducendæ appellationis attendi. Si tamen fatalia proſequendæ appellationis, coram inferioribus iudicibus non ſint ſeruata, appellatio in Camera, tanquam deſerta, non recipitur, licet vbique fere locorum in iudiciis horum fatalium nulla habeatur ratio.]

Sed iuxta hoc quæritur, † an ſit neceſſe, quod appellans proteſtetur de impedimento, ad hoc, vt reſtituatur ſibi tempus? in hoc vera concluſio eſt, quod ſi ſtat per iudicem, debet proteſtari, & non ſufficit vna proteſtatio, ſed debet pluries proteſtari: ita dicit Alexan. *in conſil.* 19. *colum.* 2. *in* 1. *volum.* ponunt Doct. *in l. properandum.* 13. *§. ſin autem vtraq.* 8. *C. de iud.* & Bald. *in d. c. ex ratione, in fin.* Si vero impeditur alio impedimento, quam facto iudicis, non requiritur de neceſſitate proteſtatio, ſed ſufficit, quod poſtea impedimentum probetur. [Adde Alexand. Trentacinqu. *libr.* 2. *pract. reſolut. de appellat. reſol.* 10. *nu.* 19.] Cautius tamen eſt, quod ſemper proteſtetur de impedimẽto: ita pulchre diſtinguit Philip. *in d. c. ex ratione. col.* 4. *in fin. & ſeq. verſ. ſed dubitatur ad hoc, &c.* & ita intelligitur gloſſ. *in c. cupientes.* 16. *§. quod ſi per viginti.* & ibi Gemin. & Petr. de Anchar. *de elect. libr.* 6. & Bart. *in l.* 1. *§ dies.* 7. *ff. quando appellan. ſit.* & vide omnino Cardin. *in d. c. ex ratione. in* 4. *colum.* 230

[Quomodo autem impedimentum ſit probandum, an euidentiſſimis probationibus, an vero per iuramentum probare ſufficiat, vide Trentacinq. *lib.* 2. *pract. reſol. de appel. reſol.* 10. *nu.* 8.]

Vlterius ſuper iſta quæſtione dubitatur, vtrum elapſo primo anno, poſſit iudex indiſtincte ſententiam exequi, tanquam appellatione deſerta, ſi non conſtat aliter ſibi de impedimẽto? Doct. cõmuniter tenent, quod non; quia ſi non ſit lapſum biennium, iudex non poteſt exequi, quoniam ſententia non confirmatur ex ſolo lapſu primi anni, niſi etiam labatur ſecundus annus, dicit tex. *in d. authent. ei, qui appel.* & ita expreſſe tenet ibi Bart. *in fin.* & idem Bartol. *in l.* 1. *in fin. ff. nil. nouan. appel. penden.* & Bald. *in l. eos.* 6. *in princ. colum.* 2. *vt ſi ſcias tamen, &c. C. de appellat.* & Phil. *in d. c. ex ratione. col.* 24. *verſ. ſecundo quæritur, &c.* [adde Trentacinqu. *libr.* 2. *practic. reſolut. de appellat. reſolut.* 10. *num.* 10.] nam ſecundum Baldum *in dict. leg. eos.* elapſo primo anno, eſt dubium, propter impedimenta, quæ potuerunt interuenire; & ſic ſolus lapſus primi anni non certificat iudicem de deſertione, niſi labatur etiam ſecundus. ET LICET iſta opinio videatur eſſe magis communis, TAMEN mihi videtur, quod iſta ſimpliciter intellecta non procedat. ET PRIMO PONDERO, quod lex non dat ſecundum annum appellanti ſimpliciter, ſed conditionatiue, ſcilicet, exiſtente iuſta cauſa impedimenti, ita dicit textus *in dict. authent. ei, qui appel.* Ergo intentio legislatoris fuit, quod in primo appellatio ſit deſerta, ſi non probatur de iuſta cauſa habendi ſecundum annum, ſcilicet de impedimento. Cum ergo impedimentum conſiſtat in facto, oportet probari per eum, qui ſe fundat in illo, per ea, quæ habentur *in leg.* 2. *ff. ſi quis caut.* & per Bartol *in l. hoc iure.* [illegible]o. *ff. de verborum obligat.* Si ergo non appar et de impedimento, iudex habet ſuam intentionem fundatam ex lapſu primi

231

primi anni, vnde poterit ſententiam exequi, non expectato lapſu ſecundi anni. Et per hoc non videtur obſtare illud, quod dicit Bald. *in dict. leg. eos. 6.* ſcilicet, quod in primo anno eſt dubium propter impedimenta, quæ poterunt accidere; quia hoc eſſet præſumere impedimentum, vbi non probatur, quod eſt contra omnia iura: cum impedimentum ſit facti, & facta non præſumantur, niſi probentur, *l. in bello. 12. §. facti. 2. ff. de captiuis & poſtlim. cap. 1. de conſtitut. libr. 6.* & not. Petr. Philip. Corn. *in conſ. 171. colum. 8. in litera R. in 2. volum.* SECVNDO PONDERO ordinem legis, quæ primo dat primum annum, & poſtea ex cauſa dat ſecundum: nam ſi opinio illorum, qui tenent eſſe neceſſe labi biennium, eſſet vera, iſte ordo fuiſſet fruſtratorius; quia debuiſſet dicere lex, quod appellanti detur biennium, ad proſequendum: quo elapſo, appellatio efficitur deſerta, & non oportebat dari primum annum, & poſtea ſecundum, & lex nihil operatur fruſtra, §.
232 *quibus. in 1. conſtit.* TERTIO PONDERO; † quia lex appellat primum annum, primum fatale: & ſecundum annum, ſecundum fatale: vt eſt text. & ibi gloſſ. *in l. 2. in princ. C. de tempor. appellat.* & dicuntur iſta fatalia, à fato, id eſt morte; quia ſicut mors extinguit hominem; ita lapſus fatalium, ſeu vniuſcuiuſque fatalis, extinguit appellationem: ita declarat Abb. *in d. cap. ex ratione. colum. 3.* ſentit gloſſ. *in dict. leg. 2. in princ.* & Bald. *in l. fin. in princip. in 2. colum. verſic. modo reſtat, &c. C. de tempor. appellat.* Si enim primus annus non extingueret appellationem, nõ diceretur fatale, ſed quia lex ita appellat fatale primum annum, ſicut ſecundum: quod patet ex textu *in d. l. 2 in princi.* quæ dicit tempora fatalium, &c. & ſic loquitur in numero plurali de pluribus fatalibus. Ergo ita extinguit appellationem lapſus primi anni, non dato impedimento, ſicut lapſus ſecundi anni, adde Philip. *in dict. c. ex ratione. colum. 2.* QVARTO pro hoc DO textum formalem *in d. Clement. ſicut. 3. de appellat.* cui non puto poſſe dari rectum reſponſum. Nam ibi clare dicitur, quod per lapſum anni appellatio debet cenſeri deſerta, ceſſante iuſto impedimento, ergo non eſt opus expectare biennium, quando non liquet de impedimẽto. QVINTO PONDERO text. *in l. final. § illud. 4. C. de tempor. appellat.* qui expreſſe ſentit, quod elapſo anno, & hoc primo fatali mandatur ſententia executioni, niſi appellãs doceat de impedimento. SEXTO ad hoc PONDERO dictum Bald. *in d. c. ex ratione. 8. colum. 2. in fin.* vbi dicit, quod appellãs debet eſſe diligens in primo anno, diligentior in ſecundo, & diligentiſſimus in tertio. Si ergo requiritur diligentiſſimus in tertio; ergo requiritur diligentia in primo anno, ſequitur, quod ſi fuit negligens ſine aliquo impedimento appellatio remanet deſerta hanc opin. tenent Innoc. Anton. de Butr. & Imol. *in d. c. ex ratione.* & Ang. *in conſil 119.* vbi dicit, quod iſta opin. eſt vera ſicut Euangelium. SEPTIMO ad idem ADDVCO text. *in c. cum ſit Romana 5. de appell.* vbi eſt textus clarus, quod appellanti datur annus ad proſequendum, & ex iuſta, & neceſſaria cauſa, ſcilicet impedimenti, datur biennium. Ergo ſequitur, quod vbi apparet iuſta, & neceſſaria cauſa, non datur biennium; vnde ſequitur, quod iudex poteſt ſententiam exequi lapſo anno, ſi non conſtat de impedimento, & hoc videtur ſentire Bartol. *in authen. item ſi appell. C. de appellat.* vbi ponderat impedimentum anni, vt detur ſecundus. OCTAVO PONDERO; quia omnes Doctores communiter *in d. c. ex ratione. 8. & in d. authent. ei, qui appellat.* concludunt, † quando ſtat per iudicem, debet appellãs 233
in primo anno proteſtari: ad quid ergo requiritur iſta proteſtatio, ſi non diceremus, quod lapſo anno appellatio ſit deſerta? certe fruſtra fieret, ſi in omnẽ euentum daretur biennium: Et ſic per iſtas rationes & iura concludo, quod ſi elapſo primo anno non conſtat de aliquo impedimento: nec apparet aliqua proteſtatio, intentio iudicis eſt fundata ipſo iure in exequendo, vnde poterit ſentẽtiam exequi, *in d. Clement. ſicut.* tanquam appellatione deſerta.
Fateor † tamen, quod antequam exequatur, debet 234
citare appellantem, ad dicendum, quare ſententia executioni mandari non debeat: quia poſſet pars citata docere de impedimento, & ſic daretur ſibi ſecundus annus, alias ſi non docet, poterit exequi. Et quod debeat pars citari ſuper executione facienda, tenet Bart. *in l. 1. in fin. ff. nil. nouan. appell. pend.* & Alexand. *in l. præſes. 27. colum fin. ff. de re iudic.* & Abb. *in c. ex ratione. colum. final.* vbi tenet in effectu iſtam opinionẽ, quam modo tenui, ſcilicet quod elapſo primo anno iudex poteſt exequi, parte tamen citata. Idem, ſcilicet quod debeat pars citari, tenet Bald. *in l. ſi contra. 8. C. de appell in l. 2. in fin. C. de temp. appel.* vbi dicit eſſe ibi text. ad hoc meliorem de iure, & Philip. *in d. c. ex ratione. col. 24. verſic quarto quæritur, &c.* EX PRÆDICTIS ergo habes declaratos tres terminos, qui conſiderantur in appellatione, & remanet concluſio, quod vltimus terminus, ſcilicet proſequẽdi, eſt vnius anni vel duorum annorum, ſtante impedimento. LIMITA † TAMEN PRINCI- 235
PALITER PRIMO hoc, niſi iudex à quo, ſtatuerit breuiorem terminum ad proſequẽdum; quia eo elapſo remanet appellatio deſerta, & poteſt ſententiam exequi, vt *c. cum ſit Romana. 5. c. perſonas 4.* & ibi Phil. & Doct. *de appell.* & dixi plene ſupra *in præcedẽt. quæſtione principali. in 12 fallent.* & ſic non eſt neceſſe tunc expectare lapſum anni vel biennii. SECVNDO
LIMITA, † niſi de voluntate partium fuiſſet pro 236
rogatus terminus proſequendi appellationẽ; quia tunc poteſt durare vltra biennium, prout partibus placuerit; quoniam iſte terminus proſequẽdi appellationem, poteſt conſenſu partium prorogari, & etiam breuiari, ſecundum Bald. *in l. fin. col. 1. C. de temp. app.* & ibi etiam Bart. idem videtur tenere Alex. *in l. properandum. 13. in princ. C. de iud. & in addit. ad Bart. in*

*auth.ei qui appellat.* C *de tem.app.*& ibi etiam Bal.*in fi.*
*col.* Phil.*in c.ex ratione.co.5.in fin. verſ ſed dubitatio eſt.*
*&c.de appell.*& ibi etiam Fel.*in 2.col.*pro hoc eſt tex.
quem ponderat Bald. ad hoc, *in l quod ſi nolit.31.§ ſi*
*quid ita.22.ff.de ædil.edict* vbi de cõſenſu partium po-
teſt prorogari tẽpus redhibitoriæ, quod eſt legale.
Sed contrarium tenet Bar.*in auth.ſi tamen.C.de tem.*
*app.* vbi dicit, quod tacite per viam cõpromiſſi po-
teſt elongari tẽpus,ſed expreſſe prorogari non po-
teſt: ſicut nõ poteſt prorogari tempus inſtantiæ pri-
mæ cauſæ, vt eſt gl.Bart. & communiter Dd.*in l.pro-*
*perandũ.13.in pr.C.de iud.*& Lud.Ro.*in conſ.174.in fi.*
& hanc contrariam partem tenet Ioan.Andr.*in add.*
*Spec.in tit.de app.§.nunc breuiter.verſ. licet autẽ.in add.*
*magna,circa fi.* Abb.*in d.c.ex ratione.col.3.*& Lud.Ro.
*in l.2.ff.de re iud.*& Card Alex.*in d.c.ex ratione.col.15.*
*verſ.decimaquarta eſt queſtio, &c.* vbi ſe inuoluit,&
neſciuit decidere. IN ISTA tamen VARIETATE
MIHI PLVS PLACET PRIMA OPINIO , ſc. quod
poſſit tẽpus exercendæ appel.prorogari per expreſ-
ſum conſenſum partium,q̃ opinionem tenet etiam
Cyn.*in d.auth.ei qui appellat.* & ISTAM PARTEM
FIRMO per text.*in l.fin.§ fin.C.de temp.app.*vbi dicit
tex.quod poſſunt partes paciſci,quod nullum fata-
le ſeruetur in appellatione; ergo clare patet,quod
per pactum partium poſſunt alterari & tolli fatalia
iuris. Si ergo poſſunt partes proſequi appellationẽ
ſine fatalibus,ſequitur,quod poſſunt ipſa elongare
vel breuiare ad eorum libitum.Hoc.n.patet ad ſen-
ſum,quod ſi in appellatione non ſeruantur fatalia,
poteſt durare vlteriori tẽpore de cõſenſu partium:
& ita tenet ibi Bart. SECVNDO MOVEOR per tex.
*in d.Clem.quamdiu.4.de appell.*vbi dicitur, quod non
currit tempus appellanti,quãdo de cõſenſu expreſ-
ſo ipſarum partium proſecutio appellationis differ-
tur;ergo poſſunt facere partes per earum pactum,q̃
fatalia non currant. Et licet tenentes contrarium,
reſpondeant ad illum tex.quod loquitur de ſuſpen-
ſione,& non de prorogatione,prout dicit Abb.*in d.*
*c.ex ratione.8 col.3.*ego nõ video in effectu,quæ dif-
ferentia reſultet inter ſuſpendere & prorogare:cum
vtroq; caſu habeatur idem effectus, prout inferius
dicam. TERTIO MOVEOR per tex. *in d.l.quod ſi*
*nolit.31.§.ſi quid ita.ff.de ædil.edic.*vbi partes per pactũ
poſſunt prorogare tempus legale,vt duret in perpe-
tuum. QVARTO ADDVCO tex. *in c.in cauſis.*alias
*de cauſis.4.de off dele.* vbi terminus datus in reſcripto
delegatori,intraquem cauſa debeat finiri,poteſt de
conſenſu partiũ prorogari,& ſic poſſunt partes pro-
rogare iuriſdictionem,quę certo tempore finiri de-
bebat. QVINTO CONSIDERO , quod omnes Dd.
tenentes contrariam partem,fundant ſe ſuper duo-
bus fundamentis. Primum eſt,arguendo à ſimili,de
inſtantia primæ cauſæ,vt ſicut illa nõ poteſt proro-
gari,vt not.*in d.l.properandũ.in pr.C.de iu.* ita etiam
non poteſt prorogari inſtantia appellationis. Se-
cundum eſt;quia iſta tempora reſpiciunt publicam
vtilitatem,vt citius lites finiantur;vnde nõ poſſunt
prorogari per partes in præiudicium Reip. vt dicit
Abb.*in d c ex ratio.co.1.* Ego autẽ volẽs ſuſtinere opin.
quam † tenui,tollo de facili iſta duo fundamenta, 237
quib.ſublatis corruit opinio cõtraria, & tanto ma-
gis eluceſcit illa quam teneo. ET PRIMVM FVN-
DAMENTVM ,quod fit a ſimili,tollo per bonam in-
ſtantiam,iuxta not.per gl.*in c.ſicut vrgeri 1.q.1.*nam
inſtantia cauſę principalis nõ eſt aliquo modo pro-
rogabilis,nec tacite, nec expreſſe per partes,adeo,
quod etiam per cõpromiſſum non ſuſpenditur, ſe-
cũdum Abb.*in c.pen.co.6.*& ibi etiam Fel.*in 5.co.ver.*
*tertia declaratio, &c.de iu.*plenius per Mari.Soc.*in d.*
*c.pen.in 16.arg.*per Soc.*in conſ.31.co.4.in 1.vo.*Petr.de
Anch.*in conſ 264.*& Phil.*in d.c.ex ratione.8.co.ver.ſe-*
*cundo quaritur.*& tamẽ inſtãtia cauſæ appellationis,
prorogatur & ſuſpenditur per compromiſſum,vt *d.*
*Clem.quãdiu.& auth.ſi tamen.C.de tem.ap.* ergo non
eſt bonũ arguere ab vna inſtantia ad aliam. AD SE-
CVNDVM FVNDAMENTVM , † in quantum con- 238
ſideratur publica vtilitas, dico, quod ſi hoc eſſet in
conſideratione, minime deberet per cõpromiſſum
ſuſpẽdi;quia poſſent partes millies compromitten-
do facere,quod nunquam labantur fatalia, & ſic li-
tes eſſent immortales,& offenderetur publica vtili-
tas: ſed quia lex hoc non conſiderauit in inſtantia
appellationis:ex quo permiſit illam ſuſpẽdi per cõ-
promiſſum, vt *d.Clem.quamdiu.*ergo iſtud præiudi-
ciũ publicæ vtilitatis,non fuit in conſideratione in
tempore appellationis,ſicut in tempore principalis
cauſę. Et ratio diuerſitatis eſt,quam ponit Abb.*in d.*
*c.pen.col.6.de iud.*vbi dicit,quod magis pręiudicium
partium vertitur in cauſa appellationis , q̃ in cauſa
principali;quia perempta inſtantia principalis cau-
ſæ pereunt ſolũ acta.& non perimitur ius partis,ſed
perempta inſtantia appellationis , perit tota cauſa,
vt *in Clem.ſi appellationem.3.de ap.*& not.Bart.*in l.pe-*
*tenda.6.C.de temp.in integ.reſt.* & Bar.*in auth.item ſi*
*app.in fi.C.de temp app.* Et ideo;quia agitur de maiori
præiudicio,iura tolerant, quod illa inſtantia poſſit
per partes ſuſpendi,& prorogari. Et ex his remanẽt
eliſa fundamenta tenentium contrariam partẽ. SV-
PEREST MODO RESPONDERE AD DVO IV-
RA, quæ ponderant tenentes dictam partem:vide-
licet,ad *c.obla.de app.*ibi;*ſed ne valeat prorogari,&c.*&
ad *l.nemo.3.C.de temp.app.* Et primo ad *c.oblata.*dico,
quod ſi recte ponderetur intentio ſummi Ponti.ibi
fuit,habendo reſpectum ad iudicem:nam conceſſit
iudici, quod poſſit abbreuiare terminũ appellatio-
nis,vt *ibi &c.cum ſit Romana.c.perſonas.eod.tit.*ſed nõ
conceſſit,quod poſſit ipſum elongare ſine partium
conſenſu,& ita illum tex.declarat ibi gl.*in ver.proro-*
*gari,*quę dicit,niſi ex iuſta cauſa,vt *in c.ex ratio.&c.*
vnde ſentit,quod tex.ille loquitur de iudice,qui ex
iuſta cauſa,ſ.impedimenti,prorogat tempus appel-
lationis:& ita loquitur *d.c.ex ratione.* allegatum ibi
per gl.quę debet intelligi ſecundum tex,quem alle-
gat,

gat, ſecundũ Bar. *in l. nõ ſolum 8. §. ſi liberationis, verba. 4. ff. de libr. legat.* Nos a. loquimur, quando ambo litigantes de communi conſenſu volunt prorogare: quod facere poſſunt, *per d. Clem. quãdiu*, Ad *l. nemo. 3.*
239 reſpondeo, quod non † loquitur de prorogatione, ſed de reparatione, quæ fit finito tẽpore: vnde vult illa lex, quod tranſactis fatalib. nemo poteſt impetrare reparationẽ temporis, poſtquam appellatio remanſit deſerta. Nos autem loquimur de prorogatione, quæ fit durante tẽpore, *l. ſed ſi manente. 5. ff. de precar.* & ita expreſſe colligitur ex tex. *in dict. l. nemo.* qui facit expreſſam mentionẽ de reparatione, & ita ibi illum tex. intelligit Pau. de Caſt. & eſt de mente
240 Bart. *ibi, in primo notab.* Ex prædictis † ergo remanet defenſata iſta cõcluſio, quod partes poſſunt prorogare de communi conſenſu tempora appellationis proſequendæ, & hanc opin. tenet Arch. *in c. anteriorum. 2. qu. 6.* Franc. de Aret. *in c. pen. de iud.* & licet Fel. *in d. c. pen. in 6. col.* tenuerit contrarium, *per d. l. nemo.* cui dicit non poſſe reſponderi, tamẽ ſatis patet illud reſponſum ex prædictis, & cõtrarium, & melius tenuit idem Fel. *in d. c. ex ratione.* vbi ponderat rationem, quam ſuperius attigi ſuccincte, ſcil. quod non poſſit dari recta differẽtia inter ſuſpendere, & prorogare. quia ita poteſt effici immortalis ſuſpendendo, ſicut prorogando; & miror, quare Dd. ita elaborarint in facienda huiuſmodi differentia, cũ nullius ſit effectus, imo recte conſiderando, facilius admitti debeat prorogatio, q̃ ſuſpenſio, per ea quæ dicit gl. *in auth. ſi tamen C. de temp. app.* vbi dicit, quod non currit tempus ei, qui ſemper litigat. Sic ergo prorogantes ſemper litigant, vnde facilius deberent eis tempora indulgeri, ſed ſuſpendẽtes videntur in lite ſuperſedere; vnde videtur negligere, & tãto minus debet eis cõcedi terminus, per *d. l. nemo.* quæ vult, ꝙ appellantes debeant vigilare, vnde illud, quod ponderat Abb *in d c. ex ratione col. 3.* ego retorqueo cõtra ipsũ, & ſi aliter diceremus quod eſſet permiſſa ſuſpẽſio, & nõ prorogatio, lex eſſet impoſita verbis, & non rebus, contra *l. 2. in fi. C. com. de leg.* quia de facili inueniretur via, quę idem induceret, ꝙ prorogatio.

[Hanc authoris opinionem; Quod videlicet, expreſſo partium conſenſo vel pacto fatalia proſequẽdæ appellationis, prorogari poſſint, etiam probat Gail. *libr. 1. obſeruat. 141. num. 6.* eamque in Camera receptam eſſe dicit, & veriorem quoq; ait Alexand. Trentacinq. *l. br. .. pract. reſolut. de appellat. reſolut. 10. nũ. 14.* item Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedem. 244.* vbi ait, ſecundum hanc opinionem fuiſſe deciſum, per ſenatum Pedemont. Et probatur hęc opinio *per l. fin. C. de temp. appel. & Clem. quamdiu. de appellat.* poteſtq; prorogatio hæc fieri, non ſolum per annum, vel biennium, ſed etiam per multos annos, vt definiuit prædictus ſenatus Pedemõt teſte Ant. Teſſau. *d. deciſ. 244. nu. 5.* vbi *in fin. deciſ.* dicit, hanc prorogationem per ſcripturam fieri debere, & non aliter.]

241 Et prædicta † procedunt in temporibus proſequendi appellationem: ſecus eſt in tempore appellandi, ſcilicet decem dierum; quia tale tempus non poteſt vllo modo, nec per iudicem, nec partes prorogari: nec tacite, nec expreſſe, nec etiam per viam compromiſſi, vt eſt gloſſ. *in authent. offeratur. C. de lit. conteſtat.* Phil. *in d. c. ex ratione. colum. 6. verſic. tertio quæritur, &c.* & Bald. *in authen. hodie. col. 2. verſic. quæro, quid ſi eſt appellatum, &c. C. de tempor. appellat.* vbi plus dicit Bald. quod etiam ſi lata eſſet ſententia in cauſa appellationis interpoſitę poſt 10. dies de conſenſu partium non valet. Idem tenet Bald. *in d. auth. ei, quæ appellat. col. fin. verſic. quæro, nunquid, &c.* & ibi etiam Alex. *in addit. ad Bartol.* Abb. *in conſil. 77. col. 2. in 2. volum.* Card. *in Clem. quamdiu. in 5. quæſt. de appel.* & Fel. *in d. c. pen. col. 5. in fi. verſ. ſecunda declaratio, &c. de iudic.* Tertio principaliter Limita, niſi partes † durante appellatione, compromiſiſſent cauſam penes arbitros; quia durãte compromiſſo non currunt fatalia: & ſic tempora appellationis poſſunt durare vltra biennium: tex. eſt *in d. Clem. quamdiu. & authen. ſi tamen. C. de temp. appell.* Et patet ex his, quæ proxime dixi in præcedenti limitatione. Quod tamen intellige, quando eſt factũ compromiſſum in arbitro: Secus in arbitratore; quia tunc non ſuſpenditur inſtantia appellationis, ſecũdum Pet. de Anch. *in conſ. 284.* & ibi aſſignat rationem. Vltimo; quia ſuperius dixi, quod in regno † primũ tempus proſequendi eſt quinquaginta dierum, *per cõſt Appellationum tempora.* quæro, an iſtud tẽpus quinquaginta dierum ſeruetur etiam, quando appellatur ab interlocutoria? Dic, quod non; quia dicta conſtitutio Regni loquitur præciſe de appellatione à diffinitiua, dum dicit: Appellationum tempora, per quas diffinitiuæ ſentẽtiæ ſuſpendũtur, &c. & ſic intentio Legislatoris eſt, ibi limitare tẽpora appellationum à diffinitiua ſententia: vnde non extenditur ad interlocutorias, & nulla fuit alia ratio, niſi quia interlocutorię nõ ſuſpendũtur per appellationem, vt *in c. nõ ſolum. 7. de app. li. 6.* & per Bar. *in l. 3. de app. recip.* Et intẽtio illius cõſt. fuit, limitare tempora illarum appellationum, quæ ſuſpendunt ſentẽtias, ad hoc vt magis vigilet appellans in expediendo cauſam citius, ne ita diutius in ſuſpenſo remaneat, *iuxta l. nemo. 3. C. de temp. app.* ſed quãdo appellatur ab interlocutoria; quia iudex poteſt procedere non obſtante appellatione, ideo non fuit opus limitare iſta tempora: vnde tunc ſtaremus diſpoſitioni iuris communis, ſcil. vt peti debeant apoſtoli intra 30. dies, & proſecutio fiat per annum, vel biennium, iuxta diſpoſitionẽ *c. cum ſit Romana. 5. de app. & auth. ei qui app. C. de temp. app.* in caſu tamẽ, in quo permittitur de iure ciuili appellari ab interlocutoria, vt quando habet vim diffinitiuæ; quo caſu appellatio ſuſpendit ſententiam, vt fuit dictũ ſupra in q. præc. principali; tunc haberet locum dicta cõſt. ex identitate rationis, & ita etiã tenet Affl. *in d. cõſt. Appellationũ tẽpora. co. 9. in fi. ver. ſed hic quæro, &c.* 242 243

Scias

244 Scias etiam in hac materia: vnam † correctionem ſeu limitationem iuris communis in regno: nam de iure communi ſi appellans non proſequitur cauſam, non poteſt appellatus ſtatim proſequi, niſi in fine anni vel biennii, ſcilicet cum vnus tantum mẽſis ſupereſt de anno vel biennio; quia ante poſſet dicere appellans: ego volo gaudere de tempore mihi à iure conceſſo, & de hoc eſt text. *in d. auth. ei, qui appella.* & ibi Bart. Ange. & Doct. Abb Phil & Cardin. plene *in c. oblata. 57. de appel.* ſed hoc in regno eſt prouiſum per ritum magnæ curiæ. *in num 9.* & incipit: *Item ſi appellans*, quod ſi appellans non proſequitur cauſam intra menſem poſt præſentatum proceſſum, poteſt appellatus comparere, & proſequi elapſo menſe, & ſic non eſt opus expectare finem anni vel biennii.

[Appellatum poſſe adhærere appellationi appellantis, & deducere iura ſua antea nõ deducta, perinde ac ſi ipſemet appellaſſet, & appellationẽ pro ſuo intereſſe proſequi, etiãſi appellans eam non proſequatur, cum appellatio ſit communis vtrique parti *per l. ampliorem. C. de appellat.* & vtrique parti, *per l. hanc. C. de temp. appellat.* liceat non deducta deducere, & non probata probare, tradit Gail. *lib. 1. obſ. 122. nu. 3. & 4.* aſſerens id etiam in Camera Imperiali obtinere, quod Trentacinq. *lib. 2. pract. reſol. tit. de appel. reſol. 7. num. 8.* dicit, etiam locum habere, etiamſi poſt appellationem appellans renunciaſſet appellationi. Verum ait non procedere, cum appellatio eſt interpoſita in parte, & partibus, &c. ſecundum Alber. *in l. ampliorem. C. de appel.* cuius tamen contrarium tenet Felin. *in c. ſignificauerunt. ſub. nu. 9. in verſ. 1. extr. de except.* Item cum ſententia, à qua eſt appellatum, continet capitula ſeparata; tum enim appellatio in capitulis, de quibus non fuit appellatum, appellato non prodeſt, ſecũdum gloſſ. *in d. l. ampliorem. in verb. iudicatis.* Bald. & Abb. Trentacinq. *ibid. nu. 9.* allegatos. Idem eſt, cum victus appellat ſolum in partibus contra ſe facientibus; nam tunc appellatio victi, non ſuſpendit partes ei vtiles. Abb. *in c. cum Ioannes. col. vlt. de fid. inſtrum.* Et ideo appellatio non eſt communis, cum ſententia habet plura capitula ſeparata. Abb. *in c. ſignificauerunt. num. 2. extr. de except.* Trentacinq. *d. reſol. 7. nu. 11.* Si vero ab altera partium ſimpliciter ſit appellatum à ſententia, ſeparatos articulos continente, tunc Abbas *in d. cap. ſignificauerunt. nu. 8. in verſ. aut victus ſimpliciter appellat. & ibi etiam. Felin.* putãt deuolui totũ negotium, & hanc ſimplicem appellationem prodeſſe vtrique parti. Verum Decius *in c. ſi duobus ext. de appellat. col. fin.* contrarium ſentit, motus hac ratione, quod appellatio referatur ſaltem ad grauamen; cum non grauatus non appellet, itaq; cum appellatur ſimpliciter à ſententia, tacite cenſetur appellatum reſpectu grauaminis illati per ſententiam, & perinde habetur, ac ſi dictum eſſet; *appello à ſententia quatenus facit cõtra me.* quam Decii opinionem etiam probat Trentacinq. *d. reſol. 7. nu. 11. in fin.* vbi etiam *nu. 13. & ſeq.* explicat, An ſentẽtia pro parte pro, & pro parte contra aliquem lata, ſi ab ea parte ſaltẽ, in qua contra eum facit, is appellauerit, in qua autem pro ipſo facit, eam acceptauerit, ſit per eiuſmodi appellationẽ in totum ſuſpenſa, ita, vt nõ poſſit, pro parte acceptata executioni mandari? De tertio autem interueniente; an appellationem ab alio interpoſitam, proſequi, vel ei pro ſuo intereſſe adhærere, vel etiã ipſe pro ſuo intereſſe à ſententia contra principalẽ latam appellare poſſit, & quid in eiuſmodi appellatione requiratur Itẽ an victoria tertii vtpote fideiuſſoris, appellantis pro ſuo intereſſe, proſit principali victo? vide Gail. *de obſ. 121.* & Trentacinq *d. tit. reſol. 6. num. 10.*]

Plus etiam eſt cautum in regno, † quod in cauſa appellationis non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, ſed incipit ipſa cauſa ab apertura proceſſus: ita de hoc eſt ritus magnæ curiæ, *in nu. 52.* incipiens: *Item, in eiſdem curiis, &c.* & alius ritus, *in num. 127* incip. *Itẽ, in curia ipſa, &c.* & alius, *in nu. 145.* incip. *Item quod cauſa. &c.* & alius, *in num. 151.* incip. *Item, in appellationum cauſis, &c.* 245

QVARTO, principaliter ſequendo ordinem præpoſitum, quæro, † A QVIBVS IVDICIBVS ET à QVIBVS ACTIBVS APPELLARI POSSIT? Iſta quæſtio habet DVO MEMBRA. Primum eſt, à quibus iudicibus poteſt appellari? Secundum eſt, à quibus cauſis & actibus appellatur? SVPER PRIMO FACIAS REGVLAM AFFIRMATIVAM, ſcilicet, quod regulariter ob omnibus iudicibus, tam delegatis, quam ordinariis, poſſit appellari, *c. omnis. c. ad Romanam. 2. quaſt. 6.* & not. Spec. *in tit. de appel. §. videndum in prin.* Non enim facit iudici iniuriam is, qui ab eius ſententia appellat, *l. & in maioribus. 20 de appel.* Cum † enim appellatio ſit quædam defenſio, quæ datur oppreſſis contra iniuriam iudicis, *l. 1. ff. de app. & d. c. ad Romanam.* debet regulariter omnibus cenſeri permiſſa. Et quod ſit defenſio, eſt tex. *in c. cum ſpeciali. 61. §. porro. de appell.* & tenet Socin. *in conſil. 195. col. 3. in 2. vol.* Iſtam regulam LIMITA † primo, quando eſt lata ſententia à Principe, non recognoſcente ſuperiorem; quia ab eius ſententia non appellatur: text. *in l. 1. ff. à quib. appell. non lic. & can. cuncta per mundum. 9. qu. 3.* vbi loquitur de ſententia Papæ; hinc dicit And. de Iſer. *in c. imperialem. §. præterea ſi inter duos. col. 6. in fin. de proh. feud. alien. per Fred.* quod hoc habet locum non ſolum in ſententia Imperatoris, vel Papæ, ſed etiã cuiuslibet Regis non recognoſcentis ſuperiorem: † prout eſt Rex Siciliæ, quia dicitur Monarcha in Regno, ſecũdum eum. Secundo LIMITA, non procedere in ſententia lata † à præfecto prætorio; quia ab ea non appellatur, *l. præfecti. 17. ff. de min. l. 1. §. his cunabulis. 1. ff. de off. praf. prat. & l. 1. C. de ſent. praf. prat.* Tertio LIMITA, † non procedere in ſententia lata in ſacro Regio conſilio: quia ab ea non appellatur, ex quo cenſe-

246 (margin), 247, 248, 249, 250, 251

cenſetur ſententia Regis: nam fertur ſub nomine Regiæ maieſtatis, & ita ſeruatur in regno; quia à ſententia ſacri conſilii non appellatur, ſed tantum reclamatur, ſeu ſupplicatur, & non retardatur executio, iuxta ea quæ habentur *in auth. qua ſupplicatio. C. de precib. imp offer.* & dixi plene ſupra *in præambulis huius tract. de app.* & † quod ſententiæ ſacri conſilii habent vim legis; quia proferuntur ſub nomine Regię maieſtatis in regno, traditur *in deciſ. 383. in fin. conſil. Neap.* & per Bald. *in l. fin. C. de leg.* Hoſt. & Ant. de But. *in c. cū Bartoldus. de re iud.* & quod nō retardetur executio, præſtita tamen ſatiſdatione in caſu retractationis, habetur plene *in deciſ. 231. conſil. Neapol* & dixi ſupra *in præambulis huius partis de appel. in verſ. ſupplicatio.* Hoc poteſt comprobari; quia † iſti domini in conſil. æquaparantur Senatoribus, à quorum ſententia non appellatur ſecundum Spec. *in tit. de appel. §. videndum.* & eſt textus *in l. 1 ff. à quib. appel. non lic.*

251

252

253

254 Quarto LIMITA, † non procedere in ſententia lata à Duce Venetiarum: quia ab ea non appellatur, ſecundum Cyn. *in l. fin. C. de her. & in l. fin. C. de don. inter vir. & vx.* & ratio poteſt eſſe; quia nō recognoſcit ſuperiorem. Quinto LIMITA, non † procedere in ſentētia lata ab Epiſcopo, cuius iuriſdictio fuit prorogata; quia ab ea non appellatur. Caſus eſt ſingul. *in l. Epiſcopale. 8. C. de Epiſc aud.* & in hoc Epiſcopus æquiparatur præfecto prætorio, ſecundum Baldum *ibi.* Et eſt ſpeciale in Epiſcopo; † quia ſecus eſt in alio iudice prorogato, vel dato de communi cōſenſu partium; quoniam poteſt ab eius ſententia appellari, *l. ex conſenſu. 23. in princ. & ibi Bart. ff. de appel.* Spec. *in tit. de compet. iud. adi §. 1. verſ. ſed an à ſentēt. & verſ. ſed ad quem.* & gloſſ. *in c. ſuper quæſt. 27. §. verum. in verſ. aſſenſu. de offic. delegat.* vbi dicit, quod talis iudex nō poteſt recuſari vt ſuſpectus, ſed bene poteſt ab eius ſententia appellari, Ludou. Roman. *in conſil. 233. col. pen. in fin.* Sexto LIMITA † non procedere in ſententia ſortis, ſeu fortunæ, vt quando fit aliqua diuiſio iudicio ſortis, quia à tali ſententia non appellatur ſecundum Baldum *in leg fin. in princip. C. commun. de leg.* & Phil. *in rubr. de appellat. colum. 2.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 143. in fin. in 4. volum.* Item non poteſt † peti reſtitutio in integrum aduerſus iudicium ſortis, quod vulgo dicitur, *per loſcas.* ita tenet Bald. *in l. ait prætor. 7. §. fin. ff. de minor.* Septimo LIMITA, † non procedere, quando iudex eſt merus executor, quia à tali executore non appellatur *l. ab executore. 4. & ibi Bart. ff. de appel. & l. ab executione. 5. quorum appellat. non recip.* Quod tamen intellige, niſi modum excedat, quia tunc poteſt appellari, & debet exprimi cauſa in appellatione, ſecundum Bartol *in dict. l. ab executore. 4.* & vide multas alias fallentias, in quibus poteſt appellari ab executore, quas cumulat Specul. *in tit. de appel. §. in quibus. verſ. 5.*

255

256

257

258

259

[Adde Alexand. Trentacinqu. *libr. 2. practic. reſolut. tit. de appellat. reſolut. 12.* vbi dicit, ſemel tantum ab exceſſu executionis appellari poſſe. Et ad talem appellationem requiri ſpeciale mandatum, *num. 7. & ſequent.*]

An autem appellari † poſſit à pronuncia de exequendo? Bartol. *in dict. leg. ab executione* tenet, quod ſic, ſed *in dict. leg. executore.* ſentit contrarium, & hanc contrariam partem, ſcilicet, quod etiam à pronuncia de exequendo, non appellatur, tenet Petrus Philip. Corn. *in conſil. 71. colum 4. in litera V. in 1. volum.* vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem, & plures allegat pro iſta parte, pro qua etiam adducit rationem; quia prohibito vno cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud. 260

[Poſteriorem hanc opinionem vt communiorem, etiam probat Alexand. Trentacinqu. *lib. 2. practic. reſolut. titul. de appellat. reſolut. 12. num. 1. in fine.* ita tamen eam procedere ait, ſi ante decretum de exequendo lata ſit ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, ſecus autem, ſi nulla præceſſit ſententia, cuius petatur executio; nam tum à decreto de exequendo poteſt appellari. Item, ſi illud decretum contineat ſolum illud grauamen, quod continebat prima ſententia, vel quod ex ea debebat inferri; ſecus autem, ſi ex illa inferretur grauamen nouum, puta taxatio excedens modum; tunc enim etiam à tali decreto poſſet appellari Præterea etiam dictam communem opinionem, locum ſaltem habere dicit, cum inter eaſdem perſonas ſententia lata eſt, & decretum datum, ſecus autem eſſe, cum tertius comparet & opponit de iure ſuo, id eſt, ius diſcutiendum eſt Si etiam decretum de exequendo interponeretur intra tempus, quo poterat appellari à prima ſententia; tunc ait poſſe appellari tam à ſecunda, quam prima ſententia Fachineus autem *libr. 1. controuerſ. c. 74.* hanc diſtinctionem adhibet, vt, ſi de mero executore agatur, cuius officium ſit in exequendo, non in cognoſcendo, quod tunc prædicta communis opinio ſit vera: Si autem agatur de executore non mero, ſed miſto, qui ſcilicet executioni cognitionem præmittere debeat; quod tunc contraria opinio obtineat.]

Octauo LIMITA, † non procedere in ſententia arbitri; quia ab arbitro non appellatur, ſed eius ſententiæ pareri debet, metu pœnæ, *l. diem proferre. 27. §. ſtari. 2. ff. de arbit. & l. 1 C. de arbit.* & hoc quando pœna erit adiecta compromiſſo. Si autem non fuiſſet adiecta pœna; tunc agitur ad intereſſe, vt *d. l. diem proferre. 27. § final* & not. Abb. *in c. per tuas. 9. colum. 2. verſic. nota, quod arbitrium. de arbitr* & vide Baldum *in l. 2. ff. de arbitr.* & ratio aſſignatur per Doctores *in locis prallegatis.* Quia ex ſententia arbitri † non oritur actio, neque exceptio, vt *in dict. l. 1.* & ibi Bald. & Doctor. ſed ſolum illi paretur metu pœnæ, vnde cum non producat actionem, non eſt neceſſe ab ea appellare, illud autem, quod dixi, quod quando non eſt adiecta pœna, agitur ad inter- 261 262

tereſſe, habet locum, quando compromiſſum eſt ſtipulatione vallatum, & non aliter: quia ſecus ſi pacto nudo: ſecundum Bartolum, Baldum & Doct. *in d. l. diem proferre. §. final.* & hoc de iure Ciuili: ſed de iure Canonico agitur ad intereſſe, etiam ex pacto nudo, ſecundum Abbat. *in d. c. per tuas. colum. 2. in fin.* ſed hodie eſt inductum, quod ſi compromiſſum fuit factum pacto nudo, ſine ſtipulatione, & ſine pœna, ſi fuit ſententia arbitri homologata expreſſe, vel tacite, producit actionem poſt homologationem, & cenſetur tacite approbata, ſeu homologata, quando partes tacent per decem dies, & non improbant ſententiam, nec de ea conqueruntur etiam extraiudicialiter, tunc enim ſententia arbitri mandatur executioni poſt decem dies; & non poteſt vlterius per partem improbari; text. eſt, & ibi Bald. & Doctor. *in l. cum antea. 5. C. de arbitr.* & illa eſt lex noua, vt not. Abb. *in d. c. per tuas 9. col. 3.* Nota ergo, quod ad hoc vt habeat locum *d. l. cum antea.* eſt neceſſe, quod compromiſſum ſit factum ſine ſtipulatione, & ſine pœna, & ratio eſt, quia vbi eſt ſtipulatio & pœna, non eſt opus homologatione; quia ſi altera pars contrauenit, agitur ad pœnam. *l. 1. C. de arbitr.* Item, vbi eſt ſtipulatio ſine pœna, minime eſt opus homologatione; quia agitur ad intereſſe, quod ſuccedit in locum pœnæ, per tex. & ibi Bald. *in d. l. diem proferre. §. fin.* quod dic, vt in-
263 fra dicam. Quod † tamen Limita, niſi in compromiſſo pœnali eſſet appoſita clauſula, rato manente pacto; quia tunc iſta cenſentur duo compromiſſa, vnum cum pœna, & aliud ſine pœna, quo caſu habet locum homologatio in compromiſſo, & oritur actio *per d. l. cum antea.* ita tenet gloſſ. & Bald.
264 *in d. l. 2. ff. de arbitr.* Et † per hoc infero, quod vbi eſſet appoſitum iuramentum in compromiſſo, efficeretur homologabile per iuramentum, & produceret actionem, ex quo iuramentum habet vim illius clauſulæ, rato manente pacto, ſecundum Bart. & communiter Doct. *in l. ſi quis maior 41. C. de tranſact.* & Anton. Corſet. *in repetitione rubr. de iureiuran. in 6. priuilegio.* quod eſt valde notandum; quia communiter hodie in compromiſſis apponitur iuramentum. Sed poſſet in hoc aliquis dubitare; quia de iure nouiſſimo prohibetur apponi iuramentum in compromiſſis, *per authent decernimus. C. de arbitr.* ergo iuramentum tale non debet aliquid operari? ſed dic, quod de iure Canonico eſt prouiſum, quod tale iuramentum valeat, & ſeruetur; quia ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, quando compromiſſum eſt ſuper re licita, vt eſt tex & ibi Abb. *in c. 2 colum. 3. & in c. cum tempore. 5. de arbit.* verũ aduerte, quod Bald. *in d. authent. decernimus.* tenet expreſſe, quod ex compromiſſo iurato non detur actio, quia dicit, quod quo ad priuilegium actionis, remanet diſpoſitio iuris ciuilis, ex quo actio fuit inducta de iure ciuili, ſcilicet per *dict. l. cũ antea. 5. C. de recept. arbitr.* ſed quo ad cenſuram eccleſiaſticam, vt iuramentum ſeruetur, ſtamus iuri Canonico, & illud dictum Bald. refert ſimpliciter Abb. *in dict. c. 2. colum. 3.* Verum poſtea concludit, quod de iure Canonico producitur actio vigore iuramenti: vnde iſta præcedens illatio, quam feci, ſine dubio procederet in foro Eccleſiaſtico, vbi ſeruatur ius Canonicum: ſed in foro ſeculari ſatis dubito, & potius putarem tenendum contrarium, per illud dictum Bal. *in d. authen. decernimus.* nam ex quo iuramentum eſt reprobatum à iure ciuili, non videtur, quod in foro ſeculari, vbi ſeruatur ius ciuile, poſſit iuramentum reprobatum importare clauſulam, rato manente pacto, & ſic producere actionem: quia quod nullum eſt, non poteſt aliquem effectum producere: non obſtat, ſi diceretur, quod vbi tractatur de iuramento, ſtamus iuri Canonico in vtroque foro, per ea quæ not. Abb. *in dict. c. 1. de oper. nou. nuncia. & in c. cum contingat. de iureiuran.* quia fateor, quo ad obſeruantiam ipſiuſiuramenti: & ita ſtamus huic iuramento in vtroque foro: ne iurans incidat in periurium; quia quo ad hoc, tantum concernitur periculum animarum, ſed ad inducendũ alium effectum, ſcilicet, actionis, quæ ad hoc prodita fuit de iure ciuili: nõ eſt abſonum dicere, quod quo ad hoc vnumquodq; ius ſeruetur in foro ſuo, cum non vertatur aliquod peccatum: vt dicit Abb. *in d. c. 1. de oper. nou. nunc.* hoc tamen intelligo & declaro, quando quis vellet agere de iure ciuili, vigore *l. ne in arbitris. 4. C. de arbitr.* quæ induxit actionem de iure ciuili in compromiſſo iurato: & poſtea fuit correcta per *d. authent. decernimus.* ſed vigore iuramenti, dico, quod etiam in foro ſeculari poſſit adire iudicem, & facere compelli partem ad obſeruantiam iuramenti, & ſic habebit intentum: ita dicit Abb. *in d. c. per tuas. colum. 4.* vbi ita limitat Baldus *in authent.* & ita cum hac declaratione pertranſeo. Illud † autem, quod dixi, quod requiritur ho- 265
mologatio tacita, vel expreſſa, ad hoc, vt ſententia arbitri mandetur executioni, per *d. l. cum antea.* Limita, non procedere, in compromiſſo Iudæorum; quia illud executioni mandatur ſine alia homologatione, etiam ante decem dies elapſos, textus eſt, & ibi hoc tenet Guido de Suz. *in l. Iudæi. §. la 1. C. de Iuda.* & Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. cum antea.*
Item † illud, quod dixi ſupra, quod quando eſt ap- 266
poſita ſtipulatio, agitur ad intereſſe, vel ad pœnam, quod quando eſt homologata per lapſum decem dierum, poteſt executioni mandari, *per d. l. cum antea.* Limita procedere, niſi laudum contineret rem illicitam, & peccatum: quia tunc eſt ipſo iure nullum, & ex eo non agitur, nec ad pœnam, nec ad intereſſe. Idem, quando contineret manifeſtam iniquitatem; quia tunc contra ipſum datur exceptio doli, quæ habetur inſtar cuiuſdam appellationis, *l. non diſtinguemus. 32. §. cum quidam. 14. ff. de arbitr.* & talis exceptio doli, oriens ex manifeſta iniquitate, impedit laudum executioni mandari, etiam

iam poſt decem dies. item expedit exigi pœnam intereſſe: ita pulchre declarat Abb. *in c 1 colum. fin. de arbitr. in c per tuas. colum. 3. eod. tit.* & Ludou. Roman. *in conſil. 90.* & ſic tunc per viam iſtius exceptionis poteſt haberi recurſus ad iudicẽ, qui iudex cognita iniquitate manifeſta, poterit laudum retractare. Secus, quando non contineret iniquitatem manifeſtam; quia tunc non obſtat aliqua exceptio, nec appellari poteſt. Vnde debet ſtari ſententiæ arbitri, & imputatur ei, qui compromiſit: ita procedit text. *in d. l. diem proferre. 27. §. ſtari.* licet aliter dicatur in arbitramento; quia in eo † ſemper habet

267 locum reductio ad arbitrium boni viri, vſq; ad triginta ann. vt plene dixi ſupra *in præambulis huius tractat. de appellat. verſic. reductio eſt nouus, &c.* quæ reductio non habet locum in ſententia arbitri; vt declarat Abb. *in d. c. 2. in finalibus verbis.* Et hæc eſt vna de differentiis inter arbitrum, & arbitratorem; quod nota; quia multi decipiuntur, putantes in omni ſententia tam arbitri, quam arbitratoris habere locum reductionem ad arbitrium boni viri, quod nõ eſt verum, ſecundum Abb. *in d. c. 1. colum. fin. in princ.*

268 *& in fi.* Ex † prædictis ergo; quia materia arbitrorum eſt quotidiana, elicio vnã practicam ſub compendio. Aut enim ſumus in arbitro, aut in arbitratore: Primo caſu, ſiquidem compromiſſum eſt factum pacto nudo ſine iuramento, & pœna: tunc quia nullum aliud remedium poteſt habere locum, recurrimus ad homologationem: nam ſicut fuit laudum approbatum expreſſe per partes, mandatur executioni ſtatim, non expectato lapſu decem dierum. Si vero expreſſe non fuit homologatum; & tunc ſi partes non conqueruntur intra decem dies, mandatur executioni poſt decem dies, quia cenſetur tacite homologatum, *per d. l. cum antea. 5.* & ibi Bartol. Bald. & Doct. *C. de arbitr.* Si vero aliqua partium contradixit intra decem dies, & tunc non homologatur, nec producit aliquam actionem, nec mandatur executioni: quia pactum nudum non potuit aliquem effectum operari, non accedente conſenſu partium expreſſo, vel tacito. Ita expreſſe decidit *in d. l. cum antea.* & hoc procedit de iure Ciuili, & in foro ſeculari. Secus eſt de iure Canonico: quia ex quo, ſecundum illud ius, pactum nudum producit actionem, (vt habetur *in c. 1. de pact.*) tunc ex tali compromiſſo ageretur ad intereſſe ſine alia homologatione, ſecundum Abb. *in c. per tuas. col. 2. in fin.* Si vero compromiſſum ſit factum, pacto nudo cum pœna; & tunc ex tali laudo non oritur actio: quia non habet locum homologatio, vbi eſt pœna, ex quo prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem illius *l. cum antea.* & quia pactum remanet nudum, & nulla lege fomentatum, nõ datur actio, nec ad pœnam, nec ad contenta in laudo: vnde erit inutile, niſi eſſet appoſita clauſula, rato manente pacto, ita dicit Bartol. *in dict. l cum antea.* ſi vero ſit factum compromiſſum cum ſtipulatione, & pœna; tunc ceſſat *dict. l cum antea.* & habet locum *l. 1. C. de arbitr. & d. l. diem proferre. 27 § ſtari* quia ſi pars contrauenit, incidit in pœnam: FALLIT, vbi eſt iniquitas manifeſta, per ea quæ ſupra dixi. & hanc fallentiam etiam poteris dare ad caſus præcedentes, vt ſuperius declaraui Si vero ſit factum cum ſtipulatione ſine pœna, & tunc minime habet locum *dict. l. cum antea.* & ſic non fit homologatio, ex quo agitur ad intereſſe, *per d. l. diem proferre. § final.* ita dicit Bartol. *in dict. leg. cum antea.* FALLIT ſimiliter vbi eſſet iniquitas manifeſta, per ſupra dicta, ſed Abbas *in d c. per tuas. colum 4.* tenet contra Bartolum, ſcilicet, quod etiam, quando compromiſſum fuit factum cum ſtipulatione, ſine pœna, habet locum homologatio, & ita extendit *d. l. cum antea.* quæ in rei veritate non loquitur de pacto, ſed ſolum prouidit in illis compromiſſis, in quibus non eſt oppoſita pœna, neque ſunt facta ex decreto iudicis: vt apparet ex principio illius legis: vnde non videtur excludere compromiſſa, facta per ſtipulationẽ: & ita videtur, quod opinio Abbat. ſit magis vera. Si vero ſit factum cum iuramento, ſtipulatione, & pœna, prout communiter fieri ſolet, maxime hodie in regno, quando iſta compromiſſa fiant per Notarios: nam communiter in eis apponunt ſtipulationem, pœnam, & iuramentum, & clauſulam, *rato manente pacto.* & alias quamplures clauſulas; & tunc propter illam clauſulam, *rato manente pacto.* dico, quod habeat locum homologatio: per ea, quæ dicit Bartolus de iſta clauſula, *in dict. l. cum antea.* iuncta illa opinione Abbatis, quam modo approbaui *in d. ca. per tuas colum. 4.* dum tenuit, quod *dict. l. cum antea.* habeat locum etiam in ſtipulatione. Item dico, quod propter iuramentum poteſt adiri iudex vt compellat partem ad obſeruantiam iuramenti, ſecundum Abbat. *in dict. c. per tuas colum. 4.* vbi limitat Baldus *in dict. authent. decernimus.* vnde concludo, quod hodie in iſtis compromiſſis ita vallatis, & clauſulatis, habeat locum *d. l. cum antea.* licet Bartol. dicat ibi, quod hodie raro habebit locum. Ego dico totum contrarium, quod hodie ſemper habebit locum: maxime, propter dictam clauſulam, quæ communiter apponitur in compromiſſis, & ſic habemus bonam extenſionem ad *dict. leg. cum antea.* per ea quæ not Baldus de illa clauſula, *in l. final. ff. de arbitr.* & ſuperius dixi. Hoc tamen † LIMITA, 269

niſi laudum contineat manifeſtam iniquitatem: quia tunc petita abſolutione à iuramento, quæ de facili concedi debet in tali caſu, poſſet opponi exceptio doli: de qua *in dict. leg. non diſtinguemus. 31 §. cum quidam. 14. ff. de recept. arbitr.* & ſic deduceretur reuiſio laudi per viam illius exceptionis coram iudice: per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Et † in iſto 270

caſu, QVANDO SVMVS IN ARBITRO, non poteſt appellari à ſententia arbitri: nec reduci ad arbitrium boni viri, nec reclamari *per d. l. 1. C. de arbit & in d. §. ſtari.* niſi vbi eſt iniquitas manifeſta; tũc

opponitur exceptio, vt ſupra, ita tenet Lud. Rom. *in conſil 27.colum.2.* Et licet hodie per *d. l.cum antea.* oriatur actio ex compromiſſo: tamen vera & communis concluſio Doctor.eſt, quod etiam hodie nõ appellatur à ſententia arbitri, ita tenet Bald. *in d.l. 1.C.de arbitr.* & Alex.& communiter Doctor.*in l arbitro,9.ff.qui ſatiſd.cog & in l.nemo poteſt.55 ff. de leg.1.* licet Bart.in iſtis locis teneat contrarium , ſcilicet quod hodie poſſit appellari ; tamen communiter reprobat.

[Adde Gail.*lib.1.obſ.150.num.8.&ſequ.*& Viuium *commun.opin.libr.1.opin.53.* qui etiam prędictam opinionem communem eſſe dicit, *num.1.* ſed *nu.2.* ait, eam non procedere de iure canonico , cum eo iure à ſententia arbitri appellari poſſit, ſecundum gl. *in c.in iudicibus.2.quaeſt.6.*& alios ab eo allegatos ]

271 Secundo caſu † principali ſcilicet , QVANDO SVMVS IN ARBITRATORE ; & tunc eius ſententia non habet locum homologatio tacita : niſi per lapſum triginta ann. vt dixi ſupra *in praeambulis huius tract.de appellat.verſ.venio ad nonum, &c.* ante vero dictum tempus, ſemper poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri : ita loquitur *l.ſocietatem.67.§.arbitrorum.& ibi Bart.ff.pro ſocio,&c. Quintauallis cum ſua materia de iureiur.*& petitur dicta reductio, quomodocunque , & per quæcunque verba ſit factum compromiſſum, ſecundum Abb.& Doct.*in d.*
272 *c.Quintauallis.* Illud autem † quod dixi, quod à ſententia arbitri, non appelletur , LIMITA non procedere in ſententiia arbitri iuris, qui eligetur ex neceſſitate legis vel ſtatuti: de quo tractatur *in c.ſuſpicionis.& ibi per Abb.& Doctor. de offic.deleg. & in l.fin. C.de iud.* nam à ſententia talis arbitri poteſt appellari, vt eſt text.*in c.ab arbitris.de offic.deleg.libr.6.* & not.Doct.*in l. arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.* [adde Viuium *commun.opin libr.2.opin.53.num.3.*] Et ratio eſt; quia iſti arbitri æquiparantur iudicibus: de qua materia vide quæ plene dixi ſupra *in 1.diſtinct.in 4.parte principali.verſic.ſecundo quaero, an coram arbitro, &c.* vbi declaraui, quam iuriſdictionem habent huiuſmo-
273 di arbitri. Ex hoc ſequitur, quod cum † hodie per Regiam pragmatic.quæ incipit, *Odia*, ſit prouiſum, quod cauſæ inter coniunctos compromittuntur, à ſententia talium arbitrorum bene poſſet appellari, ex quo dicuntur arbitri iuris. Et in regno eſt prouiſum in ſpecie ſuper iſta appellatione , ſeu reclamatione, per aliam Regiam pragmat. quæ incipit; *Et ſi aliqua partium.* qua cauetur, quod is, qui ſentit ſe grauatum per ſententiam arbitri iuris, poteſt adire iudicem illius loci , & ſiquidem dicit, ſe læſum ex dolo illius arbitri, ex propoſito, vel re ipſa reuidetur per iudicem ex eiſdem actis. Si vero allegat aliunde læſionem; & tunc iudex poteſt admittere nouas probationes, & iuſtificare ſententiam , ita tamen, quod cauſam expediat infra menſem : vel ad plus infra duos menſes: & non vltra. Et ſi poſt ſententiam latam per iudicem , altera partium voluerit ſe grauare, non auditur vlterius ad impediendum executionem: ſed fit executio realis, & cum effectu: præſtita tamen fideiuſſoria cautione per vincentẽ de reſtituendo in cauſa retractationis, & tunc cauſa reuidetur ſolum in ſacro Regio conſilio, vel in magna curia vicariæ, vel corã deputando ab eis, tertio loco, & non in alia curia. Et hæc omnia deciduntur in dicta Regia pragmatic.ex qua habes limitationem in Regno ab *d.c.ab arbitris.* quo cauetur, quod ab arbitris iuris appellatur ad Principem, non autem ad inferiorem, ex quo habet iuriſdictionem à lege : ideo ab eis appellatur ad legem animatam, vt dixi *in d diſtin.* Nam in Regno hoc eſt correctum in arbitris inter coniunctos electis ; quia ab eis reclamatur ad iudicem loci, & ſic ad inferiorẽ à prin-
cipe. Secundo † LIMITA, non procedere in Re- 274
gno generaliter, in omnibus arbitris, etiam inter extraneos electis; quia ab eis poteſt reclamari hodie ad iudicẽ loci, & cauſa debet expediri intra duos menſes : poſt quam expeditionem non admittitur alia reclamatio, niſi eo modo, quo ſupra ſcilicet, quia fit executio præſtita ſatiſdatione: ita deciditur in dict. pragmat. quæ incipit , *& ſi aliqua, &c.* in finalibus verbis ; vnde per hoc habes nouam correctionem in Regno ad *l.1 C.de arbitr.*& ad *l. diem proferre.27.§.ſtari.ff.de arbitr.*& iſta omnia dicta in hac octaua limitatione poteris addere ad ea , quæ dixi ſupra *in 14.diſtin.in 4.parte.* vbi eſt principalis mate-
ria arbitrorum. Nono † principaliter LIMITA, 275
non procedere in iudice, qui reuocauit grauamen, quod fuerat comminatus; quia ab eius grauamine, quod reuocauit, non poteſt appellari, niſi alio modo eſſet ſuſpectus, *c.cum ceſſante.de appellat.* VNVM
tamen † adde pro complemento huius materiæ, 276
quod in omnibus caſibus, in quibus ſupra dixi, non poſſe appellari à ſententia maiorum iudicum, propter auctoritatem perſonæ ; prout eſt à ſententia Principis, & aliorum non recognoſcentium Superiorem , ſemper poteſt ab eorum ſententia appellari ad Papam, quando contineret manifeſtam iniquitatem; nam Papa eſt iudex competens contra omnes non recognoſcentes Superiorem, ratione iniuſtitiæ manifeſtæ, & peccati, gloſſ.eſt *in c.ex tranſmiſſa.6.de for.compet.*& Andr.de Iſern. *in c.Imperialem.§.Praeterea ſi inter.col.7.de prohib.feud.alien.per Freder.* not.Hoſt.& Ioan.An.*in c.nouit.15.de iud* & Phil. *in rubr.de appell.in col.4.& in c.ſi duobus. 7.col.fin.eod.*
*tit.* Item, licet non poſſit ab eis † appellari, poteſt 277
tamen appellari ab eorum Vicariis, ſecundum Bart. & Bal.*in l.à proconſulibus.19.C.de ap.* & Phil.*in c.de liciti.66.el.3.in 6.q.de appell.*]

VENIO ad ſecundum membrum huius quartæ quæſtionis principalis , ſuper quo FACIO aliam REGVLAM AFFIRMATIVAM , ſcil. quod † re-
gulariter in omni cauſa appellatur, & ab omnibus 278
grauaminibus tam iudicialibus, quã extraiudicialibus, vt eſt gl.*in l.qui reſtituere.68.ff.de rei ven.*& not. Phil.

Phil. *in rub. de ap. col. 6. in fin.* cum appellatio ſit quædam defenſio, quæ nemini debet denegari, vt not. Soc. *in conſil.* 195. *col.* 3. *in* 2. *vol.* & eſt tex. *in l.* 1. *in prin. ff. de ap. & in c. cum ſpeciali.* 61. §. *porro, eo tit.* Et quod ab actibus etiam extraiudicialibus appellari poſſit, eſt tex. & ibi plene per Phi. *in c. bon. memoriæ.* 51. *de appell.* vbi pleniſſime attingit naturam appellationis extraiudicialis, & ibi per Abb. *& in c. cum ſit Romana.* 5 *eo. tit.* Et iſta appellatio extraiudicialis, non ſolum fit à Iudice extraiudicialiter procedēte, ſed etiam à parte, faciente aliquod grauamen alteri parti, ſecundum Phil. *in d. c. bonæ memoriæ, col.* 6. *in prin.*

[De appellatione, à grauamine extraiudiciali alicui à Principe illato, an, & quando ad Cameram, & quādo ad Iudices ordinationis **vermög der außträge**, fieri, & an intra eadē tempora, quibus iudicialis, interponi, & proſequi debeat. Item an in appellatione extraiudiciali etiam inhibitio decernatur, vide Gail. *lib.* 1. *obſ.* 120.]

279 Et inter alios effectus † huius appellationis extraiudicialis, quando fit à parte, nota magnum effectum; quia quando fit in cauſa beneficiali, habet vim citationis, & tenetur pars appellata comparere coram Iudice ad quem, ſine alia citatione, alias proceditur in illa cauſa in eius contumaciam. Et dantur in hoc Dvo termini. Primus eſt Terminvs vnius menſis, ad iter arripiendum à die interpoſitæ appellationis. Deinde poſt aduentum appellationis expectatur appellatus per 20. dies alios, intra quos ſi non comparuerit, proceditur in eius contumaciam, text. & ibi gloſſ. *in verſic. abſentiam, in c.* 1 *de elect. lib.* 6. in aliis autem cauſis non beneficialibus non operatur hunc effectum ſine citatione, vt not. Abb. *in d. c. cum ſit Romana, colum. pen.* Et not. hunc mirabilem effectum; quia de facili potes decipere aduerſarium, qui te moleſtat ſuper aliquo beneficio, appellando ab eius moleſtia ad ſedem Apoſtolicam, & deinde producere omnia acta tua, quæ faciunt pro victoria tuæ cauſæ: nam pars appellata non aduertet in comparendo; quia expectat ſe citari, & ſic poteris fabricare proceſſum, & de facili obtinere; cum non habeas contradictorem, & ita vidi pluries obſeruari, & pluries proceſſus huiuſmodi venire de Romana curia in partib. noſtris. De aliis autem effectibus huius appellationis extraiudicialis, & in quibus differat à iudiciali, remitto me ad plene dicta per Abb. Phili & communiter

280 ſcribentes *in d. c. bonæ memoriæ.* † Iſtam regulam affirmatiuam, quæ ſe habet, quod ab omni cauſa & actu grauatorio poteſt appellari, Limita primo non procedere, quando quis bis appellaſſet in vna, & eadem cauſa; quia non poteſt vlterius ab eadem ſententia tertio appellare, *l.* 1. *C. ne li. ten. prouoc.* & Specul. *in titu. de appel.* §. *quoties, in princ. per gloſſ. & Doct. in c. directæ.* 35. *c. ſua nobis.* 65. *de appel.* quod procedit tam in diffinitiua, quam in interlocutoria. Item procedit, quod ſuper vno & eodem articulo non licet tertio prouocare: nam ſi aliquis millies grauaretur in vna cauſa ſuper diuerſis capitulis, ſemper poteſt bis appellare ſuper vnoquoque capitulo: ita hæc omnia tenet Phil. *in d. c. directæ. colum* 3. *in princ.* Item procedit, quando vnus & idem vult tertio prouocare: ſecus ſi altera pars, quæ bis obtinuit, poſtea tertio loco ſuccubuit; quia ipſa etiam poterit bis appellare, & ſic poſſunt concurrere quatuor appellationes in eadem cauſa: duæ ſcilicet pro qualibet parte: ita dicit Phil. *in d. c. directæ. col.* 3. *verſ.* 2. *concluſio, &c.* & Abb. *in d. c. ſua nobis.* † Item proce- 281
dit, quando per tertiam ſententiam non infertur nouum grauamen, ſecus ſi infertur: vt quia Iudex tertiæ cauſæ condemnat ad expenſas, ad quas alii Iudices non condemnarunt: nam ab iſta cōdemnatione expenſarum, poteſt tertio prouocari, ex quo eſt nouum grauamen, ſecūdum Ang. *in d. l.* C. 1. *ne lic. ter. prouoc.* & Phil. *in d. c. directæ col.* 3. *verſic. tertia concluſio, &c.* † Item intellige & declara, quod licet 282
quis non poſſit tertio prouocare; tamen ſi aduerſarius appellat, poteſt inhærere appellationi aduerſarii, & producere iura ſua, perinde ac ſi ipſemet appellaſſet, quia quælibet appellatio eſt communis vtrique parti, ſecundum Phil. *in d. c. directæ, col. pen. verſic. quinta concluſio, &c.* † Item intellige & decla- 283
ra, quod licet quis non poſſit tertio prouocare; poteſt tamen dicere de nullitate tertiæ ſententiæ, & ſi ſuccumbit ſuper iſta nullitate, poteſt iterum appellare tanquam à nouo grauamine, ſecundum Ioan. de Imol. *in d. c. ſua nobis.* 65. *de ap.* & Phil. *in c. directæ. circa fin. verſ. noua concluſio, &c.* & ibi vide plene per eum de reliquis ſpectantibus ad hanc materiam.

[Vide etiam Alex. Trentacinq. *pract. reſolut. lib.* 2. *tit de appellat. reſolut.* 15. vbi plene tractat, quādo poſt tres ſententias conformes, & duas appellationes, tertio appellare vel ſupplicare liceat, vel non liceat. Et *reſolut. ſeq. num.* 3. An poſt tres ſententias conformes de nullitate dicere liceat. Vide quoque Ant. Teſſaur. *deciſ. Pedemont.* 122. vbi *numer.* 5 *& ſeqq.* tradit. quænam dicantur conformes ſententiæ: An etiā eæ, quæ differunt in expenſis vel in ſumma pecuniaria, & latā cum clauſula, *alio non apparente.* Item ſententia lata in contumaciam, & alia ad hanc rem pertinentia.]

Secundo Limita, † non procedere in cauſa, in 284
qua aliquis fuit verus contumax; quia non auditur appellans, *l.* 1. *C. quorum appell. non reci. & l. ex conſenſu.* 23. §. *fi. ff. de appel.* & ibi Bar. Imol. & Doct. † Quis 285
autem dicatur verus contumax, tradit plene Bart. *in l. fin ff. de in integr. reſtit.* Bart. & Alexand. *in d. l. ex conſenſu.* §. *fin.* & Alexand. *in l. properandum.* 13. §. *ſin autem reus.* 3. C. *de iudic.* tamen vera concluſio, quantum ad propoſitum noſtrum, eſt, quod ille dicitur verus contumax, qui fuit citatus perſonaliter, & potuit venire in termino, & non venit: vel ſi fuit citatus in domo, & poſtea citatio peruenit ad eius notitiam, & potuit comparere in termino, & non

venit. Quod intellige, quando legitime venit ad ſui notitiam, puta, per ſcripturam citationis viſam poſtea per eum, vel per relationem nuncii. Secus ſi per relationem vxoris, vel aliorum de domo, quia tunc non eſt verus contumax: quia poteſt dicere: ego nolui habere fidem vxori, vel alii domeſtico: ita hæc omnia concludit Alexand. *in d. §. ſin autem reus, colum. 2. & 3* & ſunt de mente Bartol. *in d. §. fin.* Item requiritur copulatiue, vt dixi, quod citatus potuerit comparere: quia ſi fuit impeditus, non dicitur verus contumax, ex quo per eum non ſtetit, ſecundum Alexand. *in l. 2. §. ſi quis 3 ff. ſi quis caut.* & habetur *in deciſ 30. conſil. Neap.* † Et adde hic, quod ad effectum, vt verus contumax non audiatur appellans, ſufficit, quod fuerit contumax ad ſententiam audiendam tantum, licet in toto proceſſu nõ fuerit contumax, ita tenet Alexand. *in l. ſæpe 63. colum. 24. ff. de re iudic.* & idem Alexand. *in d. §. ſin autem reus, colum. 5. in fin. verſic. octaua concluſio, &c.* Et pro iſta opinione pondero textum formalem *in l & poſt edictum. 73. § fin. ff. de iudic ibi, abſentem ex peremptorio condemnatum, &c.* quod tamen intellige, & declara, dummodo ſit citatus peremptorie, alias poſſet appellare, vt probatur *in d. l. & poſt edictum. § fin.* & tenet expreſſe Alexand. *in d. §. ſin autem reus, verſic. tertia concluſio, &c.* Vnde quo ad hunc effectum, ſemper eſt inſpicienda citatio, videlicet an in ea ſit poſitum verbum, *peremptorio. &c.* † Item adde, quod ſicut contumax non poteſt appellare: ita minime poteſt allegare litis pendentiam, ſecundum Alex. *in l. 2. colum. 2. ff. de re iud.* nec poteſt ſupplicare, ſecundum Phil. Dec. *conſil. 34. colum. 1.* † Ille ergo, qui fuit alio modo citatus, puta in domo, & non habuit legitimam notitiam citationis, dicitur fictus contumax, & poteſt appellare, ſecundum Bald *in l. ea. quæ. 7. C. quemodo & quando iud.* Bart. *in d. l. fin. ff. de in integr. reſtit.* & Alex. *in d. §. ſin autem reus. verſic. ſecunda concluſio, &c. l. 13. C. de iudic.* Et ſic not. quod fictus contumax non punitur: quia in eo non arguitur dolus, ſicut in vero contumace; vnde minime poteſt mulctari, quia mulcta non irrogatur, niſi propter veram contumaciam, ſecundum Baldum *in l. & in multis. 25. C. de appellat.* Bart. Bald. & Alex. *in l. 1. § fin. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.* † Et per hoc infero, quod in Regno per conſtit. regni, contumax condemnatur ad tertiam partem mobilium, & ex quadam generali conſuetudine nonnullarum curiarum in Regno exigitur vnus tarenus pro pœna contumaciæ, & in nonnullis curiis diuerſarum terrarum, exigitur vnus auguſtalis, dico, quod iſta exactio pœnæ debet fieri contra verum contumacem, & non contra fictum, per prædicta. † Quibus etiam adde, quod non ſolum is, qui fuit perſonaliter inuentus, dicitur verus contumax, ſed etiam is, qui procurauit, ne citatio perueniret ad eius notitiam, vt quia latitauit, vel aliter ſe abſentauit, iſte enim habetur pro vero contumace, ſe-

286

287

288

289

290

cundum Alexand *in d. § ſin autem reus, verſ. quinta concluſio. &c.* per ea, quæ habentur *in Clem. 1. vt lite pend.* † VLTIMO, ſuper hac materia ſcias, quod verus contumax non appellat, ſcilicet à cauſa principali. Secus eſt, ſi condemnatur in expenſis ratione contumaciæ: quia ſi in iſta cõdemnatione comparet, poteſt ab ea appellare, ſecundum Bal. *in l ſancimus 15. col. fin C. de iud. & in l. terminato. 3. col. pen. C. de fruct. & lit. expen. & in auth generaliter. C. de Epiſc. & cler.* & Phil. *in c. ſæpe, col 15. in 11. & 12. q. de ap* vbi etiam ponit, an verus contumax poſſit appellare à taxatione expenſarum. † TERTIO PRINCIPALITER LIMITA non procedere in cauſa, in qua aliquis eſt confeſſus, & conuictus; quia appellare non poteſt, *l. 2. C. quo ap. non recip.* & habetur plene per Phil. *in c. cum ſpeciali. § porro. col. 2. de appel.* vbi LIMITA, quando quis eſt ſponte confeſſus. Secus, ſi per tormenta; quia tunc appellat. Item LIMITA, quando probatio per quam eſt conuictus, eſt clara. Secus, ſi dubia. Idẽ etiam tenet plene Ioan. de Imol. *in l. fi. § iuſſus. ff. de ap.* & Bal. *in d. l. 2. col. 2.* & ibi etiam gl. ſi autem eſſet ſolum confeſſus, & non conuictus, vel ſolum conuictus, & non confeſſus, põt appellare; quia iſta duo requiruntur copulatiue, vt not. gloſſ. & Imol. *in anteced. col. in d. § iuſſus.* & Bald. *in d. l. 2. colum. 2.* licet contra hoc videatur facere text. & ibi not. *in c. Romana. § ſin autem. de ap. lib. 6.* vbi innuitur, quod confeſſus nõ audicur appellans, licet non ſit etiam conuictus; & ratio eſt, quia confeſſio in iudicio inducit notorium, & in notoriis non appellatur, vt dicam in ſequenti limitatione. Aliqui faciunt differentiam inter ius Canonicum & Ciuile, ſcilicet vt de iure Ciuili requirantur illa duo copulatiue, ſed de iure Canonico ſufficiat, quod ſit ſolum confeſſus, *per § ſin autem.* tamen veritas eſt iſta, quod de vtroq; iure nulla ſit differẽtia, & requiratur copulatiue, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quod ſit confeſſus, & conuictus, vt non appellet ad hunc effectum, ſcilicet vt eius appellatio non admittatur, nec per Iudicem à quo, nec per Iudicem ad quem: ſed indiſtincte fiat executio: Sed quando aliquis eſt confeſſus tantum, poteſt appellare ad hunc effectum, vt eius appellatio recipiatur per Iudicem ad quem, & inhibeatur Iudici à quo, quia Iudex à quo, non tenetur deferre tali appellationi, quæ induxit notorium contra ſe per confeſſionem, & poteſt ante inhibitionem exequi ſententiam, & ita loquitur *d. § ſi autem.* ſed Iudex ad quem, admittit illã, & poteſt diſcutere de errore confeſſionis, & interim inhibere; quia iſtud operatur appellatio in confeſſo: quia poteſt coram Iudice ad quem, reuocare confeſſionem docendo de errore, ſecundum Bartol. *in d. l. 2. in fin. C. quo. appell. non recip.* & hoc procedit, quando quis appellat nulla expreſſa cauſa, ſed quando inſerit cauſam in appellatione, vt quia allegat errorem confeſſionis; tunc etiam Iudex à quo, tenetur illi deferre, & non poteſt

291

292

poteſt exequi; etiam ante inhibitionem, ita hæc omnia concludit in effectu Abb. *in d.c.cum ſpeciali. 61.§ porro.col.3.* & ibi etiam Phil. vbi ita concordant opin. & vtrumque ius, & eſt de mente Bar. *in d.l.2. verſic. tu dic verius, &c.* vbi dicit, quod ſi non concurrunt illa duo; tenet appellatio, poteſt tamen Iudex à quo, non deferre, & exequi ſententiam, &c. & ſic ſub breuibus verbis Bal. concludit opin. prædictam, quam tenẽt Doct. *in d.§.porro.* & hoc proprie innuit tex. *in d.§.ſi autem.* vbi dicitur, quod Iudex ad quem, debet inhibere, ne ſententia executioni mãdetur, &c. & eſt de mente Doct. maxime Imol. *in d.*
293 *l.fin. §. iuſſit. ff de ap.* QVARTO PRINCIPALITER LIMITA, non procedere in factis notoriis; quia in illis non admittitur appellatio, tex. eſt *in c. cum ſit. 5. in fin. c. peruenit.13. & c. conſuluit.14. el 1. de ap.* not. Phil. & Abb. *in c.cum ſpeciali.61.§.porro.col.2. de ap.* & eſt text. cum gl. *in c. Romana. 3. §.ſi autem, de ap. lib. 9.* Quod tamen intellige, niſi in appellatione inſeratur cauſa rationabilis; quia tunc etiam in notoriis admittitur appellatio, vt eſt glo. *in ver. mandetur. in d.§.ſi autem.* & Phil. *in d.§ porro. colum.3. & in d.c.conſuluit.* alias regulariter non admittitur, vt ſupra, & tenet Lu. Roman. *in conſil.324.* & de hac materia vide, quæ dixi ſupra *in 2 quæſt.princ.verſic.*
294 *octauo limita, &c.* † QVINTO LIMITA, non procedere, quando quis fuit condemnatus de crimine falſæ monetæ, quia non poteſt appellare, ſed dãnatur vltimo ſupplicio, ſine appellandi remedio, tex.
295 eſt *in l.1.C. de fal. mon.* † SEXTO LIMITA, non procedere in eo, qui eſt condemnatus de raptu virginis, quia damnatur vltimo ſupplicio, & non poteſt appellare, propter immanitatem criminis, text. eſt *in l.vnic.§.ſi autem.* alias *in verſic. Quibus & ſi.fin prin. C.de rap.virg.* & Andr. de Iſer. *in tit. quæ ſint reg. ver &*
296 *bona, colum.16. in fin.* † SEPTIMO LIMITA, non procedere in latrone inſigni, & famoſo. Item in ſeditioſo, & auctore alicuius factionis; quia quicunque damnatur de huiuſmodi criminibus, vel altero ipſorum nõ appellat, nec ſuperſedetur executioni, tex. eſt *in l.conſtitutiones.ff.de ap. & in l. ſi quis filio exheredato.6.§.ſi autem 6.ff. de iniuſt.rupt.teſt.* & And. de
279 Iſern. vbi ſupra *colum.10.* † OCTAVO LIMITA, non procedere in crimine læſæ maieſtatis; quia in eo condemnatus nõ appellat, tex. eſt *in d. l. conſtitutiones.* ſecundum intellectũ Bar. ibi. dum loquitur intelligendo aliam l. de proditore, qui dicitur dux factionum, *per l.quiſquis 5.C.ad l.Iul.maieſt.* & iſtam limitationem tenet in Specie Felin. *in c.ſicut, el 1. de ſimonia.* & vide Andr. de Iſern. *in c.1. verſic. & bona, col. 9. in tit quæ ſint reg.*
298 [Imo appellationem in crimine læſæ maieſtatis humanæ admitti, tradit Viuius *com. opin. lib. 1. opin. 55. num.3* vbi probat hanc opinionem eſſe communiorem, & veriorem.]

NONO LIMITA, † non procedere in crimine ſimoniæ: nam condemnatus de eo, non appellat, ex quo æquiparatur crimini læſæ maieſt. & hæreſis, vt not. gloſſ. *in c.1. de teſt. lib. 6. in gloſſ. fin.* ita tenet Felin. *in d. c.ſicut, el 1. de ſimon.* per illum text. qui dicit, quod mox debet ſententia executioni mandari in crimime ſimoniæ. † DECIMO LIMITA, non 299
procedere in crimine hæreſis; quia condemnatus in tali crimine non appellat, *c. vt inquiſitionũ, de hær. lib.6.* & Fel. *in d.c.ſicut.* vbi limitat in omnibus prædictis criminibus, niſi quis appellaret ante ſententiam; quia tunc poteſt, ſecundum eum, & vide ad hoc pulchre Angel. *in conſil.188.* vbi multum ſingulariter loquitur; item omnes prædicti caſus intelliguntur, etiamſi fuit quis conuictus tantum, vel confeſſus tantum, & ſic non vtrunque concurrit copulatiue, ſecũdum Bartolum *in d. l. conſtitutiones.* VNDECIMO LIMITA, † non procedere in eo, qui 300
fuit condemnatus pro debito publico, ſeu fiſcali; quia non poteſt appellare, tex. eſt & ibi per Doct. *in l. abſtinendum.4. & l.fin.C. quor. ap. recip. & in c. ei, qui appellat. §. quoties. 2. quæſt.6.* & Spec. *in tit. de ap. §. in quibus, verſic.4.* quod intellige, quando fiſcus tractat de damno vitando? Secus ſi de lucro: vt in pœnis pecuniariis, quia tunc poteſt appellari, ſecundum Andr. de Iſern. *in conſtitut. intentionis. colum. final.* † DVODECIMO LIMITA, non procedere in 301
Officiali alicuius Iudicis, qui, ſi pro geſtis in officio fuit condemnatus, à ſuo Iudice non appellat: preſumitur enim ex quo ſuus erat Iudex, quod eum iuſte condemnauerit. Exemplum ponitur in nuncio, ſeu famulo alicuius Officialis, vel in actorum Magiſtro, ſeu Aſſeſſore condemnato à ſuo Officiali pro geſtis in officio, *l. nulli.3. & ibi Bart. C.quor. ap. non recip. & in c. ei qui. §. nulli. 2. quæſt. 6.* & Spec. *in tit. de ap. §. in quib. verſicul. 3.* † DECIMOTER- 302
TIO LIMITA, non procedere in quolibet Officiali condemnato in ſyndicatu; quia non appellat ad effectum retardandæ executionis, vt dictat in hoc Regno Regia prag. quæ incipit: *Regia dignitatis.* quod declara vt dixi ſupra *in 2. quæſt. princ. ver. Vigeſimo limita, &c.* † DECIMOQVARTO LIMITA, non 303
procedere in ſententia interlocutoria, quia ab ea non appellatur regulariter de iure ciuili, *l. penult. C. quor. ap. non recip.* quod dic, vt ibi per Bartol. & *in l. 2. & 3. ff. de ap. recip.* Secus de iure Canonico; quia à quolibet grauamine appellari poteſt, vt habetur *in c. vt debitus, de appell.* de qua materia vide, quæ plene dixi ſupra *in 2. quæſt. princ.* & per Angel. *in conſil.115. & conſil.107.*

[De appellatione ab interlocutoria, quod iure canonico ſimpliciter à qualibet interlocutoria, iure autẽ ciuili eo ſaltem caſu, cum poſt eam interlocutoriam, nulla alia ſententia definitiua ſperatur, Item cum grauamen, ꝙ per interlocutoriam infertur, in diffinitiua reparari non poteſt, permiſſa ſit, vide Alexand. Trentacinq. plene hæc, per exempla, & varias interlocutorias, quæ vel in principio, ſeu præludiis iudiciorum, vel in medio, vel in fine

iudicii

iudicii proferuntur, explicantem, & hanc diſtinctionem de grauamine per interlocutoriam illato, quod per definitiuam ſententiam reparari non poſſit, tradentem, vt videlicet ab ea appellari poſſit, ſi perimat totum negotium, ſi vero totum negotium non perimat; quod appellare non liceat. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de ap. reſolut.* 3. In Camera autem Imperiali in recipienda appellatione ab interlocutoria, ius ciuile, non canonicum obſeruatur, teſte Gail. *lib* 1. *obſ.* 129. *num* 1]

304 DECIMOQVINTO † LIMITA, non procedere in cauſa, vbi agitur de decima: quia non appellatur à ſententia lata in tali cauſa, tex. eſt *in c. tua nobis.* 26. *& ibi gloſſ. de dec.* & Specul. *in titul. de ap.*

305 *§. in quibus, verſicul.* 4. † DECIMOSEXTO LIMITA, non procedere in cauſa poſſeſſorii: quia à ſententia lata in poſſeſſorio non appellatur, *l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ. ſſ fue. ap.* & habet locum in omni poſſeſſorio, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ, ſecundum Bartol. ibi. & not. *in l. quiſquis.* 6. C. *quor. ap. non recip.* & plene per Baldum *in l.* 2. *colum.* 2. *verſicul. quæro, quæ eſt ratio? &c. de ap. recip.* & Angel. *in conſil.* 107. quod tamen ideo eſt; quia ſententia ſuper poſſeſſorio, parit modicum præiudicium, ex quo grauamen poteſt reparari ſuper petitorio, ſecundum Bartol. ibi. Verum iſtud declaratur hoc modo, ſcilicet vt non poſſit appellari ad effectum retardandæ executionis: ita dicit text. *in d. l.* 1. & ibi Bald. quia non obſtante appellatione, fit executio, tamen poteſt appellari, & valet appellatio in effectu, quo ad deuoluendum negotium coram Iudice, ad quem ita declarat Bar. *in d. l.* 2. *colum.* 3. *ff. de ap. recip.* & Bald. *in d. l.* 1. & Abb. *in c. cum ad ſedem, colum. antepen. & pen de reſtit. ſpol.* & tangit plene Phil. Dec. *in conſil.* 28. licet ibi, *in* 3. *col.* dicat, quod indiſtincte non appellatur à poſſeſſorio, tamen magis communis concluſio eſt, quod intelligatur ad effectum retardandæ executionis, & ita ſeruatur in practica, maxime in hoc Regno, vt habetur *in deciſ.* 77. *in fin. conſil. Neapos.* & tenet

306 Abb. *in conſil.* 55. *colum.* 1. *in* 2. *volum.* † Quod tamen LIMITA primo procedere de iure Ciuili, ſecus iure Canonico; quia poteſt appellari à poſſeſſorio: ita tenet Lud. Roman. *in conſil.* 324. *in princ.* Specul. *in titul. de ap. §. in quibus. verſi.* 6. Archid. *in §. ſunt quorum.* 2. *quæſt.* 6 & Abb. *in d. c. cum ad ſedem. colum. penult.* Pro hoc eſt text. *in Clem.* 1. *in fin. de ſeq. poſſ. & fruct. & in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. & in c. ſignificauerunt. de teſt.* Abb. *in d. conſil.* 55 *colum.* 1. *in* 2. *volum.*

307 Secundo † LIMITA, non procedere in ſententia ſequeſtri faciendi; quia licet ſit ſuper poſſeſſione, poteſt tamen ab ea appellari, ſecundum Ang. *in con-*

308 *ſil.* 107. *col.* 2. † Tertio LIMITA, procedere in ipſa diffinitiua lata in poſſeſſorio; ſecus in interlocutoria, quia ab omni interlocutoria, lata in poſſeſſorio ante ſententiam, poteſt appellari; & ratio eſt; quia grauamen tale nō poteſt reparari per appellationē à diffinitiua, ex quo ab ea non appellatur, vt ſupra: ita ſingulariter tenet Ang. *in conſil.* 46. *col. fi. & conſil.* 88. † Quarto notabiliter LIMITA procedere reſpectu ipſius poſſeſſionis principalis, de qua litigatur; quia quo ad illam, nō ſuſpenditur executio: ſecus autem ſi vltra poſſeſſionē fuit quis condemnatus ad expēſas, fructus, & intereſſe: quia quo ad iſta acceſſoria, valet appellatio, etiā de iure ciuili, & ſuſpenditur executio: ita tenet Bar. *in l. fin. §. iuſſu. in fi. ff. de ap.* & Bal. *in d. l.* 1. *col.* 2. *in fi. verſic ſed pone, &c. C. ſi de momē. p. ſſ fue. ap.* & eſt deciſū expreſſe *in deciſ.* 77. *conſil. Neap. in fin.* [Adde Vincent. de Frāc. *deciſ* 288]

Quinto † LIMITA, niſi grauamen illatum per poſſeſſorium, eſſet tale, quod non poſſet reparari in petitorio, vt ſi eſſemus in caſu, in quo non eſſet alicui conſultum, niſi per retentionem Rei: ſecus, per exceptionem; tunc enim etiam de iure ciuili appellatur à poſſeſſorio, & impeditur executio: ita tenet Bart. *in l.* 2. *col.* 2. *ff. de ap. recip.* & Abb. *in d. c. cum ad ſedem. col. pen. in prin. de reſt ſpol.* & Ang. *in l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ fue. ap.* & Phil. Dec. *in conſil.* 28. *colum.* 2. *per l. qui exceptionem §. ſi pars. ff de cond. indeb.* † Sexto LIMITA, quando iniuſte, & ſine cauſa aufertur alicui poſſeſſio; quia poteſt appellare, ſecundum Abb. *in conſil* 55. *col.* 1. *in* 2. *volum.* & Angel. *in conſil.* 112. *in* 2. *colum.* † Septimo per illationem ex prædictis ego nouiter LIMITO, vt iſta prohibitio appellationis in poſſeſſorio, procedat generaliter, vbi cauſa eſt modici præiudicii, & tractatur de poſſeſſione momentanea, ſcilicet quæ momento eſt duratura penes vincērem: vt quia ſunt in promptu probationes ſuper petitorio. Secus autem, vbi probatio petitorii eſſet difficilis, & ſententia ſuper poſſeſſorio traheret ſecum effectum perpetuum; quia tunc tractatur de magno præiudicio, & poteſt indiſtincte appellari ad impediendum executionem: ita ſenſit Abb. *in d. conſil.* 55. *colum.* 1. *in* 2. *volum.* & Phil. Dec. *in d. conſil.* 28. & Bart. *in d l.* 2. *colū.* 2. *&* 3 *ff. de ap. recip.* & Abb. *in d. c. cum ad ſedem, colum. penult.* & Angel. & Doct. *in d. l.* 1. *C. ſi de momen. poſſeſſ. fue. ap.* in quibus locis Doct. communiter ponderant modicitatem præiudicii in poſſeſſorio. Item tota ſchola Ciuiliſtarum ſe fundat ſuper *d. l.* 1. quæ loquitur de poſſeſſione momentanea, vnde innuit, quod ſit talis poſſeſſio, quæ de facili poſſit reuocari per probationes in petitorio, & per hoc ego nouiter infero, & credo dicere verum in iſtis litibus, quæ agitantur inter vniuerſitates terrarum ſuper poſſeſſoriis herbarum, nemorum, & aquarum, & aliarum rerum ſimilium: quia vt plurimum propter temporis antiquitatem non ſolent habere inſtrumentum diſtinctionis territoriorum, vt per illa poſſit probari petitorium: ſolum fundant ſe ſuper poſſeſſione; quia ita antiquitus fuit poſſeſſum, quo caſu ſi ſuccumbit vna vniuerſitas in poſſeſſorio, eſt ſibi impoſſibile habere probationes in petitorio, & ſic iſta ſententia haberet effectum petitorii, &

Margin numbers in right column: 310 (beside "Quinto"), 311 (beside "Sexto"), 312 (beside "Septimo").

ril, & eſt maximi præiudicii, per hoc dico indubitanter, quod à tali ſententia poteſt appellari, & impeditur executio, ſequendo maxime æquitatem iuris Canonici, quod permittit appellationem indiſtincte in poſſeſſorio, nam per ius Ciuile debet reſtringi in minus, quam poteſt, vt pulchre dicit Abb. *in d. conſil. 55.* ſed per ius Ciuile non reperitur reſtrictum, niſi in poſſeſſione momentanea, ergo non debet extendi ad poſſeſſionem longiori tempore duraturam, & hoc eſt noua & pulchra conſideratio in terminis in caſu, qui quotidie euenit, licet per inaduertentiam aliqui iudices in regno male id ſeruari faciant, accipientes valde generaliter, & extenſiue illud dictum, quod à poſſeſſorio non appel-
313 latur, & male & iniuſte faciunt per prædicta. † Octauo LIMITA non procedere, quando miſſio in poſſeſſionem eſt talis, quod miſſus interim lucratur fructus; quia poteſt appellari, ſicut à ſententia lata in petitorio, ſecundum Angel. *in conſil 152.*
314 Nono * LIMITA, non procedere in poſſeſſorio
315 miſto ſecundum Bald. *in conſil. 366. in 3. volum.* *Decimo LIMITA, quando ſententia ſuper poſſeſſorio eſſet lata ex dolo, vel lata culpa iudicis, vel propter inimicitias, quia tunc poteſt appellari, ſecun-
316 dum Baldum *in conſil. 217. in fin. in volum. 2.* * Vndecimo LIMITA, quando de poſſeſſorio tractaretur per viam contractus, & non per momentaneum iudicium; quia tunc poteſt appellari, ſecundum Bal. *in conſil. 210. in fin. in 5. volum.*

[Quo ad appellationē à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, communiter diſtinguūt doctores, ꝙ videlicet in poſſeſſorio ſummario, de iure ciuili nō admittatur appellatio, neq; quoad effectu ſuſpenſiuū executionis, neq; quo ad effectum deuolutiuū; quia in eo de modico præiudicio agitur, Menoch *de retin. poſſ. in vlt. remed. quæſt. 17 n. 48. in prælud. ad tract. de recup. poſſ. n. 32.* Iure autē canonico ab hoc ſummario poſſeſſorio permittatur appellatio, ſaltē quoad effectum deuolutiuū. Benin. *deciſ. 79. nu. 6.* per tex. *in §. de poſſeſſione. 2. quæſt. 6.* In poſſeſſorio autem pleno, ſeu plenario, quidam volunt prohibitam eſſe appellationem. Dec. *cōſ. 28.* & Oſaſc. *deciſ. 25.* alii vero permiſſam eſſe dicunt, ſaltem quo ad effectum deuolutiuum, non vero quoad ſuſpendēdam executionē, Bar. *in l. 2. col. 2. de ap. recip.* Bal. *in l. 2. col. fi. C. de Epiſc. aud.* Couar. *pract. quæſt. cap. 23. n. 1.* Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 9. n. 322.* Alex. Trentacinq. *lib. 2. pract. reſol. tit. de appel. reſol. 14. num. 7.* vbi alios inſuper allegat, aitq; hanc ſententiam probari *in l. vn.* in verb. *lata ſententia ſortitur effectum. C. ſi de mom. poſſ. fu. ap.* Iure autem canonico dicunt, ꝙ in tali poſſeſſorio plenario appellari poſſit, tam quo ad effectū ſuſpenſiuū, quam deuolutiuum, per tex. *in Clem. 1.* vbi Card. *in 1. oppoſ. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* cum aliis allegatis à Trentacinq. *d. reſol. n. 21.* verum Fach. *lib. 1. controuerſ. ca. 75.* putat tam iure ciuili, quā canonico appellari poſſe in cauſis poſſeſſoriis; quoad effectum deuolutiuū, nō ſuſpenſiuum l. vt executio ſuſpendatur, quia ius ciuile *in l. vn. C. ſi de mom. poſſ. fu. appell.* non dicit appellationem prohiberi, ſed ſaltem latam ſententiam effectum ſortiri, & exiſtimat hac in re nullum eſſe diſcrimen inter ius canon. & ciuile, cum nullus iuris canonici locus adferri poſſit, quo appellatio permiſſa eſſe dicatur quo ad effectum ſuſpenſiuum. vide Fachin. *d. loc.*]

DECIMOSEPTIMO, † PRINCIPALITER 317
LIMITA regulam principalem non procedere in actu, quē quis approbauit; quia ab eo appellare non poteſt, *l. ab eo. 3. C. quom. & quādo iud. & l. fi. C. de tēp. ap.* & not. Soc. *in conſ. 45. col. pen. in fi. in 1. vo.* pro hoc eſt tex. *in l. ad ſolutionem. 5. C. de re iud.* vt quādo accipit terminum ad ſoluendum, ſecundum Lud Rom.
*in conſ. 9. in fine.* † DECIMOOCTAVO LIMITA non 318
procedere, quando creditor agit hypothecaria ad auocandū pignus; quia ſi iudex pronunciat pignus debere reſtitui, non appellatur à tali pronuncia, ex quo eſt modici præiudicii; quia ſoluto pretio pignus reuocatur in priſtinū ſtatum, ſecundū Abb. *in c.*
*cum ad ſedem. col. antep. in fi. de reſtit. ſpol.* † licet agens 319
hypothecaria, dicatur agere petitorio, & nō poſſeſſorio, ſecundum Pet. Phil. Cor. *in conſ. 190. col. 2. in 1.*
*vol.* † vbi idem dicit, quando agitur Saluiano inter- 310
dicto; quia non appellatur, & de huius dicti veritate vide Iaſ. *in §. item Saluiana, col. 15. Inſti. de act.* Bar. *in*
*l. 1. ff. de Sal. interd. & in conſ. 210. in fin. in 5. vol.* † Adde 311
tamen, ꝙ hodie in Regno hoc eſt expreſſe deciſum, quādo agitur in decreto aſſiſtentiæ, vigore inſtrumenti: quia ſi conceditur aſſiſtenti, non appellatur à tali decreto affirmatiuo; vt eſt ritus magnæ curiæ, *in n. 64. incip. item in cauſ. duarum vnciarum. &c.* & eſt confirmatum per Regiam prag. quæ incipit, *Magnæ curiæ,* quia declarat hoc procedere ad effectum retardandæ executionis; quia obſtante appellatione fit executio, vt habetur plene *in deciſ. 261. cōſil. Neap.* vbi extēditur diſpoſitio d. prag. & ritus magnę curiæ non ſolum in decreto aſſiſtentiæ, verum etiā in omnibus aliis decretis affirmatiuis; quia ab illis nō appellatur: & quæ ſint iſta decreta, numerantur *in deciſ. 261.* ſed de nullitate poteſt dici ad effectum retardādæ executionis, vt dicitur *in d. prag.* adde tamen, ꝙ à ſecūdo decreto appellatur, licet non à pri-
mo, ſecundum Ang *in conſ. 46. & 107.* * DECIMO- 322
NONO LIMITA, non procedere in pronuncia de aperiendo teſtamentum, vel de mittendo ſcriptum heredem in poſſeſſionem; quia ab eo nō appellatur,
*l. quiſquis. 6. C. quor. ap. non recip.* Sicut* dicimus de 323
interdicto quorum bonorum, in quo non appella-
tur, ſecundum Bar. *in l 1. §. fi. C. quor. bon.* * VIGESI- 324
MO LIMITA, non procedere in cauſa nominationis publici muneris, quod eſt vtilitate priuatum; vt ſi quis nominatur ad aliquam tutelam ſuſcipiendā, vel ad aliud publicum munus; quia non poteſt appellari à tali nominatione, ſecundum Spec. *in tit. de appell. §. in quibus. verſicul. ſeptimo.* & eſt tex. *in l. 1 §. ſi*

*quu. ff quando appel. ſit.* poteſt tamen nominatus, ſi habet iuſtam excuſationem, ſe accuſare infra quinquaginta dies, & ſi non admittatur excuſatio; tunc poteſt appellare, vt *d. §. ſi quu.* & ita intelligitur tex. *in l. cum in vna. §. tutor. ff de appel.* vt not. glo. *in d. §. ſi quu.* & gl. *in § qui enim, Inſti: de excuſ. tut.* quod tamẽ intelligitur in illis muneribus, quæ ſunt auctoritate publica, & vtilitate priuata, vt ſupra. Secus autem in muneribus publicis, auctoritate & vtilitate, quia in his poteſt appellari, *l. 2. C. de decur lib. 10. l. hi qui. C. de appel. l. 1. C. de tempor. appel* not. gl *in d. §. qui enim.* Spec *in d. §. quibus. ver. 7.* adeo, quod ſi non appellat intra 10. dies, nõ poteſt vlterius contradicere, ſecundum Aug *in d. §. ſi quu.* vbi pulchre infert,
325 quod † ſi aliquis habet immunitatem, & exemptionẽ à collectis, eo ipſo, ꝙ deſcribitur in libro ſoluẽtium collectas, ſtatim cũ ſcit ſe deſcribi, debet appellare intra 10. dies, alias ſi ſcit, & nõ appellat, cenſeatur conſentire, & ſuo priuilegio renunciare. & non poteſt vlterius contradicere: & illud dictũ refert & ſequitur Alex. *in conſ. 101. col. 6. circa fi. in 1. vo.* quod not. quia eſt ſingulariter dictum, vnde poteris extrahere bonam cautelã in fauorem vniuerſitatis, ad operãdum, ꝙ ciuis exemptus perdat ſuam exemptionẽ. procuret vniuerſitas, quod deſcribatur in libro ſoluentiũ, & notificet ſibi qualiter eſt deſcriptus. & ſi non appellat intra 10. dies à die notitiæ, perdit priuilegium, & ipſe forte non aduertet in appellando; quia nõ fidit ſuo priuilegio, credens ſe poſſe illud quandocunq; producere: & ſic remanebit deceptus.
326 † Vigesimoprimo Limita, non procedere in cauſis minimis, & breuioribus; quia in illis non appellatur de iure ciuili, ſecus de iure Canonico, ſecundum Abb. Phil. & Card. *in c. de appellationibus. 11. extr de appel.* & ibi tangunt rationẽ diuerſitatis per tex. *in c. anteriorũ. 2. quæſt. 6. & in aut. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui recit.* Et quo ad hoc, q̃ dicantur cauſæ breuiores, vide Doct. *in locu prealleg.* & adde, quod hodie eſt deciſum in Regno, quod in cauſis duarum vnciarum ciuiliter petitarum, non appellatur, vt eſt ritus magnæ curiæ, *in rubr. 164.* incipiens: *Item in cauſis &c.* licet nunquam viderim illum ritum eſſe in obſeruantia; imo totum contra
327 rium ſeruatur. Nec † obſtat *l. & in maioribus. 20. C. de appell.* quia ibi exponitur, maioribus id eſt, criminalibus, minoribus, id eſt, ciuilibus, ſecundum gl.
328 ibi. Vigesimosecvndo Limita, † non procedere in ſententia abſolutoria, lata in cauſa criminali, ex mero officio, vel in proceſſu facto ad denũciam: quia non appellatur ab huiuſmodi ſententia, vt dicit præallegatus ritus magnæ curię. 164. qui incipit: *Item in cauſis &c.* Vigesimotertio Li-
329 mita, † non procedere in ſententia torturæ irrogandæ in crimine de quo conſtat per vnum teſtem de viſu, & per publicam famam; quia non appellatur: ita habetur *in d. ritu magnæ curiæ 164.* qui incipit: *Item in cauſis, &c. iuncto ritu anteprecedenti 162.* qui incipit: *Item, ſi accuſatur, &c.* Vigesimoqvarto Limita, non procedere in omnibus cauſis, 330
requirentibus celeritatem, quæ ſine dilatione expediuntur; quia in his non admittitur appellatio ad impediendam executionem, vt notat Spec *in tit. de appellat. §. in quibus. verſic. 3.* & Iaſon. *in l. 1. colum. 1. ff de feriis.* Vigesimoqvinto Limita † in eo, 331
qui condemnatur ſuper actione ad exhibendum; quia non poteſt appellare, ſecundum Spec. *in d. §. in quibus, verſic. ſed nunquid in actione?* quod intellige, & declara, vt ibi per eum. Vigesimosexto Limita, quando † cauſa eſt deciſa per iuramentum 332
delatum vel relatum; quia non poteſt appellari, tex. eſt. & ibi Bar. & Doct. *in l. generaliter. 12. §. ſed iuramẽto, 1. C. de rebus creditis.* & Iaſ. *in repet. l. admonendi colum. 21. de iureiurand.*

[Adde Fachineum idem tenentem, & defendentem, contra eos, qui in cauſa delati ſaltem iuramenti, non etiam relati id locum habere volunt; exiſtimantes in caſu relati, & præſtiti iuramenti, ſi ex eo ſententia contra referentẽ lata ſit, eũ appellare poſſe, ſed male, vt apud eum videre licet, *lib. 1. controuerſ. iur. cap. 23.*]

Vigesimoseptimo Limita, † quando Abbas, vel alius ſuperior regularis vult corrigere ſubditum ſuum regularẽ de aliquo exceſſu; quia à tali correctione nõ poteſt appellari, ex quo fit pro ſalute animæ ipſius correcti, *c. licet. 12. ff. de off ord. c. ad noſtram. 3. c. reprehenſibilis. 26 in fi. & c. cum ſpeciali. 61. in fi. de app.* quod intellige, niſi corrigens excedat modũ in corrigẽdo; quia tũc appellari poteſt, expreſſa cauſa grauaminis, ſecundum gl. & Phil. *in d. c. ad noſtram.* & eſt tex. *in c. de priore. 53. eod. tit.* Item † prædicta procedunt in Clerico regulari, ſed in ſeculari eſt ſecus; quia ille poteſt appellare à correctione, vt notat Spec. *in d. § in quibus. verſ. 11.* nam † maior dicitur poteſtas Abbatis in monachum regularẽ, quam Epiſcopi in Clericum ſecularem: vt not. Abb. & Phil. *in d. c. noſtram. & in d. c. reprehenſibilis.* prædictis adde Felin. *in c. ſuper literis. 20 colum. 11. verſ. Decima regula, &c. de reſcr.* & Calder. *in conſ. 3. in titul. de appel.* Vigesimooctavo Limita, † non procedere in cauſis, in quibus appellatio eſt prohibita per reſcriptum Principis: vt quando Princeps committit cauſam, appellatione remota; quia tunc non poteſt appellari, *l. 1. in fin. & ibi gloſſ. & Bart. ff à quib. appel. non licet, & c. paſtoralis. 14. de appell.* in tantum, quod licet appelletur a ſententia diffinitiua, poteſt ea tamen interim, appellatione remota vel pendẽte, executioni demandari, ſecundum Phil. *in d. c. paſtoralis. colum. 2. verſ. quarto operatur &c.* per tex *in c. paſtoralis § præterea de off. deleg.* nullus autem poteſt 337
hanc clauſulam in ſcriptis ponere niſi ſolus Princeps, vt dicit tex. *in d. l. 1. in fin.* quod tamen intelligitur, quando remouetur appellatio à diffinitiua: Secus ſi ab interlocutoria; quia tunc etiam inferior à Principe poteſt vti dicta clauſula, & poteſt tollere appel-

appellationem, ſecundum Bart. *in l. fin. C. de ſent.* & Bartol. *in d. l. 1. § fin. ff à quibus appell. non licet.* Verum dicit Bar ibi, quod friuola tantum appellatio cenſetur remota, prout etiam tenet Iaſ. *in l. 4. §. ſi is pro quo, colum. 2. quod quiſque iuris.* & ſecundum hoc, iſta clauſula eſt fruſtratoria: quia ſine ea appellatio friuola remouetur à iure, per tex. *in c. cum appellationibus. 5. de appell. lib. 6.*
338 Quis autem † ſit effectus huius clauſulæ, *appellatione remota*, & quid operetur? vide plene per Philip *in d. c. paſtoralis, de appellat.* vbi plures effectus enumerat, & vide pleniſſime per Ioan. de Imol. *in d. l. 1. §. final. ff à quibus appell. non licet.* vbi per 24. *colum.* tangit plene hanc materiam melius, quam alibi, & aliquid per Felin. *in c. cauſam, quæ. 18. col. penult de reſcript.* & Spec. *in tit. de ap. §. in quibus, verſicul. verum quia.*
339 & inter alia † eſt ſciendum, quod iſta clauſula, *appellatione remota*, nihil operatur in præiudicium tertii, & eſt tex. *in c. ſuper eo. 15. & ibi Abb. de off. delegat.* & Bartol. *in d. l. 1. §. fin.*
340 & Phil. *in d. c. paſtoralis, colum. fin. in 7. quæſt.* † Etſi opponeretur contra prædicta, quod appellatio eſt defenſio, *c. cum ſpeciali §. porro. de appellat.* & Princeps non poteſt tollere defenſiones, per ea, quæ habentur *in c. paſtoralis. de re iud.* poteris reſpondere, quod contrarium procedit in defenſione inducta à iure naturali, prout eſt citatio, ſed appellatio eſt defenſio iuris poſitiui, vnde poteſt tolli per Principem. Ita declarat Philip. *in d. c. paſtoralis, colum. 7. in fine, verſic. quæritur, &c.* Ioan. de Imol. *in d. l. 1. §. fi.* & Fel. *in rubr. de appell. colum. 3. in fin. & in c. 1. de reſcript.* Vi-
341 GESIMONONO LIMITA, † non procedere, quando quis renunciauit appellationi, quæ RENVNCIATIO POTEST FIERI EXPRESSE, & TACITE. Expreſſe fit, per verba expreſſa, & ſpecifica, declarãtia ipſam renunciationem appellationis, & non inducitur renunciatio eo ipſo, quod quis promittit ſtare ſentẽtiæ iudicis, ſecundum Phil. *in c. ad hæc. 37. el. 2. de appell.* & quod poſſit fieri renunciatio appellationis, eſt text. *in l. final. in fin. C. de tempor. appel. in l ſi quis libellos. 28. C. de appellat. in c. ſolicitudinẽ. 54. de appellat.* not. Andr. de Iſern. *in c. 1. §. item ſacramenta, colum. 5. in fine, de pac. iuram firmand.* & Socin. *in conſil. 45. colum. 5. & 6. in 1. vol.*

[An, & in quib. cauſis partes per pactum appellationi futuræ, antequam ſententia feratur; renunciare poſſint, & an talis renunciatio etiam procedat quo ad nullitatem, & laudi reductionẽ ad arbitriũ boni viri, Item in criminalibus, & in caſu, quo de euidenti iniquitate conſtat, plene tractat Alex. Trẽtacinq *lib. 2. pract. reſol. de ap. reſolut. 11.* quem vide.]

RENVNCIATIO VERO TACITA POTEST PLVRIBVS MODIS INDVCI: PRIMO enim per DESERTIONEM appellationis, & hic potes cumulare omnes modos, quos referam infra in vltima quæſtione principali.
342 SECVNDO modo † inducitur renunciatio eo ipſo, quod appellans poſt interpoſitam appellationem litigat adhuc coram iudice à quo, quia redeundo ad ipſum, cẽſetur appellationi renunciare, tex. eſt, & ibi per Phil. *in d. c. ſolicitudinem, & in c. grauem. 10. de offic. deleg.* QVOD TAMEN LIMITA SEX NOTABILIBVS MODIS, quos ponit Phil. *in d. c. ſolicitudinem.* & tangit idem Philip. *in c. cum teneamur. 17. in vltim. notab. de appell.* Eodem modo inducitur renunciatio eo ipſo, quod appellans poſt appellationem adit alium iudicem ſuperiorem, & non iudicem ad quem, ſecundum Abb. *in d. c. ſolicitudinem, col. verſic. vlt. n. 1. etiam illam, &c.* Et ex prædictis apparet differentia inter † reductionem ad arbitrium boni viri, & ap- 343
pellationem: quia ante ſententiam non poteſt renunciari reductioni, per ea quæ plene habentur *in c. Quintauallis. 23. de iureiurand.* ſed appellationi poteſt renunciari ante ſententiam, vt *d. l. fin. in fi C. de tempor appell.* vt refert Phil. *in d. c. ad hæc. el 2. circa fi.* & habetur per Bald. & Ang. *in l. tale pactum. 40. §. qui prouocauit. 1. ff. de pact.* plene per Ang. *in conſi. 187.* vbi pulchre loquitur, & Paul de Caſt. *in conſ. 260 co. 1. in 1. vol.* & in tãtum procedit dicta renunciatio, quod etiamſi renuncians adhuc eſſet intra decẽ dies datos ad appellandum, non poſſet vlterius appellare, ſecundum Card. *in Clem 2. §. 1. in fi. de appell.* & Io. an. de Ana. *in conſ. 50. colum. 1.* An † autem poſſit renun- 344
ciari nolente appellato? vide Felinum, tenentem, quod non, *in c. ex parte, S. 11. col. 2. de reſcript.*

[De hac quæſtione, an videlicet, & quãdo appellans interpoſitæ appellationi, à definitiua, vel interlocutoria, etiam inuito appellato, renunciare poſſit, vide egregiam reſolutionem Alex. Trentacinq. *pract. reſolut. lib. 2. de appellat. reſolut. 8.* vbi plene hanc quæſtionem tractat.]

TRIGESIMO LIMITA, † non procedere in 345
appellatione friuola; quia ab omni actu eſt prohibita, nec debet admitti per iudicem, neque lex ipſam admittit, *c. cum appellationibus. 5. de appellat. libr. 6* & not. Angel. *in conſil. 140.* imo de iure Canonico ille, qui friuole appellat ab actu, poteſt per iudicem a quo excommunicari vt contumax, ſecundum Abbat. *in d. c. ſolicitudinem. 24 in 1. notab. de appellat.* vbi plus dicit, quod poteſt etiam mulctari, & licet contra hoc videtur gloſſ *in d. l. §. fin. ff à quib. appellar non licet.* quæ facit differentiam inter ius Canonicum & Ciuile. Dicit enim, quod de iure Canonico non punitur temere appellans, niſi ſuis expenſis: ſecus de iure Ciuili, & illam gloſſ. ſequuntur Abbas & Philip. & communiter Doctores *in c. 1. de appellat.* † Tamen debet 346
illa gloſſ. LIMITARI, ſcilicet, vt non puniatur pœna extrinſeca, ſed bene poteſt excommunicari, ob contumaciam; quia temere appellando arguit ſe contumacem. Item debet LIMITARI, vt non puniatur, niſi iudici videbitur ob eius calumniam, & manifeſtam temeritatem. Ita pulchre diſtinguit, & declarat Abbas *in d. c. 1. in 1. notab. de appell.* & ita debet intelligi, & limitari, quod notat Bald.

Bald.*in l.2.colum.1.C.de Epiſcop.aud.* vbi dicit,quod
de iure Canonico temere appellans non punitur,
quod debet intelligi, ſcilicet, pœna appoſita in illa
lege, quæ eſt quinquaginta librarum argenti, ſed
bene poteſt alia pœna mitiori puniri ad arbitrium
iudicis,per ea quæ dicit Abb.*in d.c.2.*ſed de iure Ci-
uili appellans friuole, punitur pœna 50.librarum
argenti,vt eſt tex.& ibi Bal.*in d.l.2.C.de Epiſcop. au-
dien.*& tex.*in l.ab executione.5.in fin.C.quorum appell.
non recip.* SVPER HOC EST SCIENDVM, quod
reperio TRES POENAS in hac materia prodi-
tas à iure Ciuili,Vna 50.librarum argenti, vt mo-
do dixi.ALIA eſt pœna extraordinaria ad arbitrium
iudicis,*l.eos.6.§.ne temere.4.C.de appell.* ALIA eſt pœ-
na amiſſionis cauſæ,& nota infamiæ, *l.à proconſuli-
bus.19 C.de appell.* quomodo autem debent irroga-
ri dictæ pœnæ, ne videantur iſtæ leges adinuicem
contrariari,Bar.*in d.l.à proconſulibus.* facit vnam di-
ſtinctionem,videlicet, aut appellatio recipitur per
iudicem à quo,& punitur extra ordinem, *per d.§.ne
temere,*aut non recipitur, & punitur nota infamiæ,
& amiſſione cauſæ,*per d.l.à proconſulib.* Aut quis ap-
pellat ab executione,& punitur pœna 50. librarum
argenti, *per d.l.ab executione.* ita diſtinctio Bart.eſt
defectiua, quia *in l.2,C.de Epiſcop.aud.* non dicitur
de appellatione ab executione; & tamen irrogatur
illa pœna. Vnde eo magis clare concordando i-
ſtas leges ita diſtinguo, Aut quis appellat ab inter-
locutoria friuole,aut à diffinitiua. Primo caſu pu-
nitur pœna 50.librarum argenti,per text. *in d.l.2.*
vbi expreſſe loquitur Imperator de appellatione
ante ſententiam,& refert ſe ad deciſa per *d.l. ab exe-
cutione.* & declarat ibi gloſſ.*in ver ſanctio.*Idem pro-
batur *in d.l.ab executione.5.*vbi loquitur de appellan-
te ab executione,vel ab articulo, & ſic de appella-
tione ab interlocutoria.Secundo caſu,ſcilicet quã-
do appellat à diffinitiua; & tunc ſubdiſtinguo,aut
appellatio recipitur, aut non, ſecundum Bart. *in*
347 *d.l.à proconſulibus.* vt ſupra retuli. QVÆ † AVTEM
dicatur appellatio FRIVOLA, ſeu FRVSTRATO-
RIA, vel TEMERARIA? Dic, quod dicitur illa,
quæ interponitur ſine legitima cauſa: vt quando
quis appellat,vbi non eſt grauatus iniuſte:& ſic idẽ
eſt dicere friuolam,quod vanam & inanem, & ſine
cauſa iuſta interpoſitam,quæ nullum poterit ſorti-
ri iuris effectum,vt declarat Gem.*in d.c.cum appella-
tionib.5.col.2.verſic.quæro.quid importet, &c de appell.*
348 *lib.6.* & in tantum † lex habet odio huiuſmodi ap-
pellationes friuolas,quod non ſolum introduxerit
pœnas ſupradictas, verum etiam cenſetur fieri in-
iuria iudici a quo, quando friuole appellatur,adeo
quod poteſt iudex agere actione iniuriarum, vt eſt
gloſſ.ſing.*in l fin.in gl fi C.quando prouoc non eſt neceſ-
ſe.*& illam gl.ſequitur Gem. *in d.c.cum appellationib.
col.2.* & Fel.*in c.2.colum.1.de appel.* & eſt glo.expreſſa
*in c ſi quis repoſtera,in gl 2 diſt.50.* hoc not.pro limi-
349 tatione *l. & in maioribus.20.C.de appell.* quæ dicit,
quod is, qui appellat, non facit iniuriam iudici:
quia debet intelligi,quando iuſte appellat,non au-
tem friuole,ita dicit gloſſ.*in d.l.fin.* TRIGESIMO-
PRIMO LIMITA, † non procedere in cauſa iura- 350
menti in litem; quia à iuramento in breui non ap-
pellatur ſecũdum Bar.*in l.in actionibus.5.in fin ff.de in
lit.iur.*& ibi Sal.& Iaſ.& communiter Mod. Innoc.
Ant de Butr.& Imol.*in c.fin.quod mét.cauſ.*quod ta-
men limitat Iaſ.*in d.l.in actionibus.in fin.co.*procede-
re de iure ciuili, ſecus de iure Canonico; quia po-
teſt appellari, ſicut poteſt ab omni grauamine ap-
pellari,eo iure,*c.vt debitus.59.de ap.* TRIGESIMO-
SECVNDO LIMITA, † non procedere in ſenten- 351
tia excommunicationis, quia ab ea non appellatur
ad effectum retardandæ executionis. Item in ſen-
tentia interdicti,ſecundum Spec. *in tit.de appell.§.in
quibus,verſic.17.* & per Abb.& Phil.*in c.paſtoralis.53.
§.verum,de appellat.*& gloſſ.*in ver.ſuſpendatur.* & ibi
Abb.*in c.ad reprimendam.8.de off.ordi.* & habetur *in c.
qua fronte.25.c.quæſtioni. 21.de appell. & in c.per tuas.
40.de ſent.excommuni* & hanc materiam declara, &
limita, vt plene dixi ſupra, *in 2.quæſt.principali.4.
differentia, verſic. quinto limita,&c.* TRIGESIMO-
TERTIO LIMITA non procedere, † quando ſen- 352
tentia eſt ipſo iure nulla, quia ab eo nõ appellatur;
ſed de nullitate dicitur,vt in toto tit. *C.quand.pro-
uoc.nõ eſt neceſſe.*& Spec.*in d.§.in quibus,ver.18.* TRI-
GESIMOQVARTO LIMITA † non procedere in 353
eo, qui in cauſa principali nihil produxit, neque
probauit, quia ſi ſuccumbit,non poteſt appellare,
niſi ante omnia reficiat expenſas aduerſario, alias
non auditur appellans, niſi probauerit ſe iuſte im-
peditum:& ita ſeruatur in Regno,& de hoc eſt Re-
gia pragmatica.*in.num* 27.quę incipit,*Qui in cauſa.*
vbi plus cauetur,ſcilicet,quod victor debet ſatiſda-
re de ſoluendis illis expenſis,quas recipit,quando-
cunque iudex appellationis hoc iudicauerit. Item,
limitatur non procedere in miſerabilibus perſo-
nis, vt ibi habetur. TRIGESIMOQVINTO LI-
MITA † non procedere, quando quis generaliter 354
appellat ab omni grauamine, quod poſſet ei irro-
gari in aliqua cauſa,vel in aliis cauſis,quę poterunt
contra eum intentari, nam iſta dicitur appellatio
generalis,& vaga,quæ nihil valet, & non admitti-
tur,tex.eſt *in c.2.&c.conſuluit.18.el.2.de appell.* & li-
cet de iure antiquo valuiſſet appellatio generalis
facta reſpectu vnius cauſę,vt dicitur *in d.c.conſuluit.*
tamen hodie eſt correctum per *Clement. appellanti.
5.de appellat.* qua cauetur, quod in appellatione
à grauamine, debet inſeri cauſa, & illam ſolam
cauſam expreſſam poteſt appellans proſequi, vn-
de ſi appellatur generaliter, iſta appellatio non
prodeſt, niſi quoad cauſas grauaminis expenſas,
ita tenet Phil.*in d c.conſuluit.el.2.* quod nota, quia
quotidie euenit, quod aliqui faciunt iſtas appella-
tiones generales,ab omni grauamine, nulla cauſa
expreſſa,quia illas non poſſunt de iure poſtea pro-
ſequi.

ſequi. nam à grauamine non illato, nec communicato poteſt appellari, ſecundum Angel. *in conſil.* 88.
355 TRIGESIMOSEXTO LIMITA, † non procedere in mandato facto alicui, quod in ſua Eccleſia reſideat: quia à tali mandato non appellat, niſi iuſta cauſa, & iuſtum impedimentū exprimatur in appellatione; text. eſt, & ibi gloſſ. & Doct. *in c. perue-*
356 *nit.* 28. *el.* 2. *de appellat.* TRIGESIMOSEPTIMO † LIMITA, non procedere in omni actu, qui fit ſecundum iuris diſpoſitionem, & Canonicas ſanctiones: quia à tali actu ſecundum leges celebrato, non appellatur: nam à iudice, iuris diſpoſitionem, & decretum exequente, non poteſt appellari: quia talis appellatio eſt contra leges, text. *in c. conſuluit.* 29. *el.* 3. *de appell.* & iſta etiam eſt ratio præcedentis limitationis; quod tamen limita & declara, niſi in appellatione inſereretur talis cauſa rationabilis, per quā ſpecialiter in illo caſu admitti deberet: quia tunc valet appellatio, & debet admitti, ſecundum Phil. *in d. c. conſuluit. el.* 3. *& in c. de priore.* 31. *eodem titul.* TRI-
357 GESIMOOCTAVO LIMITA, † non procedere in declaratione dationis termini ad producendum teſtes, & inſtrumenta, & ad probandum in cauſa feudali; quia à breuiatione, & modificatione dicti termini non poteſt appellari in Regno; imo appellans punitur ad pœnam quinquaginta florenorum auri, & appellatio non valet, nec retardat executionem: ita de hoc eſt ritus magnæ curiæ, *in num.* 6. qui incipit: *Item, quod termini, &c.* iuncto ritu præcedenti, qui expreſſe loquitur in cauſa feudali. TRIGESI-
358 MONONO LIMITA, † non procedere in decreto, quo iudex pronunciat aliquem haberi pro confeſſo, ex quo noluit comparere ad ſe examinādum, vt principalem, facto ſibi mandato ſub pœna confeſſi: nam à tali decreto non poteſt appellari in regno. Verum in vltima citatione, quæ fit, debet inſeri totus tenor articulorum: ita de hoc eſt ritus magnæ curiæ, *in num.* 160. qui incipit: *Item ſeruat ipſa curia, quod ſi quis, &c.* Quid autem ſi de iure cōmuni? vide Phil. Decium *in conſil.* 34. *colu.* 2. *in princ.*
359 QVADRAGESIMO LIMITA, † non procedere in eo qui eſt conuictus de furto manifeſto, qui nō poteſt appellare, ſecundum Andr. de Iſern. *in titul. quæ ſint regal. verſic. & bona. colum.* 10. QVADRAGE-
360 SIMOPRIMO LIMITA † non procedere, quando certa pœna irrogatur à lege pro aliquo delicto, & cōdemnatus de illo delicto fatetur ſe deliquiſſe, ſed dicit ſe grauari; quia eſt nimis magna pœna, & propterea appellat: nam talis appellatio non admittitur, ſecundum Andr. de Iſern. *in conſtitut. Intentionis, co. fin.* vbi ponit exemplum de pœna portationis armorum. Et poteſt hoc ſuaderi ratione; quia tunc iudex exequitur legem, quo caſu non appellatur, vt dixi ſupra proxime *in* 37. *fallent.* & eſt generalis regula in iure, quod à lege generali appellari non poteſt. facit *l. proſpexit.* 12. *ff. qui. & à quib.* & vide Felin. *in c. cum non ab homine.* 10. *col. penult. & fin.*
*de iud.* QVADRAGESIMO SECVNDO LIMITA,
non † procedere in mandato facto alicui, vt declaret, 361
an ſcriptura ſit ſua; quia appellare non poteſt, ſecundum Bald. *in conſil.* 335. *in* 4. *vol.* QVADRAGE-
SIMO TERTIO LIMITA, † non procedere, quan- 362
do ordinarius delegauit aliquam cauſam, & poſtea talem delegationem reuocat; quia à tali reuocatione non poteſt appellari, ex quo iſtud dependet ex mero arbitrio, & auctoritate delegantis, *l. iudicium ſoluitur.* 58. *ff. de iud.* ita tenet Bald. *in conſil.* 3. *in* 3. *vol.*
QVADRAGESIMO QVARTO LIMITA, † non 363
procedere, quando aliqua cauſa eſt commiſſa conſcientiæ alicuius; quia ab eius ſententia lata ſecundum ſuam conſcientiam non poteſt appellari, gloſ. eſt *in c. ſtatutum.* 11. *§. aſſeſſorem de reſcr. li.* 6. tenet Pet. Phil. Corn. *in conſil.* 188. *col.* 2. *in litera C. in* 3. *volu.* de cuius tamen dicti veritate, vide Bald. *in l.* 1. *C. de reb. credit.* Petr. Phil. Corn. *conſil.* 187. *circa fi.* & vide plene per Felin. *in c. ſuper hu. col.* 5. *de accuſat.* vbi etiam
plene tangit, † quid ſi cauſa committitur arbitrio 364
iudicis, vtrum tunc poſſit appellari ab eius ſententia? & ponit regulam, quod ſic, cum nonnullis fallentiis, de quibus ibi per eundem Felinum, *in c. ſignificaſti.* 16. *el.* 1. *de homicid.* QVADRAGESIMO-
QVINTO LIMITA, † generaliter in omnibus ca- 365
ſibus, in quibus aliquid committitur à lege, vel à ſuperiore in poteſtate iudicis, & non in neceſſitate, vt quia poteſt aliquid facere, ſi vult, non tamen tenetur, *iuxta l. quidquid.* 40. *ff. de iud.* quia tunc, ſi iudex illud non facit, non poteſt appellari, ex quo facere non tenebatur, ſecundum Feli. *in c. ſuper his* 16. *co.* 5. *de accuſat.*

VLTIMO, † pro complemento huius materiæ 366
SCIAS, quod in omnibus caſibus prædictis, & aliis, qui in iure reperiri poſſint, in quibus non poteſt appellari a ſententia diffinitiua, ſemper poteſt appellari ab interlocutoriis, quæ emergunt ante ſententiam diffinitiuam, etiam de iure Ciuili: & ratio eſt, quia earum grauamen non ſperatur poſſe reparari per appellationem à diffinitiua; cum ab illa nō poſſit appellari. Ita multum notanter tenet Ang. *in conſil.* 46. C. *in conſil.* 188.
Item omnes † leges, quæ pro- 367
hibent appellationem, ſunt odioſæ; cum ſint contra regulas iuris communis, quæ permittunt regulariter ab omni actu appellari, & ideo reſtringi debent, prout poſſunt; ſecundum Andr. de Iſern. *in c.* 1. *verſ. & bona. colum.* 10 *quæ ſint regal.* Sequitur quinta quæſtio principalis.

VENIO ad quintam quæſtionem principalem,
& quæro, iuxta ordinem præpoſitum, † AD QVEM 368
IVDICEM APPELLARI DEBEAT? ſuper hac quæſtione pono REGVLAM GENERALEM, quod appellatio debet fieri à minori iudice ad maiorem, proximum & immediatum; non autem poteſt fieri ad æqualem, nec ad inferiorem, nec ad alium ſuperiorem diſtantem, & non proximum; quia non poteſt appellari regulariter omiſſo medio; ita hæc

omnia tenet Spec. *in titul. de appell. §. nunc tractemus.*
*in princ.* & dixi ſupra *in 2. quæſt. principali.* pro hoc eſt
text. *in l. Imperatores. 21 ff. de appell.* & not. Ioan. de A-
nan. *in conſ. 2* iſta ergo ſit prima regula, quod appel-
lari debeat à iudice gradatim, & ſic ad proximum
ſuperiorem, vt plene traditur *in c. dilecti. 66. el. 3 de*
369 *appellat. & in conſtitut. Capitaneorum.* Iſtam † regulam
LIMITA PRIMO non procedere, quando appel-
latur ad Papam, quia ſemper poteſt appellari a quo-
cunque iudice ad Papam, omiſſo medio, & hoc de
iure Canonico, text. eſt *in c. ad Romanam. 2. quæſt. 6.*
*in c. ſi duobus. 7. & c. ſolicitudinem. 54. de ap.* not. Spe-
culat. *in d. §. nunc tractemus in prin.* Phil. *in d. c. ſi duo-*
*bus. col. pen & in d. c. dilecti. el. 3.* vbi plene. Secus eſt de
iure Ciuili; quia non poteſt appellari ad Principem
omiſſo medio, *per d. l. Imperatores 21. ff. de appellat.*
tenet Ioan. de Anan. *in d. conſil. 2.* Socin. *in conſ. 39.*
*colum. 4. in 4. vol.* & Doct. *in d. c. ſi duobus. & d. c. dilecti.*
imo quando fit appellatio omiſſo medio, de iure
Ciuili cenſetur facta ad proximum ſuperiorem, ſe-
cundum Bald. *in conſil. 89. in 3. volum.* Socin. *in d. con-*
*ſil. 39. col. 4. per l. 1. §. ſi quis in appellatione. 3. ff. de appell.*
Phil. *in dict. c. dilecti. in 4. colum. verſic. concludo, &c.*
per And. de Iſern. *in d. conſtit. Capitaneorum.* Illud ta-
370 men, * quod dixi, poſſe appellari ad Papam, omiſ-
ſo medio, LIMITA in vno caſu, ſcilicet, quando
delegatus Papæ cauſam ſubdelegat aliquid ſibi re-
ſeruando, quia tunc à ſententia ſubdelegati nõ po-
teſt appellari ad Papam, ſed debet appellari ad de-
legantem, textus eſt, & ibi Gemin. *in c. ſi delegatus. 7.*
*§. fin. de offic. delegat. libr. 6.* & habetur *in c. cum te. 18.*
*c. ſuper quæſtionum. 27. §. porro. de offic. delegat.* & per
Phil. *in c. ſi duobus. 7. col. penult. verſic. ſed limita, &c.*
*de appellat* Quæ autem ſit ratio diuerſitatis inter ius
Ciuile, & ius Canonicum, quare alterum permit-
tat appellari ad Principem, omiſſo medio, & alte-
rum non, vide Speculat. *in tit. de appellat. §. nunc tra-*
*ctemus. col. 1.* Et prædictam limitationem intellige
& declara, dummodo excipiatur, quia tunc non va-
let appellatio ad Papam, omiſſo medio in caſu pre-
poſito, nec deuoluit negotium, ſtante exceptione
oppoſita. Secus ſi non opponitur; quia tunc tenet
appellatio, etiam in dicto caſu ad Papam, ſecundum
Phil. *in c. dilecti. el. 3. col. 6. verſic. 10. & textum ſequent.*
*de appellat.* Arch. *in c. ſi delegatus. 7.* & ibi etiam Ge-
min. *colum. 3 verſic. ſed quid ſi, &c de offic. deleg. 6.* per
dom de Rota, *in dec. 387.* quæ incipit, *ſi tres ſunt, &c.*
*in nouis.* & vide ſex pulchras declarationes datas ad
*dict. c. delegatus.* & ad hanc proximam limitationem
per Phil. *in d. c. dilecti. colum. 6.* SECVNDO PRIN-
371 CIPALITER LIMITA, † non procedere in lega-
to Papæ; quia ſimiliter ad eum poteſt appellari, o-
miſſo medio, ſecundum Abbat. *in d. c. dilecti. colum.*
*penult. verſic. extra gloſſ. &c.* & ibi etiam Phil. *colum.*
*6. verſic. octaua limitatio, &c. & in d. c. ſi duobus. colum.*
*penult. de appellat.* vbi etiam dicit in Patriarcha, ad
quem poteſt appellari, omiſſo medio. & idem tenet
*in d. c. dilecti. col. 6. verſ. noua limitatio, &c.* ſecundum
Innocentium *in c. antiqua. de priuileg.* & Speculat. *in*
*d. §. nunc tractemus. verſ. & nunquid, &c.* TERTIO
LIMITA, † non procedere in SCHOLARI; quia 372
ex ſpeciali priuilegio ſibi conceſſo per Imperatorẽ,
*per authent. habita, C. ne fil. pro patre.* poteſt ſcholaris
appellare a quocunque iudice inferiori ad Impera-
torem, omiſſo medio etiam de iure ciuili: ita tenet
Bald. *in dict. authent. habita. colum. 4. verſic. deinde ſe-*
*quitur, &c.* vbi dat duas ſpecialitates SCHOLARI-
BVS contra ius commune. Prima eſt, vt poſſint ab
omni grauamine appellare, quod iure Ciuili regu-
lariter eſt prohibitum, *per l. 2 ff. de appell. recip.* Secun-
da eſt, vt poſſint appellare ad Principem omiſſis
mediis, & iſtud dictum ſequitur Phil. *in d. c. ſi duob.*
*colum. penult. in fin* & Alexand. *in l. 1. §. ſi quis. in addit.*
*ad Bart. ff. de appell.* QVARTO LIMITA, non pro-
cedere, † quando fieret appellatio, omiſſo medio, 373
& non opponeretur: quia procedit appellatio, &
valet proceſſus; quia videntur partes conſentire, &
iuriſdictionem prorogare, ſecundum Phil. *in d. c. di-*
*lecti. colum. 3. verſic. in eadem, &c.* & ibi etiam Abb. *in*
*3. colum verſ. excipitur, &c.* Gemin. *in c. ſi delegatus. co-*
*lum. 3. de offic. delegat. libr. 6.* & Rota *in deciſ. 387. in c. ſi*
*tres, &c. in nouis.* QVINTO LIMITA, * non pro- 374
cedere, vbi extaret conſuetudo appellandi, omiſſo
medio; quia tunc valet appellatio auctoritate con-
ſuetudinis, text. eſt *in c. Romana. 3 §. 1. de appell. lib. 6.*
& eſt gloſſ. *in d. c. dilecti* & ibi Philip. *in 3. colum. ver.*
*ſecunda limitatio, &c.* SEXTO * LIMITA, in omni- 375
bus caſibus, in quibus proximior medius eſſet inha-
bilis, vel ratione ſuſpicionis, vel excommunicatio-
nis, vel alterius inhabilitatis; quia tunc eo omiſſo
poteſt appellari ad alium Superiorem; & poteſt eſ-
ſe exemplum, quãdo Epiſcopus recuſatus, vt ſuſpe-
ctus delegat cauſam; quia tunc à delegato non ap-
pellatur ad eundem Epiſcopum delegantem, pro-
pter ſuſpicionem, ſed poteſt adiri alius ſuperior o-
miſſo medio, ſecundum Abbat. *in d. c. dilecti. colum.*
*penult. verſ. nonus caſus.* & ibi etiam Phil. *col. 5. verſ. 6.*
*& verſ ſeq.* SEPTIMO LIMITA, † quando Epi- 376
ſcopus litigaret cum eius ſubdito, quo caſu eligun-
tur arbitri; nam à ſententia iſtorum arbitrorum nõ
appellatur gradatim, ſed ad Papam: gloſſ. eſt *in c. ab*
*arbitris. 11. de offic. delegat. libr. 6.* & not. Abb. *in c. dile-*
*cti col. penult.* & ibi etiam Phil. *in 4. colum. verſic. 3. &c.*
Idem eſt, quando appellatur ab arbitris electis ſu-
per recuſatione ſuſpecti, vt *d. c. ab arbitris. 11. & c. ceſ-*
*ſante. 60. de appell.* OCTAVO LIMITA, non pro- 377
cedere hodie in regno; † quia poteſt à quocunq; iu-
dice appellari ad Regiam, vel ad magnam curiam
Vicariæ, omiſſo medio, vt eſt conſtit. Regni, quę in-
cipit: *Cum noua.* & ibi gloſſ. & Matth. de Afflict. *in fi.*
*col.* Probatur etiam in conſtit. *Appellationum tempo-*
*ra.* & per hoc videtur eſſe in Regno correcta diſpo-
ſitio *l. Imperatores. ff. de appellat* vt dicit gloſſ. *in d. con-*
*ſtit. Cum noua.* & not. Andr. de Iſern. *in con. officiorum.*

No-

378 Nono Limita, non procedere, † quando dele-
gatus Principis ſubdelegat totam cauſam, nihil ſibi
reſeruando; quia tunc à ſententia ſubdelegati ap-
pellatur ad Principem, omiſſo medio: ſecus ſi ſub-
delegans aliquid ſibi reſeruat, tex. eſt *in c. ſuper quæ-
ſtionum. 27. §. porrò.* & ibi Abb. & Doct. *de offic. delegat.*
Secus eſt in ſubdelegato inferioris à Principe; quia
tunc appellatur ad ipſum ſubdelegantem, ſecũdum
Felin. & Doct. *in d. §. porrò.* & Specul. plene *in tit. de
appel. §. nunc tractemus. col. 2. & 3.* quod an ſit verum,
& quomodo procedat, vide quæ dixi ſupra *in 4. par-
te. in 5. diſtin. iudiciorum. verſ. quarto differunt, &c.* vbi
poſuit veram concluſionem in hac materia. Deci-
379 mo Limita, non procedere, † quando proximus
ſuperior eſſet abſens longo impedimento impedi-
tus, vel quando ſimul cum inferiore iudicauit: quia
tunc appellatur ad alium ſuperiorem, omiſſo me-
dio, ſecũdum Bart. *in l. 1. §. ſi quis. col. fin ff. de appellat.*
plures alias limitationes poteris videre per Abbat.
& Phil. *in d. c. dilecti.* & per Felin. *in d. §. porro. col. fin.*
380 Secvnda principalis regvla † in hac
materia eſt, quod à ſententia Vicarii, ſeu ſubſtituti,
non appellatur ad ſubſtituentem, puta Epiſcopum,
ex quo eſt idem tribunal; ſed appellatur ad ſuperio-
rem ſubſtituentis, vt eſt textus ſecũdum vnum in
tellectum, *in l. 1. §. ab eo. 1. & ibi Bart. ff. quis, & à quo
ap.* idem Bart. *in l. præcipimus. 32. in princ. C. de appellat.*
tex. cum gl. *in c. Romana 3. de appel. lib. 6. in c. non puta-
mus. 2. de conſuet. lib. 6.* & per Andr. de Iſern. *in conſt.*
381 *officiorum.* Limita primo † hoc procedere in Vi-
cario generali: quia ille dicitur habere ordinariam
iuriſdictionem, quam habet Epiſcopus: ſecus, ſi eſ-
ſet aliquis deputatus Vicarius particularis in vna
cauſa tantum, vel in vno loco particulari diœceſis,
qui dicitur Vicarius foraneus, ſeu ruralis; quia tunc
dicitur iſte Vicarius habere delegatam iuriſdictio-
nem, & ab eo poteſt appellari ad Epiſcopum, vel ad
alium ſubſtituentem, ſeu ad Vicarium generalem,
vt notat Card. *in conſtit. 2 in tit. de appel.* habetur. *in d.
c. Romana* & ibi Gemin. & Doct. not. Card. *in Clem.
2. in 34. q. de reſcri.* per ea quæ not gloſſ. *in d. Clem. 2.
in verſ. foraneus.* Gem. *in c. 1. in 2. quæſt. de offic ord. lib. 6.*
Felin. *in rubr. de offic. delegat. colum. fin.* Alexan. *in rubr.
ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. in penult. colum. in
princ.* Ang *in d. l. præcipimus. 32. C. de appel* & dixi ple-
ne ſupra *in 5. diſtinct. iudiciorum.* & ibi vide. Secvn-
382 do Limita, procedere † in appellatione: ſecus
in reſtitutione in integrum, vel nullitate; quia po-
teſt intentari coram Epiſcopo, & econtra ſenten-
tia Epiſcopi coram Vicario, ſecundum Phil. *in d. c.*
383 *dilecti in 10. & 11 quæſt.* Tertio Limita † non
procedere in Vicario Principis: quia ab eius ſenten-
tia appellatur ad Principem, ex quo non reperitur
alius ſuperior, ſecundum Phil. *in d c. dilecti. in 7. quæ-
ſtio.* Qvarto Limita procedere in his, quæ de
384 iure communi ſpectant ad Vicarium; quia dici-
tur Ordinarius. Secus in his, quæ non veniunt in
generali commiſſione Vicariatus: niſi ſpecialiter
committantur: prout ſunt cauſæ criminales, vt cõ-
ferre beneficia, & ſimilia; quia in his dicitur delega-
tus, & ab eo appellatur ad Epiſcopum committen-
tem, ita dicit Felin. *in c. licet. 12. colum. 1. de offic. ordin.
& in rubr. de offic. deleg. col. fin.* per ea quæ habentur *in
c. 2. & c. fi. de off. vicar. lib. 6.* & dixi plene ſupra *in quin-
ta diſtin. iudiciorum. in 1. & 2. chart.*
Et quia ſupra in præcedenti limitatione * dixi, 385
quod à Vicario particulari poteſt appellari ad Vi-
carium generalem, per hoc videtur extare conclu-
ſio, quod à delegato Epiſcopi poteſt appellari ad
Vicariũ Epiſcopi. Quod tamen intellige procede-
re, quando Epiſcopus eſſet abſens à diœceſi: ſecus,
ſi eſſet præſens: quia tunc eſſet omnino appellan-
dum ad Epiſcopum, & non ad Vicarium, declarat
Abb. *in d. c. dilecti. el 3. colum. 2. de appellat.* Sed verior
eſt opinio, quod indiſtincte poſſit appellari ad Vi-
carium, vel ad Epiſcopum, ad arbitrium appellan-
tis, ſiue ſit abſens, ſiue præſens Epiſcopus, vt eſt *de-
ciſ. Rotæ 350. in nouis.* & Phil. *in d. c. dilecti. in 2. quæſt.*
Tertia principalis regvla ſit in hac
materia, quod † à ſententia delegati appellatur ad 386
delegantem, & non ad alium ſuperiorem. tex. eſt
*in leg. 1. in princip. ff. quis & à quibus appellandum. in l.
Imperatores. 21. §. 1. ff. de appellat.* & ibi gloſſ. *in l. præci-
pimus. 32. §. hac ſi. & ibi gloſ. C. de ap.* not. Bart. *in d. l. 1.
§. ab eo.* ſed à ſententia ſubdelegati, ad quem appel-
latur, dic quod ſit differentia. Si delegatus ſubde-
legat totam cauſam, appellatur ad primum dele-
gantem, omiſſo medio. Si vero non delegat totam,
ſed aliquid ſibi reuerſat; & tũc appellatur ad ipſum
ſubdelegantem proximum. Iſta eſt communis con-
cluſio, quæ traditur per gloſſ. & Doct. *in c. ſuper quæ-
ſtionum. 27. §. porrò. de offic. delegat.* quam tenui ſupra *in
5. diſtin. iudiciorum. verſ. 4. differunt. &c.* & eſt gloſſ. *in
c. ſi tu, cui. 10. de offic. delegat. libr. 6.*
[Fachineus *libr. 1. controuerſ. iur cap. 78. litera D.*
exiſtimat, hac in re inter ius canonicum & ciuile,
eſſe apertam diuerſitatem; & quidem iure ciuili ap-
pellari ad delegantem, vel ſubdelegantem, *per l. Im-
peratores. ff. de appell & relat. & l. 1. & 3. ff qui & à quib.*
Iure vero canonico, non ad delegantem, ſed ad ſu-
periorem, per tex. *in c. ſuper quæſtionum. §. porro. de off.
delegat.* ſi videlicet totam cauſam ſubdelegarit, ni-
hil ſibi reſeruando. Si vero aliquid ſibi reſeruauerit,
ad ipſum ſubdelegantem, *per c. ſi delegatus. de offic. de-
legat.* vbi etiam oſtendit, nullam eſſe antinomiam,
ſeu contrarietatem, inter *l. 1. §. 1. ff. qui & à quib. ap-
pell. & l. 1. C. qui pro ſua iuriſd.* vt apud eum videre li-
cet. An autem, ſicut à commiſſariis Cæſaris, vigore
des Abſchieds datis, immediate ad Camerã appella-
tur, ita etiam ab aliis cõmiſſariis, ad inſtantiam par-
tiũ, etiã priuatorum hominum per meram delega
tionẽ à Cæſare datis, ad Camerã appelletur, an vero
ad ipſum Imp. appellandũ, & in eius iudicio aulico
cauſa ventilanda ſit, vide Gail. *lib. 1. ob. 121. nu. 1. & 2.*]
Præ-

387 Prædictam regulam † limita non procedere in ca-
ſu quando delegans eſſet ſuſpectus, & ratione ſu-
ſpicionis cauſam delegauit alteri non ſuſpecto, iux-
ta ea, quæ traduntur *in c. iudex ab Apoſtolica* 5. *de offic.
delegat lib.* 6. quia tunc non appellatur ad delegan-
tem, ſed ad alium ſuperiorem, omiſſo medio, vt ha-
betur plene per Doct. *in c. ſi quis contra clericum.* 4. *de
foro compet.* & per gloſſ. *in c. ſi is cui* 10. *de offic. delegat.
libr.* 6. & Phil. *in cap. dilecti. el* 2. *colum* 5. *verſic. ſexta
limitatio, &c. de appellat.* QVARTA REGVLA ſit,
388 quod † vacante Imperio appellatur indiſtincte ad
Papam, omiſſo medio, ita tenet Abb. *in c. licet ex ſuſ-
cepto.* 10. & ibi etiam Felin. *in* 2. *colum. de foro compet.*
389 QVINTA REGVLA ſit, † quod ſi in aliqua ciui-
tate deeſt, vel abeſt iudex appellationis, poteſt ap-
pellari ad Decuriones, & primates illius ciuitatis,
ſecundum Bart. *in l. vbi abſunt.* 19. *ff. de tutor. & curat.
dat. ab his, in l. quoties.* 2. *ff. ad municip.* & Bald. *in l.* 2.
*C. quand. fiſc. vel priuat. in* 2. *colum.* per tex. quem di-
cit ad hoc eſſe ſingularem *in §. & hoc peruenit. in Au-
then. vt nulli iudic.* Felin. *in c. querelam.* 10. *colum. fin. de
iureiurand.* de cuius dicti veritate, vide plene Felin.
*in rubr. de appellat. col.* 4. & 5. Et not. illum text. *in d.
§. & hoc peruenit.* per quem habes quotidianam pra-
390 cticam, quando † Officialis ciuitatis facit aliquam
iniuſtitiam prohibendi aliquid fieri, quod de iure
prohiberi non poteſt: nam tunc poteſt haberi re-
curſus ad Epiſcopum ciuitatis, vel ad Decuriones,
vt prohibeant iudicem, & prouideant huic iniuſti-
391 tiæ. SEXTA REGVLA ſit, † quod ſi iudex laicus
committit cauſam Epiſcopo, à ſententia non appel-
latur ad Papam, ſed ad ipſum delegantem laicum,
vel ad eius ſuperiorem laicum, ſecundum Bald. *in
Auth. ſi qui litigantium. circa fin. C. de Epiſ audien* SE-
392 PTIMA REGVLA † ſeu concluſio ſit, quod quan-
do duo iudices pronunciauerunt ſuper eadem cau-
ſa, quorum vnus eſt laicus, & alter clericus, appel-
lari debet ad ſuperiorem Eccleſiaſticum: attento di-
gniori: ita dicit Bart. *in l.* 1. *§. ſi quis. colum. fin. ff. de
appell.* & Alexan. *in conſil.* 186. *incip. v ſ. proceſſu cauſa
vertentis, &c. in* 1. *colum. in* 2 *volum.* & Salic. *in l. praci-
pimus.* 32. *C. de appel.* & Iaſ. *in l. imperium.* 3. *col.* 4. *ver-
ſic.* 4. *facit, &c. ff de iuriſdict. omn. iud.* & Bald *in rubric.*
393 *extr. de appell.* & idem † eſt quando clericus & laicus
eſſent arbitratores: quia reductio fit ad ſuperiorem
Eccleſiaſticū, vt not. Lud. Rom. *in conſil* 265. & Iaſ.
*in d. l. imperium colum.* 4. Prædictis adde, quæ in ſi-
mili notat Socin. *in conſil.* 12. *col.* 4. *in* 1. *volum.* Ial. *in l.
ſi emancipati.* 9. *de collat.* & Felin. *in c.* 1. *col.* 4. *de pra-
394 ſcript.* vbi ſingulariter dicit Felin. quod ſi † ſunt plu-
ries inquiſiti per iudicem ſecularem de aliquo cri-
mine, inter quos eſt vnus clericus, qui petit ſe re-
mitti ad Epiſcopum, poſſunt omnes alii inquiſiti
laici petere ſe remitti ad Epiſcopum, occaſione cle-
rici: & eſt notabile dictum, licet ſubdat Felin. ibi,
quod ſi Epiſcopus non puniuit laicos ſufficienter,
poſſet poſtea iudex ſecularis eos iterum punire,

OCTAVA REGVLA eſt, quod † à decreto Decu-
rionum, ſeu primorum ciuitatis, poteſt appellari ad
Capitaneum ſeu Officialem ipſius ciuitatis, dum-
modo habeat merum & mixtum imperium, & non
ſit creatus ab ipſis Decurionibus, ſed ab alio ſupe-
riore: ita Bart. *in l.* 1. *§. ſolent. ff. quando appell. ſit* & ibi
tenet Bar. quod † nemo poteſt eſſe iudex appellatio- 396
nis, niſi habeat merum & mixtum imperium; quia
appellatio eſt mixti imperii. NONA REGVLA eſt,
ſi iudex † laicus pronunciat ſe competentem in ali- 397
qua cauſa ſpirituali, debet à tali pronuncia appel-
lari ad Epiſcopum, & non ad ſuperiorem laicum,
ſecundum Bald. *in conſil.* 44. *in* 2. *volum.* DECIMA
REGVLA eſt, † quod in Regno à ſententia omnium 398
iudicum ordinariorum, quarumcunq; ciuitatum,
poteſt appellari ad magnam curiam Vicariæ, & ſi-
militer à ſententia Regis, appellatur ad magnam
curiam, dummodo non ſit de conſiliariis: quia ſi
delegatus eſt de conſiliariis, appellatur ad ſacrum
conſilium, & non ad magnam curiam, hoc proba-
tur *in conſtitut. Statuimus. la* 2. & ibi hoc expreſſe te-
net Matth. de Afflict. *in* 5. *not. & conſtitut. Cum noua.*

SEXTO principaliter † ſequendo ordinem præ- 399
poſitum, QVÆRO, QVIBVS APPELLATIO-
NIBVS SIT DEFERENDVM, VEL NON? Su-
per hac quæſtione facias REGVLAM GENERA-
LEM, quæ eſt affirmatiua, quod regulariter iudex
à quo, teneatur quamlibet. appellationem admit-
tere ſecundum Alexand. *in l.* 1. *colum. penult. ff. ſi quis
caut.* & ſi ipſam non admittit, ſeu non defert illi, pu-
nitur ad pœnam triginta librarum auri, tex. eſt *in
l. quoniam iudices.* 21. *C. de appellat. & in c. de priore.* &
ibi Phil. *de appell.* vbi de iure Canonico iudex non
deferens, mittitur ad ſuperiorem puniendus arbi-
trio ſuperioris, ſed de iure Ciuili eſt ſtatuta pœna
triginta librarū auri, vt *d. l quoniam iudices.* 21. *& in l.
iudicibus.* 24. *C. de appellat.* not. Specular. *in tit. de ap-
pellat. §. nunc dicamus in prin.* Iſtam regulam limita
non procedere in omnibus caſibus, in quibus ap-
pellatio eſt prohibita à iure, & in quibus iudex po-
teſt procedere appellatione pendente; quia in illis
non tenetur appellationi deferre, *c. cum appellatio-
nibus.* 4. *de appellat. lib.* 6. & per ea, quæ not. Doct. *in
d. c. de priore.* & qui ſunt iſti caſus, poteſt ſatis aperte
colligi ex his, quæ dixi ſupra, *in* 2. *q. princ. verſ. quar-
ta differentia in limitationibus prima regula.* & ſupra *in*
4. *qu. princ. per totam* cumulaui omnes caſus, in qui-
bus prohibetur appellatio.

SEPTIMO, principaliter quæro, † QVID POS- 400
SIT FACERE IVDEX APPELLATIONE PEN-
DENTE? Dic, quod regula eſt negatiua, quod iu-
dex à quo, pendente appellatione, vel pēdente de-
cendio dato ad appellandum, nihil poteſt inno-
uare in cauſa, vt eſt textus *in l.* 1. *& ibi Bartol. ff. nil
nouan. appel. pend. & in c. non ſolum.* 7. *de appell. libr.* 6.
imo innouata reuocantur per remedium attenta-
torum, vt not. plene Phil. *in c. conſuluit.* 18. *el* 2. *&c. bo-
na*

401 na.51.de appell. Et circa iſtam † materiam attentatorum, ſcias vnam pulchram differentiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem; quia quando ſumus in appellatione iudiciali, reuocantur omnia attentata, etiam quæ non ſunt directo contra appellationem, ſed in extraiudiciali, reuocantur ſolum ea, quæ ſunt contra appellationem, & non alia: ita pulchre tenet Phil in c.1. in vlt. not. de ap-
402 pellat. Item adde, quod † adhuc, vt attentata reuocentur, eſt neceſſe, quod appellatio fuerit intimata iudici & parti, alias iudex & pars ſemper poſſunt de iure procedere in cauſa, quando non habent notitiam appellationis, & iſta attentata ab ignorantib. appellationem non reuocantur: ita tenet Ant. de But. & Imol. in c.fi.col.fi. de ap. & ibi etiam Phil. in antep.col.verſ.vltimo quaritur, &c. & poteſt peti reuoca-
403 tio attentatorum, † vſq; ad concluſionem in cauſa, & nō vltra, ſecūdū Phil. in c.dilecti.61.el 3.col.2.de ap. & ibi ponit aliquas limitationes, in quibus attentata non reuocantur. Et de multis priuilegiis attentatorum, vide plene per eundē Phil. in c.bona memoria.col.4.& 5.de appel. vbi etiam tenet, quod non poteſt fieri reuocatio attentatorum, niſi cauſa cognita, & parte citata, & Ph.Dec in conſil.20. Item illud, quod dixi, quod debet appellatio eſſe intimata iudici, & parti ad hoc, vt attentata reuocentur, intellige in appellatione iudiciali, ſecus in extraiudiciali; quia in ea reuocantur, etiamſi non fuerit intimata, ſecundum Phil. in c.bona memoria.51. col. 13. verſ.
404 Bona concluſio, &c. de appellat. Item adde, † quod in tantum eſt priuilegiatum remedium attentatorum, quod agenti, vt attentata reuocentur, non poteſt opponi exceptio excommunicationis, ſecundum
405 Phil.Dec. in conſil.200.col.fin.verſ.2. Nec etiam † poteſt opponi exceptio proprietatis ſecundum Card. in d.c.bona.51.col.63.verſ.not.ex tex.ibi.proprietatis, &c.
406 de ap. Item, tenetur is, † qui attentauit, ad reſtitutionem fructuum, medio tempore perceptorum, à die interpoſitæ appellationis, ſecundum eundem Card. in d.c.bona.col.3.verſic. nota ex tex. ibi, tempore,
407 &c.7. Item, † iſta attentata reuocantur duplici via; Vno modo implorando principaliter officium iudicis, ipſorum reuocatione: Secundo modo acceſſorie, proſequendo appellationem, vt declarat Card. in d.c.dilecti.el 3.col.1.in tit. de appel. Iſtam regulam huius quæſtionis LIMITA, non procedere in omnibus caſibus, quos numeraui ſupra in 2.q.princ. verſic.quarta differentia. &c. vbi plures limitationes cumulaui, in quibus iudex poteſt attentare, & procedere, pendente appellatione. Et ſimiliter potes limitare in omnibus caſibus, in quibus appellatio de iure eſt prohibita; quia non tenetur iudex illi deferre: prout plene iſtos caſus cumulaui ſupra in 4. quæſt princ. & ad ibi dicta me remitto.

OCTAVO & vlt. ſequendo ordinem præpoſitum
408 quæro, † QVANDO, ET EX QVIBVS CAVSIS APPELLATIO DICATVR DESERTA? In hoc facias primo REGVLAM GENERALEM, quæ ſe habet, quod iudex in dubio debet ſemper pronunciare appellationem non eſſe deſertam; quia debet eligere viam mitiorem, per quam ius non remaneat peremptum litiganti, ita tenet Paul. de Caſtr. & ibi etiam Alex. in pen.col. Iaſ. in l.1.ff ſi quis caut. Phil. Dec. in l.quoties nihil 200.ff de reg.iur. & Fel. in c.ſignificauerunt.30 col.1.de teſtib. Quis † autem iudex pro 409
nunciet ſuper deſertione appellationis, vtrum iudex à quo, vel iudex ad quem: ſupra dixi in 1.q.prin. in verſic.4.different. 9.limit. & ibi vide. Sed vbi caſus eſt clarus, quod appellatio ſit deſerta, tūc iudex pronunciabit illam deſertam, & perinde habetur, ac ſi appellatum non eſſet, vt habetur in conſt. Appellationum tempora. & not.gl. in verſ executionem. in l. .C. de temp.ap. & Card. in Clem. ſi appellatione. in 1.q. de appell. Nec eſt neceſſe, quod opponatur de deſertione; quia iudex poteſt ex officio, etiam parte non opponente, opponere & pronunciare appellationem eſſe deſertam, vt not. Phil in c.ex ratione.8.col.20 verſ. quo ad ſecundum dic, &c. de appellat vbi alleg. Bald. ad Spec. in tit. de appel. verſ. iudex ex officio, &c. Qui † autem dicuntur caſus, in quibus appellatio efficitur 410
deſerta? Dic, quod multi ſunt, qui poſſunt colligi ex variis librorum reuolutionibus. Et PRIMVS CASVS eſt, quando appellans non fuit proſecutus appellationem intra annum vel biennium, ſecundum formam auth. ei qui appel. C. de temp. ap. & c. cum ſit Rom.5.e. ex ratione.8. & ibi plene per Dd. de appel. & dixi plene ſupra in 3.q.princip.verſ.ſequitur modo videre de tertio tempore, &c. niſi excuſaretur aliqua iuſta cauſa impedimento: vt ibi dixi. SECVNDVS CASVS eſt, † quando appellans non præſentauit 411
proceſſum iudici ad quem intra quinquaginta dies, & citari fecit partem; quia in Regno appellatio eſt deſerta, per d.conſt. Appellationum tempora & ibi Andr. de Iſern. de quo dic, vt plene dixi ſupra in 4.q.princ. verſ.ſequitur modo videre de tertio tempore, &c. habetur in deciſ.185.conſil. Neap. Adde tamen circa hoc, quod in ſacro conſil. Neapol. eſt ſtylus, quod ſi proceſſus præſentatur poſt 50. dies, antequam ſit pronunciatum appellationem eſſe deſertam, reuidetur cauſa ex eiſdem actis de æquitate, & pronunciatur bene, vel male eſſe iudicatū: ita de hoc eſt dec.244. in fine. conſil. Neap. & dec.79. Vnde cautela eſt, quod appellatus ſtatim, cum videt elapſos 50. dies, compareat, & petat appellationem pronunciari deſertam coram iudice ad quem; quia ſi poſtea præſentatur proceſſus, appellatio reperitur deſerta ipſo iure, & iuriſdictio deuoluta eſt iudici à quo, ita tenet Mat. de Affl. in d.conſtit. Appellationum tempora col.4 in fine.
TERTIVS CASVS eſt, † ſi iudex à quo, ſtatuit breuiorem terminum ad proſequendum, quod poteſt 412
facere, vt eſt textus in c.perſonas.4.in c.cum ſit Romana.5.in c.oblata.57.& in c.reprehenſibilis.26.c ſæpe.40. & ibi Dd. de ap. & probatur in d conſtit Appellationum tempora, verſ.cæterum. nam ſi intra terminū ſtatutum

non proſequitur, appellatio remanet deſerta: de quo vide, quæ plene dixi ſupra *in 2. quæſt. princ. verſ. vigeſimoprimo limita, &c.* vbi plene diſtinxi, & an, & quando iudex poſſit abbreuiare terminum proſequendi, ibi vide. Et per *d. verſic. cæterum.* eſt cautum hodie in Regno, quod iudex ad quem, poteſt pro locorum diſtantia ſtatuere terminum appellanti ad præſentandum proceſſum coram ſe, & ſic poteſt abbreuiare tempus quinquaginta dierum, non autem prorogare, vt ibi dicitur in tex. & ex elapſo tẽpore abbreuiato remanet appellatio deſerta, licet nondum ſint completi quinquaginta dies, ex quo iſte terminus iudicis ſuccedit in locum termini legalis; quia lex dat hanc poteſtatem iudici, ita tenet Matth. *in d. conſt. Appellationum tempora. col. 2.* & prædictis adde Card, *in Clem. conſtitutionem. §. inſuper. in*
413 *1. quæſt. de elect.* LIMITA † tamen prædicta non procedere in perſona, quæ poteſt petere reſtitutionem in integrum, quia licet non fuerit proſecuta appellationem intra quinquaginta dies, vel intra tempus ſibi ſtatutum à iudice; poteſt tamẽ intra quadriennium continuum petere reſtitutionem in integrum aduerſus temporis lapſum, & reſtituetur ad tantum tempus, intra quantum fuit læſio, & de hoc eſt *deciſ. 175. conſ. Neap.* & tex. *in Clem. 1. de reſt. in integr.* Se-
414 cundo LIMITA, † non procedere, quando appellans fecit ſuam diligẽtiam intra quinquaginta dies, ſed ſtetit per iudicem appellationis, vel per eius Secretarium, vel Auditorẽ, & noluit expedire literas intra terminum, quia tunc, ſtante dicto impedimẽto poteſt appellationem proſequi, de hoc eſt *deciſ.*
415 *79 conſil. Neap.* Tertio LIMITA, non procedere in cauſis beneficialibus; quia in illis iudex non poteſt abbreuiare terminum iuris, niſi vtraque parte volente, & ſi abbreuiauit de facto, & labatur tempus, à iudice ſtatutum, non cenſetur deſerta appellatio, niſi totus terminus iuris labatur, ita pulchre dicit Philip. *in c. cum ſit. 5. in fin. col. de appel. in c. conſtitutus. 46. el. 2. col. 1. eod tit.* vbi plus dicit in hac materia, quod licet appellatio ſit deſerta per negligentiam partis, in cauſis beneficialibus; tamen nunquam cenſetur deſerta quoad iudicem, & ſemper iudex poteſt ſupplere, & procedere ex officio, & inquirere de meritis cauſæ. QVARTVS CASVS eſt,
416 quando † appellans non petiit apoſtolos intra triginta dies; quia non obſtante quod alias legitime appellauerit, remanet appellatio deſerta ob nõ petitionem apoſtolorum, tex. *in Clem. quamuis. 4. de ap. in c. ab eod. 8. de appell. li. 6 in l. iudicibus. 24 C. de appell.* Bar. *in l. vnic ff. de lib. dimiſſ.* & Lud. Rom. *in conſil 2.* Et hoc eſt de iure communi, ſed in Regno, in curia ſingulari debent peti apoſtoli. ſed non de neceſſitate intra triginta dies: ſed ſufficit, quod petantur & præſentẽtur intra quinquaginta dies, datos ad proſequen[d]ũ per conſt. Regni, ita tenet And. de Iſern. *in d. conſt. Appellationum tempora.* & ibi etiam Matth. *in 7. col. in prin.* vnde remanet concluſio, quod hodie in Regno remanet appellatio deſerta, ſi non fuerint petiti apoſtoli: ſaltem intra triginta dies: de qua materia dic, vt plene dixi ſupra *in 7 quæſt. princ. verſ. viſo primo tempore appellandi, &c.*

[In Camera Imperiali valet appellatio, & recipitur, etiamſi apoſtoli, vel libellus dimiſſorius, petitus non ſit, ex ordinat. Cameræ *part. 2. tit. 20. §. 1.* teſte Gail. *lib. 1. obſ. 139. in fin.*]

Collige † ergo ſub compendio, quod hodie in 417
Regno appellans debet omnia iſta expedire copulatiue intra quinquaginta dies, videlicet præſentare appellationem, & proceſſum, & apoſtolos iudici ad quem, facere citari partem ad proſequendum, & habere reſpõſum congruum à iudice appellationis, & licentiatus recedere: vt dicit Andr. de Iſern. *ibid. in penult. & fin. colum.* Alias ſi vnum ex iſtis deficit, appellatio remanet deſerta: vt declarat Matth. *in d. conſtit. Appellationum tempora in 10. not.* & ibi probatur *in tex. in fin.* iuncta declaratione, quam facit ibi Andr. de Iſern. Et prædictis adde Felin. *in c. perſonas. 4. de appell.* vbi dicit, apoſtolos eſſe partem appellationis, & ſic non videtur appellaſſe qui apoſtolos non petit. Adde tamen, quod † hodie in Re- 418
gno, non eſt neceſſe petere apoſtolos inſtanter, & inſtantiſſime, prout dicit *Clem. quamuis. 2. de appell.* ſed ſufficit, quod ſimpliciter, & ſemel petantur: ſecundum Matth. *in d. conſtit. Appellationum tempora. colum. 7. in princ. in 9. not.* QVINTVS CASVS EST, ſi appellans † fecit diligentiam in proſequendo, & 419
adiuit iudicem appellationis, & non potuit proſequi propter abſentiam iudicis: nam licet fecerit quidquid potuit, & fuerit proteſtatus, quod per eum non ſtaret, prodeſt tantum ſibi hoc impedimẽtum durante abſentia. Si tamen iudex reuerſus fuit, debet appellans iterum inſtare, & cum importunitate ſolicitare iudicem, alias eo reſeruato, ſi non ſolicitetur; ex tunc efficitur deſerta appellatio, non obſtante priori impedimento: ita tenet Alex. *in conſil. 19. col. 2. & 3. & in 1. volum.* vbi idem dicit, quando ſtatutum dictaret, quod cauſa appellationis committatur, & decidatur intra tot dies: quia ſi appellans non ſolicitat cauſam committi, cenſetur deſerta appellatio, cui adde Paul. de Caſtr. *in conſil. 135. in 2. volum.* & Petr Phil. Corn. *in conſil. 44. col. 3 in 2. vol.* SEXTVS CASVS eſt, † ſi iudex ſtatuit termi- 420
num appellanti ad recipiendum apoſtolos pro tali die, & appellans non comparuit in illa die, cenſetur deſerta appellatio, etiamſi iudex non venerit illa die ad locum: quo caſu etiamſi comparuiſſet appellans, non potuiſſet illos habere: nam non curatur de præſentia iudicis, ſed tantum lex conſiderat diligentiam appellantis, qui debet ſumma ope niti: vnde debet comparere, & proteſtari, quod per eum non ſtet: alias appellatio efficitur deſerta: ita tenet Card. *in Clem. quamuis. §. fin. in 1. quæſt de appell.* quod nota, quia prima facie quilibet reſponderet in contrarium, propter iudicis abſentiam. SEPTI-

MVS

421 MVS CASVS eſt, † quando aliquis appellauit ab interlocutoria, & iudex nō admiſit appellationem, debet etiam ab iſta non admiſſione appellare, alias appellatio cenſetur deſerta, & nō poteſt grauamen reparari per appellationem à diffinitiua, ſecundum Card *in Clem. 1. col 4. verſ. & ex hac gloſ & c. de dolo. & contumac.* & Innoc. *in c. paſtoralis. 28 col. 1 ſuper gloſſ. in verſic. ſuſpendatur. de offic. deleg.* & Matth. *in ſuu not. in 22. notab* quod nota quia poteris per hoc ſæpius appellantem illaqueari facere. OCTAVVS CASVS
422 eſt, † quando appellans pendente appellatione aliquid innouat, ſeu attentat in præiudicium aduerſarii, vt quia ipſum ſpoliat: nam ex hoc ipſo cenſetur appellationem deſerere, & illi renunciare, ex quo ſuæmet appellationi non defert: vnde qualitercunque faciat actum contra appellationem, cenſetur illam deſerere: ita tenet Bald. *in c. ex parte Ade. 7. columm. pen verſ. item ſcias & c. de teſt.* Abb. *in c. ex parte S. 12. col. 2. verſic. pro declaratione, & c. de reſcr.* Aug. *in l. fi. C. de temp. appell.* Matth. *in ſuu notab. in 27.* eſt text. & ibi per Doct. *in c. an ſit. 24 de appell.* NONVS CASVS
423 eſt, † quando appellans poſt interpoſitam appellationem accipit terminum ad ſoluendum id, quod erat in ſententia pronunciatum, vt ſolueret: quia hoc ipſo cenſetur appellationem deſerere, & ſententiæ acquieſcere: caſus eſt *in l. ad ſolutionem. 5. & ibi Bald. C. de re iud.* & Lud. Rom. *in conſil. 19. in fin.*
424 DECIMVS CASVS † eſt, quando is, qui appellat poſt interpoſitam appellationem, litigat adhuc coram iudice à quo; quia per hoc cenſetur appellationem deſerere, & illi renunciare, tex. eſt *in c. ſolicitudinem. 54. de appell.* & not. Abb. *in c. gratum. 20. de offic. dele. in 2. col.* Quod tamen intellige, & declara, quando litigat poſt appellationem: ſecus ſi ante appellationem, puta intra tempus appellandi, ſecundum Abb.
425 *in d. c. gratū.* † Item intellige, quando facit actum incompatibilem, & contrarium appellationi: ſecus, ſi facit aliquem actum coram iudice à quo, tendentem ad maiorem corroborationem ſuæ appellationis: vt quia requirit ipſum, vt non procedat ad executionem, quia tunc non cenſetur renunciare appellationi: ita de hoc eſt *deciſ. Rota in nouis. in deciſ. 475. incip. ſi ille, qui à ſententia, & c.* & tenet Abb. *in ea. quæſtione. 21. de appell. in c. cum veniſſent. 3. de eo. qui mi. in poſſ.* & plene per Phil. *in d. c. ſolicitudinem col. 4. & 5.* generaliter quando appellans ad iudicem à quo, ſuper innouatis & attentatis, non videtur renunciare appellationi, ſecundum Abb. *in c. cum teneamus. 17. in 1. not. de app.* Plures alios caſus poteſt diligens perquiſitor inueſtigare aſſiduo ſtudio: ſed pro nunc iſtos decem, tanquam magis quotidianos, dixiſſe ſufficiat. Et per hæc remaneat expeditus iſte ſecundus actus huius vltimæ partis iudicii, in quo fuit copioſe tractata materia appellationis, quo ad capita magis principalia. Sequitur tertius, & vltimus actus, ſcilicet de Executione. LAVS DEO. *Robert. Marant. Ven. V. I. D.*

## De Executione ſententiæ, ſummo actu iudicii. Quando huic ſit locus, à quo, quoue ordine. In quibus rebus, & contra quas perſonas competat. In ſumma, ex quibus cauſis ea poſſit impediri.

### TERTIVS ET VLTIMVS ACTVS.

SVMMARIA.

1 *Sententia mandatur executioni, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam.*
2 *Sententia executioni mandatur ab eodem iudice, qui eam tulit*
3 *Sententia valida executioni mandatur, ſed non inualida.*
4 *Iudex ordinarius exequitur ſententiam ab eodem delegato.*
5 *Sententiam ſuam arbiter non exequitur, ſed iudex ordinarius.*
6 *Iudex appellationis mandat executioni ſententiam appellationis.*
7 *Sententia exequitur per iudicem à quo, appellatione deſerta.*
8 *Sententiæ executio quo ordine fiat.*
9 *Debitor non habens bona ſufficientia, carceratur.*
10 *Sententia mandatur executioni ſecundum ſtatuta loci.*
11 *Bona minus damnoſa in executione capi debent.*
12 *Debitor fiſcalis, ſine alia executione perſonaliter capitur.*
13 *Ordo* l. à diuo Pio §. in venditione, ff. de re iudic. *in actione perſonali ſolum ſeruatur. Secus in hypothecaria.*
14 *In executione ſententiæ interlocutoriæ non ſeruatur ordo illius* §. in venditione.
15 *Executio contra pupillum, primo in nominibus debitorum fieri debet.*
16 *Citatio requiritur in executione ſententiæ per appellationem deſertæ.*
17 *Citatio non requiritur in executione facienda, ſuper eadem re, ſuper qua lata fuit ſententia, niſi fiat appellatione deſerta.*
18 *Citatio requiritur in executione, quæ fit contra condemnati ſucceſſorem, vel per iudicem in officio ſucceſſorem.*
19 *Executio ſententiæ in ciuilibus qualiter fiat.*
20 *Datio in ſolutum in aliqua parte plus debito facta, in totum vitiatur.*
*Fallit in tenuta vigore pacti executiui data, & cum actione reali agitur.*
21 *Citatio partis in taxatione expenſarum requiritur.*
22 *Appellatio ab immoderata expenſarum taxatione.*
23 *Capi poteſt perſona in executione ſententiæ, vt bona ſua indicet.*

24 *Iudex in modicis cauſis poteſt ſine libello, & ſine aliquo iuris ordine compellere quem ad ſoluendum.*

25 *Executio in criminalibus contra damnatum ad mortem, vel ad membri mutilationem, qualiter ſit facienda.*

26 *Iudex pro iuſtitia exequenda poteſt aſinum, ſeu currum alicuius, mediante mercede, capere, vt cum eo malefactor ad ſupplicium ducatur.*

27 *Barones indebite angariant vaſallos ſine ſalario, tam in perſona quam in bonis.*

28 *Executio non poteſt fieri in lecto, veſtibus & ſuppellectilibus domus, niſi quando alia bona non extant.*

29 *Veſtes cedenti bonis ſunt relinquendæ.*

30 *Damnatis ad mortem veſtes non auferuntur.*

31 *Boues aratorii, & alia inſtrumenta ad agriculturam deputata, non poſſunt pro executione ſententiæ capi.*

32 *Sententia non exequitur contra tertium non nominatum in iudicio.*

33 *Inſtrumenti executio poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem non citatum, & negotio non liquidato, quando continet precarium, & pactum de capiendo.*

34 *Executio pro debito, vel delicto patris, non poteſt fieri in peculio profectitio filii.*

35 *Filio condemnato non fit executio in peculio aduentitio etiam ſuper proprietate, quæ eſt tota filii.*

36 *Peculium caſtrenſe filii condemnati, non debetur executioni.*

37 *Vſusfructus aduentitiorum filii, an pro debito, vel delicto patris publicetur.*

38 *Executio pro condemnatione pupilli, non fit in bonis tutoris, niſi pro expenſis.*

39 *Tutor qui iuſtam cauſam litigandi non habuit, debet in expenſis condemnari, & contra eius bona fit executio.*

40 *Executio expenſarum, litis factæ cum procuratore, an & quando fiat contra procuratorem, vel dominum.*

41 *Sententia lata contra emptorem, mandatur executioni contra auctorem laudatum, ex eodem proceſſu.*

42 *Executio an in bonis ſingulorum fieri poſſit pro debito vniuerſitatis.*

43 *Executio non fit in bonis monaſterii pro debito monachi, niſi ſint bona quæſita monaſterio, per medium ipſius monachi.*

44 *Fructus beneficii eccleſiaſtici pro debito clerici capi non poſſunt, niſi quando alia bona non habet.*

45 *Executio fieri non poteſt in ſtipendiis, neque in armis militum, neque etiam Doctorum.*

46 *Executio non fit in libris ſcholarium, niſi quando non habent alia bona.*

47 *Libri ſcholarium retineri poſſunt pro expenſis eorum funerabilibus.*

48 *Scholaris qui ceſſit bonis, poſtea libros emens, non debet illis priuari.*

49 *Fructus feudi pro debito capi non poſſunt, niſi in ſubſidium.*

50 *Executio pro debito vaſalli defuncti, an fiat in fructibus feudi, contra ſucceſſorem.*

51 *Executio an fieri poſſit in viis publicis & theatris, & aliis ſimilibus, pro vniuerſitatis debito.*

52 *Executio non fit in bonis mariti pro debito vxoris, vel econtra.*

53 *Tutrice ſecundo nubente, non reddita ratione, bona ſecundi viri ſunt obligata, & in eis pro tutelari debito fit executio.*

54 *Executio ſententiæ vſq; ad 30. annos peti poteſt.*

55 *Appellari non poteſt ab executione, niſi modus in exequendo excedatur.*

56 *Executio in perſonam non fit contra perſonas priuilegiatas.*

57 *Executio impeditur per exceptionem nullitatis, niſi coram inferiore iudice opponatur.*

58 *Petitio reſtitutionis in integrum impedit executionem ſententiæ, niſi malitioſe petatur.*

59 *Executio litis pendentiæ non impedit ſententiæ executionem.*

60. *Executio in criminalibus ſuſpenditur ob excellentiam delinquentis in arte ſua, & quando delictum eſt antiquum, vel quando carcerem habuit pro delicto.*

61 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali peti poteſt aduerſus ſententiam, latam contra ius litigatoris, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*

62 *Sententia non poteſt continere pœnam in caſu, quo illi non paretur.*

63 *Exceptio requirens altiorem indaginem, quæ in continenti probari non poteſt, non impedit executionem ſententiæ.*

64 *Sententiæ executio an impediatur per denunciationem Euangelicam, vel compenſationis exceptionem.*

TERTIVS † & vltimus actus principalis, qui in iudicio emergit, eſt EXECVTIO: nam lata ſententia, & ea tranſita in rem iudicatam debet fieri ipſius executio; quia alias fruſtra ferrentur ſententiæ, niſi debitæ mandarentur executioni: *c. quod ad conſultationem. 15. de re iud.* not. gloſſ. *in rubri. C. de execut. rei iudi.* & Andr. de Iſern. *in conſi. Dilationes. col. 2. circa fin.* Et quia hæc materia longa eſt, & per varios iuris titulos ac leges diſperſa, ſolum reaſſumam ipſam breuiter, & ſuccincte per QVATVOR QVÆSTIONES principales, quantum ad caſus magis quotidianos in practica, quibus expeditis imponetur finis huic tractatui. Et prima quæſtio erit, quę ſententiæ mereantur executioni demandari, & à quibus iudicibus. Secunda quæſtio erit, quo ordine, & qualiter ſit facięda executio. Tertia quæſtio erit, in quibus rebus, & contra quas perſonas poſſit fieri executio. Quarta, & vltima quæſtio erit, ex quibus cauſis executio impediri poſſit. 1

VENIO † AD PRIMAM QVÆST. PRINCIPALEM. Et quæro, QVÆ SENTENTIÆ MEREAN- 2

REANTVR EXECVTIONI DEMANDARI, ET à QVIBVS IVDICIBVS? Iſta quæſtio eſt bimembris, vnde pono reſponſionē, & regulam ad vtrumque membrum, videlicet. REGVLA eſt, ꝙ omnis ſententia poteſt executioni demandari, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, & ab eodem Iudice, qui eam tulit, vt *d.c.quod ad conſultationem.15.l.cum quadam puella.19.ff.de iur.omn.iud.* Nam ſententia habet executionem paratam, *l.minor.25.annis, cui fideicommiſſum.40.ff.de minorib.*

[Hæc Regula, quod videlicet ſētētia ab eodem Iudice, qui eam tulit, exequi, & vbi cœptum eſt iudicium, ibi etiam terminari debeat, locum non habet, cum iure communi, vel ſtatutario executio ad alium Iudicem ſpectat, teſte Viuio, *com. opin. lib.1.op.400.nu.3.* deinde etiam non habet locum in executiuis, cum executiue, & non ordinarie proceditur. Nam in executiuis, cum executiue proceditur, poteſt quis variare iudicium. & intentare diuerſas vias executiuas, non ſolum coram eodem Iudice, ſed etiam coram alio, & diuerſo Iudice, & in alio loco, de quo vide Alex. Trentacinq. *lib.2.pract.reſolu.ti. de Iudiciis.reſolu.10.*]

3 LIMITA † PRIMO, hanc regulam procedere in ſententia valida: ſecus in ſententia nulla; quia non meretur executionem, *l.4.§.condemnatum.6.& ibi Bar. Alex. & Doct.de re iud l.ſi cum nulla.58.eo.tit.* eſt gl. *in l 2.C.de edict.diui Adr.tol.* Bar. *in l.1.C.de execut.rei iud.* Bal. *in authen.quæ ſupplicatio. C.de prec. Im. offer.* Ang. *in l.1.ff.nil.nou.ap.pend.& dic.* vbi habetur

4 plene per Moder. *in d.§.condemnatum.* † SECVNDO LIMITA, procedere in Iudice ordinario; ſecus in ſententia delegati? quia nō poteſt executioni mandari per ipſum delegatum, ſed debet eius executio fieri per delegantem, *l.à diuo Pio.15.in prin.& ibi Ba.& Doct.ff.de re iud l.properandum.13.§ ſin autem reus.3.C.de iud.* not. Abb. *in c.ſi quis contra clericum.4.eo.fi.de foro comp.* dixi plenius ſupra *in 4.parte in 5.diſtin.ver. ſic.decimooctauo differunt.* & ibi limitatur non procedere in delegato Principis. † TERTIO LIMITA,

5 non procedere in ſententia arbitri; quia non poteſt executio mandari per ipſum arbitrum, ſed per iudicem ordinarium, qui eſt Iudex rei conuenti, tex. eſt *in l.cum antea.5. & ibi Bal.colum.fin.verſi.vlterius nota &c.C.de arbit.* not Bar. *in l.non ex omnibus.39 ff. de arbit.* gl. & Doct. *in d.l.à diuo Pio.15.in princ.* Quod procedit etiam in ſententia arbitrorum iuris, ſecundum Bald. *in l.fin.in 9 not.C.de iud.* † QVARTO

6 LIMITA in ſententia, à qua eſt appellatum; quia ſi confirmatur, non mandatur executioni per primum Iudicem à quo, ſed per Iudicem ad quem: & ſic Iudex appellationis exequitur, ſecundum Bart. *in l.eos.6.in fi illius prin.& in l.præcipimus.32.§ officium. C.de appell.* † niſi appellatio ſit deſerta; quia tunc

7 executio fit per Iudicem a quo, ſecundum Bar. Bal. & Doct. *in l.ſi contra.8.C.de appell.& in d.§.officium.* & Bald. *in auth.ſi quis litigantium. C.de Epiſcop.audien.* Reliqua pertinentia ad materiam huius quæſt. dicam infra *in 4 & vl.q.principali.*

SECVNDO † PRINCIPALITER quæro: QVO ORDINE, ET QVALITER SIT FACIENDA EXECVTIO? In hoc eſt ſciendum, quod executio petitur altero de DVOBVS MODIS, ſcilic. vel per ACTIONEM in factum orientem ex ſententia, iuxta tex. cum ibi not. per Doct. *in l.miles.6.§.iudicati.3.ff.de re iud.* vel per OFFICIVM IVDICIS: vt declarat And. de Iſern. *in conſti. Dilationes.col.2.in fi.* & ibi dicit, quod MELIVS eſt petere eam officio Iudicis: quia tunc non requiritur libellus, neque litis conteſtatio. SECVS, quando petitur iure actionis; quia eſſet neceſſe formare nouum proceſſum, & not. Alex. *in conſ.50.col.3.in pri.in 2.vo.* Hoc præſuppoſito dicēdum eſt, quo ad reſponſionem quæſtioni faciendam, quod in executione ſententiæ in ciuilibus debet ſeruari ordo traditus per *l. à diuo Pio.15.§.in venditione.2 ff.de re iud.* ſcilicet vt primo capiantur mobilia, & deinde ſtabilia, & poſtea nomina debitorum, & his deficientibus, vltimo loco deuenitur ad capturam perſonæ. † Non enim debet 9
capi perſona pro debito, niſi prius excuſſis bonis, ſecundū Bar. *in l.3.§.tutores. & ibi etiam gl.de ſuſp.tu.* ſ. quando facta excuſſione bona non reperiuntur ſufficientia: vt not. Abb. *in c.quod ad conſultationem.15.col.6.in fin.de re iud.* Bal. *in l.1.in fi.C.de iur.& fact. ignor.* Par. *in tract.ſynd.in ver.captura, in prin.* Bal. *in c.tuæ.3.vt lite non conteſt.* & Alex. *in d.§ in venditione, col.3.* & 4. Alias autem nō valet executio, ſi peruertitur ordo prædictus, ſecundum Imol & Alexand. *in d.§.in venditione, col.5.* & Fel. *d.c.quod ad conſultationē. col.9.de re iud* quidquid dicat Abb. ibi, qui dicit valere executionem, niſi appelletur, & Bar. *in d.§.venditione.* nam verius eſt, vt dicamus, ꝙ ille §. *in venditione.* ponit formam, à qua recedi non debet, ſecundum Alex. & Imol. ibi. & Fel. vbi ſupra habetur *in dec.308.conſ.Neap.* * Itē, quando fit executio, debent, 10
vbi fit, ſeruari ſtatuta loci, vt notat Iaſ. *in l.cum quadam puella pen.col.fi ff.de iur.om.iud.* vide tamen And. de Iſern. *in conſt.Dilationes, col.3.in fi.* vbi tenet, quod valet executio, nō ſeruato ordine: ſed debet appellari, poteſt tamē intelligi, quando nuncius peruertit ordinem; ſecus, ſi Iudex in commiſſione peruertit; quia propter expreſſum iuris errorē, eſſet nulla executio: ꝙ ēt tenet Matt. *in d.conſt.Dilationes.co.10.*

[Adde Alex. Trentacinq. *lib.2 pract.reſolut.tit.de execut.reſol.2.n.3.& ſeqq.* vbi ad hanc quæſtionē: An videlicet executio, facta prius in bonis immobilib. & non in mobilibus, contra formam *l.à diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iud.* ſit nulla; an vero valida, ita vt neceſſe ſit appellare? recenſet diſſentientes Dd. opiniones, & rem hac diſtinctione determinat, vt videlicet, ſi executio ita facta ſit ab ipſo Iudice, valeat; ſi non appelletur; quia cum lex mādat aliquid fieri certo modo ſeruato, licet is non ſeruetur, actus tamen non eſt ipſo iure nullus, ſi in lege non ſit ad-

iecta clauſula annullatiua, Bald. & Salic. *in l. ſtatutis. C. de ſent. ex breuic. rec. t and* & communiter Dd, *in l. 1. ff. de lib. & poſ. h* ſi vero executio ita facta ſit à mero executore, dicit eam eſſe nullam, ſecundum Alexand. *conſil. 5. colum. 2. volum. 1.* & Abbat. *conſil 3. colum. 10. verſicul. 11. quæſt. volum. 2.* aſſerentes hanc eſſe communem opinionem, & alios ab ipſo allegatos: quia talis executor aliter faciendo, quam ei à Iudice fuerat mandatum, videtur exceſſiſſe fines mandati, vt ait Rol. à Vall. *conſil 32. n. 31. volum. 1.* vide etiam ad prædictam quæſtionem Viuium *com. opin. lib. 3. opin. 1011.*]

11 Item † debet in tali executione adhiberi alius ordo, ſcilicet vt capiantur ea prius quæ ſunt debitori minus damnoſa, gloſſ. eſt *d. §. in venditione, in ver. animalia.* & licet illa gloſſ. quæ communiter approbatur, ibi, ſequatur tantum de mobilibus: tamen Alex. ibi extendit eam etiam ad immobilia, vt in eis etiã habeatur ratio ad minus damnoſa: quod tenet etiam Bald. *in l. ordo. 3. C. de exec. rei iud.* & gloſ. *in l. quamdiu. 6. C. de diſtr. pig.* Quod tamen intellige, quando executio fit coacte, poſt ſententiam, ſed quando debitor ante ſententiam offerret ſponte dare bona ſua in ſolutum creditori, tunc poſſet creditor eligere meliora: ita loquitur *auth. hoc niſi. C. de ſol.* prout declarat Alex. *in d. §. in venditione. col. 1.* & poteſt tunc compelli creditor, accipere, ſecundum Bald *in d. l. ordo. verſ. quæro quid ſi creditore.*

[Idem etiam dicẽdum eſt, cum debitor poſt ſententiam, vult ſoluere, & parata pecunia deſtitutus, nec emptorem rerum ſuarum immobilium inueniens, ſecundũ *Auth. hoc niſi. C. de ſolu.* offert creditori bona ſua immobilia, iuſto pretio æſtimãda, in ſolutũ, & ſic ſpeciẽ pro quantitate, cogitur. n. tũ creditor bona ita oblata, ſecundum diſpoſitionem *d. auth. hoc niſi.* acceptare, ſiue ante, ſiue poſt ſententiam oblatio fiat, ſecundum Bald. *in l. ordo. verſ. quæro, quid ſi creditor. C. de execut. rei iud.* & alios allegatos à Trentacinq. *lib. 2. pract. reſolut. tit. de execut. reſolut. 2. num. 13.* niſi forte debitor quantitatis ſeu pecuniæ, prius renunciaſſet beneficio *d. auth. hoc niſi.* ac omni legum auxilio maxime interueniente iuramento. Vincent. de Franch. *deciſ. 18.* ſi vero debitor poſt ſententiam nolit ſoluere, & ad executionem contra ipſum procedatur; tunc obſeruandus eſt ordo *l. à D. Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* Alex. Trentacinq. *d. reſol. 2. num. 19.*]

12 Limita † tamen prædicta non procedere in debitore fiſcali; quia poteſt capi de perſona, etiam nulla facta excuſſione in bonis, text. eſt *in l. nemo. 2. C. de exact. trib. lib. 10. titul. 19.* † Secundo Limita, non procedere, quando agitur actione hypothecaria: quia tunc in executione non ſeruatur dictus ordo, ſed ſolum ſeruatur in actione perſonali: ita tenet Salic. *in l. nomen. 4. C. quæ res pign. oblig. poſſit.* Socin. *in conſil. 158. colum. 8. in fin. in 2. volum.*

13

14 Tertio Limita † non procedere, quando executio fieret auctoritate ſententiæ interlocutoriæ, puta propter contumaciam; quia tunc non ſeruatur talis ordo illius *§. in venditione*, gl. eſt *in §. ſi vero, in auth. de exhib. reis. Nou. 53.* Bald. *in l. 2. colum. 1. verſicul. tertio quæritur. ff. ſi ex no. cau. ag.* & *in l. 2. colum. 1. in fin. verſic. deinde reuoco,* &c. *C. quando fi. vel prin.* † Qvarto Limita, in executione 15 facienda, in vendendis rebus pupillaribus; quia primo capiuntur nomina debitorum, & ſic non ſeruatur ordo. *l. magis puto. 5. §. non paſſim 9. verſic. quærere, & ibi Bart. ff. de rebus eor. qui ſub tut.* † An au- 16 tem in executione facienda requiratur partis citatio? Doctores vario modo loquuntur; tamen ego ſoluam iſtud dubium per aliquas veras concluſiones. Et pono primam concluſionem, quæ eſt talis: Quando à ſententia fuit appellatum, & eſt deſerta appellatio; tunc in executione debet pars citari, alias non valet executio: ita tenet Bart. *in l. 1. ff. nihil. nou. appell.* Bald. & communiter Doct. *in l. ſi contra. 8. C. de appell.* Philip Dec. *in conſil. 97. colum. 2.* Bald. *in l. 2. §. fin. C. de temp.* & Alexand. *in d. §. in venditione, colum. antepenult.* † Secunda Conclvsio 17 eſt: quando executio fieret in eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia, non requiritur partis citatio, ſecundum Bart. *in d. §. in venditione. 2. l. 1. ff. de re iud.* & ibi etiam Alexand. *in antepen. col.* niſi fieret appellatione deſerta; quia tunc ſemper requiritur vt ibi, per ea quæ modo dixi.

[Adde Ant. Gabriel. Rom. *com. concluſ. lib. 2. ti. de citat. concluſ. 1. in 19. ampliat. num. 129.* pro contraria parte *numer. 130.* & Franciſc. Viuium, *in ſyl. commun. opin. lib. 1. opin. 94. num. 1. & ſeqq.* hanc authoris opinionem pluribus authoritatibus confirmantem. In Camera Imperiali non requiritur citatio in executione, ſed executoriales parti legitime inſinuatæ, loco citationis ſunt, quibus parere, aut cauſas, cur hoc facere non teneatur, intra præfixum tempus allegare debet, teſte Gail. *lib. 1. obſ. 113. nu. 4.*]

Tertia † Conclvsio eſt: cum executio fit 18 contra ſucceſſorem condemnati, ſeu per Iudicem, ſucceſſorem in officio, ſemper requiritur citatio, ſecundum Alexand. *in d. §. in venditione, col. antepen. per iura ibi allegat. per eum.* † Supereſt modo vnus ca- 19 ſus, videlicet quando executio fit in alia re; vt quia quis condemnatur ad pecuniam, & fit executio in bonis per eundem Iudicem, & contra ipſum condemnatum, & non ſumus in appellatione deſerta? Iſte eſt caſus dubius, in quo Doct. variant: nam Bar. *in d. §. in venditione,* ſentit, quod requiratur citatio, & eum ſimpliciter ſequitur Lanfranc. *in c. quoniam contra. 11. de prob. in verſ. interlocutionem, col. 12. verſic. quæro, nũquid,* &c. & Ba. *in l. meminerint. 6. C. vnde vi.* vnde debet fieri citatio, vt compareat ad allegandum, quare ſententia executioni mandari non debeat: & hanc practicam ponit Bart. *in l. defendente. pen. ff. de act. tut.* ſed multitudo, quos refert Alex. *in d. §. in venditione.* tenet contrarium. And. de Iſer. tangit

tangit iſtam q. *in conſ. Dilationes. colum. 3.* & ibi etiam Marth. *in 9. colum in fin. & ſeq.* PRO SOLVTIONE tamen iſtius quæſt. & dubii, PVTO CONSIDERANDVM, QVOD IN EXECVTIONE SENTENTIÆ PLVRES ACTVS INTERVENIVNT. Primo enim pignora cadunt in cauſam iudicati, & poſtea ſubhaſtantur, & vltimo loco, emptore non reperto, adiudicantur creditori pro iuſto pretio, *l. ordo. 3. C. de exec. rei iud. l. 2. C. ſi in cauſ. iudic. & l. à diuo Pio. 15. § ſi pignora.* & ibi per omnes Doct. *ff. de re iud.* & ponit de hac materia practicam Socin *in conſil. 37. colum. 3. in fin & ſeq. in 4. volum.* Nunc in propoſito, quo ad PRIMVM, & SECVNDVM ACTVM, ſ. de captura pignorũ, & de ſubhaſtatione, non requiritur de neceſſitate citatio; ex quo non eſt actus præiudicialis, ſed reparabilis, ſed quando Iudex procedit ad vltimum actum, ſcilicet interponendo decretum ſuper alienatione, ſeu adiudicatione: tunc debet pars citari; quia tractatur de magno præiudicio, & de translatione dominii, ita tenet Albe. de Roſ per illum textum *in l. creditor. 4. C. de diſtr. pign.* & habetur *in deciſ. 358. conſil. Neapol.* & ita vidi ſemper practicari in iudiciis, nam lata ſententia tranſita in rem iudicatam, victor facit extrahi literas executoriales, & iudex committit nuncio, vt auctoritate illarũ literarum capiat tantum de bonis debitoris cõdemnati, quod aſcendit ad ſummam debiti, ſeruando ordinem *dict. §. in venditione.* & illa bona capta ſubhaſtare debeat, & plus offerenti vendere, & emptore non reperto, creditori tradere in ſolutum pro iuſto pretio, æſtimando per expertos, & ſic nuncius exequitur illos duos actus, ſine alia citatione, ſed antequam exequatur tertium, & vltimum, Iudex facit vnam citationem parti, vt intra duos dies veniat ad releuandum pignus, & ſoluendum debitum, alias ad allegandum, quare vendi non debeat, vel creditori tradi in ſolutum, ſeu adiudicari, & hanc practicam ſemper vidi obſeruari, & videtur tuta, & poteſt capi ex his,

20 quæ habentur *in deciſ. 358. conſil. Neapol.* † Nota tamen, quod adiudicatio, quæ fit creditori in ſolutum, debeat fieri pro menſura debiti, alias ſi fieret plus debito, vitiatur in totum, ſecundum Bar. *in l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. 4. ff. de cond. indeb.* & hoc eſt multum vtile, vt refert ibi Iaſ. *in 1. col.* quia fructus interim percepti computabuntur in ſortem, cui adde Alexand. vbi plene tractatur *in l. iuſte poſſidet. 11. colum 5. & 6. ff. de acquir. poſſeſſ.*

[An autem adiudicatio, vel datio in ſolutũ præſumatur in dubio facta pro toto debito, ita vt ſi ad ſolutionem totius debiti non ſufficiat, creditor reſiduum petere non poſſit, vide apud Alex. Trentacinq. *l. b. 2. pract. reſolut. tit. de execut. reſol. 2. n. 8. & ſequentib.* plene eam exſequentem.]

21 Hoc tamen LIMITA, † quando ſumus in tenuta, quę datur vigore pacti executiui; quia illa nõ vitiatur, ſecũdum Fran. de Aret. *in l. 1. §. pen. ff. de verb. oblig.* per *l. 1. §. ſi qua ff. quo. leg.* & ſequit. Iaſ. *in d. §. ſi cẽtũ. col. 2. in princip.* Secundo LIMITA, quando ageretur actione reali, ſeu hypothecaria; quia non vitiatur, licet plus detur, vt not. glo. *in l. 3. C. de procur.* & Alex. *in l. 3. §. ſi. col. 6 de acq. poſſ.* Et quid in taxatione expenſarum, an requiratur citatio partis? vide Bal. *in l. terminato. 3. col. 2. C. de fruct. & litium expen.* & Iaſ. *in l. nec quicquam. 9. §. vbi decretum, col. 10. ff. de off. proc.* vbi Iaſ. tenet, quod non: tamen non refert fideliter Bald. quia Bald. *in d. l. terminato.* diſtinguit: ſed poſſet dictum Iaſ. intelligi, quando eadem die eſſet facienda taxatio, qua fuit facta condemnatio; tunc enim non requiritur citatio: ſecus, ſi poſtea fiat, ſecundum Bal. & hoc tenet Phil. *in c. ſæpe. in 13. q. de ap.* ex hoc ſequitur, quod cum hodie taxatio nunquam fit eadem die, ſed Iudex reſeruat ſibi illam, vt *in d. l. terminato.* ſemper deberet pars citari. ꝙ patet etiam; quia † à taxatione poteſt appellari, ſcilicet quando exceditur modus in taxando, ſecundũ 22
Bart. *in l. ab executore. 4. colum. fin. ff. de appel.* pro hoc eſt text. *in l. fin.* & ibi Bart. *C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* & Iaſ. *in l. properandum. 13. §. ſin autem alterutra, colum. antep. in fin. C. de iud.* & Phil. *in d. c. ſæpe, in 12. q.* vbi optime declarat, quod tunc debet exprimi cauſa exceſſus in appellatione, alias non procedit. Prædictis † adde, quod licet exequendo non ſit in- 23
cipiendum à captura perſonæ; tamen poteſt nuncius, & executor incipere à captura, compellendo debitorem perſonaliter, vt indicet bona ſua, in quibus erit facienda executio: ita tenet Paris *in tractat. ſynd. verſ. executio. col. 3,* per gl. *in l. pen ff. de ceſſ. bon.* nã poteſt dicere executor: ego neſcio, ſi habeas bona, vbi faciam executionẽ, exhibeas illa, alias exequar in perſonam tuam carcerando te, & ibi etiam dicit Paris, quod † iudex in modicis cauſis poteſt ſine 24
libello, & ſine aliquo iuris ordine compellere quẽ ad ſoluendum *argum. l. fin & ibi gloſſ. ff. de iud.* † Qua- 25
liter autem ſit facienda executio in criminalibus, vt quando aliquis eſt damnatus ad mortem, vel ad membri mutilationem? Dic, quod ſi iudex non habet certum carnificem deputatum, poteſt capere vnum hominem vilem, puta mendicantem, & illum compellere ad exequendum, cui dari debet ſalarium quinque aureorum, & ſi damnatus habet veſtes, & annulos, debent dari carnifici ſpeculatori, vſq ad dictam ſummam aureorum quinque, *per l. diuus. 6. ff. de bon. dam.* Item quando iudex non inueniret hominẽ vilem ad hoc deputandum, poteſt capere vnũ de carceratis, qui forte erat condemnatus ad mortem, vel ad deportationem, & remittere illã pœnam, & compellere eum, quod hanc executionẽ faciat; imo poſſet iudex illum condẽnare, vt ſit perpetuus executor; quia cenſetur tunc damnatus ad opus publicum, & eſt ſeruus pœnæ; & hoc ſi delictum eius erat tale, quod ad opus publicum dãnari potuiſſet, ita hæc omnia declarat Paris *in tract. ſynd. in ver. maniuoltus.* vbi plura allegat, & ibi vide p eum.

eum, tamen ego ſemper putarem hoc vltimũ procedere in perſonis vilibus, & ſi iudex in pœnis irrogandis debet ſemper habere reſpectum ad qualitatem perſonarum, *l fin ff. de iureiur. l capitaliũ. 28. §. nõ omnes. 2. ff de pœn. l. Pediu. 4. §. 1. ff de incend. ruin. naufrag.* & prædictis adde Bal. & Doct. *in l fin. §. Titius. ff. de pign. act.* & quod habetur in Euangelio: *Angaritauerunt quẽdam Simonem Cyrenæum, &c.* † Similiter poteſt iudex pro iuſtitia exequenda capere aſinum, vel equum, vel currum à ſubdito, vt cum eo ducatur malefactor ad ſupplicium. verum debet ſibi dare ſalarium ſeu penſionem de publico, & ſic non debet capere gratis: ita tenet Bar *in l. iubemus nullam nauem. 10. in prin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Bald. & Alb. de Roſa. *in l. fin. §. Titius. ff. de pign. act.* Paris *in tract. ſynd. in verſic. captura. col. pen. ver. an officialis poſſit capere, &c.* & tradit Matth. *in conſtit. Omnes officiales.* & ibi etiam declaratur; † quando Officialis pro ſeruitio publico poſſit capere iumentum alienum, puta, pro mittendis victualibus in exercitum, vel pro ſeruitio Regis vel Baronis, vel facere mandatũ de perſona; & ſemper debet dari ſalarium angariato; per illam conſtitut. & etiam de hoc extat capitulum Regni: tamen hoc male ſeruant Barones noſtri temporis, & nemo eſt, qui eorum facta diiudicet, & And. de Iſern. *in tit. quæ ſint. reg. in verſi. flumina nauigabilia. Guai, chi la leua.* Hinc optime inuehit Iuuenalis Aquinas, Satyra. 3.

26

27

*Libertas pauperis hæc eſt,*
*Pulſatus rogat, Et pugnis concuſſus adorat,*
*Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.*

28 Tertio principaliter quæro, † in qvibvs rebvs, et contra qvas personas possit fieri execvtio? & hic facias regulam: Contra omnes, & in omnibus rebus poteſt regulariter executio fieri à iure, niſi reperiatur prohibita, & hoc per generalem regulam iuris, quæ ſe habet, quod in iure omnia cenſentur permiſſa, niſi reperiantur prohibita, *l. nec non. 28. §. quod eis. ff. ex quib. cauſis maio.* Limita primo, non procedere in veſtibus, lecto, & aliis ſimilibus ad vſum neceſſarium deputatis, prout ſunt vaſa fictilia, & ſupellectilia deputata ad quotidianum vſum. nam in iſtis non fit executio; quia iſta minime tranſeunt in hypothecam, ſecundum Bar. Bald. & Doct. *in l. 1.*
29 *C. quæ res pig. obl. poſſ* Quod corroboratur: † quia veſtes etiam cedenti bonis ſunt relinquendæ, ſecun-
30 dum Bar. & Doct. *in l pen. ff. de ceſſio. bon.* † quia etiam damnatis ad mortem non auferuntur veſtes, *l. diuus. 6. ff. de bon. dam.* Idem tenet Ioan. Fab. & Iaſ. *in §. fi. col. pen. Inſt. de actio.* Prædicta autem intelligo, vt aliis bonis exiſtentibus non fiat executio in iſtis ſupellectilibus, adeo, quod non erraret nuncius, quod iſtis omiſſis deueniſſet ad ſtabilia, ſed quando aliud non habet debitor, poſſunt capi ſupellectilia, & lectus, & veſtes: debent tamen ſolum derelinqui veſtes, quib. cooperitur, per ea, quæ in ſimili-

dicam infra in ſeq. limitatione † Limita Secvndo, non procedere in bobus aratoris, & inſtrumentis ad agriculturam deputatis, tex. eſt *in l. executores. 7. & auth agricultores. C. quæ res pig. oblig. poſſ.* & hoc hodie eſt prouiſum in Regno, per duo capitula Regni. Vnum videlicet *in num. 4.* quod incipit *Pridem contra inſolentiam.* quo cauetur, quod etiamſi bona debitor non habeat, non fiat executio in bobus aratoriis. Aliud c. eſt *in num. 153. incip. Conſtitutioni boues, &c.* quod reſtringit ac corrigit capitulum prædictum & vult, quod ſi alia bona nõ habeat debitor, poſſit in illis fieri executio. Idem quando debitor in ſpecie illa obligaſſet, & ex hac inoleuit communis practica Notariorum, qui in inſtrumentis obligari faciunt iſta talia in ſpecie, & hanc materiam tractat Matth. *in conſtit. ab Officialibus. colum. fin.* 31

[An in bobus aratoriis, & inſtrumentis ad agriculturam pertinentibus, de iure communi & Regni Neapolitani fieri poſſit executio in ſubſidium, aliis bonis non extantibus? Et an valeat pactum, quo talia bona obligantur? vide Alex. Trentacinq. *l. 2. pract. reſolut. tit. de execut. reſol. 2.* & Viuium *in ſyl. com. opin. lib. 1. opin. 267.*

Tertio † Limita, non procedere contra tertium non nominatum in iudicio; quia contra eum non poteſt fieri executio, ſecundum Baldum *in conſil 140. in 3. volum.* facit quod not. Bald. & Imol. *in l. ſi bina. 1. ff. de iniuſt. rupt. teſt.* Bal. *in l. ſi pro dote. 2. in fin. C. de do. promiſſ.* vbi traditur, quod is, qui non reperitur nominatus in inſtrumento, non poteſt ex illo prætendere executionem nec actiue, nec paſſiue, quamuis ex eo intereſſe prætendat: facit etiam tex. cum ſua materia *in l. à diuo Pio. 15. §. ſi ſuper rebus. 4. ff. de re iud.* † Nota hic tamen vnum ſingulare verbum, quod nunquam obliuiſcaris, quod quãdo in inſtrumento eſt pactum de capiendo, & conſtituendum precarii, prout communiter iſtæ clauſulæ in inſtrumentis apponũtur, poteſt fieri executio adſiſtentiæ contra tertium poſſeſſorem, etiam non citatum, & etiam negotio non liquidato; ita mirabiliter tenet Franc. de Aret. *in conſ. 21. col. penult. in fin. & col. fin.* Soc. *in conſ 82. col. 3. in 3. vol.* quod nota; quia multi Doctores de hoc interrogati contrarium reſponderunt, & certe prima facie contrarium videretur reſpondendum, quando deciſio in terminis non oſtenderetur. † Qvarto Limita, non procedere in peculio profectitio filii; nam pro delicto, vel debito patris non poteſt fieri executio in dicto peculio, quamuis profectitio; ita tenet Bar. & Bal. *in l. 3. §. ſed vtrum. 4 ff de min.* & Bal. *in l. pen. C. qui bo. ced. poſſ.* † Similiter pro delicto filii non poteſt fieri executio in peculio aduentitio, etiam ſuper proprietate, quæ eſt tota filii: ita tenet Bar. *in l. ſi finita. 15. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect.* quem ibi ſequũtur Imol. & Alex. *in 17. col.* & communiter Doct. nã arguendo à fortiori, † pro delicto filii non poteſt fieri 32 33 34 35 36

fieri executio etiam in peculio caſtrenſi, vt eſt text. *in l.2.C.de bon proſc.* quod eſt liberum ipſius filij: ergo multo minus in aduentitio, in quo minus habet iuris, & idem tenet Bald *in l.3.§ filius.ff. quod quiſque*
37 *iur.* † & an ex delicto patris publicetur vſusfructus aduentitiorum, qui eſt patris? vide Alex, vbi pleni hæc diſputat. *in d.§.ſi de veſtigalibus, col.18.cum tribus ſeq.* & ſimiliter an pro debito patris poſſit creditor capere dictum vſum fructum, vide Ioan. And *in ad-*
38 *dit.Spec.in tit.de pec.cl.verſ.ad materiam, &c.* † QVINTO LIMITA, non procedere in bonis tutoris, in quib. non fit executio, quando fuit condemnatus pro pupillo, tutorio nomine, ſed fit in bonis pupilli, tex. eſt, & ibi Bal. & Doct. *in l.1. C. quando fiſ. vel pri.* & not. Bar. *in l 2.ff. de adm.tut.* quod LIMITA non procedere, quando executio fieret pro condemna-
39 tione expenſarum: † nam ſi tutor non habuit iuſtam cauſam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expenſis, fit executio contra eum, & non contra pupillum, tex. eſt *in l.non eſt ignotum. 6 C. de admin.tut* Bart. *in l. edita, col.fin C.de edend. in l. qui ſolidum.78.§.etiam.2.ff.de leg.2.& in l. 4.in prin. ff. de re*
40 *iud.* † quid autem in procuratore? vide Bart. *in d. l.* 4. Aug & Doct. *in l. Plautius.61 ff.de proc.* & Abb *in c. ſæpe, in 1.not. de appell.* & veritas eſt, quando condemnatio expenſarum fit ob delictum procuratoris, fit executio contra eum, vel ſi facit aliquid, ad quod habeat mandatum, alias fit contra dominum: & ſi patet, quod contra falſum procuratorem fit executio, vt *in d. l. Plautius.* & ibi Bald. & Doct. Similiter contra procuratorem in rem ſuam fit executio, vnde venditor, qui defendit emptorem, patitur executionem, ſecundum Bald. *in d.l. Plautius.* † Et hoc eſt
41 inductum in Regno per Regiam pragm. quæ incipit: *Dubitationem.* quod ſententia lata contra emptorem, maneatur executioni contra auctorem laudatum ex eodem proceſſu. Et ad id, quod dixi de falſo procuratore, adde Alexand. *in l.inter quos. 39.ff. de dam infect.* Item, adde, quod ſi dominus ſcit, & patitur falſum procuratorem agere, vel defendere, tunc ſi procurator non eſt ſoluendo, fit executio contra dominum in ſubſidium, ita not. *in auth quæ in prouincia.C.vbi de cr.m.ag.opor* & Ang *in auth vt omnes obe. iud. prouin. Nou.69. col.1. in fi. verſ. 2. not. & verſic. 3.not &c.* SEXTO LIMITA, non procedere
42 in bonis ſingulorum ciuiũ, pro debito vniuerſitatis, quod dic, vt per Bal. *in l.etiam.5.col.4 circa fi.C.de exec. rei iud.* † SEPTIMO LIMITA, non procedere in
43 bonis monaſterii; quia in illis non fit executio pro debito monachi; quod intellige, niſi ſint bona quæſita monaſterio per medium ipſius monachi, ipſe autem monachus non poteſt pro debito carcerari: ita tenet Bald. *in auth. cauſam quæ, col 2. verſic. quarto conſiderandum.C.de Epiſc. & cler* † OCTAVO LIMI-
44 TA, non procedere in fructibus præbendæ, ſeu beneficii eccleſiaſtici; quia in eis non fit executio pro condemnatione clerici, dummodo habeat alia bona: ſed ſi alia non habeat, poteſt tunc fieri in dictis fructibus: ita tenent Bart. Alexand. & communiter Doct. *in l commodis. 40.ff.de re iud.* & gloſſ. & Bald. *in l ſtipendia.4.C de execut.rei iud.* & Canon. *in c. peruenit, de fideiuſſ.& in 1.de appell* † NONO LIMITA, in 45
ſtipendiis militum, quæ ſimiliter capi non poſſunt, niſi in ſubſidium ſcilicet non exiſtentibus aliis bonis, text. eſt *in d l.cõmodis. & in d.l. ſtipendia* & idem in ſtipendiis Doctorum, ſecundum Abb. & Doct. *in d.c.peruenit.* & idem in armis militum, ſecundum gloſſ. *in l.Nepos Proculo.125. ff.de verb.ſignif.* DECIMO † LIMITA in libris ſcholarium, in qui- 46
bus non poteſt fieri executio, ſecundum gloſſ. *in d. l.Nepos Proculo.* quod tamen eodem modo intelligas, ſcilicet, quando ſcholaris habet alia bona, alias ſecus, *per d l ſtipendia & d l. commodis.* & not. Specul. *in titul.de execut. ſenten.§ ſequitur. in fin.* † Itẽ 47
intellige, niſi aliquis feciſſet expenſas funerales ſcholaris mortui; quia poteſt per illis expenſis retinere libros, ita not. Iaſ. *in l ſi non ſortem.26.§.ſi centum.colum.final.ff de cond.indeb.* & per illam gloſſ. *in d l.Nepos Proculo.* dicebat Bald. *in rubr.C. qui bon. ced. poſſ* † Quod ſi ſcholaris cedat bonis, & poſtea e- 48
mat libros, non debet illis priuari. † VNDECIMO 49
LIMITA, in fructibus feudi, in quibus non fit executio, niſi in ſubſidium, ſcilicet aliis bonis non exiſtentibus, ſecundum Alex. *in d. l. commodis. ff. de re iud* & Imol. *in l ſi finita 15.§. ſi de vectigalibus, verſic quid ſi agatur contra feudatarium, &c.ff de damn. infect.* & Angel. *in l.pro hærede.20.§ ſi quid. ff. de acquiren.hæred.*

[Adde Gail. *lib.1 obſ.17.num.1.& ſeq.* qui ait, creditorem, ſeu victorem, in poſſeſſionem bonorum fundalium, in defectum aliorum bonorum, in ſubſidium mitti, & fructus, ac reditus ex iis percipere poſſe, per text. *in l.commodis.ff. de re iud. ab authore hic allegata* & gl. *ibid. in verb. interdici.* & ibi Iaſ. Zaſ. & alios, à Gail allegatos, eaque immiſſio, & executio tã diu effectum habet, quam diu duratius vaſalli; nã nihil iuris, quo ad feudum, in creditorem transfertur.]

An autem † DEFVNCTO FEVDATARIO, fiat 50
executio in fructibus feudi cõtra ſucceſſorem? dic, quod non, ſi eſt feudum ex pacto & prouidentia, & ſucceſſor fecit inuentarium: alias ſecus, ſi non fecit inuentarium, vel ſi eſt feudum hæreditarium; quia tunc fit executio pro debito defuncti: ita habetur *in dec.26.in fin.& dec.240.in fin.conſil.Neapol.*

[Imo, ſi creditor probare velit, creditum in vtilitatem domini feudi, vel agnatorum verſum eſſe, puta pro maritanda filia, vel re feudali melioranda, cenſent Dd. ius crediti, & miſſionem in poſſeſſionem rerum feudalium, quam viuente priore vaſallo creditor obtinuit, ipſi contra ſucceſſorem vaſalli, ſalua eſſe & permanere debere, Iſer *in c.1.§. quid ergo. de inueſt. in re al fact.n 4.cum ſeq.* Aluarot. *ibi.n.3.* cum aliis allegatis a Gail. *lib. 1.obſ. 117. num. 4* quo

Kkk ad

ad fructus nimirum, & commoditates feudi. Nam alioquin quo ad directum vel vtile dominiũ, feuda antiqua, ex pacto, & prouidentia, ſecundum communem opinionem Dd. pro æris alieni ſolutione, nec diſtrahi, nec vendi, aut creditoribus adiudicari, vel in ſolutum dati poſſunt, teſte Gail. *d. obſ.* 117. *num.* 5. vbi etiam *num.* 6. ait, creditore in poſſeſſionem feudi, fructuum ratione, miſſo, vaſallum nihilominus domino ſeruitia præſtare debere, non creditorem, in quem ſolummodo commoditas, & vtilitas rei feudalis tranſit.]

51 DVODECIMO LIMITA, † vt pro debito vniuerſitatis non poſſit fieri executio in viis publicis, & theatris, & aliis ſimilibus, quæ ſunt ad vſum ciuium, & ipſius vniuerſitatis, ſed compellitur potius vniuerſitas imponere collectam, ſecundum Alex. *in d. l. commodis* 40. *ff. de re iud.* & Bar. & Doct. *in l.* 4.
52 *in princ. eod. tit.* † DECIMO TERTIO LIMITA, vt non fiat executio in bonis mariti pro debito vxoris,
53 vel econtra, *l.* 1. *&* 2. *& per totum. C. ne vxor pro mar.* † fallit in caſu ſingulari, *l. ſi mater.* 5. *C. in quibus cauſ. pig. vel hypothec. contrah.* ſi vxor mortuo viro ſuſcepit tutelam filiorum, & tranſit ad ſecunda vota, non redditis rationibus, & non petito tutore, poteſt pro debito tutelari fieri executio, etiam in bonis ſecundi mariti, quæ cenſentur ad hoc ipſo iure obligata, vt ibi, & tene perpetuo mente illum caſum ſingularem, quia ſi de hoc non eſſet lex ſcripta, qui-
54 libet reſponderet in contrarium. † VLTIMO poſſet hic dubitari vſque ad quod tempus poteſt peti executio ſententiæ? Dic, quod vſque ad 30. annos, & non vltra: ita tenet Bal. *in l. debitori.* 7. *colum. final. C. de pact.* & habetur *in deciſ.* 255 *conſil. Neapol.* An au-
55 tem † poſſit appellari ab executione? communis concluſio eſt, quod non, niſi excedatur modus in exequendo; tunc enim poteſt appellari, & debet exprimi cauſa exceſſus, & grauaminis. Ita tenet Bar. *in l. ab executore.* 4. *colum.* 1. *ff. de appell.* Bar. & Doct. *in l. ab executione.* 5. *C quo. ap. non recip.* Abb. *in c. quod ad conſultationem, colum. pen. de re iud.* & Pet. Phil. Corn.
56 *in conſil.* 71. *colum.* 4. *in fin.* 1. *vol.* † Reſpectu autẽ perſonæ, non poteſt fieri executio contra perſonas rumeratas, *in l.* 2. 3. *&* 4 *ff. de in ius voc.* Item contra Doctorem actu legentem, *l. Medicos.* 6. *C. de profeſſ. & med. lib.* 10 *tit.* 52 & Car. *in Clem.* 2. *in* 4 *q.* de Magis; nec contra clericum pro debito, ſecundum Abb. & Can. *in c. peruenit, de fideiuſſ. & in l. miles.* 6 *ff. de re iud.*

57 QVARTO ET VLTIMO quæritur, † EX QVIBVS CAVSIS EXECVTIO IMPEDIRI POSSIT? Et quoniam iſtas cauſas plene attingit Spec. *in tit. de execut. ſent. §. fin.* ideo breuius me expediam. Et quia inter alias exceptiones impeditiuas executionis, eſt exceptio nullitatis, *l.* 4. *§. condemnatum.* 6. *& ibi per Doct. ff. de re iudic.* & dixi ſupra *in* 1. *quæſt.* adde vnam ſingularem declarationem, quam poſuit Angel. *in d. §. condemnatum*, videlicet quod quando exceptio nullitatis proponitur coram inferiori iudice, ab eo, qui pronuntiauit, nunquam impedit executionem.

[De exceptione nullitatis, aliiſque exceptionibus executionem impedientibus, vide Viuium, *in ſyl. com opin. lib.* 1. *opin.* 259. *num.* 4. *& ſeqq.* Item Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *pract. reſolut. tit. de execut. reſolut.* 1. in qua plene tractat de except. nullitatis, quando ea executionem impediat.]

An autem † petitio reſtitutionis in integrum, impediat executionem ſententiæ? Dic, quod ſic, tex. eſt. *in l. ſi cauſa cognita.* 32. *C. de tranſact.* Bal. *in conſil.* 358. *in* 3. *volum.* Socin. *in conſil.* 109. *in fin.* 4. *volum.* Bart. *in l. defendentẽ. penult. ff. de auct. tut. & in. l. ſi prætor.* 75 *§. Marcellus. in fi. ff. de iud.* vbi limitat, niſi reſtitutio peteretur malitioſe, vel haberet altiorem indaginem, adde Abb. *in c. ſuſcitata* 6. *de reſti. in integr.* ſed quando executio eſſet irretractabilis, indiſtincte impeditur, ſecundũ Alex. *in conſ.* 17 *col.* 2. *in* 1. *vol.* 5

[De reſtitutione in integrum, an, & quando impediat executionem ſententiæ, ita, vt ea pendente nihil innouari poſſit, vide plenam tractationem apud Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *pract. reſolut. de reſtit. in integr. reſol.* 3. *per tot.*]

Quid de exceptione † litis pendentiæ, an impediat executionem ſententiæ? Dic, quod non, ſecundum Innocent. *in c. cum in iure.* 31. *de offic. deleg.* Lud. Rom. *in conſil.* 76. *in fin.* Bal. *in l.* 1. *C. ſi plur. vna ſent.* & Moder. *in l.* 4. *§. condemnatum.* 6 *ff. de re iudic.* † Item circa executionem, quæ eſt facienda in perſonam pro delicto, puta; quia aliquis commiſit tale delictum, pro quo veniret damnandus ad mortem, vel ad membri mutilationem, poteſt opponi, quod ille eſt homo valde diſciplinatus, quod habet aliquã excellentiam in ſua arte, vel peritia: adeo quod eſt vtilis reip. quod ſanus viuat: nam ex hac cauſa non debet mori, nec mutilari: ita tenet Alex. *in addit. ad Bart. in l. quid ergo.* 13 *§. pœna grauior.* 7 *in addit. quæ incipit, adde hic, quod index, & c ff. de his, qui not. infam.* Idem eſt, quando poſt delictum commiſſum, eſſet lapſum longum tempus, quia eſt moderãda executio pœnæ corporalis, *l. ſi diutino* 25 *& ibi glo. de pœn.* vbi etiam dicit glo. idem quando aliquis ſtetit pro delicto carceratus. Prædictis etiam adde, † quod licet alias ſit dictum ſuperius, quod ſententia lata cõtra ius litigatoris, mandatur executioni, ſi non fuit ab ea appellatum; nam tranſit in rem iudicatã: ſuper hoc: ſciendum, quod quamuis elapſo tempore appellandi, non poſſit appellari à tali ſententia, tamen poteſt contra eam peti reſtitutio in integrum, ex clauſula generali: & hoc fuit dictũ Hoſt. quod refert Abb. *in c.* 2. *in fi. de purg. vulg.* Verum dicit Abb. quod talis reſtitutio non poteſt obtineri, niſi à ſolo Principe, vt ibi per eum. Quid autem, † ſi iudex poſuit pœnam in caſu, quo eius ſententiæ non pareretur, an poſſit fieri executio ad talem pœnam? Dic, quod non ſecundum Alex. *in conſ.* 8 *in fi.* 2. *vol.* Item 59 60 61 62

Item circa materiam huius quartæ quæſt. potes dare vnam magiſtralem doctrinam, quam tradit Alex. *in conſil. 95 col. verſic. hodie tamen, &c. in 2. vol.* videlicet, † quod nulla exceptio requirens altiorem iudaginem, quæ ex proceſſu non patet, & quæ in continenti probari non poteſt, impedit executionem ſententiæ, & colligitur ex dictis Doct. *in d. § condemnatum. 7.* & per Alex. *in conſil. 83. in 5. volum.* vbi plus etiam tangit: An † per viam denuntiationis Euangelicæ poſſit impediri executio ſententiæ, quæ trāſiit in rem iudicatam: & concludit, quod non, niſi in caſu, quando victor fatetur eam eſſe iniquam. Et an poſſit opponi exceptio compenſationis ad impediendam executionem ſententiæ, vide Alex. *in conſil. 61. in 3. volum.* Reliqua autem pertinentia ad materiam executionis, vide per Spec. *in tit. de exec. ſent. per totum.* per Alex. & Doct. *in d. §. condemnatum. 7 & in l. à diuo Pio. 15. per totam l. ff. de re iud.* per Bal. Sal. & ſcribentes *in toto tit. C. de execut. rei iudic. & in quam pluribus aliis locis.*

Et per hæc ſit impoſitus finis huic tractatui, qui fuit per me Rober. Marant. Venuſ. incœptus die 13. menſis Nouembr. ſub anno Dimini 1520. completus autem fuit, Deo fauente, die 20. menſis Septembris ſub an. Iubilæo 1525. in vigilia B. Matthæi Apoſtoli. Sit laus omnipotenti Deo & glorioſo Apoſtolo & Euangeliſtæ Matthæo, quibus præuiis, finem tanto labori impoſui. Quem tractatū ſcripſi originaliter manu propria, & ſimiliter iterum manu propria totum exemplaui & correxi. Si igitur in eo aliqua reperiatur mendoſitas, non mihi vitio attribuatur, ſed potius impreſſoris errore eueniſſe, quilibet Lector arbitretur. In quorum fidem manu propria me ſubſcripſi.

*Rober. Maran. Venuſ. V. I. D.*
*manu propria.*

# DOM. ROBERTI MARANTÆ V. I. D. QVÆSTIONVM LEGALIVM DISPVTATIONES DECEM.

## DISPVTATIO PRIMA.

### An Ordinarius loci ad mandatum Delegati à Principe teneatur exequi ſententiam ipſius delegati euidenter iniuſtam: & an poſſit ſibi de facto reſiſtere.

SVMMARIA.

1 *Delegatus Principis in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocunque Ordinario, & hoc qualiter intelligatur, num 40*

*Iudex inferior non cognoſcit de viribus ſententia ſuperioris, neque poteſt imponere legem ſuperiori.*

2 *Iudex Ordinarius habet firmiorem iuriſdictionem, ſed Delegatus Principis digniorem.*

3 *Cauſa delegata per Principem, cenſetur, quo ad illa, ſublata omnis poteſtas Ordinario, etiam Delegato mortuo, & proceſſus per Ordinarium factus ſuper ea, eſt nullus.*

4 *Delegatus Principis poteſt mendare Ordinerio, vt ſuam ſentemtiam exequatur, num. 5. 10.*

*Princeps ſi mandat hominem occidi, debet ſibi obtemperari, ſiue iuſte, ſiue iniuſte faciat; quia non habet hominem, qui ſua facta diiudicet, & eius ſola voluntas habetur pro cauſa.*

6 *Delegatus Principis repræſentat perſonam Principis, & eius vice fungitur.*

7 *Delegatus Principis poteſt mulctare executorem, & punire vnumquemque impedientem ſuam iuriſdictionem.*

8 *Iudex vnus an teneatur exequi ſententiam alterius, ſi fuit ab eo requiſitus, num. 10.*

*Iudex Eccleſiaſticus poteſt implorare brachium ſeculare, & ſi non dat, excommunicat eum. n. 26.*

9 *Iudicis auctoritas facit licitum, quod alias erat illicitum, num 44.*

*Iudex poteſt moueri ad ſententiandum ex confeſſione ſibi facta, viua voce, & ex aliqua ſcriptura ſibi oſtenſa, licet in actis non reperiatur deſcripta.*

10 *Delegatus Principis habet merum & mixtum imperiũ, & poteſt exequi ſentẽtiam, nam & excommunicare, & accipere manum militarẽ ab Ordinario.*

11 *Præcepto ſuperioris qui non obedit morte moriatur, & dicitur rebellis, & hoc qualiter intelligatur, n. 37.*

*Carceratum eximens de carcere, qui erat confeſſus vel condemnatus de crimine, tenetur l. Iul. maieſt.*

12 *Executor merus non habet cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſa.*

13 *Appellatio fuit inducta ad releuandum grauamina Officialium, num. 44.*

*Appellari etiam poteſt à Delegato Principis.*

14 *Appellans non poteſt verbo iniuriari iudici à quo.*

*Ordinarium remediũ, facit ceſſare extraordinariũ.*

15 *Iudex ordinarius an poſſit reſiſtere Delegato exequenti ſententiam ſuam.*

16 *Iudex dicitur miniſter Dei in terris, & eius iudicium procedit de vultu Dei.*

*Iudex qui non facit iuſtitiam, dicitur miniſter diaboli*

*Iuſtitia eſt magis accepta apud Deum, quam immolare hoſtias*

17 *Iudex debet habere duos ſales.*

*Iudex non faciens iuſtitiam, numeratur inter animalia bruta, & non dicitur homo.*

18 *Defendere oppreſſos omni iure præcipitur, num. 25.*

19 *Literis Principis iniuſta ſcribentis, an ſit obediendum, num 20. 21.*

24 *Obediri debet potius Deo, quam principi iniuſta iubenti.*

22 *Iudici an & quando ſit licitum de facto reſiſtere, quãdo contra ius exequitur.*

23 *Aſſeſſores debent contradicere, & proteſtari contra officiales iniuſte exequentes.*

24 *Iudex inferior poteſt cognoſcere de facto ſuperioris, & illud impedire, quando eſt notorie iniuſtum.*

25 *Delegato valenti exequi ſentẽtiam nullam, põt reſiſti.*

26 *Brachium iudicis ſecularis, an & quando poſſit iudex Eccleſiaſticus implorare.*

27 *Defendere offenſum, vel expulſum de re ſua, quilibet tertius poteſt impune, etiam ſi priuatus homo, & non ſolum amicus, ſed etiam penitus extraneus ſit.*

*Defenſio vbi eſt permiſſa, ibi etiam poſſunt conuocari amici ad defendendum, num. 39.*

*Defenſio debet fieri incontinenti, & quando intelligatur illud verbum, incontinenti, quando offenſio ſit in perſona vel in rebus, & quid in magnis dominis.*

28 *Baiulo, qui indebite expignorat aliquem, poteſt de facto reſiſti.*

*Executori vltra modum exequenti, poteſt de facto reſiſtis & defenſio eſt permiſſa toti populo, quando vnus de populo offenditur.*

29 *Capienti aliquem in modo ſua, etiam ſi ſit Officialis, poteſt cum armis reſiſti.*

*Iudex iniuſte exequens, dicitur inferre violentiam, & poteſt ſibi reſiſti.*

30 *Spo-*

30 *Spolium ita committit iudex iniuſte priuans aliquem poſſeſſione, ſicut priuatus, & poteſt ſibi contradici, etiam habeat literas Papæ cum clauſula*; contradictores, &c.

31 *Argumentum de contractibus ad iudicialia validum eſt, & clauſula contradictores, &c. habet locum contra iniuſte contradicentes, non autem contra iuſte.*

32 *Vaſallus tenetur defendere dominum in bello iuſto: non autem quando dominus iniuſte præliatur.*

33 *Delegatus Principis, an & quando teneatur expectare ſecundam iuſſionem Principis, & ſuperſedere in exequendo.*

*Princeps ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa, & eius voluntas habetur pro cauſa.*

*Appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem, & iudex à quo remanet priuatus, num.* 38.

34 *Iudex procedens extraiudicialiter, dicitur procedere vt priuatus, & poteſt ſibi impune reſiſti, idem quando procedit in negotio ſibi non commiſſo, num.* 35. & 42.

36 *Executor iniuſte poteſt indiſtincte impediri, quando eſt irretractabilis.*

37 *Appellatione pendente, ſi iudex vult exequi, poteſt ſibi de facto reſiſti.*

39 *Reſiſtere qui poteſt iniuſte iudici exequenti, poteſt ad hoc etiam conuocare amicos, & conducere ſtipendiarios.*

41 *Reſtitutio in integr. præſupponit ſententiam valere.*

42 *Inferior Prælatus poteſt amoueri per inquiſitorem datum à Papa.*

43 *Defenſionem poteſt laicus impetrare à iudice ſeculari contra clericum, qui ipſum expulit de poſſeſſione ſua.*

PLERVNQVE contingit, quod ſummus Pontifex vel Princeps ſecularis delegat aliquam cauſam alicui delegato, qui procedens auctoritate Principis, profert in illa cauſa ſententiam euidenter iniuſtam, & vult illam exequi: pro cuius executione facit mandatum Ordinario illius loci, vt dictam ſententiam exequatur. Ordinarius autem videns ſententiam iniquam, denegat velle ipſam exequi, imo vult reſiſtere etiam armata manu, ne talis ſententia executioni mandetur: Quæritur, quid iuris? Solet enim iſtud multoties euenire, quod iſti delegati Principis ſeu Apoſtolici ſub prætextu eorum auctoritatis, & quod dicunt ſe maiores quocunque Ordinario, excedunt modum iuſtitiæ, & exequuntur ſententias notorie iniquas, in graue præiudicium ſubiectorum, & contra mentem delegantis.

ET PRO PARTE AFFIRMATIVA, ſcilicet,
1 QVOD † DICTO MANDATO SIT OBTEMPERANDVM, & non poſſit Ordinarius reſiſtere, adducitur PRIMO; quia delegatus Principis in cauſa ſibi commiſſa eſt maior quocunque Ordinario, *cap. ſane quia. 2. de offic. delegat. & c. paſtoralis. 11. §. præterea. de off. ord.* & tenet Franc. de Aret. *in l. aduerſus. 3 C. ſi aduerſ. rem iud.* Quæ maioritas intelligitur reſpectu dignitatis, ſed reſpectu firmitatis eſt firmior iuriſdictio Ordinarij, ſecundum Alex. & communiter Dd *in rubr. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Arch. *in c. ſi quis Epiſcopus. 2 q. 6.* & Felin. *in d. c. ſane quia 2. de off. delegat.* Nunc ſequitur conſequentia, quod † iudex inferior non poteſt ſe intromittere ad cognoſcendum de viribus ſententiæ ſuperioris, & maxime delegati à Principe, ſed ſolus Princeps cognoſcit, vt *d. l. aduerſus. 3. C. ſi aduerſ. rem iudic.* & ibi Bald. & Dd. Bart. *in l. nam poſtea quam. 9. §. ſi minor. 4. ff de in reiur.* Non enim poteſt inferior iudex imponere legem ſuperiori, *c. venientes. 18. de iureiur. & Clem. ne Romani. 2.* & ibi not. per gloſſ. & Card. *de elect.* & Bald. *in authen. ſed nouo iure. col. 2. de ſer. fug* Si ergo Ordinarius vult dicere; noli exequi ſententiam tuam; quia eſt iniqua; videretur ſe intromittere ad cognoſcendum de ſententia Superioris: ergo hoc facere non poteſt, ſed debet obedire Superiori. 2

SECVNDO; † quia quando Princeps delegat cauſam alicui ſpeciali delegato, cenſetur tollere omnem iuriſdictionem, & omnem poteſtatem inferioribus Ordinarijs, qui alias poterant de illa cauſa cognoſcere: ita dicit Bald. *in c. ad hoc col. 4. de pace iurament. firm.* & Lud. Roman. *in conſil. 330. col 3. & conſ. 35.* pro hoc videtur tex. *in c. paſtoralis. 27. §. præterea.* & ibi Felin. *de off. deleg.* Abb. *in c. quoniam. 13. in fi. eod. tit.* Imol. *in l. ſi expreſſim. 19. ff de appell.* Iaſ. *in l. more col. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic.* in tantum, quod dicit Bald. *in l. ſi vt proponis. 4. la 1. col. 3. verſic quæro Papa, &c. C. quom. & quando iud.* quod per delegationem Principis in tantũ cenſetur auocata iuriſdictio ab Ordinario, quod etiamſi moriatur delegatus, non reuertitur cauſa ad Ordinarium, ſed vadit ad Papam, qui delegauerat. Nam per talem delegationem cenſetur Princeps auocare cauſam ad ſe, quo caſu quilibet inferior cenſetur in illa cauſa priuatus iuriſdictione, *c. vt noſtrum. 54.* & ibi Abb. Philip. *de appell. & l. iudicium ſoluitur. 57 ff. de iudic.* vnde ſequitur, quod cum iſte Ordinarius priuatus iuriſdictione, & omni poteſtate ſuper cauſa delegata, non poteſt aliter ſe immiſcere in reſiſtendo delegato volenti exequi, vel mandanti. 3

TERTIO hoc confirmo per text. *in c. paſtoralis. 27. §. quia vero. de off. deleg.* vbi eſt caſus de hoc, quod delegatus † poteſt donare Ordinario, vt ſuam ſententiam exequatur, & tenetur illam exequi Ordinarius, etiam ſi ſciat illam eſſe iniuſtam, vt ibi expreſſe dicitur. Idem probatur *in c. ſignificaſti. 6. in fine. de offic. delegat.* vbi delegatus Papæ poteſt mandare Ordinario, vt exequatur, & poteſt ipſe Delegatus reſiſtentem compeſcere per cenſuram Eccleſiaſticam. Vnde per iſta duo iura clare probatur, quod eſt obtemperandum, & non reſiſtendum tali Delegato. 4

QVARTO † adduco tex. *in c. ſtudiuſti. 2. de off. deleg.* vbi 5

vbi loquitur de Legato ſedis Apoſtolicæ, qui eſt Ordinarius: tamen ibi dicitur, quod non poteſt ſe impedire contra ſententiam delegati ab eadem ſede Apoſtolica. Imo poteſt delegatus ipſi Legato mandare, vt exequatur ſententiam ipſius delegati; verum non poteſt compelli Legatus, ſi non vult, ſecundum gloſſ. fin. *in d. c. ſtuduiſti* licet Abb. *ibi in fin.* dicat, eſſe verius, vt poſſit etiam compelli; quia quo ad cauſam delegatam, cenſetur delegatus maior Legato: ergo quanto magis alius Ordinarius inferior, non debet ſe intromittere: circa oppugnationem ſententiæ delegati Principis.

6 Qvinto; † quia delegatus Principis fungitur vicem delegantis, & præſentat perſonam ipſius Principis, *d. c. ſane quia. 1. de off. deleg. & c. paſtoral. 11. §. præterea. de off. ord.* & Franc. de Aret. *in d. l. aduerſus. 3. C. ſi aduerſus rem iudic.* Sed quando Princeps mandat aliquid fieri, puta, hominem occidi, vel aliud exequi, non quæritur, vtrum iuſte, vel iniuſte mandet. Sed debet ſibi indiſtincte obtemperari, vt not. Andr. de Iſern. *in c. 1. col. 4. in fin. ſi de inueſt. inter dom. & vaſ. lis ori.* & Fel. plene *in c. quæ in Eccleſiarum. 7. col. 24. verſ. 5. concluſ. & c. de conſtit.* Nam Princeps non habet hominem, qui ſua facta dijudicet, vt dicit Andr. de Iſern. *in c. 1. verſ. flumina nauigabilia, col. 1. in fin. quæ ſint regal. & pœn. conſtit col. 6.* Et quicquid faciat Princeps, præſumitur ex cauſa facere, & eius ſola voluntas habetur pro cauſa, ſecundum Fel. vbi ſupra not. gloſſ. & Bart. *in l. relegati. 4. ff. de pœn.* Alex. *in conſil. 2 col. 7. & pen. in 1. vol.* & Abb. *in c. niſi ſpecialis. 2. de off. deleg.* ergo idem eſt dicendum in eius delegato, qui Principem repræſentat, per prædicta.

7 Sexto; quia † delegatus Principis poteſt mulctare executorem per eum deputatum ad ſuam ſententiam exequendam, *l. omnibus. 3. C. de ſport.* Item poteſt punire vnumquemque impedientem ſuã iuriſdictionem per cenſuras, & alia iuris remedia, ſecundum Abb. *in c. quia quæſitum 1 col. fin. ff. deleg.* & ibi etiam Fel. *in 7 col. fin.* & Ang. *in conſ. 7.* per quæ videtur dicendum, quod Ordinarius reſiſtens ſuæ ſententiæ executioni, impediret eius iuriſdictionem, & poſſet puniri: vnde reſiſtere non poteſt.

8 Septimo; quia † quando vnus iudex requiritur, vt exequatur ſententiã alterius, & ſumus in cauſa ciuili, diſtincte tenetur eam exequi, licet ſciat eam eſſe iniuſtam, ſecundum Innoc. *in c. cum in iure. 31. de off. deleg.* & Andr. de Iſern. *in c. 1. col. fin. de controu. inter vaſ. & alium de benef. & in conſt. Poſt mundi machinam.* Tenetur etiam vnus Officialis alium adiuuare: vt not. Andr. de Iſern. *in conſt. Iuſtitiarios regionum. la 2.* Item poteſt iudex Eccleſiaſticus implorare brachiũ iudicis ſecularis, pro executione ſuæ ſententiæ; & ſi non dat, poteſt eum excommunicare, ſecundum Abb. *in c. pernicioſam. 1. col. 2. in fin. & 3. de off. ordin.* Ad hoc text. *in l. ſi quis 2 C. de his qui latr.* Item dicit Bald. *in auth. clericus. in fin C de Epiſc. & cler.* quod quando iudex ſuperior mittit ſententiam ſuam exequendam inferiori, tenetur inferior exequi, & non debet aliud quærere. Et, quod vnus iudex teneatur concedere brachium alteri, tenet Paris *in tract. ſynd. in verſ. brachium.* vnde in propoſito dicendum eſt; quod Ordinarius potius tenetur iuuare delegatum Principis, tanquam maiorem, quam illi reſiſtere.

Octavo; quia † auctoritas iudicis facit licitum, quod alias erat illicitum, *l. huius. 1. §. 1. Pomponius. 5. ff. quod fal. tut. auctor.* & Andr. de Iſern. *in conſtitut. Appellationum tempora. colum. 3.* Et poteſt iudex moueri ad ſententiandum ex aliqua confeſſione facta ſibi viua voce, & non redacta in ſcriptis, nec apparente ex proceſſu, & valet eius ſententia, ita notanter tenet Bald. *in l. ſi minor. 2. colum. fin. ff. de manu. vindic.* & Felin. *in c. cum venerabilis 6. colum. 15. de except.* vbi etiam dicit, quod poteſt moueri iudex ex aliqua ſcriptura ſibi cognita, & in actis non producta. Idem dicit Alexan. *in l. ait prætor. 5. §. ſi iudex. 1. col. 3. ff. de re iudic.* vnde quamuis ſententia delegati appareat iniuſta; tamen fulcitur auctoritate ipſius iudicantis, qui potuit moueri ad ita pronunciandum ex aliqua iuſta cauſa; ergo non debet ſibi reſiſti, ſed obediri. 9

Nono; † quia delegatus Principis habet merum & mixtum imperium, & poteſt exequi ſententiam ſuam, mittere in poſſeſſionem, & excommunicare, vt not. gloſſ. *in l. ſi quis miſſus. 3. ff. ne vis fiat ei.* pro hoc eſt text. *in c. paſtoral. 11. §. præterea.* & ibi Abb. *in 3. not. de off. ord.* Bart. & Dd. *in l. à diuo Pio. 15 in princ. ff. de re iud.* & Alex. *in l. imperium. 3. colum. 3. in princ. ff. de iuriſd. omn. iud.* Et poteſt implorare familiam à iudice, vt etiam manu militari & armata, ſententiam exequatur: vt not. Abb. *in c. ſignificaſti. 6. col. fin.* & ibi etiam Felin. *de off. deleg.* Si vero ordinarius tenetur præſtare auxilium, & arma delegato exequenti, non debet ipſum impugnare, & contra eum reſiſtere: non enim debet quiſpiam impugnare eum, quem defendere tenetur, *l. vendicantem. 17. ff. de euiction.* & not. Andr. de Iſern. *in c. 1. §. item ſi fidelis. colum. 2. quib. mod. feud. amit.* 10

Decimo; † quia præcepto ſuperioris eſt obediendum, & qui non obedit, morte moriatur, *c. ſi quis. 2. de maior. & obed.* & ad hoc eſt inductus totus tit. *ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* & ibi Bart. *in §. 1. circa fi.* ſic videmus, quod eximens carceratum, qui erat cõfeſſus, vel condemnatus de crimine, tenetur pœna *l. Iul. maieſtatis.* ſecundum Bart. *l. cuiuſq. ff. ad leg. Iul. maieſt.* & Bald. *in l. addictos 6. in fin. C. de Epiſcop. aud.* ex quo impedit executionem Officialis. Item, qui non obedit ſuperiori, poteſt etiam dici rebellis, ſecundum Abb. *in c. ſane quia. in 4. not. de off. deleg.* 11

Vndecimo; † quia merus executor non habet cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ; quoniam hoc non ſpectat ad eius officium, niſi ſolum exequi: textus eſt *in c. de cætero. 2.* & ibi Abb. & Doctor. *ff. de re iud. in leg. ſi prætor.* & ibi Bald. *ff. de iudic. l. executorem. C. de execut. rei iud. & l. ſi vt proponis. eod. titul.* & 12

not.

notat Bart. *in d.* ℓ. *leg.* [illegible] *ff. de re iudic.* Vnde
quia delegatus Principis mandat Ordinario, vt ex-
equatur, ille dicitur merus executor, & non habet
cognoſcere de iniuſtitia, ſed debet tantum exequi,
per prædicta.

13 Dvodecimo; † quia quando iudex aliquid in-
iuſtum facit, eſt proditum remedium generale, per
viam appellationis, quæ appellatio fuit principa-
liter inducta ad reuelanda grauamina illata per Of-
ficiales, *c. ſuggeſtum.* 14. *& c. cum ſpeciali.* 59. *§. porro.*
*de appellat.* Si ergo eſt proditum grauato remedium
iuris, non eſt recurrendum ad reſiſtentiam facti.
Cum etiam à delegato principis permiſſum ſit ap-
pellare. *l. eos etiam* 16. *C. de appellat.* alias fruſtra eſſet
inductus titulus de appellat. ſi licitum eſſet, de facto
reſiſtere Officialibus. Præterea videmus, quod ap-
14 pellans † non poteſt verbo iniuriari Officiali, a quo
appellatur, *l. iudici.* 22. *ff de iniur. & l. illud.* 8 *ff. de ap-*
*pellat.* ergo multo minus facto, ſcilicet per reſiſten-
tiam, arguendo à fortiori, *l. nec in ea.* 22. *§. ſed qui oc-*
*cidere.* 3 *ff. de adult.* Vbi enim competit remedium or-
dinarium, prout eſt appellatio, ceſſat extraordina-
rium. *l. in cauſa* 16 *ff. de minorib.* & tanto magis quan-
do extraordinarium eſt contra ius, vt not. Abb. *in c.*
*ex parte.* 11 *col. pen. de reſcr.* prout eſt iſtud reſiſtere Of-
ficiali de facto, quod eſt contra iuris regulas prohi-
bentes aliquem ſibi ius dicere propria auctoritate,
*l. extat.* 13 *ff quod met. cauſ. & l. meminerint.* 6. *& l. ſi quis*
*in tantam.* 7. *C. vnde vi.*

Decimotertio, & vltimo, iſtud confirmo
per text. *in c. ſi quando.* 8. *C. de offic. deleg.* vbi videtur
15 caſus expreſſus, † quod ordinarius non poteſt reſi-
ſtere violenter delegato Principis volenti exequi
ſententiam, ſed debet precibus apud eum inſtare, vt
reſcribatur Principi, ſi ſententia apparet iniuſta,
Pro parte vero contraria negati-
va, ſcilicet: qvod non sit obediendvm,
sed potivs resistendvm, adducitur Pri-
16 mo: Quia † quilibet iudex dicitur miniſter Dei in
terris: *c. 5. non ſolum.* 27 *& c. qui malos* 20. 23 *qu.* 5. vnde
eius iudicium cenſetur prodire de vultu Dei, *c. vt no-*
*ſtrum.* 56. *in princ. de appell & c. vt noſtrum prodeat.* 1 *in*
*princ. ext. de eccl. ben.* & Paul. de Caſt. *in conſ.* 38. *in princ.*
*in* 1. *vol.* Sed de vultu Dei non poteſt egredi niſi iu-
ſtitia, & veritas, cum Deus ipſe dicat; *Ego ſum via,*
*veritas, & vita* vt habetur *Ioan. c.* 14. *& Pſalm.* 27 di-
citur; *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, &c.*
Ergo quamdiu iudex ſequitur veritatem, & iuſti-
tiam, dicitur miniſter Dei; vnde cum facit iniuſti-
tiam, nō eſt miniſter Dei, ſed potius diaboli; nec tūc
dicitur iudex. *c. iuſtum.* 2. 23. *q.* 2 & not. gloſſ. *in c. cum*
*æterni.* 1 *in verſ. iudex de re iud. lib.* 6. Et dicit Caſſiod.
lib 3. epiſt 18. *Tamdiu iudex dicitur, quamdiu iuſtus pu-*
*tatur.* idem dicitur Prouerb. cap. 15. *quod iuſtitia eſt*
*magis accepta apud Deum, quam immolare hoſtias.* Et
dicit Bald *in l.* [illegible] *a lege* 2 *colum. fin. C. de ſent. ex breuic.*
17 *recit.* quod † iudex debet habere duos ſales. Vnum,
qui dicitur ſcientiæ, alias dicitur inſipidus: & alium,
qui dicitur ſal conſcientiæ, alias dicitur diabolicus.
Imo iudex, qui non facit iuſtitiam, non ſolum non
dicitur iudex, verum etiam nec homo poterit ap-
pellari, ſed connumeratur inter animalia bruta, te-
ſte Ariſt. 1. *Polit.* vbi ait: *Sicut optimum animalium eſt*
*homo lege fruens: peſſimum animalium eſt homo à lege, &*
*iuſtitia ſeparatus.* Nunc ergo in propoſito, delegatus
Principis tamdiu eſt miniſter Dei, & Principis, quā-
diu facit iuſtitiam: ſed cum facit iniuſtitiam, non
dicitur iudex: ſed remanet priuatus: & ſicut cuili-
bet permittitur reſiſtere aduerſus violentiam ſibi
factam per priuatum, *l. vt vim.* 3. *ff. de iuſtit. & iur. l.*
*recte.* 1. *C. vnde vi.* eodem modo aduerſus talem dele-
gatum iniuſtitiam facientem.

Secvndo, quod Ordinarius poſſit † dicto man- 18
dato iniuſto reſiſtere, adducitur; quia hoc ſibi præ-
cipitur de iure diuino: vt habetur Ieremiæ cap. 22.
*Hæc dicit Dominus: facite iudicium, & iuſtitiam, & li-*
*berate vi oppreſſum de manu calumniatoris.* Item præ-
cipitur per legem ciuilem: vt *l. illicitas.* 6. *in princ. &*
*§. ne potentiores.* 2. & ibi Bald. *ff. de off. præſid.* vbi dici-
tur, quod ad officium iudicis ſpectat prouidere, ne
alicui fiat violentia, & ne potentiores opprimant
minus potentes, & dicit Bald. *in d. § ne potentiores in*
*fine.* quod iudex facit magnam eleemoſynam apud
Deum, quando pauperes tuetur, ne opprimantur.
Idem præcipitur ex lege Canonica text. & ibi gloſſ.
*in c. ſcire* 23. *quæſtio* 8. vbi dicitur, quod Epiſcopi de-
bent defendere ſubditos propulſando iniurias: pro-
ut etiam ipſe Papa defendit: probatur etiam *in c. no-*
*ſtri. & c. non inferenda.* 23. *quæſt.* 8. vbi ponitur exemplū
de Moyſe, qui defendit Hebræum ab Ægyptio in-
iuriam accipientem, & ipſum Ægyptium interfecit:
ergo eodem modo, ſi delegatus Principis vult ali-
quid exequi contra iuſtitiam, debet & poteſt Ordi-
narius loci, non ſolum non obedire, ſed etiam reſi-
ſtere pro defenſione ſubditorum.

Tertio; quia etiam, † quando Papa reſcribit 19
alicui, quod aliquid iniuſtum exequatur, poteſt il-
le non exequi, & contrauenire literis Apoſtolicis, ſi
illud, quod iubetur, appareat iniuſtum, & debet re-
ſcribere Papæ, & expectare ſecundam iuſſionem:
caſus eſt *in c. ſi autem* 8. & ibi Abb. *de reſc.* vbi plus di-
cit Abb. idem procedere, ſi in mandato Papæ ſit pœ-
na excommunicationis Et dicit notanter gloſſ. *in l.*
*puniri.* 3 *C. ſi contra ius vel vtil. publ.* quod non debent
timere minores Prælati veritatem ſectari, & literis
Principis non obedire. Idem dicit gloſſ. *in verſ. nun-*
*cians in §. deinde* 1. *in Auth. de mand. Princ.* ſi ergo ipſi
Principi iniuſta iubenti, non eſt obediendum; quan-
to minus eius delegato?

Qvarto; † quia primo eſt obediendum Deo, 20
& poſtea Principi, *c. qui reſiſtit.* 11. *quæſt.* 3. vbi dicitur,
non eſſe obediendum iudici, nec Imperatori in iniu-
ſta iubentibus: ſed potius Deo; quia quando Princi-
pi iniuſta petenti non obeditur; tunc Deo obeditur:
hoc

hoc dicit expreſſe Bald. *in authen. habita col. 4. in verſ. not. C ne fil. pro patr.* vbi ait, quod ſi Princeps iubet aliquid, quod eſt contra conſcientiam, non eſt ei obediendum, & dicit Andr. de Iſern. *in conſtit. vt participatio. col. 2. in fi.* quod eſt defenſio cuilibet permiſſa, etiam contra Principem: vt ſi forte Princeps vellet aliquem occidere contra ius illicite, poteſt ille ſe defendere contra eum.

21 QVINTO † adducitur text. *in §. deinde competens. 4. in Auth. de mand. princ.* vbi mandat Imperator adminiſtratoribus, & iudicibus: vt ſi veniant aliqui Officiales de curia ipſius Principis, non permittant eos lædere ſubditos in aliquo, vel aliquid iniuſte exequi: ſed poſſunt ipſi iudices prohibere dictos Officiales Principis, ne iniuſtitiam faciant, & etiam punire, vt ibi expreſſe dicitur. Et dicit ibi Bart. quod ſi Princeps ſcribit Officiali, vt exequatur aliquod iniuſtum, non debet illud facere, ſed debet illud reſcribere, & expectare ſecundam iuſſionem, prout ſupra dixi, per *d. c. ſi autem 8 de reſcript.*

22 SEXTO; quia † quando aliquis Officialis vult aliquid de facto exequi contra ius, licitum eſt vnicuique, etiam priuato, non obedire, & de facto reſiſtere, *l. prohibitum. 5. l. defenſionis facultas. 7. C de iure fiſc. libr* 10 Ad idem eſt text. *in l. omnes. 33. C. de decur. libr.* 10. vbi, ſi Officialis vult torquere decurionem contra ius, poteſt ſibi reſiſti: pro hoc etiam eſt text. *in l. his quidem. 5. C. qui mil non poſſ libr. 12. l deuotum. 5. C. de metatis epid. libr. 12. l. quoniam iud c. s. 21* & Bal. *ibi C. de appellat.* Et quod iudici facienti de facto contra ius poſſit impune reſiſti, tenet Dyn. *in c quod quis. de reg. iur. libr. 6.* Bald. *in l. addictos. 6 C. de Epiſcop. aud. in repet. l. recte 1. col. 8. in 12. qu. C. vnde vi.* Cardin. *in Clem. paſtoralis. verſ. cæterum de re iud.* Alex. & communiter Dd. *in l. ſed etſi mendi. 4. §. item ſi quis. 1. ff. ne quis eum, qui in ius voc.* Alex. *in conſ. 145. incip. poſt redditum. col. 2. in 2. vol. & in l. à diuo Pio. 15. § ſi ſuper rebus. coll. 3. ff de re iud.* & Paris *in tract. ſynd. in verſ appellatio. colum. 2. in fin.* Hinc dicit Bald. *in d l. quoniam iudi-*
23 *ces. 21. C. de appellat.* quod † Aſſeſſores, & alij Officiales Poteſtatis debent contradicere, & reſiſtere Poteſtati aliquid iniuſte exequenti; alias ſi non poſſunt reſiſtere, debent ſaltem proteſtari, quod non conſentiant, alias tenentur in ſyndicatu. Ita etiam dicit Angel *in tract. malef. in verſic. de conſenſu, & deliberatione, &c.* Bartol. *in tract. repræſal in 6. quæſt. principali.* & Paris *in tract. ſynd. c. in verſ. reſiſtentia.* vbi plene de hoc. Et de hac materia ſunt duo capitula Regni: vnum videlicet, *in num. 41.* quod incipit: *Item, caueant iuſtitiarij, &c.* & aliud *in num. 275.* quod incipit: *Quod prædicti iuſtitiarij, &c.* vbi datur in mandatis, quod Aſſeſſores reſiſtant Poteſtatibus iniuſta exequentibus, alias puniantur.

24 SEPTIMO; † quia quando factum alicuius iudicis eſt notorie, & euidenter iniuſtum, non tenetur ei ſubditus obedire, imo tunc non obſtante, quod cauſa ſit deuoluta ad ſuperiorem, poteſt iudex inferior ſe intromittere in dicta cauſa, reuocando dictum factum iniuſtum propter eius notorietatem: caſus eſt *in c. ſolicitudinem. 52. verſic. ſi vero.* & ibi Philipp. *de appellat.* Hinc dicit notanter Cardin. *in Clement. 2. in fin. illius princ. de pœn & remiſſ.* quod iudex inferior poteſt cognoſcere de facto ſuperioris, quando eſt iniuſtum, & nullum, declarando illud nullum, & obuiando, vt non ſortiatur effectum. Quod dictum facit multum ad propoſitum, quia dato, quod delegatus Principis ſit maior Ordinario; tamen poteſt Ordinarius impedire eius factum euidenter iniuſtum ſeu nullum, vt non ſortiatur effectum, per prædicta.

OCTAVO, † adducitur text. iuncta gloſ. *in verſ.* 25
*denuncietis in c. ex literis. 28. in fin. de offic. deleg.* vbi iudex delegatus non debet exequi ſententiam iniquã, & nullam, & dicit ibi gloſſ. quod poteſt ſibi reſiſti, etiam violenter, & illam gloſſ. dicit eſſe ſingulariter notandam, Abb. *in c. ſi quando. 7. de off. deleg & in d. c. ex literis.* vbi dicitur probari per illam gloſſ. quod etiam tertius poteſt reſiſtere Officiali in fauorem partis offenſæ. Hinc dicit notanter Nicol. de Neapol. *in l. prohibitum. 5. C de iur. fiſc. libr. 10.* quod Ordinarius poteſt reſiſtere delegato, ne mittat in poſſeſſionem iniuſte: per cuius dictum videtur decidi caſus noſter.

NONO; quia † iure præcipitur, quod iudex ſecu- 26
laris tenetur impartiri brachium iudici Eccleſiaſtico, pro executione ſuæ ſententiæ, *c. pernicioſam. 1. & ibi per Doctor. de offic ordin. c. ſtatuimus. 2. de maledic. l. ſi quis 1. C. de his, qui latr.* & not. Paris *in tract. ſynd. in verſic. brachium.* & Oldr. pulchre *in conſil. 39. incip. Epiſcopus, &c.* in tantum, quod dicit Abb. *in d. c. 1. col 2.* quod ſi iudex ſecularis denegat, poteſt excommunicari per Eccleſiaſticum: quia vnus iudex debet alium adiuuare, porrigendo dictum brachium text. eſt, & ibi gloſſ. *in c quoniam. 14. in fin. de offic. ordin. & text cum. gloſſ in c. nec licuit. 17. diſt.* Super hoc tamen dat vnam notabilem declarationem Oldr. *conſil. 89. circa fin.* videlicet, quod tunc demum debeat inuocare iudex Eccleſiaſticus brachium ſeculare, quando prius fecit quicquid potuit, & non habet vltra, quid faciat, alias ſecus: & ad hoc ponderat omnia iura loquentia de huiuſmodi brachio; quia ſemper dicunt, ſi neceſſe fuerit: & ſic ponunt hanc implorationem pro vltimo refugio. Ita dicit text. *in d. c. pernicioſam 1 & c quoniam. 14. de off. ord. & in d. c. ſtatuimus. 2.* & probatur optime *in c. cum non ab homine. 10. de iud.* Hinc videmus ſemper in literis Apoſtolicis concedi poteſtatem implorandi brachium ſeculare conditionaliter, ſcilicet ſi opus fuerit. Et vide ſuper hoc bonam diſtinctionem Abb. *in d. c quoniam. 14. de off ordin. in fin.* Quod nota; quia vt plurimum iſti Delegati vel Epiſcopi implorant ita ex abrupto brachium ſeculare, vt ſcias opponere, quod non ſeruauerunt iuris ordinem, faciendo prius, quicquid potuerunt. HOC PRÆSVPPOSITO, AR-

oto sic: Quando iudex ſecularis, cuius brachium imploratur, videt caſum, ſuper quo imploratur, eſſe iniuſtum, non tenetur ſuum brachium impartiri; imo poteſt impune non parere. Ita dicit Oldrad. *in d. conſ.* 80. idem tenet Ang. *in conſ.* 135. vbi dicit, quod poteſt iudex ſecularis tunc cognoſcere de nullitate ſententiæ, & ipſam non exequi, & ſi eſt appellatum, poteſt etiam impune reſiſti, ſecundum Old. *in d. conſil* 89. Innocen. & Abb. *in d. c. ſi quando.* 8. & ibi etiam Felin. *de offic. deleg.* & Ioan. Andr. *in d. c. pernicioſam.* 1. & ibi etiam Abb. *in pen. col. de off. ord.*

27 DECIMO; quia † quilibet etiam priuatus poteſt defendere tertium offenſum ab alio iniuſte, & non incurrit aliquam pœnã, *l. furtum.* 1 *in princ.* & *l. ſi quis in ſeruitute.* 7. *in fin. ff. de fur.* vbi cuilibet licet apprehendere furem cum furto manifeſto, etiamſi nihil ad eum pertineat de re ſubtracta. Et dicit Bart. *in d. l. ſi quis in ſeruitute. in fin.* quod quilibet poteſt iuuare offenſum, non ſolum in rebus, ſed etiam in perſona. Idem tenet Bart. *in d. l. prohibitum.* 5. *C. de iur. fiſc. lib.* 10. vbi tenet, quod amici & coniuncti poſſunt ſine alia conuocatione iuuare offenſum. Tamen poteſt offenſus de conſuetudine clamare: ſuccurrite, ad hoc, vt citius veniant audientes. Item tenet Bart. *in l. prætor ait.* 4. *§. ſi quis aduentu.* 6. *ff. vi bon. rapt.* & Par. *in tract. ſynd. in verſ. reſiſtentia col.* 1. Item dicit Bart. *in l. deuotum.* 5. *C. de met. & epid. lib.* 12. quod ſi aliquis vult me expellere de poſſeſſione mea, poſſunt amici & conſanguinei mei licite expellere, & etiam percutere expellentem pro defenſione mea, quod dictum dicit eſſe valde notandum. Et quod poſſum conuocare amicos pro defenſione mea, & rerum mearum, tenet gl. *in l. quod eſt.* 3 *§. eum igitur.* 9. *ff. de vi & vi armat.* Verum iſta defenſio debet fieri incontinenti, ſecundum Bart. *in d. §. eum igitur.* quod probat text. iũcta gl. *in l. ſed partus.* 12. *§. quid ergo.* 1. *ff. quod met. cauſ.* Et iſtud incontinẽti, poteſt intelligi, etiam poſt biduum, intra quod poteſt quis ſe præparare, & conuocare amicos, ſecundũ gloſſ. & Bar. *in d. §. eum igitur.* vbi plus dicit Bart. in magnis dominis ſpoliatis aliquo caſtro poſſe dici, incontinenti, etiam ſi intra ſex menſes fieret defenſio: imo etiam poſt decẽ annos, quando magnus apparatus requireretur: ita vt breuiori tempore non poſſet expediri. Ita ſingulariter dicit Bald. *in l. ſi à non domino. fin. C. de his: qui à non dom.* cuius dictum ſequitur Iaſ. *in l. lecta.* 40 *col.* 17. *ff. ſi cert. pet.* Hoc tamen ſingulariter LIMITA procedere, quando defenſio fit ratione rei ablatæ, vel contra offenſionem factam in rem: ſecus ſi fieret offenſio in perſonam; quia tunc licitum eſt defendere incontinenti, id eſt, in ipſo flagranti crimine tantum, & non poſtea, ita dicit Bart. *in d. l. quod eſt.* 3. *§. eum igitur.* 9. *ff. de vi & vi arm in fin.* quia poſtea cenſeretur fieri potius ad vindictam; quam ad defenſionem. Ita tenet Bald. *in rep. l. recte poſſidenti.* 1. *col.* 6. *in* 10. *q. C. vnde vi.* Et quod quilibet poteſt iuuare offenſum, etiã penitus extraneum, tenet gloſſ. *in c. non inferenda.* 23. *q.* 3. Abb. *in c. ex literis* 25. *col.* 2. *in gl. pen. de offic. delegat.* Bald. *in d. rep. l. recte.* 1. *in* 8 *q. cum* 7. *præcedentib. C. vnde vi.* & Cæp. *in conſil.* 2. *colum. pen. & fin.* vbi generaliter concludit, quod vbicunq; eſt licita defenſio alicui, poteſt etiam conuocare amicos, & coniunctos impune, & not. Andr. de Iſern. *in conſt. Pacis cultum.* vbi dicit notabile verbum, quod moderatio quæritur in defendendo, quando quis offenditur in rebus: ſecus ſi in perſona, & prædictis adde eundem Andr. *in conſt. Quicunque mulierem.* Si ergo priuatus poteſt defendere iniuſte oppreſſum, multo magis iudex, ad cuius officium ſpectat defendere ſubditos, *l. illicitas.* 6. *ff. de off. præſid.* & Fel. *in c. quanta.* 43. *de ſent. excom.* vbi tenet, quod Superior tenetur defendere ſubditum.

VNDECIMO † adducitur text. *in l. contra.* 5 *C. de exec. & exact. lib.* 12. vbi habetur, quod ſi officialis facit executionem vltra debitum modum, poteſt ei de facto reſiſti, & ibi hoc dicit gl. *in verb. prouinciali.* & infert ibi Bart. per illum text. contra baiulos, qui vadunt ad pignorandum aliquem: nam ſi accipiunt pignus vltra modũ, poteſt eis de facto reſiſti, & idem tenet Paris *in tract. ſynd. in d. verſic. reſiſtentia, in fin. capite, facientibus exactionem, &c.* idem dicit Bart. *in l. Actores.* 4. *C. de exact. tribut. libr.* 10. & dicit Luc. de Pen. *in dict. leg. deuotum.* 5. *C. de met. & epid. libr.* 12. quod toti populo licet reſiſtere, cui alicui ex eis irrogatur iniuria, puta, ſi valet aliquis ad diſputandum in domo alicuius: nam poteſt à quolibet expelli, etiam ſi per iudicem fuerit miſſus: & illud dictum refert Paris *in d. verſ. reſiſtentia in cap. excedunt plerique, &c.* Adde prædictis Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 107. *colum.* 3. *in* 1 *vol.* 28

DVODECIMO; † quia quando Officialis facit aliquam executionem iniuſtam, & à iure prohibitam, dicitur inferre violentiam, *l. plerique.* 18. *in fin. ff. de in ius voc.* Per quem text. ita dicit Paris, *in d. verſic. reſiſtentia. c. excedunt &c.* Puta ſi vellet citare aliquem realiter in domo ſua, quo caſu poteſt ſibi impune, etiam cum armis reſiſti. Ita tenet Bald. & Lud. Rom. *in d. l. plerique.* 18. *ff. de in ius voc.* quos ibi ſequitur Iaſ. *in penult. col. in fin.* vnde eodem modo eſt dicẽdum in caſu noſtro, vt talis delegatus iniuſte exequens dicatur vim inferre: vnde merito poſſet ſibi reſiſti violenter. Quod confirmatur ex his, quæ traduntur *in c. conquerente de reſtit. ſpoliat.* Vbi † ſi iudex priuat aliquem poſſeſſione ſua. iniuſte, dicitur committere ſpolium: ſicut priuatus, & ita tenetur. Ad quod facit text. *in l. nec fin. C. ſi per vim. vel alio modo.* & Oldr. *in conſil.* 227. *incip. de toto, &c. colum.* 1. Hinc videmus, quod licitum eſt vnicuique, nolli dimittere poſſeſſionem, ſine legitima cauſæ cognitione; & poteſt contradicere, non obſtante, quod in literis Papæ ſit clauſula, *contradictores, &c.* ſecundum Ludouic. Rom. *in conſ.* 482. *in princ.* Gemin. *in c.* 1 *in prin. col.* 3. *de conceſſ. præb. lib.* 6. & Felin. *in c. cauſam quæ.* 17. *col.* 14 *de reſcript.* 29 30

DECIMO TERTIO, & vltimo, † validum eſt argu- 31

gumentum de contractibus ad iudicia, *l. licet. 3. §. idem ſcribit. 11 ff. de pecul. & l. omnem. 20 ff. de iudic.* & not. Franc. Aret. *in l. eum qui 51. in princ. ff. de acquir hær.* ſed nos videmus, quod ille, qui promittit aliquem defendere, intelligitur iuſte, videlicet, quando iniuſte offenditur: ſecus, ſi iuſte: ita tenet Petrus de Anchar. *in conſil. 83. in c. omiſſo &c.* & Fel. *in c. cauſam, quæ. 17. col. 15. de reſcr.* facit gloſſ. *in c. pro illorum,* & ibi Abb. *in col. 3. in fin. de præben.* vbi habetur, quod delegatus, licet poſſit compeſcere cõtradictores, & impedientes ſuam iuriſdictionem, etiam extraneos, per clauſulam, *contradictores, &c.* tamen hoc intelligitur, quando iniuſte contradicunt: ſecus, ſi iuſte. Facit, quod dicitur in præcedenti argumento. Ad
32 idem adduco; † quia vaſallus eſt obligatus defendere dominum ex iuramento fidelitatis, alias feudo priuatur, *c. 1. item qui dominum. & §. præterea, quæ ſit prima cauſa beneſ. amit. & c. 1 de noua form. fidel.* & tamen hoc intelligitur in bello iuſto, ſcilicet, quando iniuſte offenditur dominus, alias ſecus, text. eſt, & ibi Andr. de Iſern. & communiter Dd. *in c. 1. in princ. hic finitur lex, &c.* Sic ergo in propoſito in iudiciis: quia verum eſt, quod Ordinarius tenetur defendere iuriſdictionem delegati Principis, ſcilicet, quando iuſte agit: ſecus, ſi iniuſte; quia hoc cenſetur dediſſe Princeps in mandatis, ſcilicet, vt iuſtitiam faciat, *l. reſcripta, 7. C. de precib. Imper. offer. c. cum æterni. 1. de re iud. lib. 6.* vnde, quando vult exequi ſententiam nullam, non poteſt dici iudex in illo actu, & merito poteſt ſibi reſiſti vt priuato. Ita dicit Abb. *in c. paſtoralis. 27. §. quia vero. col. 3. ver. & in fin. gl. &c de off. dèlegat.* & Bart. *in extrauag qui ſint rebelles in gloſſ. in verſic. in rebellando, in princip.*

PRO SOLVTIONE HVIVS † notabiliſſimæ
33 QVÆST. cumulando veram & communem concluſionem, prout eam reperio in variis locis diſperſam, FACIO DVO MEMBRA PRINCIPALIA videlic. AVT IVDEX ISTE DELEGATVS procedit ad aliquam executionem EXTRAIVDICIALITER, non facto proceſſu, & ſine cauſæ cognitione, AVT IVDICIALITER, & in forma iuditii. PRIMO CASV autem delegatus habet hoc expreſſe in commiſſis à Principe, vt ita extraiudicialiter, & executiue procedat: & tunc debet ſibi obtemperari: quia in Principe ſemper præſumitur iuſta cauſa, vt not. Fel. *in c. quæ in Eccleſiarum. 7. col. 24. verſic. 5. concluſ. de conſt.* Et ita procedat, quod dictum eſt ſupra, *in 1. part. in 5. arg.* FALLIT quando ſubeſſet aliqua legitima cauſa, ex qua appareat mandatum Principis eſſe iniquũ, & præſumeretur ignorantia Principis: quia tunc ſuperſederi debet, & reſcribi Principi: & expectari ſecunda iuſſio Principis. Ita loquitur text. *in c. ſi quando. 5.* cum ibi not. per Felin. *de reſcr. & in § deinde competens in Auth de mand. Princ.* Et ita procedant ea, quæ dixi *in 2. parte in 3. 4. & 5. argumẽto.* SI TAMEN ipſe delegatus vellet exequi, & non ſuperſedere, nec reſcribere Principi, an poſſit ſibi violenter reſiſti? Dicit, quod non, ex quo exequitur negotium ſibi expreſſe commiſſum per Principem: vt dicit text. *in d. extrauag. qui ſint rebelles,* & ibi Bart. in gloſſ. *in verb. rebellando. in princip.* FATEOR tamen, quod poſſet appellari ad hoc, vt expectetur ſecunda iuſſio, vigore diſpoſitionis iuris, *per d. c. ſi quando. & d. §. deinde competens.* & poſt appellationem, ſi vellet exequi, tunc poſſet reſiſti; quia per appellationem negotium eſt deuolutum ad Superiorem, & ipſe remanet priuatus: ita notanter tenet Innoc. *in d. c. ſi quando. 5. de reſcr.* & ibi etiam Abb. & Felin. & Oldrad. *in conſil. 89.* AVT † Delegatus 34
non habet commiſſionem à Principe expreſſe, vt extraiudicialiter procedat, & exequatur, ſed eſt Delegatus ad iuſtitiam; & tunc ſi procedit extraiudicialiter, excedit ordinem ſibi commiſſum: & poteſt ſibi impune reſiſti etiam violenter, & indiſtincte: & in hoc concordant omnes Doctores & nullus diſcrepat, ſiue grauamen ſit reparabile, ſiue irreparabile, ex quo procedit, vt priuatus. Ita tenet Abb. *in c. conquerente. 7. colum. 2. verſ. nota bene hanc gloſſ. &c. de reſtit. ſpoliat.* & ita intelligitur text. *in l. prohibitum. C. de iur. fiſc. lib. 10.* & quod not. Innoc. & Abb. *in d. cap. ſi quando. 5. de reſcript.* Flor. *in l. quemadmodum. 29. §. magiſtratus. 7. ff. ad leg. Aquil.* Bart. *in d. verſic. rebellando.* & Abb. *in c. dilectus. 25. el. 1. in 4. not. de reſcript.* in quibus locis non diſtinguitur, an executio ſit reparabilis vel non, & merito; quia procedendo extraiudicialiter, procedit vt priuatus, & poteſt ſibi reſiſti, ſicut quilibet priuato, vt not. gloſſ. *in l. non videtur. 167. §. qui iuſſu. 1. ff. de regul. iur.* Hoc etiam colligitur ex dictis Paridis *in tract. ſynd. in verſ. reſiſtentia. in princip.* & ita procedant, quod dixi ſupra *in 2. part. in 2. argumento, & in omnibus aliis ſequentibus.* Quod † autem 35
dixi in iudice procedente extraiudicialiter, idem dicas, ſi procedit iudicialiter in negotio ſibi non commiſſo; quia reſpectu illius negotii non habet iuriſdictionem, & poteſt ſibi impune reſiſti: ita dicit Abb. *in d. c. ſi quando. 5. de reſcript. in 2. not.* referendo ibi Innoc. & ita procedit text. *in d. l. contra 5. C. de execut & exact. libr. 12.* & not. Par. *in d gloſſ. in verb rebellando. in princ.* SECVNDO CASV principali, ſcilicet, quando procedit IVDICIALITER, & IN FORMA IVDICII, & vult exequi iniuſte: & tunc, AVT executio eſt irreparabilis, vt quia vult aliquem torquere, vel mutilare, vel occidere iniuſte; & tunc poteſt ſibi indiſtincte reſiſti: & ita communiter tenent omnes, & in hoc nullus diſcrepat, maxime Felin. *in d. c. ſi quando. 5. de reſcript. col. penul. in 3. fall.* & ibi etiam Abb. vbi ſentit, quod tunc non eſt opus appellatione, licet Bald. teneat contrarium *in l. vt vim. 3. in 8. quæſt. ff. de iuſt. & iur.* vbi dicit, quod debet prius appellari, & poſtia reſiſti. opinio Baldi eſt potius ad cautelam; quia communiter omnes Doct. non requirunt appellationem de neceſſitate in iſto caſu, & ita intelligitur *l. omnes. 33. C. de decur. lib. 10.* & quod notat Iaſ. *in d. l. vt vim. col. 6. in princip.* AVT † executio 36
eſt.

eſt reparabilis; quia poteſt per appellationem reuocari, vt quia ſumus in cauſa ciuili, vel alia executione pecuniaria, & reuocabili: & tunc, aut ſententia eſt lata contra legem, & eſt euidenter iniuſta, vel eſt aliter ipſo iure nulla: nam, quando ſententia eſt notoriè iniuſta, & contra legem, dicitur continere nullitatem, vt habetur per Abb. & Felin *in c. inter cæteras. 9. de reiud.* & iſto caſu poteſt ſimiliter indiſtincte reſiſti Officiali volenti exequi: quia cenſetur de facto procedere, non de iure: ex quo ſententia nulla non meretur de iure executionem. Ita tenet Dyn. *in d. cap. quod quis 24. de regul. iur. libr. 6.* quem ſequitur Bart. *in d. l. vt vim 3. colum. 1.* vbi dicit, quod nihil addit ad ea, quæ dicit Dyn. ibi: & ita intelligitur gloſſ. *in c. ex litteris 28 de offic deleg.* ſecundum Abb. *in d. c. ſi quand. eod. titul.* vbi tenet hanc partem Abb. *in c. paſtoralis 27. §. quia vero col. 3. de offic. delegat.* & Alex. & Doct. *in d. l. ſed eximendi. 4. §. Item ſi quis. 1. ff. ne quis eum.* & ita procedunt omnia argumenta producta pro ſecunda parte. AVT ſententia eſt iniuſta contra ius litigatoris, ex qua iniuſtitia nõ poteſt oriri nullitas; quia valet, ſed eſt iniuſta; & tunc ſi tranſiuit in rem iudicatam, vel non fuit ab ea appellatum, debet mandari executioni, & non poteſt aliquo modo reſiſti, & imputatur ei, qui non appellauit: & ita loquitur text. *in c. paſtoralis. 27. §. quia vero.* ſecundum Abb. *in princ.* ET ITA PROCEDVNT
37 OMNIA IVRA, † quæ dicunt eſſe obediendũ præcepto Superioris, ſiue iuſto, ſiue iniuſto, ſcilicet, DVMMODO NON SIT IPSO IVRE NVLLVM, VEL NON CONTINEAT NOTORIAM INIVSTITIAM. Ita etiam procedant ea, quæ ſupra allegaui pro prima parte, in 3. 4 7. 8. 9. 10 11. & 12. arg. Idem tenet Abb. *in d. c. ſi quando. 7. de offic. deleg.* FATEOR tamen, quod ſi ſententia nondum tranſiuiſſet in rem iudicatam, & delegatus committeret Ordinario ſententiam exequendam, poſſet Ordinarius, ſciens eam iniuſtam, inſtare apud delegatum precibus, vt eam non exequatur, ſed Principi reſcribat: & ita procedat, text. *in d. c. ſi quando.* ex quo ibi is; qui intereſſe prætendebat, alteri reſiſtebat; tunc Ordinarius non poteſt aliud facere, niſi inſtare precibus, non autem violenter. Et hoc colligitur ex dictis Innocent. *in d c. ſi quando. 7. de reſcript.* ſecundum Abb. *ibi, in 2. col. in fin.* Et ita procedat quod dixi ſupra *in 1. parte in 1. argumen.* Idem eſt, quando eſt dubium, vtrum ſententia ſit iuſta, vel iniuſta; quia eſt obediendum: & non poteſt reſiſti auctoritati iudicis, qui habet præſumptionem pro ſe: ita dicit Dyn. *in d. c. quod quis.* & ita debet intelligi quod dixi ſupra
38 *in 1. part. in 8. art.* Si vero † à tali ſententia fuit appellatum, & tunc pendente appellatione, non poteſt iudex à quo exequi: & ſi exequeretur, poſſet impune ſibi reſiſti, *l. quoniam iudices 21 C. de appell* & not. Innoc. Abb. & Felin. *in d c. ſi quando. 7. de off delegat.* & ratio eſt; quia poſt appellationem iudex à quo, efficitur incompetens, ex quo negotium deuoluitur ad Superiorem: & ſibi tanquam incompetenti impune non paretur, *l extra. fin. ff. de iur. omn. iud. c. 1. de conſtit. lib. 6.* ita tenet Bald. *in l. addictos. 6. C. de Epiſcop. aud.* & Oldrad. *in d. conſil. 20* Item † in omnibus caſibus, in quibus tenui poſſe reſiſti iudici, poteſt procedere tam in Delegato, quam in Ordinario iniuſte exequente; & in omnibus illis caſibus, in quibus poteſt quis de facto reſiſtere, poteſt etiam conuocare amicos, & coniunctos, etiam conducere ſtipendiarios pro defenſione ſui, & rerum ſuarum: vt not. Bald. *in l ſi aquam. 2. colum 13. in princip. in verſic. not. quod triplex eſt bellum, &c. C. de ſer. & aqua.* per ea quæ not. *in d. l. quod eſt. 3. §. eum igitur. 9 ff de vi & vi armat.* quia hæc cenſetur quædam defenſio, quæ in omnibus eſt permiſſa, etiam contra Officiales: vt tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil. 107. colum. 1. in 1. vol.* Et ita procedunt ea, quæ dixi ſupra *in decimo argumento ſecundæ partis.* Si ergo poſſunt conuocari priuati ad defenſionem; quia de iure ciuili non tenentur alium extraneum defendere, licet poſſint, ſi volunt: vt not. Fel. *in c. quanta. 45. de ſent. excom.* quanto magis poteſt vocari Officialis, & ſic Ordinarius loci, qui tenetur defendere ſubditos, per *d. l. illicitas. 6. in princ. & §. ne potentiores. 2. ff. de offic. præſid.* & Felin. *in d c. quanta. 46. de ſent. excomm.* & dixi *in 2. parte in 2. argum.* 39

Supereſt † modo reſpondere ad argumenta contraria, adducta pro prima parte. ET PRIMO NON OBSTAT, quod Delegatus Principis ſit maior Ordinario; quia intelligitur maior, ſolum reſpectu negotii ſibi commiſſi. Ita dicunt omnes Doctores, qui ad hoc allegantur in primo argumento. Sed per Principem cenſetur commiſſum, vt iuſtitiam faciat, *c. cum æterni. 1. de re iud lib. 6.* vnde omnes illi caſus, in quibus concluſi poſſe reſiſti, ſunt extra ſuam commiſſionem, & ſic non dicitur maior in illis; quia manet vt quilibet priuatus. † NON OBSTAT *l. aduerſus. 3. C. ſi aduerſ rem iudic* quam allegaui in primo argumento; quia ibi loquitur de reſtit. in integrũ, quæ præſupponit ſententiam valere, ex quo non datur ad reſcindendam ſentẽtiam: quia ſi eſſet nulla, non eſſet opus reſtit. in integrum, vt toto tit. C. *in quibus cauſ. in integr. reſt. non eſt neceſſ.* Vnde quando valet ſentẽtia, verum eſt, quod Ordinarius non poteſt ſe impedire contra eam, vt ſupra concluſi, & eſt neceſſe, quod & adeatur Princeps. Sed in caſibus, in quibus concluſi, poſſe reſiſti Delegato Principis, ſi reſiſtunt aliqui, ideo eſt; quia ſententia non valet, vel continet manifeſtam iniuſtitiam, vel vult exequi in caſu ſibi non commiſſo, vt ſupra Facit, quod & not. Cardin *in Clement 1. § Notaris. de hæret.* vbi Prælatus poteſt amouere inquiſitorẽ datum a Papa: vnde non cenſetur inferior ponere legem ſuperiori, ſed exequitur legis auctoritatem. NON OBSTAT, † quod dicitur in 2. argumento: quia fateor, quod per delegationem cenſetur ablata iuriſdictio Ordinario, vt non poſſit procedere in 40 41 42



illa

illa cauſa alteri commiſſa, non tamen cenſetur abdicata poteſtas Ordinario, vt non poſſit defendere ſubditum à violentia ſibi inferenda priuato, per *d. l. illicitas. 6. ff. de off. præſid.* & per Felin. *in d. c. quanta. 46. de ſentent. exec.* Nam in caſibus, in quibus cõcluſi poſſe reſiſti delegato, remanet Delegatus, vt priuatus, non iudex: merito ſibi vt priuato reſiſtitur per modum cuiuſdam defenſionis; quia contra ius exequitur Delegatus, quod non cenſetur eſſe ſibi mandatum per Principem, ſed potius contrarium, per *dict. c. cum æ-*
43 *terni.* ſicut in ſimili videmus. Nam quando † aliquis laicus iniuſte opprimitur ab aliqua perſona eccleſiaſtica, poteſt implorare auxilium iudicis ſecularis, vt per modum cuiuſdam defenſionis ſibi aſſiſtat, citando per edictum perſonam eccleſiaſticam, ſi ſua putauerit intereſſe, & ſic poterit reſtituere laicum contra perſonam eccleſiaſticam in poſſeſſionem, qua fuerat ſpoliatus, non obſtante, quod illa perſona eccleſiaſtica non ſit ſibi ſubiecta, & de hoc eſt prouiſum in Regno, per capitulum Regni, quod incipit, *Omnis prædatio*, & aliud, quod incipit, *Ad regale faſtigium* & aliud, quod incipit, *Finis præcepti charitas.* & habetur plene
44 per Matth. *in deciſ. 2. & 24. conſil. Neapol.* NON † OBSTAT, quod dicitur in ſeptimo argumento, quod auctoritas iudicis facit licitum, &c. quia illud procedit, quando interponitur ſecundum ius, & iuris ordine ſeruato, alias nihil operatur authoritas iudicis, ſecundum Abb. *in c. conſultationibus. 18. ſolum. 2. de iure patron.* NON OBSTAT, quod eſt proditum generale remedium appellationis, vt dicitur in duodecimo argumento; quia illud remedium eſt inductum ad reparandum grauamen illatum per iudicem, vt iudicem; ſecus, ſi iudex procedit, vt priuatus extra officium ſibi commiſſum, vel exequendo ſententiam nullam, vel notorie iniuſtam, vel poſt appellationem; quia tunc per modum defenſionis ſibi reſiſtitur, ſicut cuilibet priuato. Ad alia argumenta adducta pro prima parte ſatis poteſt colligi reſponſio ex his, quæ dixi ſupra in ſolutione. Et ex his impoſitus ſit finis huic notabiliſſimæ, & quotidianæ quæſtioni: quam credo non fuiſſe hactenus per quempiam ita plene examinatam. Laus DEO. Datum Venuſij, die 22. Iulij. M. D. XIX. in die B. Mariæ Magdalenæ. Diſputata tamen fuit per me Robert. Maraut. poſtea in ciuitate Salerni in publico ſtudio Salernitano, die 19. Octobr. Anni M. D. XIX. *Robert Marant. Venuſ. V. I. D.*

## DISPVTATIO II.

### Vtrum in Regno Siciliæ præſumatur quælibet Ciuitas viuere iure Longobardico, vel iure Romano, & an ius Longobardicum præferatur iuri Romano in Regno.

SVMMARIA.

1 *Ius Longobardicum an præferatur iuri Romano in Regno, vel econtra, num. 19.*

2 *Ius Francorum dicitur ius ſpeciale, & oneroſum, & qui allegat ipſum, debet probare; quia eſt contra ius commune. num. 45.*

3 *Ius Longobardicum non eſt lex, neque ratio, & ideo receſſit ab aula.*

4 *Ius Longobardicum non ſeruatur, niſi in loco, vbi eſſet eius conſuetudo. num. 6. 9.*

5 *Ius Longobardicum eſt ius aſininum. num. 34.*

7 *Ius Longobardicum eſt lex inualida.*

8 *Ius Longobardicum dicitur lex vulgaris.*

10 *Lex Regni transfertur cum ipſa translatione Regni. num. 15.*

11 *Lex quamuis dura & iniuſta ſeruanda eſt.*

12 *Conſuetudo contra conſtitutiones Regni eſt reprobata.*

13 *Scire, & ſcire debere ſunt paria.*

14 *Andreas de Iſernia dicitur Legum Euangeliſta, & eſt maioris auctoritatis, quam Lucas de Penna.*

15 *Notarius vnius comitatus poteſt facere inſtrumentum in alio volente domino illius.*

16 *Intellectus verus ad conſtitutionem*, Puritatem, *reprobata opinione Matthæi, num. 17. 19. 20. 21.*

17 *Dictio,* videlicet, *quid importet.*

18 *Iuris communis appellatione in Regno, venit etiam ius municipale.*

19 *Matthæus de Afflictis præceptor fuit Marantæ.*

20 *Ordo ſcripturæ deſignat ordinem obſeruantiæ; Item dat regulam, & ordinem intellectus. Et ſi reperiantur duo inſtrumenta in eadem charta, præſumitur prius illud, quod præcedit.*

21 *Ordo ſcripturæ an inſpiciatur, quando mens diſponentis eſt certa.*

22 *Clauſula inſerta in medio vnius capituli, an ad illud tantum referatur.*

23 *Conſuetudo habet vim legis, & dicitur lex municipij.*

24 *Clauſula refertur ad vim tantum capitulum, quando poteſt aſſignari ratio, quare non referatur ad alia.*

25 *Ordo poſitus gratia exempli non eſt ſeruandus.*

26 *Ordo ſcripturæ inſpicitur, vbi habemus ordinem intellectus.*

27 *Ordo ſcripturæ non attenditur, quando perturbat ordinem neceſſitatis.*

28 *Iuris appellatione ſimpliciter venit ius Romanum, per antonomaſiam. num. 30.*

29 *Correctio Legum eſt euitanda.*

31 *Dignior cenſetur ille, qui prænominatus eſt in diſputationibus.*

32 *Dignius præfertur minus digno.*
*Ius Romanum eſt dignius iure Longobardico.*
*Dignitas maior eſt illa, quæ acquiritur à Principe, quam quæ ab inferiore.*

33 *Leges Imperatorum dicuntur procedere à Deo; quia Impe-*

*Imperator dicitur diuina prouidentia conſtitutus, & eſt ſicut Deus in cœlo.*

34 *Leges Iuriſconſultorum fuerunt factæ cum tanta iuſtitia, vt in eis iniuſtitia inueniri non poſſit.*

*Iuris Longobardi obſeruantia non eſt neceſſitiua præciſe, num. 35.*

35 *Dictio, prout, eſt relatiua & limitatiua.*

36 *Mundualdus datur mulieribus tantum viuentibus iure Longobardico, num. 75.*

*Argumentum à contrario ſenſu habet locum in ſtatuto.*

37 *Teſtamentum mulieris an valeat ſine Mundualdo, num. 38.*

38 *Conſuetudo, cuius initii non extat memoria, habet vim priuilegii & legis.*

*Conſuetudo generalis eſt in Regno, quod iure Romano viuatur.*

*Ius Longobardicum excludit cognatos à ſuccedendo, Admittit filios naturales.*

39 *Probatio, quod viuatur iure Francorum, ſumitur ex eo, quod alias ita vixerunt illi de domo.*

*Conſuetudo notaria eſt illa, quæ probatur ex inſpectione plurium inſtrumentorum, & ſufficit eam allegari.*

40 *Conſuetudo nulla eſt fortior, quam illa, quæ eſt conformis cum iure communi.*

*Conſuetudo debita recipit interpretationem à iure cõmuni generali, non à locali.*

41 *Ius Longobardicum probari debet per eum, qui ipſum allegat.*

42 *Inter viuentes iure Romano, cauſa deciditur ſecundum ius Romanum: inter viuentes iure Longobardico ſecundum ius Longobardicum.*

43 *Ius Longobardum non fuit confirmatum per imperatores in Regno, ſed potius reprobatum.*

44 *Auctoritates Doctorum ſunt probabiles, ſed non neceſſariæ.*

45 *Ius Longobardicum potius præſumitur, quam ius Francorum.*

AMBIGVA, & diutiſſime inter Regnicolas ventilata eſt quæſtio: an ius Longobardicum præferatur iuri Romano in hoc Regno Siciliæ, & ſecundum quod ius debeat prius Iudex iudicare? Et quoniam iſta quæſt. fuit mihi viſa non ſolum vtilis, verum etiam neceſſaria, in hoc Regno maxime, & ipſam hactenus bene diſcuſſam non reperio, ita, vt claram concluſionem haberemus, propterea cogitaui eam pro viribus examinare, & ad veram concluſionem, prout mihi iuris eſſe videbitur, redigere: vt in futurum faciliorem viam aliis con-
1 ſiderandi aperiam. ET PRIMO † PRO PARTE
AFFIRMATIVA, quod ius Longobardicum præferatur iuri Romano in Regno Siciliæ, adducitur conſt. Regni quæ incipit, *Puritatem*: qua cauetur, quod Iudices iurent ſententiando prius ſecundum conſtitutiones Regni, deinde ſecundum conſuetudines approbatas, & deinde ſecundum iura cõmunia, Longobardica videlicet & Romana. Et ſic in ordine præmittit ius Longobardicum, & poſtea Rom. vnde ille ordo verborum datus per illam cõſtit. deſignat ordinem executionis, per ea, quæ habentur plene per Abb. & Felin. *in c. cum dilecti. 21. de reſcript.* ex conſequenti Iudex debet in iudicando præferre ius Longobardicum iuri Rom. in tantum, quod dicit And. de Iſern. *in d. conſt. Puritatem.* quod illi, qui non vtuntur eo iure, propter conſuetudinem, non excuſantur, quia eſſet conſuetudo contra conſt. Regni, quæ conſuetudo reprobatur, vt *in proœm. conſt. § fin.* SECVNDO adduco auctoritatem And. de Iſern. *in præl. feud. in 3. q. princ.* vbi expreſſe tenet, quod in Regno Siciliæ ſeruatur ius Longobardicum; quia conſtitutio Regni hoc præcipit, & *ibid. circa fi. illius q.* dicit, quod illi, qui non ſeruant dictum ius: non excuſantur cõſuetudine, per rationem prædictam. TERTIO, adducitur auctoritas gl. *in conſtit. Vniuerſis, in gl. in verſic. aut in defectu, &c.* quæ in iudicando ſimiliter proponit ius Longobardicum iuri Rom. & magna eſt auctoritas gl. QVARTO adduco auctoritatem Andr. de Iſern. *in conſtitut. Præſenti lege, la 3. & in conſt. Si quando contigerit.* vbi ſimiliter dicit, quod ius Longobardicum præferatur Romano, cuius Andr. magna eſt auctoritas in hoc Regno, quia appellatur legum Euangeliſta. QVIN-
TO, † adduco eundem Andr. *in c. Imperialem. § præ-* 2
*terea ducatus, col. 2. in fin. de prohib. feud. alien. per Fred.* vbi expreſſe dicit, quod in Regno viuitur iure Longobardico. & ille, qui allegat ius Francorum, debet illud probare, cum ſit ius ſpeciale in Regno. SEXTO, adduco eundem And. *in c. 1. in verſic. bona vacantia, quæ ſint reg.* vbi pluries dicit, quod in regno ſeruatur ius Longobardicum. SEPTIMO adducitur auctoritas Matth. de Afflict. Doct. Neap. *in deciſ. 248. conſil. Neap. in 2. colum.* vbi dicit, quod in Regno præſumitur, quod viuatur iure Longobardico, vnde qui dicit contrarium, probare debet. OCTAVO adducitur auctoritas Alex. *in l. pro hærede. 20. §. fin. ff. de acquir. hæred.* vbi Alex. refert Andr. de Iſern. in prælud. feudorum, & concludit de mente Andr. quod ſaltem Longobardicæ leges, quæ fuerunt conditæ ab Imperatoribus, ſeruari debent, cum ſint generales. NONO extat auctoritas eiuſdem Andr. in conſtit. *Vt vniuerſis. circa fi.* vbi dat ordinem, quomodo procedatur in Regno, ſcilicet, vt primo iudicetur ſecundum conſtitutiones, deinde ſecundum conſuetudinem, & demum ſecundum ius Longobardicum, & poſtea ſecundum ius Romanum. DECIMO idem Andr. *in conſtit. Speciale.* dicit, quod prius ſeruatur ius Longobardicum, & poſtea ius Rom. PRO
PARTE VERO † CONTRARIA NEGATIVA, quod
iſtud ius Longobardicum, non ſit in vſu, adduco 3
primo auctoritatem Odof. & Bal. *in auth. dos data. C. de don. ante nupt.* vbi dicunt, quod ius Longobardicum, nõ eſt lex, neq; ratio, & ideo receſſit ab aula.

 Secun-

4 Secundo adducitur † idem Bal. *in l. ſi inuita. 12. in fin.*
*C. de nupt.* vbi dicit, quod de iſto iure Longobardi-
co non eſt curandum, niſi in loco, vbi eſſet eius ob-
ſeruantia, ſecundum cõſuetudinem loci: ſed in hoc
Regno eſt potius contraria conſuetudo; quia non
ſeruatur, vt infra dicam; ergo de eo non eſt curan-
5 dum. Tertio, adducitur † deciſio And. de Iſern. *in c.*
*1. §. fin. in fin. de not. feud.* vbi dicit, ꝙ ius Longobardi-
cum eſt ius aſininum, & caret ratione, & ideo non
ſeruatur vbi liber. Quarto dicit idem And. *in d. c. 1.*
*col. de feu. cog.* quod iudex ceſſantibus conſuetudini-
6 bus † debet vti lege Rom. vel Longobardica, vbi il-
lo iure viuitur. Vnde præponit ius Romanum iuri
Longobardico, & dicit ꝙ ibi ſeruari debet ius Lon-
gobardicum, vbi illo iure viuitur, vnde innuit, quod
eſt ius ſpeciale, ſicut dicimus de iure Francorum.
Ergo probari debet, quod eo iure viuitur, per ea,
quæ not. Andr. de Iſern. *in d. c. imperialem. §. præterea*
*Ducatus.* cum loquatur de iure Francorum. Quinto
7 adducitur † auctoritas Archid. *in c. quicunque 11. q. 1.*
vbi dicit. quod lex Longobardica, eſt lex inualida,
& non poteſt confirmare aliam legem inualidam.
Sexto, adducitur auctoritas Aluar. *in prælud. feud. in*
*ver. collat. in 4. q.* vbi confirmat dictum Bal. *in auth.*
*dos data, & in d. l. ſi inuita. 12. C. de nupt.* Septimo, di-
8 cit Archid. † *in c. cum deuotiſſima. 12. q. 2.* quod iſta
lex Longobardica appellatur lex vulgaris, prout
etiam text. ibi appellat, ex eo; quia ab hominibus
vulgaribus, & rudibus fuit compoſita; vnde tamen
9 minus debet ſeruari. Octauo adducitur † auctori-
tas Luc. de Pen. *in l. cautio. 1. C. de procur. & conduct.*
*lib. 12.* vbi dicit, quod ius Longobardicum non debet
præferri iuri Rom. niſi vbi ſeruatur de conſuetudi-
10 ne. Nono adducitur † dictum Bald. *in c. translato de*
*conſt.* vbi dicit, quod translato Regno, ſiue Imperio,
transfertur etiã lex Regni, vnde licet illud ius Lon-
gobardicum potuiſſet ſeruari, tempore, quo erant
illi reges Apuliæ: tamen quia regnum fuit poſtea
ab eis translatum, debet cenſeri translata etiam
lex eorum: & ſic d. lex Longobardica non debet ſer-
uari; ſicut dicimus de lege Moſaica, quæ fuit trans-
lata in legem Euangelicam, vna cum translatione
ſacerdotii in Chriſtum. Decimo & vltimo adduci-
tur auctoritas Matth. de Afflict. Doct. Neapolitani;
*in d. conſtit. Puritatem, in 4. col.* vbi firmat opin. Luc. de
Pen. ſcilicet, quod ius Longobardicum non præfe-
ratur iure Rom. ibi dicit, quod iſta opin. ſemper ſibi
placuit, & dat vnam expoſitionem ad *d. conſt. Puri-*
*tatem* quæ in rei veritate, ſalua ratione recti ſermo-
nis, non poteſt procedere, vt infra dicam. Habe-
mus ergo hucuſq; decem auctoritates pro vna par-
te, & decem pro alia: vnã quæſtio redditur valde du-
bia. Si quis tamen vellet tenere primã partem, quæ
videtur fulcita auctoritate authentica, ſcilicet per
text. *in d. conſtit. Puritatem.* poſſet reſpondere ad o-
mnes decem auctoritates contrarias. Et primo ad
dictum Bal. & Odofr. *in d. authent. dos data. C. de do-*
*nat. ante nupt.* poſſet dici, quod Bal. & Odofr. nõ fue-
runt Regnicolæ; vnde veriſimiliter non potuerunt
habere notitiam conſtitutionum Regni, quæ non
ſeruantur in regionibus eorum. Dicta ergo eorum
procedunt de iure communi, quod poſtquam ſu-
peruenit ius commune Romanorum, illud ius Lon-
gobardicum receſſit ab aula, ſed quia ius munici-
pale huius Regni, prout eſt *d. conſtit. Puritatem.* iu-
bet illud ſeruari, tenemur nos Regnicolæ obedire
illi conſtitutioni. Et eodem modo poteſt reſpon-
deri ad dictum Bald. *in d. l. ſi inuita. 12. C. de nupt.*
Vel poteſt dici, quod illud dictum Bal. facit pro
prima parte; quia dicit, quod de eo non eſt curan-
dum, niſi in loco, vbi tali lege Longobardica vtun-
tur: ſed in hoc Regno neceſſitamur ad vtendum ta-
li lege, per *d. conſtit.* ergo eſt de tali iure curandum
Ad dictum † Andr. de Iſern. *ad d. c. 1. de notis feud* po- 11
teſt reſponderi, quod Andr. eſt ſibi contrarius; quia
in pluribus locis tenet, quod ſeruatur tale ius in
Regno, vt ſupra retuli *in 1. parte.* vnde dici poteſt,
quod melius fuit tunc locutus, ex quo habet pro
ſe text. *d. conſtit.* NEC OBSTAT, quod illud ius
ſit aſininum, & ſine ratione; quia in lege hoc non
conſideratur; nam licet lex aliqua ſit dura, vel iniu-
ſta; tamen ſeruanda eſt: quia ita vult legis lator, vt
dicit text. *in l. proſpexit. 12. §. 1. ff. qui, & à quibus* Simi-
liter ad dictum † Andr. *in c. 1. de feud. cogn.* poteſt re- 12
ſponderi, quod non debet inſpici ordo ſcripturæ
ipſius Andr. cum habeat ius ordinem legis, & ſi And.
dicat, quod debet ſeruari, vbi eo iure viuitur, debet
concordari cum aliis ſuis dictis. Et facias conſe-
quentiam cum minore. In hoc Regno viuitur eo
iure, ergo in Regno ſeruari debet, & ſi negares mi-
norem, quod non viuatur eo iure in Regno, hoc eſ-
ſet ex contraria conſuetudine, quæ reprobata eſt cõ-
tra conſtitutionem, per text. *in proœm. conſt. §. fin.*
vnde ſi ita non viuitur, ſufficit, quod ita viuere de-
berent homines: & ita neceſſitantur per *d. conſtit.*
Ad quod † facit illud, quod dicimus, ſcire, & ſcire 13
debere, ſunt paria, *l. quod te. §. in. fin. ff. ſi cert. petat. c.*
*vaſallus, ſi feudum*, & ibi Aluar. 1. *not. ſi de feud. fuer.*
*contr.* & gloſſ. *in l. conſtitutionem pen. C. de per. tut.* Ad
dictum Archid. *in d. c. quicunque 11. q. 1. & in d. c. cum*
*deuotiſſimam. 12. q. 2.* & Ad dictum Aluar. *in prælu. feud.*
reſponderi poteſt eodem modo, quod loquuntur
de iure communi, ſicut dixi de dicto Bal. † Ad di- 14
ctum Luc. de Penna poteſt reſponderi eodem mo-
do, prout dixi ad dictum Andr. ſupra. Dicit enim,
quod vbi ſeruatur de conſuetudine, præfertur iuri
Romano, ſed in hoc regno ſeruatur, vel ſeruari de-
bet per *d. conſtit. Puritatem* ergo præfertur. Præterea
in Regno eſt maioris auctoritatis Andr. de Iſern.
qui appellatur legum Euangeliſta, quam Luc. de
Penna: vnde debet præferri dictum Andr. qui con-
trarium tenet, maxime *in prælud. feud. in 3. q.* Ad di-
ctum † Bald. *in d. c. translato.* reſponderi poteſt fa- 15
tendo dictum ſuum, quod cum translatione regni
trans-

transferatur & lex, niſi nouus regnator legem veterem confirmet; quia tunc ſeruatur lex vetus ex noua confirmatione; quia ita vult nouus dominus. Ita proprie dicit Andr. *in prælud. feud. in 3. q.* & *ibi* ſubdit exemplum de Notario vnius comitatus, qui poteſt facere contractum in alio comitatu, volente Domino illius comitatus. Sed nouus Dominus in regno translato, qui fecit *d. conſtit.* voluit confir-
16 mare ius Longobardicum: ergo ſeruari debet. † Ad dictũ Matth. *in d. conſtit. Puritatem,* poteſt reſpoderi, prout reſponſum fuit ad auctoritatem Luc. de Pen. ex quo ipſe imitatur & cõfirmato opin. Luc. de Pen. Et dum ipſe Matthæus dat nouam expoſitionẽ ad *d. conſt.* faciendo vnam extraneam conſtructionem, dico, quod talis ſua conſtructio vitiat penitus literam illius conſtitutionis, & non poſſet ſaluari ſalua ratione recti ſermonis. Nam verba conſtit. ſunt hæc formalia, videlicet: Ac demum ſecundum iura communia, Longobardica, videlicet, & Romana, &c. Et ſic primo ponit dictum in genere, ſcilicet, ſecundum iura communia, deinde illud genus exemplificat per dictionem, *videlicet.* Et in illa exemplificatione ponit æqualiter ius Longobardicum & Romanum deſignans, quod ambo ſunt iura communia, & præponit in ordine ius Longobardicum. Illa ergo determinatio ſcilicet iura communia, & cęlata ad iſta duo determinabilia, ſcil. ad ius Longobardicum, & Rom. debet ea pariformiter determinare, ſcilicet, quod ambo dicantur iura cõmunia, *l. iam hoc iure. 4. l. & Lucius. 45. ff. de vulg. & pup.*
17 Et perpenditur † ex illa dictione, *videlicet,* hoc ꝙ eſt dictio declaratiua: & reſtrictiua præcedentium, ſecundum Bart. *in l. lex 1. ff ad leg. Aquil* & Franc. de Aret. *in l ſi fundum. 35 ff. mand.* & not. *in c. ſtatutum.* & ibi Gem. *el. 2. de hæret. lib. 6.* & eſt text. *in c. transmiſſa. 4. de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ & in l. cum quidam. 17. §. 1. ff de vſur.* & Iaſ. *in l. idem in duobus. 25. §. perſonale. 1. in 1. no. ff. de pact. & in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. 17. §. procurator. 3. colum. 4. ff. de iureiur.* Vnde concluſiue, per illam dictionem, ſcilicet, illa iura communia declarantur, & reſtringuntur æqualiter ad iura Longobardica, & Rom. cum ordine ſuo, qui colligitur ex ipſa ſcriptura per quam declarationem, quæ eſt veriſſima, prout verba & mens legiſlatoris ſonant, apparet non procedere illam expoſitionem, quam facit præfatus Moder. Neapolitanus, dum dicit: debere illa verba conſt. ita conſtrui, videlicet: Ac demum ſecundum iura communia, Romana, & Longobardica, & ſic vult preuertere ordinem conſtitutionum. Aſſignat ipſe rationem; quia ius Longobardicum non eſt commune, ſed eſt ſpeciale in hoc Regno, & ideo illud adiectiuũ, cõmunia, non poteſt referri ad ius Longobardicum, quod non eſt ius commune: vnde de neceſſitate refertur ad ius Romanum, & ſic reperitur prius in ordine literæ ius Romanum, ſecundum eum. Mihi videtur quod talis conſtructio non procedit; quia non põt ſalua ratione recti ſermonis, ꝓcedere, vt ſupra dixi, nam peruertit ordinem illius conſt. contra mentem Imperatoris. Ad rationem Domini Matthæi reſpondeo, quod imo illud adiectiuum, *communia,* poteſt referri ad ius Longobardicum; nam dato, quod ſit ius ſpeciale in hoc Regno; quia tamen ſeruatur, facit ius commune in Regno. & cum *d. conſtit.* intendat ponere legem in hoc Regno tantum, (quia extra Regnum non extendit vires ſuas) voluit loqui de iuribus ſeruandis in Regno, † in quo omne ius 18
municipale, ſeu ſpeciale totius Regni dicitur ius commune, ex quo derogat iuri communi: Ita dicit Alex. *in l. poſt dotem. 4 col. 1. ff. ſolut. mat.* & in addit. ad Bal. *in l. conſtitutionis. 2. in fin* vbi etiam Bal. ſentit. *C. de bon. qua lib.* Bal. *in l. illa inſtitutio. 32 in fin. ff. de hæred. inſtit.* & Lud Roman *in rub. ff. de arbitr.* vbi dicunt, quod ſi eſt compromiſſum in arbitrum, qui debet pronunciare ſecũdum ius commune, debet talis arbiter pronunciare ſecundum ius municipale illius loci; quia tale ius facit ibi ius commune, ſecundum eos. Sic ergo in propoſito, licet ius Longobardicum ſit ſpeciale in hoc Regno; tamen facit in eo ius commune. Vnde per prædicta merito illa verba conſtit. debent intelligi, prout iacent; quia poſſunt referri tam ad ius Longobardicum, quam ad ius Romanum. Hæc autem ſalua excuſatione dixi, non vt audeam attentare contra interpretationem domini præceptoris mei recolendæ memoriæ, qui nempe iuris huius Regni illuſtrator merito potuit appellari; ſed quia credo veritatem me dicere, quæ cunctis rebus eſt præferenda. Et licet hæc † Prima pars videatur bene defenſata ab 19
impugnationibus contrariis; tamen pro ſolutione, & concluſione huius vtiliſſimæ q. ego teneo indubitanter ſecundam partem contrariam, ſcilicet ꝙ imo in Regno ius Longobardicum non præferatur iuri Romano; imo ipſum ius Rom. eſt in viridi obſeruantia, & eo iure quilibet præſumitur viuere in Regno, niſi ex aduerſo contrarium probetur. Et firmo hanc concluſionem, quod in Regno allegãti, quod viuatur iure Longobardico, incumbat onus probandi. Quam concluſionem probabo, non ſolum per leges iuris communis, ſed etiã per ipſaſmet conſt. Regni, & etiam rationib. vrgentiſſimis. Et quia omnes auctoritates contrariæ, quæ fouent primam partem, nituntur ex ſola deciſ. illius *conſtit. Puritatem*; quæ videtur eſſe principale fundamentum opinionis contrariæ, prius nitar tale fundamentũ delegare, & ſic omnes auctoritates corruẽt, quæ per eam fundantur, *c. cum Paulus. 1. quæſt. 1.* Aſſumo igitur verba *d. conſtitut. Puritatem.* & venio ad ipſius interpretationem, per quam aperriſſime demonſtrabo, quod illa conſtitutio non mereatur allegari pro illa prima parte, ſed potius pro hac ſecunda, quam teneo. † Et præſuppono, quod dubium faciebat ille ordo ſcripturæ, in quo 20
ius Longobardicum prius nominatur, quam ius Rom.

Rom. vnde debet prius ſeruari, *arg. l. quoties. 34. ff. de vſufr. & l. generaliter. 24. §. proinde 13. ver. ſi quidem. ff. de fideic. l. 1.* Hinc dicit Bald. *in l. aduerſus. C. de fur.* quod prior in ordine ſcripturæ præſumitur prior in tempore, & dicit Bal. *in l. cum hæredes. 1. C. de impube. & alijs ſub. ſt.* quod ordini ſcripturæ datur regula. Et dicit Bart. & Bal. *in 1. conſt. C. col. fin.* quod ſi reperiuntur duo inſtrumenta, ſcripta in eadem charta, præſumitur prius illud, quod præcedit ex ordine ſcripturæ: & Bal. *in l. ſi duas. 16. in prin. ff. de exc. tut.* quod ex ordine ſcripturæ præſumitur ordo intellectus. Item notat plene Felin. *in c. cum dilectus. 21. col. 3. de*
21 *reſcript.* Ad hoc † præſuppoſitum reſpondeo, vt incipiam tollere dubium, & dico ſic: Quando mens diſponentis eſt certa, non curatur, nec inſpicitur ordo ſcripturæ in legibus, ita tenet Bar. per illum tex. *in l. cum pater. 77. §. fidei tuæ. 12. ff. de leg. 2.* & idem Bar. *in l. morib. 2. § prius. 4. in fin. ff. de vulg. & pup.* & ita intelligitur text. *in l. nec enim 6. ff. de ſolut.* Idem tenet Bal. *in d. l. ſi duas. 6. ff. de excuſ. tut.* vbi dicit quod quando diſpoſitio loquentis eſt certa, non curamus ordinem verborum: Sed in terminis *d. conſtit. Puritatem.* mens diſponentis eſt certiſſima, qualiter, & quando velit ſeruari ius Longobardicum, vt modo declarabo: ergo non debemus curare illum ordinem. Quod ſit certa mens diſponentis, Probo: Nam verba formalia conſtit. ſunt hæc, videlicet: *Ac demum ſecundum iura communia, Longobardica, videlicet & Romana, prout qualitas litigantium exegerit, iudicabunt, &c.* Nota igitur, quod illud verbum, *iudicabunt*, determinat, & perficit totam orationem præcedentem; & tamen antequam oratio ſit perfecta, eſt inſerta illa clauſula, *prout qualitas litigantium exegerit, &c.* QVÆ CLAVSVLA de neceſſitate DEBET REFERRI ad hoc vltimum cap. ſcilicet, dum loquitur de iure communi Longobardico, & Romano: PLVRIBVS DE CAVSIS. † PRIMO; quia
22 eſt inſerta in medio ipſius capituli ſcilicet, antequam oratio eſſet completa, quo caſu ad ipſum tantum capitulum refertur, & non ad alia præcedentia ſeparata, ſecundum Bar. *in l. talis ſcriptura, colum. 2. circa fin. ff. de legat. 1. & in l. fin. ff. de rebus dub.* per text. & ibi gloſſ. *in l. filium ff. quando dies leg. ced.* & per Phi. Dec. *in conſil. 14. col. 3. in fin. verſ. & cum talis, &c.* Secundo; quia ſupra præceſſerunt *in d. conſt.* duo alia capitula: Primum videlicet, quod Iudices iudicent ſecundum conſti. Secundum, quod in defectu earum iudicent ſecundum conſuetudines approbatas, ac demum ſecundum iura communia, &c. ad illa duo capitula præcedentia referri non põt illa clauſula, *prout qualitas litigantium, &c.* quia reſultaret legum contrarietas; quoniam legiſlator vult, quod omnino ſeruentur conſtitutiones Regni, & non attendatur qualitas litigantium, nec conſuetudo contraria: vt *in proœm. conſtit. §. fin.* Item vbi eſt conſuetudo † approbata in ciuitate, illa habet vim
23 legis, & illam tenentur omnes de illa ciuitate ſeruare; quia dicitur lex municipii, *l. ſi lex 1. C. de emanc. lib. l. de quibus. 32. cum ibi not. ff. de legib. inſtitut. de iur. nat. §. ex non ſcripto. 9. c. cum conſuetudinis, & c. ſi de conſuet.* Vnde non attenditur qualitas litigantis contra antiquam conſuetudinem. † Ergo ſequitur, quod
ſtante contrarietate, quæ ſemper euitanda eſt, illa 24
clauſula non poteſt ad alia capitula referri, niſi ad hoc vltimum, cum poſſit aſſignari ratio, quare non referatur ad alia, vt dicunt Bar. Bal. & ibi communiter Doct. *in l. cum poſt. 1. C. de libe. præter.* Bart. *in d. l. talis ſcriptura. 30. ff. de legat. 1. & in l. ſi idem cum eodem. 11. § fin. ff. de iur. omn. iud.* Alexand. *in l. conſil. 48. colum. 3. verſic. ſed ita, in 1. volum.* Cum ergo dicta clauſula de neceſſitate referatur ad hoc vltimum capitulum, ſatis clare patet de mente diſponentis, quod non vult iura Longobardica præferri Romano iuri, ſed illa ſeruari ſecundum qualitatem litigantium, prout ibi ponit Andr. de Iſern. ſcilicet, quod ille, qui viuit iure Longobardico, iudicetur per ius Longobardicum: ille vero, qui viuit iure Rom. iudicetur per ius Romanum; ergo ſequitur, quod ſi litigator viueret iure Romano, non compellitur Iudex iudicare ſecundum ius Longobardicum, & ſic non præferet ius Longobardicum iuri Romano; vnde quia apparet de mente diſponentis, non eſt curandus, nec inſpiciendus dictus ordo verborum, ſed ſola mens, & ex prædictis colligitur prima ratio in fauorem huius ſecundæ partis, quam ſequor. SECVNDO principaliter, quod dictus ordo † non ſit curandus, adduco illam regulam, videlicet, quando ordo ponitur 25
in aliqua diſpoſitione gratia exempli, pro doctrina, nunquam cenſetur poſitus pro forma, nec ſeruari debet: tex. eſt *in c. decernimus.* & ibi Car. *de iud.* vbi Epiſcopus & Abbas præferuntur in ordine Archiepoſcopo; & tamen nulli dubium eſt, quod Archiepiſcopus eſt dignior, & debet primo nominari; & non eſt alia ratio, niſi quia nominatio fit gratia exempli: vnde non inſpicitur ordo. Ita tenet etiam Felin. *in d. c. cum dilecti colum. 6. verſic. 2. declara. &c. de reſcript.* ſed *in d. conſt. Puritatem.* illa nominatio iuriũ Longobardici, & Romani fuit facta gratia exempli. Quod patet per illam dictionem, *videlicet*, quæ eſt dictio declaratiua, & exemplificatiua, vt ſupra dixi. Nam primo dicit ſecundũ iura communia, & poſtea exemplificat declarando, quæ ſunt iſta iura communia: ergo ſequitur, quod ille ordo non eſt inſpiciendus. TERTIO; quia † vbi conſtat de ordine intellectus, non curatur, nec inſpicitur ordo 26
ſcripturæ. Ita dicit Bar. *in l. ita tamen. 27. §. qui ſuſpectam. 2. & in l. Scæuola. 70. circa fi. ff. ad Treb.* ſed ibi cõſtat de ordine intellectus, qui eſt, vt in viuentib. iure Longobardico, tãtum ſeruetur ius Longobardicum, & non in alijs: per illam clauſulam, *prout qualitas, &c.* ergo non curatur ordo ſcripturæ. QVARTO; † quia quando ordo ſcripturæ perturbat ordinem neceſſitatis, non attenditur, imo reducitur ad 27
ordinationem neceſſitatis; ita tenet Bar. *in l. Gallus.*

29. §.

29. §. quidam recte. 1. colum. 2. ff. de libe. & poſthum. & ibi per alios Doct. & Bar. in l. nemo. 1. in fin. C. de exec. rei iud. ſed in d. conſt. eſt ordo neceſſitatis, quod in viuentibus iure Romano ceſſet ius Longobardicum; ſed tunc præferatur, quando litigantes eo iure viuerent; ergo iſte ordo eſt attendendus, non ordo ſcri-
28 pturæ. † Qvinto, quod dictus ordo non ſit ſubſtãtialis, nec inſpiciendus, pondero vnam aliam conſt. videlicet conſtit Vt vniuerſis, vbi ſunt ſimilia verba, & nulla fit mentio de iure Longobardico: dicit enim, quod Iudices iudicent ſecundũ conſtitutiones, & deinde ſecundum conſuetudines, ac demum ſecundum iura, non ſpecificando quæ iura: quo caſu in dubio, appellatione iuris ſimpliciter, venit ius Romanum per antonomaſiam, vt §. ſed quoties. Inſtit. de iur. nat. vnde illa conſt. ſentit totum contrarium, & ſic facit pro parte noſtra; quia ceſſante conſuetudine debet iudicari ſecundum ius Romanum: ergo præponitur iuri Longobardico. Et hanc ponderationem ſentit etiam Matt. in d. conſt. Puritatem.
29 Sed † poſſet aliquis dicere, quod illa conſtitut. Vt vniuerſis. eſt correcta per conſtit. Puritatem. quæ eſt poſterior: Reſpondeo, quod imo non eſt correcta; quia d. conſtit. Puritatem. dicit illud idem, niſi quia addit illam limitationem in viuentibus iure Longobardico; vnde eſt potius limitatiua, quam correctiua, ſemper enim in dubio vitanda eſt legum correctio, l. præcipimus. 32. C. de app. & l. ſancimus. 27. C. de teſtam. dicamus ergo ſic, iungendo vtramque conſt. quod iudex ceſſante conſuetudine debet iudicare ſecundum iura, ſcilicet Romana, quod ita loquitur d. conſt. Vt vniuerſis. Fallit, quando qualitas litigantium aliud exigeret; quia tunc procedit conſt. Puritatem. Vnde d. conſt. Vt vniuerſis. ponit regulam, ſed conſtit. Puritatem. ponit limitationem: cui regulæ ſtandum eſt, donec probetur fallentia, c. ad decimas de reſtit. ſpol. lib. 6. & not. Bar. & Doct. in l. ex quacunque. 2. ff. ſi quis in ius voc. non. Sexto, quod dictus
30 ordo † non ſit inſpiciendus, neque formam inducat, pondero nouiter vnam aliam conſt. ab alijs non ponderatam, quæ incipit, Cum circa. quæ mandat Iudicibus, & Officialibus, vt decidant cauſas iuxta tenorem conſtitutionum, iura, & conſuetudines approbatas: & ſic primo dicit ſecundum iura, & poſtea ſecundum conſuetudines: certe ſi vellemus inſpicere ordinem verborum, deberet præferri ius commune conſuetudinibus, quod eſt falſum, vt ſupra dictum eſt: ergo patet, quod non inſpicitur ordo ſcripturæ, prout etiam dicit ibi gloſſ. Vnde minime debet inſpici in d. conſtit. Puritatem. cum de eodem loquatur. Præterea, illa conſtit. Cum circa. eſt poſterior, & dicit ſecundum iura ſimpliciter. Vnde intelligitur de iure Romano, vt ſupra dixi, in præcedenti argumento, & ſic facilius tollit illud motiuum ſupra factum, cum ſit poſterior. Septimo
31 pondero † aliam conſt. quæ incipit, Specialem. quæ vult, quod vnus ſit ordo iudicij in omnibus perſonis, & nominat ibi ſigillatim, ſiue quis fuerit Francus, ſiue Romanus, aut Longobardus. Vnde in ordine nominat vltimo loco Longobardum: ergo eſt minus dignus, tanquam vltimo loco nominatus. Nam primo nominatus cenſetur maior & dignior, ſecundum Baldum in l. cum quidam. 4. colum. 1. C. de verb. ſign. per l. decuriones. 1. ff. de albo. ſcrib. & Bald in authent. hoc amplius. colum. 1. C. de fideicom. Facit l. quoties. 34. ff. de vſufr. Vnde merito Longobardus, tanquam minus dignus, eſt poſtponendus. Et per hæc ſeptem argumenta eſt ſublatum omne fundamentum, quod fiebat ex d. conſt. Puritatem. ſuper quo ſe fundat prima pars, & per conſequens remanent ſublatæ omnes rationes adductæ pro prima parte, & magis corroborata hac ſecunda, quam teneo. Quam vltra corroboro per alias rationes vrgentiſſimas.

Octavo igitur † confirmo hanc ſecundam par-
tem, & aſſumo vnam regulam, quæ ſe habet; Omne 32
id, quod eſt magis dignum, & nobile, debet præferri minus digno & minus nobili, vt in §. fin. Inſtit. de iure nat. & in c. quod in dubijs. 3. de conſec. Eccleſ. vel alt. Facit tex. in c. Epiſcopus. 95. diſt. Sed negari non poteſt, quod IVS ROMANVM EST DIGNIVS IVRE LONGOBARDICO, PLVRIBVS DE CAVSIS. Primo, ratione cauſæ efficientis; quia ius Longobardicum fuit pro maiori parte conditum à quibuſdam Regibus Apuliæ, vt dixi ſupra in princ. Sed ius Romanum fuit conditum & compilatum ab Imperatore Iuſtiniano, qui fuit dominus totius mundi, l. deprecatio. 9. ff. ad leg. Rhod. de iact. & tanto nobilius ac dignius dicitur opus, quando à nobiliori & digniori procedit. vnde dicimus magis dignum eum, qui acquirit dignitatem immediate à Principe, quam eum, qui acquirit ab inferiore, vt inquit Spec. in tit. de citatione. §. iam de citatione. col. 4. verſic. porro ſi ſunt plures. &c. Pro hoc eſt tex. in d. l. decuriones. 1. ff. de albo ſcrib. & tex. cum gloſſ. in c. per tuas. 7. de maior. & obed. & c. cum in diſtribuendis. 12. de temp. ord. † Vnde leges Imperatorum cenſentur procede-
re ab ipſo Deo; quia Imperator dicitur diuina gra- 33
tia conſtitutus, ſecundum Andr. de Iſern. in rub. de prob. feud. alien. per Lothar. Et eſt Imperator in terris; ſicut Deus in cœlo, & dicitur habere diuinum nomen, ſecundum And. de Iſern. in c. 1 in verſ. ad felicẽ, quæ ſint reg. Secvndo ratione iuſtitiæ, & melioris rationis. Nam ius Rom. & præſertim reges Iuriſ-
conſultorum, fuerunt factæ cum tanta iuſtitia, & 34
ratione, vt in eis iniuſtitia non poſſit inueniri: vt teſtatur Andr. de Iſern. in conſtit. ſi damna, colum. fin. in princ. Hoc probatur Inſtit. de lege Fuſia Canin. tol. per tot. tit. vbi Imperator ſuſtulit illam legem, tanquam ſine ratione, & in quampluribus alijs ſimiliter ſublatis in corpore iuris. Ius vero Longobardicum eſt ius iniuſtum, & ſine ratione factum, vnde appellatur ius aſininum, ſecundum Andr. in c. 1. §. fin. de not. feud. & Odofr. & Bald. in auth. dos data. C. de don. ante nupt. merito ergo eſt iuri Rom. poſtponendum.

NONO, hanc partem confirmo per *d. conſt. Puritatem.* retorquendo ipſam contra primam partem, quam pondero in duobus locis. Primo, dum dicit, prout qualitas litigantium exegerit, exponendo, prout exponit ibi And. de Iſern. & ſupra dixi. Nam per illa verba permittit, quod in Regno viuatur iure Roman. & iure Longobardico permiſſiue, & non imperatiue. Vnde non imponit neceſſitatem, quod quilibet viuat iure Longobardico. Item permittit, quod Iudices præferant ius Rom. iuri Longobardico in viuentibus iure Rom. ergo male allegatur illa conſt. per eos, qui dicunt, quod de neceſſitate in hoc Regno viuatur iure Longobardico, & quod illud præfertur iuri Rom. quia ſi eſſet iſta neceſſitas, illa conſtit. loqueretur præciſe, quod Iudices indiſtincte ſeruent ius Longobardicum, ſiue aliquis viuat eo iure, ſiue non, ſicut dixit præciſam obſeruan-
35 tiam conſtitutionum, & conſuetudinum. † Sed quia noluit loqui præciſe, ſed permiſſiue, referendo ſe ad qualitatem hominum, per dictionem, *prout*, quæ eſt dictio relatiua, & limitatiua, ſecundum Bart. *in l. edita. 3. colum. pen. C. de edend.* eſt text. *in l. prout. 80. ff de ſolut. & in Clem. 1 §. volumus, de foro compet.* Bart. *in extrauag. ad reprim. in verſic. prout.* & Phil. Dec. *in cõſil. 63 col. 4.* ſequitur quod tota obſeruantia iuris Longobardici dependet à qualitate viuentium: ergo non eſt præciſa, neque neceſſaria. Vnde illa conſtitutio, *Puritatem*, facit potius pro iſta parte, quam teneo. Aliam ponderationem dictæ conſtit. dicam
36 infra, *in 13. ratione.* DECIMO, † hanc partem confirmo; quia ritus magnæ curiæ vicariæ dat Mundualdum in Regno mulieribus, tantum viuentibus iure Longobardico, vt dictat ritus magnæ curiæ, *in n. 68. incip. Item, quod curia ipſa. &c.* Ergo à contrario ſenſu, mulieribus viuentibus iure Romano, non dat Mundualdum, cum etiam in ſtatuto capiatur argumentum in contrario ſenſu, quando diſponit ſuper caſu non prouiſo à iure communi, prout eſt ille ritus: Ita tenet Alex. *in l. quotcunque. 1 col. 11. verſ. 2. concl. &c ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Bal. *in l. apud antiquos. 21. C. de furt. & in l patremfamil. 2. C. de cond. inſer.* Mundualdus eſt inductus à iure Longobardico; & tamen ille ritus, qui facit ius nouiſſimum in Regno, coarctat hanc obſeruantiam in mulieribus tantum viuentibus iure Longobardico. Ergo à contrario ſenſu permittit mulieres huius Regni viuere iure Rom. ſi volunt, & quod non vtantur Mundual-
37 do. VNDECIMO hanc partem confirmo † per id, quod fuit deciſum in ſacro conſil. Neap. vt refert Matth. *in deciſ. ſacri conſil. 200.* ſcilicet, quod mulier viuens iure Longob. non poſſit facere teſtamentum ſine Mundualdo. Ergo ſi viuit iure Roman. poteſt facere ſine Mundualdo. Vnde permittitur viuere iure Rom. quia alias fuiſſet indiſtincte deciſum, quod nullum teſtamentum mulieris in Regno valeat ſi-
38 ne Mundualdo. DVODECIMO, † confirmo per generalem conſuetudinem huius Regni, & obſeruantiam notoriam temporis, cuius non extat memoria in contrarium, quæ habet vim legis, & priuilegij Principis, ſecundum Abb. *in c. ſuper quibuſdam. 26. §. præterea. 2. de verb. ſign.* & And. de Iſern. *in c. imperialem. § præterea Ducatus, colum penult. in princ. de prohib. feud. alien. per Fred. & in c. 1. verſic. flumina nauigabilia, col. 2. quæ ſint regal. & in conſt. Si dubitatio, col. 3. & in conſt. Quadragenalem, col. 1.* & habetur *in l. hoc iure. 3. §. ductus aquæ. 4. ff. de aqua quot. & æſt.* Quæ obſeruantia eſt, vt ſolo iure Rom. viuatur, & quod penitus ſit iuri Longobardico derogatum. Et hoc patet euidenter; quia quamplures diſpoſitiones iuris Longobardici non ſolum non ſeruantur in Regno, verum etiam ſeruatur totum contrarium: vt videmus in teſtamentis mulierum, quæ in omnibus fere ciuitatibus Regni fiunt ſine Mundualdo, & hoc eſt notorium per omnes ſchedas Tabellionum. Similiter in ſucceſſionibus cognati excluduntur de iure Longobardico, vt nec etiam mater ſuccedat filio, tanquam cognata. Item filij naturales non excluduntur totaliter per filias legitimas & naturales, vt not. gl. & Dd. *in c. 1. §. hoc autem, de his, qui feud. dar. poſſ.* & tamen Regno ſeruatur contrarium, per *authen. ceſſante. C. de leg. hær.* & ſic ſola diſpoſitio iuris Romani attenditur. Et patet ex quampluribus alijs exemplis & diſpoſitionibus, in quibus differt ius Romanum à Longobardico; & tamen ſolo iure Romano in eis vtimur: ergo cenſetur abrogatum ius Longobardicum, ſaltem ex generali & antiquata conſuetudine huius Regni: vnde merito dicit Bald. *in auth. dos data.* quod tale ius receſſit ab aula; quia abijt in deſuetudinem: vnde; quando eſſet diſceptatio, quo iure viuatur in Regno, ſufficeret allegare hanc notoriam obſeruantiam; quia ſi ius Romanum ſeruatur in iſtis exemplis propoſitis, præſumptio eſt, quod ſeruatur etiam in omnibus alijs, niſi in contrarium probetur, † per ea, quæ tradit And. de Iſern. 39
*in d. c. Imperialem. §. præterea Ducatus, col. 2. in fin. verſ. ſed quomodo probabitur. &c. de prohib. feud. alienat.* vbi dicit, quod ad probandum ius Francorum, ſufficit probare, quod alias illi de domo ſeruarunt, quod primogenitus ſuccedat, quia ex hoc ſolo transfunditur onus probandi contrarium in aduerſarium. Ergo patet, quod ex ſola probatione vnius capituli iuris Francorum, præſumitur & probatur, quod viuatur iure Francorum; quando fortius id dicendum eſt in iure Romano, cuius obſeruantia probatur notoria ex mille, & infinitis capitulis, & antiquiſſimo tempore, vnde ſuccedit diſpoſitio *l. minime. 23. ff. de legib.* Et quod iſta generalis obſeruantia, & conſuetudo tanquam notoria, non indigeat probatione, ſed ſufficiat allegari, eſt deciſio in terminis Bald. *in l mulieribus. 1. col. 2. in fin. verſic. ſed his quæro, &c. C. ad Velleian.* vbi expreſſe dicit, quod conſuetudo notoria dicitur, quæ liquet ex inſpectione omnium publicorum inſtrumentorum, & non oportet eam probari. DECIMOTERTIO † pondero 40
nunc

hanc iterum *d. conſt. Puritatem*, quam retorqueo pro iſta parte, & iſta eſt noua ponderatio, & ab alijs hactenus non cogitata. Nam vult illa conſt. quod primo iudicetur ſecundum conſtitutiones, poſtea ſecundum conſuetudines approbatas; & demum ſecundum iura, &c. per hoc dico, quod ſtante conſuetudine generali in hoc Regno, cauſæ decidantur ſecundum ius Romanum, prout in præcedenti argumento probaui: illa conſt. decidit caſum noſtrum, pro iſta parte, quod proponit conſuetudinem iuri Longobardo, ſed nulla poteſt eſſe conſuetudo fortior, & melior, quam illa, quæ eſt conformis iuri communi: vt eſt text. notab. *in c. ſopitæ. 14. & ibi notatur. de cen. ſib. & in c. cum dilectus. 8. de conſuet.* & quod poſſit eſſe conſuetudo conformis iuri communi, tenet Abb. *in c. cum tanto fin. col. pen. in prin. de conſuet.* ergo iſta generalis obſeruantia iuris Romani contra Longobardicum, induxit quandam notoriam, & approbatam conſuetudinem, conformem iuri cōmuni Romanorum: vnde ſecundum hanc conſuetudinem debet prius iudex iudicare, & ea ceſſante; tunc demum recurret ad ius Longobardicum, & ita ſubtiliter bis ponderata illa *conſtit. Puritatem*, facit pro iſta parte: imo ſi quid dubij haberet dicta conſuetudo, reciperet interpretationem à iure communi Romanorum, quod eſt ius generale. *l. ſi ſerui veſtri. 2. C. de noxal. act.* & habetur *in d. c. cum dilectus. 8. de conſuetud.* non autem reciperet interpretationem à iure Longobardico, quod eſt ius locale: Ita tenet Bal. *in c. 1. §. & quia vidimus, colum. 6. in fin. de his*
41 *qui feud. da. poſſ.* DECIMOQVARTO, & VLT. † pro iſta parte adduco omnes decem illas auctoritates, quas ſupra collegi, arguendo pro iſta parte, quæ omnes remanent in ſuo robore. Et dato, quod eis ſupra diſputando, voluerim reſpondere; nunc tamen attingendo veritatem, dico, dictas reſponſiones non eſſe ſufficientes; vnde in quantum ad primam, ſecundam, quintam, ſextam, ſeptimam, & octauam, dicebam eas procedere de iure communi: ſecus eſt in Regno per *d. conſtitut. Puritatem*, dico, quod eſt mala reſponſio, ex quo in Regno nihil reperitur innouatum contra d. deciſ. vt ſupra probaui, & *d. conſtit. Puritatem*, facit potius pro iſta parte, imo eſt conformis cum deciſ. Bald. *in d. l. ſi inuita. 11. C. de nupt.* qui dicit, quod de tali iure non eſt curandum, niſi in loco, vbi ſeruatur de conſuetudine. Vnde fateor iſtud, quod quando in aliqua parte regni probaretur, quod illud ius ſeruetur, vel quod eo iure viuatur, ibi eſſet ſeruandum, & non alibi: & hoc proprie vult *d. conſtit. Puritatem*, vt ſupra dixi: tum onus probandi ſemper incumbit alleganti illud ius, cum ſit ius locale, vt ſupra declaraui: vnde remanent dictæ quinque auctoritates in ſuo robore, & obſeruan-
42 tia, cum iure communi vtamur. Item, † ad tertiam auctoritatem Andr. de Iſern. *in c. 1. de notis feudor.* dico, non eſſe bene reſponſum; quinimo melius fuit locutus ibi, quam alibi, ex quo tale ius ſine ratione non debet ſeruari Nec procedit argumentum *d. l. proſpexit. 12. ff. qui & à quibus.* quia non repetitur dictum ius præciſe approbatum per conſt. Regni, niſi in loco, vbi viget: & ita dicit And. *in d. c. 1. de feud. cognit.* & ibi etiam Bal. magis clare dicit, quod inter eos, qui viuunt iure Romano, cauſa deciditur ſecundum ius Romanum: ſed inter eos, qui viuunt iure Longobardico, cauſa deciditur ſecundum ius Longobardicum, vnde habuit Bald. ibi ſenſum *d. conſtit.* Nec valet reſponſio data ad quartam auctoritatem ſcilicet Andr. *in d. c. 1. de feud cognit.* quia non eſt verum, quod Conſtitutio neceſſitet homines, vt viuant iure Longobardico; imo ponit hoc in eorum arbitrium, vt ſupra probaui. Similiter ad octauam auctoritatem Luc. de Pen. reprobatur reſponſio eodem modo, quo præcedens. Nec obſtat, quod And. eſt maioris auctoritatis; quia cum ſit ſibiipſi contrarius in pluribus, tenenda eſt eius auctoritas, vbi melius dixit. Ad nonam auctoritatem Bald. *in d. c. tranſ-*
*lato. 3 de conſtit.* maxime valet reſponſio; † quia ne- 43
go, quod ſucceſſores in Regno confirmauerunt præciſe, & neceſſitatiue ius Longobardicum, ſed, vt ſupra dixi; imo, ſi placuiſſet illud ius Imperatoribus, illud inſeruiſſent in voluminibus iuris ciuilis. Vnde quia non inſeruerunt: apparet, quod tale ius reprobauerunt. Prout in ſimili arguit Aluar. *in præl. feud. in 4 quæſt.* Item reſponſio data ad decimam auctoritatem Matth. *in d. conſtit. Puritatem.* qui ſequitur Luc. de Pen. minime procedit per eaſdem rationes: Et ſic remanet iſta pars totaliter confirmata. Supereſſet modo reſpondere ad illas decem auctoritates adductas pro prima parte. Ad quas ſatis patet reſponſum ex prædictis: quia quatenus expreſſe dicunt, quod ius Longobardicum præferatur, male loquuntur. & veriores ſunt auctoritates contrariæ,
Cum auctoritates † Doctorum ſint probabiles, ſed 44
non neceſſariæ, ſecundum Bart. & Dd. *in l. è re. 1. ff. ſi cert. pet.* Et maxime, cum vt plurimum, ſint auctoritates And. de Iſern. qui tenet alibi contrarium. So-
lum † reſpondeo ad quintam auctoritatem Andr. 45
*in d. § præterea Ducatus.* nam loquitur ibi de iure Longobardico, & Francorum, non autem de iure Romano, & verum eſt, quod ius Francorum, eſt ius ſpeciale, & oneroſum, & contra ius commune: vt dicit And. *in d. § præterea Ducatus, colum. 3. addit. de prohib. feud. al.* vnde debet probari, alias non præſumitur. Et ideo, quando eſſet differentia inter ius Francorum & Longobardorum, fateor, quod potius præſumatur Longobard. maxime in ſuccedendo, quia eſt conforme cum iure communi, in eo, quod admittit omnes filios æqualiter ad ſucceſſionem: ſecus eſt, quando differentia eſſet inter ius Longobardicum & Romanum, prout eſt quæſtio noſtra: quia tunc Romanum potius præſumitur, per prædicta. VLTIMO NON OBSTAT, quod dicit And. *in d. conſt. Puritatem. & in præl. in 3 quæſt. in fin.* vbi dicit, quod iſta conſuetudo, per quam aliqui non ſer-

ſeruantius Longobardicum, non valet; quia eſt contra conſtitutiones. Nam dico ſine dubio, quod And. male loquitur, & dicit contra caſum *d. conſtit. Puritatem. ibi; prout qualitas litigantium, &c.* quia imo dicta conſtit. approbat hanc conſuetudinem, vt ſupra declaraui. Vnde melius locutus fuit And. & ibi etiam Bald. *in c.1. de feud. cognit.* Ex quibus omnibus remanet firma concluſio, & vera, quod ius Romanum præferatur in Regno iuri Longobardico, & qui dicit, quod viuatur iure Longobardico, debet hoc probare. Et per hoc ſit impoſitus finis huic vtili, & quotidianæ quæſtioni, quæ inter Regnicolas quotidie ventilatur, & hactenus ita plene diſcuſſa non reperitur. Laus Deo. *Robert. Maran. Ven. V.I.D.*

Additio. Vide ad hanc materiam quæ tractat, atque itidem diſputando examinat Author noſter, ſupra, *in Spec. aur. de ordin. iudic. part. 3. n. 94. cum ſeq. Rudolph. à Kamphauſen Tranſyluanus, I. Licentiatus.*

## DISPVTATIO III.

### An iudex in pœnis arbitrarijs poſſit imponere pœnam mortis naturalis.

Svmmaria.

1 *Pœna mortis an poſſit irrogari in arbitrarijs, num. 15.*

2 *Pœna acerrima accipitur pro morte naturali.*

3 *Pœna mortis non poteſt irrogari, quando ſtatutum dicit, ad pœnam mille aureorum, vel aliam, arbitrio iudicis.*

*Pœna publicationis bonorum non poteſt irrogari vigore arbitrij.*

4 *Fures nocturni puniuntur extra ordinem.*

5 *Pœna extraordinaria irrogatur, quando proceditur per inquiſitionem de iure Canonico.*

6 *Pœna minor debet eligi per iudicem in arbitrarijs.*

7 *Pœna capitalis intelligitur altero de tribus modis, & in dubio intelligitur de mitiori, num. 8.*

8 *Pœna mortis nunquam imponitur in delictis non conſummatis, num. 16.*

9 *Pœna mortis poteſt irrogari, quando lex dat amplum arbitrium vſque ad mortem, & num. ſeq.*

10 *Inquiſitio non fit in cauſa ciuili, niſi contra vſurarium & hoc qualiter procedat.*

11 *Iudex in pœnis irrogandis non poteſt ſe extendere vltra poteſtatem ſibi datam à lege, num. 15.*

12 *Pœna mortis non poteſt imponi, quando lex loquitur per verbum, moderari.*

13 *Pœna mortis irrogatur ei, qui dat alapam Officiali.*

14 *Dictio, alia, eſt repetitiua ſimilium.*

15 *Sacrilegij pœna quæ ſit.*

16 *Conſuetudo per totum mundum eſt, quod non puniatur attentatum ſicut delictum conſummatum.*

17 *Pœna iniuriæ poteſt ſe extendere vſque ad mortem, quando hoc deſiderat criminis magnitudo.*

18 *Iudex non poteſt imponere pœnam mortis, ſi expreſſe lex limitet arbitrium iudicis.*

19 *Pœna mortis poteſt irrogari in illis delictis, in quibus lex inducit pœnam corporalem, vel pecuniariam ad arbitrium iudicis. Secus vbi dat arbitrium ſimpliciter.*

20 *Pœna conſueta delinquenti debet irrogari; alias poteſt appellari.*

*Pœna tota pecuniaria non debet exequi, quando ita dictaret conſuetudo.*

Qvotidiana eſt quæſt. in iudicijs, Vtrvm ivdex procedens in aliqva cavsa † criminali, in qva ex ivris dispositione irrogatvr poena arbitraria, possit svvm arbitrivm extendere vsqve ad mortem natvralem inclvsive. 1 Et quoniam quæſtio eſt præiudicialis, cum tractetur de vita hominis, ideo intendo eam plene diſcutere, recitabo primo opiniones diuerſas, & contrarias, quas reperio inter Doct. poſtea ponam veras concluſiones. Primo igitur pro parte affirmativa, quod iudex poſſit huiuſmodi pœnam mortis imponere, adducitur gl. quæ communiter ſolet ad hoc allegari, *in §. in ſumma. 10. in verſ. extraordinar. in Inſt. de iniur.* quæ dicit, quod iudex poteſt imponere pœnã capitis ſuo arbitrio, videtur, & communiter exponitur pro pœna mortis, & ita illam gl. intelligit, & ſequitur Bal. *in c. 1. §. iniuria, in primis verbis, de pace iura firm. in l. eos 1. in fin. C. de his qui latr.* Bart. *in l. ſi abſens. fin. in fin ff. vbi pup. educ. deb.* Abb. *in c. ex literis. 11. colum. fi. de conſt. c. cum te. 19. colum. 2. in princ. de re iud.* & ibi etiam Abb. Idem tenet Fel. *in c. inquiſitionis. 20 in fin. in princ. de accuſ. & in d. c. ex literis, colum. antep.* Secvndo, pro iſta parte adducitur text. *in l. ſaccularij. 7. §. ſunt quædam* (alias *l. ſunt quædam. 9.*) *ff. de extraor. crim.* vbi dicit tex. quod illa pœna arbitraria extenditur vſque ad pœnam capitis, & ſic vſque ad mortem. Tertio, † adducitur tex. *in l. ſi quis. 2. ibi; non ignaro iudice, &c. in verſ. acerrima condemnatione, pro arbitrio, &c. C. de his qui latr.* vbi pœna arbitraria extenditur ad acerrimam pœnam, quæ accipitur pro pœna mortis, vt not. *in l. ſi quis. 1. C. de ſedit. & l. vnic. C. nem. lic. ſignum ſaluat.* 2 Qvarto adducitur text. *in l. lex Iul. 7. §. hodie. 3. ff. ad leg. Iul. rep.* vbi loquitur de pœna extra ordinem, & dicit, quod capite puniri debet, & patet, quod pœna extraordinaria extenditur vſque ad mortem. † Pro parte vero contraria 3 ſcilicet, quod iudex nõ poſſit arbitrari ad pœnã mortis, adducitur Primo dictum Bald. *in l. & ſi poſt tres. 8. in 1. lect. col. 7. ver. itẽ facit ad aliam quæſt. &c. ff. ſi quis caut.* vbi dicit, quod ſi iudex vigore ſtatuti poteſt punire ad pœnam mille, vel ad aliam, prout ſuo arbitrio videbitur, non poteſt imponere pœnam decapitationis. Idem tenet Cat. *in c. de cauſis. 4. de offic. deleg.* Lud. Roman. *in rubr. de arbit. verſic. item an ſtatutum, &c.* pro hoc facit quod no. Bald. *in l. nulli iudicum vnic. C. ne ſine iuſſ. Princ.* & Bald. *in c. 1. colum. 5. in princ. de pace tenen.* vbi dicit, quod iudex vigore arbi-

trii non poteſt imponere pœnam publicationis bonorum: ergo minime pœnam mortis, quæ eſt maior: & hanc partem negatiuam tenet Alex. *in conſil. 7 col. fin. in 1. vol.* & Card. *in c. ex literis. 11 de conſt.* SECVNDO † pro iſta parte adducitur text. *in l. fures. 1. in verſ. temporarii ff de fur. balnear.* vbi dicitur, quod
4 fures nocturni puniuntur extra ordinem, verum eorum pœna non debet excedere opus publicum temporarium ergo ſi damnaretur ad mortem, excederet pœnam operis publici. TERTIO adducitur text. *in l. de his 1. §. expilatores. 1 ff. de effr.* vbi primo ponitur pœna in liberum arbitrium iudicis, & poſtea in fin. dicitur, quod plebeis pœna irroganda non debet excedere opus publicum: nobilibus vero non debet excedere relegationem. QVARTO adducitur text. cum ibi not. per gloſſ. & Doct. *in c. inquiſitionis 20. in princ. de accuſ.* vbi eſt deciſum, quod de
5 iure Canonico † quando proceditur per inquiſitionem, iudex non imponit pœnam ordinariam delicti, ſed extraordiuariam, & ſic arbitrariam; & tamen per hanc pœnam arbitrariam non poteſt imponere pœnam ordinariam, ſed mitiorem: & ita declarat Abb. *in fin. col.* ergo concluſiue ſequitur de neceſſitate, quod non poteſt imponere pœnam mortis; quia non eſt minor, ſed maior & acerbior cæteris pœnis. QVINTO confirmatur ex dictis Bald. *in l. quicunque 4. col. 4. C. de ſeru. fug.* vbi dicit, quod † iudex in arbi-
6 trariis debet eligere minorem pœnam. Et ſic per tot iura & auctoritates contrarias redditur iſta deciſio valde dubia. Et vt ipſam reddam magis dubitabilem, ſi quis vellet tenere hanc ſecundam partē, tanquam benigniorem, *iuxta l. interpretatione pen. ff. de pœn.* poſſet reſpondere ad iura contraria adducta pro prima parte.

Et primo, NON OBSTAT gloſſ. *in d. §. in ſumma 10. Inſt. de iniur.* quia illa loquitur de pœna capitis, non autem de pœna mortis: & in iure eſt cla-
7 tum, quod † pœna capitalis intelligitur altero de tribus modis, ſcilicet de morte naturali, de morte ciuili, & de exilio, ſeu deportatione, *l. rei capitalis. 2. in princ. ff. de pœn. l. publicorum. 2. ff. de publ. iudic.* not. gloſſ. *in l. hos accuſare 12. §. omnibus 4. in verb. capitis. ff. de accuſat.* text. cum gloſſ. *in l. ſed & ſi quis 4. §. illud. 1. ff. ſi quis caut.* in dubio autem, quando lex irrogat pœnam capitalem, intelligitur de minori ex illis tribus, ſcilicet de exilio, ſeu deportatione, text. eſt iuncta gloſſ. *in l. Iudæus 1. C ne Iudæus mancip. Chriſt.* tenet Bald. *in l. frumentum, fin in fi. C. quæ res vend. non poſſ.* Ioan. de Imola *in d. l. publicorum 2. ff de publ. iudic.* Bald. *in d. l. quicunque 4. col. 4. verſ. ſcias etiam, &c. C. de ſeru. fugit.* Secundo NON OBSTAT † *d. l ſaccularii.*
8 *7. §. ſunt quædam, (alias l. ſunt quædam. 9.) ff. de extraord. crimin.* quia ibi non dicitur de pœna mortis, ſed de pœna capitis; vnde poteſt intelligi de pœna mitiori: vt dixi modo in præcedenti. Imo dico, quod de neceſſitate debet intelligi ille textus, qui loquitur de delicto non conſummato: loquitur enim de illis, qui tenebant quoſdam lapides ad offendendum, non tamen ſecuta fuit offenſio. Quod patet, dum dicit ibi, quod ipſa res mortem comminatur. Sed vbi ſumus in delictis non conſummatis, nunquam imponitur pœna mortis in arbitrariis. Ita pulchre tenet Bald. *in conſil. 44. colum. 2. in 2. volum.* quod conſilium incipit: *Cecchus, &c.* & Felin. *in d. c. ex literis. 11. colum. penult. verſ. ſecunda declaratio, &c. de conſtit.* Tertio NON OBSTAT † *d. l. ſi quis fia. C. de his qui latro.* quia ibi expreſſe ex legis diſpoſitio- 9
ne datur iſta poteſtas illis iudicibus imponendi dictam pœnam in illo crimine. Vnde tunc ceſſat dubium: an illa pœna arbitraria ſe extendat ad mortem: quia quando lex dat amplum arbitrium iudici vſque ad mortem, non eſt dubium, quod poteſt imponere dictam pœnam; quia cenſetur id factum auctoritate legis. Ita dicit Ioan. de Imol. *in d. l. publicorum. 2. ff de publ iud.* quem refert & ſequitur Angel. de Aret. *in d. §. in ſumma.* Sed nos loquimur in caſu dubio, ſcilicet, quando ſimpliciter fit mētio de pœna arbitraria, ſeu extraordinaria. Quarto † NON 10
OBSTAT *d l. lex Iulia. 7 § hodie 3. C. ad leg. Iuliam repet.* quia poteſt PLVRIBVS MODIS reſponderi. PRIMO; quia loquitur de pœna capitis, quæ poteſt verificari in mitiori, vt ſupra dixi. SECVNDO; quia poſito, quod intelligeretur de pœna mortis, ibi lex hoc expreſſe concedit: attenta immanitate criminis: loquitur enim de iudice, qui iniuſte interfecit innocentem, vnde eſt homicida: propterea non eſt mirum, ſi morte puniri debet, & ſic poteſt dari eadem reſponſio, quam dedi ad *l. 2. C. de his qui latro.* Et ſic pœna extraordinaria poteſt comprehendere mortem, quando lex hoc dicit expreſſe. vt ibi. SI QVIS † autem VELLET TENERE PRIMAM PARTEM, poſſet reſpondere ad iura adducta pro 11
ſecunda parte. Et primo NON OBSTAT *l. fures. 1. ff. de fur. baln.* quia ibi lex expreſſe loquitur limitatiue per dictionem, *dummodo, &c.* Dicit enim, illos fures eſſe puniendos pœna extraordinaria, dummodo non excedat opus temporarium: quo caſu; quia lex dat poteſtatem limitatam iudici, ſumus in caſu certo; quoniam iudex non poteſt præterire formam legis, vt not. Felin. *in cap. ex literis. 11. colum. penult. verſic. quinta declaratio, &c. de conſtit.* licet ipſe non conſiderauerit hanc reſponſionem. Plus dico, quod ille text. poteſt retorqueri in contrarium. Nam ex eo, quod lex reſtrinxit poteſtatem iudicis ad opus temporarium; eſt ſignum, quod iudex habuiſſet largiores habenas procedendi vſq; ad mortem, quando lex ſpecialiter eum non prohibuiſſet; quia alias fruſtratoria fuiſſet illa reſtrictio legis, quando ſine ea iudex fuiſſet reſtrictus, quod non eſt dicendum, *l. quod Labeo. 9. ff. de Carbon. edict.* Secundo NON OBSTAT *d. l. de his. 1. § expilatores. 1. in fi. ff. de effract.* quia ſimiliter ibi lex loquitur limitatiue, per dictionem, *dummodo, &c.* vnde dic. vt modo dixi. Tertio, † NON OBSTAT *d c.* 12
*in*

*inquiſitionis 20 de accuſat.* quia ibi lex loquitur per verbum, *moderari.* & quando lex cõcedit arbitrium iudici per hoc verbum, quod habeat moderari pœnas, nunquam poteſt imponere pœnam mortis; quia illud verbum, *moderari.* importat diminutionem pœnæ. ita tenet Mar. Socin. *in d. c. inquiſitionis.* & Felin. *in d. c. ex literis. 11. colum. penult. verſic. tertia declaratio, &c. de accuſat.* Quarto, † NON OBSTAT dictum Bald. *in d. l. quicunque 4 C. de ſeru. fug.* in quantum dicit, quod iudex debet eligere pœnam mitiorem; quia illud intelligitur, niſi qualitas & atrocitas delicti aliud ſuaderet: vt ſi quis daret alapam Officiali, debet puniri pœna mortis, ſecũdum Baldum *in c. 1. §. iniuria. in princ. de pace iur. ſir.* Non enim eſſet æquum, quod tunc, ſtante crimine atroci, & enormi, iudex imponeret pœnam minorem: quia non eſſet pœna conueniens & æqualis delicto: *iuxta l. ſancimus 22. C. de pœn.* & hoc ſentit Alexand. *in conſil. 111. colum 4 in 1. volum.* Angel. de Aret. *in d. § in ſumma. 10. Inſtitut. de iniur.* & Abb. *in d. c. ex literis. 11. de conſtit. col. fin.* Quinto, † NON OBSTAT dictum Bald *in dict. leg. & ſi poſt tres. 8 ff. ſi quis caut.* quod fuit allegatum in primo argumento ſecundæ partis; quia ibi ſtatutum loquitur de pœna mille, vel de alia, ad arbitrium, & c. illa dictio, *alia*, eſt repetitiua ſimilis pœnæ, ſcilicet pecuniariæ, ideo non poteſt imponere pœnam mortis, quæ eſt longe diſſimilis, vt not. gloſ. & Bald. *in l. ſi fugitiui. 3. C. de ſeru. fug.* & Felin. *in c. ſedes. 14. col. fin. de reſcript.* & Iaſ. *in l. ſi vnus 27 in princ. col. fin ff. de pact.* Et ad dictum Bald. *in d. cap. 1. de pace tenend* & alia allegata in dicto primo argumento poſſet reſponderi: niſi atrocitas criminis aliud ſuadeat, vt ſupra dixi. Et quia pœna amiſſionis bonorum nunquam imponitur, niſi vbi lex mandat expreſſe. Ex quibus pro vtraque parte adductis redditur iſta quæſtio multum dubia, adeo, quod merito Cæſarea deciſione opus eſſet. Vt igitur in tanta varietate ponam veram concluſionem, dico, quod prima opinio affirmatiua eſt magis cõmunis, cum infra ſcriptis tamen limitationibus. ADDITIO. Licet Auctor ponat partem affirmatiuam, vtpote veriorem & communem magis, vti & præter hic infra relatos refert Barbat. *conſil. 11. num. 6. libr. 1.* Decius *in c. ex literis. 11. num. 14. de conſtit.* Alciat. *reſponſ. 472. in fin* Æquiorem tamen, mitiorem & magis tutam partem negatiuam ponunt: Quod, ſcil. certe in arbitrariis non poſſit iudex extendere arbitrium ſuum ad pœnam mortis naturalis: Felin. *in c. inquiſitionis nu. 20. de accuſat.* Alexand *conſil. 121. in fin. libr. 7.* Crauett. *conſil 202. num. 14. conſil. 224. nu. 1. verſic aduertendum.* Dec. ſibi contrarius *in leg. qui iuriſdictioni 10. nu 9 ff. de iuriſdict.* Matth. de Afflict. *deciſ. 276 num. 9.* Grammat. *conſil. 39. num. 8. conſil. 58. num. 2.* K L.

Pono igitur concluſionem † per modum regulæ, quæ talis eſt, iudex in arbitrariis poteſt imponere pœnam mortis naturalis. Hæc concluſio probatur *per l. ſacrilegii. 6. la. ff. ad leg. Iuliam pec.* vbi narratiue dicitur, quod dato, quod pœna ſacrilegii ſit arbitraria, quia pro qualitate perſonæ irrogatur; tamen quandoque aliqui ſacrilegi combuſti fuerunt, & ſic probat, quod iudex in pœnis arbitrariis poteſt imponere pœnam combuſtionis, & ſic mortis naturalis: & ita ad hoc illum text. ponderat Abb. *in d. c. ex literis. 11 colum. fin.* & ibi etiam Felin *in fin. verbis. de conſt.* Iſtam concluſionem declara, & LIMITA primo † procedere in delictis conſummatis, & perfectis: ſecus in attentatis tantum, & non conſummatis; quia in eis iudex nunquam ex arbitrio imponit pœnam mortis. Ita procedit dictum Bald. *in d. conſil 343. incip. Ceccktus, &c. colum. 2. in volum.* & Fel. *in d. c. ex literis. 11. de conſtit. colũ. 3. penult. verſic. ſecunda declaratio, &c.* Et ratio eſt in promptu: quia hodie ex generali conſuetudine non punitur delictum attentatum, ſicuti conſummatum, ſed mitius; & ſic non punitur affectus, niſi ſequatur effectus, etiam in atrocioribus. Ita tenet Paul. de Caſtr. & Alexan. *in l. hoc edictum. 1. §. fin. in fin ff. quod quiſque iur.* Card. Alex. *in c. 1. §. ſi vero noluerit. in fin. de Cap. qui cur. ven.* & Ang. *in conſ. 14. col. 1.* vbi dicit, quod iſta conſuetudo eſt approbata per totum mundum, & Bald. *in l. ſi fugitiui. 3. C de ſeru. fug.* & Sal. *in l. 1. qui cum telo ff. ad leg. Cornel de ſicar.* & Bart *in l. lege 1 §. diuus. 3. eod. titu.* Vnde ſi iudex imponeret pœnam mortis in attentatis, puniret affectum ſicut effectum; quia maior pœna dari non poteſt, quam ſit pœna mortis. ADDITIO. In materia delictorum, Vtrum delictum attentatum puniatur, vt perfectum; vide cum opinione Auctoris noſtri pro parte negatiua cum ſuis reſtrictionibus ex modernis recentioribus Iul. Clarũ *in practica ſua criminal. §. fin. quæſt. 92.* Anton. Gomeſ. *tomo 3. de delictis cap 2. numer. 20.* Matthæum Weſenbecium *in Paratitlis ſuis ad Pandect. tit. ad leg. Cornel. de ſicar. nu. 16 & in additionibus ſuis ad Schneidevvinum. ad §. item lex Cornelia de ſicariis num. 3.* K L. Secundo LIMITA, † dummodo delictum ſit ita graue, attentis ipſius circumſtantiis, quod mereatur pœnam mortis, exemplum poteſt poni in eo, qui dat alapam Officiali: nam eſt iniuria. Verum attenta circumſtantia qualitatis perſonæ, cenſetur atrociſſima, & ſic in hoc caſu iudex poteſt procedere ad mortem, ſecundum Bald. *in dict. c. 1. § iniuria in princ. de pace iur. firm* & ſequitur Ioan. de Ana. *in c. inquiſitionis 20 in fin. il'ius princ. de accuſ.* ita tenet Fel. *in d. c ex literis 11. col penult. in princ verſ prima declaratio, &c. de conſt.* ita debet intelligi dictum Bald. *in d. l ſi quis. in fi. C. de his qui latro.* vbi dicit, quod poteſt procedi ad ſupplicium, ſi hoc deſiderat criminis magnitudo. Ex hoc ſequitur, quod ſi ex iniuria modica verbali, iudex vellet procedere ad mortem, non poſſet: quia non eſſet pœna conueniens delicto, ſed maior, per prædicta; imo tunc poſſet iudici exequenti de facto reſiſti, per ea, quæ dixi ſupra in 1. *diſputat. nu. 28.* & hoc tenet Ang. de Aret. *in d. §. in ſumma,*

*nu.10 de iniur.* & Abb. *in d.c. ex literis.11.de conſtitut. colum. final.* alias poſſet appellari, vt not. gloſſa & Bartol. *in l. ſi qua pœna.244. ff. de verborum ſignificat.* Et hanc limitationem tenet in effectu Alexand. *in conſil.111. colum.4. in 1. volum.* & Andr. de Iſern. *in conſtitut. Comite.* Tertio LIMITA, niſi expreſſe lex
18 vel ſtatutum limitaret arbitrium iudicis, vt non poſſit excedere talem pœnam, quia tunc non imponit pœnam mortis. ita procedat text. *in l. ſi fures. 1. ff. de fur. baln. & in l. de his.1. §. expilatores.1. ff. de effract.* prout ſupra declaraui. Quarto LIMITA, niſi lex diceret, iudex pœnam moderetur: quia tunc non poteſt imponere pœnam mortis, ita procedit *d.c. inquiſitionis. cum ibi not.* vt ſupra declaraui. Quin-
19 to LIMITA, † quando arbitrium datur iudici in pœnis à iure expreſſis, prout eſt in actione iniuriarum, in qua eſt ſtatuta pœna corporalis, & pecuniaria ad arbitrium iudicis, *l. iniuriarum æſtimatio. 21. & l. de iniuria. fin. ff. de iniur. & l. Padius. 4 §. diuus. 1. ff. de incend. ruin. & naufra.* tunc enim iudex propter enormitatem iniuriæ, poteſt arbitrari mortem: ſecus eſt, vbi iudici datur ſimpliciter arbitrium puniendi in pœnis non à iure expreſſis; quia tunc non poteſt facere crimen capitale, quod non eſt capitale, nec poteſt imponere pœnam mortis, vbi crimen non eſt capitale. ita declarat Felin. *in d. c. ex literis.11. de conſtit. colum. penult. verſic. quarta de-*
20 *claratio, &c.* Sexto LIMITA † non procedere, quando in ſimilibus delictis eſſet conſuetudo, quod non imponatur pœna mortis, ſed mitior pœna; quia tunc iudex non poteſt imponere pœnam mortis, ſed tenetur ſequi conſuetudinariam pœnam, & ceſſat arbitraria. Caſus eſt ſingularis *in l. ſi quis reum. 4. ff. de cuſtod. reor.* facit text. cum ibi not. *in l. hodie 13 ff. de pœn.* ita tenet Baldus *in l. quicunque 4. colum. 4. verſic. ſcias tamen, &c. C. de ſeru. fugit.* Felin. *in c. de cauſis 4. colum.1. de offic. delegat.* Abb. *in c. inquiſitionis. 20. colum. fin. de accuſat.* Alexand. *in conſil.5. colum fin. & conſil.3. colum.4. in 1. volum.* & Paris *in tract. ſynd. in verſ. compoſitio. colum 12. in princ. in c. an ſi delinquens, &c. in text. de off. ſynd. col.3. & 5. in c. an ſi poteſtas, &c.* vbi plus dicit, quod ſi iudex excedit pœnam ſolitam, dicitur grauare partem, & poteſt appellari, & tenetur in ſyndicatu. Et per hoc infert, quod in Regno, ſi quis condemnatur ad vnam vnciam, non ſolet exigi tota vncia, ſed tantum vnus tarenus, vel duo, maxime attenta paupertate condemnati. Et per hæc ſit expedita iſta quæſtio. Laus DEO. *Robert. Marant. Venuſ. V. I. D.* ADDITIO. Hanc eandem quæſtionem in vtramque partem ampliatiue & reſtrictiue diſputat Author noſter in ſuo Speculo aureo ſupra, *in 4. part. diſtinct. 1. à. num. 43.* vſque *ad nu. 57* incluſiue, ex vno loco pleraque huc tranſcripta apparent.

*K L.*

## DISPVTATIO IV.

Vtrum, ſi in cauſa ſummaria ſit proceſſum per partes ordinarie, cenſeatur receſſum à via ſummaria, ita quod ineptitudo libelli, vel alius defectus vitiet proceſſum, non obſtante, quod alias in Regno procedatur ſola facti veritate inſpecta.

### SVMMARIA.

1 *In cauſa, quæ de iure erat ſummaria, ſi fuit capta per partes via ordinaria, an videatur renunciatum via ſummaria.*
*Summaria cauſa an fiat ordinaria ex voluntate partium nu 11 13.*
2 *Libellus ſi interuenit in cauſa, in qua non requirebatur, an debeat ordinarie diſcuti illa cauſa. nu. 5.*
3 *Cauſa quamuis ſit commiſſa ſummarie, poteſt nihilominus iudex in ea procedere ordinarie.*
4 *Teſtamentum in ſcriptis ſi non valeat, an valeat vt nuncupatiuum. nu. 13.*
*Contractus ſine ſcriptura non valet, quando partes elegerunt viam contrahendi in ſcriptis, & quando cenſeantur hanc viam elegiſſe.*
5 *Arbiter, qui erat etiam arbitrator, ſi incepit procedere vt arbiter, poteſt proſequi vt arbitrator inordinarie: & valet proceſſus.*
6 *Teſtamentum militis, fact. im iure communi, ſi non valeat, an valeat iure militari.*
7 *Libellus ineptus non vitiat in cauſa, in qua non requirebatur.*
8 *Teſtes inhabiles probant informationem in caſibus, in quibus non requirebantur.*
*Actus, qui poterat geri ſine aliqua perſona, non videatur, ſi illa interuenit inutiliter.*
9 *Viam, per quam actus impugnatur, nemo præſumitur elegiſſe.*
10 *Proceſſus ſiue ordinarie, ſiue ſummarie fiat, ſemper poteſt in Regno ſuper eo ferri ſententia, dummodo liqueat de veritate.*
12 *In confeſſo non requiritur ſententia.*
14 *Cauſa ordinaria an poſſit fieri ſummaria de voluntate partium.*

FVI ſæpe interrogatus, ſtante † iure municipa- 1
li in hoc Regno, quod in cauſis ciuilibus procedatur ſine figura iudicii, & ſola facti veritate inſpecta, per *c. deteſtantes.* & per Regiam pragmat. primam, quæ incipit: *Diſpendia.* Si partes proceſſerunt in cauſa ciuili, via ordinaria, dando libellum, litem conteſtando, & alia acta ſolenniter & ordinarie faciendo, cum potuiſſent iſta iudiciorum ſolennia omittere, & procedere via ſummaria, ob dicta ſtatuta: an per hoc videantur viæ ſummariæ renunciaſſe, & amplecti viam ordinariam, quando non appa-

ret

ret de expreſſo conſenſu, ſeu conuentione partium: ita vt ſi aliquis defectus emergat in iudiciis, puta ineptitudinis, vel alius ſimilis, qui de iure communi vitiaret proceſſum, & ſententiam, habeat etiam talis defectus vitiare talem proceſſum ordinaria via initiatum; & ſic, an in tali proceſſu debeat ſeruari ius commune, & non municipale? per ea, quæ not. gloſſ. & Dd. *in l. vinum. 22. in fin. ff. ſi cert. pet.*

Et pro prima parte affirmativa, videlicet, quod cenſeatur receſſum à via ſummaria, & per conſequens debeat ſeruari ius commune, adducitur primo dictum Bald. *in l. diffamari. 5. colum. 1. in fi. verſ. ſecundo oppono, &c. C. de inge. & man.* vbi dicit, quod quando partes poſſunt procedere ſummarie, & eligunt viam ordinariam, cauſa efficitur ordinaria, & ſic videtur hoc dependere ex voluntate
2 partium. Secvndo † adducitur gloſſ. *in l. proinde 25. § notandum. 2. ff. ad leg. Aquil.* quæ dicit, quod quando in cauſa non requirebatur libellus, ſi interueniat libellus, & ſic fuit cœpta via ordinaria, & debet ſolenniter per ſententiam diffiniri, & ſic innuit, quod cauſa efficitur ordinaria, & debet ordinarie determinari, & ita per illam gl. tenet Franc. de Cur. *in addit. poſt Alexand. in d. l. vinum. 22. colum. fin. ſi cert. pet. in addit. quæ incipit: tamen fallit, &c.* vbi dicit quod tunc non valeret ſententia ſupra libello inepto. Tertio pondero dictum Bald. *in l. quod fauore 6. col. 1. C. de legib.* & Bald. *in l. nulla ff. de leg. b.* qui dicit,
3 quod ſi † Princeps committit cauſam iudici, quod ſummarie procedat, & ille procedit ordinarie, valet proceſſus, tanquam ordinarius, & ordinarie factus. Idem tenet Lanfr. *in Clem. ſæpe col. 3. in princ. in*
4 *15. concluſ. de verb. ſign.* Qvarto † adducitur; quia teſtator, qui poterat teſtari nuncupatiue, elegit viã teſtandi in ſcriptis ſolenniter, & non valuit teſtamentum in ſcriptis ob aliquem defectum: minime valebit vt teſtamentum nuncupatiuum, ex quo illam viam ſolennem elegit. Ita tenet Barr. *in l. ſi palã. ff. de iure codicil.* Facit etiam, quod dicimus de contractu in ſcriptis; nam quando erat in poſſe contrahentium contrahere in ſcriptis: & ſine ſcriptis, & elegerunt viam contrahendi in ſcriptis, non valet cõtractus ſine ſcriptura, *l. contractus. 17.* & ibi Bald. *in 1. solũ. in fin. C. de fide inſtr.* vbi plus dicit, eo ipſo, quod partes dicunt: habemus Notarium, vt conficiat ſcripturam de contractu: cenſentur velle contrahere in ſcriptis, in tantum, quod ante, quam ſcribatur, poteſt eos pœnitere, vel alteram partem pœnitere, & nolle cõtrahere: vt habetur *in deciſ. 36. conſ. Neap.* per Matth. *verſ. 3. &c.* Ita etiam videtur dicendum in caſu noſtro: quia erat in poteſtate partium procedere ſummarie, ſecundum iura municipalia, & elegerũt viam ordinariam, debet eis imputari, vt ſi deficiat aliqua ſolennitas iuris communis, vitietur proceſſus iuxta illam regulam: *via, quam elegiſti, tibi pateat, &c.*

Pro parte vero contraria adducitur dictum Bal.
5 *in l. ſi miles. 3. ff. de teſtam. milit.* vbi dicit, † quod ſi is, qui poteſt procedere ſummarie, & de plano, incipit procedere ordinarie, per libellum, poteſt omittere viam ordinariam, & reliquum proceſſum expedire ſummarie: quia eligendo ius commune, non cenſetur priuilegio renunciare. Vnde infert ibi Bald. quod ſi eſt compromiſſum in aliquem, tanquam arbitrum & arbitratorem, & ille incœpit procedere vt arbiter, & proceſſit inordinate, valet nihilominus eius laudum, tanquam arbitratoris. Et hoc dictum videtur decidere caſum noſtrum, vt ſi proceſſus, fuit initiatus ordinarie, & non fuit rite compoſitus, debet valere tãquam ſummarius, propter dicta ſtatuta, ſeu iura municipalia. Et de hoc videtur text.
*in d. l. ſi miles. 3. ff. de teſtam. mil.* vbi miles, † qui poterat teſtari iure militari, ſi voluit teſtari iure cõmuni, 6
& omiſit ſolennia, adeo, quod teſtamentum non poteſt valere iure communi, valebit ſaltem iure militari, & ſic non videtur renunciare priuilegio, adeundo viam iuris communis. Secvndo † pro iſta
parte adducitur illud, quod voluit Alex. *in d. l. vinũ.* 7
*22. ff. ſi cert. pet. col. fin.* & ibi eſt gl. ſingul. vbi dicitur, quod in cauſis, in quibus non requiritur libellus, ſi interuenit, & ſit ineptus, non vitiat proceſſum. Sic etiam poſſemus dicere in quolibet actu ſubſtantiali iudicii, vt ſi interueniat, & ſit ineptus, non vitiet proceſſum. Idem, ſi penitus omittatur, ex quo non requirebatur de neceſſitate. Si enim eſſet vera prima opinio, nunquam poſſet verificari illud dictum gl. & Alex. *in d. l. vinum.* quod eſt communiter approbatum: quia ſemper quando quis præſentat libellũ, videtur eligere viam ordinariam, & ſic eſſemus in diſpoſitione iuris communis, ſecundum quam libellus ineptus vitiat porceſſum, & eſſet contra illud dictum. Tertio, adducit quod not. Bald. *in l. qui teſtamento. 20. § per contrariũ. 2. ff. de teſtam.* vbi dicit, quod valet † informatio capta per teſtes inhabiles
in caſibus, in quibus teſtes non requirebantur. Facit etiam text. iuncta gloſſ. *in verſ. in tranſitu in §. ſerui. Inſt. de libert.* quæ probat, quod quando actus poterat fieri ſine interuentu alicuius perſonæ, ſi illa perſona interueniat, & inutilis, non vitiat actum. Pro hoc eſt text. *in l. vnic. in princ. C. de rei vxor. act.* Sic etiam dico in q. noſtra; quia cauſa poterat expediri ſummarie, & ſine ſolennitate iuris, ſi interuenerint dictæ ſolennitates, & inutiliter, non debet per hoc vitiari proceſſus. Qvarto; † quia nemo cenſetur
elegiſſe viam, per quam actus & voluntas ſua impu- 9
gnetur, vt *d. l. ſi miles 3. ff. de teſtam. mil.* Alex. *in leg. hac conſultiſſima. 21. § per nuncupationem. 2. C. de teſtam.* & Soc. *in conſil. 142. col. 3. vol. 1.*

Pro ſolutione huius quæſtionis adhæreo huic ſecundæ parti, quam puto eſſe veriorem, maxime in hoc Regno, cum ſint rationes efficaciores pro ea; intelligendo tamen, quando partes non expreſſe declarauerunt, ſe velle procedere ordinarie, ſed tantum incœperunt ita de facto ordinarie procedere, ex quo proceſſu poteſt reſultare tacitus cõſenſus,

non

non autem expreſſus; quia iſte tacitus conſenſus debet ita interpretari, vt partes voluerint facere actum inutilem, & iudicium fruſtratorium, *argum. l. quoties. 12. ff. de rebus dub. & l. quoties. 80. ff. de verbor. oblig.* Et vltra dictas quatuor rationes, confirmo hanc partem in Regno, per *d. c. Deteſtantes.* vbi mandatur,
10 † quod quando in proceſſu liquet de ſola ſubſtantia veritatis, non poſſit opponi aliqua exceptio de nullitate ex defectu omiſſæ ſolennitatis iudicii. Et illud mandatum dirigitur iudici, vt patet ibi ex ſuprascriptione. Vnde non eſt curandum, quomodocunque partes procedant in cauſa, ſiue ordinarie, ſiue ſummarie; quia dummodo liqueat de veritate, ſemper poterit iudex proferre ſententiam validam, etiamſi aliqua ſubſtantialia omittantur; quia de his non curandum eſt. Et per *d. c. deteſtantes.* apparet reſponſio ad omnia quatuor argumenta adducta pro prima parte. Præterea, etiam de iure communi puto ſuſtineri poſſe iſtam ſecundam partem, per iura & argumenta ſuperius adducta. Et in ſpecie reſponderi poteſt ad omnia allegata pro prima parte. Et primo NON OBSTAT dictum Bald. *in d. l. diffamari.* quia nihil facit ad propoſitū. Dicit enim,
11 quod † partes poſſunt procedere ordinarie, vbi poterant ſummarie, & valet proceſſus ordinarius. Iſtud eſt clarum & expeditum per *Clem. ſæpe. §. fin. de verb. ſignif.* quia tunc res reuertitur ad naturam ſuā, & ſic ad ius commune, vnde de facili fit, vt not. *in d. §. fin.* Non tamen dicitur, quod ſi in aliquo omitteretur aliquod ſubſtantiale, vitietur proceſſus: & ita etiam reſpondeo ad id, quod dicit Bald. *in d l. quod*
12 *fauore. & in d. l. nulla.* Secundo, † NON OBSTAT gloſſ. *in d. l. proinde §. notandum.* quia loquitur in caſu, in quo requirebatur ſententia: vt quia ſumus in confeſſo, in quo ſolum fit præceptum, vt ſoluat. *l. vnic. C. de confeſſ.* Verum eſt, quod ſi actor, vigore confeſſionis Rei voluerit formare libellum ſolenniter, & petere id, quod confeſſus eſt; tunc requiritur ſententia, ex quo cauſa eſt iniuria in forma iudicii, & ſententia debet eſſe conformis libello, & hoc dicit iſta gloſſa. Non tamen ibi fit aliquod verbum, quod ſi interuenerit libellus ineptus vitiaretur proceſſus, vel ſi aliter proceſſus fuit non rite factus, ſed ſolum ſentit, quod ſi fuit fabricatus proceſſus, eſt ſolenniter per ſententiam determinandus, quod eſt ex quadam neceſſitate: quia omnis proceſſus expectat diffinitiuam ſententiam regulariter: NON OBSTAT
13 quod dicimus de teſtamento † in ſcriptis; quia illud eſt, quando teſtator expreſſe declarauit, quod volebat teſtari in ſcriptis, quo caſu ſi non valet, vt teſtamentum in ſcriptis, minime valebit vt nuncupatiuum. Secus, quando hoc expreſſe non apparet; quia tunc, ſi poteſt valere vt nuncupatiuum, vt quia interuenerunt omnia requiſita in nuncupatiuo, valebit vt nuncupatiuum. Ita ſentit Bartol. *in dict. leg. palam. fin. ff. de iure codicill.* Cyn. Alexand. & Iaſ. *in d. l. hac conſultiſſima. 21. §. per nuncupationem. 2. C. de teſtament.* Angel. & Imol. *in l. qui teſtator. 1. §. fin. autem 3. ff. de hered. inſtit.* Alexand *in conſil. 176. col. 2. in 5. volum. & conſil. 113. in 3. vol.* Paul. de Caſtr. *in 415. in 2. vol.* Socin. *conſil. 142. in 1. vol.* & habetur aliquid *in deciſ. 69. Neap.* Et eodem modo reſpondeo ad *leg. contractus. C. de fide inſtrum.* & quod ibi not. Bald. ſcilicet quod loquitur, quando expreſſe apparet, quod partes voluerunt contrahere in ſcriptis. Et per hoc dico, quod quando expreſſe partes conuenirent, quod procedatur ordinarie coram iudice, & renuncient illi *c. deteſtantes.* tunc propter expreſſum conſenſum dicerem, quod non valeret iudicium, ſi aliqua ſolennitas omitteretur, per prædicta. Quid autem econtra, an poſſint partes facere, quod in cauſa † ordinaria procedatur ſummarie. Specul *in tit.* 14
*de lib. concept. §. nunc dicendum. verſ. 9.* tenet, quod ſic, ſed contrarium tenet Card *in d. Clem ſæpe. in princ. in 12. quæſt.* Alexan. *in addit. ad Bart in d l. ſocietatem. 76. §. arbitrorum. 1. in 1. colum. in addit. quæ incip. Adde ad hoc, &c. ff. pro ſocio.* & ratio eſt; quia quod ordinarie procedatur, eſt iuris publici, & partes non poſſunt iuri publico renunciare, *l. ius publicum. ff. de pactis.* ADDITIO. Vide gloſſam elegantem *in c. ſi diligenti. in verbo, pactis prænatorum.* vbi latiſſime proſequitur. *K. L.* Idem tenet Luc. de Pen. *in l. de ſubmerſis. 5. col. penult. in fin. & ſeq. C. de naufr. libr. 11. per eandem rationem.* Dicit tamen Card. *in d. 12. quæſt.* & Lucas, vbi ſupra, quod ſi partes vellent, quod iudex procedit tanquam arbitrator, poſſunt hoc facere. Et ſic per hunc modū poſſunt facere cauſam ſummariam, faciendo compromiſſum eo modo. Et ex his remanet expedita iſta vtilis quæſtio. Laus Deo. *Robert. Marant. Venuſ. V. I. D.* ADDITIO. De materia huius quæſtionis ſiue diſputationis, vide eundem authorem noſtrum ſupra *in Speculo aureo, parte 4. diſtinct. 9. num. 87. & ſeqq. K. L.*

## DISPVTATIO V.

### Vtrum in crimine Vſurarum poſſit iudex eccleſiaſticus, vel ſecularis inquirere, & procedere ex officio, nemine accuſante, & Vſurarium punire aliqua pœna: & quid ſeruetur in hoc Regno Siciliæ.

SVMMARIA.

1. *De Vſurario, an poſſit inquiri per iudicem ex officio, & condemnari ad aliquam pœnam, nemine accuſante.*
   *Vſuras ne recipiat creditor, poteſt per iudicem impediri, & receptas compellere reſtituere.*
   *De Vſurario ſuſpecto poteſt inquiri per iudicem eccleſiaſticum, vt imponatur ſibi pœnitentia.*
2. *Cauſa ſi fuit capta via ordinaria, debet ſolenniter per ſententiam definiri.*

3 *Vſurarius poteſt excommunicari, ſi non reſtituit vſuras.*

4 *Vſura eſt delictum punibile, ſuper eo poteſt procedi per inquiſitionem, & accuſationem per iudicem eccleſiaſticum. nu. 11.*

5 *Vſurarum crimen in Regno eſt publicum, & qualiter admittitur ad accuſandum, & hoc qualiter procedat.*

6 *Vſuræ ſunt permiſſæ de iure ciuili.*

7 *Vſurarius an poſſit criminaliter puniri. nu. 12. 13.*

8 *Vſurarius punitur tribus pœnis, de iure Canonico.*

9 *Vſurarius reſtitutis vſuris, an teneatur ad aliud.*
*Vſurarius pauper qui non poteſt reſtituere, an teneatur in aliquo nu. 22.*

10 *De vſurario nullo modo poteſt hodie inquiri per iudicem ſecularem, niſi accuſetur ab eo, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur.*

11 *Inquiſitio poteſt fieri per iudicem eccleſiaſticum de vſura, & de omni alio crimine fama præcedente.*

13 *Vſurarius recipiendo vſuras, committit dolum, & debet teneri de crimine ſtellionatus.*

14 *Vſurarius pluries delinquit.*

15 *Iudex eccleſiaſticus poteſt condiuuare Canones, addendo nouam pœnam.*
*Vſurarius an poſſit pecuniariter puniri. nu. 17.*

16 *Vſurariorum temeritas excreuit hodie, & acrius exercent vſuras Chriſtiani, quam Iudæi.*
*Pœna augeri poteſt ob delicti frequentiam.*

17 *Pœna illa irrogari debet, quæ magis timetur.*
*Pœna pecuniaria eſt valde conueniens vſurario, propter eius auaritiam.*

12 *Vſura eſt crimen, & non reperitur ea maius malum.*
*Crimen dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt accuſari & puniri.*

19 *Pœna arbitraria puniri debet omnis, qui delinquit contra prohibitionem legis, quando lex certam pœnam non irrogat.*

20 *In dubio ſequenda eſt opinio illa, quæ magis fauet publicæ vtilitati.*

21 *Vſuræ prohibentur recipi, etiam à ſponte ſoluente.*
*Vſuras ſoluens non peccat, ſed ſolum is, qui eas recipit.*
*Debitor ſoluens vſuras, videtur ſibi eruere oculum.*

23 *Tortura an poſſit irrogari in crimine vſurarum.*
*Vſurarius an poſſit torqueri ſtantibus indiciis.*

FISCALES iudices ſolent quotidie inueſtigando anhelare, vnde poſſunt pecunias extorquere, & prouentus facere, hinc quandoque nemine conquerente, formant inquiſitiones ex officio contra vſurarios, vt poſſint eos ad legitimam pœnam condemnare. Quæritur modo, an poſſit ex officio procedere & inquirere, ac punire, nemine accuſante? Iſta quæſtio habet multa capita, quæ venient inferius decidenda, & multa argumenta poſſunt deduci hinc inde ad partes.

1 ET PRIMO † PRO PARTE AFFIRMATIVA, quod poſſit inquiri ex officio etiam ad commodum priuati, adducitur text. *in c. eum diœceſi. 13.* & ibi Ioan. de Anan. *in 2. not. de vſur.* vbi iudex eccleſiaſticus, etiam nemine petente, poteſt inquirere contra vſurarium, & ipſum cõpellere ad reſtitutionem vſurarum. Idem tenet Abb. *in c. tuas. 11. in 2. notab. de vſur.* vbi plus dicit, quod nõ ſolum poteſt iudex cogere ad reſtitutionem vſurarum receptarum, verum etiam ante ſolutionem, poteſt ex officio impedire creditorem, ne recipiat, ſeu exigat: & hoc cauſa vitandi peccatum. Item tenet Ioan. de Anan. *in dict. c. tuas. in vlt. not.* gloſſ. *in c ex literis. 6. de ſponſa.* & Abb. *in c ad noſtram 6. el. 2. col. de iureiur.* vbi dicit de mente Innoc. quod iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra eum, quem habet ſuſpectum de vſura ad pœnitentiam imponendam, & erit vtile per cõſequentiam patri; quia non poterit imponi ſalutaris pœnitentia; niſi vſuræ reſtituantur patri. Idem tenet Baldus *in conſ. 183. in fin. 1. vol.* & Socin. *in conſil. 219. in 2. vol.* SECVNDO adducitur, † quod voluit Bald. *in l. ea quidem. 7. col antepen. verſ. item quæritur, an in ciuili, &c. C. de accuſ.* vbi dicit, quod in ciuili cauſa regulariter non proceditur per inquiſitionem, niſi contra vſurarium: & idem Bald. *in c. 1. § ſi tres. de pace tenend.* 2

TERTIO † adducitur dictum Abb. *in c præterea. 6. de vſur.* vbi dicit, quod vſurarius poteſt compelli ad reſtitutionem vſurarum, & ſi non reſtituit, poteſt excommunicari. QVARTO adducitur † dictum Petr. Philip. Corn. *in conſil. 19. in litera E & litera F. in 3. vol.* vbi dicit, quod crimẽ vſurarum eſt delictum punibile, & ſuper eo poteſt iudex procedere, tam per viam accuſationis, quam inquiſitionis: intelligendo de iudice eccleſiaſtico, præcedente fama, iuxta *c. qualiter, & quando de acc.* & plures bonas rationes allegat in d. conſ. & concludit, quod iudex vltra pœnas Lateranenſis Conſilii traditas, *in c. quia in omnibus. 2. de vſuris.* poteſt etiam imponere pœnã arbitrariam. 3 4

QVINTO, † adducitur nouiſſima diſpoſitio tradita in Regno, per *conſtitut. Vſurariorum.* quæ vult, quod crimen vſurarum ſit publicum, & quilibet de populo admittatur ad accuſandum: ergo ſaltẽ præcedente fama, quæ habetur loco accuſatoris, vt *d. c. qualiter & quãdo. 23. de accuſ. el. 2.* debet poſſe iudex procedere per inquiſitionem, ſicut in aliis quampluribus criminibus publicis procedit. Pro parte vero contraria, quod imo nullo modo procedi poſſit per inquiſitionem, adducitur primo; nam quantum ad iudicem ſecularem, qui habet ſequi ius ciuile, non poteſt procedere nec punire, † ex quo vſuræ de iure ciuili ſunt permiſſæ, & non prohibitæ, *l eos. 26. C. de vſur.* vbi Iuſtin. Imp. qui fuit vir Catholicus, permiſit vſuras. Et hoc tenet Bart. *in l. 1 col. 3. de ſum. Trin. & fid. cath.* & Card. *in Clẽ. 1. col. 2. in 2. qu. de vſur.* Phil. Dec. *in conſ. 160.* vnde fit lege permittente, non punitur nec inquiritur, *l. Gracchus 4. C. de adul. & l. illud. fin. ff. quod quiſque iuris.* ADDITIO. Quamuis vſuras ad modum legitimum de iure ciuili permiſſas aſſerat Author hic: quam opinionem dicit communiter 5 6

munem Alciatus *c.1.nu. 78. extr de eff.ordin.* Tamen cum Cæpol.*1.caut.25.* ſententiam contrariam, quod
7 etiam de iure ciuili Authenticorum vſuræ ſint prohibitæ, tenent communiter gloſſ. Legiſtarum: vt ait Imol. *in Clement.1.num. 8. de vſur.* quem refert Anan. *in c quia in omnibus.2 num.16. de vſur.* Albet. *in l. cunctos populos.1 num.15. C. de ſumma Trinit. & fide cathol.* Imol. *in l.1. col. 4 verſ. Et aduerte.1 ff. de ſolut.* K.L. SECVNDO,† quod ſaltem ad pœnam imponendam non poſſit inquiri, adducitur dictum Bald. & Salic. *in l improbum 20. C. de his, qui not. infam.* vbi † dicunt, quod vſurarius nullo modo poteſt criminaliter puniri, ex quo nulla lege cauetur; nam recipit vſuras de conſenſu ſoluentis Ioan de Anan *in c. quam perniciosum. colum. 4 de vſur.* & Phil. Dec. *in d. conſil. 170.* TERTIO,† adducitur; quia ſolum ius Canonicum introduxit quaſdam pœnas ſpirituales, contra vſura-
8 rium, quæ traduntur per Lateranenſe Concilium, *in d c. quia in omnibus.2. de vſur.* ET SVNT TRES. Prima, quod priuatur communione Altaris; nam non poteſt recipere corpus Chriſti, nec debet ſtare in Eccleſia, quando celebrantur diuina. Secunda; quia non debet ſepeliri in Eccleſia. Tertia; quia nō admittitur ad oblationes faciendas, vt *d c. quia in omnibus.2. de vſur.* & ibi per Abb. & Ioan de Anan. Vltra iſtas pœnas ſpirituales, non reperitur aliqua lege cautum, quod vſurarius puniatur criminaliter; ergo contra eum inquiri non poteſt: quia fruſtratoria eſſet inquiſitio, & non debet fieri, quod factū non releuat, *l. hac ſtipulatio 24. §. diuus.2. ff. vt leg. nom.*
9 *cau.* QVARTO† adducitur text. *in c. cum tu t.4. de vſur.* qui text. multum ſtringit in tribus locis. Primo enim dicit in princip. quod pœnæ inductæ per Lateranenſe concilium contra vſurarios habeant locum, donec vſuras reſtituant; ergo ſequitur, quod illis reſtitutis ceſſant pœnæ. Secundo pondero illum text. *in verſic. illi autem.* vbi dicit, quod vſurarii pauperes, qui vſuras reſtituere non poſſunt, non debent vlla pœna mulctari. Tertio, in fine *illius capit.* dicitur, quod reſtitutis vſuris liberantur vſurarii, tam à peccato; quam à pœna. Et ſic per *d.c.* quod tota vis iuris Canonici conſiſtit in faciendo reſtitui vſuras pro ſalute animæ, & ille, qui non poteſt reſtituere, non punitur aliqua pœna: nam ſi poſſet criminaliter puniri, ſi non haberet in ære, deberet luere in corpore, cum obligatio deſcendat ex delicto: vt habetur *in l. ſi quis id, quod 7. ff. de iuriſd omn. iudic & in l. quicunque.4. C. de ſeru. fugit.* ſed lex Canonica dicit expreſſe, quod nulla pœna puniatur, & idem, quando vſuras reſtituit, vt *d.c. cum tu t.4. in fin. de vſur.* QVINTO, adducitur auctoritas Phil. Dec. *in d conſil. 170.* vbi hoc tenet expreſſe per plures rationes. Pro ſolutione huius quæſtionis, facio DVO MEMBRA principalia. PRIMVM eſt; an iudex poſſit inquirere ex officio? SECVNDVM eſt; an poſſit aliquam pœnam irrogare criminalem ſaltem arbitrariam, ne delictū pertranſeat impunitum. ET pro habenda vera concluſione in vtroque membro oportet diſtinguere iura.† SVPER PRIMO MEM- 10
BRO, ſi quæris de iure ciuili communi: concedo hanc ſecundam partem, quod iudex ſecularis non poteſt inquirere, nec aliquo modo procedere, etiam per accuſationem, ex quo de iure ciuili vſuræ non ſunt prohibitæ; ergo non eſt crimen. Vnde nec per accuſationem, nec per inquiſitionem puniri poteſt, quod nō eſt delictum, per ea, quæ modo dixi in primo argumento ſecundæ partis ſi quæris de iure conſtitutionum Regni, ſecūdum quod iure eſt prodita pœna publicationis bonorum, vt *d. conſtitut. Vſurariorum.* & tunc dico, quod per accuſationem vniuſcuiuſq; de populo, etiam ſi ſuam iniuriam non proſequatur, poteſt iudex procedere; quia crimen eſt publicum, & hoc expreſſe dictat *d. conſtitut.* ſed per inquiſitionem ſpecificam nullo modo procedere poteſt. Primo; quia illa conſtit. hoc non permittit: vnde ſtamus regulæ iuris, quæ eſt, quod nemo ſine accuſatione damnatur, *l. reſcripto. 6. §. ſi quis accuſatorem 2. ff. de mun. & ho.* & ibi gl. & habetur *in l. ex lege.2 §. ſi publico. 5. ff de adult.* SECVNDO; quia alia conſtit. quæ incipit: *Hi, qui § de ſpecialibus.* prohibet ſpeciales inquiſitiones, niſi in certis caſibus, inter quos non numeratur iſte: ergo ſtamus regulæ, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, *l quæſitum 12. §. denique. 43 & ibi gl. ff. de fund. inſtruct & l cum de lanionis. 18. §. cui fundum in eod. tit & l. nam quod liquida. 4. ff. de pen leg* Si vero quæris de iure rituum magnæ curiæ Vicariæ? tunc eſt ſciendū, quod de hoc habemus in Regno duos ritus: Vnum, *in nu. 14.* qui incipit: *Item, quod nullus laicus.* quo cauetur, quod nullus admittatur ad accuſandum, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur: vnde corrigitur conſtitutio Regni in eo, quod admittebat quemlibet de populo ad accuſandum. Alius ritus eſt *in nu 15.* qui incipit? *Item, quod nullus admittitur, &c.* quo cauetur, quod iudex ſecularis non poteſt inquirere de vſuraria prauitate, niſi interueniat accuſatio in forma, adeo, quod non ſufficiat ſola denunciatio. Et ex prædicta diſcuſſione iurium remanet firma cōcluſio, quod iudex ſecularis nullo iure poteſt procedere per inquiſitionem contra vſurarium, niſi interueniat accuſatio eorum, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequuntur. Et hoc vltimum procedit in Regno, vigore dictorum rituum: & ita tenet Par. *in tract ſyndic in verſic. inquiſitio col. 3. verſ. & hodie in Regno ſunt ſublata, &c.* Si vero † quæris de 11
iure Canonico in curia eccleſiaſtica: & tunc concludo, quod iudex eccleſiaſticus indiſtincte poteſt procedere per inquiſitionem contra vſurarium manifeſtum, contra quem fama laborat, & iſta inquiſitio fit principaliter ad expurgandum peccatum, & reſultat ad cōmodum priuati: quia vſuræ receptæ reſtituuntur, & nunquam ſolutæ impediuntur ſolui, alias poteſt vſurarius excommunicari, ſi non paret mādatis iudicis eccleſiaſtici. Ita pcedant omnia iu-



ra

ta adducta *in 1. & 3. argumento primæ partis.* Item poteſt procedere ad imponendas illas pœnas ſpirituales, de quibus *in d.c. quia in omnib.* Et ratio eſt; quia de iure Canonico de omni crimine poteſt inquiri, fama præcedente, vt *d.c. qualiter, & quando. 2. el. 2. de accuſ.* & ibi Abb. & Doct. Et ita puto debere intelligi dictum Bald. *in d.l. ea quidem. 7. C. de acc. & in d.§. ſi tres.* quod fuit allegatum ſupra in 2. argumento primæ partis; quia de iure ciuili non poſſet procedere per rationem ſupra dictam: ſcilicet, quod ius ciuile non prohibet vſuras; vnde de neceſſitate intelligi debet de inquiſitione, quam facit eccleſiaſticus iudex, ad commodum priuati, & pro ſalute animæ ſubditorum: & ſic appellatur hæc inquiſitio in cauſa ciuili, vt dicit Baldus ibi. SVPER SECVNDO

12 MEMBRO PRINCIPALI † ſcilicet, an poſſit irrogari pœna criminalis contra Vſurarium? Dico, quod de iure ciuili communi, non eſt dubiū, quod nulla pœna irrogatur, ex quo lex ciuilis non prohibet vſuras, ſed de iure cōſtitutionum Regni irrogatur pœna publicationis bonorum, & ſupra dixi, per *d. conſt. Vſurarium.* & eſt ritus magnæ curiæ, *in nu. 15.* incipiens: *Item, quod nullus.* & alius ritus, *in nu. 113.*

13 incip. *Item, quod proc.* SED † totum dubium conſiſtit, quid de iure Canonico, an vltra pœnas illas ſpirituales poſſit iudex eccleſiaſticus irrogare vſurario aliquam pœnam criminalem arbitrariam? In hoc iſta duo conſilia repugnantia, videlicet conſil. Phil. *deciſ. 170.* vbi tenet, quod non; eo, quia nulla lege cauetur. Aliud conſilium contrarium eſt Per. Phil. Cor. *in conſ. 19. in 3. vol.* vbi per bonas rationes tenet, quod ſic: iſtam partem affirmatiuam tenet Iac. But. *in d. l. improbum 10. C. de his, qui not. inf.* aſſignat rationem; quia vſurarius exigendo vſuras, committit dolum,

14 ergo tenetur crimine ſtellionatus. ET HÆC † ſecunda PARS AFFIRMATIVA mihi videtur verior. QVAM CONFIRMO. PRIMO per tex. *in c. cum in diœceſ. 13. de vſur.* vbi probat, quod crimē vſurarum poteſt in iudicium deduci per viam accuſationis; ergo debet puniri aliqua pœna naturali conueniente illi delicto. Item vſurarius pluries delinquit. Primo enim DELINQVIT mutuando ſub vſuris: quia facit contra præceptum diuinum, & Canonicum, quod dicit: Mutuum date, nihil inde ſperantes, &c. *c. conſuluit de vſur.* ADDITIO. Ex diſpoſitione euangelica & diuina: Mutuum ſine ſpe lucri aut quæſtus conſtituitur, vt hic: quandoquidem, & de iure ciuili gratuitum eſſe debet, *c. conſuluit de vſuris.* ſi tamen vltra tempus conſtitutum debitor ſolutionem differat, poterit creditor vel ex cōuentione, aut promiſſione, aut ſpontanea ſolutione, ratione lucri ceſſantis vel damni emergentis aliquid ſupra ſortem licite recipere & exigere: vt eſt cōmunis interpretum vtriuſque iuris ſententia, quos vide apud Hartmannum Hartmanni German. IC. *pract. forenſ. lib. 2. tit. Miſcellaneorū. cap. 20.* Caſt. & Doct. *in l. non vtiq; 3. §. nūc. de off. vlt. ff. de eo quod certo loco.* Panorm. *in c. vlt. nu. 13. de vſur.* Alex. *conſ. 141. lib. 5.* Dec. *conſ. 39* K. L. Secundo DELINQVVNT vſuras recipiendo, quia tunc ſequitur ſuum malum propoſitum. Tertio, DELINQVIT vſuras non reſtituēdo, & omnes pœnæ inductæ per ius Canonicum tendunt contra hoc tertium delictum; ergo alia duo, ſi non punirentur, remanerent impunita, quod eſſet contra publicam vtilitatem, *l. ita vulneratus, 51. verſ. quod ſi quis. ff. ad leg. Aquil.* & hanc ponderationem facit Philipp. Corn. *in d. conſ. 19.* SECVNDO, pro † iſta parte adduco, quod iudex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa ſibi viſa poteſt coadiuuare Canones, addendo nouā pœnam, licet non poſſit totaliter ſtatuere contra Canones, gloſſ. eſt *in Clem. ne Romani. in verſ. illi.* & ibi Gard. *in prin. in 3. q. de elect.* Abb. *in c. licet. 1. col. 2. circa fi. verſ. aut ſubeſt ſtatutum, &c. de pœnis.* & Fel. *in c. irrefragabili. 13. §. cæterum, col. 2. verſ. limita hanc concluſionem, &c. de off. ord.* vbi dicit, quod poteſt addere nouam pœnam pecuniariam, & idem Fel. *in c. quod ſuper his. 9 in vlt. col. verſ. fallit ſeptimo, &c. de maior. & obed.* Vnde licet nō caueatur expreſſe per Canones, quod vſurarius puniatur criminaliter; tamen dico, quod Epiſcopus poteſt addere nouam pœnam coadiuuādo Canones, & punire ipſum arbitrio ſuo ad pœnam pecuniariam ex iuſta cauſa, ſcilicet, ne tale delictum pertranſeat impunitum, & vt alii vicarii capiant exemplum, & ceſſet formidine pœnæ à committendis vſuris: vt dicit text. *in leg. ſi operis 14. C. de pœn. & l. quicunque* § *5. vniuerſi. verſ. quod ſi fecerit. C. de hær.* Solent enim pœnæ exacerbari, vt alii capiant exemplum, *l. aut facta. 16. §. fin. & l. ſi quis aliquid. 38. § qui abortionis. 5. ff. de pœnis. & l. vt vnius. 1. C. ad leg. Iul. rep.* TERTIO HANC CONFIRMO; † quia hodie multum inoleuit vſurariorum temeritas, & inſtigante diabolo acrius exercent vſuras nonnulli Chriſtiani, quam Iudæi, & infideles; quo caſu propter delicti frequētiam eſt permiſſum iudici pœnas ordinarias augere, & nouas addere, textus eſt, & ibi Bart. *in princ. in d. l. aut facta. 16. §. fin. ff. de pœnis. & l. de abigeis. 1. in prin. ff de abigeis.* & text. cum gl. *in l. nemo deinceps. 3. in fi. C. de Epiſ aud.* Facit tex. *in l. hodie. 13. ff. de pœnis.* ſtante ergo vſurarum frequētia, eſt permiſſum Epiſcopo augere pœnas canonicas, & punire vſurarium ad ſuum arbitrium pœna competēti, per *d. l. hodie.* ADDITIO. Iudæi, vtrum de iure communi licite vſuras exercere poſſint? vide pro parte negante Curtium Iuniorem *in leg. eius, qui in prouincia. 41. poſt num. 5. ff. ſi certum petat.* vbi dicit, hanc eſſe ſententiam communem Alex. de Neuo. *conſil. 100. nu. 3. 9. & 15. conſil. 101. nu 14. & conſil. 102. nu. 13.* K. L. QVARTO; quia † iudex eccleſiaſticus poteſt, & debet pœnam irrogare, quæ magis timetur, cuius timoris ratione cenſendum eſt ipſum delinquentem forte à delinquendo ceſſaturum, gloſſ. eſt *in c. licet. 2. in gl. magna. circa fin.* & ibi Abb. *de pœnis.* text. *in c. quoniam frequēter. 5. in fi. & ibi gl. in verſ. magis timeri, &c. vt lite non cōteſt. gl. in c. de cauſis. 4. in verſ certa. in fin de of-*

15 16 17

*offic. del.* Fel. *in c. irrefragabili. 13. §. cæterum. colum. 1.* & ibi etiam Abb. *in 3. no. de off. ord.* vbi Abb. & Fel. de mẽte. Hoſt. videtur proprie decidere hunc caſum. Dicũt enim, quod iudex eccleſiaſticus pro crimine eccleſiaſtico, etiam contra laicum poteſt irrogare pœnam pecuniariam, ſi illa magis timetur, qua pœna ſpiritualis: ſed in nullo caſu poteſt magis conuenire pœna pecuniaria, quam contra vſurarium, qui peccat ex rabie auaritiæ. Vnde in eo, in quo deliquit, puniri debet, vt pœna ſit delicto conformis, *l. fugitiui. 3. C. de ſeru. fug. & l. ſancimus. 22. C. de pœn.* Ad quod habentes reſpectum Imperatores huius regni, impoſuerunt pœnam pecuniariam contra vſurarios, ſcilicet publicationis bonorum, vt ſupra dixi per *d. conſt. Vſurariorum.* Et ſemper eſt credendum, quod vſurarius nullam pœnam magis timebit, quam pecuniariam; quia ſemper auarus eget, &c. ex quo incœpit fabricare in gehennam, non curabit pœnas ſpirituales: vt tenet Abb. *in c. clericorum. 13. in fin. de vita, & hon. cler.* Vt ergo irrogetur pœna, quæ magis timetur, & delicto conueniens, dico, quod Epiſcopus poterit pecuniariam pœnam imponere, quam debet poſtea erogare ad fabricam eccleſiæ, vel in alium pium vſum, ne ipſe etiam de auaritia arguatur, ſecundum Abb. *in d. c. vt clericorum. 13 in fin. & in d. c. irrefragabili §. cæterum. de off. ordin. & in c. dilectus. de off. ordin. & in*
18 *d. c. licet. de pœn.* † Qvinto addvco; quia ius Canonicum appellat vſuras crimen, vt *d. c. quia in omnibus, & c. ſuper eo. de vſur.* Sed crimen dicitur omnis operatio mala, quæ poteſt accuſari, & puniri criminaliter in hoc ſeculo, *c. apoſtolus. 81. diſt. gloſſ. in cap. peccatum. de reg. iur. lib. 6.* & Felin *in c. teſtimonium. 54. colum. 3. de teſtib.* Et quod vſura ſit crimen apparet ex ordine titulorum, & rubricarum in decretalibus; quia poſt titulum de furtis, eſt immediate ſituatus titulus *de vſuris.* & dicit Abb. in continuatione rub. ibi, quod vſura eſt ſpecies rapinæ, & ideo continuatur in rub. *de furt.* hinc dicit Ioan. And. *in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6.* quod non reperitur maius malum, quam ſit vſura, & idem dicit Ioan. de Anan. *in c. plures. in fin. de vſur.* Si ergo eſt crimen, ſequitur conſequentia neceſſaria, quod debet aliqua condigna pœna puniri: nam impunitas parit auſam ad maius malum, & delicti multiplicationem, vt inquit
19 Seneca. Sexto; quia † omnis, qui delinquit contra prohibitionem legis, debet puniri pœna arbitraria, quando lex non ſtatuit aliam pœnam certam, ſecundum gl. & Bart. *in l. nemo martyres. 3. C. de ſacroſ. eccl.* gl. *in Clem. 2. in fin. in verſicul. ſanctioni. de vita. & hon. cle.* & Alex. *in add. ad Bart. in l. hodie. 13. ff. de pœn.* vbi dicit, quod venire contra præceptum legis, eſt pœna arbitraria. Sed committere vſuras, eſt facere contra præceptum legis; quia ſunt à iure prohibitæ, ergo vſurarius puniri debet pœna arbitraria: ex quo venit contra præceptum legis, *per prædicta,* & not. Bal. *in l. legis virtus 7. ff. de leg.* habetur per Abb. & Fel. & Doct. *in c. ſi quis. 2. de maio. & obe.* Septimo confirmo; quia quando caſus eſt dubius, † & ſunt opiniones
hinc inde, debemus in dubio ſequi illam opin. 20
quæ magis fauet publicæ vtilitati, & magis cohæret regulis iuris communis. Ita tenet Bart. & Doct. *in l. dotium. 1. in prin. ff. ſolut. mat.* ex tex. & ibi Bart. *in l. vnic. § hæc autem. fi. de cad. tol. C.* ad idem eſt tex. formalis *in l. hoc modo. 64. ff. de cond. & dem.* vnde hic ſtãtibus iſtis duabus opin. contrariis, magis fauet publicæ vtilitati hæc quæ tendit ad puniendum delicta, quam alia opin. quæ inducit impunitatem, & auget materiam delinquendi, ergo iſta opin. eſt tenenda. Et tanto magis hæc opin. procederet in iſto Regno, vbi vſuræ puniuntur criminaliter per conſt. Regni, & ſic quod deficit in pœna iudicis eccleſiaſtici, poteſt ſuppleri per ſecularem: vt tenet Gem. *in c. de vſur. lib. 6.* facit text. *in c. ſtatuimus. vnic. in fi. de maledic.* Vbi contra blaſphemantes ſtatuitur pœna pecuniaria, vltra alias pœnas ſpirituales. Non obstant ea, quæ in contrarium adducebantur, maxime, per
Phil. Dec. *in d. conſil. 170.* † Et primo, in quantum di- 21
cit, quod vſurarius petit vſuras ex conuentione, & voluntate partis; vnde nullam iniuriam facit volẽti; quia ad hoc de facili reſpondetur. Nam lex prohibens vſuras, prohibet eas recipi, etiam à ſponte ſoluente; quia is, qui ſoluit, non peccat, ſed tantum is, qui recipit: vt not. gl. *in c. debitores. 5. in verſ. reddere. de iureiur.* Vnde in materia vſurarum tota prohibitio legis eſt in recipiẽte, *c. conſuluit de vſur.* & propterea non conſideratur voluntas ſoluentis; quia ſemper recipiens venit contra præceptum legis, & ideo merito venit puniendus. Tanto magis, quia ſemper præſumitur debitor inuitus ſoluere, & ſoluendo vſuras videtur ſibi eruere oculum: dicit gl. *in l. 1. ff. de ſol.* & Bal. *in l. indebitas. 18. C. de vſur.* ſic in ſimili videmus in quolibet actu à lege prohibito, quod non excuſet voluntas partium, quin remaneat prohibitio, & ſortiatur locum pœna legalis, *l. non dubium. 5. C. de legib.* Non enim excuſatur adulter, ſi dicat ſe adulteraſſe de voluntate mulieris; dato enim, quod non offendat proximum propter eius voluntatem; tamen offendit Rempub. quia attentat actum à iure prohibitum, & pœnalem, Non obstat *d. c. cum tu. 4. de vſur.* † ponderatum in tribus locis;
quia totum loquitur de pœnis Lateranẽſis Concilii, 22
inductis ad reſtitutionem vſurarum ciuiliter tantum, vt patet ibi in princ. Et illud quod dicitur *in d. verſic. illi autem. &c.* quod ſi vſurarius eſt pauper, non punitur, confirmat hunc intellectum; quia ſi illæ pœnæ ſunt inductæ ad compellendum vſurarium ad reſtitutionem, ceſſante ſatisfactione, propter paupertatem, ceſſant etiam illæ pœnæ: & ſimiliter facta reſtitutione ceſſant: vt ibi dicitur in fine, quia ceſſat peccatum, quoad eum, & illæ pœnæ ſolum reſpiciũt animam, & correctionem peccatoris. Sed quatenus fuit offenſa Reſpub. per receptionem vſurarum, & patrationem delicti, requiritur alia ſatisfactio per pœnam criminalem, vt pluries fuit dictum ſuperius.

Vnde quia illa non eſt naturalis pœna delicti, nec ſufficiens, ſolum tendit in fauorem priuati, vt vſuras recuperet; dicendum eſt poſſe irrogari aliam pœnam ſufficientem arbitrariam, pro eo; quia fuit contrauentum præceptis iuris diuini & canonici, pro ſatisfactione Reipub. *l. licitatio alias locato. 9. §. quod illicite. ſ. de publican.* Et præſertim; quia, vt ſupra dixi, illæ pœnæ Lateran. Concilii puniunt ſolum delictum in non reſtituendo, & delictum in mutuando ſub vſuris, & in recipiendo commiſſum, remaneret impunitum, quod eſſe non debet, per prædicta. Et ex his apparet reſponſio ad tertium, quartum, & quintum argumentum ſecundæ partis. AD PRIMVM ARGVMENTVM ſecundæ partis pōt reſponderi per conceſſionem; quia fateor, quod iure ciuili communi non irrogetur aliqua pœna; ex quo ſunt prohibitæ, ſed per ius Canonicum, ita vt ſupra interpretatum, puniri poteſt vſurarius per Epiſcopum. AD SECVNDVM ARGVMENTVM ſecundæ partis reſpondeo, per reprobationem; & dico, quod omnes illæ auctoritates reprobantur, per alias auctoritates contrarias, & per rationes ſupra allegatas, & per ea, quæ dicit Per. Phil. Corn. *in d. conſil. 9. in 3. vol.* cuius dicta melioribus firmantur rationibus. AN † AVTEM
3 STANTIBVS INDICIIS in crimine vſurarum poſſit deueniri ad torturā: Soc *in conſil. 29 col. fi. in 2. vol.* tenet, quod ſic. Idem tenet Ioan. de Anan. *in c. quia in omnibus col. 4 de vſur.* tamen in Regno puto, quod hoc non procederet; quia tormenta irrogantur ſolum in delictis imponentib. pœnam vltra relegationem, vt in in conſtit. Regni. q̃ incipit *Tormenta.* Sed pœna publicationis bonorum, quæ irrogatur vſurario, no cenſetur vltra relegationem. Ita tenet Par. *in tract. ſynd. in ver. tortura, incip. an in cauſa pecuniaria, &c.* Et hoc remanet expedita iſta ſubtilis quæſtio. *Laus Deo. Rob. Mar V. I. D.* ADDITIO. De hac quæſtione vide quæ paucis Author attigit ſupra *in ſpeculo aureo, parte. 6. in princ. num. 126. & ſeq. K. L.*

## DISPVTATIO VI.

### Si præſentatur primo inſtrumentum ciuiliter ſuper aſſiſtentia, an lite pendente poſſit criminaliter præſentari ſecundum formam ritus magnæ curiæ, an vero obſtet exceptio litis pendentiæ.

SVMMARIA.

1. *Cauſa cœpta ciuiliter an poſſit lite pendente inchoari criminaliter vigore inſtrumenti, an vero obſtet exceptio litis pendentiæ.*
2. *Executio inſtrumenti, & ſententiæ æquiparantur.*
3. *Exceptio litis pendentiæ an obſtet contra executionem inſtrumenti*
4. *Actor habens plura remedia executiua, an vno intētato, præiudicat ſibi in alijs.*

*Clauſula; quod electa vna via alia non tollatur; quid operetur in inſtrumento.*

*Notarius cenſetur rogatus, vt apponat clauſulas conſuetas in inſtrumento.*

*Clauſula qualibet in inſtrumento poſita debet aliquid operari.*

4 *Actione hypothecaria intentata, an poſſit lite pendente agi actione perſonali.*

*Cumulatio actionis hypothecariæ & perſonalis an fieri poſſit, num. 30.*

*Sententia lata ſuper actione hypothecaria præiudicat ſuper actione perſonali.*

5 *Agens via ciuili an poſſit pro eadem re agere criminaliter.*

6 *Procurator non admittitur etiam ad media, quando præſentatur inſtrumentum ſecundum formam ritus.*

7 *Debitor ſuſpectus poteſt capi, etiam lite pendente.*

8 *Inſtrumentum operatur, vt debitor poſſit carcerari, & debet dicere cauſam in vinculis.*

*Inſtrumentum, & contractus in quo differant.*

*Inſtrumenti executio an impediatur per exceptionem quod metus cauſa, vel doli. num. 11.*

9 *Iuramentum in contractu meticuloſo ſeruari debet, niſi petatur abſolutio.*

10 *Spontanea voluntas an probetur per illam dictionem, ſponte, appoſitam in inſtrumento, n. 35*

*Verba Notarij ſtipulantis cenſentur proferri de voluntate contrahentium.*

12 *Fideiuſſionis contractus duas producit obligationes.*

*Fideiuſſionis contractus dicitur damnoſus pro fideiuſſore, adeo, quod per hoc cenſetur dilapidare bona ſua eo ipſo, quod fideiubet.*

*Maritus fideiubens dicitur vergere ad inopiam, & vxor repetit dotem.*

15 *Contractus celebratus inter Officialem, & ſubditum eſt nullus, & præſumitur factus per metum, & impreſſionem, ſi eſt damnoſus ſubdito.*

16 *Officialium ſola preces erga ſubditos inducunt iuſtum metum.*

17 *Metum iuſtum inducit ſolus vultus terribilis Officialis.*

*Præſumitur in dubio contra Officiales indebita ſeruitia extorquentes.*

18 *Inſtrumentum quando extrahitur in forma publica, debet interuenire conſenſus creditoris, & debitoris pariter.*

19 *Fides hoſti ſeruanda non eſt.*

20 *Cauſa præoccupata per maiorem Iudicem non poteſt ventilari coram minori.*

*Præuentio ſeu præoccupatio iuriſdictionis fit per ſolam citationem*

21 *Cauſa ſi eſt delegata per Principem, cenſetur quo ad illam ſublata omnis poteſtas Ordinario, & proceſſus per eum factus ſuper ea nullus.*

22 *Citatio obtenta, non facta mentione de litis pendentia, dicitur ſurreptitia.*

*Cauſa*

*Cauſa deuoluta ad curiam Principis, non poteſt inde extrahi ſine licentia Principis, alias nihil valet, quod agitur.*

23 *Litis pendentia coram vno Iudice impedit eam agitari coram alio.*

24 *Agens via ordinaria, cenſetur renunciare extraordinaria executiua.*

25 *Inhibitio facta iudici operatur, vt proceſſus poſtea per eum factus ſit nullus.*

26 *Praeuentionis exceptio eſt declinatoria.*

27 *Inſtrumentum guarentigiæ, an æquiparetur ſententiæ.*

28 *Contumax poteſt pluribus remediis coerceri.*

29 *Inſtrumentum quando eſt nullum, omnes clauſulæ in eo contentæ ſunt nullæ.*

30 *Actio hypothecaria quando cumulatur cum actione perſonali, debet fieri coram eodem Iudice.*

*Cauſæ continentia quando diuidi non debet, non valet proceſſus coram diuerſis iudicibus.*

31 *Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, an, & quando fieri ſoleat.*

32 *Procurator in criminalibus tunc non admittitur, quando diſcutitur cauſa principalis: ſecus quando opponit declinatoriam, vel nullitatem libelli, vel calumniam aduerſarii.*

*Calumnia habetur loco libelli inepti, & poteſt ex officio repelli per Iudicem.*

33 *Exceptio nullitatis oriens ex inſtrumento, non cenſetur ſublata per ſtatutum tollens omnem exceptionem.*

*Idem de exceptione inhabilitatis perſonæ.*

*Creditoris appellatio in ſtatuto intelligitur de efficaci*

34 *Iuramentum metu extortum in actu à iure prohibito non obligat.*

35 *Clauſula,* ſponte, &c. *cenſetur metu extorta in contractu meticuloſo.*

*Notario non creditur de his, quæ conſiſtunt in animo contrahentium.*

36 *Velle non dicitur qui per metum vult.*

ILLVSTRIS dominus Viceſrex ciuitatis Neap. & locum tenens generalis huius Regni, fuit aditus per ſupplicationem cuiuſdam actricis, vt deberet ſibi miniſtrare iuſtitiam contra quendam ſuum debitorem vigore inſtrumenti præſentati ſuper aſſiſtentia ciuiliter, contra bona debitoris, fuit cauſa commiſſa in ſacro conſilio vni ex Regiis Conſiliariis, vt iuſtitiam faceret, in ſacroque conſilio referret. Coram quo regio commiſſario fuit fabricatus proceſſus vſque ad publicationem incluſiue, & per debitorem fuit plene probatum in defenſionibus, quod promiſſio, & obligatio inſtrumentalis, quæ erat ducatorum mille, fuit extorta per metum & impreſſionem ſuperioris. Demum, lite pendente in ſacro conſilio, præfata actrix præſentauit illud idem inſtrumentum in magna curia vicariæ criminaliter, ſecundum formam ritus, & fecit capi debitorem; opponitur de litis pendentia in ſacro conſilio, & quod cauſa fuerat occupata per ſuperiorem iudicem, quæritur, an dicta exceptio impediat viam criminalem, vt à debito debeat liberari, & procedi in cauſa cœpta in ſacro conſilio?

ET PRIMO PRO PARTE † NEGATIVA, quod d. exceptio litis pendent. non obſtet, imo quod procedi poſſit criminaliter, adducitur: quia executio ſententiæ, & executio inſtrumenti habens executionem paratam, æquiparantur. Ita dicit Bart. *in l. cum vnus. 12. in fin. illius princ. ff de bon. auth. iud poſſ.* Bald. *in l. fin. colum. 2. C. eod.* & Lud. Rom. *in conſil. 76. colum. 2.* Sed quando fit executio ſententiæ non impeditur per exceptionem litis pendentiæ, ſecundum Innocen *in c. cum in iure. 31. de offic. deleg.* & Ludouic. Roman. *in d. conſil. 76. in fin. verbu.* Ergo minime debet retardari executio inſtrumenti, cuius vigore poteſt deueniri ad capturam perſonæ, auctoritate dicti ritus, ſicut per inſtrumentum guarentigiatum, vt not. Bart. *in l. Titio centum. 71 § 2 de cond & demonſt* Innoc. *in c. ex reſcripto. 9 de iureiur* Alex. *in addit. ad Bart. in d l. cum vnus.* & Lud. Rom. *in conſil 133. col. 1.* Quia ergo per ritum magnæ curiæ inſtrumentum habet executionem paratam, non poterit opponi litis pendentia. 1

SECVNDO; quia † quando actor habet plura remedia executiua contra reum, vno intentato non præiudicatur ſibi quo ad alia. Vnde ſi actor habuit poſſeſſionem bonorum, poteſt etiam recurrere ad capturam perſonæ, donec ſibi ſatisfiat. Ita tenet Bar. *in l. conſentaneum. 8. col. fin. C. quomodo, & quando iud.* Bald. per illum text. *in l. qui legati. 5 C. vt in poſſ. leg. per l. 1. §. quid ergo. 3. ff. de ven inſp. & in l 2. in fin. C. de reſt. mil.* & habetur *in c. quoniam frequenter. 5. final. vt lite non conteſta* nec pendentia litis ſuper vno videtur poſſe ſuper alio præiudicare, vt not. Iaſ. *in l nulli. 10. colum. 3. in 6. fallentia. C. de iudic.* vnde licet intentauerint viam executiuam ciuiliter ſuper aſſiſtentia, ſcilicet procuratoris dictæ actricis, non debet talis pendentia litis impedire aliud remedium executiuum contra perſonam, donec integre ſatisfiat, per prædicta. 2

TERTIO; quia † in inſtrumentis communiter apponuntur illæ clauſulæ: videlicet, quod creditor poſſit præſentare inſtrumentum ciuiliter & criminaliter, quod electa vna via alia non tollatur: ergo cenſetur data poteſtas creditori, quod poſſit redire ad criminalem cauſam, ſecundum formam ritus, non obſtante prima via ciuiliter electa. Cum quælibet clauſula, & omne verbum in inſtrumento appoſitum, debeat aliquid operari, vt dicit Bald. *in rubric. C. de contrahen. emp. in 9. quæſt.* gloſſ. *in c. ſolitæ 6. in verſic. tanquam, de maio. & obed.* Iaſ. *in l. 2. §. creditum, in fin. ff. ſi certum petat* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 359. col. 1. in 4. volum.* Et Notarius ſemper cenſetur rogatus, vt apponat iſtas clauſulas conſuetas, *l. final. & ibi Bald C. de fideiuſſ.* Bald. *in l. ſi quis ſub conditione.* 3

*dit. one. 7. in fin. ff de cond. inſt. & in l. huiuſmodi. 84. in princ. ff. de legat. 1.* Alexand *in conſil. 89. col. pen. 3 volum.* & Iaſ. *in l. certi condictio. 9. §. ſi nummos. 8. colum. 5. ff. ſi certum petat.*

4 QVARTO; quia quando eſt intentata † actio hypothecaria, poteſt actor etiam pendente iudicio intentare actionem perſonalem contra eundem debitorem; & hoc eſt ſpeciale in iſtis duabus actionibus; quia poſſunt cumulari, tam in eodem libello, quam in diuerſis, tam in eodem tempore, quam diuerſo, non obſtante, quod ſententia lata ſuper vna, pariat exceptionem rei iudicatæ ſuper alia. Ita tenet Bart. *in l. edita 3. col. 4. in fin. C. de eden. & in l. fundum 16. ver. opp. extra gloſſ. de except.* per text. *in §. ſed neque in Auth. de fideiuſſ. Nou. 4. in l. mulier. 19. ff. qui po. in pig. hab* & Paul. de Caſt. *in conſil. 448. in 1. col. in 2. volum.* Sed in propoſito, licet dicti actores ſeu procuratores actricis primo egerint actione hypothecaria, intentando aſſiſtentiam, poteſt nihilominus, pendente illo iudicio, intentare actionem perſonalem dicta actrix præſentando perſonaliter inſtrumentum ſecundum formam ritus contra eundem debitorem. Pro hoc videtur caſus *in l. 2. & l. omiſſis. 17. C. de fideiuſſ.*

5 QVINTO; quia, † quando ex eodem facto oritur duplex modus agendi, vnus ciuiliter, & alius criminaliter non ad vindictam principaliter, ſed circa perſecutionem rei familiaris; tunc intentata via ciuili, pōt etiam agi via criminali: quia vna per aliam non tollatur. Caſus eſt *in l. ex morte. 3. C. ad leg. Aquil. & in l. prætor. 2. §. 1 ff. vi bon. rapt.* ſed dicta actrix egit primo ciuiliter, vnde poteſt nunc agere criminaliter præſentando inſtrumentum ſecundum formam ritus; quo caſu dicitur cauſa criminalis propter periurium, vt habetur *in decis. 64. conſil. Neap.* & ſic exceptio litis pendentiæ ſuper cauſa ciuili non potuit ei præiudicare in criminali, pro hoc eſt text. cum gl. *in l. de fide. 16. C. ad leg. Corn. de fal.*

6 SEXTÒ; quia † dicta litis pendentia fuit allegata per procuratorem, & quando præſentatur inſtrumentum ſecundum formam ritus non admittitur procurator, etiam ad media: vt dicit ritus magnæ curiæ, & habetur *in d. decis 64. conſ. Neap.* & ſic nō debet obſtare litis pendentia: cum non fuerit allegata per legitimam perſonam.

7 SEPTIMO: quia † etiam lite pendente licitum eſt creditori impetrare capturam debitoris ſuſpecti, licet ab initio ipſum capi facere noluerit, ſecundum Angel *in l nemo carcerem, 2. circa med verſic. item quæro, quid ſi lite pendente, &c. C. de exact. tribut. lib.* 10. & Alexan. *in conſil. 106. colum. final. in princip in 5. vol* quia ergo per dictam nouam præſentationem inſtrumenti, ſecundum formam ritus intenditur ad capturam debitoris, ſequitur, quod lite pendente fieri potuit.

8 OCTAVO: quia † ritus magnæ curiæ fundat ſe ſuper inſtrumento, videlicet, quod quando de debito apparet per publicum inſtrumentum, ſtatim debitor carceratur, & debet dicere cauſam in vinculis: vnde non habet obſtare exceptio, quod interuenerit metus, ſeu impreſſio; quia iſta exceptio reſpicit contractum debiti, non autem inſtrumentum, quod conſiſtit in ſolemnitatibus, ſcilicet, in interuentione iudicis, Notarij, & teſtiū, & in ſubſcriptione, ſigillo, anno, die, menſe, inuocatione nominis Domini, & in alijs ſolemnitatibus: contractus vero conſiſtit in ſubſtantia negotii: vnde ſi ex contractu meticuloſo fiat inſtrumentum, debet habere executionem paratam; quia non eliditur per iſtam exceptionem, quæ non reſpicit inſtrumentum, ſed contractum: ita notanter tenet Bartol. *in l. 1. §. & parui. 2. ff. quod vi aut clam.* quem refert & ſequitur Petrus Philip. Corn. *in conſil 341. colum. 3. in litera H in 3. volum.* & tenet. Bal. *in l. 1. colum. fin. C. plus vale. quod agit.* vbi diſtinguit: vnde ſequitur, quod dicta exceptio metus non habet impedire executionem inſtrumenti.

NONO; quia † in dicto inſtrumento interuenit iuramentum, quo caſu etiam ſi extaret metus, non 9
poteſt debitor contrauenire, niſi primo faciat ſe abſolui à iuramento, *c. ſi vero. 8. de iureiur. c. ad aures. 3. & ibi not. extr. quod metus cauſa.* vnde dictus debitor citatus, ſuper tenore inſtrumenti, opponendo exceptionem metus, non debet audiri, tanquam periurus; cum non ſit abſolutus.

DECIMO; quia † in dicto inſtrumento dicitur quod dicti fideiuſſores ſponte & voluntarie fideiuſ- 10
ſerunt, per quæ verba excluditur probatio metus; quia vbi eſt conſenſus, & ſpontanea voluntas, ceſſat præſumptio metus; cum ſint duo contraria, quæ non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, *l. 1. C. de fur.* & omnia verba, quæ profert Notarius, cenſetur proferre de voluntate contrahentium; quia debet contradicere ille, cui verba diſplicent. Ita dicit Bald. *in l. mater. 3. verſ. quid. ergo. ſi tabellio C. de rei vend. & in l. 1. col. fin. C. de priu dot.* Cum igitur hic agatur contra vnum ex fideiuſſoribus inſolidum, qui ſe ſponte obligauit, ſequitur, quod ceſſat exceptio metus per prædicta.

VNDECIMO; quia † quando inſtrumentum habet executionem paratam vigore ſtatuti, non admittitur contra tale inſtrumentum exceptio doli, vel metus ad impediendam executionem; ita tenet Ang. *in conſ. 234 incip. viſis ſtatuto, & cōtractu, &c. col. pen. verſic. ſed licet.* Sed certum eſt, quod vigore dicti ritus inſtrumentum habet paratam executionem: ergo exceptio metus eam non impedit.

Pro parte † vero contraria adducitur. Et præſuppono PRIMO, quod ex contractu fideiuſſionis 12
DVÆ ORIVNTVR ACTIONES, ſeu obligationes. VNA videlicet, quæ contrahitur inter fideiuſſorem, & creditorem, quæ eſt ex ſtipulatione, *l. blandius 12. C. de fideiuſſ.* ALIA eſt quæ contrahitur inter fideiuſſorem, & reum principalem, quæ eſt obli-

gatio

gatio, & actio mandati, *l. rogatus.33.l.qui fide.53.l.ſi remunerandi.6. §. ſi paſſus. 2. ff. mand. l. mandati.14. & ibi gloſſ. C. de fideiuſſ. & Inſtit. de fideiuſſ. §. ſi quid. autem 6.*

13 Secvndo, præſuppono, † quod contractus fideiuſſionis eſt contractus oneroſus, & damnificatiuus, adeo, quod ex eo nullum lucrum ſperetur, in tantum, quod ille, qui fideiubet, cenſetur dilapidare bona ſua: & hæc eſt cauſa ſufficiens, vt vxor poſſit conſtante matrimonio repetere dotem à marito ſuo, ſecundum Ang. *in l. in perſonam, 30. §. 1.* & ibi etiã Iaſ. *ff. de pact.* Alex. *in l. ſi conſtante. 24. colum. 7 ff. ſolut. matrimo.* pro hoc eſt text. *in l. 3 §. ſi ſi.ius ff. de lib. & poſthum.*

14 Tertio præſuppono, quod † Domini temporales, vt ſunt Duces, & Marchiones, Comites, & eorum Vicarii, cenſentur Principes in ſuis terris, & habent illam poteſtatem in ſuis terris contra ſubditos, quam habet Imperator in toto Regno; maxime quando habent regalia, prout omnibus Baronibus huius Regni, vt plurimum conceſſa ſunt. Ita tenet Lud. *in conſil. 95.* Pet Phil. Corn. *in conſil. 20. col. 1. & 2. in 1. vol.* Angel. *in conſil. 217. col. 2. in fin. & 3.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 34. col. 3. in 2. vol.*

His præsvppositis, dico pro parte contraria, quod dictum inſtrumẽtum in cauſa, de quo quæritur, non meretur executionem; & præſertim; quia probatum eſt de metu, & impreſſione ſuperioris.

15 Et Primo, † pro iſta parte adducitur, quod Officiales prohibentur in illa prouincia, quam regunt, contrahere cum eorum ſubditis, & contractus eorum maxime quando tendunt in læſionem ſubditorum, ſunt inualidi, *l. 1. C. de contr. iud.* & habetur *in l. fi. C. de reſc. ven. & in l. principalib. 33. ff. ſi certum petat.* & hoc ſine dubio procedit, ſcilicet, quod tales contractus ſunt nulli, quando fiunt metu, & per impreſſionem ſuperiorum, ita vt non ſit neceſſe intentare actionem, quod metus cauſa, ad reſcindendum, ſecundum Bald. *tit. de pace Conſt. in verſicul. pactiones. & in verſic. pro infectis.* Iaſ. *in §. quadrupli, colum. 9. Institut. de act.* & Paris *in tractat. ſyndic in 15. chart. colum. 1* Hinc dicit Bald. *in l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccleſ.* quod contractus celebratus cum tyranno per ipſius impreſſionem non valet; præſumitur autem factus per impreſſionem, quando ſubditus cum eo contrahens, læditur enormiter, & illud dictum ſequitur Alexand. *in l. ſi per impreſſionem. 11. C. quod met. cauſ.* ſed dictus contractus fideiuſſ. fuit celebratus inter ſuperiores, & eorum ſubditos, & per eorum iuſſum; quia ipſi ſuperiores fuerunt Rei principales, & iuſſerunt dictis fideiuſſoribus ſubditis, quod pro eis fideiuberent, & ita fideiuſſerunt: certe ex tali iuſſu facto per ſuperiores vna cum contractu oneroſo ac damnoſo, prout eſt contractus fideiuſſionis, vt ſupra dixi, ſatis probatur impreſſio & metus. Nec obstat *l. ad inuidiam. C. quod metus. cauſ.* vbi dicitur, quod ſola dignitas Officialis non ſufficit ad inducendam præſumptionem metus; quia illud procedit in Officiali non habente iuriſdictionem. Ita intelligit Bart *in l. aufertur. 46. §. quod à præſide. 2. ff. de iure fiſc.* & Alex. *in d. l. ſi per impreſſionem.* Item ibi non interuenit metus ſeu impreſſio, ſecundum Bart. *in l. ſi per impreſſionem.*

Secvndo; quia non ſolum iuſſus, † imo ſolæ preces ſuperiorum Officialium inducunt iuſtum metum, quando Officialis eſt talis, qui ſolet ſæuire in ſuos ſubditos, ſecundum Abbat. *in c. inſinuante 7. in fin. & ibi glo. qui cler. vel vouent.* Abb. *in c. 2. colum. 1. quod met. cauſ.* & Alex. *in conſil. 16. colum. pen. in 3. vol.* & ita intelligitur, quod not. *in l. 1. ff. quod iuſſu,* gloſſ. *in Clem. 1. in verſic. exhortamur, de teſtib.* & And. de Iſern. *in c. ſi quis miles, de feud. ſine culp. non amittend.* Vnde à fortiori, iuſſus debet inducere metum, & ſic dictus contractus non valuit, vt habetur *in deciſ. 69. conſil. Neapol.* 16

Tertio; quia † ſolus vultus terribilis Poteſtatis inducit iuſtum metum. Ita dicit Ioan. Andr. *in nouell. in c. quia propter, de elect. in pen. colum.* Bald. *in c. 1. §. iniuria, col. pen.* Bal. *in c. 1. §. iniuria, col. pen. de pace iura firm.* & Iaſ. *in l. de pupillo. 5. § ſi quis prætori. 7. colum. 8. ff. de oper. no. nunc.* Item indebita ſeruitia extorta per Principes à ſubditis; præſumũtur extorta per metum, ſecundum Ioan. And. *in c. 1. de præſcr. lib. 6 in nouel.* Bald. *in tit. de pace Conſtan. in verſic. pactiones,* & in dubio hoc præſumitur contra Poteſtates, ſecundum eum, *l. nolimus. 22. C. de teſtam. & l. qui per potentiam. 10. C. de omni agro. deſer. lib. 11.* Vnde idem eſt dicendum in dicta fideiuſſione; cum ſit indebite extorta per ſuperiores Officiales, & Barones in damnum ſubditorum. 17

Qvarto; quia † inſtrumentum dictæ fideiuſſionis non fuit exactum de voluntate fideiuſſorum: nam in extrahendo inſtrumento debet creditor, & debitor conſentire, & non ſufficit ſolus creditor. Ita tenet Alex. *in conſil. 90. incip. Eximie Doctor, &c. in 2. vol.* Abb *in c. 1. colum antepen. & pen. de fide inſtrumen.* & Bald. *in rub. C. de fide inſtrum. col. 3.* vnde non debet habere executionem. 18

Qvinto; † quia proponitur, quod fideiuſſores tempore contractæ obligationis erant hoſtes publici, cum dicta actrice: vnde cum ſint perſonæ priuatæ, non tenentur ſeruare fidem hoſti, ſecundum Bar. Iaſ. & Dd. *in d l. conuentionem. 5. ff. de pact.* & Bart. *in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* 19

Sexto; quia cauſa fuit † prius occupata per Illuſtriſſimum Viceregem generalem, per quem fuit delegata in ſacro conſilio, vt ſupra: vnde pendente lite in ſacro conſilio, & ſic coram maiori iudice non potuit dicta actrix adire magnam curiam vicariæ, & ſic iudicem minorem pro eadem cauſa. Ita tenet Bald. *in l. 2. §. 1. ff. ſi quis caut.* Bald. *in l. ſenatus. 5. in fin. C. qui accuſ. non poſſ. in authen. ſed nouo iure, colum. 8. C. de ſer. fugit.* & habetur per Felin. *in c. ex tenore. 16. colum. 8.* 20

*de reſcript.* & hæc præuentio iuriſdictionis fit per ſolam citationem, *c. propoſuiſt.* 19. & ibi Abb. *de foro com. & Clem. fin. vt lite pend.* multo fortius hic, vbi in ſacro conſilio fuit proceſſum vſq; ad publicationẽ incluſiue, facit text. *in l. vbi cœptum.* 30. *l. ſi quis poſtea.* 7. & ibi Bald. *ff. de iud.*

21 Septimo; quia ex quo dictus † Princeps aduocauit ad ſe cauſam, & illum delegauit, cenſetur ſuper illa ſuſtuliſſe omnem iuriſdictionem cuicunque Ordinario inferiori, caſus eſt *in c. vt noſtrum.* 55. & ibi Abb. & Phil. *de app.* in tantum, quod proceſſus factus per inferiorem eſt nullus tanquam factus à priuato, vt ibi habetur. probatur *in l. iudicium ſoluitur* 58. *ff. de iud.* & ex ipſo, quod Princeps delegat cauſam alteri, cenſetur ad ſe illam aduocare, ſecundum Bal. *in c. ad hoc, colum. 4. de pace iuram. firm.* Pro hoc eſt text. *in c. paſtoralis. § præterea.* & ibi per Fel. *de off. deleg.* & Fel. *in c. quoniam Abb. in fin. eod. tit.* Iaſ *in l. more maiorum.* 5. *col. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* & Imol. *in l. ſi expreſſim.* 19. *ff. de appellat.* & Ludouic. Rom. *in conſil.* 330. *colum.* 1. *& conſil.* 335. & Bald. *in l. ſi vt propoſuis.* 4. *la* 1. *colum.* 33. *verſic. quæro, Papa, &c. C. quomod. & quand. iudex.* vbi plus dicit Bald quod etiam mortuo delegato Principis in tantum cenſetur cauſa aduocata, quod non reuertitur ad Ordinarium, ſed ad ipſum Principem occupantem.

22 Octavo; † quia emanauit citatio à magna curia, quæ fuit obtenta, nulla facta mentione de litis pendentia in ſacro conſilio, & ſic fuit ſurreptitia, & inualida, ſecundum Felin. *in c. ſuper litteris.* 20. *colum* 9. *& in c. cæterum.* 3. *colum.* 2. *de reſcript.* Ludouic. Roman. *in conſil.* 330. & idem Fel. *in d. c. ad audientiam.* 11. *el.* 2. *colum.* 17. *in* 6. *fallen. de reſcript.* vbi decidit caſum noſtrum, concludens, quod quando cauſa eſt deuoluta ad curiam Principis, non poteſt inde extrahi ſine certa ſententia Principis, alias commiſſio cauſæ alibi non dicitur ſurreptitia, & non valet, ſecundum eum.

23 Nono; quia † exceptio litis pendentiæ coram vno iudice, impedit litem agitam coram alio iudice, vt plene declarat Soc. *in conſil.* 58. *in* 1. *volum.* & habetur per Alexand. *in l. nulli.* 10. *C. de iud.* & Bald. *in c.* 3. *in fin. de controuerſ. feud. apud pares.* maxime quando ſententia lata ab vno, parit exceptionem rei iudicatæ coram alio, ſecundum eum, prout eſt hic: & ita habetur *in deciſ.* 254. *conſ. Neapolita.* per Matthæum de Afflict.

24 Decimo; † quia quando actor habet duas vias agendi, vnam ſcilicet ordinariam, & aliam extraordinariam, & executiuam, intentando ordinariam, cenſetur renunciare extraordinariæ, ita tenet gloſſ. *in l. proinde.* 25. *§. notandum, in gl. fin. in fin. ff. ad leg. Aq.* & colligitur ex dictis Lud. Rom. *in conſil.* 133.

25 Vndecimo; quia † ſacrum conſilium inhibuit magnæ curiæ, quod ſe in cauſa non intromittat, ex quo pendit in ſacro conſilio, quod potuit, ſecundum Bald. *in l.* 1. *in fin. C. quomodo & quando iudex.* quo caſu ſi inferior inhibitus, procedit ad aliquem actum eſt proceſſus nullus, ſecundum Franc. de Aret. *in conſil.* 75. *in princ.*

Dvodecimo; † quia exceptio præuentionis eſt declinatoria; quoniam per eam declinatur iuriſ- 26
dictio tanquam incompetens, ſecundum Bal. *in auth. ſed nouo iure col.* 3. *C. de ſeru. fug.* vnde ſtante præuentione Principis, & exceptione declaratoria oppoſita, dicta magna curia fuit effecta incompetens, & per conſequens omnia per eam actitata ſunt nulla, vt tot. tit. *C. ſi à non comp. iud.* & per ea quæ habentur *in l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non ier.*

Pro ſolutione in caſu, de quo quæritur, adhæreo huic ſecundæ parti, per rationes modo adductas pro iſta parte. Supereſt ſolum reſpondere ad argumenta in contrarium adducta pro prima parte. Vnde Non obstat primum argumentum; quia licet dicatur, † quod inſtrumenta guarentigiæ ha- 27
bent vim ſententiæ; non tamen per omnia æquiparantur ſententiæ, & eius executioni: quod patet; quia contra executionem ſententiæ non poteſt opponi exceptio peremptoria, ſed contra executionem inſtrumenti ſic, ſecundum Bal *in l. peremptorias* 2. *colum.* 3. *C. ſent. reſcind. non poſſ.* & eſt ratio; quia in inſtrumento nulla præceſſit lis: vnde non potuit exceptio opponi, iſtud magis in terminis tenet Alex. *in l.* 4. *§. condemnatum.* 6. *col.* 4 *ff. de re iudic.* vbi proprie loquitur de exceptione litis pendentiæ, quæ poteſt opponi contra executionem inſtrumenti, allegat Fed. de Senis *in conſil.* 126. *incip. in quæſtione domini Ioan. Pauli, &c.* Præterea poſito, quo æquipareotur, nos videmus, quod quando cauſa eſt legitime deuoluta ad ſuperiorem per remedium appellationis, obſtat litis pendentia ad impediendum executionem, vt toto tit. *de app.* ergo eodem modo, quando quis deuoluit legitimè cauſam ad ſuperiorem, debet obſtare litis pendentia contra executionem inſtrumenti.

Non obstat ſecundum argumentum; quia loquitur † contra contumacem; nam contra eum 28
poteſt iudex plurib. remediis vti ad ipſum conuincendum, ſed nos ſumus in eo, qui ſe legitime defendit. Præterea licet ſecundum remedium in caſu noſtro ſit executiuum ſecundum formam ritus; tamen primum fuit ordinarium ſuper aſſiſtentia; quia ipſa actrix dicit in libello ſuo volens vrbanius agere, venit per viam iuris, &c. Item illud contrarium procedit, non in eodem iudice, non in diuerſis, vt fuit hic, & maximeque quia cauſa erat præuenta per Principem. Ita ſentit Iaſ. *in d. l. nulli.* 10. *in* 6. *fallentia, C. de iud.*

Ad tertivm argumentum reſpondeo, † quod in dicto inſtrumento non ſunt dictæ clauſulæ, ex 29
quo fuit extractum à protocollo Notarii mortui, prout iacet. Præterea; quia inſtrumentum eſt nullum, vt ſupra fuit probatum per rationes adductas pro hac ſecunda parte ratione metus, ſimiliter &

omnes

omnes clauſulæ in eo contentæ ſunt nullæ, vt not.
Lud. Roman. *in conſil. 42. col.* præterea dato, quod v-
na per aliam non tollatur, aut ſuſpendatur; tamen
debet adiri idem iudex, ſcilicet Princeps, qui fuit
primo aditus; quia alia curia cenſetur priuata iuriſdi-
ctione per præuentionem Principis, vt ſupra dixi.

30 Ad qvartvm argumentũ † reſpondeo, quod
illa cumulatio debet fieri coram eodem iudice; nam
cum actio perſonalis & hypothecaria tendat ad eun-
dem finem, non debet diuidi continentia cauſæ co-
ram diuerſis iudicibus, vt *d. l. nulli.* vbi denegat lex
audientiam, quæ per verba etiamſi non excipiatur,
non valet proceſſus, qui fieret per ſecundum iudi-
cem ſecundum Alex. *in d. l. 1. §. 1. ff. ad Treb. & in l. nam
& poſteaquam. 9. ff. de iureiur.* & hanc dicit eſſe com-
munem opinionem, quam tenet etiam Ioan. And.
*in addit. Spec. in tit. de prolatione ſent. & iuxta, ſuper verſ.
item eſt nulla, &c.* & habetur per Matth. *in deciſ. 354.
conſil. Neapol.* idem tenet Bald. *in l. ſcire oportet. 13 §.
conſequens. 4. ff. de excuſat. tut.* vnde omnia attentata
per magnam curiam ſunt nulla; quia lex denegabat
audientiam dictæ actrici.

Ad qvintvm argumentum reſpondeo, quod
31 ciuilis † cauſa non præiudicat criminali, quando eſt
finita, ſecus pendente ciuili; quia non poteſt per
eundem intentari criminalis: *caſus eſt in l. interdum.
4. ff. de publ. iud.* & ibi Bartol. & idem Bart. *in l. 1. in fi-
ne, verſic. nota. &c. C. quando ciuil. actio præiud. criminal.*
Præterea obſtat; quia coram diuerſis iudicibus,
vt ſupra.

32 Ad Sextvm argumentum dico, † quod in cri-
minalibus non admittitur procurator, quando cõ-
paret ad diſcutiendum ipſam cauſam principalem:
ſecus eſt, quando comparet ad opponendam decli-
natoriam fori, vel ad opponendum contra inepti-
tudinem libelli, & annullandum iudicium; quia
tunc admittitur etiam in cauſa capitali, ex quo per
hoc non examinatur crimen: ita tenet Bar. *in l. pen.
§. ad crimen, colum. pen. ff. de publ. iud.* & Bal. *in d. l. 1. col. 2.
C. quomod. & quand. iud.* ſed in propoſito dicta excep-
tio præuẽtionis & litis pendentiæ eſt declinato-
ria, ſecundum Bald. *in auth. ſed nouo iure, colum. 3. C.
de ſeru. fug.* ergo potuit opponi per procuratorem.
Item procurator in criminalibus admittitur ad o-
ſtendendum, quod aduerſarius calumniatur, & ad
opponendum, quod nomen Rei non recipiatur in-
ter reos, ſecundum Cyn. *in l. reos. 3. C. de accuſ.* Bal. *in
l. 1. C. vt nemo priuat.* plus etiam dicit Bal. *in d. l. 1 co-
lum. 2. C quomod. & quand. iud.* quod iudex poteſt ex
officio ſupplere, quando videt accuſatorem calum-
niari: nam calumnia habetur loco libelli inepti:
ſed nulla eſt calumnia maior, quam temere vexare
dictos fideiuſſores coram diuerſis iudicibus; cum
ſit fabricatus proceſſus, & liqueat de cauſa in ſacro
conſilio: ergo non tantum procurarator potuit inter-
uenire, ſed etiam iudex debuit repellere actores ca-
lumniantes ex officio.

Ad septimvm † argumentum reſpondeo, 33
quod procedat coram eodem iudice, & ſuperue-
niente noua cauſa ſuſpicionis: Ita loquitur Ang. *in
d. l. nemo carcerem.* ad quod facit *l. in omnibus 41. ff. de
iud.* quæ omnia ceſſant in caſu noſtro.

Ad octavvm argumentum reſpondeo, quod
ritus magnæ curiæ loquitur de creditore: ſi ad in-
ſtantiam creditoris fiat executio, quod debet intel-
ligi de creditore efficaci, cui nulla obſtat exceptio.
Ita tenet Lud. Rom. *in conſil. 240. in fin* ſed dicta credi-
trix non erat efficax ſtante exceptione metus; vnde
ad eius inſtantiam non poteſt fieri executio: præ-
terea, quando exceptio nullitatis contractus appa-
ret ex inſpectione ipſius inſtrumenti, poteſt oppo-
ni ad impediendam executionem, etiamſi ſtatutum
tolleret omnem exceptionem; quia intelligitur de
inſtrumento valido, ſecundum Lud. Rom. *in conſil.
42. & conſil. 294 colum. 3.* Pet. Phil. Corn. *in conſil. 63.
in 4. volum.* Bald. *in l. ementis. 13 in 3. notab. C. de contrah.
empt. & in l. ſancimus. 34. C. de donat* Alexand. *in con-
ſil. 119. colum. 2. verſic. ad idem, in 1. volum. in conſil. 67.
colum. penult in fin. in 3. volum.* vbi plus dicit, quod iu-
dex poteſt tunc etiam ex officio repellere agen-
tem, & Bald. *in l. ſi non ſortem 26. §. 1. ff. de cond. inde-
bit.* Imol. *in l. fin. ff. à quibus appell. non licet,* & Iaſ. *in l.
iuris gentium. 7. § quod fere, colum. fin. de pact.* Item
poteſt tunc opponi exceptio reſultans ex inhabili-
tate contrahentis, prout in caſu noſtro, ſecundum
Ioan. Aud *in addit. ad Spec. in tit. de ſent. §. vt autem.* &
Iaſ. *in l. 2. § prætor ait, verſic. ſeptimo, &c. ff. qui ſatiſd.
cogan.* Ex iſto enim inſtrumento apparebat, quod
rei principales, pro quibus recipiebatur fideiuſſio,
erant vice Principis, & ſuperiores fideiuſſorum,
quo ad iuriſdictionem; vnde contractus apparet
nullus, & per præſumptam impreſſionem factus,
vltra quod per teſtes fuit plene probatum in ſacro
conſilio.

Ad nonvm argumentum reſpondeo; † quod
iuramentum non obligat in caſu, quo metus red- 34
dit actum nullum, prout in caſu noſtro. Ita tenet Fe-
lin. *in c. ſi vero, col. fin. de iureiurand* & gloſſ. Abb. *in cap.
2. de eo qui dux in matr &c.* Præterea, quando actus
eſt alias à iure prohibitus, ibi iuramentum per me-
tum extortum, eſt ipſo iure nullum, & non obligat:
ita tenet Abb. *in cap. cum contingat. 28. in vltimo no-
tab. de iureiur.* Item communis opinio Ciuiliſtarum
*in authent. ſacramenta. C. ſi aduerſus vend.* eſt, quod
iuramentum metu extortum non obliget, & hanc
opinionem ſequitur *deciſio. 262. conſil. Neapol. in deci-
ſionibus Matth.*

Ad decimvm argumentum reſpondeo, † quod
licet in inſtrumento dicatur, *ſponte, &c.* non tamen 35
per hoc creditur inſtrumento, quod actus fuerit
ſponte factus, niſi ex quadam iuris præſumptione.
Ita notabiliter tenet Bald. *in addit. Spec. in tit. de ap-
pell. in §. reſtat.* in addit. quæ incipit: *Confeſſus in tor-
mentis, &c.* & dicit pulcre Soc. *in conſil. 262 colum. 6.*

*in print. in 2. volum.* quod dicta clauſula, *ſponte, &c.* præſumitur metu extorta; ſicut omnes aliæ clauſulæ appoſitæ in inſtrumento meticuloſo; & poteſt addi ratio; quia ſpontanea voluntas conſiſtit in animo contrahentium, de quo Notarius non poteſt teſtificari. Non enim tenetur ſcire animum contrahentium, ſecundum Bald. *in rubr. C. de fide inſtrument. colum. 5.* & contra ipſam præſumptionem reſultantem ex inſtrumento apparent probationes de metu in ſacro conſilio; quo caſu, probato metu, eſt impoſſibile probare ſpontaneam voluntatem: ita dicit Bald. *in l. ſi quis in hoc genus. 20. C. de Epiſc. & Cler. & in l. fin. in fin. C. de hær. inſtit.*

16 Hinc dicimus, † quod plus creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille deponentibus de ſpontanea voluntate, ſecundum Innoc. *in c. ſuper hoc 5. de renunc.* & Iaſ. *in § quadrupli. 25. colum. 9. Inſtitut. de action.* & Bald. *in l. obſeruare. 4. § proficiſci. 2. in 13 quæſt. in 1. lect. ff. de offic. proconſul.* Non enim dicitur aliquid velle is, qui per metum vult, ſecundum Bald. *in titul. de pace Conſtantiæ, in verſicul. item volentibus, &c.*

Ad Vndecimvm argumentum reſpondeo prout dixi, reſpondendo ad octauum; quia iſta diſcuſſio eſſet facienda in ſacro conſilio; ſed quia ibi agitur ordinarie, ideo ceſſat hic, & ibi. Et ſic per prædicta remanet confirmata hæc ſecunda pars in fauorem fideiuſſorum, contra actricem. Laus Deo. Et ita fuit per ſacrum conſilium Neapolitanum iudicatum, referente excellentiſs. V. I. D. celſæque doctrinæ, ac ſanctimoniæ patre, dom. Marriale, Regio Conſiliario, & in ipſa cauſa Regio delegato, ac domino meo colendiſs. &c. *Robert. Maran. Venuſ. V. I. D.*

Additio. Pro expeditiori & pleniori præcedentis diſputationis intellectu, vide quæ Author noſter latius tractat, & proſequitur ſupra *in parte 6. in capite, de inſtrumentorum productione, à num. 1. vſque ad nu. 14. incluſiue.* Kamphauſen Tranſyſulanus. I. L.

## DISPVTATIO VII.

### An maritus, qui in capitulis matrimonialibus promiſit curare, & facere cum effectu, quod vxor ſua renunciet bonis paternis, & maternis, cum iuramento & pœna, teneatur de periurio, vel ad pœnam, vel ad intereſſe, ſi fecit omnem ſuum conatum, & vxor noluit renunciare.

SVMMARIA.

1 *Maritus promittēs curare cum effectu, quod vxor ſua renūciet bonis paternis, &c. an ſi fecit p[ro] ſſe ſuum, excuſetur ſi vxor non vult renunciare.*

*Iuramentum facit quē præciſe teneri ad factum. n. 19.*

2 *Iuramentum debet impleri in forma ſpecifica, n. 19.*

3 *Promittens præſentare aliquem ſub pœna, tenetur ad pœnam ſi non præſentat.*

4 *Promittens pro alio iudicio ſiſti, tenetur ad intereſſe.*

5 *Fideiuſſorem dare promittens, tenetur ad intereſſe, ſi non dat, num. 14.*

6 *Promittens ſe curaturum, & facturum, dicitur promittere factum proprium.*

*Promiſſio facti alieni cum iuramento valet.*

7 *Promittens factum alienum cum clauſula, quod non poſſit excuſari feciſſe ſuum, &c. tenetur ad intereſſe: quia videtur renunciaſſe difficultati, numer: 13. 27.*

8 *Iuramentum operatur, vt quis cenſeatur magis deliberate accedere ad actum, & cogitare omnes caſus, qui in genere poterant cogitari.*

9 *Imputatur ei, qui non proſpexit, quod euenire poteſt.*

10 *Promittens factum alienum cum iuramento, excuſatur à periurio propter difficultatem.*

*Difficultas excuſat à pœna, à mora, à periurio, & ab intereſſe in obligationibus facti, num. 11. 12. 13. 18. 19. & 20.*

*Iurantis ſolum animum inſpicit Deus.*

11 *Promittens factum alienum ſub pœna, an excuſetur à pœna, vel ab intereſſe, ſi fecit quicquid potuit. 12. 13. 17. 18.*

12 *Intereſſe, dicitur pœna legalis, & an differat in aliquo à pœna.*

13 *Moram non incurrit quis propter difficultatem.*

*Obligatus ad factum, tenetur ad intereſſe, poſt moram, non ante.*

15 *Promittens factum alienum, tenetur ſolum adhibere illam operam, quam poteſt.*

16 *Promittens ſe curaturum & facturum, tenetur ſolum facere ſuam diligentiam, ſine fraude, & bona fide, vt promiſſum impleatur, & num. 20.*

21 *Difficultas non excuſat à pœna in obligationibus iudicialibus.*

22 *Promittens factum alienum, ad quod ipſe promittens erat principaliter obligatus, non excuſatur propter difficultatem.*

24 *Promittens factum alienum cum quacunque clauſula, excuſatur, mortuo illo, cuius factum promittit.*

25 *Promittens ſe curaturum, & facturum, &c. non obligatur ad intereſſe.*

26 *Pœna conuentionalis hodie non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit: & an exigatur in foro conſcientiæ.*

27 *Pœna applicanda fiſco, exigitur vltra intereſſe partis.*

28 *Pœna quando promittitur ſuccedit loco intereſſe; & quid ſi eſt plus in pœna, quã in intereſſe, vel econtra.*

Maritvs quidam contraxit matrimonium; in capitulis matrimonialibus promiſit fratri vxoris ſuæ eam dotanti ſe curaturum & facturum cum effectu; ita vt non excuſetur feciſſe ſuum poſſe, & alienum factum promiſiſſe; quod vxor ſua, tempore deſponſationis ante fores eccleſiæ renunciatu-

maceta ſit, dicto eius fratri, omnibus bonis paternis, & maternis, in forma ſolita & cauſa. Modo ad-
1 ueniente tempore, † dictus maritus facit omnem ſuum conatum, cogendo vxorem, vt renunciet, deueniendo vſque ad minas, & verbera: vxor vero nullo modo vult renunciare, nec parere marito; quæritur, vtrum maritus ex ſua promiſſione teneatur, & ad quod teneatur? ET QVONIAM ISTA QVÆSTIO HABET TRIA CAPITA. VNVM ſcilic. an teneatur de periurio, ex quo in dicta promiſſione fuit appoſitum iuramentum, prout communiter appoui ſolet. SECVNDVM eſt, an teneatur ad pœnam; quia in inſtrumento capitulorũ fuit appoſita pœna vnciarum centum, prout communiter in huiuſmodi inſtrumentis apponi ſolet. TERTIVM, an teneatur ad intereſſe, propter eius moram in non adimplendo factum promiſſum.

PRO prima parte affirmatiua, ſcilicet, quod dictus maritus tenetur PRIMO de periurio, adducitur; quia iuramentum eſt tantæ efficaciæ, quod facit quem teneri præciſe ad factũ, nec liberatur præſtando intereſſe: & ita limitatur regula tradita *in l. ſtipulationes non diuiduntur. 72. verſic. Celſus. ff. de verbor. obligat. l. ſi quis ab alio. 13. §. fin. ff. de re iudic.* gloſſ. eſt communiter approbata *in l. ſi pecuniam. 5. in verſic. neceſſe. de cond. ob cauſam.* & ibi Alexan. & communiter Doct. idem tenet Bald. *in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.* Anton de Butr. *in c. veniens de iureiuran.* Angel. & Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi conuenerit 18. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Alexan. *in conſil. 91. colum. 3. volum. 2.* & Anton. Corſet. *in repet. rubr. extr. de iureiur. in 1. priu. iuramenti.* ergo ſi non adimplet illud, ad quod poterat præciſe compelli, venit contra iuramentum, & eſt periurus. SECVNDO adducitur text. *in c. ad noſtram. el 1. de iureiurand.* vbi † qui promiſit factum
2 cum iuramento, tenetur illud adimplere in forma ſpecifica, alias eſt periurus. & probatur *in c. querelam. eod. tit.* & quod not. Abb. per illum textum *in c. cum tempore. in 2. notab. de arbitr.* vbi tenetur quis præciſe ad obſeruantiam laudi, propter iuramentum. TER-
3 TIO, † quod teneatur etiam ad pœnam adducitur text. *in l. ſancimus. 26. C. de fideiuſſ.* ponderando verbum, *non poterit.* poſitum circa princip. illius legis, vbi ſi quis promiſit præſentare aliquem ſub pœna, & non poteſt illum præſentare, tenetur ſoluere pœnam, ſaltem elapſo illo tempore ſemeſtri, & ſic difficultas non excuſat à pœna. QVARTO, quod te-
4 netur † ad intereſſe, adducitur text. *in leg. 3. §. final. ff. qui ſatiſd. cog.* vbi promittens iudicio ſiſti pro alio, ſi non adimplet, tenetur ad intereſſe. Idem probatur *in l. fi. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* QVINTO adducitur text. *in l. qui autem 14. § ſed quis. ff. de conſt. pecun.* vbi
5 promiſi † Titium in fideiuſſorem meum, & Titius non vult fideiubere, teneor ad intereſſe, non obſtante, quod promiſi factum alienum: vel teneor præſtare alium fideiuſſorem æque idoneum; & ille textus multum ſtringit pro iſta parte. SEXTO, quia iuſta promiſſio † non dicitur facti alieni, ſed fa- 6
cti proprii ex eo; quia maritus promiſit ſe curaturum, & facturum cum effectu, &c. quo caſu valet ſtipulatio, & tenetur contrauenienſ ad pœnam, vel ad intereſſe, caſus eſt *in l. quoties quis. 81. ff. de verb. oblig.* tenet Alexand. *in l ſtipulatio. iſta 38. in princip. in 1. col.* & ibi communiter Moderni *in limitationibus eod. titulo.* præſertim quando interuenit iuramentum; nam valet tunc promiſſio facti alieni, vt ibidem per Alexand. & Iaſ. *in verſ vallit.* SEPTIMO; quia † hic 7
non ſolum promiſit ſe curaturum, & facturum; imo etiam adiecit illa verba, ſcilicet quod non poſſit excuſari feciſſe ſuum poſſe, &c. quo caſu cenſetur renunciaſſe omni difficultati; vnde non poteſt nunc dicere, quod fec. totum ſuum poſſe vſq; ad minas & verbera; quia huic difficultati renũciauit, & promiſit curare, & facere cum effectu. Vnde negari nõ poteſt, quin ſaltem teneatur ad intereſſe, propter effectum non ſecutum: & imputandum eſt ei, qui ſe poſuit in neceſſitate, *l ſi fideiuſſor. 7. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. & l. cum poſtulaſſem. 44 in fin. ff. de dam. infect. & l. quid ſi minor. 24. §. reſtitutio. 4. ff. de minor.* OCTAVO; quia † in conuentionalibus poteſt quis 8
aſſumere periculum omnium caſuum fortuitorum, & obligatur cum effectu, ita tenet Alex. *in l. ſed & ſi quis. 4. §. quæſitum. 4. col. penult. & ibi communiter Dd. ff. ſi quis caut.* pro hoc eſt text. *in l. ſi quis fundum. 10.* (alias §. 2. l. 9.) *in prin. ff. loc. in l. quæ fortuitis. 6. in fine. C. de pign. act.* ſed dictus maritus dicendo, quod nõ poſſit excuſari, feciſſe ſuum poſſe, &c. cenſetur expreſſe aſſumpſiſſe periculum huius difficultatis, quæ difficultas potuit de facili per eum cogitari. Vnde ille caſus non poteſt dici improuiſus, & incogitatus; tanto magis propter iuramentũ, propter quod cenſetur quis magis deliberate accedere ad actum faciendum, & cẽſetur quis cogitaſſe omnes caſus, qui ſaltem in genere poterant conſiderari in illo negotio: vt tenet plene Alex. *in conſil. 133. col. 3. in 5. vol. & etiam in 4. col verſ & eo fortius, &c. & in l. 1. § ſi quis ita. col 3. ff. de verb. oblig* per Dd. communiter *in leg. ſciendum. 30. eod tit in d. § quæſitum & in l. ſi conuenerit. 18. ff de iuriſd. om. iud* Alexan. *in conſ 21. col. 3. in 1. volum.* NONO, adducitur text. *in l. ſi quis domum. 9. §. 1. ff. loc.* vbi imputatur ei, qui † non proſpexit quod eue- 9
nire poteſt. Similiter hic poteſt imputari marito, qui debuit proſpicere id, quod vxor ſua noluiſſet renunciare, maxime; quia de hoc facili erat proſpiciendum: quia nemo præſumitur velle iactare ſuum, *l. cum de indebito. 25 ff. de probat.* non ergo poteſt dictus maritus allegare aliquam deceptionem; quia poſuit ſe in neceſſitate, quam de facili cogitare potuit; tanto magis cum iuramento, vt ſupra. Quod corroboratur ex his, quæ not. Bart. *in l. Titius. 25. in princ. ff. de liber. & poſthum.*

PRO parte vero contraria negatiua, adducitur primo, † quod non teneatur de periurio, gloſſ. *in ter-* 10
*minu. in c. ex reſcripto. in gloſſ. fin. de iureiur.* vbi expreſſe

dicit, quod promittens factum alienum cum iuramento, non eſt periurus, ſi fecit quidquid potuit, & ſi diceres, quod hic promiſi factum proprium, ſcilicet ſe curaturum, & facturum: dico idem de facto proprio; quia difficultas excuſat quem à periurio, text. eſt in c. breui. & c. ego enim. & c. querelam. & ibi Abb. & Fel. de iureiuran. Deus enim ſolum animum iurantis inſpicit, c. ſi quid inueniſti. 14. quaeſt. 5. & ſola facultas adimplendi inſpicitur in iuramento, c. beatus. 22. quaeſt. 2. quia igitur dictus maritus fecit quidquid potuit, vt vxor ſua renunciaret, & illa noluit, non eſt periurus; quia de facili excuſatur propter hanc difficultatem, maxime in obligatione facti, & not. Bartol. Alexand. & communiter Moderni, in l. quod te. 5. ff. ſi cert. pet. in l. final. ff. qui ſatiſd. cogant. & gloſſ. in d. c. beatus. in c. vbi. 30. quaeſt. 2. & not. Bartol.
11 in l. Labeo 41. ff. de iureiuran. SECVNDO, quod † minime teneatur ad pœnam, adducitur text. in l. ſi vehenda. vlt. §. penult. ff. ad leg. Rhod. de iact. & l. 2. ff. ſi quis caut. & iſta eſt communis concluſio, quam tenet Bartol. in conſil. 246. incip. Martinus promiſit, &c. & Abb. in c. ſignificantibus. in fin. de offic. de leg. vbi proprie dicitur hunc caſum, idem Abb. in c. Gemma. colum. penult. de ſponſal. Anton. de Butr. in c. ex literis. de ſponſ. & habetur in deciſ. 265. conſil. Neap. & hanc dicit eſſe communem opinionem Franc. de Aret. in l. ſi ita ſtipulatus 97. §. poſſum. de verbor. obligat. vbi dicit, quod iſta eſt communis opinio, & ſeruatur in practica, licet ipſe in puncto iuris innuat contrarium. Idem tenet Bald. in l. ſi pater. 2. C. de collat. Ioan. de Imol. in l. Titia. 134. ff. de verbor. oblig. Soc. in conſ. 3. col. penult. verſic. 21. in 1. volum. Bart. Alexan. & Doct. in l. quod te 5. ff. ſi cert. pet. & l. continuus. 137. §. illud. 4. ff. de verbor. obligat. in quibus locis communiter deciditur, quod difficultas excuſat à pœna, maxime in
12 obligationibus facti. TERTIO, quod † minime teneatur ad intereſſe, adducitur; quia non poteſt aſſignari recta ratio inter pœnam & intereſſe: nam intereſſe dicitur pœna legalis, ſecundum Angel. & Alexand. in l. ſi inſulam. 84. colum. 3. ff. de verb. oblig. vnde ſicut communis concluſio ſupra, in præcedenti argum. relata eſt, quod difficultas excuſat à pœna; eodē modo ab intereſſe, & ſic à pœna legali. QVARTO, quia † in obligationibus facti difficultas excu-
13 ſat à mora, adeo, quod quamdiu durat difficultas, nunquam cenſetur quis eſſe in mora, gloſ. eſt communiter approbata in d. l. quod te. in verſic. in poteſtate. in fin. ff. ſi cert. pet. & ibi Bart. Alex. & communiter Dd. Bart. in d. l. continuus. 37. §. illud. in fin. ff. de verb. oblig. per l. 1. §. ſi frater. 10. ff. de collat. bon. Ex quo ſequitur neceſſaria conſequentia. Nam omnia iura, quæ dicunt, obligatum ad factum, teneri ad intereſſe, loquuntur poſt moram commiſſam, vt d. l. ſtipulationes non diuidunt. 72. & ibi Bartol. in 5. quaeſt. & in d. l. ſi quis ab alio. 13. §. fin. ff. de re iud. ſed dictus maritus non fuit in mora propter difficultatem, vt ſupra; ergo non poteſt teneri ad intereſſe, nec ad pœnam; cum illæ obligationes acceſſoriæ ſuccedant poſt datam moram. QVINTO, adducitur text. in l. cum ſtipulatus ſim mihi Procul. 113. §. fin. de verb. oblig. vbi ille, qui † promiſit præſtare fideiuſſores, tenetur 14
ad intereſſe, ſi fuit in mora, vt ibi expreſſe dicitur: ergo à contrario ſenſu, ſi non fuit in mora, non tenetur ad intereſſe, & ita etiam probatur in l. ſi fundum. 114. ff. de verb. oblig. Sed dictus maritus non fuit in mora ob difficultatem; ergo non tenetur ad intereſſe. SEXTO adducitur dictum Abbat. in c. ex reſcript. col. fin. circa fin. de iureiur. vbi dicit; quod † pro- 15
mittens factum alienum, tenetur ſolum curare & præſtare illam operam, quam poſſit, & ſic ad aliud non tenetur. Sed quia dictus maritus facit omnem ſuam operam, & conatum; ergo impleuit, quod promiſit, ita vt ad aliud non teneatur. NEC obſtat, ſi diceretur, quod imo promiſit factum proprium, ſcilicet ſe curaturum & facturum cum effectu, &c. vt not. Alexan. in d. & l. ſtipulatio iſta. 38. in princ. ff. de verbor. obligat. quia reſpondeo vt infra in ſequenti argumento.

SEPTIMO, hunc caſum decidit in terminis Franciſ. de Aret. in dict. l. ſi ita ſtipulatus 97. §. poſſum. ff. de verb. oblig. & idem Aretin. melius in conſil. 42. colum. 4. verſic. nec credo. vbi dicit, quod † licet promittens factum alienum, obliget ſe curaturum, & facturum 16
cum effectu, & tamen iſta verba non important aliud, niſi quod ſimpliciter, & bona fide, & ſine fraude curabit faciendo omnem ſuam diligentiam, vt factum promiſſum adimpleatur; non tamen obligat promittentem ad impoſſibile, ſecundum eum. Vnde, licet dictus maritus ita promiſerit; tamen fuit executus factum ſuum, quod promiſit, præſtando omnem ſuam diligentiam, & operam, bona fide, & ſine fraude; vnde ad aliud teneri non debet.

OCTAVO adducitur, quod notat Abb. in c. Gemma. circa fin. de ſponſal. vbi dicit, quod † quando quis obligauit ſe curare, & facere, quod aliquis conſenti- 17
at matrimonio, vt ſupra dixerat: in eo caſu, ſi fecit quidquid potuit, & ille non vult conſentire, non tenetur ad pœnam. Deinde quærit in fine, an teneatur ſaltem ad intereſſe, ſi promiſſio illius facti fuit facta per ſtipulationem; & concludit de mente Ioan. de Aret. & Cyn. quod non, niſi dolo verſatus fuerit: & ita dicit communiter teneri, vt ibi per eum.

NONO; † quia Franc. de Aret. in d. §. poſſum ſem- 18
per loquitur copulatiue, tam de pœna, quam de intereſſe, & ita intelligit gl. in d. c. ex reſcripto. ſcilicet, vt loquatur etiam de intereſſe, & deinde ibi in 2. col. in verſic. & quia vt dixi, &c. refert opinionem ſuam, quam tenet cōtra communem ſententiam, in puncto iuris: videlicet, quod licet quis faciat quidquid potuerit; tamen tenetur promittens ad intereſſe: & poſtea immediate ſubdit hæc verba formalia, videlicet, opinionem tamen contrariam ſequerer in practica propter auctoritatem contradicentium; vnde quia locutus fuerat de intereſſe, & poſtea dicit

cit ſeruandam eſſe in practica contrariam opinionem, ſequitur, quod etiam ad intereſſe non tenetur promittens, ſecundum veram opinionem, quæ in practica ſeruatur.

19 Pro ſolutione † reaſſumo dicta TRIA CAPITA. Et quoad PRIMVM, ſcilicet, AN TENEATVR DE PERIVRIO? firma hanc ſecundam partem, ſcilicet quod in dictione non teneatur, ſi fecit quidquid potuit, per iura alleg. in primo argumento huius 2. partis, quæ clare loquuntur, & nullus videtur contradicere. Nec obſtant rationes adductæ in primo & ſecundo argumento primæ partis: quia concedo, quod iuramentum facit quem teneri præciſe ad factum, & debet impleri in forma ſpecifica, quando illud factum præſtari poteſt, ſed ad illud factum, quod explicari non poteſt per promittentem, eſt impoſſibile, quod quis præciſe cōpellatur, præſertim in facto alieno; ergo non dicitur periurus; quia non cenſetur per iuramentum promiſiſſe impoſſibile, vt ſupra dixi *in argumentis ſecundæ partis.* maxime quia iuramentum obligat iurantem DEO. DEVS autem ſolum animum intuetur iurantis, vt *d. c. ſi quid inueniſti* 13. *quæſt.* 3 Et ad hoc retorquetur textus *in d. c. querelam. de iureiur.* allegatus *in ſecundo argumento primæ partis*, ponderando ipſum *in verſic. neceſſitate. & in c. breui eod. tit.* Præterea, quia per argumenta ſecundæ partis, maxime in 6. 7. & 8. argumento eſt probatum faciendo ſuum conatum, & operam, adimpleuit, quod promiſit, & ad aliud non tenetur, ſequitur, quod non eſt periurus. Quo vero
20 † AD ALIA DVO CAPITA, ſcilicet, AN TENEATVR AD POENAM, ET AD INTERESSE, in his puto diſtinguendum, vt attendamus verba contractus. AVT enim maritus obligauit ſe curare cum effectu, quod vxor ſua renunciet, & non ſunt addita illa verba, ita quod non poſſit excuſari ſe feciſſe ſuum poſſe, & alienum factum promiſiſſe, &c. & tunc ſimiliter teneo in vtroque caſu, hanc ſecundam partem; ſcilicet, quod faciendo totum ſuum conatum ſine fraude, non teneatur, neque ad pœnam, neque ad intereſſe; quia difficultas excuſat in obligationibus facti, per ea, quæ allegata fuerunt in ſecundo argumento ſecundæ partis, maxime per text. *in l. ſi vehenda. vlt. §. penul. ff. ad leg. Rhod. de iact.* & per alia allegata in aliis argumentis ſecundæ partis: nam de his habemus deciſ. in terminis Franc. de Aret. *in d. §. poſſum.* quia dicit, quod hæc opinio ſeruaretur in practica, & per eundem Aret. in *in d. conſil.* 162 *col.* 4. prout dixi ſupra *in ſeptimo argumento*, ſcilicet, quod alia verba, *facturum, & curaturum cum effectu, &c.* important, vt bona fide, & ſine fraude faciat ſuam diligentiam, quod promiſſum adimpleatur, vnde eo ipſe, quod fecit iſtam operam, adimpleuit promiſſa, dummodo ſine fraude fiat, & ſine colluſione. Nam ſolent vt plurimum promittentes colludere cum vxoribus, & ſimulare, quod minantur, & verberant; tamen adinuicem habent intelligentiam in contrarium: tunc verum eſt, quod tenerentur mariti. Hoc firmant aperta ratione; quia ſi difficultas excuſat à mora, vt ſupra concluſum eſt: vbi non datur mora, non ſuccedit obligatio ad intereſſe in promiſſionibus facti: & minime ad pœnam: quæ communiter hodie non exigitur, niſi quatenus cum intereſſe concurrit, vt infra dicam. NON obſtat *l. ſancimus.* 26. *C. de fideicom.* allegata in tertio argumento primæ partis: quia loquitur in ſtipulatione prætoria & iudiciali de præſentando; in qua eſt ſpeciale, quod difficultas † non excuſat 21
à pœna, niſi interueniat mors eius, qui erat præſentandus. Ita tenet Alexand. *in d. l. quod te.* 5. *ff de rebus cred. colum. fin* nos autem loquimur in ſtipulatione conuentionali extra iudicium, in qua difficultas excuſat à pœna: per ea, quæ ſuperius dicta ſunt in 2. argumento ſecundæ partis, & per not. per Dd. *in d. l. quod te* Ex prædictis remanet data reſponſio ad prima tria argumenta primæ partis. AD quartum reſpondeo eodem modo, ſicut dixi in præcedenti, ſcilicet quod loquitur de ſtipulatione iudiciali iudicio ſiſti, in qua difficultas non excuſat, per ea, quæ proxime dixi. NON † obſtat quintum argumen- 22
tum, quia ad *d. l. qui autem.* 4. *ff. de pec. conſtit. §. ſed ſi quis.* POTEST RESPONDERI DVPLICITER. PRIMO; quia ibi non probatur, quod promiſſor fecerit omnem ſuam diligentiam. SECVNDO; quia ibi promiſſum fuit factum alienum continens id, quod ipſe promittens erat principaliter obligatus, vnde cum potuiſſet ſe liberare ſoluendo, vel dando æqui idoneum fideiuſſorem, & non fecit, merito tenetur ad intereſſe. Sed in caſu noſtro fuit facti promiſſio de mero facto alieno ſuper eo, ad quod promittens non tenebatur, nec poterat alio modo hanc promiſſionem explicare, niſi faciendo, quidquid potuit, vt fecit, & hanc reſponſionem ſentit Franc. de Aretio *in d. §. poſſum.* & eſt de mente Bald. *in dict. leg. qui autem. § ſed ſi quis. in lectur. antiqua.* vbi facit mentionem de iſta difficultate, quando aliquis promiſit extrahere fideiuſſorem de obligatione: nam faciendo quicquid poteſt, excuſatur, vt ibi per eum, & eſt de mente Ludouici Roman. *in conſil.* 510. *colum.* 7. *in fine.* NON OBSTAT ſextum argumentum; quia licet iſta promiſſio ſit facti proprii, tamen difficultas excuſat à facto proprio; vt dictum eſt; & etiam à periurio. Si vero † in contractu con- 23
uentionali ſunt addita illa verba, videlicet, quod dictus maritus non poſſit excuſari feciſſe ſuum poſſe, & alienum factum promiſiſſe, &c. & tunc, quo ad periurium, dico idem, vt ſupra dixi, ſcilicet, quod non teneatur, per rationes ſupra allegatas. Sed totum dubium ſtat, quo ad pœnam & intereſſe; nam in rei veritate, vrgent multum illa tria argumenta reſtantia videlicet, ſeptimum, octauum, & nonum, primæ partis, quibus non poteſt dari congruum reſponſum. Per quæ videtur dicendum, quod tunc maritus teneatur ad pœnam, vel

ad

ad intereſſe, ex quo, per dicta verba ſuſcepit periculum difficultatis, & excluſit ſe ipſum ab eius allegatione; per ea, quæ not. Alexand. & Doctor. *in d. l. ſi quis §. quæſitum. ff. ſi quis caut.* & per hoc patet reſpõſum ad omnia argumenta ſecundæ partis, in quantum obſtarent huic concluſioni: quia in iſto caſu difficultas non excuſat à mora, ex eo; quoniam cenſetur per dicta verba illi renunciatum. Nec obſtant adducta per Abbat. *in dict. c. Gemma.* & per Franc. *in d. §. poſſum.* quia ibi non dicitur, quod promiſſor adiecerit illa verba, ſcilicet, quod non poſſit excuſari feciſſe ſuum poſſe, &c. & eodem modo reſpondeo ad id, quod dicit Franc. *in d. conſil.* 141. & ſic non fuit ſuſceptum periculum difficultatis. In vno
24 tamen caſu † promiſſor excuſaretur ſine aliquo dubio, etiam vbi eſſent adiecta dicta verba, ſcilicet, quando vxor eſſet mortua ante moram promittentis, & idem in quolibet alio, de cuius facto eſt promiſſum: nam tunc excuſatur promiſſor ipſo iure propter impoſſibilitatem, per ea, quæ habentur *in d. l. ſancimus* 26. *& in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogant.* & eſt text. *in d. l. qui autem.* 14. *§. ſed & ſi quis. ff. de conſt. pec.* Sed contra prædicta in 2. membro videtur eſſe *deciſ.* 294. *conſil. Neapol.* vbi figuratur proprie iſte
25 caſus, ſcilicet, † quod maritus promiſit, vt non excuſaretur feciſſe ſuum poſſe, &c. & tamen concludit ibi Matth. de æquitate, quod ſi fecit omnem ſuum conatum, non teneatur. Verum licet in figuratione caſus apponat illa verba in princ. illius deciſ. tamen mouetur per illud *conſil.* 142. Aretiu. & per nonnullas alias doctrinas, quæ loquuntur ſolum, quando quis promiſit ſe curaturum; & facturum, ſine adiectione illorum verborum, & per *d. leg. ſi vehenda.* Nec dicitur in d. deciſ. quod ita fuiſſet deciſum in pleno conſ. ſed ſolum referuntur ibi opin. vnde per ea, quæ dicuntur in d. deciſ. non tollitur obſtaculũ de *d. § quæſitum.* & de illis tribus vltimis argumentis primæ partis, ſcilicet, quando eſt ſuſceptum periculum difficultatis. Præterea, *d. deciſ.* 295. loquitur
26 ſolũ † de pœna, non autem de intereſſe, licet hodie nullam facerem differentiam inter pœnam & intereſſe; ex quo, ſecundum communem concluſionem, de æquitate non exigitur pœna, niſi quatenus cum intereſſe concurrit, ſecundum Angel. *in conſil.* 219. *col. fin.* & habetur *in deciſ.* 35. *conſil. Neap.* vbi dicitur, quod hoc eſt de ſtylo ſacri conſ. qui pro lege ſeruatur: idem tenet Ioan. de Anan. *in c. fin. de vſur.* Dd. *in l. cum allegas.* 15. *C. de vſuris.* Alex. *in conſil. fin. in* 4. *vol.* Hinc dicit gl. *in c. fraternitatis.* 12 *qu.* 2. quod in foro conſcientiæ non poteſt exequi pœna conuentionalis, & Soc. *in conſ.* 131. *colum.* 1 *in fin. in* 1. *volum.* & Abb. *in c. cum dilecti de arbitr.* & Petr. Philip. Corn. *in conſil.*
27 168. *col.* 2. *in litera C. in* 4. *vol.* Quod † procedit in pœna applicanda parti, ſed ſi venit applicanda fiſco, exigitur vltra intereſſe partis. Ita de hoc eſt alia *deciſ.* 34. *conſil. Neap.* Quia igitur per *d. deciſ.* 295. non remanet euacuatum motiuum de aſſumptione periculi, ſequitur, quod remanet concluſio firma, quod quando maritus appoſuit illa verba, ita quod non excuſetur feciſſe ſuum poſſe, & alienum factum promiſiſſe, &c. tenetur ad intereſſe, dato, quod fecerit omnem ſuum conatum; & ita teneo; quia rectũ reſponſum contrarium dari non poteſt. Quod † in 28
tereſſe petitur, vbi pœna non eſt promiſſa, ſed vbi eſt promiſſa, illa ſuccedit loco intereſſe, *l. ſi. ff. de præt. ſtipul.* not. Bart. *in l.* 4. *§. Cato. in* 9. *&* 10. *oppoſit. ff. de verbor. oblig.* & illa tantum petitur, etiamſi excedat intereſſe, de rigore iuris, vt not. Alex. & Dd. *in d. l. ſtipulatio iſta.* 38. *de verb. oblig. in princ. & in §. alteri.* Bart. *in l. Lucius.* 47. *ff. de act. empt.* eſt text. & ibi Bald. & Doct. *in leg. ſi quis à ſocio* 41. *ff. pro ſocio.* ſi tamen intereſſe eſt plus, quam pœna, poteſt peti illud plus vltra pœnã, ſecundum Bart. & Doct. *in locũ præa' leg.* pœna enim non debetur, niſi interſit, ſed non curamus, quantum interſit; quia etiam ſi modicũ ſit intereſſe, poteſt peti magna pœna, ſi promiſſa eſt: ita tenet Bart. *in d. §. Cato. in* 9 *oppoſ. in fin.* & vide Iaſ. *in §. omnes col.* 4. *Inſt. de act. & in d. l. ſtipulatio iſta.* 38. *col.* 4. De æquitate autem hodie nunquam exigitur per partem, niſi quatenus cum intereſſe concurrit, vt ſupra dixi, & per hæc ſit expedita iſta quæſt. Laus Deo. *Robert. Maran. Ven. V. I. D.* Additio. De materia huius diſputationis, puta de promiſſione facti alieni, &c, ſub pœna cum iuramento, &c. vide Thom. Ferrar. *in tr. cautelarum vtriuſq; iur. cautela* 43. *in c. anno præterito.* fuſius & latiſſime Ant Gomeſ. *lib.* 2. *contractuum. cap.* 10. *de indiuiduis.* & ibi additiones ſiue notas acutiſſimi ingenii viri Emanuelis Soarez à Rep. *ſub literis R. S. & T.* Canoniſt. *in alleg. cap. Gemma. de ſponſal.* Hartmannum Hartmanni Germanum I C. *libr.* 2. *Practic. quæſt. forenſium tit. de fideiuſſ. deciſ.* 2 *K. L.*

## DISPVTATIO VIII.

Stante in Regno diſpoſitione *conſtitut. Sancimus.* de iure protimiſeos: vtrũ ſi clericus emat rem immobilem, poſſit conueniri iure congrui, & an habeat locum ius congrui contra clericum?

### SVMMARIA.

1 *Clericus emens fundum, an poſſit conueniri iure congrui per vicinum.*
2 *Statuta, & Leges laicorũ contra libertatem eccleſiaſticam, vel clericis oneroſa, non ligant clericos. nu.* 3.
3 *Statutum contra libertatem eccleſiaſticam, quando dicatur. num.* 7. *&* 43.
*Libertas quid ſit.*
4 *Ius congrui, eſt prohibitum à iure communi, & eius obſeruantia dicitur iniurioſa.*
*Vendere rem ſuam alteri inuitus quis non compellitur. num.* 41.

5 Dili-

5 *Diligere debet quis magis ſe ipſum, quam proximum.*
*Ordinaria charitas incipit à ſe ipſa.*
*Eleemoſynam qui vult facere, debet incipere à ſe ipſo.*
*Charitas ordinem peruertit, qui præfert bonum alienum proprio.*
6 *Damnum in rebus alienis poteſt quis facere, vt euitet damnum proprium.*
*Iudex poteſt dilatare iudicium propter periculum rerum ſuarum.*
7 *Clerici non ligantur legibus laicorum, quando per eas efficiuntur timidiores.*
8 *Statutum Principis ſecularis coactiuum perſonarum ligat clericos.*
9 *Compromiſſum quod debet fieri vigore ſtatuti laicorum non ligat clericos paſſiue: ſed actiue poteſt clericus eo vti. nu. 14.*
10 *Statuta præceptiua laicorum non ligant clericos.*
11 *Statutum, quo prohibentur laici negotiari cum clericis, non valet, nu. 45.*
12 *Statutum prohibens vendere non ſubditis, non includit clericos.*
13 *Clerici ſunt priuilegiati in perſonis, & in bonis.*
*Bona clericorum ſunt priuilegiata, ſicut bona Eccleſiarum, & eo ipſo, quod veniunt à laico in clericum, ſunt exempta ab oneribus laicorum. nu. 46.*
14 *Statuta laicorum quatenus ſunt fauorabilia clericis, includunt clericos.*
*Clericus poteſt vti actiue ſtatutis laicorum: ſed non paſſiue; vnde poteſt præſentare inſtrumentum ſecundum formam ritus contra laicum, ſed contra eum præſentari non poteſt.*
*Clericus excludit ſororem à ſucceſſione patris, vigore ſtatuti.*
15 *Statutum requirens certam ſolennitatem in contractu, an includat clericos nu. 48.*
*Statuta non includunt perſonas non ſubditas.*
16 *Ius nobis quæſitum ſine facto noſtro, à nobis auelli non poteſt nu. 49.*
17 *Lex imperatoris, quæ non tractat materiam ſpiritualem, nec obuiat canonibus, ſeruanda eſt, etiam in foro eccleſiaſtico. nu. 20. & 47.*
18 *Statuta laicorum approbantur per Papam, quando ſunt rationalia. nu. 27.*
*Papa cenſetur approbare leges laicorum, quando ſunt rationabiles, nu. 27.*
19 *Leges ciuiles ſunt diuinitus prolatæ per ora Principum.*
20 *Statuta laicorum, quæ poſſunt afferre commodum & incommodum clericis, non dicuntur contra libertatem eccleſiæ.*
21 *Clericus an teneatur vltra vires hæreditatis, ſi non fecit inuentarium.*
*Clericus ligatur vitio litigioſi per legem ciuilem.*
22 *Clericus an teneatur ad obſeruantiam* l. quoties. C. de rei vend.
23 *Clerici ligantur lege ciuili, quando non facit eius notabile præiudicium.*
*Ius congrui fuit factum cum maxima æquitate ad euitandas rixas.*
*Ius congrui fuit introductum de iure diuino.*
24 *Statutum, quod mulier non poſſit alienare extra filios ſuos, habet locum, etiam ſi alienaret clerico.*
25 *Statutum ob rationabilem cauſam, licet per cōſequentiam faciat aliquod incommodum clericis, debet ſeruari inter clericos.*
*Statutum imponens ſolutionem euntibus ad macinandum, extenditur etiam ad eos, qui vadunt ad molendinum eccleſiæ.*
*Teſtator non poteſt inſtituere Eccleſiam & filium exhæredare.*
26 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, cenſetur excludere etiam fœminam monialem.*
*Statutum ligat clericos, quando iniecit vinculum ante clericatum.*
27 *Imperator dicitur dominus totius mundi, & omnium rerum temporalium, & poteſt imponere legē, quam vult in dictis rebus.*
*Legem condere eſt iuriſdictionis, & de maximo imperio.*
28 *Alienatio quando eſt prohibita contemplatione certæ perſonæ, non poteſt fieri etiam ad pias cauſas: alias admittitur illa perſona ad reuocandum, numer. 37.*
29 *Bona debitoris quando venduntur, præfertur creditor, & conſanguineus in emendo.*
30 *Iure congrui quando agitur, quod dicatur pretium.*
*Fiſcus habens rem communem cum priuato, poteſt illam vendere totam inuito ſocio, qui ſocius præfertur omnibus in emendo.*
31 *Emphyteuſi finita debet reuocari à deſcendentibus illius, qui primo habuit, alias poteſt appellari.*
32 *Colonus tenetur vendere partem ſuam fructuum domino potius, quam extraneo.*
*Fiſcus tenetur rem Sacerdotis confiſcatam locare potius ſpuriis illius ſacerdotis, quam extraneo.*
33 *Vicinitatis cauſa multa conceduntur etiam contra ius commune, quæ alias non concederentur.*
34 *Statutum, quod res vendatur conſorti, ligat clericos.*
35 *Conſtitutio,* Sancimus, *de iure congrui inducit duas principales prouiſiones, vnam ſcilicet contra venditorem, & aliam contra emptorem.*
*Actio oriens ex iure congrui, eſt realis, & datur contra emptorem.*
*Dominium in iure congrui transfertur reuocabiliter, & quid importet hoc.*
36 *Traditio nuda ſi non habet cauſam præcedentem habilem, non valet.*
37 *Statutum requirens inſinuationem in donatione, operatur, vt non valeat donatio laici facti clerico, ſine illa ſolennitate.*
*Contrahere non poteſt ſubditus, ſpreta lege ſui ſuperioris.*
38 *Teſtamentum debet habere ſolennitatem ſtatuti, etiamſi in eo inſtituatur clericus.*

39 *Lex, quæ poteſt afferre commodum & incommodum, per hoc non dicitur clericis oneroſa.*

40 *Conductor antiquus ſi offert tantum, quantum vult dare nouus, an præferatur nouo nu. 41.*

41 *Gabellarius anni præcedentis præfeatur nouo licitatori, ſi tantundem offert, quantum nouus.*

43 *Statutum vt dicatur contra libertatem eccleſiaſticam, eo, quia clerici efficiuntur timidiores, quæ timiditas conſideratur.*

*Metus vanus non eſt in conſideratione.*

44 *Laicus venditor poteſt compelli per legem Imperatoris.*

49 *Dominum noſtrum ſine facto noſtro, an & quando à nobis auferri poſſit.*

50 *Clericus an poſſit teſtari ſine ſolennitate ſtatuti laicorum, & quid ſi alium clericum hæredem inſtituat nu. 51.*

51 *Ius congrui non habet locum, quando clericus vendit clerico.*

*Teſtamentum clerici non eget ſolennitate ſtatuti, quando in eo eſt inſtitutus alius clericus.*

52 *Nunciatio noui operis eſt approbata per ius Canonicum.*

53 *Conſuetudo ciuitatis ligat clericos ex eo; quia eſt mixta clericorum, & laicorum, ex quo per populum introducitur.*

54 *Conſtitutio,* Sancimus, *de iure congrui, an dicatur compulſiua perſonarum.*

55 *Ius congrui an habeat locum in clerico agente contra clericum emptorem, qui ſimiliter emit à clerico.*

56 *Ius congrui non habet locum contra laicum, qui emit pro Eccleſia, idem ſi clericus emat pro Eccleſia, nec actiue, nec paſſiue habet ius congrui.*

57 *Ius congrui an habeat locum contra laicum, qui emit rem ab Eccleſia.*

*Bona clericorum an & quando gaudeant priuilegiis rerum Eccleſiaſticarum.*

59 *Ius congrui an detur laico, qui emit rem ab Eccleſia, poſt venditionem alterius rei, ſuper qua petitur ius congrui.*

*Ius congrui competit ei, qui habet rem vicinam tempore venditionis ſecus ſi illam emit.*

*Ius congrui competit ex perſona venditoris, qui vendidit poſt rem venditam.*

ASSIDVE in palatiis ventilatur quæſtio vtiliſ-
1 ſima, & hactenus indiſcuſſa: vtrum † clericus emptor alicuius fundi poſſit per vicinum moleſtari, & conueniri iure congrui ſuper dicto fundo, offerendo idem pretium vigore *conſt. Sancimus* de iure protimiſeos, cuius diſpoſitio communiter ſeruatur in Regno: Et quia iſta materia eſt particularis, quæ in paucis libris habetur, & nullus Doctor eam tractat magis diffuſe, niſi modernus ac vtilis Doctor regnicola Matth. de Affl. Neap. in ſuo notabili commẽto ſuper *d. conſt. Sancimus.* in quo bis tetigit hanc quæſtionem in ſpecie, & contrarias deciſiones ponit. Nam in principio illius conſtitut. *in 4. col.* firmat concluſionem cõtra clericum, ſcilicet, quod teneatur iure congrui. Sed *in § fin.* eiuſdem conſtitutionis, *in 5. col* mouet iterum iſtam quæſtionem, & firmat concluſionem contrariam, ſcilicet in fauorem clerici, quod non teneatur iure congrui. Ex quibus contrariis deciſionibus quæſtio iſta redditur magis dubia, adeo, quod vidi plures iudices & Aduocatos ſuper ea hæſitare. Vt tamen habeatur in futurum ſuper ea vera concluſio: decreui ipſam plene per argumenta ad partes diſputare.

Et PRIMO, pro † parte negatiua in fauorem cle- 2
rici, quod non teneatur iure congrui, adducitur: Nam leges, & ſtatuta laicorum quando ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, & clericis oneroſa, non ligant ipſos clericos, vt *in authent caſſa.* & ibi plene per Salic. & Doct. C. *de ſacroſ eccl.* Ant. de Bur. & Abb. *in c. fi. de vita & hon. cleric. in c quod clericis. de foro compet.* Abb. & Fel. pleniſſime *in c. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* Bart. *in l. cunctos populos. 1. in 5. qu. C. de ſumm. Trin. & fid. cathol.* Alexand. *in conſil. 213. & 214. in 2. volum.* Petr. de Anch *in c. canonum ſtatuta. de conſtit. & c. perpendimus. de ſentent. excommun* Ioan. Andr. & Abb. *in c. 1. de oper nou. nunt.* ſed dicta lex inducens ius congrui, eſt Principis ſecularis, & clericis oneroſa; ergo non debet aſtringere clericos Et † quod ſit o- 3
neroſa, probatur: nam illa lex dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, quando per eam prohibeantur clericis ea, quæ ſunt ſibi conceſſa de iure communi. Ita tenet Felin. *in d. c. eccleſia S. Mariæ. col. 27. verſic. tertia fuit opin. &c.* & ibi etiam Ant. de Butr. & Imol. *in c. cum tertia de elect.* & Alexand. *in d. authent. caſſa. & in conſil. 213 colum. 2 in fin. col. penult. & in d. conſil. 214. colum. in fin. in 2. volum.* Sed iure communi vnicuique licet diſponere de re ſua, prout ſibi placet, *l. in re mandata. 21. Cod mandat. l. nec emere 15. & ibi per Doct. C de iure deliber.* Per ius congrui autem priuatur iſta libertate; quia tenetur quis volens vendere, requirere conſortem. Item tenetur emptor reuendere vicino, per *d conſtitut Sancimus.* vnde reſpectu clericorum dicta lex eſt oneroſa, & contra libertatem Eccleſiæ. Nam libertas nihil aliud eſt, niſi naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, &c. *l. libertas. 4 ff de ſtat. homin* ſed per dictum ius cõgrui impeditur quis facere voluntatem ſuam à iure communi promiſſam: ergo *d. conſtitut. Sancimus.* cum priuet clericos libertate ſibi à iure communi conceſſa, ſatis dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, & ſeruari non debet inter clericos.

SECVNDO, & magis † in ſpecie in terminis no- 4
ſtris adducitur; quia per ius cõmune in ſpecie prohibetur ius congrui. Probatur primo per *l. communi 1.* & ibi Bald. *in 1. not. C. communi. diuid.* vbi poteſt quis vendere non requiſito conſorte, probatur etiam *in leg. ne cui. 32. C. locat.* Item probatur magis clare *in l. dudum. 14 C. de contrahend. empt.* vbi Imperator annullat omnes obſeruantias, quæ per prius

etant

erant ſuper iſto iure congrui, & concedit liberam facultatem vendendi & emendi. Item probatur per *l. inuitum. 11. C. de contrahend. empt.* vbi non compellitur quis inuitus vendere alicui. Item *in d. l. dudum.* Imperator appellat obſeruantiam iuris congrui iniurioſam, & in rei veritate non poſſet conſiderari melior textus in fauorem clericorum: nam per illam legem oſtenditur, quod non ſolum *dict. conſtit. Sancimus.* ſit contra libertatem eccleſiæ, ſed etiam ſit iniurioſa clericis: ergo nullo modo inter eos eſt obſeruanda: patiuntur enim iniuriam clerici, eo ipſo, quod compellantur vendere rem emptam, cōtra *d. l. inuitum.* & ſic priuantur libertate iuris communis, contra ea, quæ notat Abb. & Doctor. *in l. 1. de contrah. empt.*

5 TERTIO, † confirmatur; quia per talem legem clerici priuarentur beneficio ſibi conceſſo, ex diuina, & humana lege, quod eſt, vt quilibet diligat magis ſeipſum, quem proximum ſuum: nam ordinata charitas incipit à ſeipſo, *l. præſes. 6. C. de ſer. & aqua. c. non ſatis. 86. diſtin.* gloſſ. *in c. quieſcamus. 22. diſtinct.* pro hoc eſt text. *in cap. qui vult de pœn. diſtinct. 3.* vbi dicitur, quod qui vult dare eleemoſynam, debet incipere à ſeipſo, & text. cum gloſſ. *in verb. ſemetipſo. in c. ſi non licet 23 quæſt. 5.* & dicit Angel. *in conſil. 253. colum 1.* quod peccat contra ordinem charitatis; quia præfert charitatem alienam charitati propriæ. Idem tenet Speculat. *in tit. de Aduocato. §. 2. verſic. ſed nunquid clericus.* Hinc videmus, † quod à iure permit-

6 titur alicui facere damnum in rebus alienis, cauſa vitandi damnum in rebus propriis, *l. qui ſeruandarum. 14 ff. de præſcript. verb. & l. ſi quis fumo. 49. ff. ad leg. Aquil.* Item cauſa vitandi periculum rerum ſuarum, poteſt iudex diuertere, & dilatare iudicium, *l. ſi longius. 18. in princip. ff. de iudic.* Sed per dictum ius congrui peruertitur iſte ordo charitatis; quia compellitur quis potius dari alii, quam ſibi, quod eſt contra omnia iura diuina, canonica, & ciuilia. Cum nemo compellatur de ſuo facere beneficium, *c. cum ex officii de præſcript. & l. inuitum. 11. C de contrahend. emption.* ergo ſequitur, quod non debet legare clericos.

7 QVARTO confirmatur, † quia tunc lex vel ſtatutum dicitur contra libertatē eccleſiaſticam, quando clerici efficerētur timidiores ad aliquem actum faciendum, ſecundum Batt. *in d. authen. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ. in l. 1. §. quæ onerandæ. 5. ff. quarum rer. actio non dat.* Abb. *in c. nouerint. de ſentent. excommun.* & Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. colum. 37. verſic. ſecunda fuit opinio, &c.* Sed per dictam conſtitutionem clerici efficiuntur timidiores ad emendum; quia ſcientes rem poſſe ſibi auferri à vicino, non emerent; ergo non debent ſeruari inter clericos, vt habeant libertatem emendi.

8 QVINTO adducitur; quia † quando lex vel ſtatutum Principis ſecularis, eſt coactiuum perſonarum, ad aliquid faciendum, non ligat clericos. Ita tenet Abbas *in c. quod clericus. in 7. colum. in fin. de foro compet.* & Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ colum. 38. verſic. Quinto & vltimo, &c.* ex quo vendicaret ſibi iuriſdictionem in clericos Princeps ſecularis, qui potius clericis debet obedire, *c. cum ad verum, &c. nunquā. 96. diſtinct.* ſed *d. conſtit. Sancimus.* eſt coactiua perſonarum ad aliquid faciendum, tam reſpectu venditoris, quam emptoris; nam compellit venditorem ad requirendum vicinum. Item compellit emptorem ad reuendendum vicino; ergo non debet ſeruari inter clericos. Corroboratur † ex his, 9
quæ in ſimili dicimus de compromiſſo, ad quod aſtringuntur litigantes per ſtatutum, nam non ligat clericos, ſecundum Alexand *in conſil. 213. col. 12 in 2. volum* & Socin. *in conſil. 71. colum 3 in 4. volum.* & hoc ex illa ratione, eſt coactiuum perſonarum, vt plene per Socin. *in d. conſil. 71.*

SEXTO adducitur; quia ſtatuta † præceptiua laicorum non legant clericos, ſecundum Alex *in d. conſil. 213. col. pen. conſil. 214. col. 2. in 2. vol.* Gemin. *in c. fin. in princ. de off. de leg. libr. 6.* & eſt text. *in c. clericis. in c. fin. de immun. eccleſ. lib. 6. & Clement. præſenti de cenſ* & ibi Card. per Abb. *in c. innouamus. de cenſ.* ſed *d. conſt. Sancimus.* eſt præceptiua; quia præcipit requirere conſortes. Item præcipit reuendi rem vicino; ergo non debet ſeruari inter clericos. 10

SEPTIMO adducitur † textus fere in terminis, *in c. fin. de immunit. eccleſ. libr. 6.* vbi non valet ſtatutum, quo laici prohibentur vendere clericis; & dicit ibi Gemin. in princip. quod ſiue hæc prohibitio fiat directe, ſiue indirecte; procedit diſpoſitio illius capituli. Nam dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, quando clerici non poſſunt libere negociari cum laicis, ſed per ius congrui ſaltem indirecte prohibentur clerici emere; quia, quando clericus non eſt vicinus, repellitur per vicinum: ergo non debet ligare clericos: & hoc proprie dicit Bald. *in d. l. dudum. 14. in princ. C de cōtrahen. empt.* vbi dicit obſeruantiam iuris congrui eſſe oneroſam, & contra libertatem. 11

OCTAVO adducitur; quia † ſtatutum, quod prohibet vendere certis perſonis, puta nō ſubditis, non includit clericos; & dicitur contra libertatem eccleſiaſticam. Ita tenent Ioan. Andr. & Gemin. *in c. fi. de immun. eccleſ. libr. 6.* Alexand. *in conſil. 14. col. 2 in 2. volum.* Felin *in d. c eccleſia S. Mariæ. col. 4. verſic. Nono quæro, &c. vbi dicit, quod iſta communis opin.* & Batt. *in l. filius familias. 114. §. diui. 11. col. 3. ff. de leg 1.* Sed in propoſito *d. conſt. Sancimus.* prohibet vendere certis perſonis, ſcilicet non coniunctis; ergo non debet includere clericos. 12

NONO adducitur; quia † clerici ſunt priuilegiati, nō ſolum in eorum perſonis, ſed etiam in eorum bonis, in tantum, quod licet aliqua bona, dum ſunt penes laicum, ſint ſubiecta oneribus ſtatuti laicorum; tamen eo ipſo, quod perueniunt in poſſeſſionem clerici, efficiuntur exempta, & gaudent priui- 13

legio clericorum, & iudicantur per iura canonica. Ita tenet Bald. *in l. placet. 5. verſic. quaero iuxta hoc, &c. C de ſacroſanct. eccleſ.* & ibi etiam Batt. Franc. de Are. laſ. gloſſ. *in l. incola. 29. ff. de muner.* Nam mutatione perſonae mutatur qualitas & conditio rei, *l. Paulus reſpondit per procuratorem. 90.* (alias incipit) *procurator. ff. de acquirend hared. & l. 1. C. quando, & qui. quar pars. deb. libr. 10.* & tenet Andr. de Iſern. *in tit. qua ſint reg in verſ & plauſtrorum. col. 2.* Quintum enim ad hoc priuilegium exemptionis à ſtatutis laicorũ, bona clericorum & eccleſiarum, purificantur: vt eſt text. *in Clem. praſenti.* & ibi Cardin. *in 2. not. de cenſib. c. fin.* & ibi Andr. & Abb. *de vit. & heneſt. cler. in c. aduerſus, &c. non minus. de immun. eccleſ.* Batt. *in l. 1. col. 4. C. de mul. & in quo loc.* Speculat. *in tit. de clericis coniug. colum. 3.* Archid. & Gemin. *in c. 1. de immun. eccleſ. libr. 6.* & quod bona clerici ſint priuilegiata, ſicut perſonae, tenet etiam Abb. *in d. c. eccleſia S. Maria colum. antepenult.* Nunc in propoſito, licet fundus, qui venditur, dum eſt penes laicum, ſit ſubiectus oneri *d. conſtit. Sancimus.* tamen poſtquam eſt alienatus in clericum, mutauit illam conditionem, & debet iudicari liber per illa iura canonica, recipiendo exemptionem à perſonà clerici: & ſic clericus non debet teneri ad retrahendum?

14 DECIMO adducitur, † quia leges, & ſtatuta laicorum, quatenus ſunt fauorabilia & priuilegiata clericorum includunt clericos. Hinc eſt, quod clerici poſſunt actiue vti ſtatutis laicorum, in eorum fauorem, non autem paſſiue poteſt alius vti contra clericos. & hoc in terminis noſtris tenet Abb. *in c. conſtitutus. in verſic. not. de reſtitut. in integr.* vbi proprie loquitur in iure congrui, & tenet, quod clericus actiue poteſt vti iure congrui contra laicum, & in hoc approbatur tale ſtatutum per Papam, ibi, ſcilicet in fauorem clerici, non autem paſſiue. Ad idem eſt gloſſ. *in c. nouit. in verſic. quicunque. de iudic.* & ibi Abb *in 9. colum. verſ. vlt. gloſſ. ibi colligit argumentum, &c.* vbi dicit, quod eccleſia poteſt vti lege ciuili pro ſe, non tamen tenetur recipere contra ſe: quia quod eſt inductum in fauorem eccleſiae, non debet in eius odium retorqueri. Idem dicimus in compromiſſo inducto per ſtatutum: nam clericus poteſt petere fieri compromiſſum iuxta formam ſtatuti; & tamen laicus non poteſt petere, clerico inuito, quod fiat compromiſſum, vt declarat Socinus *in d. conſil 71. in 4. volum.* & praeſertim *in penult. col.* nec in iſto caſu habet locum poena retorſionis, vt poſſit quis dicere clerico, patere legem quam tu te ipſe tuleris, vt eſt textus *in c. cum omnes. de conſtit.* quia cum talis lex non ſit facta ad poſtulationẽ clerici, ceſſat edictum, quod quiſque iuris, *l. 3. in princ. ff. quod qui, que iur.* ita declarat Socin. *in d. conſil. 71. colum. pen.* & Bald. pulchre *in l. cum cunctos populos. colũ. 6. verſ. ſ d hic vlterius quaritur, &c. C. de ſum. Trin. & fid. cathol.* vbi plura exempla ponit, maxime de inſtrumẽto habente executionem vigore ſtatuti: nam clericus poteſt vi ſtatuto contra laicum, ſed non econtra, & hoc facit pro ritu magnae curiae, qui incipit: *Item, ſi qui debitores.* nam clericus actiue poſſet praeſentare inſtrumentum ſecundum formam ritus; non autem paſſiue contra eum praeſentari poteſt, per praedicta. Similiter facit ad ſtatutum excludens foeminas à ſucceſſione propter maſculos, nem clericus maſculus excludit ſororem, & gaudet beneficio ſtatuti, ſecundum Bald. ibi, & Abb. *in d. c. eccleſia S. Maria. colum. fin.* ex quibus ſequitur concluſio, quod *d. conſtitut. Sancimus.* in quantum concernit fauorem clericorum, procedit in clerico, ſcilicet actiue, vt ipſe poſſit rem euincere iure cõgrui; non autem paſſiue poteſt conuenire iure congrui, ſecundum Abb. *in d. c. conſtitutus.* & ſic verior videtur opinio Matth. quam poſuit *in §. fin.* illius conſtitutionis, *Sancimus.*

VNDECIMO adducitur; † quia quando aliqua lex vel ſtatutum Principis ſecularis mandat contractum, vel alium actum non fieri ſine certa ſolennitate, non tenetur clericus ſeruare dictam ſolennitatem, ſed poteſt actum celebrare ſine illa. Ita plene tenet Abb. *in c. relatum. el 1. de teſtam.* licet haec opinio non ſit indiſtione vera in clerico, ſed in eccleſia ſic, vt declarat plene Felin. *in d. c. eccleſia S. Maria. colum. 37. verſic. quartus caſus, &c.* Statuta enim quamuis generalia, non includunt perſonas, non ſubditas, vt per Abb. *in c. à nobis el 1. colum. 1. de ſentent. excomm* Nam eorum validitas dependet ex poteſtate ſtatuentium, ſecundum Abb. *in d. c. eccleſia S. Maria. colum. 4. verſic. ad primum, &c.* Verum in caſu noſtro videtur procedere iſtud argumentum; quia ſolennitas requiſitionis vicini, inducta per *d. conſtitut. Sancimus.* videtur eſſe perſonalis; nam reſpicit perſonam venditoris, & hoc procederet, quando clericus eſſet venditor. 15

DVODECIMO & vltimo pro † iſta parte adducitur; quia id, quod nobis quaeſitum eſt ſine facto noſtro, a nobis auelli non poteſt, *l. id quod noſtrum. 11. ff. de regul. iur.* & hoc eſt etiam de iure gentium, ex quo inde fuerunt introducti contractus, maxime contractus emptionis, *l ex hoc iure. 5. ff. de iuſt. & iur.* Vnde poſtquam res fuit acquiſita clerico per contractum emptionis, non debet poſtea ab eo inuito auferri ex ſtatuto laicorum; quia tolleret ſibi id, quod ex iure gentium acquiſiuit; & eſſet valde oneroſum clerico. 16

Pro parte † vero contraria affirmatiua, ſcilicet, quod imo clericus teneatur iure congrui, & litigetur per *d. conſtit. Sancimus.* adducitur PRIMO; quia *conſtit. Sancimus.* eſt lex Imperialis facta ab Imperatore Frederico, quo caſu, quando lex imperialis non tractat de materia ſpirituali, nec obuiat canonibus, ſeruanda eſt, etiam in foro eccleſiaſtico contra clericos: ita tenent gloſſ. & Abb. *in c. 1. col. 13. de oper. nou. nuncia* gloſ. *in ver. temporalium. in c. cum ad verum. 96. diſt.* Archidiac. *in c. ſi inter Epiſcopos. 6. qu. 4.* & Petr. de 17

Anch.

Anch.*in c.canonum ſtatuta,in 1.q.de conſt.*glo.*in c.cæterum,de don.* Doct.*in l.priuilegia.*17. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſed *d.conſt.ſancimus.* non loquitur de re ſpirituali, nec de materia concernente peccatum, nec contrariatur canonibus: imo de iure canonico approbatur, vt infra dicam: ergo ſeruari debet in vtroque foro contra clericos.

18 SECVNDO adducitur; † quia *d.conſtitut.* & eius obſeruantia reperitur expreſſe approbata per canones, ſcilicet per *d.c.conſtitutus.de in integr. reſtit.* vbi expreſſe mandat Papa ſeruari illam obſeruantiam, vt res vendatur conſortibus, & ibi hoc declarant plenius Anton. de Butr. & Imol ergo non poteſt dici contra libertatem Eccleſiæ, poſtquam Papa approbat ipſam. Hinc videmus, quod ſæpius Papa ſolet approbare ſtatuta & conſuetudines laicorum, quando ſunt rationabiles, vt *in c.cum veniſſent de eo, qui mitt. in poſſ. in c. cæterum. de donat. in c.2 de arbitr. lib.6* & habetur *in c.clerici,de iudic.* & quod not. Paul. de Caſtr. *in authent.cauſa,quæ cum monacho,colum.2. de Epiſcop. & cleric.* † & dicit lex canonica quod le-

19 ges ciuiles ſunt diuinitus probatæ per ora Principum, *c.fin.10.quæſt.3* Et text. *in c.ſuper ſpecula.de priuil.* dicit, quod ſancta Ecleſia legum ciuilium non reſpuit famulatum, quæ veſtigia iuſtitiæ & æquitatis imitantur.

20 TERTIO adducitur; † quia tunc lex ciuilis dicitur præiudicialis clericis, quando ſolum incommodum eis afferre poteſt, ſed quando lex ciuilis poteſt afferre commodum, & incommodum, non dicatur præiudicialis, nec contra libertatem Eccleſiæ. Ita tenet Abb. *in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ col.5. verſic.circa hoc tamen, &c.* vbi per hoc infert, quod lex ciuilis loquens de contractu emptionis, commodati vel depoſiti, vel ſimilis, debet ſeruari inter perſonas, ex quo non contradicit canonibus, & poteſt afferre commodum & incommodum, per text. *in d.c.1.de oper. no.nun.* vbi demolitur Eccleſia nouiter ædificata contra nunciationem noui operis inductam à iure ciuili, & *in c. eccleſia, el.1.vt lite penden.* vbi Papa per leges ciuiles iudicat inter clericos: & idem tenet Felin. *in d.c. Eccleſia S.Mariæ, colum.25, verſic.ex prædictis iſtis,&c.* Per. de Anch. *in d. c.canonum ſtatuta.* Abb. *in conſil.73.colum.pen.in 2.volum.* Sed in caſu noſtro iſta lex imperialis de iure congrui, loquitur ſuper contractu emptionis, & locationis, & non eſt præiudicialis; quia poteſt afferre commodum clerico agenti iure congrui: ergo ſeruari debet inter clericos, cum contrarium non reperiatur de iure canonicum.

21 QVARTO adducitur, † quia ſecundum magis communem concluſionem clericus adiens hæreditatem non confecto inuentario, tenetur vltra vires hæreditarias, & tamen hoc eſt inductum per l. ciuilem, vt habetur *in l. fin. C. de iure del.* ita tenent Ang. Alexand. Iaſ. & communiter Doct. *in d.l.fin §. fin.* quidquid dicat ibi Bart. idem tenet Abb. *in d.c. Eccleſia S.Mariæ, colum.5.* & ibi etiam Fel. remiſſiue, *in 25.colum.* & Abb. *in conſil.73.colum.pen in 2.volum.* vbi ſolam Eccleſiam excipit à confectione inuentarii. Bald. expreſſe *in d. l.fin.in princ.in 6.q.* & Angel. *in l.1.§. hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus, quam per leg.Falc.* & plene per Can. *in c.1. de teſtam.& in c.1.de ſolut.* Similiter clericus tenetur vitio litigioſi, quod eſt inductum à iure ciuili, vt *d.c.eccleſia. vt lite penden.* & Abb. *in d.c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, colum.5.* Ergo leges ciuiles ſeruantur contra clericos, non obſtante, quod poſſit eis quandoque afferre incommodum, vt dixi in præcedenti argumento. Eodem modo debet ſeruari iſta lex ciuilis, tractans de iure congrui.

QVINTO adducitur, † quia ſecundum communem concluſionem, diſpoſitio *l. quoties 15. C. de rei vend.* ſeruatur etiam contra clericum, non obſtante, quod poteſt afferre incommodum. Ita tenet Abb. *in c.continebatur. de his, quæ fi. à præl.* Alexand. *in conſil.122.in 5.volum.* & Felin. *in d. c. Eccleſia S.Mariæ, colum. 29.* & tractat illa lex materiam venditionis. Nam ſi res primo venderetur clerico, deinde venderetur laico, præfertur laicus ſecundus emptor ratione poſſeſſionis; vnde non eſt mirum: ſicut eo modo ratione poſſeſſionis potuit lex ciuilis præferre laicum laico, & ſic etiam ratione vicinitatis rei ratione iuris congrui: & ſufficit, quod in vtroque caſu poſſit quandoque clericus habere commodum, quod eſt, quando ipſe prius habuiſſet poſſeſſionem, vel haberet rem vicinam; quia auocaret rem ab emptore per ius congrui. 22

SEXTO adducitur; quia † quando lex ciuilis non facit notabile præiudicium perſonis Eccleſiaſticis, debet ſeruari etiam inter clericos: ita tenet Fel. in plura, *in d.c. Eccleſia S. Mariæ.10. de conſtit.col.4.verſic. quartum notabile.&c. & colum.4.verſ.1.limitatur,&c.* Sed per ius congrui non fit notabile præiudicium clerico; quia dato, quod perdat rem: tamen recuperat ſuum pretium. Item *d.l.ſancimus.* eſt facta cum maxima æquitate & ratione ad euitandas diſcordias & rixas, quæ poſſent oriri inter vicinũ, & nouũ emptorem, & ſic facta eſt ad commune bonum ciuitatis, quod æquiparantur bono Eccleſiarum: vt tenet Cal. *in conſ.21 in fi.in tit.de conſt.* Item *d.l. ſancimus.* eſt conformis iuri diuino, ſecundum quod erat introductum ius congrui, vt habetur *Hieremiæ cap. 32.* vbi dicitur: *Eme agrum meum, tibi enim competit ex propinquitate, vt emas, &c.* & habetur *Ruth.cap. 4.* ergo tanto fortius ſeruari debet inter clericos. 23

SEPTIMO adducitur; † quia ſi ſtatutum dictaret, quod mulier habens filios non poſſit rem alienare extra filios ſuos, habet locum etiamſi alienaret clerico: & ſic tale ſtatutum factum contemplatione filiorum ligat clericos: ita tenet Fel. *in d.c.Eccleſia S. Mariæ.10.de conſtit. col.41.verſic.1.limitatur, &c.* ergo eodem modo, quando ſtatutum dictat; quod res nõ poſſit alienari extra vicinos; cum par videatur ratio grauaminis. 24

25 Octavo adducitur;quia † quando ſtatutum laicorum eſt factum ob aliquam rationabilem cauſam, non principaliter in odium clericorum: dato, quod per aliquam conſequentiam clerici haberent aliquod incommodum, non eſt in conſideratione, & ſeruari debet etiam inter clericos, & ſufficit, quod in ſtatuto clerici non nominentur, vt poſſit obſtare text. *in c. ſi. de immũ. eccleſ. lib. 6.* Hæc concluſio probatur per multa exempla. Primò ex his, quæ tenet Calde. *in conſil. 21. in tit. de conſt.* vbi dicit, quod ſi ſtatutum imponit certam ſolutionem euntibus ad macinandum, habet locum etiam in his, qui vadunt ad molendinum Eccleſiæ, non obſtante, quod per quandam conſequentiam videatur in aliquo lædi Eccleſia. Secundo probatur ex his, quæ notabiliter tenet Abb. *in conſil. 63. in 1. vol* vbi tractat, quomodo indirecte poteſt ſtatutum impedire legatum ad pias cauſas, & per Fel. *in c. Eccleſia S. Mariæ. 3. vt lit. pend. in 42. col.* Tertio; quia lex ciuilis mandat filium inſtitui hæredem, alias teſtamentum patris non valet; & tamen hoc procedit, etiam quando Eccleſia eſſet hæres inſtituta; quia non poteſt quis filium exhæredare, & Eccleſiam inſtituere, *c. quicunque 17. q. 4.* & gloſſ. *in l. ſi quis ad declinandam. 49 C. de Epiſc & cler.* ſed in propoſito *d. l. ſancimus.* eſt facta ob rationabilem cauſam, approbatam etiam de iure Canonico, per *c. conſtitutus. 8. de in integr. reſt.* & etiam de iure diuino, vt dixi ſupra *in 6 argumento.* & non loquitur contra clericos, nec eſt facta in odium clericorum. Vnde non curatur, ſi clerici patiuntur aliquod incommodum, quando emunt, præſertim cum habeant commodum, quando euincunt, vt ſupra dictum eſt *in 3. argumento.* Confirmantur prædicta; † quia ſtatutum excludens fœminas propter
26 maſculos, cenſetur etiam excludere fœminam monialem, non obſtante, quod ſit perſona Eccleſiaſtica; ita tenet Abb. *in c. quod clericos. 9 colum. 10. de foro compet* Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ. 10 de conſtit colum. 32.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 304. 1. volum.* & Socin. *in conſil. 81. colum. 4. & 5. in 1. volum.* & vt plurimum aſſignant rationem; quia ſtatutum iniecit vinculum ante clericatum, & propterea ligat clericos, ſecundum Abb. *in d. c. quod clericis, col. 9.* & ibi Ioan. And. & Soc. *in d. conſil. 81. in pen. col. in fin.*

Nono adducitur; † quia Imperator cenſetur
27 Dominus omnium rerum temporalium, quæ ſunt in mundo, ſaltem quo ad iuriſdictionem, & poteſtatem, *l. bene à Zenone. 3. C. de quadr. præſcript. c. quo iure. 8. diſt. c. conuenior, & ibi gloſſ. 1. 23. q. 8.* Appellatur enim Dominus mundi, *l. deprecatio. 9. ff. ad leg. Rhod. de iact.* gloſſ. *in c. Adrianus, el. 2. 63. diſtinct.* & gloſſ. *in c. venerabilem 34. de elect.* & Card. *in Clem. 1 de ſumma Trin. & fide Cathol.* & Bart. *in §. omnem. col. 1 & 2. in 1. conſtit. Digeſtorum.* & idem Bartol. *in l. poſt actiones. 1. § per hanc. 3. el. 2. de rei vend.* Si enim eſt Dominus mundi, quo ad bona temporalia, poteſt in dictis bonis ponere legem, quam vult: nam Imperator dicitur Vicarius Dei in temporalibus, ſecundum Bald. *in l. 1. C. de iure annul. aur.* Ergo quando facit legem ſuper eis, dicitur illam facere auctoritate Dei, text. eſt *in c. nemo. 61. quæſt. 4.* & quando eſt iuſta & rationabilis, cenſetur etiam approbata per Papam, vt *in c. intelleximus. 1. de op. nou. nun. in c Eccleſia. vt lite pend.* & per Alexand. *in conſil. 121. in fin. in 2. volum.* & quod antequam bona perueniant in clericum, poſt Princeps in eis ſtatuere, & onus imponere, tenet Bart. *in l. reſcripto. 6. §. ſed enim fin. ff. de mun. & hon.* Si ergo bona temporalia ſunt Principis quoad iuriſdictioné, nulli eſt dubium, quod facere legem, eſt iuriſdictionis, vt per Bart. *in l. Imperium 3. ff de iur. om. iudic.* nam eſt de maximo imperio: vnde ſequitur, quod Princeps poteſt diſponere de rebus temporalibus legem condendo, vt not Bart. *in d § omnem. colum. 2. in 1. conſt fforum.* Ergo licite potuit facere hanc legem, quod bona ſtabilia vendantur potius vicinis, quam extraneis, & clerici, qui volunt negotiari ſuper dictis bonis, teneantur obſeruare legem ſuperioris, qui habet ſuper eis poteſtatem legis condendæ tanquam Vicarius Dei; maxime; quia dicta lex non eſt eis præiudicialis, cum poſſint ex ea ſentire commodum, vt ſupra dictum eſt.

Decimo adducitur; quia † quando lex diſpo- 28
nit ſuper bonis alicuius, vt debeant ire ad certam perſonam, non poteſt ille, qui grauatur, alienare ea etiam ad pias cauſas, extra illam perſonam. Ita per plura concludit Abb. *in conſil. 63. col. 2. verſ. ſed his non obſtantibus, &c. in 1 vol.* Sed in caſu noſtro lex diſponit ſuper rebus temporalibus, vt venditores teneãtur eas alienare vicinis; ergo non poſſunt eas alienare etiam clericis in præiudicium vicinorum: nam quando ſtatutum reſpicit rem temporalem, ligat clericos, ſecundum Abb. *in d. c quod clericis 9. col 7. in fin. de foro compet.* & Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ. 10. de conſtit. col 38.*

Vndecimo adducitur; quia † quod res venda- 29
tur magis vni, quam alii, eſt in iure approbatum per plures leges. Primo, per *l ff. de priuil. cred.* vbi quando venduntur bona creditoris, in emendo præfertur creditor, vel agnatus aliis extraneis. Item probatur per tex. *in c 1. §. ſed & res.* & ibi And. de Iſer. Aluar. & communiter Doct. *per quos fi. inueſt.* vbi in venditione feudi facienda, agnatus offerens iuſtum pretium, præfertur extraneo in emendo. Et quod conſanguineus præferatur in emendo, tenet Luc. de Pen. *in l. vnic. colum. 2 ſuper verſic debiti. C. de*
*imp. luc. deſcript. lib 10.* † dicitur autem iuſtum pre- 30
tium illud, quod recipitur ab extraneo: vnde dato, quod ſecundum communem æſtimationem res valeat decem, ſi tamen alius offerat quindecim, illud pretium ſublatum dicitur iuſtum, & illud tenetur offerre vicinus in iure congrui obtinendo; quia venditor non debet eſſe in damno. Ita pulchre in terminis noſtris tenet Bal. *in l. rem maioris 2. col ſi circa ſi C. de reſcin. vend.* vbi plura iura allegat. Tertio quia

quia quando fiſcus habet rem communem cum priuato, poteſt illam totam vendere inuito ſocio *l.multum.2. C.de comm. re alien* & tamen ſi ille ſocius vult emere partem fiſci, præfertur omnibus aliis emptoribus. Ita notanter tenet Bald. *in d l 2.*

31 QVARTO; † quia quando aliquis tenuit aliquã rem in emphyteuſim, & eſt finita, poteſt eius deſcendens, vel conſanguineus petere, quod ſibi renouetur, & concedatur: & tenetur Dominus ſibi concedere potius, quam alteri, & ſi noul. facit, poteſt appellari, text. eſt, & ibi Bart. *in ait prætor. 1 §. permittitur. 41. ff. de aqua quo. & æſti.* & Bart. *in l.1. in fin. ff. de*
32 *priu. l. cred.* & Socin. *in l. conſil. 99. col. penult. in 1. vol.* & eſt text. *in c. Bonæ memoriæ. 3 & ibi per Can de poſtul. prælat.* QVINTO; quia † colonus partiarius tenetur vendere partem ſuam fructuum potius Domino, quam extraneo. in caſu, quo vellet illam vendere. Ita tenet Bart. per illum textum *in l. perpenſa.1. in fin. C de metall. lib. 11.* & Alexand. *in addit. ad Bald. in l. dudum. 14. C. de contrahen. emptio.* SEXTO; quia quando aliqua res alicuius ſacerdotis fuit confiſcata, & fiſcus vellet eam locare, tenetur illam locare ſpuriis illius ſacerdotis potius, quam extraneis: tex. eſt *in conſtitut. Sicut accepimus.* & ibi Matth. de Afflict. *in*
33 *4. notab.* SEPTIMO; quia † multa in iure conceduntur ratione viciniratis, etiam contra ius commune quæ alias non concederentur, text eſt, & ibi gloſſ. *in c. quoniam. 12. quæſtio. 1 & in c. cum longe. 63 diſtinct. & in c. 1. de conſecrat. eccleſ vel altar. libr. 6.* tenet Luc de Penna per illum textum. *in l. quicunque 7. la. 2. colum. penult. C. de omni agro deſert. libr. 11.* Ex quibus iuribus videmus, quod tam iura Canonica, quam Ciuilia approbant aliquid noui ſtatui poſſe ratione vicinitatis, & propinquitatis. Vnde ſi Imperator per ſuam legem introduxit hoc ius congrui ratione vicinitatis, motus fuit optima ratione approbata tam per iura Canonica, quam Ciuilia, & etiam de iure diuino, per illud dictum Hieremiæ, *cap 32* allegatum ſupra *in 6. argum.* vnde merito clerici legantur hac lege.

34 DVODECIMO, & vltimo, † pro iſta parte adducitur auctoritas Cyn & Bald. *in l. neque C. de her. inſtit.* vbi tenent, quod tale ſtatutum, quod res vendatur conſorti, ligat clericos. Item adducitur auctoritas Sebaſt Neap. *in conſuet. ſi Eccleſia, verſic. ſed quid de clericis, &c.* vbi expreſſe tenet, quod clerici ligantur iure congrui: huius Sebaſt. magna eſt auctoritas in Regno.

35 Ex quibus † rationibus hinc inde adductis, illa quæſtio redditur valde dubia, adeo, quod in iudicando bonum eſſet habere iudicem proprium. Quid ergo dicemus?

PRO SOLVTIONE puto diſtingui QVATVOR MEMBRA. Primum, videlicet, quando laicus vendit rem laico. Secundum, quando laicus vendit rem clerico. Tertium, quando clericus vendit rem laico. Quartum, quando clericus vendit rem clerico. SVPER PRIMO MEMBRO caſus eſt indubitatus, quod habet locum ius congrui; quia nullum vrget obſtaculum, cum ambo ſint ſubditi Imperatoris. SVPER SECVNDO MEMBRO videtur conſiſtere dubium. Tamen firmo concluſionem, quod clericus teneatur iure congrui per omnes rationes, & iura adducta in ſecunda parte. Et conſidero primo quod *conſtitut. ſancimus.* inducit DVAS principales PROVISIONES. VNAM, videlicet contra venditorem, & ALIAM contra emptorem. PRIMA contra venditorem eſt, dum dicit, *non ante concedimus alienare, niſi prius denuncietur illius, &c.* & ſic venditor prohibetur alienare, & adſtringitur ad denunciandum vicinis. SECVNDA contra emptorem, dum dicit, *quod debent venire vicini, & ſoluere iuſtum pretium cum vſuris, & expenſis neceſſariis, & accipere ius protimiſeos, & extraneos emptores omnino repellere, &c.* & ſic innuit, quod poſt factam venditionem contra formam huius conſtit. emptor repellitur per vicinum, & ſic iſta actio iuris congrui, vt eſt realis, dirigitur contra emptorem, vt declarat Matth. *in d. conſtit. ſancimus. §. vt infra. 30. in 11. not.* emptor enim tenetur reuendere vicino, vigore ergo primæ prouiſionis, non poterat laicus ſubditus legislator alienare rem clerico ſine vlla ſolemnitate denunciationis, & alienando fecit contra legem; vnde illa res tranſiuit in clericum, cum vitio: & licet Matth. *in d. conſt. ſancimus, in princ. in 9. notab.* teneat, quod non obſtante legis prohibitione, transferatur dominium in emptorem. Tamen illa tranſlatio fit reuocabiliter, & quando dominium transfertur reuocabiliter, non habet effectus dominii: vt eſt text. & ibi Bartol. *in l ex ſextante. 30. §. Latinus. 1. ff. de except. rei iudic.* & Bart. & Doct. *in l. ſi rem 9. in princ. ff. de pign. actio.* & Alexand. *in l. debitor. 59. ff. ad Trebel.* videtur enim res alienata tranſire cum vitio, quo eſt affecta propter legis prohibitionem, & ſic tranſit in clericum cum illo onere, quod recepit in poſſeſſione laici. Nam primo fit contractus venditionis, & poſtea traditio. † Traditio enim debet habere præcedentem cauſam habilem, *l traditionibus. 20.* & ibi Bal. & Doct. *C. de pact.* alias nuda traditio ſine cauſa, vel contractu præcedenti, nihil valet, nec dominium transfert, *l nunquam nuda. ff. de acquir. rer. dom.* Nunc in propoſito dico ſubtiliter: quando laicus vendit clerico, primo facit contractum, & immediate ex ipſo contractu naſcitur ius congrui vicino, quo tempore adhuc res eſt in dominio laici vendioris ante traditionem, per *d. l traditionibus.* demum ſecuta traditione in clericum emptorem tranſit dominium reuocabiliter cum iure congrui radicato in perſonam vicini: antequam res eſſet effecta clerici, merito poteſt vicinus rem clerico auferre ex iure ſibi quæſito ex facto laici venditoris, antequam res eſſet effecta clerici, & ſic nullam iniuriam facit clerico, ſicut quando clericus emit rem alteri hypothecatam, vel tributariam; quia poteſt 36

poteſt à clerico euinci, iuxta not. per Bartolum *in l. reſcripto. 6. §. fina. ff. de mune. & hon.* lex enim iniecit vinculum ſuum in ipſa re, antequam fieret clerici, per ea, quæ dixi ſupra *in 8. argumento ſecundæ partis, in fine.*

Confirmatur † etiam; quia quando alienatio
37 eſt prohibita contemplatione certæ perſonæ, quamuis alienatio fiat in clericum, vel eccleſiam, admittitur illa perſona ad reuocandum, vt not. Abb. *in cõſil. 63. col. 2. in 1. vol.* & Fel. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ. 10 colum. 24. de conſtit.* pro hoc eſt text. *in c. 1. §. donare quo. olim po. feu. alien.* ſed per *d. conſt. ſancimus.* prohibetur alienatio contemplatione vicinorum: ergo ipſi reuocant à quocunque, *l. quoties 11.* & ibi Bart. *C. de fideicom. & l peto. 69. §. fratre. 3. de lega. 2.* & Socin. *in conſil. 84. colum. 4. in fin. in 1. volum.* Hinc eſt, quod ſi ſtatutum, dicit, quod donatio non valeat, niſi fuerit inſinuata, ſi contingat laicum donare clerico ſine dicta inſinuatione, non valebit donatio, ſecundum Abb. *in c. quod clericis, col. 7. de foro compet.* & aſſignat rationẽ, quia ſubditus non poteſt contrahere cum
38 non ſubdito, ſpreta lege ſui ſuperioris. † Et, ſubdit etiam ibi Abb. quod ſi per ſtatutum requiritur aliqua ſolennitas in teſtamento, debet adhiberi, etiamſi in eo inſtituatur clericus hæres. Idem tenet Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ. 10. de conſtit. colum. 37. in fin. verſic. primum eſt, &c. & colum. 38.* & Abb. *in c. relatum. 11. de teſtam.* ergo idem debemus dicere in laico vendente rem clerico; quia non potuit alienare, ſpreta lege ſui ſuperioris, maxime in præiudicium vicini; & ex his remanet confirmata iſta concluſio pro parte affirmatiua, ſcilicet, quod clericus poteſt ſuper re empta per eum conueniri iure congrui, quando emit à laico, prout in hoc ſecundo membro.

Supereſt modo † reſpondere ad argumenta ad-
39 ducta in contrarium pro prima parte. Et primo, non obſtat primum argumentum, quia patet reſponſio ex his, quæ dicta ſunt ſuper 1. & 6. argumentis ſecundæ partis: nam ex quo iſta lex non affert clericis notabile præiudicium, nec eſt facta principaliter in odium clericorum, ſed propter bonum publicum. Item poteſt afferre commodum & incommodum, per hoc non dicitur clericis oneroſa, nec contra libertatem Eccleſiæ; cum multæ aliæ leges ſimiles reperiantur in iure ciuili, quæ non reperiuntur correctæ de iure Canonico, & ſeruantur in vtroque foro, prout eſt *in l. quoties. 15. C. de rei vend.* vt dixi *in 5. argumento ſecundæ partis.* Præterea per iſtã *conſtitut. ſancimus.* clericus non priuatur aliqua libertate magis, quam in aliis caſibus à iure permiſſis: nam ſi clericus eſt venditor, poteſt libere vendere, etiam ſpreta iſta lege, & habet ſuum intentum; quia res auocatur ab emptore ſine ſuo præiudicio: nam non tenetur de euictione. Si vero eſt emptor, emit rem affectam vitio radicato in ipſa re à tẽpore, quo erat in poſſeſſione laici, vt modo dixi in ſolutione, & ſic licet res ab eo euincatur per vicinum, in hoc incidit clericus facto laici vendentis, qui erat ligatus lege Imperatoris, tanquam ſubditus, & ſic incidit, ſicut, quando emit rem hypothecariam; vnde non tollitur ſibi libertas data à iure communi emendi, & vendendi; quia emit rem cum onere. Non † obſtat ſecundum argumentum, quia *in l. 1. ff. communi diuid.* non prohibetur ius con- 40
grui, ſed ſolum non approbatur, ex quo tempore illius legis non erat inductum. Et eodem modo reſpondetur ad *l. ſi cui 32. C. loc.* quæ reſponſio corroboratur per text. *in l. congrui. 4. & in l. prædia. 5. C. de loc. præd. ciu. libr. 11.* vbi determinatur contrarium, ſcilicet quod antiquus conductor præfertur nouo, quando offert tantum pretium, quantum offert nouus. Sed Bald. *in d. l. ne cui. 32. C. locat.* intelligit illam legem congrui, procedere in prædiis fiſcalibus, & ita concordant iſta contraria, de quibus vide deciſ. *238. conſil. Neap.* vbi facit differentiam inter colonum & inquilinum. Tamen Paul. de Caſtr. *in conſil. 4. in 1. volum.* tenet, quod in rebus eccleſiæ non poteſt expelli primus conductor, per ſecundum, ſi tantumdem offert: & idem Paul. *in conſil. 32. in eod. 1. volum.* dicit ſemper de æquitate debere rem eidem relocari, & Lud. Rom. *in conſ. 23. col. pen.* tenet idem in emphyteuſi: & Luc. de Pen. *in d. l. præd. 5. C. de locat. præd. ciuil. libr. 11. in fin. verbis.* dicit † idem
procedere de gaballario anni præcedentis, qui præ- 41
fertur nouo licitatori, ſi tantundem offert, quantum nouus. Ad *l. dudum C. de contrah. em. empt.* reſpondeo, quod illa lex corrigitur per *præd. conſtitut. Sancimus*, quæ eſt poſterior, *l. pacta nouiſſima. 12. C. de pact.* Item *d. l. dudum. in fin.* excipit, niſi lex ſpecialiter aliud obſeruari præcipiat. Et ſic ſentit proprie iſtam futuram correctionem, vnde in fin. per dictam exceptionem approbatur ius congrui in locis, in quibus obſeruatur eius vſus, prout eſt in Regno. Nec obſtat, quod videatur facere iniuriam contrahentibus; quia poſtquam lex ita depoſuit, ſeruari debet, quãuis dura ſit, *l. proſpexit. 12 qui & à quib.* Ad *l. inuitum.* reſpondeo, † quod non compellitur
inuitus quis vendere rem ſuam, quæ eſt in domi- 42
nio ſuo irreuocabiliter: ſed is, qui emit rem cum vitio, & acquiſiuit rem cum iſto onere reuendendi eam, excipitur ab illa lege; quia ſcire debuit ſtatutũ ſeu legem inieciſſe vinculum, antequam res tranſiret in dominium clerici, vt ſupra dixi. Non obſtat tertium argumentum: quia in iſto caſu clericus emptor non facit beneficium de proprio, ſed de alieno; nam quamuis ſit dominus, habetur tamen pro non domino, ex quo acquiſiuit reuocabiliter, vt ſupra dixi. Nec peruertit charitatem, qui vendit rem, quam tenere non poteſt, ex quo per prius erat affecta per legem ciuilem. Non obſtat quartum argumentum; quia reſpondeo, † quod dicendum ſtatu-
tum eſſe contra libertatem eccleſiæ, non omnis ti- 43
miditas conſideratur, ſed ſolum, quando clerici efficiun-

efficiantur ex rationabili cauſa timidiores, & laici audaciores ad nocendum, & ſic iſta duo requiruntur copulatiue. Ita expreſſe tenet Abb. *in d. c. nouerint 48 de ſent. excom.* Bart. *in d. auth caſſa & irrita. C. de ſacroſan. eccl. & in d. l. iuſiurandum 51 §. qua onerandæ 3. ff. quar. rer. act. non dat.* patet ſecundum exemplum ibi poſitum per Bart & Abb. ſicut dicimus in metu; quia non omnis metus infringit actum, ſed ſolum ille, qui caderet in conſtantem virum, *l. metum 6 ff quod met. cauſ.* velle ergo conſiderare iſtum timorem, ſcilicet, quod clericus non emeret, eſt vanus timor: cũ multæ cautelæ poſſint adhiberi, minime per talem conſtit. laici efficiuntur audaciores contra clericos; cum talis conſtitutio non dirigatur expreſſe, nec tacite contra clericos, ſed eſt generalis. NON obſtat quintum argumentum; † quia in quantum conſideratur coactio perſonæ ex parte venditoris, non facit ad propoſitum in hoc ſecundo membro, ex quo laicus eſt venditor, qui poteſt compelli per legem Imperatoris: in quantum vero conſideratur ex parte emptoris, nulla eſt coactio perſonæ, ſed ſolum vicinus auocat ex poteſtate legis. Conſtitutio enim dat poteſtatem vicino, vt ſoluto pretio emptorem repellat: & ita ſonant verba illius conſtit. Sed deciſiones allegatæ in contrarium loquuntur, quando emptor compellitur aliquid facere per ſuam perſonam; nec dicit illa conſtit. quod emptor compellitur reuendere, ſed ſolum ſoluto pretio, lex repellit ipſam à re empta. Ad ſextum poteſt eodem modo reſponderi, quia nihil præcipitur emptori per illam conſtit. & iura allegata in d. argumento loquuntur contra immunitatem Eccleſiaſticam, ideo tunc ſtatuta non ligant clericos. Statutum enim præceptiuum eſt illud, de compromiſſis faciendis, in quo fateor, quod paſſiue non ligat clericos, per iura allegata in quinto argum. ſupra in fin. quia aſtringit perſonas ad compromittendum. Ad ſeptimum reſpondeo, quod *d. c. fin.* loquitur, quando ſtatutum expreſſe prohibet negociari cum clericis; tunc enim indirecte grauantur clerici; quia licet verba ſtatuti directe dirigantur ad ſubditos; tamen indirecte per prohibitam participationem læduntur clerici. Sed hic nec directe, nec indirecte Clerici prohibentur emere: quia verba conſtitut. non diriguntur ad emptorem, imo poſſunt emere clerici, licet reuocabiliter. Præterea lex non dicit, quod nullus vendat clericis, ſed generaliter præfert vicinum cuicunque extraneo emptori: vnde dato, quod ſub iſta generaliter includantur clerici, hoc non eſt in conſideratione, propter commodum, quod ipſi etiam conſequi poſſunt. Ad octauum reſpondeo, † quod loquitur, quando ſtatutum præciſe vetat rem venditi. annullando penitus venditionem. Tunc enim eſſet merum odium clericorum, ſi eos includeret: & ita loquitur tex. *in c. fi. de immun. eccl lib. 6.* & deciſiones allegatæ in hoc argumẽto. ſed dicta conſtitut. non vetat præciſe, ſed vult fieri requiſitionem conſortis prius, & poſſibile eſt, quod conſors nollet emere. Item poſſibile eſt, quod poſt emptionem clerici conſors non euincat, & ſic reſtat ad eſſe & non eſſe; & longa eſt differentia inter hunc caſum, & illum, qui eſt in argumento. Ad nonum reſpondeo † quod procedit in bonis clericorum, quæ ſunt radicata in eorum dominio: nam poſtquam illa acquiſiuerunt, ſunt exempta ab omnibus futuris angariis, & oneribus laicorum, non autem à præteritis oneribus, vt per Bart. *in l. reſcripto. 6. §. fin. ff de muner. & honor.* ſed iſtud onus erat affixum rei, ante, quam perueniret in clericum: ideo non potuit mutari cum mutatione perſonæ. Prius enim per contractum acquiritur ius vicino, quam clerico dominium, vt ſupra dixi. Ad decimum reſpondeo, † quod quando lex Ciuilis eſt condita ab Imperatore, ſi non habet canonem contradicentem, ligat clericos actiue & paſſiue, quando non ſumus in materia peccati: in tantum, quod non ſolum cauſa clericorum, verum etiam & Eccleſiarum deciduntur per leges ciuiles, etiam paſſiue, text. eſt formalis, & ibi Abb. *in 2. 3. & 4 notab. in c. 1. de ſper. noui nunc.* & in hoc non contradicit Abb. *in d. c. conſtitutus. de in integr. reſtit.* nam refert conſuetudinem, quæ erat ibi, quod licebat vicino reuocare rem venditam. Hoc enim eſt fauorabile clericis, & ſic poſſunt vti ſtatuto, vel conſuetudine in reuocando. Non tamen negat Abbas, quin quando illa fuiſſet lex Imperialis, haberet locum etiam paſſiue contra clericos, vt ſentit ibi Anton. de Butr. cum non contradicat canonibus, & eſt apta afferre commodum & incommodum, vt dicit Abb. *in d. c. 1. in 4. notab* vnde omnia iura, quæ dicunt, quod clerici non tenentur vti lege Ciuili, contra ſe, intelliguntur, quando talis lex eſſet contra eorum Eccleſiaſticam libertatem, per *d. auth. caſſa C. de ſacroſanct. eccleſ.* Vel quando eſſent ſtatuta compulſiua perſonarum ad aliquid faciendum, ſecundum Alexand. *in conſil. 213. colum pe x in 2. volum.* ſicut dicimus de compromiſſo, ſed vbi eſt lex Imperialis rationalis, non inducens peccatum, non compulſiua perſonarum, non facta in odium clericorum, non contra libertatem Eccleſiæ, non habens canonem in contrarium, omnia iura Canonica dicunt illam ſeruari actiue & paſſiue inter clericos, vt dicitur *in d. c. 1.* & ibi per omnes Doct. & per ea, quæ dixi in argumento ſecundæ partis. Sed iſta conſtitutio eſt huiuſmodi; ergo, &c. Ad vndecimum reſpondeo, † quod in clerico veritas eſt in contrarium ſcilicet, quod debet ſeruari ſolennitas, ſecundum Abb. *in c. quod clericis, colum. 7 de foro compet.* & dixi ſupra in ſolutione. Ad duodecimum reſpondeo. quod ex † legis diſputatione ex cauſa, põt id, quod noſtrum eſt, à nobis auferri, vt not Franc. de Arct. *in l. ſi ita quis. 135 §. ea lege in 4. volum. ff de verb. obligat.* ſicut in ſimili videmus in præſcriptione, quæ aufert dominium ſine voluntate domini, ſimiliter *in l. item ſic verbratum. 15. §. ſi quis 1. ff de rei vend. & in l.*

*Lucius.* 11. *ff. de euict.* & hoc not. Phil. Dec. *in l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur.* & ita eſt in caſu noſtro; quia id quod erat quæſitum clerico reuocabiliter, aufertur ſibi ex legis diſpoſitione, & abſque ſuo damno: quia recuperat præteritum, & aufertur ex diſpoſitione legis, quæ ſuum effectum, & vinculum retro iniecerat, prout pluries fuit dictum ſupra. Et per iſtas reſponſiones remanet firmata concluſio contra clericum, & ſic firmo primam opinionem Matth. *in d. conſtit. Sancimus. in princ. in 4. colum.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, reprobata alia eius opinione, quam tenuit *in § ſi filius conſt.* Svper tertio membro principali, ſcili-
50 cet, † quando clericus vendit laico? concludo idem, ſcilicet, quod habet locum ius congrui: nam licet alias clericus venditor non poſſet adſtringi; ad requiſitionem inductam per illam conſtitutionem, ex quo eſt compulſiua perſonæ ad aliquid faciendum: & ſic ex parte venditoris videtur eſſe onerosa, & lex non iniecit vinculum ante traditionem, ob priuilegium perſonæ, vt dicam in 4. membro: tamen poſtquam res deuenit ad laicum titulo emptionis, lex immediatè facit ſuum effectum contra ſubditum poſſeſſorem, vocando vicinum ex ſecunda prouiſione illius conſtitutionis, quam retuli ſupra in ſolutione, & hanc concluſionem firmo per ea, quæ dicit Bald. *in d. authen. caſſa. verſic. Quinto quæro, &c. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi dicit, ſtante ſtatuto, quod teſtamento non inſinuata, non valeant: pone, quod clericus facit teſtamentum, an valeat ſine inſinuatione? & concludit, quod ſi hæres inſtitutus eſt laicus, non valet, ex quo ipſe hæres tenebatur ſeruare formam ſtatuti, cum ſit ſubditus; vnde priuatur commodo teſtamenti, facto ſuo, qui debuit infra tempus ſtatuti inſinuare teſtamentum. Secus, ſi hæres eſſet clericus ſecundum eum. Sic in caſu noſtro: dato, quod clericus venditor non tenetur ſeruare formam illius conſtitutionis; tamen laicus emptor debuit id procurare, alias eo ipſo, quod emit, facto ſuo incidit in priuationem à lege Ciuili inductam: & illud dictum Bald. ſequitur Felin. *in d. c. Eccleſia S. Maria. 18. col. 28. verſic. & iſta procedunt, &c.* Svper quarto et vltimo membro, ſcilicet quan-
51 do clericus vendidit † clerico? hic ſtat maior difficultas, tamen firmo illam concluſionem negatiuam, ſcilicet quod non habet locum ius congrui, ex quo ceſſant omnes rationes ſuperius adductæ, in ſolutione, ceſſat enim prima prouiſio illius conſtitutionis, inducta contra venditorem; quia eſt compulſiua perſonæ ad requirendum conſortem; quo caſu non ligat clericos; & in hoc procedunt omnia iura allegata in quinto argumento primæ partis. Nam Imperator eſt ſubditus Papæ, reſpectu dignitatis, & reputatur inferior. Vnde ligari poteſt per canones, ſed non poteſt ligare perſonas Eccleſiaſticas per ſuas leges, quatenus tangunt perſonas: vt declarat Abb. *in c. 2. in 3. notab. de oper. noui nunc.* Et hoc, quod non poſſit ligare perſonam, tenet Alexand. *in conſil. 213. colum. penult. verſic. ad id; quod notab. Dom. &c. in 2. vol.* vbi allegat ita tenere Ioan. de Imol. *in c. quod clericis. 9. de foro competen.* vnde remanet concluſio, quod clericus venditor non tenetur requirere conſortem, & ſic in eo ceſſat prima prouiſio illius conſtitutionis, ob priuilegium ſuæ perſonæ, ſicut non poteſt arctari ad compromiſſum, vt dixi in 10. argumento primæ partis. Ceſſat etiam ſecunda prouiſio illius conſtitutionis in emptore: quia ſimiliter eſt clericus, & perſona priuilegiata, & non ſubdita, in quo nunc ceſſant omnes rationes adductæ in ſecundo membro, ſcilicet, quando emit à laico: quia tunc lex ciuilis non iniecit vinculum ante traditionem, nec res afficitur vitio; quia licite alienatur, ſpreta ſolennitate illius conſtitutionis; & ſic tranſit dominium irreuocabiliter; ergo emptor conueniri non poteſt iure congrui, & in iſto caſu poſſunt procedere omnia iura, & argumenta adducta pro prima parte: quam concluſionem firmo per dictum Bald. *in d. auth. caſſa. in 5. q.* vbi dicit, quod quando clericus clericum inſtituit hæredem, non debet ſeruari ſtatutum, & Fel. *in d. c. Eccleſia S. Maria. col. 38.* & dixi ſupra in 3. membro.

Svperest modo † reſpondere ad argumen- 52
ta ſecundæ partis, quæ videntur obſtare concluſioni huius quarti membri. Vnde Ad primvm reſpondeo, quod dato, quod iſta lex ſit imperialis; tamen reſpectu venditoris eſt onerosa, & compulſiua perſonæ; vnde non ligat clericum venditorem, per ea, quæ ſupra dixi, & ſic poteſt libere vendere, & emptor etiam eſt perſona libera, & ſic allegata in contrarium procedunt, quando lex non eſt pro aliqua parte onerosa. Et ſi mihi diceres, quod Papa approbat legem Ciuilem, etiam inter duos clericos, vt facit *in c. de operis noui nunciat.* vbi per legem Ciuilem iudicat inter duas Eccleſias litigantes? reſpondeo dupliciter. Primo, quod hic illi duo clerici non litigant adinuicem, prout ibi: nam iure congrui non naſcitur lis inter emptorem, & venditorem, ſed potius inter emptorem, & tertium. Secundo, & melius reſpondeo, quod nunciatio noui operis reperitur expreſſe approbata per Papam, quod patet: quia de ea fecit titulum ſpecialem in iure Canonico, vnde nos poſt compilationem illius tituli non poſſumus dicere, quod iudicamus clericos per leges Ciuiles, ſed potius per canones, quod non eſt in iure congrui; quia de eo non eſt aliquis canon approbans, & minime cenſetur approbatum ex parte venditoris; imo reprobatum per ea; quæ habentur *in d. auth. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & *in d. c. Eccleſia S. Maria. 10. de conſtit.* ex quo eſt onerosum, reſpectu perſonæ, vt ſupra dixi. Non obſtat Secvndvm argvmentvm, † de *c.*
*conſtitutus. de in integr. reſtit.* ſuper quo ſe fundant 53
omnes Doct. extendentes ad clericos hoc ius congrui; quia ad illum text. reſpondeo, quod non loquitur

quitur de aliqua lege Ciuili, nec de ſtatuto, ſed ſolum de conſuetudine municipii, & ſic Papa approbat illam conſuetudinem inter clericos, ea ratione attenta, quia quando eſt conſuetudo populi, cenſetur eſſe mixta clericorum, & laicorum: nam clerici ſunt de populo, & ciuibus, & reſpectu ligantur conſuetudine; quia eſt eorum propria conſuetudo. Ita tenet Abb. *in c.cum veniſſent.3.in 2 notab.de eo qui mit.in poſſ.& in c.cum cauſa 5.in 3.notab.de re iud.*& declarat pulchre Felin. *in c.ad noſtram 12.col.2.de probat.* Nos autem loquimur in lege, quæ eſt mere laicorum, & ſic ex diuerſis nō fit illatio. Præterea illa conſuetudo non dictabat, quod venditor teneatur requirere conſortem, prout dicta conſtitutio, *Sancimus*, ſed ſolum quod conſors, offerendo pretium, poſſit rem venditam recuperare, vt dicit Abbas *in 7. not.*

54 AD TERTIVM ARGVMENTVM, & omnia ſequentia, vnica ſolutione reſpondeo, † quod procedunt in tribus membris præcedentibus, ex rationibus allegatis ſupra in ſolutione. Sed in hoc quarto membro do fallentiam generalem. Quia negari non poteſt; quin illa conſtitutio, *Sancimus*, ſit compulſiua perſonarum, tam ex parte venditoris, qui tenetur acquirere, quam ex parte emptoris, qui tenetur rem reſtituere vicino; & hac ratione teneo, quod non procedit inter duos clericos. Et licet quando lex ciuilis poteſt afferre commodum, & incommodum, debet ſeruari inter clericos; tamen ſemper limito hoc, niſi lex ſit compulſiua perſonarum, per iura ſæpius allegata. Et non putet aliquis, quod in tali deciſione mihi ipſi contradicam circa ea, quæ dixi ſupra in ſecundo membro; in reſponſionibus datis ad argumenta primæ partis, maxime ad decimum argumentum, in quibus locis tenui, hanc legem non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, nec compulſiuam perſonarum, ſaltem ex parte emptoris; & nunc dico contrarium: nam ſi recte ponderentur verba mea, nulla eſt contrarietas; quia ſemper tenui, quod ex parte venditoris eſt compulſiua perſonarum, ad requirendum conſortem, alias non poſſit fieri alienatio: ſed ex parte emptoris, quando clericus emit à laico, dixi, quod non eſt compulſiua perſonæ quoad ius: quia clericus emit cum vitio, & poſt vinculum iniectum, vnde ſi compellitur reſtituere rem, iuſte compellitur tali compulſione, quæ non facit ſibi iniuriam: ſicut quando emit rem hypothecatam, vel affectam alio vitio reali: vnde iſta compulſio, eſt executio iuris, & non ſonat in vitium: vt eo reſpectu poſſit dici lex contra libertatem Eccleſiæ. Sed quando clericus emit a clerico; tunc teneo, quod ex vtraq; parte eſt compulſiua perſonarum, & contra libertatem: nam venditor non tenetur requirere conſortem, nec emptor; cum ambo ſint pariter priuilegiati: & ſic venditio procedit libere ſine ligamine huius conſtitutionis, & dominium tranſit irreuocabiliter; quia res non cenſetur affecta aliquo vitio, ex quo licite lex potuit ſperni tanquam oneroſa clericis, vt notat Hoſt. *in tit.de cenſuet.§.fin.verſic.ſed ponetur.* Et poſtquam res eſt acquiſita clerico, ſi ei aufertur, fieret ſibi iniuria, contra *l. id quod noſtrum.12.ff.de regul.iur.* prout hanc iniuriam ponderat text. *in d l dudum.14 C.de contrah. empt.* & hoc reſpectu dicitur iſta conſtitutio compulſiua perſonæ; nam is eſſet vere iniurioſa, & compulſiua. Et per iſtam declarationem cenſeatur eſſe reſponſum ad omnia argumenta ſecundæ partis, vt non habeant locum in hoc quarto membro. Sed quid ſi vicinus, † qui prætendit ius congrui, ſuper iſto quarto membro, ſit etiam clericus: an poſſit dicere, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, & ſic competat ſibi ius congrui? Dico, quod non, ex quo ambo ſunt priuilegiati in genere, vnde melior eſt conditio poſſidentis, per ea quæ not. Bart. *in auth. quas actiones.C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Abb. *in c.fin.col.1.*& ibi Matth. 55

In omnibus autem caſibus, † in quibus dixi, clericum teneri iure congrui in ſecundo membro, intellige ſane, ſcilicet quando emit particulariter pro ſe, & ſuo patrimonio: ſecus, ſi emeret pro Eccleſia, vt declarat Sebaſt. *in conſtit.ſi Eccleſia.verſ.ſed quid de clericis,&c.* Nam Eccleſia nec actiue, nec paſſiue, habet ius congrui, vt dicitur *in d.conſtit. Sancimus, in fi.* & ibi Matth. SED PVLCHRVM DVBIVM EST, quod ſi laicus emit † fundum ab Eccleſia, an ideo vicinus poſſit petere ius congrui? Matth. *in d. conſtit. Sancimus in princ.colum 4. verſic. item quæro, an iſtud ius congrui:&c.* tenet quod non; quia Princeps ſecularis non poteſt imponere legem rebus Eccleſiæ. Contrarium puto verius, per ea, quæ dixi ſupra in tertio membro: nam quo ad hunc caſum, non poſſet fieri differentia inter rem clerici, & Eccleſiæ; quia quo ad iuriſdictionem laicorum euitandam, maxime in eorum ſtatutis, ſemper purificantur in iure bona clericorum & Eccleſiarum, vt declarat plene Felin. *in d.c. Eccleſia Sancta Maria.10 de conſtit. in 4.& 5.colum.* Card. *in Clem. præſenti, in 2 notab.de cenſib.* Abb. *in c.fin. de vita & honeſt. cler.* licet gloſſ. *in c.ex literis.5.de pig.* dicat generaliter, quod bona clericorum gaudent priuilegiis Eccleſiarum, & gloſſ. *in c. quanquam,de cenſib.lib.6.* tamen contrarium tenet gloſſ *in c.poſſeſſiones.16 quæſt.4.* Et veritas eſt iſta, quod ſolum in caſibus in iure expreſſis bona clericorum æquiparantur bonis eccleſiarum, & non in aliis. Imo regula eſt in contrarium: quia clericus in bonis ſuis non reſtituitur, ſed Eccleſia ſic. Item bona clericorum præſcribuntur, ſicut bona laicorum. Ita hæc omnia pulchre declarat Abb. *in d. c ſi dil gen. ti.16.colum fin.de præſcript.& in d c.ex literis.5.in fin* & Felin. vbi ſupra. Vnde in propoſito, ſicut laicus à clerico conuenitur iure congrui, per rationes allegatas ſupra in tertio membro; ita etiam emens ab Eccleſia. Nam quo ad hoc, non poteſt diuerſitas aſſignari; quia ius congrui ſequitur poſſeſſorem, qui eſt ſubditus legi laicorum, & contra eum dirigitur, 56 57

æ mutatione perſonæ, mutatur conditio rei, vt dixi in nouo argumento primæ partis: & iſtam concluſionem, ſcilicet, quod emens ab Eccleſia teneatur iure congrui, tenet in ſpecie Sebaſt. *in conſuet ſi Eccleſia. in fin. verſicul. emat, &c.*
58 NON OBSTAT, † ſi quis vellet dare inſtantiam inter clericum & Eccleſiam; quia Eccleſia nec actiue, nec paſſiue habet ius congrui, vt *d. conſt. Sancimus. in fin.* ſed clericus ſic; quia iſta differentia nihil concludit ad propoſitum. Nam verum eſt, ſi Eccleſia emit, non conuenitur iure congrui. Item ſi tertius emit prope bona Eccleſiæ, minime Eccleſia actiue habet ius congrui; & in hoc ſolum diuerſificatur à clerico; ſed quando Eccleſia vendit, nullum eſt grauamen Eccleſiæ, quod emptor conueniatur. & ita teneo. SED PVLCHRIVS DVBIVM EST, Pone, quod vendita eſt domus laico, quæ eſt prope rem Eccleſiæ, certum eſt, quod Eccleſiæ non competit ius congrui. Ponamus, quod Eccleſia incontinenti vendit illam rem laico vel clerico, an poſſit nouus emptor petere ius congrui? videtur, quod ſic; quia mutatione perſonæ, mutatur impedimentum rei, vt ſupra dixi. In contrarium eſt veritas; † quia ius congrui competit
59 ei, qui habet fundum vicinum tempore venditionis: ſed ſi emit poſt venditionem, non competit ſibi ius congrui ex perſona venditoris; vnde quia in iſto caſu Eccleſia eſt venditrix, quæ non habeat in alium transferre: & ita notanter determinat Sebaſt. *in conſuet. vbi domus, ſuper verſ tunc habeates, &c.* & hoc procedit, quando Eccleſia vendit poſt natum ius congrui: ſecus, ſi venderet ante, puta ante venditionem rei, de qua litigatur; quia tunc is, qui emit ab Eccleſia, habet ius congrui ex perſona ſua. Ita tenet Sebaſt. *in conſuet. ſi quis emit, ſuper ver. alienius. in verſic. ſed quidem phyteuta, &c.* Et ex his remanet expedita iſta nobiliſſima quæſtio, & à nemine vſque ad hanc tempeſtatem ita diſcuſſa. Laus DEO. *Robert. Marant. vtriuſque Iuris Doct.*

## DISPVTATIO IX.

### An ſi emptor rei immobilis, qui poterat conueniri iure congrui donat illam alteri, vel permutat, faciat ceſſare ius congrui?

SVMMARIA.

1 *Ius congrui an habeat locum contra eum, cui donata eſt res per emptorem, vel permutata poſt emptionem num 27.*

2 *Ius congrui habet locum ſolum in tribus contractibus. Actio oriens ex iure congrui, dicitur perſonalis in rem ſcripta & ſequitur poſſeſſorem.*

*Actio perſonalis in rem ſcripta, habet ſimilitudinem cum reali.*

3 *Ius congrui an detur contra ſingularem ſucceſſorem, & quid ſi ſucceſſor non poſſideat.*

*Ius congrui an detur contra ſecundum emptorem ex perſona propria, vel ex perſona ſui actoris.*

4 *Donatarius, cui fuit donata res empta, an teneatur iure congrui, num. 5. 18 27.*

6 *Extenſio non fit in correctoriis ex identitate rationis, niſi ratione peccati euitandi.*

*Conſtitutio,* Sancimus, *de iure congrui, eſt correctoria iuris communis.*

7 *Statutum, ſeu lex noua debet ita intelligi, vt lædat ius commune in minus, quam poteſt.*

8 *Transferri non poteſt in alium plus iuris, quam habet transferens.*

9 *Ius mihi quæſitum ex facto alterius poſſum contra alium exercere, etiam eo inuito.*

10 *Obligatio rei meæ facta meo nomine me ignorante, ſi ratificatur à me, poſtquam ego obligaui omnia bona mea alteri, an noceat mea ratificatio ſecundo creditori.*

11 *Ius quæſitum difficilius tollitur, quam quærendum.*

12 *Dominium an transferatur, ſi ſtatutum dicat, quod locator non poſſit rem alienare niſi requiſito conductore.*

*Dominium rei alienatæ contra prohibitionem iuris congrui an transferatur, n. 17.*

14 *Fraudibus & malitiis ſemper eſt obuiandum, n. 20.*

16 *Alienatio, quæ fit titulo lucratiuo, patitur onus ſiliquarum.*

17 *Dominium rei venditæ ſub conditione, an transferatur, ſi tradatur interim.*

*Dominium an transferatur ex contractu à lege prohibito.*

19 *Fructus tenetur reſtituere emptor bonæ fidei, qui emit ab eo, qui tenebatur ad fructus.*

20 *Petitio hæreditatis an detur contra titulo poſſidentē, quando titulus fuit habitus ab eo qui poterat petitione hæreditatis conueniri.*

*Aduocati cauſa fraudandi ius congrui, communiter conſulunt, vt emptor ſtatim donet amico ſuo.*

21 *Petitione hæreditatis, qui poterat conueniri ſi alienauit rem ante conuentionem, tenetur actione in factum ex tit.* de alien. iud. mut. cauſ. fact.

22 *Ius congrui quando ceſſaret per donationem, poſſet agi reuocatoria ex tit.* quæ in fraud. cred.

*Alienata in fraudem creditorum reuocantur ſine exceſſione, quando inſiſtunt in ſpecie.*

23 *Emens fundum ſi incontinenti donat, præſumitur facere in fraudem iuris congrui, & habet tunc locum ius congrui contra donatarium, n. 24.*

*Fraus præſumitur in actu ex celeritate temporis, numer. 24.*

24 *Inſtrumentum vnum & idem continens emptionem & donationem ſimul, præſumitur in fraudem iuris congrui, quo ad donationem.*

25 *Alienatio in fraudē præſumitur, quando fit coniunctæ perſonæ, & quando alienatus remanet in poſſeſſione.*

26 *Ius*

26 *Ius congrui habet locum, vbi permutatio fit cum aliqua re mercabili, quæ poſtea ſtatim venditur.*
28 *Vicinus admittitur ad agendum iure congrui, non obſtante donatione vel permutatione.*
29 *Ius congrui quod non detur contra ſingularem ſucceſſorem, eſt inductum per conſuetudinem Neapol. non autem per conſtit.* Sancimus.
*Ius ortum contra auctorem tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.*
*Succeſſor ſingularis includitur in diſpoſitione loquente de actore, & eius factum reputatur factum actoris. nu* 30.
31 *Conſuetudines Neapolitanæ non habent locum in rebus ſitis extra Neapolim, & eius diſtrictum.*
*Extenſio in correctoriis fit ad ſimilem caſum, quando vnica tantum ratio poteſt aſſignari.*
33 *Iuris congrui obſeruantia differt in ciuitate Neapolis ab aliis partibus regni.*

SVCCESSIVA, & non minus vtilis in eadem materia iuris congrui contingit quæſtio. Quidam
1 emit vnum fundum, † & ſuſpicans ſibi moueri litem
ſuper iure congrui, donat illum cuidam ſuo amico, vel conſanguineo, ſeu permutat, ſciens, quod in titulo donationis vel permutationis ceſſat ius congrui, quæritur; an per hoc vicinus cenſeatur totaliter excluſus? Et profecto iſtud dubium millies in facto emergit, & ſub iſto colore multæ fraudes, ac periuria committuntur, Et quia materia eſt quotidiana, ideo decreui eam latius attingere, vt veritas diſputando eluceſcat, *iuxta l. legaui.* 25. *ff. de lib. leg.*
2 ET PRIMO PRO PARTE † NEGATIVA,
quod non habet locum ius congrui, & vicinus ſit excluſus, adducitur, quod conſtit. *Sancimus.* reſtringit hanc diſpoſitionem procedere ſolum in tribus contractibus, videlicet in venditione, locatione, & emphyteuſi: in aliis ergo contractibus remanet diſpoſitio iuris communis, vt liberum ſit vnicuiq; contrahere. Item, quamuis iſta actio dicatur perſonalis, ex quo eſt condictio ex lege *Sancimus.* tamen dicitur in rem ſcripta, vt declarat Seb. *in conſuet. ſi quis emit. in fin. ſuper verſ. veriſimiliter.* & ſic ſequitur poſſeſſorem, vt ibi dicit, & plenius *in eadem conſuet.* ſuper *verſ. poſſideat* & Matth. *in d. conſtitut. Sancimus. in pr. in 9. not. & in §. vt infra.* 30. *in 11. not. & in §. licet. in 6. notab.* Actiones enim perſonales in rem ſcriptæ habent ſimilitudinem realium, & ſequuntur poſſeſſorem, *l. in hac* 3. *§. eſt autem.* 3. *ibi gloſſ. ff. ad exhib.* & declarat Iaſ. *in rubr. ff. ſi certum pet. colum.* 2. ſed quia emptor non reperitur poſſidere; quia donauit, non poteſt conuenire iure congrui: donatarius autem minime, ex quo poſſidet titulo donationis, in quo ceſſat ius congrui: ergo de neceſſitate remanet vicinus excluſus.
3 SECVNDO adducitur, † nam ius congrui non
datur contra ſingularem ſucceſſorē, ſed ſolum contra vniuerſalem, qui poſſidet, alias autem etiamſi eſſet vniuerſalis, & non poſſideret, non teneretur iure congrui: ita tenet Sebaſt. *in d. conſuetud. ſi quis emit. in fin. ſuper verſ. vniuerſali.* Sicut etiam emptor qui non poſſidet, non tenetur, vt dicit Sebaſt. *in conſuet. vbi domus. ſuper verſ. ab emptore. & ſuper verſ. ſucceſſore, &c. & in conſuet. ſi ex vno. ſuper verſic. poſſeſſores.* Hinc eſt, ſi emptor venderet ſecundo emptori, ille ſecundus emptor non tenetur ex emptione prima ſui auctoris, ſed ſolum ex ſecunda emptione propria, ſecundum Seb. *in d. ver. vniuerſali.* Vnde ſi donaret, non poſſet ex proprio titulo conueniri poſſeſſor, ex quo non eſt titulus habilis ad ius congrui, minime ex titulo ſui auctoris; quia illud ius non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, & ſic vicinus remanet excluſus. Duo enim ſunt neceſſaria ex parte rei conuenti copulatiue; ſcilicet quod poſſideat, & quod titulo emptionis poſſideat, vel locationis, vel emphiteuſis.
TERTIO, † pro iſta parte adducitur auctoritas
Sebaſt. *in d. conſuetud. ſi quis emit. ſuper verb. poſſidet. in* 4
*verſ. pone ergo, &c.* vbi in terminis format hanc quæſtionem: Si vnus emit hodie, & cras donat alii: Et tenet, quod non habet locum vlterius ius congrui, & idem in ſpecie firmat Matth. *in conſtit. Sancimus. §. licet. in 6. notab.* vbi de verbo ad verbum refert, & ſequitur opin. Seb. quorum duorum Doct. magna eſt auctoritas in hoc regno.
QVARTO adducitur † *deciſ.* 238. *conſil. Neapol. in* 5
*fin.* quæ incipit *nobilis Petrus, &c.* vbi fuit deciſum contra actorem iure congrui ex cauſa; quia emptor donauerat rem filio ſuo. Et illa deciſio fuit fundata ſuper auctoritate Domini Sebaſt. *in d. verſic. poſſidet.* quæ dici debet pro lege ſeruari in hoc Regno, *l. fin. C. de legib.*
QVINTO confirmatur, † quia d. conſtitut. *San-* 6
*cimus.* eſt correctoria iuris communis; nam per eam corrigitur text. *in d. l. dudum.* 14. *C. de contrahen. empt. & in l. in re mandata.* 21. *Cod. mandat.* licet reſpectu *d. l. in re mandata.* ſit potius limitatio, quam correctio, vnde ſtante hoc dubio, non debet fieri extenſio, ſed debet ſtricte intelligi in caſu, in quo loquitur *l. ſi vero.* 63. *§. de viro.* 9. *& ibi per Doct. ff. ſolut. matr.* in correctoriis enim etiam ex identitate rationis non fit extenſio, ſecundum Bart. *in auth. quas actiones. colum. pen. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & Modern. *in authen. ex teſtamento. C. de collat.* & Bart. Alex. & Doct. *in l.* 2. *ff. de legat.* 1. & Bart. *in auth. qui ſemel. colum.* 2. *C. quomodo & quand. iud.* Pro hoc eſt text. *in l. præcipimus.* 32. *in fi. C. de appell. & l. ſancimus. C. de teſtã.* Cum igitur d. conſt. *Sancimus.* dicter, quod vicinus offerens pretium accipit ius protimiſeos, & poteſt extraneum emptorem repellere, apparet, quod ſolum contra emptorem dirigit formam agendi: non autem loquitur de alio habente cauſam ab emptore; ergo non debet extendi, cum ſit lex correctoria & odioſa; debemus
ergo † hunc caſum dubium ita interpretari, vt re- 7
uertatur deciſio ad ius commune, vt eſt gl. notabi-

lis *in c. ſtatutum. in verſ. numerandum de præben. libr. 6.* ſemper enim intelligere debemus legem nouam, vt lædat ius commune in minus, quam poteſt, vt eſt text. & ibi Gem. & Doct. *in c. eos. de temp. ordin. libr. 6.* & Abb. *in c. certificari. colum. penult. de ſepul.* & text. *in l. ſi ſeruus. 2. C. de noxal.* & per Felin. *in c. 1. col. 8. verſ. 2. declaro, &c. de reſcr. & in c. cauſam, quæ col. 11. eodem tit.* Sed tenendo, quod vicinus ſit excluſus, in iſto caſu reſtringitur lex correctoria, & ſic reuerſio ad ius cõmune; ergo iſta opinio eſt tenenda: nam res de facili reuertitur ad naturam ſuam, *l. ſi vnus. 27. §. pact. 3. in fin. & ibi Bart. & Iaſ. plene in 3. col. ff. de pact. & c. ab exordio. 35. diſt.*

PRO PARTE VERO CONTRARIA AFFIRMATIVA, ſcilicet, quod imo contra talem donatarium vel poſſidentem titulo permutationis, habeat locum ius congrui, adducitur PRIMO; quia per venditionem primo factam, ſtatim eſt quæſitũ ius vicino, vnde ſine facto ſuo ab eo reuelli non poteſt, *l. id quod noſtrum 12 ff. de regul. iuris.* SECVNDO;

8 quia † nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habet, *l. nemo plus iuris. 54. & ibi notat. ff. de regul. iuris.* Sed certum eſt, quod ſi donator, qui prius emerat, habebat aliquod dominium iure, illud erat reuocabile, & momentaneum: ergo nõ potuit illud transferre in donatarium in perpetuum, & firmius, quam ipſe habebat. Vnde videtur, quod res poſſit etiam à donatario auocari propter præcedens vinculum, quod erat affixum rei, ſicut poterat ab ipſo emptore, eodemq́; donatore. † TERTIO;

9 quia quãdo ex facto alterius mihi quæritur aliquod ius, poſſum eo iure vti contra quemlibet, etiam eo inuito, text. eſt not. *in l. ſi poſt mortem § fin. ff. de bonor. poſſ. contra tab.* & per Bart. & Dd. *in l. petendæ. C. de temp. in integr. reſtit.* ſed in caſu iſto ex facto emptoris, ſtatim eſt quæſitum ius vicino: ergo poteſt etiam inuito emptore vti tali iure contra tertium, & ſic donatarium. Si poteſt inuito emptore, ergo non potuit emptor inuenire viam fraudandi ipſum per ſuam donationem; quia alias liceret huiuſmodi ſubdito fruſtrare legis operationem in præiudicium tertii, cui eſt ius quæſitum, contra *l. nemo poteſt 55. ff. de leg. 1.* Confirmatur ex his, quæ notat Spec. *in tit. de obl. & ſol. § 1. colum. 12. verſ. item pone obligaſti, &c.* vbi dicit,

10 quod † ſi tu prius obligaſti rẽ meam, me ignorante; deinde ego obligo omnia bona mea, & poſtea ratifico obligationem tuam; talis ratificatio non nocet creditori meo, cui prius per obligationem meam fuerat ius quæſitum, vnde ipſe præfertur. idem tenet Paul. de Caſtr. *in conſ. 195. col. 3. in 2. vol.* Eodem modo donatio mea non debet nocere vicino, cui prius per meam emptionem fuerat ius quæſitum. Et quod

11 ius † fuerit quæſitũ vicino immediate per emptionem, pondero text. *in d. conſtit. Sancimus. in verſ. ſuam portionem accipiat, &c.* & ibi *accipere iure protimi, eos & extraneos emptores omnino repellere, &c.* Nam verbum, *accipere*, eſt verbum directum, ſecundum Angel. *in conſil. 97.* & Bart. *in l. centurio. 15. ff. de vulgar. & pupill.* Item eſt verbum executiuum, per quod transfunditur etiam ius electionis, gl. & Dd. *in l. Lucio. 23. ff. de leg. 2.* & Soc. *in conſil. 116. col. 2. in 1. vol.* per illud enim verbum cenſetur directo translata executio legis in perſonam vicini ad accipiendum ius congrui; ergo ſatis eſt ſibi ius quæſitum; quia ſi non eſſet ſibi ius 12 quæſitum, non poſſet illud accipere. Nunc in propoſito, † ius quæſitum difficilius tollitur, quam ius quærendum, *l. ſeruus. 3. C. de pact. & l. hic titulus. 1. §. conferetur 23. ff. de col. bon.* & Phil. Dec. *in conſ. 147. col. 3. in pr.* ergo per donationem licet ab initio tolli potuiſſet ius quærendum, ſcilicet ante venditionem; tamen poſtquam per vẽditionem eſt ius quæſitum, tolli non poteſt: & pro prædictis eſt text. *in c. ſi pro re. de reſcr. lib. 6.* vbi nõ poteſt fieri ratificatio in præiudicium tertii, cui eſt ius quæſitum. QVARTO, adduco † dictum Alex. *in addit. Bart. in l. ſi in emptione 2. § fin. ff. de act. empt.* vbi in terminis noſtris tenet, 13 quod ſi ſtatutum ciuitatis dictat, quod locator non poſſit rem alienare, niſi prius requiſito cõductore, ſi contingat eum alienare nulla facta denuntiatione conductori, ex tali alienatione non tranſit dominium, ex quo eſt facta contra legis prohibitionem, allegat Bart. *in l. ſi ita quis. 135. § ca lege. 3. ff. de verb. oblig.* & Bart. *in l. cum lex. in fin. ff. de fideiuſſ.* ergo in caſu noſtro, quando venditor non requirit vicinum, non transfert dominium in emptorem. Vnde nec emptor illud transfert in donatarium, & ſic poteſt dici, quod dominium interim remanet in ſuſpenſo penes venditorem, ſi vera eſt deciſ. Alex. per *l. nec vtilem. 20. ff. ex quib. cauſ. maior.* & remanebit in ſuſpẽſo in fauorem vicini, cuius contemplatione lex facit hanc prouiſionem. Ergo ipſe admittitur ad reuocandum, per ea, quæ not. Abb. *in conſil. 63. col. 2. in 1. volum.* & Fel. *in c. eccleſia S. Mariæ 16. col. 42. de conſtit.* nam per talem reuocationem, ſolam poſſeſſionem aufert: quia acquiſita immediate ex legis miniſterio conſolidatur ſibi dominium, quod in eius fauorem ſtabat in ſuſpenſo. Verum de veritate illius dicti Alex. videbimus in ſolutione; quia videtur contrariari his, quæ dixi in præcedenti diſputatione, ſcilicet, quod tranſit dominium reuocabiliter. QVINTO, † quia ſi liceret emptori impune dona- 14 re, vel permutare, daretur materia delinquendi, & aperiretur via fraudibus; quia de facili quilibet fraudaret legem. Sed fraudibus eſt obuiandum ſemper, *l. in fundo. 38 ff. de rei vend. c. 1.* & ibi Card. *de vſur. & c. quanto. de diu. & cl. 1. § fin.* & ibi Card. *de conceſſ. præb.* Vnde ad euitandum fraudem, debet etiam contra donatarium, qui habuit ab emptore, habere locum ius cõgrui. Item; quia etiam in † correctoriis ſit ex- 15 tenſio, ratione peccati euitandi, ſecundum Alex. *in l. Pompo. 13. § præterea. 2. col. 2. in fin. ff. de acq. poſſ.* Vnde dato, quod conſt. *Sancimus.* ſit correctoria, & loquatur in contractu venditionis, debet etiam extendi in donatione habita ab emptore, cauſa vitandi fraudem,

dem, quæ inducit peccatum. Sexto, & vltimo pro
16 iſta † parte adduco textũ, qui multum ſtriugit, & ab aliis non extitit ponderatus, *in l. vnic. §. res vero, quæ. C. de imp. lucr. deſcr. libr. 10.* vbi videtur tex. formalis ad deciſionẽ huius q. Nam ibi ſit differentia inter rẽ alienatam titulo lucratiuo, & titulo oneroſo; in titulo enim lucratiuo patitur onus ſiliquarum, non autẽ in oneroſo: ſed ſubdit caſum *in d. §. res quæ.* pone, quod res fuit primo alienata titulo lucratiuo, & ſic fuit affecta onere: deinde is, qui eam habuit, illam alteri vendidit titulo oneroſo, an emptor teneatur ad onus? & concludit, quod ſic; & idem econtra, vbi ſubdit; quia à primordio tituli poſterior formatur euentus: ergo ita in caſu noſtro ius congrui habet locũ in titulo oneroſo; ſtatim enim cum res vendita fuit, annectitur ei onus iuris congrui; vnde quamuis poſtea alii donetur, tranſit cum onere ſuo; quia iſte poſterior euentus reformari debet ad primum titulum. Sicut enim ibi, licet emptor alias nõ teneatur ad onus ex perſona ſua; tamen quando emit à donatario, tenetur ex perſona ſui auctoris; eodem modo & hic, licet donatarius non teneatur iure congrui ex perſona ſua; tamen debet tenere ex perſona ſui auctoris, qui fuit emptor, ex quib. hinc inde adductis iſta quæſtio redditur valde dubia.

Pro ſolutione huius difficilis quæſtionis oporteret
17 † primo inueſtigare, an ex alienatione facta contra prohibitionem illius conſt. *Sancimus.* transferatur dominiũ? de quo aliquid dixi ſupra in quarto argumento ſecundæ partis, & breuiter reſideo in illa opin. quam tenui in præcedenti diſputatione, ſcilicet, quod dominium transfertur, licet reuocabiliter; nam etiam ex contractu inutili, ſecuta traditione, tranſit dominium ex cauſa putatiua, ita tenet Bart. *in l. & eleganter. 7. in fin. illius princ. & ibi etiam gl. ff. de dol.* licet enim contractus de ſe propter eius immobilitatem nõ transferret dominium; tamen traditio ſubſequens vna cum voluntate domini facit dominium tranſire, ita tenet Petrus Philip. Corn. *in conſil. 263 in fin. 3. volum.* & idem *in conſil. 74. colum 3, in 4. volum.* vbi dicit, quod ſi res vendita ſub conditione tradatur, interim transfertur dominiũ: & idem tenet Bart. *in l. non dubium. 5. colum. fin verſic. vlt. oppono, &c. C. de legib.* vbi dicit, quod licet ex contractu, qui fit contra legẽ, non tranſeat dominium; tamen ex cauſa putatiua, propter illum cõtractum, bene tranſit, puta ex ratione cum voluntate domini, prout ibi clarius declarat Bald. *in 19. oppoſit. per l. dedi. 3 § ſubtilius. ff. de cond. ob cauſam.* & hanc opinionem tenet Matth. *in conſtit. Sancimus. in princip. in 9. notab.* Et licet videatur obſtare; quia dicta conſtitutio prohibet alienationem, dum dicit, non antea concedimus alienare, &c. quo caſu videtur prohibere executionẽ contractus, ſcilicet dominii tranſlationem, vt inquit Bart. *in l. cum lex 46 in fin. ff. de fideiuſſ.* tamen ad hoc reſpõdeo; quia lex vltra procedit, dando actionem vicino ad reuocandum: quo caſu tranſit dominium, vt dicit Bart. *in l. poſſeſſio. 1. §. ſi vir. 4. in fin. verbi. ff. de acquir. poſſeſſ.* per *d. l. eleganter. 7. ff. de dol. mal.* & ex his non teneo decil. Alexan. *in l. 2. §. fin. ff. de action. empt.* quam allegaui ſupra in quarto argumento; nam referendo illud dictum in hanc conſtit. non eſſet verum, ex quo vltra procedit hæc conſtit. Sed forte ſaluando Alex. procederem, quando ſtatutum vltra non progrederetur. Iſta autem inueſtigatio nõ eſt nimis neceſſaria; quia ſemper teneo, quod tranſit reuocabiliter. Sed volui eam attingere pro veritate eorum, quæ dixi *in d. 4. argum. ſecundæ partis.*

Hoc præſuppoſito propinquando † ad ſolutio- 18
nem huius quæſt. Firmo concluſionem pro iſta ſecunda parte affirmatiua, videlicet, quod non obſtante donatione, vel permutatione, admittatur vicinus ad agendum iure congrui, per iura & rationes allegatas pro ſecunda parte; & maxime; quia pro ea habemus tex. quaſi in terminis *in d. l. 1. §. res vero quæ. C. de imp lucr. deſcript. lib. 10.* Quam confirmo etiam per text. *in l. fin. §. 1. ff. ad Velleian.* vbi † licet alias bo- 19
næ fidei emptor non teneatur reſtituere fructus; tamen quando emit ab eo, qui tenebatur ad fructus, tenetur etiam & ipſe; quia non debet eſſe melioris conditionis donatarius, quam auctor ſuus, vt dicit ibi Paul. de Caſt. ſic etiam in caſu noſtro, non debet eſſe melioris conditionis donatarius, quam ſuus auctor, qui tenebatur iure congrui, licet in eo ſit diuerſa qualitas, prout erat *in dict. l. fin. §. 1.* Secundo Confirmo, per bonum ſimile; nam † petitio hæ- 20
reditatis non datur contra titulo poſſidentem, *l. regulariter. 9. ff. de petit hæred. & l. hæreditatis. 7. C. eod. tit.* & tamen quando titulus habetur ab eo, qui poterat petitione hæreditatis conueniri, datur contra eum, non obſtante titulo, ita notanter tenet Bart. *in l. cogi. 12. circa fin. C. de pet. hæred.* & Bart. *in l. ſi rem. & pretium. 22. ff eod. tit.* & ibi etiam Paul. de Caſtr. qui dicit, quod ſi aliter diceremus, facile eſſet legem eludere, & hanc actionem euitare. Idem tenet Paul. de Caſtr. *in conſil. 138 colum. fin. in 2. vol.* Sic etiam in caſu noſtro, licet contra donatarium non habeat locum ius congrui: tamen quando habuit ab eo, qui poterat iure congrui conueniri, prout eſt emptor, debet ipſe quoque teneri, ne ſit melioris conditionis quam auctor ſuus, alias de facili quilibet eluderet legem, ſimulando donationem, quæ ſimulatio eſt difficilis probationis: & quotidie vidi fieri iſtas ſimulationes, & fraudes: vnde mille periuria oriuntur; nam nemo eſt tam liberalis, vt velit rem, quam emit pro ſe, alteri donare; cum nemo præſumatur iactare ſuum. Sed per viam colluſi & ſimulationis fiunt huiuſmodi donationes. Et Aduocati noſtri temporis communiter dant pro conſilio clientulis, vt rem emptam donent ad excludendum ius congrui, vnde euidenter hoc fit in fraudem legis, cui fraudi debemus obuiare, & propterea hæc ſecunda pars, quam teneo, videtur tutior & verior. Dicit tamen.

men Bart. *in l. quia 3. §. opus. ff. de alien. iud. mut. cauſa fact.* quod † ſi conuentus petitione hæreditatis alie-
21 nauit ante conuentionem, & ſic abſtulit actionem actori, tenetur actione in factum ex illo edicto, vnde per illud edictũ teneri poſſet, quod emptor, qui donat, ne patiatur iudicium ſuper iure congrui, poteſt conueniri actione in factũ, ex illo edicto. Tertio, CONFIRMO † hanc concluſionẽ; quia quan-
22 do omnis alia ratio ceſſaret, negari non poſſet, quin vicinus, qui eſt fraudatus iure ſuo per dictam donationem, poſſet agere contra donatarium actione reuocatoria ex illo edicto, quæ in fraudem creditorum, vt habetur *in §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de act.* quo caſu, quando debitum eſt in ſpecie, prout in caſu noſtro, fit reuocatio, etiam non facta excuſſione, ſecundum Bald. *in rubr. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. col. 1.* & Iaſ. *in d. §. item ſi quis in fraudem. col. 14. verſic. 2. principaliter, &c.*

Ex prædictis reaſſumo † ſolutionem huius quæ-
23 ſtionis per QVATVOR CONCLVSIONES: quarum tres primæ ſunt claræ, & indubitatæ: quarta vero eſt aliquãtulum dubia. ET PRIMA CONCLVSIO clara ſit iſta, videlicet ſi aliquis emit fundum, & incontinenti, ſine alio interuallo ipſum donat, vel permutat, cenſetur facere in fraudem, & habet locum ius congrui, etiam haberet locum actio reuocatoria ex edicto, quæ eſt in fraudem creditorũ, per text. & ibi Abb. *in 3. not. in c. officii. de elect.* vbi ingreſſus ad monachationem, ſi ſtatim eligitur in prælatum, præſumitur in fraudem propter breuitatem temporis. Et hanc ponderationem fecit mihi quandoq; peritus iuuenis dominus Bernardinus de Lupo, de Caſtro montis Melonis, aſſerens ſe quidem ita obtinuiſſe in facto. Et iudicio meo dixit meram veritatem; quia ex breuitate temporis multa mala præſumi ſolent, vt not. Bart. *in l. ſi ventri. 24. §. fin. ff. de priuil credit.* & in ſpecie, quod præſumatur fraus, tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil. 217. col. fin. in 3. volum.* & Petr. de Anch. *in conſ. 169. col. 2 & conſil. 257. colum. 12.* per hæc infero, † quod quando in eodem inſtrumẽ-
24 to apparet emptio & donatio, cenſetur facta donatio in fraudem iuris congrui, & vicinus admittitur ad reuocandum, vnde non ſine cauſa, Sebaſt. *in conſuet ſi quis emit. ſuper ver. poſſidet.* mouet iſtã quæſtionem, & dicit, pone, quod quis emit hodie vel cras, & poſtea donat, &c & eodem modo loquitur Matt. de conſtit. *ſancimus. § licet in 6. not.* nam in quæſtio. ponitur interuallum vnius diei, vt ſit quæſtio dubitabilis; quia ſi ſtatim donaret, eſſet ſine dubio; quia fraus præſumitur. † SECVNDA CONCLVSIO eſt,
25 quando donatio fieret coniunctæ perſonæ; nam præſumitur fraus ratione coniunctionis, *l. data. 27.* & ibi Bald. *C. de donat.* & Iaſ. *in d §. item ſi quis in fraudem. col. 7. Inſtit. de actio.* Dicit tamen Bart. *in leg. poſt contractum. 15 ff. de donat.* quod ſola coniunctio ſanguinis non facit præſumi fraudem, niſi alia coniectura concurrat. Vnde ſi remanet donator in poſſeſſione rei, ſine dubio præſumitur fraus, & iſtis duobus concurrentibus teneo hanc concluſionem pro indubitata, per *l. ſicut. 7. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolu.* Ex quibus infero, quod quando pater, & filius ſimul habitant, & pater rem emptam filio donat, & ipſe remanet in gubernatione rei, ſine dubio habet locum ius congrui; quia præſumitur fraus. TERTIA CONCLVSIO † eſt, 26
quando emptor permutat rem cum frumento, vel alia re mercabili, & dictum frumentum ſtatim vendit; nam tunc habet locum ius congrui, ac ſi vere ab initio, res vendita eſſet: & iſtam concluſionem amplio procedere, etiam in primo contractu, vt quando quis permutat rem ſtabilem cum alia merce venali, & dictam mercem vendit; nam habebit locum ius congrui in iſto caſu, ſicut in quolibet contractu venditionis, textus eſt notabilis, quem non reperio ab aliis ponderatum ad hoc, *in l. ſed Iulianus. 7. §. mutui dationem. 3. ff. ad Macedon.* per quam textum notabiliter amplio materiam iuris congrui, vt procedat in iſto contractu innominato. QVARTA CONCLVSIO † dubia eſt, quando vere em- 27
ptor donat, vel permutat cum interuallo temporis, & ceſſat omnis coniectura fraudis; an tunc habeat locum ius congrui? Et licet hactenus iſta concluſio non fuerit per alium attentata affirmatiue, ita vt videatur velle ponere os in cœlum, dicendo contra auctoritatem tantorum virorum; videlicet Sebaſt. & Matth. quos retuli ſupra in tertio argumento primæ partis: tamen quia in contrarium habemus legem, ſcilicet *d. l. vnic. § res vero, quæ. C. de imp. lucr. deſcript. libr. 10* & rationes magis vrgentes, teneo contrarium, & in iſta concluſione etiam firmo deciſionem affirmatiuam, ſcilicet, quod habeat locũ ius congrui, per rationes ſupra allegatas, & præſertim; quia hæc via eſt magis tuta pro anima, ad vitandum machinationes fraudum, & periuriorum. Et quia in iſtis ſum teſtis de viſu, & auditu: nam plures vidi concluſum eſſe ab Aduocatis noſtri temporis, dum cadunt ad eos aliqui emptores, qui cupiunt excludere vicinos à iure congrui, & in rei veritate nullum habent animum donandi. Et dicti Aduocati dicunt, vade, & dona iſtam rem alicui amico tuo, & ita excludes vicinum, vnde cliens quando concluſio. Aduocati facit contractum donationis, & intrinſecus habet intelligentiam cum donatario, vt ſit ſimulatio. Et tamen; quia donatio fit ex interuallo, non poteſt probari aliqua præſumptio fraudis: vnde vicinus videns ſe deluſum, defert iuramẽtum donatori, & donatario, qui ambo iurant, donationem eſſe veram, & aliud probari non poſſit in contrarium, ſuccumbit, contra veritatem, & illi duo peierunt in perniciem animarum ſuarum. Et propterea ad euitanda iſta ſcandala, deberet hæc mea concluſio, ſi aliquid dubii haberet, per Cæſaream deciſionem approbari, vt præcludatur via iſtis machinationibus & periuriis.

Super-

Supereſt modo reſpondere ad argumenta in con-
28 trarium † adducta pro prima parte, quæ in rei veritate multum vrgent; vnde non obſtat primum; quia dato, quod ſit actio in rem ſcripta; tamen datur contra poſſeſſorem, & ſic nullum eſt cõtrarium, & licet poſſideat titulo donationis; tamen lex iniecit vinculum ante donationem, vnde tranſiuit in donatarium cum onere ſuo, per *d.l* 1 *§. res vero, quæ. C. de imp. luc deſcript* & per *d.l.* 1 *§. fin ff. ad Velleian.* & per alias rationes adductas pro ſecunda parte.

29 NON OBSTAT † ſecundum argumentum; quia iſtud ſcilicet, quod ius congrui non detur contra ſingularem ſucceſſorem, non eſt inductum per conſtit. *Sancimus.* ſed ſolum per conſuetudin. Neapol. & ita procedant omnes deciſiones Sebaſt. allegatæ *in dict. l.* 2. argumento; nam ex quo ipſe commentatur ſuper dicta conſuetudine, debent ſua dicta intelligi, ſecundum ipſam conſuetudinem, ſcilicet vt procedant ſolum in ciuitate Neapolitana, & eius diſtrictu; non autem in aliis locis, & ciuitatibus huius Regni, in quibus ſeruatur ius commune d. conſtitut. *Sancimus.* quæ nullum verbum facit de hoc, ſcilicet quod ſingularis ſucceſſor non teneatur iure congrui. Imo in iure communi reperitur contrarium. Nam ius ortum contra auctorem, tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, *l. in hoc.* 14. *§. ſi inter.* 3. *ff. communi diuid.* maxime quando eſt ius in rem ſcriptum, prout eſt illud, vt per Bartol. & Doctor. *in l. ſi tertius. § ſi quis prius. ff. de aqua plu arc.* pro hoc eſt text. *in l. in hac.* 3. *§ fin. ff. ad exhibend.* Et licet in ſucceſſore non ſit iſta qualitas apta ad ius congrui, ad titulum donationis; tamen iſte titulus procedit à radice infecta, ex titulo auctoris, propter vinculum antea iniectum, & propter ius quæſitum vicino, per *dict. §. res vero, quæ* Nec eſt bona ratio in terminis noſtris, quam aſſignant præfati Doctores, ſcilicet quod iſtud ius quæſitum durauit tantum, quantum durauit poſſeſſio; quia concedetur contra ſolum emptorem, ex eo; quia eſt ius in rem ſcriptum, ſed non reſpectu ſucceſſoris. Verum ipſi bene loquuntur in terminis illius conſuetudinis, quæ loquitur per dictionem taxatiuam, *tantum*, ſcilicet contra vniuerſalem ſucceſſorem, & ſic excludit ſingularem: quod non facit iſta conſtitutio,
30 *Sancimus.* NON OBSTAT, † quod dicta conſtitutio *Sancimus.* dicit, quod vicino licitum eſt extraneos emptores omnino repellere: & ſic non loquitur de ſucceſſore ſingulari. Vnde videtur, quod ſolum contra emptorem dirigatur hæc actio, vt dicit ibi Matth. *in §. vt infra triginta in* 11. *not.* qui ex quo ſe non aſtringit ad vniuerſalem, ſicut facit illa conſuetudo, debet intelligi etiam de ſucceſſore ſingulari, & habente cauſam ab emptore, cuius factum reputatur factum ſui auctoris: *l. ſi indebitum.* 16. *§. fin ff. rem ratam hab. & in d leg. fin. §.* 1. *ff. ad Velleian. & d. l.* 3 *§. fin ff. ad exhibend.* quia intelligitur de iure communi, vt in rem ſcriptam poſſit illam exercere contra auctorem, ſi poſſidet, alias contra ſingularem ſucceſſorem. Ad tertium argumentum reſpondeo, pro ſaluando auctoritatem dictorum Doctorum, quod procedit eorum dictum, ſecundum conſuetudines Neapolitanas: non autem ſecundum conſtitut. *Sancimus.* NEC OBSTAT text. in d. conſtit. *verſic cauſa vero dotis, &c.* vbi generaliter dicitur, quod cauſa donationis, vel permutationis, omnes poſſunt alienare, quia ille §. loquitur de primo alienante, non autem de emptore, qui poſtea donauit; nam in principio poſuerat regulam, vt nullus poſſit alienare, niſi facta prius requiſitione, poſtea vero ponit fallentiam, ſcilicet, vt liceat alienare cauſa dotis, etiam ſine requiſitione. Ad quartum argumentum reſpondeo † eodem modo, ſcilicet, quod iſta deciſio ſacri conſilii fuit lata inter 31
ciues Neapolitanos, qui ligantur dicta conſuetudine: vnde non procederet in aliis; nam conſuetudines Neapolitanæ non habent locum in rebus exiſtentibus extra diſtrictum Neapolis: vt not. Sebaſt. *in proœm. conſuetudinum.* ſuper *verſic. diſtrictum. & in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua.* ſuper *verſic. in bonis omnib. & in conſuet. pupillus.* ſuper *verſic. bona & conſuet. in bonis. in fin.* ſuper *verſic non habet.* & Bald. *in l.* 2. *colum. fin. verſic. & ideo ſi conſuetudo, &c. C. quæ ſit long. conſuetud.* AD QVINTVM, ET VLTIMVM † re- 32
ſpondeo, quod iſta non eſt extenſio: nam repellendo ſucceſſorem, repellitur & emptor: præterea in correctoriis fit extenſio ad caſum ſimilem, quando vnica tantum ratio aſſignari poteſt, vt de hoc eſt gloſſ. *in leg. quamuis.* 16. *C. de fideicomm.* & Iaſon. *in §. omnium. colum.* 7. *inſtit. de act.* & Alexand. *in conſil.* 48. *colum* 2. *in* 1. *volum.* ſed hic non poteſt aſſignari, niſi vna ratio, ſcilicet fauor coniunctorum; ergo habetur pro expreſſa, & procedit etiam in ſucceſſore. Præterea, cauſa vitandi peccatum, fit extenſio in correctoriis, ſecundum Alexandr. *in leg. Pomponius. §. præterea. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Sed ſi iſta extenſio non fieret, quilibet fraudaret legem, faciendo ſibi ſucceſſorem, & ſic peccaret. Præterea, quando lex noua dat actionem in rem ſcriptam, cenſetur illam introducere cum ſuis qualitatibus, & natura, quæ eſt, vt detur contra ſingularem ſucceſſorem; vnde iſta non eſt vera extẽſio. ſed potius videtur lex noua propriè loquendo in caſu iſto: vel poſſet dici extenſio paſſiua, per ea, quæ not. Bart. & Doct. *in l* 2. *ff. de legat.* 1. Ex quibus † remanet firma concluſio,
& finalis in hac quæſtione, quod in ciuitate Nea- 33
polis, & eius diſtrictu ſeruatur dictum. Sebaſt. & Matth. vt non habeat locum ius congrui contra donatarium talem. In aliis autem ciuitatibus, & locis huius Regni ſeruatur contrarium, ſcilicet quod habeat locum, per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Et modus agendi in iſto caſu eſſet, quod ambo citentur, ſcilicet emptor, ad recipiendum pretium, & donatarius ad reſtituendam poſſeſſionem. Et hæc concluſio videtur mihi in puncto iuris veriſſima,

ac etiam in conſulendo, & iudicando æquiſſima: adeo, quod iudex, qui ſecundum ea, quæ tenui, iudicaret, non faceret litem ſuam; cum bonis rationibus fulciantur; & cum concluſio hæc ſit magis tuta pro anima, ad euitandum fraudes, & machinationes periuriorum, non obſtante, quod hactenus in quam pluri b. cauſis fuerit per multos in contrarium inaduertenter conſultum. LAVS DEO. *Robert. Marant. Venuſ. V. I. D.*

## DISPVTATIO X.

### Vtrum, ſi filia nupta renunciat bonis paternis, maternis, & fraternis, & moritur ante fratrem: mortuo poſtea fratre, an filii ſororis renunciantis ſuccedant vna cum auunculis in hæreditate fraterna, non obſtante renunciatione matris cum iuramento, maxime ſi ſunt hæredes matris.

SVMMARIA.

1 *Filia, quæ renunciauit bonis paternis, maternis, & fraternis, ſi moriatur ante fratrem, ſuperſtitibus filiis, deinde moritur frater, an filii ſuccedant, non obſtante renunciatione matris.*

2 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti; nam poteſt defunctus obligare ipſum, & eius bona.*

3 *Ius accreſcendi eſt potentius ſucceſſorio edicto, & illud impedit.*

4 *In feudo, ex pacto, & prouidentia filius non poteſt ipſum habere, ſi repudiat hæreditatem patris numer. 36.*

5 *Nepotes ex filia excluduntur, ſi ſunt hæredes matris.*

6 *Renunciatio, quæ fit per contractum, & pactum eſt potentior, quam illa, quæ fit ſimpliciter.*

7 *Hæres adeundo hæreditatem, cenſetur quaſi contrahere cum his, cum quibus defunctus contraxit. numero 4.*

8 *Renunciatio matris non nocet filiis in iure proprio filiorum, quod non habet ex perſona matris nu. 34.*

*Filia renuncians ſucceſſioni paternæ, maternæ, & fraternæ cenſetur renunciare ſub conditione, ſi ſucceſſio ſibi deferatur. nu. 13.*

9 *Filii, mortua matre ſubintrant eius locum, & ſuccedunt auunculis ex perſona propria, non ex perſona matris. nu 12. & 44.*

10 *Exhæreditatio facta de filiis non nocet nepotibus, quando filii moriuntur ante teſtatorem. nu. 11.*

*Nepos preteritus ab auo rumpit teſtamentum, quando filius moritur ante auum. nu. 1.*

*Filia ſi renunciat bonis paternis tantum, an iſta renuntiatio ſit alicuius vtilitatis, maxime in Regno.*

*Renunciationes filiarum ſolent patres recipere pro ſe, & hæredibus.*

*Filia qui renunciauit bonis paternis, ſuccedit nihilominus patri morienti ſine aliis filiis, niſi faceret teſtamentum, & alium hæredem faceret. nu 15.*

15 *Renunciatio filiæ in bonis paternis cenſetur fieri fauore maſculorum, vnde illis mortuis viuo patre ſuccedit, non obſtante renuntiatione.*

*Renuntiatio filiæ in bonis patris habet locum, ſi maſculi volunt ſuccedere patri: alias ſecus.*

*Filia ſemel excluſa à bonis patris, cenſetur perpetua excluſa.*

16 *Soror ſuccedit fratri in bonis paternis, non obſtante, quod renunciauerit bonis paternis; quia tunc non dicuntur paterna, ſed fraterna nu. 28.*

*Renuntiatio filiæ in bonis paternis non impedit eam ſuccedere fratri in dictis bonis ab inteſtato morienti num. 38.*

17 *Filia excluſa per ſtatutum, vel renuntiationem à bonis patris ſuccedit vna cum nepte ex filio maſculo præmortuo viuo patre: ſecus ſi poſt patrem moriatur.*

*Neptis ex filio non excludit amitam à ſucceſſione aui.*

*Neptis ex filio excluditur per patruum ſuum à ſucceſſione aui.*

18 *Nepos ex filia excluditur per patruum, ex quo venit à radice infecta.*

19 *Filia renuncians bonis paternis cum pacto, quamuis amplo, poteſt nihilominus petere legitimam, niſi ſpecialiter legitimæ renunciauerit.*

*Legitimæ ſupplementum poteſt peti non obſtãte, quod legauerit aliquid pro legitima cum clauſula, quod plus peti non poſſit.*

20 *Filia excluſa per conſt. Regni debet congrue dotari, & dos non debet eſſe minor legitima.*

*Paragium ſuccedit loco legitimæ, & non debet eſſe minus legitima.*

21 *Filia dotata à patre ſemper cenſetur congrue dotata, etiam ſi habeat minus legitima.*

22 *Legitima non conſideratur in vita patris, ſed pro ea habetur reſpectus ad tempus mortis.*

*Legitimam non tenetur pater aſſignare filio in eius vita.*

*Filius viuente patre nullum habet ius in bonis eius.*

*Filia dotata à patre, non poteſt dicere ſe incongrue dotatam, non obſtante, quod ſint auctæ facultates patris tempore mortis; quia etiam poterant diminui.*

*Pater diues ſi dat modicam dotem filiæ, præſumitur dolus re ipſa.*

23 *Filia an poſſit petere ſe adæquari eius ſorori, quæ habuit maiorem dotem.*

*Pater habens plures filias, an poſſit maiorem dotem dare vni, quam alii.*

24 *Legitimæ fructus poſſunt peti in omnibus caſibus, quibus poteſt legitima peti ex bonis alicuius.*

*Fructus legitimæ debentur à die mortis patris vna cum ipſa legitima.*

25 *Filia renuncians ſucceſſioni patris, & legitimæ poteſt*

*teſt ſuccedere patri ex teſtamento; idem ſi ſit excluſa per ſtatutum.*

*Filia quæ renunciauit patri, & fratribus de non ſuccedendo, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, poteſt ſuccedere nihilominus ex teſtamento.*

26 *Filia, quæ renunciauit bonis paternis, & legitimæ propter dotem, ſi pater in ſuo teſtamento inſtituit eam in vno Tareno, poteſt petere ſupplementum legitimæ ex cauſa teſtati, non obſtante renuntiatione.*

*Legitimæ ſupplementum petitur ſecundum iudicium teſtatoris, & non contra.*

*Teſtamentum patris melius eſt, quod nullam faciat mentionem de filia dotata, quam quod inſtituat eam in vno Tareno: & male faciunt Notarii, qui aliter conſulunt.*

27 *Filia dotata non excluditur per nepotem ex filio præmortuo poſt mortem patris, ante aditam hæreditatem, non obſtante tranſmiſſione.*

28 *Renunciatio filii in bonis matris prodeſt fratribus.*

*Filia non excluditur à ſucceſſione materna per conſtitutionem:* In aliquibus, *ſed in ciuitate Neapolitana excluditur per conſuetudinem.*

29 *Filia ſi renunciat bonis etiam fraternis, mortuo vno fratre, ſuccedunt alii fratres, vel ſorores, expulſa renunciante, ſed mortuis omnibus fratribus, & ſororibus ſuccedit non obſtante renunciatione.*

*Soror non ſuccedit fratri vel ſorori, extante fratre maſculo, quando fuit dotata, & hoc ſecundum conſuetudinem Neapolitanam tantum.*

30 *Nepotes ex filia quando agitur de ſucceſſione, aut omnino excluduntur ſtantibus maſculis, ſiue filia mortua ſit viuo patre, ſiue non, ſiue renunciet, ſiue non, & hoc per conſtitutionem;* In aliquibus.

31 *Nepotes ex filia excluſæ per ſtatutum, vel renuntiationem ſuccedunt, quando maſculi ſunt viuo patre.*

32 *Nepotes an ſuccedant in bonis auiæ maternæ non obſtante renuntiatione matris, quando mater moritur viua auia.*

33 *Soror dotata à fratre, ſi renunciauit bonis fraternis excluduntur eius filii à ſucceſſione dicti fratris, ſiue moriatur ante ſiue poſt eorum mater.*

35 *Collatio non habet locum, quando agitur de ſucceſſione collaterarium, ſed ſolum, quando deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus.*

36 *Ius accreſcendi ceſſat, quando filia moritur in vita patris.*

37 *Inuentarii confectio non eſt neceſſaria nepotibus, quorum mater renunciauit bonis fraternis, & mortua eſt ante fratrem.*

*Inuentarium operatur ſeparationem bonorum, & quod hæres non teneatur vltra vires hæreditatis.*

38 *Opinionem communem non debemus relinquere propter nouam phantaſiam vnius Doct. & iudex, qui non ſequitur communem opinionem, facit litem ſuam.*

39 *Hæres an ligetur iuramento defuncti.*

44 *Feudi inueſtituram tenetur hæres habere ratam, etiam ſi inueſtiens moriatur, antequam feudum ſibi aperiatur.*

42 *Filia renuncians hæreditati paternæ ſi enormiſſime lædatur, vt quia pater eſt multum diues, poteſt contrauenire repetita abſolutione à iuramento.*

43 *Filia, quæ primo iurat non renunciare, ſi poſtea renunciet cum iuramento, non præiudicat ſibi ſecundum iuramentum contra primum.*

*Cautela pro muliere, ſi vult renunciare bonis, vt primo proteſtetur, & iuret, quod non ſponte renunciet.*

44 *Renunciatio filiæ in bonis paternis, maternis, & fraternis qualiter debet fieri, vt noceat nepotibus, & de eius forma, & cautela.*

FILIA quædam † à patre dotata, in die votorum renunciauit, vt aſſolet fieri, bonis paternis, maternis, & fraternis, promittens nihil vnquam petere de bonis prædictis, nec per ſe, nec per hæredes. Moritur pater, & mater, ſuperſtite filio, & duabus filiabus, ſcilicet illa, quæ renunciauit: & altera in capillo: ſucceſſiue mortua eſt filia, quæ renunciauit ſuperſtitibus filiis ſuis, & hæredibus, quæ maternam hæreditatem adiuerunt. Deinde ſecundo loco moritur eius frater, ſine liberis, ſuperſtite ſorore in capillo, & ſuperſtitibus nepotibus ex ſorore, quæ renunciauerat: quæritur, an iſti nepotes ſuccedant in nobis auunculi ſui, vna cum matertera, non obſtante renunciatione matris, ex quo mater mortua fuit ante fratrem, cuius bonis renunciauerat. 1

Et PRIMO, pro † parte negatiua, quod dicti nepotes non ſuccedant, imo penitus excludantur, adducitur. Nam cum dicti filii ſint hæredes matris, tenentur habere ratam renuntiationem matris, quæ iuramento fuit confirmata, per c. *quamuis de pact. libr. 6.* vnde non poſſunt contrauenire, *l. cum à matre. 14. C. de rei vend. l. ex qua perſona. 194. ff. de regul. iur.* Hinc dicit in terminis noſtris Phil. de Franchis *in d. c. quamuis* quod filii hæredes matris non poſſunt contrauenire renuntiationi factæ per matrem, quando mater promiſit, nec per ſe, nec per hæredes ſuos contrauenire, poteſt enim defunctus obligare hæredem, vt *d. l. cum à morte. 14.* & ibi per Doctor. & Bald. *in l. iubemus 14. §. ſane. 5. in fine. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Item, non ſolum perſonam hæredis, ſed etiam bona hæredis obligare poteſt, habetur *in deciſ. 26. & deciſ. 111. conſil. Neapolit. colum. final.* Item iuramentum defuncti ligat hæredem, vt not. Bartol. *in leg. cum quis 37. § codicillis. 5. in fine ff. de leg. 3.* & Ioan. Andr. *in nouella in dict. c. quamuis ibi etiam Gem.* 2

SECVNDO adducitur, † quod licet alias dici poſſet, quod ex quo matre præmortua filii veniunt ex perſona propria, non ex perſona matris, hoc non poſſet aliter intelligi, niſi per ſucceſſorium edictum; ſed quia in illo gradu, in quo erat mater, extat alia ſoror in capillo, quæ immediate ſuccedit fratri, certum 3

tum eſt, quod portio ſororis renuntiantis accreſcit alteri ſorori in capillo; quia ius accreſcendi impedit ſucceſſorium edictum, & eſt eo potentius, ſecundum Baldum *in l. meminimus. 15. in fin. per illum textũ C. de leg. hæred.* vnde nepotes excluduntur quocunque iure veniant, & ita expreſſe tenet Philip. Dec. *in*
4 *conſil 181 colum. penult.* TERTIO, † quia in feudo ex pacto & prouidentia, filius non poteſt ipſum habere, ſi repudiat hæreditatem patris & tamen illud feudum non habet ex perſona patris, ſed ex perſona propria, ex prouidentia concedentis mediante legis diſpoſitione, vt eſt text. & ibi Andr. de Iſern. & Aluar. *in c. 1. an agnatus, &c.* licet ſecus ſit in agnato, vt ibi dicitur, & ibi aſſignatur ratio per Doctor. Vnde ſi vult filius habere feudum, tenetur vt hæres ad omnia debita paterna, niſi faciat inuentarium: vt dicit ibi Andr. eodem modo in caſu noſtro, licet filii veniant ad bona auunculi ex perſona propria; tamen ex quo ſunt hæredes matris, tenentur ad onera matris: & per conſequens debent ratificare pa-
5 ctum matris. QVARTO. † pro iſta parte adducitur in terminis auctoritas Sebaſt. *in conſuetud. ſi moriatur in gloſſ. ſuper verſic. ipſe ſucceſſores in fin. verſic. ex hoc igitur quæro, &c.* vbi in terminis noſtris format hanc quæſtionem, & tenet, quod nepotes ex filia excluduntur, ſi ſunt hæredes matris, & non ſuccedunt vna cum auunculis, licet mater ſit præmortua ante fratrem, cuius Sebaſt. magna eſt auctoritas in hoc
6 regno. QVINTO, † pro iſta parte adducitur: Nam fit differentia, quando renunciat ſimpliciter cum iuramento, & quando facit contractum cum pacto, de non petendo, & cedit ac donat omne ius ſuum per ſe, & hæredes ſuos in forma cauta. Nam primo caſu poſſet tolerari, quod talis renuntiatio non noceat eius filiis, qui venient ex perſona propria, & ita poſſent procedere ea, quæ not. Bart. & Doctor. *in leg. qui ſuperſtitis. 94. ff. de acquirend. hæreditat.* Videtur enim talis renuntiatio perſonalis, & tollit ſolum obſtaculum ipſius matris renunciantis. Vnde non extenditur ad filios: ſed quando mater donat per contractum omne ius, & renunciat per viam pacti, in ampla forma, obligando ſe, & hæredes ſuos,
7 debent † filii omnino excludi: nam adeundo hæreditatem matris cenſentur quaſi contrahere cum his, quibus mater renunciauit, *l. apud Iulianum 3. § fin. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Iſta enim renuntiatio ſolet fieri patri, vel fratribus, qui recipiunt eam pro ſe, & hæredibus: vnde mortuo fratre, eius hæres eſt ſoror in capillo, vt habetur *in decis. 161. conſil. Neap.* & ibi traditur hæc differentia, quando donatio fit per contractum, & quando ſimpliciter renunciatur; ergo adeundo hæreditatem, cenſetur quaſi contrahere cum dicta ſorore in capillo, approbando contractum matris.

8 PRO PARTE † vero CONTRARIA AFFIRMATIVA, ſcilicet, quod imo dicti nepotes admittantur, non obſtante contractu, & repudiatione matris, adducitur PRIMO: quia iſte contractus, & renuntiatio matris habet tacitam conditionem annexam, ſcilicet ſi ſucceſſio ei deferatur, quæ conditio impleretur, quando ſoror moreretur poſt fratrem, ſed quando moritur ante fratrem, conditio euaneſcit; quia nunquam fuit delata ſibi hæreditas: ergo renunciatio habetur pro non facta. Ita in terminis tenet Paul. de Caſt. *in d. l. qui ſuperſtitu. colum. 1.* & ibi etiam Franc. de Aret. *in 7. colum.* & Imol *ff. de acquirend. hæred.* idem tenet Bald. & Alexand. *in l. pactum dotali. 3. C. de collat.* & Bald. *in l. fin. colum. 4. C de pact.* & Socin. *in conſil. 183 col. 2. in 2. volum.* Vnde nepotes debent ſuccedere: quia renuntiatio nullum præbet eis obſtaculum. Ex quo pro non facta habetur: & prædictis adde Socin. *in conſil. 91. colum. 2 in 3. volum.* SECVNDO ADDVCITVR: † nam quando ſoror renuncians moritur ante eum, de cuius 9
hæreditate agitur, filii ſubintrant ſtatim in locum matris non ex perſona matris, ſed ex perſona propria, ex beneficio legis tradito *in authent. ceſſante. C. de legit. hær.* adeo, quod repræſentant illum eundem gradum, quem repræſentat ſoror in capillo. Ita tenet Bart. *in l. 1. §. ſi filius. ff. de coniung. cum emanc. liber.* & Bart. Imol. Paul. de Caſtr. Franc. de Aret. & communiter Doct. *in d. l. qui ſuperſtitis. 94. ff de acquir hæred.* & Bart. *in l. 2 C. de lib præt.* & Alex. *in d. l. pactum dotale* & ibi etiam Paul. de Caſt. & idem Paul. *in conſil. 164. col. 5. in 2. vol.* ſi ergo eſt ius proprium filiorum ſequitur, quod illi non cenſetur per matrem renunciatam, vnde poſſunt ſuccedere. TERTIO. pro iſta † parte adducitur text. *in l. ſi quis filio ff de iniuſt. rupt. teſt.* vbi ſi teſtator exhæredat filium ſuum, qui 10
moritur ante teſtatorem, talis exhæredatio non nocet nepotibus ex illo filio: ex quo habetur pro non facta: ergo eodem modo minime debet nocere renuntiatio, cum validum ſit argumentum ab exhæredatione ad renuntiationem, prout hoc ſimili argumento vtitur Paul. de Caſtr. *in d l qui ſuperſtitis colum. 2.* QVARTO † adducitur text. *in l ſi quis poſthumos. 9. § ſi filium. 2. reſpon ff de lib. & poſthum.* vbi nepos 11
præteritus rumpit teſtamentum, quando filius exhæredatus moritur ante patrem, & hoc non eſt ex alio, niſi quia nepos ſubintrat locũ, & venit ex perſona propria: nam ſi veniret ex perſona patris, nocere[t] ſibi exhæreditatio patris: ſed non nocet; quia patri non fuit delata hæreditas; ita, & in caſu noſtro, excluſio matris mortuæ ante fratrem, non nocet nepotibus ſub intrantibus locũ ex perſona propria, & ad idem eſt text. conformis *in l. ſi ex patronis. 10. §. fin. ff. de bon. quæ lib. & in l. quoties. 14. in fin. ff. de nouatio.* QVINTO adducitur † doctrina Bart. *in d. l.* 12
*qui ſuperſtitis. verſ. item vide, quædam mulier, &c.* vbi tenet expreſſe, quod etiam ſi filii ſint heredes matris renunciantis, ac mortuæ ante eum, de cuius hæreditate agitur, ſuccedunt, non obſtante renuntiatione matris. Ex quibus rationibus hinc inde adductis caſus iſte redditur valde dubius.

Pro

13 Pro ſolutione † huius quæſtionis concludo, & firmo hanc ſecundam partem, tanquam magis communem, & melioribus rationibus fulcitam, & maxime per primum argumentum, ad quod nullus Doctor, qui vult tenere primam partem, poteſt reſpondere, ſcilicet quod renunciatio cenſetur facta ſub conditione: ſi ſucceſſio deferatur: ſed quia non fuit delata, defecit conditio, & habetur pro non facta. *l. Mæuius. 55. & l. qui hæredi. 44. ff. de cõd. & demonſt.* nam ſicut conditio expreſſa impedit natiuitatem actionis; ita etiam & conditio tacita, vt eſt gloſſ. not. *in l. item quia. 4 ff. de pact.* quam ad hoc ponderant ibi Alb. de Roſ. Alex. Iaſ. & communiter Doct. & gl. *in l. 2. §. creditum.* & ibi Iaſ. *in 2. col. ff. ſi cert. petat* per *l. cedere diem. 213. ff. de verb. ſign.* Ante ergo quam ſit purificata iſta conditio per delationem ſucceſſionis, nullum ius eſt ortum per talem renunciationem: ergo ceſſante conditione ceſſat renunciatio, & per conſequens, id quod non eſt, non poteſt opponi filiis ſuccedere volentib. *c. non præſtat de reg. iur. lib. 6.* Poſſunt enim dicere filii, quod eorum mater nunquam renunciauit; ex quo non habuit effectum renunciatio: & hæc reſponſio iudicio meo ſola tollit omnia argumenta contraria, ſiue ſint filii hæredes, ſiue non.

14 Et vt habeatur plene hæc materia, † expediam eam per nonnullas notabiles concluſiones. ET PRIMA CONCLVSIO ſit iſta: Quando filia renunciat bonis paternis tantum, nulla facta mentione de maternis, nec de fraternis; iſta renunciatio eſt nullius vtilitatis, ſi extant filij maſculi, & filia renuncians eſt dotata de peragio; quia etiam ſine renunciatione erat excluſa à ſucceſſione paterna propter dotem, per *conſtit. In aliquibus.* Sed ſi tempore renunciationis non extabant maſculi, ſed ſolum aliæ ſorores: tunc prodeſt iſta renunciatio ſororibus; quia ipſæ ſolæ ſuccedunt patri excluſa hac, quæ renunciauit; & ratio patet ad ſenſum; quia pater ſolet recipere iſtas renunciationes pro ſe, & hæredib. ſuis; vnde mortuo patre remanent hæredes illæ filiæ, quæ non renunciauerunt: ergo eis accreſcit iſta renunciatio, vt habetur *in dec. 161. conſil. Neap.* vbi idem dicitur, quando renunciatio fit fratri & hæredibus, per ea quæ not. Angel. *in conſil. 25. in c. d minus Gilius, &c. col. fin.* & Pet. Phil. Corn. *in conſil. 25. vbi plene in 4. vol.* & Sebaſt. *in conſuet. Si moriatur, ſuper verſic. ipſi ſucceſſores, &c* Sed ſi tempore mortis patris non extarent alii filii, neque maſculi, neque fœminæ, niſi ipſa ſola, quæ renunciauit; tunc ſuccedit, non obſtante renunciatione; ex quo in illo gradu non eſt alia perſona, quæ faceret ſibi obſtaculum; vnde ipſa eſt hæres patris: quia in primo gradu reperitur, & ſua renunciatio non ſe extendit ad iſtum caſum, quando ſola remaneret; & hoc procedit patre mortuo ab inteſtato. Secus eſſet, ſi feciſſet teſtamentum, & alium etiam extraneum feciſſet hæredem; quia ille ſuccederet excluſa hac filia, ex quo renunciatio fuit recepta pro ſe, & hæredibus, & ille eſt hæres; ita hæc omnia tenet pulchre Angel. *in conſil. 52.* & Pet. Phil. Corn. *conſil. 291. in 4. vol.* item Soc. *in conſil. 50. col. 25. in 1. vol.* & habetur aliquid *in d. dec. 161. in fin.*

SECVNDA † CONCLVSIO ſit: Quando filia renunciat bonis paternis viuo patre, & maſculi extant, & poſtea moriantur, admittitur filia ad ſucceſſionem non obſtante renunciatione: ita tenet Bald. *in l. pactum dotal. 3. verſ. 4. quæro, &c. C. de col.* & ibi etiam Paul. de Caſtr. *in 2. col. verſic. item quæritur, &c.* vbi aſſignat rationem, ſcilicet quod talis renunciatio cenſetur facta fauore maſculorum, & intelligitur rebus ſic ſtantibus: idem tenet Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo. 61. col. 4. ff. de verb. oblig.* & Alex. *in conſil. 26. colum. 4. in 3. vol.* & Sebaſt. *in conſu. Si moriatur. in verſic. ipſi ſucceſſores, &c.* Quod intellige & declara, quando maſculi moriuntur viuo patre. Ita loquuntur deciſiones ſupra alleg. Idem eſſet, quando extarent maſculi tempore mortis patris, ſed nollent patri ſuccedere; quia talis renunciatio cenſetur facta in fauorem maſculorum, qui volunt ſuccedere patri, vt tenet Socin. *in conſil. 85. col. fin. in 1. volum.* & Modern. *in l. Gallus. 29 §. quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum.* & colligitur ex dictis Bart. *in l. fin. ff. ad Tertul.* in quantum ponderat, quod maſculi adeant hæreditatem. Secus eſt, quando maſculi extarent, & adirent hæreditatem patris: nam quamuis poſtea moriantur; tamen filia non ſuccedit in bonis patris; quia ſemel excluſa, cenſetur perpetuo excluſa: ſicut quando excluditur per ſtatutum. Ita tenet Bald. *in c. 1. §. 1. Epiſcop. vel Abb. in vſib. feud.* & Bald. *in authent. ſed ſi quis, colum. 3. verſic. & per hoc infertur &c. C. de ſecund. nupt.* & Alexand. *in conſil. 20. colum. 4. & conſil. 2. in col. fin. in 1. volum.* & Socin. *in conſil. 19. colum. 2. in 1. vol.* & Barr. *in d. l. fin. ff. ad Tert.* & Bald. *in l. Si Pontionilla. 3. C. quando dies leg. ced.* & Bald. *in l. in quibus. 7. C. de Secund. nupt.* & Socin. *in conſil. 5. volum. 1. & fin. in 1. vol.* Hoc tamen intellige, † quando maſculi morerentur cum filiis, vel quando morerentur teſtati: 16 nam tunc is eſſet hæres, quem hæredem inſtituerunt excluſa penitus filia. Sed ſi mortui eſſent inteſtati & ſine liberis, ſoror ſuccederet eis etiam in bonis paternis: quia non dicuntur vlterius bona paterna, ſed fraterna, *l. ſi auia veſtra 19. C. de donat.* Vnde quia ſoror non renunciauit bonis fraternis, ſuccederet vni eum aliis fratribus vel ſororibus, ſi extant, alias ipſa ſola ſuccederet. Ita tenet Alex. & cõmuniter Doct. *in l. 1. §. veteres, ad acqui. poſſ.* & Paul. de Caſtr. *in l. Paulus reſpondit, 90.* (alias incipit *per curatorem*) *§. fina. ff. de acqui. hær.* & habetur *deciſ. 178. conſ. Neapol.* & iſta procedunt etiam in terminis conſtit. *In aliquibus*, per quæ excluditur filia a ſucceſſione patris; quia non cenſetur excluſa a ſuccedendo fratri in bonis paternis, per prædictas deciſiones: & etiam tenet Lud. Roman. *in conſil. 158 incip. circa primum, &c.* & Bald. *in d. c. 1. §. 1. Epiſcop. vel Abb. in vſibus feud.*

TERTIA CONCLVSIO ſit; † Quando filia 17

ſia renunciat bonis paternis, vel alias excluſa eſt per ſtatutum contemplatione maſculorum, ſi contingat patrem mori ſuperſtite d. filia, & alia nepte ex filio præmortuo, ſuccedit filia vna cum nepte, collatis dotibus, & non excluditur ab eo, non obſtante, quod a maſculo deſcendat; & ratio eſt; quia iſta excluſio fuit in fauorem maſculorum; vnde dato, quod ſupereſſet filius, vel ex eo nepos maſculus, excluderetur filia, tamen per neptem, in qua non eſt qualitas maſculina, non excluditur. Ita tenet Bartol. *in l. liberorum 220. colum. 4. in fin verſic. quæro, pone retento eodem themate, &c. ff de verb ſig.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 47. incip proponitur in caſtro. &c. in 1. volum.* & Fulg. Alex. & Iaſ. *in l. 2. C. de in ius voc.* reprobata opin. Bal. ibi aliter ſentientis. Idem tenet Cyn. *in l. 1. de adult* & Socin. *in conſil. 196. colum. pen. in 2. vol.* vbi communiter diſtinguitur: Aut filius moritur viuo patre, relicta nepte ex ſe; & tunc procedat hæc concluſio; quia neptis non excludit amitam ſuam à ſucceſſione, per prædicta. Si vero primo moritur pater; deinde filius, ſuperſtite nepte, & ſorore; tunc ſoror excluditur per neptem, ex quo ius hæreditatis fuit quæſitum filio; vnde ſoror cenſetur perpetuo excluſa, per ea, quæ dixi in præcedenti concluſione. Et ſicut in iſto caſu, quando filius moritur viuo patre, neptis ex eo non excludit amitam; ita etiam, & econuerſo, quando pater moreretur ſuperſtite filio, & nepte ex filio præmortuo, illa neptis excluditur per patruum ſuum, per eandem rationem. ſecundum Paul. de Caſtr. *in l. maximum vitium. 4. C. de liber. præt.* & Fulg. & Alex. *in d. l. 2. de in ius voc.* & ibi etiam Franc. & communiter Modern. Sed quando ex filio extaret nepos maſculus, ſine dubio excludit amitam; quia habet eandem potentiam, quam filius, ſecundum Bart *in d. l. liberorum. 220. col. 4. verſic. his præmiſſis, &c. ff de verbor. ſign.* & Bald. &
18 Alex *in d l 2. C. de in ius voc.* Quid autem † ſi pater moriatur ſuperſtite filio, & nepote maſculo ex filia præmortua, communis concluſio eſt, quod iſte nepos excluditur non obſtante, quòd ſit maſculus, ex quo procedit à radice infecta. ſecundum Bar. *in d. l. liberorum. colum. 5. verſic. quæro, quid ſi filius, &c* Bald. *in d. l. maximum vitium. col. .. verſ. & idem dico, ſi ex tali filia, &c.* & Socin *in conſil. 5. verſic. 9 probatur, &c. & conſil. 31 colum. 2 verſic. 3. probatur, &c. in 1. vol.* & Alex. *in conſil 53 col. 2. in 4 vol.* & Bart *in l. 2. §. videndum. in fin ff. ad Tertul.* & Ang. *in § neque. in Auth. de trien. & ſemiſſ. Nou. 18.*

19 QVARTA CONCLVSIO † eſt, ſi filia renunciat bonis paternis cum pacto, quamuis largo, de quicquam vlterius non petendo, poteſt nihilominus petere legitimam; quia ille nunquam cenſetur renunciaſſe, niſi ſpecialiter, & expreſſe cum iuramento renunciet etiam iuri legitimæ text eſt, & ibi Bald. Paul. de Caſt. & omnes Doct. *in l ſi quando. 35 §. generaliter. C de inoff teſtam* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 73. col. fin. in 1. vol.* & Soc. *in conſil. 30 col. 13. in 1 volum.* ſed in ſpecie valet renunciatio legitimæ, vt in locis præalleg Et tenet Alex. *in conſil. 180. & 181 in 5. volum.* ADDITIO. De hac concluſione Auctoris vide obſeruationes iudicii Imperialis Cameræ, apud Mynſing. *cent 2. obſeruat. 7. & conſil. 33 nu. 4* Boer. *deciſ. 3.* R. A. K. T.

Et in tantum procedit iſta concluſio, quod etiam ſi pater legaret filio vel filiæ aliquid pro ſua legitima, cum clauſula expreſſa, quod plus petere non poſſit, quamuis filius vel filia agnoſcat legatum; tamen poteſt petere ſupplementum legitimæ, ſecundum Bal. Paul. de Caſtr., Iaſ. & communiter Doct. *in d. § generaliter.* & Alex. *in conſil. 89. colum. final in 4. volum* & Socin. *in conſil. 1. colum. penult. in 3. volum.* & Alexand. *in conſil. 8. colum. penult. in 3. volum.* & ratio eſt; quia pater non poteſt hoc ſupplementum prohibere, nec onus legitimæ opponere: vt ibi habetur, *& l. quoniam in prioribus. 32 C. de in offic. teſtament.* Sed quando plenarie renunciatum eſt iuri legitimæ, & eius ſupplemento, etiam ſi poſtea pater multa quæſiuit, non poteſt filia aliud petere; quia poterant etiam bona diminui, ſecundum Baldum *in l. 15. quamuis. in fine. Cod. de fideicomiſſ.* & Alexand. *in conſil. 181 in 5. volum.* † Ex prædictis ſ. quitur pulchra illatio in terminis conſtitut. *In aliquibus.* quod 20
licet filia excludatur à ſucceſſione patris, propter maſculos; debet tamen congrue dotari, & dos non debet eſſe minor legitima: nam paragium, quod habetur per *d. conſtitut.* ſuccedit loco legitimæ: ita tenet Andr. de Iſern. *in conſtitut. aliquibus. colum. 8.* & ibi etiam Matth. *in 15. colum. in 12. q.* vbi dicit, quod paragium non poteſt eſſe minus legitima, ſed plus eſſe poteſt, vbi mulier nubet pari: & quod dictum paragium non debet eſſe minus legitima, etiam quando filia excluditur per ſtatutum: tenet Alexand. *in conſil. 69. in 1. volum.* & Fulg. & Salic. *in authent. res quæ C. commun. de leg.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 100. in 2. volum.* Vnde ſequitur, quod ſi filia dotata non renunciauit expreſſe iuri legitimæ, poteſt dicere, ſe non congrue dotatam, quando habuit minus legitima; & petere ſupplementum, non obſtante ſtatuto vel renunciatione ſucceſſionis: vt tenet Pet. Phil. Corn. *in d. conſil. 110. in litera C. in 2. volum.* & Phil. Dec. *in conſil. 89. colum pen.* & Paul. de Caſt. *in conſil. 78. incip. licet iſta domina Liſa, &c. colum. fin. in 1 volum.* & Philip. Dec. *in conſil. 26 per totum.*
LIMITA multum ſingulariter, † hoc non procedere, quando filia eſt maritata, & dotata à patre; 21
quia quantumcunque ſit dos, ſemper cenſetur congrua; ex quo a patre fuit conſtituta: nam lex præſumit, quod pater bene prouidit filiæ; & quod pater fecit, non debet alteri videri incompetens; cum nullus amor vincat paternum, *l. fina. C. de cur. fur. & l. nec in ea 22. ff. de adult.* vnde filia non poteſt patrem inquietare, & dicere, ſe incongrue dotatam Ita tenet Paul. de Caſtr. *in conſil. 275. incip. ſuper primo quæſito, &c colum. 4. & 5. in 1. volum.* & Philip. Dec. *in conſil.*

*conſil.26.colum.1.& conſil.89.colum.fin.* Vnde prædicta procederent, quando filia dotaretur ab alio, quam a patre de bonis paternis, puta à fratre, vel à tutore, & hanc limitationem ſentit Matth. *in d. conſi.it.in aliquibus, colum.fin.* & eſt noua limitatio, &
22 a paucis cognita. Quam † confirmo bona ratione: nam viuente patre non tractatur de legitima: quia pro ea habetur reſpectus ad tempus mortis, *l. cum quæritur.6.C de inoff.teſtam.& l.etiam.3.§.fin.& l.ſi patronum.44.§.fin ff.de bon.lib.* nam viuente patre non conſideratur legitima in eius bonis, *l 2.§. interdum.ff.de vulg.& pup.& l 1.§.ſi impuberi.ff de collat.bon.* nec tenetur pater aſſignare legitimam filio in eius vita, ſecundum Bald.Angel.& communiter Doct.*in l.lex Corn. 28.ff.de vulg.& pupill.* nullum enim ius habet filius viuente patre in eius bonis, vt ibi, & per Baldum *in l.quamuis 15.verſicul.extra quæ ritur, &c.C.de fideicommiſſ.* vnde pater dotando filiam impleuit officium, ad quod de iure tenebatur, per *l.qui liberos 19.ff de ritu nupt.& l.fin. C.de dot. promiſſ.* & vltra non tenetur, nec poteſt dicere filia, ſe habuiſſe minus legitima; quia eo viuente non conſideratur: & poſſibile eſt, quod bona diminuantur, antequam moriatur, minime poſt mortem patris poteſt filia conqueri; & quia lex reputat congruam dotem eam, quæ fuit a patre conſtituta, & non inſpicimus augmentum facultatem patris; quia dubius erat iſte euentus, ex quo poterant diminui, vt dicitur Bald. *in d l.quamuis, in fin.* & Alexand.*in conſil.181. in 5.volum.* quod dic, vt per Alexand.& Paul.de Caſtr.*in l.in ratione.3 1.la 2.in princip. ff.ad legem Falcid.* quod tamen reſtringe, niſi pater dediſſet ita modicam dotem, cum eſſet valde diues, vt præſumatur dolus re ipſa in patre; nam poteſt tunc filia agere ad ſupplementum, ſecundum Paul. de Caſtr.*in conſil.175.colum.4. in 1. volum.* vbi ponit exemplum.

23 Ex quibus † infero ad pulchram quæſtionem, & quotidianam, in qua vidi pluries dubitari. Si pater habens plures filias, dotauit primum, cui debet centum in dotem, & cõtenta remanſit; deinde maritauit aliam, cui dedit ducenta; quæritur, an prima poſſit conqueri, & agere, vt detur ſibi æqualis dos, & ſic petere alia centum? In hac quæſtione ſemper conſului contra primam, ſcilicet, quod non poſſit quidquam petere; & nunc confirmo per prædicta: Aut enim prima habuit dotem aſcendentem ad legitimam, & caſus eſt clarus; quia nihil plus petere poteſt, nam eo ipſo, quod habet legitimam, eſt congrue dotata, & pater poteſt bona ſua aliis diſtribuere, dummodo filiæ det legitimam, vt habetur *in authen nouiſſima C.de inoff. teſtam.* Aut habuit minus legitima; & tunc quia fuit dotata à patre, cenſetur congrue dotata, per ſupradicta. Sicut enim poteſt per viam inſtitutionis plus dare vni filiæ, quam alteri; ita etiam per viam dotis poteſt melius tractare vnam filiam, quam aliam. Ita tenet Alexand. *in conſil. 19 colum.3 in volum.* vbi ponderat illud incertum, ſcilicet quod bona patris poſſent ita augeri, ſicuti diminui vſque ad eius mortem, per *l.de fideicommiſſ.11.C. de tranſ.* & hanc concluſionem tenet Bal.*in conſ.326.in 3.vol.* & Bal. Nouel.*in tract.dotium, in 16.priuil.6.partis, colum.9.cum duabus ſeq.* & Matth. *in conſ.In aliquibus, col. fin* Confirmatur auctoritate Euangelii per Matth.*cap. 20.* An non licet mihi facere quod volo, vel oculus tuus nequam eſt; quia ego bonus ſum; nonne de denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade, &c. Ita poterit dicere pater primæ filiæ. In caſibus autem, † in 24
quibus teneo filiam poſſe petere ſupplementum, tanquam incongrue dotatam, vt quando dotatur à fratre vel à tutore, poteſt etiam petere fructus illius ſupplementi; quia cui debetur legitima, debentur etiam fructus legitimæ à die mortis patris ſecundum Alex. *in conſil.61.in 1 volum.* & Pet.Phil.Co *in conſil.265.in 3.vol.* & per Doct. *in l.Papi.8.§. vnde ſi quis.ff. de inoff teſtam.*

QVINTA CONCLVSIO eſt, † Quando filia 25
renunciat bonis paternis, & omni legitimæ, intelligitur renunciare ſucceſſioni ab inteſtato, non autem ex teſtamento. Vnde dato, quod filia renunciet, vel ſit excluſa per ſtatutum, poteſt nihilominus pater in teſtamento inſtituere eam hæredem, vel aliquid ſibi legare, ſi vult, ſecundum Bald. *in l.pactum.3.verſic. tertio quæro.&c. C. de collat.* & Alex.*in l. ſtipulatio hoc modo. 61. colum. 3. in princ.ff.de verb.oblig.* & ibi plenius Iaſ. *in 6. & 7. col.* vbi plus dicit, quod etiam ſi filia renunciaſſet patri, & fratribus de non ſuccedendo patri ex teſtamento, nec ab inteſtato, poteſt nihilominus ſuccedere ex teſtamento; quia pater inſtituendo, cenſetur iuramentum & pactum remittere, & ita etiam habetur *in decis. 350. conſil. Neap.* & per Bald. *in l.fin.C.de pact.* & in terminis *conſil.Si in aliquibus.* quod procedat ex teſtamento, tenet ibi Andr.de Iſern.*in 3.colum.* & Matth. *in 5 vol. verſic. quinto quæro.&c.* Et ex his infero ad pulchram quæſtionem: Si filia, † quæ alias erat excluſa per 26
conſtitutionem Regni, renunciauit patri, bonis paternis, & iuri legitimæ propter dotes, quas habuit; deinde pater in teſtamento inſtituit filium maſculum hæredem, filiam autem inſtituit hæredem in dotibus ſuis, & in vno tareno, iure Conſtitutionis, prout communiter ſolent facere Notarii, qui iſtud conſulunt teſtatoribus, & neſciunt, quid agant: dico, quod iſta filia, ſi habuit modicam dotem, poteſt petere ſupplementum legitimæ ex cauſa teſtati, non obſtante renunciatione; quia illa non ſe extendit ad cauſam teſtati, per prædicta. Ita tenet Socin. *in conſil. 30. colum.13.& 14. verſicul.19 &c.in 1.volum.* Nam illud ſupplementum petitur ſecundum iudicium teſtatoris, & non contra: ſecundum eum, ibi per *l.omnimodo.30. C.de inoffic.teſtam.* Vnde melius eſt, quod pater nullam faciat mentionem de filia, quia propter *conſ.In aliquibus,* & propter eius renuncia-

riationem eſt excluſa etiam à legitima, & tene mente; quia ſæpius euenit, & eſt magnus effectus impediendi vires renunciationis.

27 SEXTA CONCLVSIO ſit, † ſi filius renunciauit bonis paternis, contemplatione fratris, prout præſumitur, quando extat maſculus, ſecundum Paul. de Caſtr. *in d. l. pactum. C. de collat.* Alex. *in conſil. 19. colum. 4 in 2. volum.* & dixi ſupra *in ſecunda concluſione.* Vel ſi eſt excluſa per ſtatutum, propter maſculum, ſi contingat patrem mori ſuperſtite filio, & filia dotata, qui filius antequam adeat hæreditatem patris, moritur ſuperſtite filia fœmina, ad quam pater ex potentia ſuitatis tranſmiſit paternam hæreditatem, iuxta *l. apud hoſtes. 8. C. de ſuis & legit.* & quæ habentur *in l. ſi fratris. 3. C. de iure delib.* & per Bartol. *in l. ſi infanti, eod. titul. & in l. ventre. 84 ff de acquiren. hæred.* & illa neptis non excludit hanc filiam dotatam amitam ſuam, & quo eſt fæmina, & habet qualitatem patris, non obſtante tranſmiſſione, ex quo pater non adiuit, & ſic non fuit ius quæſitum maſculo: proinde habetur quo ad hunc effectum, ac ſi mortuus eſſet viuo auo, prout dixi ſupra *in ſecunda & tertia concluſione.* Iſtud fuit notab. dictum Iacob. de Aret. quem ibi ſequitur Sal. *in l. 1. C. de adulter.* & Socin. *in conſil. 116. colum. 7 in fin. verſic. tertia hæc opin. &c. in 1. volum.* quod nota perpetuo ad ampliationem eorum, quæ dixi ſupra in dicta ſecunda & tertia concluſione: nam quilibet prima facie diceret contrarium: & hanc concluſionem teneo pro vera, in caſu, quando filia eſſet excluſa per ſtatutum: ſed quando renunciauit patri, videtur eſſe magis dubia, quo caſu diſtinguerem: Aut renunciauit ſimpliciter in fauorem maſculi: & idem; quia par eſt ratio; aut renunciauit patri, & hæredibus ſuis; & tunc illa neptis ex potentia tranſmiſſionis eſt hæres aui: & ſibi accreſceret renunciatio, & iſta filia excluderetur ex virtute renunciationis, per ea quæ dixi ſupra *in prima concluſione,* & quæ habentur *in deciſ. 119. conſil. Neapol.*

28 SEPTIMA CONCLVSIO ſit, † quando filia renunciauit bonis paternis, & maternis; iſta renunciatio prodeſt fratribus, & ſororibus: quia licet per conſtitutionem Regni excluderetur à bonis patris propter dotem; non tamen excluditur à bonis matris, ſecundum Andr. de Iſern. *in conſtitut. In aliquibus, colum. 1. 10. & 11.* niſi aliter ſe haberet conſuetudo, prout in ciuitate Neapoli, per conſuetudinem, quæ incipit: *Si moriatur;* qua cauetur, quod ſtante maſculo, filia non ſuccedit, dummodo maritetur de paragio, de bonis matris, & ita fuit declaratum *in deciſ. 178. conſil. Neapol. in princ.* Vnde per renunciationem factam per filiam de bonis maternis, ceſſante conſuetudine, portio eius accreſcet fratribus & ſororibus, quibus mortuis poſt mortem parentum ſuccedit ipſa ſoror, renuncians in dictis bonis: quia non dicuntur materna, ſed fraterna, per ea quæ not. Alex. & Doct. *in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poſſ.* & habetur *in d. deciſ. 78. in tertio dubio,* & dixi ſupra *in ſecunda concluſione.*

29 OCTAVA CONCLVSIO ſit, † quando filia renunciat bonis maternis, & fraternis: iſta renunciatio prodeſt fratribus, & ſororibus, non ſolum reſpectu bonorum maternorum, ſed etiam fraternorum; quia mortuo aliquo ex fratribus, ſuccedunt alii fratres, & ſorores, excluſa penitus iſta, quæ renunciauit, vt habetur *in deciſ. 151. conſil. Neap.* Sed mortuis omnibus fratribus, & ſororibus ab inteſtato ſine liberis, ſuccedit ipſa ſoror, quæ renunciauit; ex quo non habet aliud obſtaculum in illo gradu, per ea quæ not. Angel. *in conſil. 52. incip. Dominus Gilius, &c.* & dixi ſupra. Sed in ciuitate Neapol. ſiue ſoror renunciauerit, ſiue non, quando dotata fuit, non ſuccedit fratri, vel ſorori defunctæ extante fratre maſculo, vel filio fratris, & hoc eſt de conſuetudine, per conſuetudinem: *Si quis, vel ſi qua. §. ſed ſi morienti. iuncto verſic. & in permiſſis.* & ibi per Sebaſtian.

30 Iſtis concluſionibus ſic elicitis, † reuertor ad propoſitum quæſtionis noſtræ principalis, VALEAT NE ISTA RENVNCIATIO MATRIS, VT NOCEAT FILIVS SVIS HÆREDIBVS? Et certe, quando mater moritur poſt eum, de cuius hæreditate agitur, nullum eſt dubium. Et omnes Doctores *in d. l. pactum. C. de collat. & in d. l. qui ſuperſtitis. 94. de acquir. hæred* tenent, quod noceat filiis, ex quo hæreditas fuit delata matri. Sed caſus noſter eſt, quando mater præmoritur, quo caſu, ſi quæris de ſucceſſione bonorum paternorum, quibus renunciauit, hic ſunt duo obſtacula. Vnum ſcilicet conſtitut. *In aliquibus,* quæ excludit filiam dotatam à ſucceſſione patris, ſtantib. maſculis: & aliud de renunciatione. Eſt etiam & tertium obſtaculum; quia filia ideo renunciat propter dotem, quam habet à patre; quo caſu recipit illam in lucrum ſuæ legitimæ, & portionis debitæ in hæreditate paterna: & vocat ſe contentam portione ſua, prout communiter ſolent fieri iſtæ renunciatione filiarum in tanta forma: vnde filia, & eius filii excluduntur, non tam vi repudiationis, quam, quia mater habuit partẽ ſuam: vnde bona fides non patitur, vt filii idem bis habeant, & iſtam rationem tenet Lud. Roman. *in d. l. qui ſuperſtitis.* per quam tenet contra filios, licet Alexand. ipſum referens *in d. l. pactum.* teneat contrarium; tamen opin. Ludouic. Roman. per plures bonas rationes tenet Phil. Dec. *in conſil. 181. colum. 4. & 5.* Verum in hoc Regno, vbi eſt dicta conſtit. *In aliquibus.* ſine dubio procedit opin. Lud. Roman. Et propterea concludo, quod quando agitur de ſucceſſione patris, nepotes omnino excluduntur, ſiue mater moriatur viuo patre, ſiue poſt: nam mater recipiendo dotem à patre, eſt effecta inſucceſſibilis patri ab inteſtato, per *d. conſtitut.* & ſic eſt obtruncata via ſuccedendi per deſcendentes ex fœmina. Vnde nepotes excluduntur, ſiue mater renunciet, ſiue

ſiue non, ſtantibus maſculis, ex quo veniunt à radice infecta, vt tenet Bart. *in l. liberorum. colum. 5. verſic. quæro, quid ſi filia, &c. ff. de verbor. ſignificat.* & dixi ſupra *in tertia concluſione, in fin.* in iſto enim caſu ceſſat ratio, quam aſſumit Alexand. *in d. l. pactum.* contra Lud. Roman. quia ſi mater viueret, & non renunciaſſet habito paragio, excluderetur à ſucceſſione patris; ergo eodem modo, & filii excluduntur. Quam concluſionem LIMITO non procedere, † quando omnes filii maſculi morerentur, viuo patre, & vltimo loco moreretur pater: quia tunc iſti nepotes ex filia præmortua ſuccederent vna cum filiabus, ſi extant, ſcilicet, eorum materteris, collatis dotibus matris: quia per mortem maſculorum tollitur obſtaculum conſtit. Similiter renunciatio matris non nocet eis; quia fuit mortua viuo patre, minime obſtat obſtaculum receptionis dotis; quoniam offertur collatio, quam poterat offerre mater, ſi non renunciaſſet, ſecundum Alex. *in d. l. pactum* & hanc limitationem firmo, per ea, quæ dixi ſupra *in 2. concluſ.* Si vero quærimus, † quando filia renunciauit bonis maternis; hic ceſſat obſtaculum cõſtitutionis; quia nõ excludit filiam à ſucceſſione materna. Ceſſat etiam obſtaculum receptionis dotis; quod ponderat Rom. *in d. l. qui ſuperſtitis.* quia dotatur communiter ex bonis paternis, non autem maternis: ſi ſolum remanet obſtaculum renunciationis, quod non obſtabit filiis, ex quo eorum mater mortua eſt ante auiam, de cuius hæreditate agitur; vnde indubitanter ſuccedent nepotes in bonis auiæ per rationes ſupra adductas pro ſecunda parte: Verum ſi filia eſſet dotata de bonis maternis, & renunciaſſet; tunc obſtaret dictum Lud. Rom. & Phil. Dec. *in d. conſ. 181.* ſed magis communis videtur opinio Alex. *in l. pactum.* ſcilicet, quod nepotes ſuccedant, collatis dotibus. Si quærimus de tertio, ſcilicet, † quando renunciauit etiam bonis fraternis? & tunc per omnia dico idem, quod dixi in maternis; quia eadem eſt ratio; & ita fuit concluſum ſupra in ſolutione, ſcilicet quod nepotes ſuccedent, non obſtante renunciatione. In vno tamen caſu facio differentiam, ſcilicet, quando ſoror eſſet dotata à fratre de bonis ipſius fratris, & renunciaſſet acceptando illam dotem pro portione ſua, quæ ſibi contingere poſſet in hæreditate fraterna; tunc indubitanter teneo opinionem Lud. Rom. & Phil. ſcilic. quod ſiue iſta ſoror moriatur ante fratrem, ſiue poſt, ſemper excludantur filii ſtantibus aliis fratribus, vel ſororibus; ex quo in iſto caſu ceſſat ratio Alex. Nam cum tractetur de ſucceſſione collateralium, non habet locum collatio dotis; quia ſolum procedit, quando deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus: vt not. gloſſ. ſingul. quã ibi ſequitur Paul. de Caſt. & communiter Doct. *in l. 1. in gl. fin. C. de leg. hæred.* Iaſon. *in l. ſi emancipati 9. col. 5.* & ibi etiam Alex. *C. de collat.* Vnde ſi viueret ſoror, & non renunciaſſet, & vellet ſuccedere, ceſſaret collatio, & reſultaret iniquitas, quæ iniquitas debet conſiderari in filiis eius, quib. ſuccederent contra bonam fidem, & non conferent: debent ergo excludi vigore portionis receptæ per matrem, ſecundum Ludouic. *in d. l. qui ſuperſtitis.* cauſa æquitatis ſeruandæ.

31

32

33

Supereſt modo reſpondere ad argumenta adducta pro prima parte. Vnde AD PRIMVM, quod magis vrget, reſpondeo, quod † ex quo mater renunciat, & promittit non contrauenire, nec per ſe, nec per hæredes ſuos, cenſetur ligare hæredes, quo ad illa, quæ habent, vt hæredes matris, ex quo fuerunt nominati per appellatiuum, ſcilicet, hæredes: nam mater, quando facit iſtas renunciationes, cedunt omnia iura ad eam ſpectantia, & quæ ad ipſam ſpectare poſſent quomodocunque, & qualitercunque ſuper dictis bonis, & ſic ſemper verba referuntur ad perſonam renunciantis. Sed filii non petunt illud, quod matri ſpectauit: nam non veniunt ex perſona matris, ſed ex propria, & ſic non contraueniunt; quia non petunt ius matris, quod fuit renunciatum, ſed ius proprium, cui renunciatum non fuit, nec illud habent vt hæredes; ergo non ſunt ligati ad hoc. Ita in propriis terminis reſpondet Petrus Phil. Corn. *in conſ. 263. colum. penult. in fi in litera V. in 4. volum.* Iſtud enim ius habuiſſent filii, etiamſi non eſſent hæredes matris, facit text. *in authent. lucrum. C. de ſecund. nupt.* vnde reſpondeo ad *l. cum matre. 14 C. de rei vend.* quod verum eſt, quod hæres tenetur habere ratum factum defuncti, & non contrauenire, ſed hic ſatis habetur ratum, & in nullo contrauenitur, prout factum fuit: quia mater renunciauit iuri ad eam ſpectanti, vel ſpectaturo; ſed ad ipſam nunquam aliquod ius ſpectauit; quia fuit morte præuenta; ergo filii in nihilo contraueniunt. Et licet promiſerit, neque per ſe, neque per hæredes petere, intelligitur, ſcilicet, illud ius matri competens. Præterea; quia non fuit impleta conditio; quoniam hæreditas non fuit delata, remanet renunciatio pro non facta. Vnde ſicut quando mater non renunciaſſet, admitterentur filii: eodem modo, & nunc, vt dixi plene *in ſecunda parte ſupra.* 34

AD SECVNDVM argumentum † reſpondeo, quod ex quo filia mortua eſt in vita patris, habetur ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura; vnde tunc ceſſat ius accreſcendi, & de eo nulla habetur ratiõ, ſecundum Bald. *in l. 1. colum. 8. in 6. quæſt. in fin. verſic. quid de filia, &c. quand. non pet. part.* & ſic non impeditur ſucceſſorium edictum. 35

AD TERTIVM argumentum reſpondeo, † dando bonam inſtantiam: nam feudum habetur immediate à patre, cui ſuccceditur, & erat res quæſita patri, & ab eo tranſit ad filium; vnde ratione connexitatis cum reb. Burgenſaticis, & propter connexitatem perſonarum, patris & filii, non poteſt filius habere feudum, & repudiare hæreditatem: imo ſi acceptat feudum, tenetur vt hæres, & ita declarat 36

Aluar. *in d.c.1.colum.2.an agn.&c.in uſibus feudor.* Sed in caſu noſtro iſta ſucceſſio fratris non habetur immediate a matre, nec vnquam fuit matri quæſita, ſed immediate venit à fratre defuncto in iſtos nepotes, ex perſona propria; vnde non debet eis nocere factum matris. Præterea, renunciatio matris habetur pro non facta, propter non impletam conditionem. Vnde non obſtat filius, vt ſupra: quæ ratio ceſſat in feudo. † Ex hoc puto fruſtatoriam
37 eſſe cautelam, quam dant aliqui Doctores conſulentes iſtis neptibus, vt faciant inuentarium: ſicut dicitur *in d.c.1.an agnatus, &c.* quia confectio inuentarii (verum eſt, quod ſeparat bona feudalia à Burgenſaticis, & facit hæredem) tenet, vſque ad vires Burgenſaticorum; non tamen tollit obligationem, quod quis non teneatur ad factum defuncti, ſaltem vſque ad vires hæreditatis Burgenſaticorum: ergo quamuis iſti nepotes facerent inuentarium; non tamen per hoc eſſent exuti ab obligatione habendi ratam renunciationem matris, & ab intereſſe ſaltem vſque ad vires hæreditatis matri, quando alia via, quam per inuentarium, non eſſent immunes. Inuentarium enim nihil aliud facit, niſi quia ſepararet bona matris à bonis auunculi, cui ſuccedit̃ur.

38 AD QVARTVM argumentum reſpondeo, † quod illa eſt ſola auctoritas vnius Doctoris, quæ neque lege neque vrgenti ratione fulcitur; & cum habeamus communem opinionem pro iſta parte, quam ſequuntur tot excellentes Doctor. non debemus ab ea recedere, propter nouam phantaſiam vnius Doctoris. Ita dicit Bal. & Paul. de Caſt. *in l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* alias iudex, qui omittit communem opinionem adhærendo opinioni ſingulari vnius Doctoris, facit litem ſuam, ſecundum Bart. *in l. fin. C. de pœna iud. qui male iud.* & Ial. *in l. ſciendum § fin. colum. penult. ff. qui ſatiſd. cog.* & Alexand. *conſil. 95. colū. 3. in 2. volum.* & Alex. *in conſil. 27. colum. 3. in 1. volum.* & ad confutandam dictam auctoritatem Sebaſt. confuto ipſius rationes; nam dicit ipſe: primo moueor per rationes proxime dictas, &c. & ſupra proxime in dicto loco allegato, aſſignauerat duas rationes, ſcilicet, quod non ſit curandum, quod renunciatio matris rendat ad detrimentum filiorum. PRIMA RATIO eſt, ſcilicet quod iſtud detrimentum accedit filiis conſecutiue, & ſecundario, non principaliter; & ideo non conſideratur: Certe iſta ratio procederet, quando filia renuncians ſuperuixiſſet; quo caſu filii haberent neceſſe venire ex perſona matris: nam verum eſt, quod tunc principale detrimentum eſt matris, quæ præcedit; ſed quando matri non fuit delata hæreditas, dico, quod principale detrimentum eſt filiorum venientium ex perſona propria; quia ab eis inciperet, ſi noceret eis renunciatio matris. SECVNDA RATIO Sebaſt. eſt, † quod
39 primus hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto; vnde videtur hæres iuraſſe, quod defunctus iurauit, allegat text. *in Auth. de iureiurand. à mor. præſtit. in princ.* Ad hanc rationem reſpondeo, quod illud eſt ex fictione iuris: nam vere diuerſa perſona eſt: nec eſt verum, quod cenſetur hæres iuraſſe, &c. Nam defunctus, qui iurat non contrauenire contractui vſurario, ligatur iuramento, & tenetur petere abſolutionem, *c. debitores de iureiur.* ſed hæres poteſt contrauenire abſque abſolutione; quia non ligatur iuramento defuncti, quo ad periurium, vt declarat Angel. *in tit. in Auth. de iureiur. à mor. præſtit. Nou. 48.* Præterea illa ratio poſſet procedere in his, quæ immediate habet hæres à defuncto, tanquam hæres; & ita loquitur ille textus *in Auth.* ſed iſto caſu ſucceſſionem non habent filii à matre, nec vt hæredes matris: ergo quo ad eum, non repræſentant matrem, nec poſſunt dici eadem perſona cum matre, per ea quæ dicit Petr. Phil. Corn. *in d. conſil. 252. colum. penult. in fin. in litera V. in 4. volum.* Item dicit Sebaſt. quod videtur hæres facere, quod defunctus fecit. Ad hoc reſpondeo, vt modo dixi, præterea dico, quod mater defuncta nihil fecit; quia renunciatio habetur pro non facta, vt ſæpius dixi; ergo non ligat hæredes. TERTIA; ratio, quam ſubdit poſtea Sebaſt. in loco allegato eſt; † quia in feudo filius hæres tenetur habere ratam inueſtituram alii factam à patre de feudo, per text *in c. 1. qui ſucc. in feud. dare ten.* allegat etiam in argumentum *c. 1. an agnatus, &c.* voluit forte conſiderare per bonum ſimile, quod ſicut mortuo inueſtiente antequam feudum ſibi aperiatur, tenetur hæres habere ratam inueſtituram: eodem modo mortua matre antequam hæreditas ſibi deferatur, tenetur hæres habere ratam renunciationem. Ad hoc reſpondeo, & do bonam inſtantiam. Nam dominus feudi habet ius in feudo ſcilicet, dominium directum, & ſperat feudum ſibi aperiri propter ius, quod habet in eo ex cauſa de præſenti; & illud ius tranſmittit ad hæredem. Vnde quia hæres accipit immediate à defuncto dominium directum, & in eo ſuccedit vt hæres; non eſt mirum, ſi tenetur habere ratam inueſtituram defuncti; ſed filia, vel ſoror nullum ius habet de præſenti in hæreditate, ſed ſolum ſperat habere ex cauſa de futuro, & illi iuri renunciat. Quod ius extinguitur cum morte ſua, & nihil ad hæredem tranſmittit; imo hæres acquirit ius ſuccedendi ex perſona propria, & propterea, noceret ſibi renunciatio matris, quæ extincta eſt cum perſona matris. Præterea in feudo hæres habet illud immediate à defuncto; & ideo tenetur habere ratum factum defuncti. Sed in caſu noſtro filii non habent ſucceſſionem immediate à matre, ſed habent illam ab auo vel auunculo moriente, & ſubintrant locum ex perſona propria, merito non tenentur habere ratum factum matris. Præterea illud factum reducitur ad non factum, propter conditionem deficientem, vt ſæpius dixi. Vnde ceſſat omnis difficultas, & per hæc remanent euacuatæ rationes Sebaſtiani; vnde 40

vnde ipſius auctoritas remanet nuda rationibus, &
legibus, & ideo non tenenda, §. *conſideremus. in Authent. de trient. & ſemiſſ. Nou. 18. ad c. 1. an agnatus.* &
plene reſponſum eſt ſupra in reſponſione data ad
tertium argumentum. Ad quintum, & vltimum
argumentum reſpondeo, † prout dixi ad primum
41 argumentum, & licet hæres cenſeatur quaſi contrahere cum creditoribus, hoc intelligitur quoad
ea, in quibus remanſit obligatio defuncti, ſed in
caſu iſto nulla remanſit obligatio; quia fuit extincta
per defectum conditionis; vnde nullus quaſi contractus oriri poteſt, ex quibus remanent euacuata
omnia argumenta in contrarium adducta, & ſic
remanet confirmata concluſio, quam teneo in fauorem filiorum. Vnum tamen nota pro vtilitate huius quæſtionis, quod † quando filia, quæ renun-
42 ciauit, eſſet per dictam renunciationem enormiter
læſa; vt quia pater haberet in bonis decem millia, &
ipſa habuit in dotem ducenta; tunc, non obſtante
renunciatione, poſſet etiam ex capite enormis læſionis contrauenire, petita prius abſolutione à iuramento. Ita plene tenet Phil. Dec. *in conſ.* 181. & aliquid *in conſil* 89. Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 147. & 179.
& 236. *in 4. volum.* ADDITIO. Vide hanc materiam
abſolutiſſime tractantem, & rationibus validiſſimis
comprobantem Nobil. & Clariſs. I C. Andream Gail
Cæſareæ Maieſt. Conſ. Referend. *in ſuis obſeruat. Practicis, lib. 2. obſer. 147. per totam. K. L.*

43 VLTIMO † pro complemento huius materiæ
adde, quod ſi mulier iuret primo non renunciare,
& poſtea renunciet cum iuramento, non valet ſecundum iuramentum contra primum, & ſic minime valebit renunciatio. gl. eſt, quæ ad hoc communiter allegatur *in c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6.* quam
gl. ad hoc ſequitur Imol. *in c. cum contingat. colum. 99. & 101. de iureiur.* & Bart. *in l. ſi quis pro eo. 56. ff. de fideiuſſ.* & Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo. 161. colum. 4. ff. de verbor. obligat.* ex hoc igitur ſolet dari cautela per
Aduocatos, vt mulier renunciatura faciat primo
vnam proteſtationem, in qua iuret nunquam ſponte renunciare, & in futurum, ſi contingat eam renunciare, proteſtetur, quod non ſponte facit, de
qua cautela vide Iaſonem & Doct. *in l. in duobus. 28. §. fi. ff. de iure iur.* vbi diſcutitur veritas eius dicti.

Ex prædictis vltimo † loco ponam formam re-
nunciandi, pro cautela eius, quæ recipit ad excludendum filios, ſcil. vt mater renunciet bonis pater- 44
nis, maternis, & fraternis, & promittat per ſpeciale pactum nunquam ad dicta bona aſpirare per ſe,
nec per hæredes; & ex nunc cedit, ac donat omnem
portionem, quæ ſibi & hæredibus competere poſſet, quomodocunque, & qualitercunque, & omne
ius ſuper bonis prædictis, obligando ſeipſam, &
perſonam, ac bona hæredum ſuorum ad nunquam
aliquid petendum, nec contraueniendum dictæ renunciationi, etiamſi ipſa mater moriatur ante mortem eius, de cuius hæreditate agitur, remaneant ſui
filii obligati ad habendam ratam dictam renunciationem matris; eo ipſo, quod matris hæredes eſſe
voluerint, etiamſi eorum perſona venient. Et per
hanc renunciandi formam puto filios omnino excludi. ADDITIO. De huius quæſtionis materia vide latiſſime Didac. Couar. ad *c. quamuis pactum de pact. in §. parte tertia per totum.* Mynſing *cent. 2. obſeruat. 7.* Boer. *deciſ. 3.* Laur. Kirchou. *in libro ſuo commun. opinionum, concluſ. 100.* vbi dicit communem,
Vide quoque conſilium famoſiſſimi I. C. Matth.
Weſenbecii 11. *vol. 1. per totum.* vbi latiſſime proſequitur. Thom. Grammat. *deciſ. Neapol. 57.* & Aymon
Crauet *conſil. 127.* Rudolphus à Kamphauſen, Tranſyſulanus LL. Licentiatus.

LAVS DEO. Datum Melphiæ, die 2 Iul ind.
3. Anno M.D.XXX. Rob. Marant.
Venuſ. V.I.D.

# EIVSDEM AVCTORIS ELEGANS ET DOCTA REPETITIO IN L. IS POTEST, ff. de acquirend. hæred.

SYMMARIA.

1 *Termini quinque in materia acquiſitionis hæreditatis inter ſe diuerſi.*

2 *Aditionis & agnitionis differentia. numer. 3. 4. 5. 10. & 11.*

3 *Animus in acquiſ. hær. poteſt vbique, & coram quolibet verbis declarari.*

4 *Aduentitiam hæreditatem adire poteſt filius, inſcio etiam & inuito patre.*

7 *Profectitia hæreditas quæ dicatur.*

8 *Relictum ab auo paterno an dicatur profectitium.*

9 *Iudicis officium extraordinarie implorari poteſt à filiofam. ſine conſenſu patris.*

10 *Tempus aditionis hæreditatis eſt continuum, bonor. poſſ. vero vtil*

11 *Infantis nomine carentis tutore quilibet bonor. poſſeſſ. petere poteſt.*

12 *Infans ex potentia ſuitatis tranſmittit ad quoſcunque hæredes.*

13 *Immixtio quem reſpiciat.*

14 *Libelli verba impropriantur, quo ſaluetur libellus.*

15 *Repudiatio & abſtenſio quomodo differant.*

16 *Hæreditas vt poſſit adiri, quid requiratur. Summa legis.*

17 *Repudiare poteſt, qui & adire.*

18 *Hæreditas debet vel tota adiri, vel tota repudiari.*

19 *Regula;* cui licet quod plus, licet & quod minus, *explicatio.*

20 *Legatum non poteſt pro parte repudiari, pro parte acceptari.*

21 *Partem hæreditatis repudiando nihil agit.*

22 *Filii poſſunt acceptata emphyteuſi patri pro ſe & liberis datam hæreditatem repudiare, & num ſeq.*

24 *Filia dotata excluſa ab hæreditate paterna per filium, an in emphyteuſi ſuccedat*

25 *Maſculinum non concipit fœmininũ in contractibus. quod limita, vt num. ſeq.*

27 *Filius emphyteuſim datam patri pro ſe & liberis, non computat*

28 *Quarta triplex.*

*Emphyteuſis data patri pro ſe, & liberis, computatur in legitimam, & quare, num. 29. & ſeq fallit, n 31. & ſeq.*

30 *Emphyteuſis, quando & quatenus vni filiorum prælegari poſſit.*

31 *Aduentitia ſunt, non profectitia acquiſita à patre.*

32 *Ius patronatus liberti filius retinet, non adita hæreditate: ſecus in iure patronatus Eccleſiaſtico, num. 33 fallit num. 36.*

34 *Filio inſtituto in re certa excluditur à cohærede vniuerſali à iure patronatus.*

35 *Ius patronatus non tranſit ad fœminas renunciantes, vel ſtatuto excluſas.*

37 *Ius patronatus adhærens feudo, tranſit primogenitum.*

38 *Feudum quando retineri poſſet, repudiata hæreditate, & num. 39.*

40 *Filius adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarii, habet feudum liberum.*

41 *Verbum,* poteſt, *quid importet.*

*Aditionis modi infiniti.*

42 *Aditio fit ſolo animo, & declaratur animus verbis & factis.*

*Voluntas hominis verbis & facto declaratur.*

43 *Aditio fit verbis deſignantibus aditionem, & numer. 44.*

45 *Aditio fit verbis enunciatiuis.*

46 *Teſtamentum dicens nullum adire cenſetur.*

47 *Interrogans aduerſarium, quo hæreditatem poſſideat titulo, adire dicitur.*

48 *Procuratorem conſtituendo ad confitendum ſe eſſe hæredem adire videtur.*

49 *Verba Notarii enunciatiua quando probent in mandato aditionem.*

50 *Teſtamentum condens ſuper hæreditate, adiiſſe dicitur.*

51 *Verbum,* credo, *in principali, eſt verbum veritatis.*

52 *Rationes defuncti requirens vt deliberet, non cenſetur adire*

53 *Actum, qui non niſi ab hærede fieri poterit, faciens adire dicitur*

54 *Hæreditaria cedens, donans, &c. adire videtur, numer. 55.*

56 *Maritus defuncta coniuge retinendo dotem poſt annum, cenſetur nomine infantis relicti adiiſſe hæreditatem matris.*

57 *Poſſidens rem hæreditariam adiiſſe dicitur, niſi, &c. 58. 59. 60. & ſeq.*

60 *Emphyteuſim ſeu feudum per patrem pro ſe & filiis quæſitum poſſidens, adiiſſe non dicitur.*

62 *Repudiare quando filius poterit hæreditatem retenta legitima.*

63 *Pu-*

63 *Pupillus poſſidens domum paternam, quatenus adiiſſe dicatur.*

64 *Poſſidens rem cum defuncto communem, non exiſtimatur adiiſſe.*

65 *Socius ſolus inhabitans domum communem pro medietate, non ſoluit penſionem.*

66 *Proteſtatio facit cenſeri non adiiſſe.*

67 *Tutor ingrediens feudum hæreditarium, adiiſſe dicitur.*

68 *Tranſigens cum legatariis, adire dicitur.*

69 *Mandans legata exolui legatariis, adire dicitur.*

70 *Procuratorem conſtituens ad adeundum, adire putatur.*

71 *Patientia, ſe pro hærede ſuo nomine gerentis alicuius inducit aditionem.*

72 *Soluens debitum hæreditarium adit.*

73 *Conditionem adimplens, quando adire dicatur.*

74 *Soluens legata, adire cenſetur.*

75 *Tutor deſcribens aditionem hæreditatis in inuentario, adire dicitur.*

76 *Filius manens in ſocietate per patrem inita, eius hæreditatem adiiſſe exiſtimatur*

77 *Debitor inſtitutus hæres non ſoluens tempore debito cenſetur adiiſſe.*

78 *Debitum hæreditarium recipiens, adire dicitur.*

79 *Hæres manumittens ſeruum hæreditarium, adiiſſe putatur.*

80 *Veſtes vxoris alienans, an adiiſſe dicendus.*

81 *Locans rem hæreditariam, adiiſſe dicitur.*

82 *Filius expenſas funebres faciens adiiſſe dicitur.*

83 *Filius paciſcens vel tranſigens ſuper morte patris occiſi, an & quatenus adiiſſe dicatur.*

84 *Filius conferens bona cum fratre, quatenus adiiſſe præſumatur.*

*Collatio facta fratri, an inducat aditionem, late ibid.*

85 *Modum ſub quo quis inſtitutus, adimplendo, quatenus adiiſſe dicatur.*

86 *Repudians hæreditatem patris, & poſt per interpoſitam perſonam eandem emens adiiſſe iudicatur.*

87 *Occultans quædam bona & repudians poſtea pro adeunte habetur.*

88 *Alimenta de bonis patris accipiens, adire cenſetur.*

89 *Repudians primo hæreditatem, & poſt rem aliquam ex ea poſſidens, pro adeunte eſt.*

90 *Allegari ſemper debet aditio, actum aditionis probare volens.*

91 *Idem in bona fide circa præſcriptionem.*

92 *Præſumpta de iure debent allegari, & poſſunt allegari etiam poſt concluſum in cauſa num 93.*

94 *Probatur aditio etiam per ſingulares teſtes.*

95 *Repudiatio fit duplici modo, & quomodo num. 96. & num. 97.*

97 *Annorum triginta lapſu quomodo quis de iure ciuili ab hæreditate excludatur. nu. 98 & ſeq.*

102 *Filius infra duos annos tranſmittit ius deliberandi.*

103 *Renunciatio tacita & expreſſa, quomodo differant.*

104 *Requiſita aditionis hæreditatis.*

105 *Seruus quomodo adeat hæreditatem, & num. 106. & ſequ.*

*Item quomodo dicatur teſtabilis. ibid.*

108 *Damnatus quomodo appellet. & nu. ſeq.*

110 *Damnatus ſententia notorie iniuſta, teſtabilis eſt.*

111 *Eiectus per ſententiam ex feneſtris, vt moriatur, ſi viuat, eſt teſtabilis.*

112 *Idem in damnato pœna à iure prohibita.*

113 *Intellectus* auth. ſed hodie. C. de donat. inter virum & vxor.

114 *Incapaci hæreditatis pro alimentis aliquid relinqui poteſt.*

115 *Damnati ad mortem teſtari non poſſunt, vel ad pias cauſas.*

116 *Damnato ius teſtandi per iudicem præſeruari non poteſt.*

117 *Damnatus non eſt, qui condemnatur ab incompetente iudice.*

118 *Damnati ad mortem, Euchariſtiam ſumere, & eccleſiaſticam ſepulturam an habere poſſint. & numer. 119.*

120 *Damnati ad furcam, tolli ſine licentia iudicis non poſſunt.*

121 *Vrbe exbannitus ad vitam mortuus, in ea ſine permiſſu iudicis humari nequit.*

122 *Membri mutilatio, non facit ſeruum pœnæ.*

123 *Deportatus eſt inteſtabilis.*

124 *Banniti hodie an inteſtabiles. nu. 125. & ſeq.*

125 *Damnatus ad mortem, ſi fugiat, ſeruus pœnæ tum remanet.*

128 *Excommunicatus an ſit teſtabilis & nu. 129.*

130 *Monachus acquirit hæreditatem, & quomodo.*

131 *Filius quando ſine iuſſu patris adire hæreditatem poſſit.*

132 *Furioſus adire hæreditatem per ſe non poteſt, & nu. 135.*

133 *Curator furioſi adeundo, quid iuris acquirat furioſo.*

134 *Infans tranſmittit hæreditatem paternam non aditam.*

136 *Furor, fatuitas, quomodo probentur, remiſſiue. & numer. 141. 142. & 143.*

137 *Furor non præſumitur. nu. 138. 139. & 142.*

140 *Furioſus aliquando, ſi facit actum, præſumitur in furore feciſſe.*

144 *Ætas 25 annorum requiritur, vt hæreditas adeatur, & ibidem ætatum diſtinctio circa aditionem, & nu. 145 146. & 153.*

147 *Tutor ſine pupillo adire non poteſt, niſi, &c. & numer. 149.*

148 *Pupillus quo caſu ſine tutore ipſo iure adiiſſe hæreditatem delatam dicatur.*

150 *Pupillus non habens tutorem, auctoritate iudicis adire poteſt.*

151 *Infans an adire, iudice auct, poſſit.*

153 *Pupillo an detur curator ad aditionem.*

154 *Pars hæreditatis repudiata, quatenus cohæredibus accreſcat.*

155 *Viuentis nulla eſt hæreditas.*

156 *Mortuus quomodo quis probetur, & ibi per multos modos, & num. 157. & ſeq. vſque ad num. 179 incluſiue.*

180 *Viuere quod quis præſumatur centum annis, allegari debet, niſi, &c. & nu. 181.*

182 *Teſtes ſuper morte examinari poſſunt, parte non citata.*

183 *Aditio vt procedat, delatam ſibi hæreditatem ſcire hæres debet.*

184 *Dubitans de teſtabilitate defuncti, adire nequit.*

185 *Adire non poteſt, niſi qui ſcit neminem ſe præcedere.*

186 *Hæres ſcire debet ex teſtamento, an ab inteſtato adeat.*

187 *Hæres agens vtrum declarare debeat, ex quo capite teſtati vel inteſtati agat.*

188 Exceptio; tu non es hæres: *ſeruatur ad merita cauſæ.*

189 *Agens ex teſtamento, & ſuccumbens, an agat ab inteſtato.*

190 *Iudex appellationis, an ſuper aliis, quam in prima cauſa deductis, iudicare poſſit?*

191 *Agens ex vna cauſa, & probans ex alia, an & quando obtineat. & nu. 192. & ſeq.*

194 *Libello quando non eſt neceſſario conformis ſententia.*

195 *Libellus ineptus in cauſis ſummariis procedit.*

196 *Libellus ineptus facit ſententiam deſuper latam, ipſo iure nullam.*

197 *Libellus generalis in ſummariis admittitur, parte non opponente.*

198 *Probans ſe agnatum, &c. non tamen proximum, in petitione hæreditatis obtinet.*

199 *Subſtitutus pupillaris, probans ſubſtitutionem & mortem pupilli, an obtineat.*

200 *Mortuus quis præſumitur ſine liberis.*

201 *Adiens hæreditatem, non debet eſſe impeditus lege vel ſtatuto.*

202 *Repudiare vtrum poſſit, qui poteſt adire, vel contra, nu. 203 & ſeq.*

203 *Seruus an poſſit nolle adire.*

204 *Dominus inuito ſeruo inſtituto, vtrum adire poſſit.*

205 *Seruo ante aditionem mortuo, nihil acquiritur domino.*

206 *Filiusfamil. ſine patre, & contra, repudiare vel adire non poteſt, niſi, &c. nu. 207. & ſeq.*

208 *Tacite repudiare poteſt filius, in præiudicium patris.*

209 *Bonorum poſſeſſ. decretalis agnoſci poteſt, non repudiari. & nu. ſeq.*

211 *Potentia adeundi tripliciter conſideratur, num. 214. 258. 262. & ſeq.*

212 [illegible] *duplex, cauſalis & formalis.*

[illegible] *inſtitutio eſt ipſo iure nulla.*

[illegible] *perdit*

[illegible] *nu. 251.*

216 *Conſanguineus habet ſpem ſucceſſionis ſui conſanguinei & ſeq.*

217 *Votum captandæ mortis reprobatum.*

218 *Renunciari poteſt iuri ſuccedendi.*

219 *Mater etiam naturalis non petens tutorem, perdit ius ſucceſſionis; & ibi vide plures ampliationes & limitationes, vſq; ad nu. 251. incluſiue.*

252 *Mater tutrix tranſiens ad ſecunda vota, non petito alio tutore, neque reddita ratione, perdit ſucceſſionis ius.*

253 *Mater ſecundo facta vidua, an reſumat tutelam.*

254 *Ius filiationis non habens, repudiare non poteſt hæreditatem.*

*Succeſſionis ius an ſit ſeparatum à iure filiationis, & nu. 255.*

256 *Nepos quo iure ſuccedat auo patre mortuo, & num. ſequ.*

258 *Primogeniti nepos an excludat patruum ſecundogenitum in primogenitura.*

259 *Hæres non poteſt petere aperiri tabulas, viuo teſtatore.*

260 *Notarius vltra clauſulam in teſtamento appoſitam, non tenetur edere legatario.*

261 *Subſtitutus pupillaris non habet certam ſpem ſuccedendi viuo pupillo.*

262 *Spes quatenus in contractum deduci poſſit.*

265 *Hæreditas delata quæ dicatur.*

266 *Tempus præſcriptionis aditionis currit ignoranti.*

267 *Impeditus adire tranſmittit ius ſuum.*

268 *Hæreditatem ſibi delatam ſciens tranſmittit.*

269 *Ius habens adeundi, non habet de neceſſitate ius deliberandi, ſed contra.*

270 *Seruus quomodo acquirat domino.*

271 *Ius adeundi non eſt in bonis noſtris.*

273 *Liber homo qualiter quis probetur.*

274 *Præſumitur quis talis, qualis reperitur in poſſeſſione.*

275 *Poſſeſſor rei vel iuris non probat.*

276 *Filius præſumitur ſui iuris, niſi, &c. & num. 277. & 278.*

279 *Ætatem allegans, probare debet.*

280 *Scientia vera per ſenſum corporis non requiritur in probatione mortis.*

281 *Actum vt hæres Titii agens, conueniri à creditoribus hæreditatis poteſt.*

282 *Confeſſio, qua quis aſſerit, ſe eſſe hæredem, præiudicat.*

283 *Ignorantia facti alieni, in dubio præſumitur, & eſt alleganda nu. 284 & ſeq.*

286 *Ignorantia facti proprij non eſt tolerabilis, niſi, enormiter læſus. num. ſeq.*

288 *Ignorantia facti proprii in actibus morientium præſumitur.*

289 *Ignorantia proprij facti, in valde antiquis præſumitur*

290 *Ignorantia facti proprij intrincati præſumitur.*

291 *Ignorantia facti proprij præſumitur, propter multiplicitatem negotiorum.*

292 *Igno-*

292 *Ignorantia præſumitur facti proprii, ſi de damno vitando agatur.*
293 *Factum alienum ſcire præſumitur, qui ad commodum agit.*
294 *Denuntiatio ad domum facta, præſumptionem ſcientiæ inducit.*
295 *Scientia præſumitur, quia vox & fama publica.*
296 *Conſanguineus præſumitur ſcire factum conſanguinei, & nu. 297. 305. & ſeq. vbi limitatur.*
298 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini. & num. 299. & 304.*
300 *Vicinus quis dicatur.*
301 *Damnũ commiſſum cenſetur à vicinis, damno facto.*
302 *Occiſus præſumitur ab eo, qui plurimum illum locum frequentabat, & num. 303.*
306 *Infirmitas tollit præſumptionem ſcientiæ in conſanguineo & viceno.*
309 *Præſentia in actu præſumi facit ſcientiam.*
310 *Conuerſatio aſſidua & amicitia præſumit ſcientiam.*
311 *Scire, & ſcire debere, paria.*
312 *Ignorantia affectata pro ſcientia eſt.*
313 *Factum alienum percunctatus ſcire præſumitur.*
314 *Hæres extraneus ſcire teſtamenti contenta præſumitur.*
315 *Scientia vbi præſumitur, probatio ignorantiæ admittitur.*
319 *Ignorantia qualiter probetur. & nu. ſeq.*
320 *Scientia quomodo probetur & nu. ſeq.*
321 *Fama quatenus impediat actum gerendum.*
322 *Communis opinio præbet cauſam iuſtæ credulitatis.*
323 *Dictum fide digni præbet cauſam iuſtæ credulitatis.*
324 *Conditione pendente, adiri non poteſt hæreditas, & num. ſeq.*
326 *Famæ vbi contrariæ, ſtatur illi, quæ venit à perſonis dignioribus.*
327 *Probatio bonæ famæ eneruat contrariam ſuſpicionẽ.*
328 *Teſtibus minus dignis quando ſtetur.*
329 *Teſtibus negantibus aliquando magis credie*
330 *Filiatio quomodo probetur. nu. 331. & ſeq. vbi ampliat & reſtringitur.*
332 *Natus quis ex concubina retenta in domo concubinarii præſumitur.*
333 *Natus ex pediſſequa non præſumitur filius.*
334 *Natus in domo, quibus caſibus mariti filius vel non præſumitur.*
335 *Probatio filiationis, quomodo facienda, remiſſiue.*
337 *Inteſtatus quilibet deceſſiſſe præſumitur.*
338 *Certum eſſe debere adeuntem, quomodo intelligitur.*
339 *Scientia tutoris ſufficit, vt delata hæreditas tranſmittatur & nu. ſeq.*

L. IS POTEST.] Breuis eſt illa lex, habet tamen materiam prolixam, amplam, & quotidianam, adeo, quod fere totus iſte titulus, de acquirend. hæred. eſt ſuper iſta lege reuolutus: ob quod non temere poteſt hæc lex dici Clauis totius huius tituli. Et quia propter eius breuitatem, & propter multas contrarietates, quas habet, redditur, aliquantulum difficilis: & Bart. ſuper ea loquitur multum intricate & obſcure, propterea pro intelligentia ipſius, & eorum maxime, quæ dicit Bartol. ſuper ea, præmitto prius nonnulla euidentialia, quæ etiam concernunt intelligentiam totius tituli. Vnde quia † in hac lege tractatur de aditione & repudia- 1
tione hæreditatis, præſuppono, quod in iure reperiuntur quinque termini ad propoſitum huius tituli, videlicet, Aditio, Agnitio, Immixtio, Repudiatio, & Abſtentio. Qui omnes & ſinguli habent diuerſam viam & ſignificationem. Nam in primis aditio differt ab agnitione, vt eſt text. *in l. acquiſſimum. 2. §. ſi duo. infra, de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab.* & not. Alexan. *in l. vlt. col. 1. C. qui admitt.* Et differentia conſiſtit circa plura.

Primo; † quia aditio reſpicit hæreditatem am- 2
plectendam de iure ciuili, *l. poſt aditam. 5. C. de impub. & al. ſubſtit. & l. ſi fratris. 3. verſ. quod ſi C. de iure delib. & l. 1. ſupra eodem tit.* Agnitio vero refertur ad bonorum poſſeſſionem adeundam de iure prætorio, *l. infantis. & l. bonorum. 7. C. qui admitt. l. 1. C. de iure delib.*

Secundo † differunt: quia aditio hæreditatis in 3
ſolo animo conſiſtit; qui animus poteſt vbique & coram quocunque verbis declarari, *l. gerit. 88.* & ibi Bartolus *infr. eod. de acquirend. hæredit. l. ſi auia 9. C. de iur. deliber.* Sed agnitio bonorum poſſeſſ. non poteſt fieri niſi coram iudice: vt habetur *in d. l. vlt. Cod. qui admitt.* Rationem diuerſitatis aſſignant Alber. de Roſat. & alii Modern. *in d. l. vlt.* ad quorum dicta me remitto: quia non eſt materia præſentis ſpeculationis.

Tertio † differunt; quia aditio transfert magis 4
plenum ius in hæredem: quia facit in eum tranſire vtile, & directum dominium. Sed agnitio bonorum poſſeſſ. transfert ſolum vtile: quia Prætor non poteſt facere quem directo hæredem, *§ quos autem. inſtit. de bonorum poſſeſſ.* ita dicit Bartol. *in leg. 2. infra, de bonor. poſſeſſ. & in l. ex aſſe. 28.* & ibi etiam Alexan. *infra, ad Trebell.* & Paul. de Caſtr. *ſupra de poſſeſſ. hæred. pet.* Quod tamen declara ſecundum Alexand. *in d. l. ex aſſe. colum. vlt.* videlicet, quod ius vniuerſale hæreditarium ſemper eſt vtile penes bonorum poſſeſſorem, per *d. §. quos autem.* Actiones autem & iura particularia hæreditatis recipiunt diſtinctionem: vt ſi quidem alius eſt hæres de iure ciuili: tunc ſunt vtilia penes bonorum poſſeſſorem: ſi vero non eſt alius hæres de iure ciuili; tunc etiam directa iura particularia tranſeunt in bonorum poſſeſſorem: *vt ibi.*

Quarto differunt, † quia quando eſt delata bo-
norum poſſeſſ. filiofamil. poteſt eam agnoſcere ſi- 5
ne iuſſu & conſenſu patris, *l. 1. C. qui admitt.* ſecus eſt in aditione hæreditatis: quia in ea debet iuſſus patris præcedere, *l. ſi quis mihi bona 25. §. iuſſum. & ibi Bart. & Doctor. infra eod.* Quod † tamen hodie non pro-

procedit, niſi ſolum in profectitiis; non autem in hæreditate aduentitia: quia poteſt eam filius adire, etiam patre ignorante, & inuito, propter dominium, quo habet filius in aduentitiis, *l vlt. C. de bon. quæ lib.* & not. *in d. l. 1. C. qui admitt.* & Bart. *in d. §. iuſſum.*

7 Poteſt † autem dici hæreditas profectitia, quando filius inſtituitur hæres ab aliquo contemplatione patris. Talis enim hæreditas cenſetur à patre profecta, *l. a Iulio. 45. §. fin. & ibi gloſſ. infra eod de acquirend. hæred. & l. ſed ſi plures. 10. §. in arrogato.* & ibi Bartol. *ſupra de vulgar. & pupill* & gloſſ. *in l. cum oportet. 6. in princ. in verſic. ex eis C. de bon. quæ lib.* Quid

8 autem, † ſi inſtituatur quis hæres ab auo paterno, vel legatum habeat, ab eo, an iſtud dicatur aduentitium, vel profectitium? licet quis prima facie diceret, quod profectitium: tamen veritas eſt contrarium, ſcilicet, quod eſt aduentitium, non obſtante, quod ab aſcendente per lineam paternam prouenat: ita per illum tex tenet Bart. *in l quæſitũ 91. infra de leg. 1.* & idem Bart. & Alexand. *in l. qui in aliena. 6. §. interdum. ſupra eod.* niſi expreſſe eſſet relictum nepoti ab auo contemplatione patris ipſius nepotis: quia tunc diceretur profectitium, ſecundum Alexand. *in d. §. interdum. in addit. ad Bart.* & ita intelligitur text. & quod ibi Bartol. *in dotem quam dedit.*

9 *6. infra de collat. bon.* Sed † contra prædicta poſſet opponi: nam potius eſſet dicendum contrarium, ſcilicet, quod in agnitione requiratur conſenſus patris, ex quo fit in iudicio: *vt ſupra.* in quo filius eſſe non poteſt ſine conſenſu patris, *l. vlt. §. neceſſitatate. C. de bon. quæ liber.* Ad quod reſpondetur, quod quando imploratur officium iudicis extra ordinem per filiumfamilias, & non apparet contradictor: non requiritur conſenſus patris in iudicio: ita limitatur, *d. §. neceſſitate.* vt colligitur ex mente Bart. & aliorum *in d. l. 1. C. de admitt.* & maxime Iaſ. *ibi in vlt. col.* vnde infertur ſecundum eos, quod ſi in petenda bonor. poſſeſſ. per filium extaret aliquis contradictor; tunc requireretur conſenſus patris: alias non valet agnitio.

10 Quinto † differunt: quia aditio hæreditatis poteſt fieri longiſſimo tempore, intra triginta annos, *l. licet. 8. & ibi not. C. de iur. deliber.* ſed agnitio bonorum poſſeſſ. fit ſolum intra annum, quando defertur liberis. Aliis vero tranſuerſalibus defertur intra centum dies, *l. 1. §. largius. 12. infra de ſucceſſ edict. & l. 2. C. qui admitt.* verum iſtud tempus bonorum poſſeſſionis eſt vtile, & non currit ignoranti & impedito, *l. 2. ff. quis or. in bonorum poſſeſſ. ſeru.* Sed tempus aditionis de iure ciuili eſt continuum, vt not. Bald. & Doctor. *in d. l. licet.* Ex hoc ſequitur maxima vtilitas, quod ſi quis eſſet excluſus a iure petendi hæreditatem, de iure ciuili per lapſum triginta annorum: ſi fuit ignorans vel impeditus, poterit illam petere intra annum vtilem, vel centum dies de iure prætorio, ſecundum Bald. *in rubr. C. qui admitt. in 6. quæſt. & in d. l. licet in 2. colum.* & Alexand. & Modern. *in l. 2. C. qui admitt.* & Paul. de Caſtr. & Doct. *in l. fin. C. vnde cog.*

Sexto † differunt: quia delata hæreditate infanti carenti tutore, poſſunt amici vel alii quicunque nomine infantis comparere in iudicio, & petere decerni bonorum poſſeſſio. infanti; ex quo ſequitur, quod mortuo infante tranſmittere poſſit talem hæreditatem, tanquam agnitam: vt not. Bald. *in rubr. C qui admitt. in 6. quæſt.* & Alexand. *in l. infantis. 3. Cod. eod. t. t.* Quod ſecus eſt in aditione hæreditatis: quia eam ſolus tutor adire poteſt pro infante, vel eius pater tantum, ſi ipſum habet, alias mortuo infante non tranſmittitur hæreditas ei delata, & non adita, niſi ad ſolum patrem, *l. ſi infanti. 18. C. de iur. delib.* & ibi Bart. Alex Et ponit Ang. & Paul. de Caſtr. *in l. fin. C. vnde leg.* 11

Item † niſi ex potentia ſuitatis: quia etiam infans tranſmittit ad quoſcunque hæredes, ex potentia ſuitatis, ſecundum Bar. *in d. l. ſi infanti* & ibi etiam Alexand & communiter Doct. & Paul. de Caſt. *in conſil. 8. in 2. vol.* per text. *in l. apud hoſtes. 9. C. de ſuis & legit. & in l. Lucius. 9. infra de iur. fiſc* & tenet Alex. *in conſil. 14. in 3. volum.* Alias differentias inter aditionem & agnitionem poteris videre per Modern. *in rub. C. qui admitt.* 12

Tertius † terminus eſt, qui dicitur immixtio: & hic pertinet ſolum ad ſuos hæredes: nam ſui proprie non dicuntur adire, ſed potius ſe immiſcere hæreditati paternæ; vt habetur *in §. in extraneis. Inſtit. de hæred. qual. & differ.* & not. gloſſ. *in rubr C. de iure delib. & in l. ei, qui. 12. ſupra eod. de acquir. hæredit.* & gloſſ. *in rubric. 1 eod.* & licet dicti tres termini habeant ſupradictas ſignificationes proprias: quandoque tamen confunduntur, & vnus pro alio ponitur: vt *l cum debitum. 2. C. de iure delib.* Ex † quo infertur, quod non vitiaretur libellus, in quo aliquis volens agnoſcere bonorum poſſeſſ. dixiſſet ſe adire hæreditatem, cum de iure ciuili adire non poſſet. Ita tenet Alex. *in l. vlt. C. qui admitt.* quia verba libelli impropriantur, vt ſaluetur libellus, *l. ſed ſi poſſeſſori. 11. § item ſi iurauero. 2. ſupra de iureiur.* & ibi Bart. & Doct. *in l. inſulam 6. ſupra de praeſcript. verb. & in l. 1. de vſufruct.* 13 14

Sunt & alii † duo termini negatiui, videlicet, repudiatio & abſtentio, qui ad idem tendunt, ſcilicet ad omittendam hæreditatem; tamen differunt in hoc: quia repudiare ſpectat ad hæredes extraneos: abſtinere autem ſolum ad liberos: vt not. gloſſ. *in rubr ſupra eod.* & probatur *in l. impuberibus. 11. & l. is qui hæres 13. ſupra eod. de acquirend. hæred. & in d. §. extraneis. & § ſed hi. Inſtit. de hæred. qual. & differ.* & ratio, quare in ſuis dicitur potius abſtentio: quia de iure ciuili filius eſt hæres ſuus & neceſſarius: vt *in § ſui Inſtit. eod. titul.* adeo, quod hæreditas patris dicitur potius continuari in filium, quam de nouo acquiri, *l in ſuis. 11.* & ibi Bart. & Doct. *ſupra de liber. & poſt-* 15

*& poſthum.* Sed de æquitate Prætoris fuit conceſſum filiis ius abſtinendi ab hæreditate paterna, vt *d.§. ſed his.* & ideo dicitur abſtentio proprie, & non repudiatio: quia videtur ſe filius abſtinere ab hæreditate ſibi acquiſita, & in ſe continuata de iure ciuili: non autem poteſt dici repudiatio proprie; cum repudiatio concernat acquirenda præcedente delatione, & prædicta ſentit Baldus *in l. potuit. 5. in 7. queſt.* vbi not. loquitur in hac materia. *C de iure del.*

16 Secundo † principaliter præmitto, quod ad hoc, vt hereditas poſſit adiri, vt dicitur in hac lege, eſt neceſſe, quod ſit delata prius: & tunc dicitur delata, quando eſt in tali ſtatu, vt poſſit adiri per hæredem, *l. delata. infra de verbor. ſignif.* probatur *in l. is qui hæres. iuncta gloſſ. ſupra eod.* vbi gloſſa dicit, quod iſta duo ſunt conuertibilia, l. eſſe delatam, & adiri poſſe: iſtud etiam tenet Bald *in d. l. potuit. in 7. quæſt.* & ſentit Bart. *hic in 3. colum. verſic. tertium poſſeſſ. &c.* vbi dicit, hæreditatem non eſſe delatam, quando eſt relicta ſub conditione: ex eo; quia pendente conditione adiri non poteſt, *l. ſed & ſi alio. 9. §. fin cum ſeq. infra ad Treb* & not. Bald. *in l. poſt mortem. 12. col. fin. C. de fideicom.* ex prædictis ergo ſequitur, quod tunc dicitur hæreditas delata, quando quis in teſtamento eſt pure inſtitutus: vel ab inteſtato obtinet primum gradum in ſucceſſione: quia tunc eſt in eo ſtatu hæreditas, vt adiri poſſit, & conſequenter tunc poteſt repudiari per hanc legem.

His igitur pro aliqua introductione ſic præſuppoſitis deuenio ad legem ipſam, quæ propter eius breuitatem non poteſt breuius ſummari; tamen ſecundum communi ſummarium traditum hic per Bartol. & Alexand. & alios Doct. hoc dicunt: Qui habet ius adeundi principaliter, & per ſe, non impeditum ad ſui vtilitatem, is repudiare poteſt: vel aliter ſic:

*Cui licet extincti delata capeſſere iura:*
*Reſpuere hic eadem lege iubente poteſt.*

17 Doctores † hic non colligunt aliquod notabile, ex iſta leg propter ſui breuitatem. Tu tamen ex iſta leg. not. primo regulam, ad quam quotidie allegatur: quod ille poteſt hæreditatem repudiare, qui habet ius eam adeundi. Et ſic iſtæ duæ potentiæ ſcilicet adeundi, & repudiandi ſunt conuertibiles, & vna conſequitur aliam: nam qui poteſt hæreditatẽ ſibi delatam adire, ille idem poteſt eam repudiare, & econtra. Quod ſimiliter procedit in mixtione & abſtentione hodie per beneficium Prætoris; quia is, qui poteſt ſe immiſcere, poteſt etiam abſtinere: & econtra, prout loquimur in ſuis, vt ſupra declaraui: hoc probatur per iſtam *l. iuncto § extraneis. & §. ſed his. Inſtit. de hæred qual & diff.*

18 Hanc † regulam declara, vt procedat in tota hæreditate delata, quia debet vel tota adiri, vel tota repudiari: & ſic illa potentia adeundi & repudiandi, quando eſt reducenda ad actum, neceſſitatur ad totam hæreditatem, *l. 1. & l ſi ex aſſe 10. ſupra eod. & l. ſi ſolus. 80. infra eod de acquirend hæred.* In tantum, quod ſi vnam partem hæreditatis quis adiit, accreſeunt ſibi etiam in vno aliæ portiones, *l teſtamento. 6. C. de impub & aliis ſubſtitut in l. quidam eulogio 20. C. de iure deliber.* & notant Bartol. & Doct. *in d l. 1 & vlt. ſupra & infra. eod.* Ad idem eſt bonus text. *in l. ſed ſi plures. 10 §. filio. 2. ſupra, de vulgar. & pup.* per quem textum dicit Alexan. *in conſil 12 in 5. volum.* quod nepos, cui delata eſt hæreditas auita & paterna, non poteſt adire auitam, & repudiare paternam, ſi pater ſuus ſe immiſcuit hæreditati auitæ; quia per talem immixtionem eſt affecta vnica hæreditas: vnde debet vel totam adire, vel totam repudiare: vt not. Ludou. Rom *in conſ. 40. in col.* vbi dicit, quod poſtquã hæreditas eſt adita, non dicitur amplius hæreditas: ſed efficitur vnicum patrimonium cum bonis adeuntis, idem tenet Bart *in l. ſi Titius infra ad Trebell. & in l. ſi quis ſeruum. 8. §. fin infra de leg. 2.* & Petr Phil. Corn. *in conſil. 206. col pen verſic. nec obſtat. in. 3 volum.*

Et † ex prædictis limitatur regula, quæ ſe habet, 19 quod cui licet id, quod eſt plus; multo magis licet id, quod eſt minus, *l nec in ea 22. §. ſed qui occidere infra de adul & l. non debet. 21. infra de regul. iur & l. videamus. 4. ſupra de in lit iur. in fin.* nam ſi conceditur hæredi adire totam hæreditatem; multo magis deberet ſibi concedi adire partem; ſed iſtud ideo eſt, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, contra *l. ius noſtrum. 7. infra de reg. iur.* ita dicit gloſſ. *in d. l. non debet.* & Bart. *in l 1. ſupra eod* Idem etiam † dicimus in legato; quia quando eſt vnum, 20 non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari; quia ipſum non poteſt legatarius diuidere, *l. legatarius. 38. infra de leg. 1. & l. neminem. 4. & l. grege 5. infra de legat. 2.* imo agnoſcendo partem legati, totum acquirit. *l. ſi cui res 58 infra de lega 2.* & not gl. & Bart. *in l 1. ſupra eo.* & Petr. Phil. Corn. *in conſ 249 col. penult. & vlt. in 4 vol.* ſed hæredes legatarii poſſunt illud diuidere: vt *d l. legatarius. §. 1.* & ratio eſt in legato, ſecundum Bart *in d. l. 1. ſupra eo. col. vlt.* quia cũ ſit vnum, non poteſt hanc vnitatem diuidere legatarius contra mentem teſtatoris.

Quid † autem ſi quis repudiat partem hæreditatis, an videatur repudiare totam? dic, quod non: vt 21 notat gloſſ. & Bartol *in d. l 1. ſupra eod* Et ratio eſt ſecundum eum; quia cum repudiatio ſit priuatio, non poteſt habere ius accreſcendi; cum ſit quid ſeparatum à perſona; quod ſecus eſt in aditione: vnde repudiando partem, habetur, ac ſi nihil repudiaſſet: vt *d l ſi ſolus. 80. infra eod.* Iſtam regulam † ſic declaratam limita, primo non procedere in emphyteuſi, 22 quam quis recipit pro ſe, & filiis ſuis: quia tunc filii poſſunt repudiare paternam hæreditatem, & retinere emphyteuſim. Item, ſi eſſent inſtituti hæredes per partes, pro diſparibus partibus: ſuccedunt nihilominus æqualiter in emphyteuſi, ita tenet Bart. *in l. ſi tibi. 17. §. ſi pactus ff. de pact. & in l quod dicitur. 130 infra de verb. oblig.* & idem Bar. *in l. Gallus. 29 § quidam*

*dam recte.* & ibi etiam Alexand. *ſupra de lib. & poſth.* & Bartol. *in l. vt iuriſiurandi. 7. § ſi liberi. 6. infra de oper. lib.* & Bald *in l. liberti. 10. colum. 6. in fin. C. de ope. lib.* & ratio eſt: quia emphyteuſis de ſui natura non tranſit ad hæredes, vt *in Authent de non alien. §. emphyteuſi.* Vnde filius ſuccedit in ea, vt filius vigore pacti, non vt hæres. Ita tenet etiam Bald. *in Authen. ſi quas ruinas. colum. 3. C de ſacroſanct. eccleſ.* & Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſic. 78. & verſic. 107.* & Iaſ. *in leg. ſi non ſortem. 26. §. ſi libertus. col penul. ſupra, de condict. indeb.* Adde ad prædicta *§. ex his. in authent. de non alienan.* & Alexand. *in conſil. 8. colum 1. in 2. volum.* & ſentit Andr. de Iſern. *in c. vbi vero. §. An agnatus, in vſib. feudor.*

23 Hanc † tamen limitationem intellige, vt procedat in emphyteuſi conceſſa per Eccleſiam pro ſe & filiis: quia illa, ex quo non eſt tranſitoria ad hæredes, vt *d. § emphyteuſis* tranſiuit ad filios vel filias: & ſic etiam repudiata hæreditate paterna: ſecus in emphyteuſi conceſſa à priuato: quia ex quo eſt tranſitoria ad hæredes: tunc filius non poteſt illam habere, niſi ſit hæres patris: ita notabiliter hanc materiam limitat & declarat Alexand. *in conſil. 129. in 5. volum*

24 Et † ex prædictis ſequuntur duæ pulchræ illationes: quarum prima eſt: Nam hodie per conſtitut. Regni, quæ incipit: *In aliquibus.* eſt inductum quod filia dotata excluditur à ſucceſſione patris, ſtantibus maſculis, pone, quod pater, qui recipit emphyteuſim ab Eccleſia pro ſe, & filiis, vt ſupra, mortuus fuit relicto filio maſculo, & filia dotata: certe per prædicta filia ſucceder æqualiter in emphyteuſi vna cum fratre ſuo: ex quo illam non habet, vt hæres, ſed vt filia: & ita limitatur dicta conſtitut. *In aliquibus.* Ita in terminis tenet Bald. *in d. authent. ſi quas ruinas. col. 3. in fin. verſic. ex hoc ſequitur, &c. C. de ſacroſanct eccleſ.* Et licet hæc opinio Bald. videatur prima facie ſuſtentabilis: tamen contrarium in hoc tenuit Bart. *in d. l. vt iuriſiurandi 7. § ſi liberi.* & Bart. *in conſil. 50 incip. Quæſtio iſta habet duo dubia, &c.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 115. col. fin in 1. vol.* & Imol. *in c potuit. de locat.* in quibus locis communiter concluditur, quod ſtante d. ſtatuto, quod filia excludatur, per maſculos: etiamſi pater accepit emphyteuſim pro ſe, & filiis ſuis maſculis & fœminis: intelligitur ordine ſucceſſiuo ſecundum diſpoſitionem ſtatuti: ſcilicet, vt primo maſculi admittantur, & demum his deficientibus ſuccedant fœminæ: & ratio eſt ſecundum eos: quia pater ſtipulando videtur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis vel municipalis: vt ita intelligatur ordine ſucceſſiuo. Et hanc conſiderationem in ſimili facit Bartol. *in l hæredes mei 57 §. cum ita.* & ibi etiam Angel. & Doctor. *infra ad Trebell.* & hæc opinio contraria cenſetur magis communis.

25 Quam opinionem † ego confirmo in caſu propoſito alia conſideratione: quia caſus noſter eſt, quando pater acquiſiuit pro ſe, & filiis ſimpliciter, non exprimendo filias fœminas: quo caſu eſt alia ratio excluſiua fœminarum: quia in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, ſecundum Archidia. *in c. ſi quis ſuadente. col. 3. 17. qu 4.* & Alexan. *in l. ſed ſi hac. 10. §. liberos. 9. ſupra de in ius voc.* & Imol *in l. ſi ita ſcriptum. 45. infra, de legat. 2. & in c potuit. colum. vlt. de leg. & in l. cum vir. 25. infra, de condi. & demonſtr.* Ludou. Roman. *in conſil. 35.* & Alexand. *in conſil. 207. incip. Conſideratis col. 3. verſic. & ſimiliter. in 2 vol.* & clarius idem Alexan. *in conſil. 61. in 1. vol.* & Iaſ. *in l. ſi quis id quod col. 6 ſupra, de iuriſdict. omnium iudic.* in quibus locis in terminis deciditur, quod ſi pater accepit emphyteuſim pro ſe, & filiis ſuis, non comprehenduntur filiæ, fœminæ; & ratio eſt; quia in contractibus ſemper fit interpretatio contra ſtipulationem, cui licitum fuit legem contractus apertius dicere, *l. veteribus. 39. ſupra de pact.*

Hæc limita † non procedere, quando conceſſio pro ſe, & filiis fieret a fœmina: quia tunc maſculinum concipit fœmininum, inſpecta præſumpta affectione concedentis. Ita in ſimili dixit Petr. de Anchar. *in conſil. 341. incip. pro maior.* quem refert & ſequitur Iaſ. *in d. l. ſi quis id quod. & in d. l. ſed hoc. 10. §. liberos.* argum. *c. ſi de beneficio. de præben. libr. 6 & l plenum 12 §. equiti. ſupra, de vſu & hab.* & tamen tunc puto, quod excluderetur filia vigore ſtatuti, per prædicta. 26

Secunda † illatio eſt, quod talis emphyteuſis nõ imputabitur filio in quartam: ex quo non habet illam, vt hæres: ſed vt filius. Ita tenet Alexan *in conſil 8 col. 1 in 3. vol* & Ang. & Paul. de Caſtr. *in l ſi patroni 55. infra, ad Trebell.* & Alexan. *in d. conſil 89. col. 2 in 4. volum.* 27

Pro † veritate tamen huius illationis eſt ſciendum, quod triplex eſt quarta: videlicet illa, quæ detrahitur de legatis, quæ dicitur Falcidia, de qua loquitur totus tit. *ad legem Falcid.* Alia, quæ detrahitur de fideicõmiſſo vniuerſali quæ appellatur Trebellianica: quæ tractatur plene in toto titul. *de Tribell.* Tertia eſt, quæ detrahitur iure naturæ, quæ appellatur legitima, de qua loquitur *authent. nouiſſima. C. de inoff. teſtament.* Nunc ad propoſitum dico, quod quoad Falcidiam, & Trebellianicam, vera eſt opinio præcedens: ſcilicet, quod talis emphyteuſis non imputatur in quartam; & ratio eſt; quia in Falcidiam & Trebellianicã imputantur ſolum ea, quæ capiuntur iudicio teſtatoris ex ipſo teſtamento: ſecus ſi extra cauſam teſtamenti, caſus eſt notabilis *in l. pater filiam. 14. infra ad legem Falcid.* per quem ita dicit. Bartol *in leg. in quartam. 91 colum. 2 eodem titulo.* Sed dicta emphyteuſis; quia non capitur ex teſtamento, ſed vigore pacti inter viuos, propterea non imputatur: ſi vero quæris de legitima, & tunc magis communis opinio eſt in contrarium: ſcilicet, quod talis emphyteuſis imputetur filio in legitimam, quando agit de hæreditate patris, qui ac- 28

qui-

quiſiuit emphyteuſim. Ita tenet Alexand. *in conſil 27. in 5. vol.* vbi melius videtur fuiſſe locutus. idem te net Gul. & Bald. *in l omnimodo. 30. §. imputari. C. de inoff. teſtament* & Alexan. *in d. l. ſi patroni. 55. infra, ad Trebell*

Et eſt † ratio: quia in legitimam imputatur om-
29 ne, quod capitur ex patrimonio defuncti, ſiue iure hæreditario, ſiue quocunque alio iure, etiam inter viuos: dummodo ſit tale, quod morte confirmetur. Ita dicit Bart. *in d. l. in quartam. col. pen.* idem quãdo datur ob cauſam, vt propter dotem, vel donationem propter nuptias, vt ibidem. Sed quia dicta emphyteuſis capitur ex patrimonio teſtatoris per ſtipulationem inter viuos & mortuos, confirmatur: quia ex morte taſtatoris accepit vires erga filium, & non ante; ex quo talis acquiſitio pro ſe, & filiis cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, vt notat. Bartol. & Alex. & communiter Doct. *in l. Gallus. 29. §. quidam recte. ſupra, de libris & poſth.* vnde nunquam defertur filio, niſi mortuo patre: propterea imputatur in legitimam, ita dicit Alex. *in d. l. ſi patroni & in d. conſ. 27. in 5. volum.*

Confirmatur † iſtud: Nam pater poteſt talem em-
30 phyteuſim prælegare vel donare vni ex filiis inſolidum, in præiudicium aliorum filiorum, ſecundum Bald. *in d. auth. ſi quas ruinas. col. pen.* & Alex. *in d. conſ. 27. in 5. vol.* & Petr. Phil. Corn. *in conſ. 51. col. 1. & 6. & conſ. 282. col. 6. in litera P. in 3. vol & in conſil. 100. col. 1. in 4. vol.* & Lud Rom. *in conſil. 35.* Sed certũ eſt, quod omne legatum imputatur in legitimam: vt *in d. l. omnimodo 30. C. de inoff. teſtam.* & tenet Bart. *in d. l. in quartam. 9. col. pen.* ergo conſequenter dicta emphyteuſis imputabitur. Illud vltimum limita, quando emphyteuſis eſt acquiſita per patrem ex re, & pecunia ipſius patris: ſi ex mera liberalitate concedentis ſit facta conceſſio pro ſe & filiis: quia tunc non poteſt pater in præiudicium aliorum filiorum dictam emphyteuſim alteri filio adſignare. Ita ſingulariter dicit Bald. *in l. 1. in fin. verbis. C. per quas perſonas nobis acquir.* quem ſequitur Petr. Phil. Corn. *in conſil. 282. col 6. in litera P in 3. volum.*

Retenta † igitur iſta concluſione pro vera & cõ-
31 muni, quod emphyteuſis imputatur in legitimam, limita eam multum ſingulariter procedere: quando fuit acquiſita ab iſto patre, de cuius hæreditate agitur. ſecus ſi eſſet acquiſita per auum paternum ſtipulantem pro ſe & filiis, & nepotibus ſuis: quia tunc nepos habet illam non ex prouiſione patris, ſed ex prouiſione aui, & propterea non computatur in legitimam, quando agitur de bonis patris: cum ab eo non proceſſerit: Ita notanter limitat Alexan *in d. l ſi patroni. colum. 4.* vbi aſſignat rationem: quia quæſita ab auo paterno non dicuntur profectitia ſed aduentitia, *l. quæſitum. 91.* & ibi Bart *infra, de legat. 3.* & gloſſ. & Bald. & Alexand. *in l. qui aliena 6. §. interdum, ſupra eod.* & dixi ſupra *in euidentialibus.* & de iure aduentitia non imputantur in legitimam, *l. ſcimus 36. § repletionem. C. de inoff. teſtam.* & not. Bartol *in d. l in quartam.*

Secundo principaliter † limita hanc regulam: 32
ſcilicet, quod hæreditas debet tota adiri, vel tota repudiari: & non procedat in iure patronatus liberti: quia illud ſpectat ad filium, vt filium, non autem ad hæredem: vnde poteſt filius repudiare hæreditatem paternam, & retinere ius patronatus, *l. filii. 9 infra de iure patron* licet poſſit pater illud aſſignare vni ex filiis in præiudicium aliorum, vt not. Specul. *in conſil. 25. col. 6 verſ 5. in 1. vol.*

Quid † autem in iure patronatus Eccleſiæ? dic 33
contrarium: quia illud tranſit cum vniuerſitate bonorum, & tranſit ſolum ad hæredes, etiam extraneos, vt not. Calder. *in conſil. 2 in tit. de iure patron.* & Bald. *in l. 2. C. de in ius voc.* & gloſſ. *in c 1 conſiderandum. 16. qu. 7.* & Abb. *in c. 1. & in c. cum ſeculum. de iure patron.* & Card. *in Clem. 2. in 6 qu de iure patron* vnde ex prædictis ſequitur, quod non poteſt filius renunciare hæreditati paternæ, & retinere ius patronatus Eccleſiæ, imo renunciando hæreditati perdit illud; quia tranſit cum vniuerſitate bonorum, ſecundum Cardin. *in d. Clem. 2. in 7. qu.* & Freder. de Senis *in conſil. 106. & conſil 225.* & Ioan. de Anan. *in conſil. 86.* & Abb. *in d. c. cum ſecundum.* Ex eo tamen; quia eſt indiuiduum, eſt penes quemlibet hæredem inſolidum. Et ideo licet plures hæredes ſint inſtituti pro inæqualibus portionibus: tamen omnes æqualiter ſuccederent à iure patronatus: ſecundum Abb. *in d. c. de iure patronat.* & gloſſ. *in c pia mentis. in gloſſ magna, in fin. 16. quæſt. 7.* & Bald. *in l. 1. circa finem. C. de communi ſer. manu.* & Franc. de Areti. *in l. 1. colum. 3. infra, de legat. 1.*

Et ex prædictis † ſequuntur duæ illationes: qua-
rum prima eſt, quod ſi pater inſtituit filium hære- 34
dem in re certa, dato ſibi alio cohærede vniuerſali, ius patronatus erit totum hæredis vniuerſalis, & filius nihil habebit in eo, ſecundum Abb. & Doct. *in d. c. 1. de iure patron.*

Secundo † infertur, quod licet alias ius patrona-
tus tranſeat ad fœminas æqualiter, ſicut ad maſcu- 35
los, ſecundum Abb. *in d c. 1 & in c. fin. de conceſſ. præben.* & Calder. *in conſil. 1. in tit. de iure patron* & Ioan. And. *in c. generali. d. elect. lib. 6. in nouell.* tamen ſi filia renunciauit hæreditati paternæ, iuxta ea, quæ habentur *in l pactum quod dotali. 3. C de collation* vel ſi eſt excluſa per ſtatutum à ſucceſſione paterna propter dotem, non ſuccedit in iure patronatus; ſed totum tranſit ad maſculos, ſecundum Freder. de Senis *in d. conſil 106.* & Abb. *in c. cum ſeculum.* Vnde ſequitur, quod hodie in Regno per conſtitutionem, *In aliquibus* filia non ſuccedit in iure patronatus, niſi ex teſtamento inſtitueretur hæres.

Limita † tamen, prædicta non procedere, quan-
do in conceſſione iuris patronatus facta in funda- 36
tione vel dotatione eſſet conceſſum dictum ius pro ſe, & filiis ſuis, non adiecto, hæredibus, per diœce-



ſa-

ſanum: quia tunc filii poſſunt habere ius patronatus, etiamſi non ſint hæredes: quia per illa verba veniunt vt filii, non autem vt hæredes: ita tenet Steph. de Gayeta *in repet. c. quoniam de elect. lib. 6* per ea, quæ in ſimili not. Bart. *in l. quod dicitur infra 130. de verbor. oblig.* vbi loquitur de emphyteuſi. Quod confirmo per id, quod dicit Bald. *in d. l. 2. C. de in ius vocand.* vbi dicit, quod ius patronatus tranſit in hæredem extraneum, niſi in fundatione aliud ſit dictum, vel actum: videtur igitur aliud actum, quando eſt conceſſum pro ſe & filiis, non facta mentione de hæredibus: idem etiam dicit Bald. *in conſil. 5. in tit. de iure patron.*

37 Poteſt † & tertio ex prædictis inferri, quod hodie in Regno, ex quo primogenitus ſuccedit in feudo, in quo viuitur iure Francorum, excluſis aliis filiis, ſecundũ And. de Iſer. *in c. Imperialem. §. præterea ducatus. in 4. col. de prohib. feud. alien. per Freder.* ſequitur, quod ſi in aliquo feudo eſſet ius patronatus, ſolum primogenitus in eo ſuccederet, excluſis aliis, ſecundum Abb. *in d. c. cum ſeculum. & in c. ex inſinuatione.* & ibi Ioan. Andr. *de iure patron.*

38 Tertio † principaliter limita, hanc regulam non procedere in feudis, intelligendo de feudo, ex pacto & prouidentia tantum: quia tum hæres, cui eſt delata ſucceſſio, poteſt feudum retinere, & hæreditatem repudiare. Dicitur autem feudum ex pacto & prouidentia, quando eſt conceſſum pro ſe, & liberis, ſeu filiis, non facta mentione de hæredibus: nam tunc cenſetur haberi non ab ipſo defuncto, ſed ex pacto & prouidentia concedentis, vt notat Andr. de Iſern. *in c. 1. colum. 1. & 2. & 3. an agnatus, &c. in vſibus feudor.* in tantum, quod dicit notabiliter Andr. de Iſern. *in d. §. præterea ducatus colum. 4.* quod mortuo feudatorio cenſetur tale feudum retrodatũ domino, & à domino iterum conceſſum filio, & ſic cenſentur plures donationes. Sed quando dicitur: Concedo tibi, & filiis, & hæredibus: vel tibi & hæredibus: tunc appellatur feudum hæreditarium, ſecundum Andream *in c. 1. §. huius autem generis. colum. 2. ex quibus cauſis feudum amitt. & in d. c. 1. in princip. an agnatus.* Et tunc in eo non ſuccedit, niſi ille, qui eſt hæres, vt ibi dicit Andr. & etiam Bald. ſed in primo caſu ſuccedit, etiamſi non eſt hæres; vnde poteſt tunc renuntiari hæreditati, & acquiri feudum: pro quo non tenebitur ſucceſſor creditoribus hæreditariis. Ita plene tenet Alexan. *in conſil. 29. colum. 1. & conſil. 26. colum 3. in 5. volum.* & Ioan. Andr. *in addit. Speculat. in titul. de feudis. §. fin. in addit.* quæ incipit, *directe, &c.* & Ial. plene *in leg. non fortem. § libertus colum. penult. & final. ſupra de cond. indebit.* In quibus locis loquuntur etiam in filio: ſcilicet vt poſſit repudiare hæreditatem paternam, & retinere feudum ex pacto & prouidentia: contrarium tamen in filio tenet Andr. *in dict. c. 1. § vbi vero.* & ibi etiam Aluarot. & Doctor. communiter, *an agnatus* per illum textum: vbi fit differentia inter filium, & alium agnatum. Nam filius non poteſt paternam hæreditatem repudiare, & retinere feudum: quia vtrunque debet acceptare, vel repudiare: ſecus eſt in alio agnato. Et eſt exemplum, vt ſi feudatarius, qui habebit feudum pro ſe, & filiis, moritur, relictis duobus filiis, certe dicti filii, vel alter eorum non poſſunt, repudiata hæreditate habere feudum: ſed ſi moriatur vnus ex eis ſine liberis, quo caſu portio morientis defertur fratri ſuperſtiti, tunc ille frater poteſt repudiata hæreditate fratris, habere illam portionem feudi: & ille dicitur venire vt agnatus, non autem vt filius. Et hanc opinionem etiam tenet Bald. *in leg. qui ſe patris. 3. colum. 6. vnde liberi.* Et ſic ex prædictis ſecundum Andream, *in d. §. vbi vero.* erit deterioris conditionis filius, quam agnatus; & ratio eſt; quia filius cenſetur eadem perſona cum patre: vnde non debet ipſum afficere iniuria, repudiando eius hæreditatem.

Aliam rationem † adſignat Bal. *in d. l. qui ſe patris.* ſcilicet, quia filius venit vt hæres: ex quo in materia feudorum, appellatione hæredis venit filius, vt not. gloſſ. *in l. ex facto. 17. § fin. infra ad Trebell.* & Andr. & Doct. *in c. 1. § ſi clientulus.* vbi eſt text. *de alienat. feud.* Sed agnatus venit ex contractu, & non cenſetur eadem perſona cum defuncto. Et pro iſta opinione Andreæ eſt text. & ibi etiam Andr. *in c. 1. § filius de cap. qui cur. ven.* 39

Inter † iſtas autem varietates datur remedium, quod filius adeat hæreditatem patris cum beneficio inuentarii, & ſic non tenebitur creditoribus vltra vires hæreditarias, reſpectu allodialium; ſed feudum habebit præcipuum, & pro eo non tenebitur creditoribus. Ita dicit Andr. *in d. §. vbi vero & d. § filius.* Secus, quando feudum eſt hæreditarium; quia tunc pro eo tenetur creditoribus, vt not. plene Alexand. *in d. conſil. 19. in 5. volum.* 40

Secundo † principaliter nota, ex iſta l. dum dicit: ſ poteſt repudiare, &c. quod hæc dictio, *poteſt.* quando ponitur in oratione affirmatiue, non importat neceſſitatem præciſam, ſed ponit potentiam ad arbitrium eius, in cuius perſonam verba diriguntur. Secus eſt, in verbo *debet*; quia importat neceſſitatem. Ita not. Bart. *in repet. l. creditores. 3. in princ. C. de pigno.* licet aliquando ponatur, *debet*, pro *poteſt*, & hic ſine neceſſitate, *l. obſeruare. 4.* & ibi Bart. *ſupra de officio proconſ.* & notat Andr. de Iſern. *in cap. 1. § ſi aliquis. Apud quem, vel quos, &c. in vſibus feudor.* & habetur *in leg. ſæpe. 8. ſupra, de offic. præſid.* ſi vero iſtud verbum, *poteſt*, ponitur in oratione negatiue, vt quia in aliqua diſpoſitione dicitur; non poteſt, vel non poſſit; tunc denotat neceſſitatem præciſam, & remouet omnem potentiam ab actu, adeo, quod actus poſtea factus contra illam diſpoſitionem eſt ipſo iure nullus, ſecundum Bartol. & communiter Doctores *in l. Gallus. 29. in princip. ſupra de liber. & poſth.* vbi plene attingit Bartolum de importantia huius verbi, *poteſt.* & in *leg. 1. ſupra, de iniuſto rupt.* 41

rupt.teſtam. pro quo eſt text. & ibi gloſſ. in c.1 de regulis iuris. lib.6. & in l.ſtipulatio iſta.38.§. alteri. infra, de verbor.obligat. & in l.nemo p.teſt 55. infra, de legat.1. & in l.non poteſt.65. infra, de furtis. & not. expreſſe Bald. in l.1. colum penult. C. qui admitt. Bald. in l. vlt. colum.fin.C. de fideicommiſſ. & Alexand. plene in conſil.77. colum.1. in 3. v lum. & Bald. in d. l. ſupra de inuſto rupto teſtam. Quia tamen in hac l. tractatur, & fit mentio de aditione, ſeu acquiſitione hæreditatis, ſeu de eius repudiatione, videamus pro eius maiori intelligentia, per quos actus inducatur aditio, & per quos repudiatio: & proderit id ſcire ad intelligentiam totius huius tituli: vnde eſt ſciendum, quod quoad aditionem, ſunt infiniti modi, & actus, per quos cenſetur adita hæreditas; tamen cumulando aliquos, prout ex diuerſorum librorum reuolutione colligi poteſt, ſunt infra ſcripti, videlicet.

42 Et præſuppono, † quod aditio hæreditatis conſiſtit in ſolo animo, l. gerit 88. infra, eod. & l. ſi auia 9. C. de iure delib. Et quia iſte animus, cum ſit quid occultum, & latens, non poteſt aliter percipi, niſi per extrinſeca, l. quidam in ſuo.27. ſupra, de conditio. inſtitut. & not. gloſſ. in l. his qui.12. ſupra, de tuto. & curato. da. ab his, quæ extrinſeca cognoſcuntur altero de duobus modis, ſcilicet, Verbis, & facto. Nam facto & verbis poteſt voluntas hominis declarari: vt not. Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. verſic. fone quidam. Pro hoc eſt text. & ibi per Bald. & Doctores, in l. reprehendenda.5. C. de inſtit. & ſubſtitut. & Bald. in l. non codicillum. 14. colum. 2. C. de teſtament. Et dicit idem Baldus in l. libera tua. in fin. C. de operis liber. quod qualitas factorum diſtinguit qualitatem intellectus. Vnde prius eſt videndum, per quæ verba, & per quos actus inducatur aditio hæreditatis.

43 Et primo, † cenſetur quis adire hæreditatem eo ipſo, quod vtitur verbis denotantib. ipſam aditionem, vt ſi dicat; adeo, vel agnoſco hanc hæreditatem; vel gero me pro hærede, vel ſimili, iuxta ea quæ habentur in l. apud Aufidium. 20. infra, de op. lega. & Bart. in d. l. gerit.88 col.2.

44 Secundo, † adducitur aditio, etiamſi quis vtitur verbis ſuſpenſiuis: vt ſi dicat. Volo adire, vel Volo eſſe hæres: dummodo deliberare dicat hæc verba: quæ deliberatio perpenditur ex præcedentibus inſtantibus, & ſequentibus, & ſecundum Bart. in d. l. gerit & ibi exemplificat. Pro hoc eſt tex. in l. Pamphilo. 39. §. propoſitum inf. de leg. . & not. Bart. in l. ſerui electione.5. infr. de leg. 1. & Pet. Phil. Cor. in conſ. 77. col pen. in 4. vol. & Abb. in c. ex literis, col. 2. de ſponſ. & dicit Angel. in rep. l. qui ſe patri. 3 col. 12. & 13. C. vnde lib. quod talia verba præſumuntur in dicto deliberare prolata, quando aliud non apparet vnde inducitur aditio hæreditatis: Secus eſt, quando dixiſſet: Iſta hæreditas non mihi diſplicet: quia per hæc non inducitur aditio, ſecundum Bart. in d. l. gerit. col. 3.

Tertio, † dicitur quis adire hæreditatem ſi vtitur verbis enunciatiuis, vt ſi confiteatur ſe eſſe hæredem Titij, cum eſſet ſibi delata hæreditas Titij. 45 Et licet hæc confeſſio fuerit facta ad inſtantiam vnius: tamen præiudicat ſibi, quoad omnes, dummodo erat talis perſona, quæ poterat eſſe hæres; ita not. Bart. & Alex. in l. vltim. ſupra, de inter act. & Bart. in d. l. gerit, verſic. circa ſecundum, &c. in 3. col. Et procedit iſtud, etiamſi in Epiſtola ſcripſiſſet alteri: talis hæres Titij ſalutem, &c. & ſic enunciaſſet propter aliud, quia inducitur aditio: ſecundum Bart. in d. l. gerit, verſic. circa tertium, &c.

Quarto, † cenſetur quis adire eo ipſo, quod dicit teſtamentum nullum, l. ſuus.3. & ibi Bart. Bald. & communiter Dd. C. de repudian. hær. & Bar. in l. quemadmodum 7. ſupra de inoff. teſtam. idem ſi diceret teſtamentum falſum: vt ibi dicit Bar. per text. in l. cum quidam.14. infra, de bon. poſſ. ſecus eſt, ſi intentat querelam: quia non per hoc videtur adire: ſecundum Bart. in d. l. quemadmodum & prædicta etiam tenet Socin. in conſil. 20. col. 1. in 3. vol. 46

Quinto, † inducitur aditio hæreditatis eo ipſo, quod format poſitionem petendo aduerſarium interrogari, an poſſideat pro hærede? quia intendit eum conuenire petitione hæreditatis: ita tenet Bart. in d. l. gerit col. 4. verſ. idem ſi aliquis. 47

Sexto, cenſetur quis adire eo ipſo, quod conſtituit procuratorem ad confitendum ſe eſſe hæredem, vel ad reſpondendum poſitioni, qualiter eſt hæres: ita tenet Bal. in d. l. 1. in 3 oppo. C. qui admit. 48

Septimo, † inducitur aditio, ſi quis faciat procuratorem ad exigendum aliqua debita, vel ad alia negotia expedienda, & Notarius inſtrumento procurationis apponit clauſulam: Quæ omnia debita ſpeſpectāt ad talem conſtituentem hæredem Titij, &c. nam, non obſtante, quod Notarius enunciet in tertiam perſonam illum eſſe hæredem Titij, tamen ex tali inſtrumento probatur aditio hæreditatis: quia præſumitur Notarius illa verba enunciaſſe de voluntate conſtituentis, alias eſſet falſarius; ita tenet Bal. in conſil. 263. in 1. vol. 49

Octauo, † inducitur aditio, eo ipſo, quod quis teſtatur de hæreditate ſibi delata, l. ſi auia.9. & ibi Bald. C. de iure deliber. 50

Nono, † inducitur aditio, etiam ſi quis in poſitionibus interrogatus, an ſit hæres Titij? reſpondit: Credo, quod ſic & contra, ſi dixit Credo, quod non, cenſetur repudiaſſe, ita tenet Baldus in l. 1. in fin. C. de fal. cau. a lecta legat. Nam in principali reſpondente verbum, credo, dicitur veritatis expreſſiuum, vt ibi dicit Bal. & not. plene Gem. in c. 1 col. 3. de confeſſ. lib. 6. 51

Decimo, † quod ſi hæres petit ſibi exhiberi rationes defuncti, vt poſſit illas inſpicere & deliberare, an videatur hoc ipſo adire: Dic, quod non: caſus eſt in l. Ait ſi. infra, eodem. & huc vſque vidimus, ex quibus verbis inducatur aditio: nunc videamus, ex quo facto inducatur aditio. 52

53 Vndecimo, † inducitur aditio facto: vt ſi quis faciat aliquem actum, qui non poteſt ſaluari citra ius, & nomen hæredis, *l. pro herede. 20. infra eod.* vt ſi ille, cui delata erat hæreditas, facit formare libellum cauſa conueniendi aliquem petitione hæreditatis: hoc ipſo videtur adire, ſecundum Bart. *in d.l. gerit colum. 3. verſic. idem ſi aliquis &c.* Et multo fortius ſi libellum porrexit: dicendo hæreditatem ad ſe pertinere, quia eo ipſo videtur adire, quod hæreditatem petit, vt not. Bal. *in l. vlt. col. verſic. ſecundo quæro, C. de petit. hæred.* & Bartol. *in l. ſi filius. 7 ſupra, de tutel & l. ſum. 3.* & ibi not. gloſſ. & Doct. *C. de repud. hæred.*

54 Duodecimo, † cenſetur quis adire hæreditatem, eo ipſo quod cedit, vel donat, vel legat alteri iura hæreditaria, vel aliquem rem hæreditariam: ita tenet Pet. Phil. Corn. *in conſil. 52 col. 2. in litera D. & conſil 211. in princip. in 3 colum. in litera D. in 2 volum.* per textum *in l. ſi autic. 9 C. de iure delib* quia volendo conſequens videtur velle eius neceſſarium antecedens quod eſt aditio, *l. ad legatum. 62 & l. ad rem mobilem. 56. ſupra, de procurat c. 1. ſane de officio deleg.*

55 Decimotertio, † cenſetur quis adire eo ipſo, quod vendit rem hæreditariam, vel mandat alteri de vendendo eam, *l. pro hærede § proinde, ibi; res tempore petituras à contrario ſenſu. & l. ſi quis. in bona. 25. §. ſed ſi mãdauit infra eodem.* per quæ iura, ita dixit Petr. Philip. Corn. *in conſil. 166. col. in fin. & ſeq in 2. vol.* & tam ad hoc quam ad præcedens dictum adde Pet. Phil Cor. *in conſil. 29. col. 2. in 4. vol* & Bal. *in d. conſil. 314. in 3. vol.*

56 Decimoquarto, † inducitur aditio eo ipſo, quod pater mortua vxore, retinet dotes, & illas non reſtituit, ſaltem poſt annum, ſi conſiſtant in rebus: nam per hoc, ſi habet filium infantem, cenſetur adiuiſſe hæreditatem matris nomine infantis, *iuxta l. ſi infanti. 18 C de iure delib.* & illam retinere propter vſum fructum ſibi debitũ in eis, per *l. 1. C. de bonis maternis.* Ita tenet Bar *in ſua diſputatione incip. Debitor in diem, &c.* & Imol. *in l. recuſari 95. infra, eodẽ.* & refert Pet. Phil. Cor. *in conſ. 16. col pen. & conſil. 42. col. penult. in 3. vol.* vbi ponit caſum eſſe dubium: quia multi tenent contrarium; tamen idem Pet. Phil. Corn. iſtud firmat *in conſil. 321. colum. 4. in litera E. in eodem. 3 vol.* & Bar. *d. l gerit colum. 7* & licet Bald. *in l. cum in antiquiorib. 19 col 2. C. de iure deliberandi. & in l. non hoc. 4. C. vnde cogna.* teneat contrarium: tamen Alex. ibi ſequitur opin Bart. *ſcilicet, in d. l. non hoc.* licet Franc. de Aret *in conſil. 161.* videatur ſentire contra Bart. Retenta tamen prima opin. Bart. & ſequacium, ſequitur ex hoc magna vtilitas: quia mortuo patre ſi moreretur infans: & non appareret aliter adita hæreditas per hanc præſumptam aditionem patris, tranſmitteretur hæreditas materna ad hæredes infantis, alias ſi nõ diceretur adita, nõ tranſmitteretur, ſed iret ad conſanguineos matris defunctæ, per *l. ſi infanti. 18 cum ſua materia C de iure delib.*

Decimoquinto, † inducitur aditio eo ipſo, quod is, cui delata eſt hæreditas, reperitur poſſidere aliquam rem hæreditariam: nam ex hoc cenſetur totam hæreditatem adire, *l. 1.* & ibi Bald *C. de repudian. hæred.* & Bald. *in l. 1. colum. 10. qui admitti. & in l. hoc. 4. C. vnde cogna.* & Alexand *in conſil 32. colum. 1. in 3 volum.* pro hoc facit text. & quæ ibi habentur *in l. quidam ex logio. 20. C. de iure delib & l. ſi ſolu. 80. infra eod.* idem eſt, ſi filius poſt mortem patris habitet in domo paterna: vel alius hæres habitet in domo paterna: vel alius hæres habitet in domo hæreditaria: quia præſumitur per hoc adiuiſſe hæreditatem, & ſe immiſcuiſſe, *l. 1. C. de repud. hæred.* & ibi Bald. & communiter Doctores, & gloſſ. & Bald. *in l. 1. C de hæredit. act.* pro dictis etiam adde Petr. Philip. Corn. *in conſil. 27. in fin. colum. in 1. volum.* Quid autem, ſi aliquis, cui eſſet ſucceſſurus infanti, cui erat delata hæreditas, reperitur in poſſeſſione rerum hæreditariarum mortuo infante, & hæreditate non adita: an per hoc cenſeatur hæreditatem pro infante adiuiſſe, vt eſſet dubium tranſmiſſionis: vide pulchre per Baldum *in conſil. 390. in 5. vol.* 57

58 Prædicta tamen declara, † & limita procedere, quando illa detentio rei hæreditariæ, vel habitatio domus non poteſt ſaluari citra ius, & nomen hæredis, per regulam *l. pro hærede. 20. §. Papinian. infra eo.* & propterea limita primo non procedere, quando illa res, vel domus hæreditaria poſſeſſa eſſet obligata filio pro dote matris ſuæ, cuius eſt hæres ipſe filius: nam tunc cenſetur domum habitaſſe, vel aliam rem retinuiſſe tanquam creditor: & ſic iure pignoris. Et iſta coniectura tollit præſumptionem aditionis: ita tenet Bart. *in d. l. gerit, col. 4. verſic. ad ſecundum.* & Bal. & communiter Modern. *in d. l 1 C. de repud hæred.* & Pet. Phil. Cor. *in conſil 147. col. 1 in 1. vol.* vbi notanter dicit idem procedere in ipſa vxore hærede inſtituta à viro: quia habitando domum viri, & vtendo alijs rebus viri, prout vtebatur in eius vita, non cenſetur adire: ſed potius ea retinere iure pignoris pro dotibus ſuis: idem ſentit Pet. Phil. Cor. *in conſil. 321. col. 2. in 1. volum.* & habetur *in deciſ. 372. conſil Neapol.*

59 Secundo limita, † prædicta non procedere, quando eſſet mortuus aliquis vir locupletiſſimis: qui multa ſtabilia precioſa reliquiſſet in hæreditate: & proximior ab inteſtato veniens reperiretur poſſidere aliquam rem mobilem hæreditariam: quia non per hoc probatur aditio: quia communiter hæredes habentes animum adeundi, ſolent incipere a ſtabilibus, non autem a mobilibus: & ideo non præſumitur animus: ita tenet Salic *in l. non hoc. 4. C. vnde cogna.* per gl. *in l. neque natales. 16. C de probat* & iſtud dictum refert, & ſequitur Alex. & Iaſ. *in d. l non hoc.* licet in contrarium faciat, quod dicit Bald. *in l. cum te 9. colum. fi. C. de don. ante nupt.* ſcilicet quod ex datione vnius camiſiæ amore Dei, cenſetur adita hæreditas.

TAR.

60 Tertio limita non procedere, † quando filius poſt mortem patris reperiretur poſsidere fundum emphyteuticum, quem pater acceperat ab Eccleſia, pro ſe & filijs ſuis: quia ex quo poteſt illum habere abſque eo, quod ſit hæres, vt fuit dictũ ſupra in notabilibus, non præſumitur adiuiſſe: ita dicit Bart. *in d. l. gerit.* 88 *col.* 4. *in fi. infra eod.* Et conſequenter idem eſſet in feudo reperto penes agnatum poſt mortem feudatarij in caſu, quo poterat illud habere abſque eo, quod eſſet hæres, vt ſupra fuit dictum: cum ſit eadem ratio: ita tenet Bart. *in l. ſi quis non quaſi.* 75. *& in l. qui putat.* 74 *infra eod.*

61 Quarto limita non procedere: † quando cum poſſeſſione hæreditariæ, vel alienatione ipſius veriſimiliter concurrit animus poſsidentis, quod velit eſſe hæres: vt quia ſcit defunctum eſſe teſtatorem, & hæreditatem ſibi eſſe delatam, & rem eſſe hæreditariam: ſecus ſi ex aliqua probabili cauſa ignorat rem eſſe hæreditariam; quia non videtur adire poſſidendo vel alienando, ex quo cum tali facto non concurrit animus: tenet Soc. *in conſil.* 91. *col.* 6. *in* 3. *volum.*

62 Quinto limita, † non procedere in caſu notabili, quem ponit Bartol. *in l. pro hærede.* 20 *§.* 1. *infra. eod.* vt ſi pater inſtituit filium hæredem: & dedit ei ſubſtitutum vulgarem: & eundem filium grauauit onere multorum legatorum, vel de danda aliqua re propria ipſius filij; nam tunc poteſt filius repudiare hæreditatem patris, & retinere ſibi legitimam in bonis patris: ſecundum Bart. ibi, per text. notab. *in l. ſi libertus patroni.* 41. *infra de bonis liber.* idem tenet Bald. *in l. Papinianus* 8. §. 4 *ſupra de inoffic. teſtam.* & Bald. *in l.* 3. *ſupra eod.* & Alexand. vbi plene tangit, *in l. quia poterat.* 4. *infra ad Trebellian.* alias autem nunquam poſſet filius repudiare hæreditatem, & retinere legitimam, niſi in dicto caſu, ſecundum Bart. & Alexand. *in d. l. quia poterat.* ex hoc ſequitur, quod in huiuſmodi caſu, ſi filius reperiretur in poſſeſſione alicuius rei hæreditariæ; poſſet dicere, quod illam retinet pro ſua legitima: & ſic non præſumeretur aditio, ita dicit Bartol. *in d. l. gerit, colum.* 5. & ibi plene Alexand. *in additio.* & hæc fallentia poteſt addi alijs tribus fallentijs tractat. ſupra in primo notab.

63 Sexto limita non procedere in † pupillo habitante domum paternam: quia etiamſi tutore ſciente habitet, non cenſetur adire, niſi tutor expreſſe ſibi auctoretur: ita dicit Bar. *in d l. gerit, in fin. verbis, infra eod.* ſecus eſt ſi ambo, pupillus, ſcilicet, & tutor ingrediantur poſſeſſionem paternam: quia licet non loquatur tutor, cenſetur tamen ex hoc adiuiſſe hæreditatem: ſecundum Bald. *in l. potuit.* 5. *C. de iure deliber.*

64 Septimo limita non procedere in eo, † qui habebat bona communia cum defuncto: quia per habitationem domus communis, non videtur eius hæreditatem adire: nec per vſum aliarum rerum communium, niſi aliter conſtet de eius animo: vel niſi ſe extendat in plus, quam vſus communis expoſtulat, caſus eſt notabilis *in l. duo fratres.* 78 *infra eod.* ex quo propter partem, quam habet, cenſetur dictis rebus vti potius iure proprio, quam iure hæreditario. † Quod faciat ad id, quod dicimus in optimo ſimili. Nam ſi duo ſocij habent domum communem, & al- 65
tero abſente vnus ſocius habitauit totam domum, non poteſt ſocius abſente petere penſionem pro medietate habitationis: quia ille habitans cenſetur habitaſſe propter ius, quod in ea habebat: ita tenet Bal. *in c. imperialem. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alie. per Fed.* & Petr. de Vbald. *in tract. de duobus frat. in* 9 *q.* 5. *partis.* vbi plene.

66 Octauo limita non procedere, † quando quis proteſtaretur, quod per talem actum non intendit adire hæreditatem: ſed potius intendit rem hæreditariam detinere cauſa cuſtodiæ vel pietatis, vel gubernationis, vel alio modo vt hæres: nam tunc non cenſetur adire: & iſta proteſtatio prodeſt in omni actu, quem quis facit gerendo ſe pro hærede, vt non videatur adire: ita tenet Bart. *in l. ſi ſcriptus.* 4. *ſupr. de relig.* & eſt text. *in l. pro hærede.* 20 *§.* 1. *infra eod.* & not. Soc. *in conſil.* 45. *col.* 2. *in* 3. *volum* & Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 310. *col.* 1. *in* 3. *vol.*

67 Decimoſexto principaliter † inducitur aditio eo ipſo, quod tutor infantis ſolus ingreditur de facto fundum hæreditarium hæreditatis delatæ infanti, nec requiritur, quod aliud dicat, ſed ille ingreſſus ſufficit: ita dicit Bal. *in l. potuit* 5. *in quæſtio.* 10. *C. de iure deliber.* & hoc eſt vtile; quia mortuo infante tranſmitteret hæreditatem illam ad hæredes proximiores.

68 Decimoſeptimo inducitur aditio, † ſi is, cui delata eſt hæreditas, facit aliquam tranſactionem, vel compromiſſum cum legatarijs, qui debent conſequi legata ex eadem hæreditate: ita tenet Bal. *in conſil.* 272. *in* 5. *vol.*

69 Decimooctauo inducitur aditio, † ſi quis hæres inſtitutus ab aliquo, antequam adiuiſſe hæreditatem, mandaſſet hæredi ſuo, vel alij, quod ſolueret legata primis legatarijs: quib. erant relicta per teſtatorem: qui cum faceret hæredem; nam per tale mandatum cenſetur adire: idem, ſi mandaſſet ſolui alia onera hæreditaria: illius hæreditatis ſibi delatæ, vt tenet Bal. *in conſil.* 71. *in* 5. *vol.*

70 Decimonono inducitur aditio eo ipſo, † quod aliquis conſtituit procuratorem ad adeundam hæreditatem: quia hoc ipſo videtur adire, ſecundum gloſſ. & Bart. *in l. Paulus reſpondit per procuratorem.* 40. alias *per curatorem infra eod.* & Bart. *in l. filio. C. de iure deliber.* & gloſſ. *in l. ſerui electionem.* 5. *infra de legat.* 1. & Bal. *in l.* 1. *col.* 8 *in* 30 *oppoſ. C. qui admit.* idem, quando conſtituit procuratorem ad donandum, vel vendendum aliquam rem hæreditariam; quia ex hoc cenſetur adire, ita tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 79. *col.* 3. *in fin. in* 4. *vol.*

Vige-

71 Vigeſimo inducitur aditio eo ipſo, † quod aliquis patitur aliū ſe gerere pro hærede nomine ſuo: ita dicit Bart. *in l. ſi ſi'ius ſupra de tutel.*

72 Vigeſimoprimo inducitur aditio eo ipſo, † quod quis ſoluit debitum hæreditarium, *l. ſecundum, C. de iure delib.* & ita notat Petr. Phil. Corn. *in conſil. 310. colum. 1. in 3. volum.* & Alex. *in conſil. 32. colum. 1. in 3. volum.* & eſt text. *in l. parentibus. 8. §. 1. C. de in offic. teſtam.* & Bald. *in l. potuit in 10. colum. C. de iure delib.* niſi ſoluens fuerit in contrarium proteſtatus, quod non ſoluat vt hæres: quia tunc non habetur pro adeunte, vt notat Cynus & Bald. *in d. l. 2.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. prædicto. 310.* Et prædictis adde Socinum *in conſil. 45. in 4. vol.*

73 Vigeſimoſecundo inducitur aditio eo † ipſo, quod quis implet conditionem, ſub qua fuerat hæres inſtitutus, quod habet locum ſolum in pupillo ſiue tutore, *l. conditionibus pupillus. 5. infra de condit. & demonſtrat.* & notat Alexand. *in l. bonorum, verſic. 3. C. qui admit.* ſecus eſt in maiori regulariter: quia per implementum conditionis non inducitur aditio, niſi conditio conſiſteret in declaratione voluntatis ipſius inſtitutionis, *l. Antiſtius 62. infra eod.* & not. Bar. *in l. iam dubitari. 86. ſupra de hæred. inſtit.* & habetur *in l. ſi quis ita. 6. ff. de cond. inſtit.* & Bar. *in d. l. ſupra de cond. ob cauſam.*

74 Vigeſimotertio inducitur aditio eo ipſo, † quod hæres ſoluit legata: nam per talem ſolutionem cenſetur adire, ſicut per ſolutionem aliorum debitorum hæreditariorum, ita tenet Paul. de Caſt. *in conſil. 292. col. 3. verſic ſuper ſecundo, in 2. vol.* & Soc. *in conſil. 295. col. 2. in 2. vol.*

75 Vigeſimoquarto † inducitur aditio eo ipſo, quod tutor infantis ſcribit in inuentario, qualiter inuenit ius acquirendi hæreditatem infanti, & ſic eo ipſo, quod ius acquirendi hæreditatem deſcribitur in inuentario, cenſetur adita pro infante, ita tenet Bar. *in l. potuit. 5. in 3. oppoſit. C. de iure deliber.* Idem, ſi tutor ſcribi faciat enunciatiue in inuentario: vt ſi dicat, talis res de hæreditate Titij: nam ex hoc cenſetur adita hæreditas Titij, ita notat Bart. *in d. l. gerit, col. verſ. iuxta hoc quæro, & c infra eod.*

76 Vigeſimoquinto inducitur † aditio eo ipſo; quod filius perſeuerat poſt mortem patris in ſocietate contracta per patrem, caſus eſt *in l. ſi pupillus. 42. §. ſi in ſocietate infra eod. tit.*

77 Vigeſimoſexto inducitur aditio, † ſi debitor teſtator inſtituitur hæres: & adueniente termino ſolutionis non ſoluit debitum, videtur per hoc adiuiſſe, vt euitetur periculum moræ; quia videtur habuiſſe animum offendendi debitum per ſucceſſionem, iuxta ea, quæ habentur *in l. Vranius. 71. infra, de fideiuſſorib.* Ita tenet Bar. *in d. l. gerit, colum antepenult. verſicul. venio ad quartum, & in diſputat. incip. debitor.* & Alexand. *in l. non hoc. 4. C. vnde cognat.* & Paul. de Caſtr. *in l. cum in antiquioribus. 19. C. de iure delib.*

Vigeſimoſeptimo, † ſi hæres exigat vel recipiat debitum hæreditarium; per hoc videtur adire hæreditatem, ſecundum Bart. *in l. Imperatores. § ſi debitor. ſupra, de tranſact.* & Bald. *in l. non hoc. C. vnde cognat.* & Alex. *in conſil. 32. in 3. vol.* 78

Vigeſimooctauo, † ſi hæres manumittat ſeruum hæreditarium, cenſetur adire hæreditatem, tex. eſt *in l. ſi pupillus. 42. §. ſi ſeruum. infra, eod.* 79

Vigeſimonono, † ſi maritus mortua vxore, vendidit veſtes vxoris, vel illas dedit pauperibus pro eleemoſyna, videtur per hoc adiuiſſe hæreditatem vxoris, ſi erat ſibi delata: vel pro filijs infantibus, ſi erat eis delata. Hoc eſt verum, ſi illæ veſtes erant quotidianæ & viles: ſecus ſi pretioſæ vel feſtiuæ; quia tunc non cenſetur adita. Ita dicit Bart. *in l. ex annuo. 15. ſupra de donat. inter vir. & vxor. & in d. l. gerit colum. 6.* & Bald. *in l. cum te colum. fin. C. de donat. ante nupt.* & ratio eſt: quia veſtes pretioſæ ſunt viri: & ei reſtituuntur ſoluto matrimonio, ex quo non cenſentur donatæ vxori; ſecus in vilibus & quotidianis; quia illæ ſunt vxoris, & ad hæredes vxoris tranſeunt, ſecundum Bartol. *in l. in his. §. 1. ſupra, ſolut. matr.* & Bald. *in d. l. cum te. 9.* & Alexand. *in conſil. 41. colum. 6. in princip. in 1. volum.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 429. in 2. volum.* vnde immiſcendo ſe in eis videtur adire, quia non poteſt ſaluari citra ius & nomen hæredis. 80

Trigeſimo inducitur eo ipſo, † quod quis locat alteri rem hæreditariam, *l. pro hærede. 20. § perinde, infra, eodem.* & Alexand. *in conſil. 32. colum. 1 in 3. volum.* 81

Trigeſimoprimo inducitur aditio, † ſi filius fecit expenſas in funeribus patris; quod tamen intelligitur de expenſis non neceſſarijs funeri, vel ſi fecit alias eleemoſynas, non neceſſarias funeri. Ita tenet Bart. *in d. l. gerit, colum 6. in eodem.* ſecus, ſi feciſſet expenſas funerales neceſſarias ipſi funeri; quia non videtur per hoc adire, text. eſt *in l. & ſi quis. 14. §. plerique 8. ſupra, de relig.* Quæ autem ſint expenſæ neceſſariæ funeri, traditur *in d. l. & ſi quis. §. funeris.* Idem, ſi ſepeliuit defunctum; quia non videtur adire, vt eſt text. *in l. ſcriptus. 4. in princ. ſupra, de relig.* 82

Trigeſimoſecundo, † quid ſi filius fecit pacem cum occiſoribus patris, & accepit pecuniam pro pace facta de morte patris: an per hoc videatur adire hæreditatem patris: dic, quod non. Ita tenetur Bart. & Alex. *in l. pro hærede. 20. §. fin. infra, eod.* & Bar. *in l. penult. infra, de ſepul. violat.* & Bart. *in l. ſi filius, qui patri. 12 in fi* & ibi etiam Alex. *colum. penult ſupra, de vulg. & pup.* & B l. *in l. cum qui. 4 C. arbit. tut.* & gl. *in l. venditor ex hæred tate. 21. in verſ propter negotiationem. ſupra, de hæred. vel act. vend.* 83

Trigeſimotertio, † quid ſi filius, cui erat delata hæreditas patris, fecit collationem bonorum fratri ſuo: an per hunc actum videatur adire hæreditatem patris? dic, quod non: ita tenent Bald. & Angel. & Alex. & communiter Doct. *in l. ſi filius. 13. ſupra, de cond.* 84

*cond. ob cauſam.* per illam legem. Ego tamen conſidero, quod ſaltem in puncto iuris poſſet ſuſtineri contrarium, ſcilicet quod imo per collationem inducatur aditio ex rationibus infra ſcriptis. Et primo, quia collatio fuit inducta ex quadam naturali æquitate; vt ille, qui vult ſuccedere, conferat bona, quæ acquiſiuit illi, de cuius hæreditate agitur: vt dicit tex. *in l. 1. in princip. C. de collatio bonor.* & notant Modern. *in rubr. C. de collat.* & non tenetur filius aliter conferre fratri ſuo, niſi quando vult ſuccedere, *l. 1. in princip. & l. final. infra de collat. dot. & l. filia dotem. 4. C. de collationib.* ſi ergo filius contulit bona ſua, videtur per hoc declaraſſe ſuam voluntatem, quod volebat ſuccedere: per quam declarationem animi & voluntatis inducitur aditio, *d. l. gerit. cum ſua materia.*

Secundo moueor: quia de neceſſitate filius conferendo bona, non poteſt habere alium animum, niſi adeundi: quia ſi talem animum non haberet, veriſimiliter non conferret; cum nemo præſumatur iactare ſuum, *l. cum de indebito ſupra, de probat.* quia alias cenſetur donare: & de iure donatio nunquam præſumitur, quando alia coniectura capi poteſt: vt habetur *in deciſ. 44 conſil. Neapolit. col. 6. verſic. 8.* imo potius præſumitur fatuitas, quam donatio, vt dicit Bald. *in l. generaliter. 13. C. de non num. pecun.* Ideo; quia remota coniectura donationis, in caſu iſto, non cadit alia coniectura, quam aditionis: ergo præſumitur aditio.

Tertio moueor optimo ſimili: nam filius non tenetur ſoluere debita paterna, niſi ſe immiſceat hæreditati: & ſic, niſi velit eſſe hæres, *l. neceſſariis. infra, eod.* & tamen eo ipſo, quod ſoluit debitum creditori hæreditario, cenſetur adire hæreditatem, *l. 2. C. de iure deliber.* Ita ergo & in caſu noſtro filius conferendo cenſetur adire; quia alias non tenebatur conferre, niſi eſſet hæres, per ſupradicta.

Quarto conſidero: quia filius hæres, cui eſt faciendà collatio per fratrem, eſt creditor ad id, quod ſibi contingit per collationem: quod patet; quia poteſt compellere fratrem ad conferendum, ſi ſe immiſceat, *d. l. 1. in princ. infra, de collatio dot. & d. l. filia dotem. 4. in verſic. cogatur C. de collatio* ergo ſi ſunt ſibi collata bona, cenſetur eſſe ſibi ſolutum illud, ad quod frater tenebatur: merito per talem ſolutionẽ inducitur aditio, ſicut per ſolutionem alterius debiti.

Quinto moueor: quia collatio non habet locum niſi inter hæredes, *l. 1. §. inter eos 1. infra, de collat. bon.* quod patet ad ſenſum: quia omnia iura loquentia de collatione, loquuntur ſolum inter ſuccedentes, & ſic inter hæredes: vt habetur plene per Bar. *in l. pater filium. 6. infra, de collat. dot.* & per Bart. & omnes Doct. *in l. ſi emancipati 9. C. de collat.* & not. plene Petr. Phil. Corn. *in conſil. 171. in 1 volum.* Is ergo, qui confert, facit actum ſpectantem ad hæredem: ergo ex hoc ipſo adit: quia talis actus ſaluari non poteſt citra ius, & nomen hæredis, *l. pro herede. 20. § Papinianus. infra, eod.*

Sexto & vltimo conſidero: quia negari non poteſt, quin aditio hæreditatis ſit antecedens ad collationem: nam primo aditur hæreditas, & deinde fit collatio: quod patet; quia non poteſt quis compelli ad conferendum: niſi ſe primo immiſcuerit, *d. l. 1. & l. fin. infra, de collat. dot.* Sed ille, qui vult conſequens, videtur velle eius neceſſarium antecedens, *l. ad legatum. 62. & l. ad rem mobilem 56 ſupra, de procuratorib. & l. illud 77. infra eod.* ſequitur ergo, quod filius, qui facit collationem, quæ eſt quid conſequens, cenſetur velle adire, quod eſt antecedens: & hoc argumento in ſimili vtitur Petr. Phil. Corn. *in conſil. 52. in colum. 1. & conſil. 211. in princ. & colum. 3. in 2. volum.* ſuper illo articulo, quod cedens aliquod ius hæreditarium, cenſetur adire hæreditatem: per illam rationem. & retenta iſta opin. poſſet de facili reſponderi ad *d. l. ſi filius. ſupra, de condict. ob cauſam.* nam illa lex loquitur in agnoſcenda bonorum poſſeſſione, in qua verum eſt, quod non cenſetur agnita per collationem; quia in agnoſcenda bonor. poſſeſſ. non ſufficit ſola voluntas, nec animus: ſed requiritur factum, ſcilicet aditio iudicis & quod agnoſcatur in iudicio; alias nunquam cenſetur agnita, vt not. Bald. *in l. 1. colum 8. in 29. oppoſitione C. qui admit.* & eſt text. *in l. vlt. eod. tit.* ſed ſecus eſt in aditione hæreditatis, in qua ſola voluntas ſufficit: vt *d. l. gerit. & d. l. ſi auia* & iſtam rationem ſentit proprie Alex. *in d. l. ſi filius. 12 ff. de vulg.* non obſtant ea, quæ dicunt S. alic. & Alex. *in d. l. ſi filius.* vbi ponunt ſimile de eo, qui implet conditionem; quia non per hoc videtur adire; quia illa ſimilitudo non eſt: & longe diuerſus eſt ille caſus ab iſto; nam implere conditionem, eſt quid antecedens ad aditionem, & eſt præparatorium neceſſarium ad eam: vnde qui facit tale præparatorium, non videtur adire, ſecundum Bar. *in d. l. gerit in 4. col.* & maxime; quia antecedens non ſapit naturam conſequentis, licet ſecus econtra, vt not. Bald. *in l. quoties 13 la. 2. in fin. C. de fideicom.* Item iſti ſunt duo actus ſeparati, ſcilicet, implere conditionem, & adire hæreditatem, & vnus poteſt ſtare ſine alio, abſque eo, quod præſumatur voluntas adeundi; nam per implementum conditionis purificatur inſtitutio, & ſic remanet tunc, ac ſi pure eſſet inſtitutus: quo caſu eſt in poteſtate ſua, an adeat, vel non, ita colligitur ex not. *in l. Antiſtius. 62. infra eod. & in d. l. 1. ſupra, de cond. ob cauſam* quæ omnia ceſſant in collatione: quæ eſt quid conſequens, & qui incipit à conſequenti, de neceſſitate videtur velle eius antecedens, per prædicta.

Trigeſimo quarto, † quid ſi aliquis hæres inſtitutus ſub modo, iuxta ea quæ habentur *in l. quibus diebus. 40. § Termilius. 4. infra, de cond. & demonſtrat.* an adimplendo modum, cenſeatur adire? dic, quod ſic: Ita tenent Bald. & Alexand. *in d. l. 1. ſupra, de cond. ob cauſam.* 85

86 Trigeſimoquinto inducitur aditio, † ſi filius repudiauit paternam hæreditatem; & deinde per interpoſitam perſonam emit bona patris: per talem fraudem inducitur aditio ex illa emptione, caſus eſt *in l. ſi is, qui bonis, infra eod.* & not. Bal. *in l. 2. C. de repud. hared.*

87 Trigeſimoſexto, † ſi filius occultauit aliquid de bonis patris: & poſtea repudiauit hæreditatem: nam propter dictam occultationem habetur pro adeunte: & poteſt conueniri à creditoribus: ita tenet Angel. per illum tex. *in l. ſi ſeruum. 71. §. prator. infr. eodem.* & Bald. *in l. vltim. §. cum igitur. col. 3. C. de iure delib.*

88 Trigeſimoſeptimo inducitur † aditio eo ipſo, quod filius capit alimentum de fructibus bonorum patris, ſecundum Angel. *in d. l. ſi ſeruum. §. prator. infra eod.*

89 Trigeſimooctauo, † Si filius primo repudiauit paternam hæreditatem, & deinde reperitur poſſidere rem hæreditariam, præſumitur adiuiſſe & reuocaſſe repudiationem: quia permiſſum eſt filio poſt repudiationem iterum ſe immiſcere, vt eſt text. *in l. vlt. C. de repud. hared.* iſtud eſt quod voluit Bald. *in l. 2. C. eod. tit. de repud. hared.*

90 Vnum tamen ſcias pro complemento † prædictorum, quod vbicunque eſt inductum à iure, quod ex aliquo actu prædictorum præſumatur aditio, debet ſemper dicta aditio allegari per eum, qui ſe fundat ſuper ea: alias non poteſt probare actum, niſi allegetur aditio: ita ſingulariter dicit Alex. *in conſil. 94. col. 3. verſ. plus dico, in 2. vol.* & habetur *in deciſ. 14. conſil. Neap. in 2. col.*

91 Facit quod dicimus in ſimili; † nam licet de iure præſumatur bona fides, *l. penult. C. de euict.* debet tamen allegari: alias talis præſumptio non releuat. Ita tenet Angel. *in l. ſuper longi. 11. C. de praſcr. long. temp.* & Bald. *in c. 1. §. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuerit contr.*

92 Idem dicimus, † vbicunque ex poſſeſſione aliquis præſumitur dominus, iuxta not. per Bart. *in l. quidam in ſuo. 27 ſupra, de cond. inſtit.* debet dominium allegari, alias non prodeſt: vt not. Bar. *in l. rem alienam. 41. ſupra, de pignor. actio.* Et prædicta tenet etiam Alex. *in l. à diuo Pio. 15. §. ſi ſuper rebus, colum. 5. infra, de re iud.* Et idem dicimus generaliter, vbicunque ex aliquo actu ius præſumit aliquid, ſemper debet illud præſumptum allegari: vt notat plene Iaſ. *in l. cũ quid. 3. colum. 6. 7. 14. & 15 ſupra, ſi cert. pet.* vbi plura exempla cumulat in hac materia. Et pro hoc ſolet allegari tex. *in l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. §. idem Pollonii. 6. infra, de adult.*

93 Quibus adde, † quod talis allegatio poteſt fieri de iure, etiam poſt concluſionem in cauſa, in diſputationibus & iurium allegationibus: Ita ſingulariter tenet Anton. de Butr. & Ioan. de Imol. *in c. peruenit, de empt. & venditio.* & habetur *in deciſ. 178. conſil. Neap. in fi.* Quod nota multum pro limitatione iurium dicentium, quod poſt concluſum in cauſa nemo loquatur.

Item prædictis adde, † quod in caſibus præmiſſis probatur aditio hæreditatis etiam per teſtes ſingulares: quia ad probandum actum ſucceſſiuum, prout eſt geſtiõ pro hærede, admittuntur teſtes ſingulares, & plene probant: Ita notanter tenet Socin. *in conſil. 295. col. 3. in 2. vol.* 94

Supereſt modo videre, per quos † actus inducatur repudiatio? ſuper quo breuiter concludo, quod repudiatio fit duobus modis, ſcilicet, expreſſe, vel tacite. Expreſſe inducitur repudiatio, quando quis deliberate vtitur verbis denotantibus repudiationem, vel abſtentionem: & poteſt talis declaratio repudationis fieri, vel in iudicio oretenus, vel in ſcriptis oblata de hac petitione: vel extra iudicium coram teſtibus: cautius tamen eſt facere eam ſcribi per Notarium, & coram teſtibus publicari, ad hoc, vt facilius probari poſſit. Quia autem ſi dicat quis: Non ſum hæres, vel nolo eſſe hæres, vel nolo adire: an per hæc verba inducatur repudiatio, vel per ſimilia? vide plene per Angel. & Alexand. *in l. qui ſe patris. 3.* & ibi communiter Doct. *C. vnde liberi.* & Bart. *in l. filii. 6. infra, ad Tertull. & in l. ſi quis ſuus. 8. ſupra, de iure delib.* 95

Item inducitur repudiatio eo ipſo, † quod hæres petit à venientibus ab inteſtato, vel à cohærede, totum illud, quod defunctus ſibi debebat. Idem ſi reſtituit vel ſoluit totum illud, quod ipſe debebat defuncto: quia per hoc apparet, quod non vult eſſe hæres, vnde inducitur repudiatio. Ita tenet Soc. *in conſil. 45. in 2. col. in 4. vol.* 96

Tacite autem † cenſetur repudiata hæreditas per lapſum temporis ſtatuti ad acquirendum hæreditatem, ſcilicet per lapſum vnius anni vtilis, vel centum dierum vtilium excluditur quis à petit. bonor. poſſeſſ. *l. 1. §. largius. 12. infra, de ſucceſſ. edict. & l. 2. C. qui admit.* & hoc eſt de iure prætorio. Item per lapſum triginta annorum continuorum excluditur quis ab hæreditate adeunda de iure ciuili, *l. licet. 8.* & ibi gloſſ. Bald. & Doct. *C. de iure delib.* & iſta plene tãgit Petr. Phil. Corn. *in conſil. 202. col. 6. & 7. in 2. volum. & in conſil. 6. & conſil. 299. col. 2. & 4. in 3. vol.* & ſic lapſo dicto termino, inducitur repudiatio; vt not. Bald. *in l. 1. in 3. not. in 16. oppoſit. C. qui admit.* 97

Illud tamen, quod † dicitur de triginta annis, limitatur primo ſecundum Bartolum, non procedere, quando filius eſt præteritus, alio hærede inſtituto: nam ſi filius tacet per annum, & non dicit teſtamentum nullum, cenſetur repudiaſſe hæreditatem, non expectato aliter lapſu triginta annorum. ita dicit Bart. *in l. ſi impubes. 7 §. quaſitum. 8. infra, de Carb. edict.* per illum tex. *& in l. filio praterito 17. ſupra, de iniuſt. rupt. teſtam.* Et licet Bart. ita teneat: tamen eius opinio in hoc communiter reprobatur: & contrarium tenet Bald. *in l. 1. C. de ſuis & legit. & in l. poſthumo colum. 1 C. de bon. poſſ. contra tabul.* & ibi etiam Angel. & Lud. Roman. & communiter Doct. & Bald. & Paul. de Caſtr. *in d. l. filio praterito.* & Alexand. *in d. § qua-* 98

§. *quæſitum. in addit. ad Bartolum*. & Pet. Phil Corn. *in conſil. 202. colum. penul. in 2. volum.* vbi dicit, communem eſſe opinionem contra Bartolum. Et ratio patet ad ſenſum: quia licet filius tacendo per annum, perdat bon. poſſeſſ. contra tabulas de iure prætorio: non tamen perdit ius dicendi nullum de iure ciuili: nec petitionem hæreditatis; quæ iura ſunt perpetua, & durant triginta annis; vnde hæc limitatio non tenetur.

99 Secundo limita prædicta, † niſi hæredi eſſet datum tempus ad deliberandum per iudicem ad inſtantiam ſubſtituti, an velit adire, vel ne; quia elapſo illo termino, ſi nihil dicit, habetur pro repudiante, non expectato aliter lapſu triginta annorum. Ita dicit Bart. *in l. quamdiu. 69. infra, eod.* vbi dicit, ſecus eſſe, quando datur tempus ad inſtantiam creditoris; quia tunc elapſo termino habetur pro adeunte. Talis enim contumacia ſemper interpretatur in præiudicium hæredis: & ad vtilitatem eius, qui facit dari dictum terminum, *l. de ætate. 11. §. qui tacuit. 4. ſupra de interrog. actio.* ita etiam tenet Alexand. *in l. vlt. §. penult. C. de iure delib.* & ibi etiam Bartolus. Et iſtud tempus, quod datur per iudicem ad deliberandum, non debet eſſe minus centum diebus *l. 1. §. ait Prætor. cum l. ſequent. ſupra, de iure delib.* & ibi Bart.

100 Tertio limita non procedere in filio † quod licet ſteterit per triginta annos, & non adiuerit paternam hæreditatem; tamen remanet ſolum excluſus, vt filius, vnde habebit alios triginta annos poſtea tanquam proximior agnatus, & legitimus hæres, & ſic poterit infra ſexaginta annos adire, ita multum notabiliter tenet Bal. *in d. l. licet, verſicul. quarto quæritur. C. de iure delib.* & ibi ipſum ſequitur Ang. Paul. de Caſtr. & Alexand. Idem tenet Alex. *in conſil. 89. incipient viſo puncto, &c. colum 2. in 2. volum.* Et aſſignant præfati Doctores rationem: quia ſicut ſe habet annus de iure Prætorio, in materia ſucceſſorii edicti, ita ſe habent triginta anni de iure ciuili. Sed filius, elapſo primo anno ad petendum bonor. poſſeſſionem, habet alium annum tanquam legitimus, non autem centum dies, *l. penult. §. filius. infra, quis ordo bonor. poſſeſſ. ſeruetur. & l. 1. in fin. infra, de ſucceſſ. edict.* quia filius excluſus, vt filius, ſuccedit ſibi ipſi, vt agnatus, *l. 1. §. ſed videndum. infra, de ſucceſſor. edicto.* ergo eodem modo habebit triginta annos de iure ciuili. Idem etiam tenent communiter Moderni *in l. qui ſe patris. 3. C. vnde liberi.*

Quarto limita non procedere in filio, † vel alio
101 legitimo hærede inſtituto: quia ſi ſtetit per triginta annos, & non adiuit hæreditatem ex teſtamento, poterit intra alios triginta annos illam adire ab inteſtato, tanquam proximior in gradu. Ita dicit Bal. *in d. l. licet.* & ibi etiam Alex & communiter Doct. & Bart. *in conſil 129 incip. Quidam habuit vxorem, &c.* & Alex. *in d. conſil. 89. in 2. vol.*

Ex quibus infert † ſingulariter Bald. *in d. l. licet.* 102
quem ibi ſequitur Alex. quod ſi filius ſtetit per annum, & non adiuit hæreditatem matris, & elapſo anno mortuus fuit, tranſmittit ius deliberandi ad quemcunque hæredem: quia primum annum habebat vt filius, ſecundum vero annum, vt legitimus hæres: & ſic infra duos annos tranſmittitur ius deliberandi, quando ſumus in filijs: quod eſt valde notandum pro intellectu *l. cum antiquioribus. 19. C. de iure deliber.*

Et in hoc differt † renunciatio tacita ab expreſ- 103
ſa: quia is, qui expreſſe repudiat hæreditatem ſimpliciter, etiamſi ſit filius, cenſetur excluſus ab omni iure, tam prætorio, quam ciuili. Ita tenent Alex. *in l. ſuum. 13. C. de iure delib.* & Bart. *l. nec is. 17. § 1. ſupra, eod.* Item cenſetur excluſus tam ex capite liberorum, quam agnatorum, vt eſt gloſſ. ſingul. *in d. l. 1. §. ſed videndum, infra, de ſucceſſor. edict.* quam ſequitur Iaſon *in d. l. licet, in fin. C. de iure deliber.* ſecus eſt in eo, qui tacite repudiat per lapſum temporis: vt *ſupra*, & not. glo. *in l. 1.* & ibi per Doct. *C. qui admit* Et prædicta etiam tenet Bald. *in l. 1. colum. 2. in fin C. quan. non pet part.* vbi etiam plus dicit, quod ſi quis renunciat poſſeſſioni vnius rei hæreditariæ, cenſetur totam hæreditatem repudiare: ſicut econtra, per poſſeſſionem vnius rei, cenſetur tota hæreditas adita, vt ſupra; ſecus eſt ſi renunciat vni iuri tantum, ſcilicet de iure prætorio; quia poteſt adire de iure ciuili, & econtra, ſecundum Bal. *ibi in d. l. 1* & ſentit Bart. *in d. l. nec is. §. 1. ſupra, eod.*

Ex prædictis textualibus, & aliis ad materiam huius tituli facientibus, veni ad apparatum; & primo ingredior gloſſ. vnicam ſuper iſta *l. in verſic is. poteſt repudiare* Quam gloſſ. pro clariori intelligentia, & faciliori declaratione diuido in duas partes principales. In prima parte ponit nouem requiſita, quæ requiruntur ad hoc, vt quis poſſit adire hæreditatem, quorum ſi aliquod deeſt, adiri non poteſt. In ſecunda parte vult tollere per modum exceptionis, quædam contraria, quæ poſſunt formari contra iſtam legem. Secunda pars incipit ibi; *ſed regula huius legis fallit, &c.*

Pro expeditione † igitur primæ partis huius
glo. quæro, quæ requiruntur ad hoc, vt poſſit quis 104
adire hæreditatem? gloſſ. reſpondet: quis autem; & quando poſſit adire, &c. Et ſic gloſſ eſt deſignare habilitatem perſonæ, & temporis: dum dicit, quis & quando: & licet Bartolus hic in principio dicat, quod gloſſ. ponit quinque, quæ requiruntur ſuper habilitate perſonæ, ſcilicet, quis poſſit adire: & quinque alia, quæ requiruntur, quando poſſit adire. Et ſic ſecundum Bart. videntur decem requiſita: tamen in rei veritate ſunt tantum nouem, quæ numerantur in effectu per iſtam gloſſ. videlicet primum, quod ſit homo liber. Secundum, quod ſit paterfamilias. Tertium, quod compos mentis Quartum, quod maior vigintiquinque annis. Quintum, quod

ſciat teſtatorem eſſe mortuum. Sextum quod ſciat delatam ſibi eſſe hæreditatem. Septimum, quod ſciat teſtatorem potuiſſe teſtari. Octauum, quod ſciat qualiter nullus eum præcedit in ſuccedendo. Nonū & vltimum, quod ſciat, ex qua cauſa delata eſt ſibi hæreditas, ſcilicet, ex teſtamento, vel ab inteſtato: ſingula igitur diſcutiamus.

Reuertor igitur ad primum, quod eſt ſecundum gloſſam, quod ſit homo liber. Iſtud dicitur ad diffe-
105 rentiam ſerui; † quia ſeruus, cui delata eſt hæreditas, non poteſt per ſe illam adire, ſed eſt neceſſe, quod interueniat iuſſus domini præcedens in adeundo, *l. ſi quis mihi bona.25.§.1.& § iuſſum.& l. Antiſtius §.1. infra, eo* Alias autem ſine iuſſu domini adire non poteſt ſeruus: & eſt ratio; quia ſeruus eſt penitus incapax eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, & mortuo æquiparatur, *l. quod attinet. 32.& l. ſeruitutem. 209. infra, de reg. iur.*

106 Amplia, iſtud † procedere etiam in ſeruo pœnæ, prout eſt is, qui damnatur in metallum, vel ad beſtias, propter delictum; nam ſtatim lata ſententia perdit ciuitatem & libertatem, & per conſequens, perdit teſtamenti factionem actiue & paſſiue; quia non poteſt teſtari, nec hæres inſtitui, nec poteſt aliquo modo hæreditatem adire; quoniam eſt ſeruus pœnæ: non autem fiſci vel Cæſaris; vnde ſi hæres inſtituatur, pro non ſcripto habetur, tex. eſt *in l. ſi quis mihi bona.25.§.ſi quis plane. infra, eod. & in l. eius qui. 8. § fi.* & ibi gl: & Bar. *ſupra, de teſtam.* Vnde talis hæreditas ibi ad ſubſtitutum, ſi habet, vel ad coniunctum, vel ad venientes ab inteſtato defertur, *l. vnic. §.1. C. de caduc. tollend.* & not. gl. *in d. §. ſi quis plane & l. ſi in metallum. 3. infra, de his quæ pro non ſcriptis hab. & l. ſunt quidam. 17 infra, de pœnis.*

107 Secundo amplia, & multo fortius † procederet idem in damnato ad mortem propter delictum: nam eo ipſo, quod eſt lata ſententia contra ipſum ad mortem, eſt effectus ſeruus pœnæ, & per conſequens inteſtabilis actiue & paſſiue, *l. qui vltimo infra, de pœnis.* & notat Bartolus *in d. l. eius qui. § ſi cui.* & probatur *in d. §. ſi quis plane. in verſ. ad gladium, &c.*

108 Quod tamen limita non procedere, † quando damnatus appellauit: quia pendente appellatione, reſcinditur effectus ſententiæ, adeo, quod ſi moritur interim, dicitur mori teſtabilis, & non ſeruus, tex. eſt *in l. qui à latronibus. 13. § fin. ſupra, de teſtam.* & ſic per conſequens poſſet tunc adire, niſi in caſibus ibi exceptis, per gloſſ. & Bart. *in l. ſi quis filio exhæredato 6. §. ſi autem 8. ſupra, de iniuſt. rupt. teſtam.* & prædicta notat etiam gl. *in d. l. qui, vlt. infra, de pœnis.* & Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. eius, qui. §. ſi cui.* & vide omnino Bal *in conſil 382 in 1. vol.*

109 Et in tantum hoc eſt verum, † quod non ſolum ipſe damnatus poteſt appellare, iuxta *l. addictos. 29. C. de appell. & l. addictos. 6. C. de Epiſc. aud.* Sed etiam eius hæres poteſt appellare poſt mortem damnati: dummodo appellet intra decem dies, à die latæ ſententiæ: talis appellatio operatur multum, quo ad bona: adeo, quod trahitur retro, & fingit damnatum non eſſe mortuum ſeruum, ſed liberum: & per conſequens eius teſtamentum reconualeſcit. Ita multum ſingulariter & plene tradit Bald. *in l. 1. col. 4. circa fin. & ibi etiam Alexand. in additio. C. de delict. defunct.* & idem Bal. *in l. 3. col. pen. C. ſi pend. appellat. mors interuen.* vbi plus dicit, quod hanc appellationem debet facere hæres non nomine defuncti, ſed nomine proprio, pro commodo bonorum: ex quibus infertur, quod ſtante dicta appellatione valeret aditio facta per damnatum. Item potuiſſet tranſmittere hæreditatem, vel ius deliberandi in caſibus, in quibus liber homo tranſmittit.

Limita ſecundo, non procedere, † quando ſententia eſt notorie iniuſta, per quam fuit quis damnatus ad mortem; nam tunc etiam ſine appellatione talis damnatus eſt teſtabilis, ſecundum Bald. *in d. l. 3. col penult. verſic. & hoc eſt vtile ſcire, &c.* & Bald. *in repet. l. 1. col 3. in princ. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Bal. *in d. conſil 381. in 1. vol.* 110

Limita tertio non procedere, † quando quis eſſet damnatus, vt proiiciatur de feneſtris, ita quod moriatur: nam ſi proiicitur, & non moritur, non efficitur ſeruus pœnæ, ſed remanet capax: ita tenet Ang. *in l. ſi quis mihi bona § ſi quis plane.* ponderando gl. ibi, *infra, eod.* quem ibi refert Alex. 111

Limita quarto non procedere, † quando quis eſſet damnatus ad aliquam pœnam a iure prohibitam: vt puta ad perpetuum carcerem; quæ pœna eſt prohibita, *l. credibile. 6. C. de pœn* nam tunc non efficitur ſeruus pœnæ, ſecundum Angel. & Alex *in d. §. ſi quis plane.* 112

An autem hodie † iſta iura ſint correcta per ius Authenticorum per quod eſt inductum, quod nullus homo bene natus hodie efficitur ſeruus per ſupplicium: vt dicit tex. *in auth. ſed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor.* Dic quod non, nam illa *authent.* loquitur in damnatis: quia non moriuntur naturaliter. Iura ergo loquentia de damnatis ad mortem, remanent incorrecta, ita intelligitur illa *authent.* & dicit ibi gloſſ. & not. Bart. *in d. l. ſi quis filio: 6. §. 1. ſupr. de iniuſt. rupt. teſtam. & in d. l. eius qui. §. 1. ſupr. de teſtam.* Et hoc verum, quo ad hoc, vt ſint inteſtabiles, ſed quo ad publicationem bonorum omnia dicta iura corriguntur: maxime text. *in d. l. eius qui § fin. & in l. 1. § fin. infra, de falſis.* in quibus locis ſtatuitur pœna damnationis in metallum, vel deportationis vna cum publicatione bonorum. Nam hodie bona damnatorum non publicantur, niſi in ſolo crimine læſæ Maieſtatis, vel hæreſis, vt eſt tex. & ibi Bald. *in authen. bona damnatorum. C. de bon. proſcript.* & notat gloſſ. *in d. l.* & Andr. de Iſern. *in c. 1. in verſic. ncc aheniuum inceſtas nuptias. colum. 3. 4. in & c. in fin. quæ ſint regal.* & ad prædicta adde Bart. *in d. l. qui vltimo, in fin. de pœnis.* 113

Præ-

114 Prædictis tamen adde, † quod licet prædicti ſerui & damnati ſint incapaces hæreditatis: poteſt tamen eis relinqui pro alimentis, *l. ſi in metallum.3.* & ibi Bart. *infra, de his, quæ pro non ſcript.* & ſic ſunt capaces legati alimentorum, vt not. Bart. *in l. u cui.11. & in l. ſeruis ad cuſtodiam.17. infra, de alimen. & cib. leg.* pro hoc eſt text. *in leg. legatum 10 ſupra, de cap. dimin.* quia alimenta ſunt iuris naturalis: & ſerui ſunt capaces eorum, quæ ſunt iuris naturalis.

115 Item adde, † quod licet damnati ad mortem, non poſſint teſtari etiam ad pias cauſas: poſſunt tamen ſe obligare de reſtituendis male ablatis: & hoc poſſunt facere inter viuos, & diſponere ante cõdemnationem. Ita tenet Bald. *in tit. de pace Conſtant. colum. 6. verſ. an ergo damnati, &c.* & Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. eius, qui §.1. ſupra, de teſtam.* & Bald. *in l. vlt. col. fin. in princ. C. ſi à non compet. iud.* & Ioan. Andr. *in nouell. in c. quanquam. de vſur lib. 6.*

116 An autem † poſſit iudex in ſententia huiuſmodi damnatis reſeruare facultatem teſtandi? dic, quod non, quia eſſent duo contraria: ſcilicet, facere aliquem ſeruum pœnæ, & quod poſſit teſtari: vnde talis reſeruatio non valet, ſecundum Bald. *in repet. l. 1. colum. 2. in fin. verſic. reuertor ad primum, &c. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi plus dicit Bald. quod etiamſi damnatus ad mortem euadat; quia aufugit, adhuc tamen remanet ſeruus pœnæ, & inteſtabilis, *l. mulier. ſupra, de capitis diminut.* & not. Bart. *in d. l. qui vltimo. infra, de pœnis.*

117 Quinto limita † prædictam concluſionem non procedere, quando quis eſt damnatus ad mortem per iudicem incompetentem; quia tunc non efficitur ſeruus pœnæ, ſecundum Bart. *in l. rei capitalis. 2. § eum. & in l. qui vltimo. 29. infra, de pœn.* vnde remanet teſtabilis, ſecundum eum.

118 An † autem iſti damnati ad mortem poſſint confiteri, & eis iniungi pœnitentia ſacerdotalis: & an poſſint ſumere Euchariſtiam, & ſic corpus Chriſti, antequam moriantur, vide text. & gloſſ. *in Clemen. 1. de pœnit. & remiſſ.* vbi dicit, quod ſic: ita tamen, ſi petant: nam ipſa petentibus non ſunt ſacramenta deneganda. Idem tenet. ibi Card. *in 1. not. & in 9. 11 & 12. quæſt.* Ad idem text. *in c. quæſitum, 13. quæſt. 2.* & ibi per Archid. & eſt gloſſ. *in c. ſi quis. 26. quæſt. 6.* & Abb. *in c. ex parte. el. 2. de ſepult.*

119 Et eodem modo Eccleſiaſtica † ſepultura non debet, nec poteſt eis denegari: quia ſi apparet, quod pœnitentes mortui ſunt, poſſunt in Eccleſia ſepeliri: ita dicit gl. *in d. Clem.* & ibi etiam Card. *in 13. quæſt.* & Hoſtien. *in c. ex parte de ſepult.* & ibi etiam Abb. dicit, quod poſſunt ſepeliri cum Miſſa & aliis officiis.

120 Non † tamen poſſunt de furca deponi ſine licentia iudicis: quam iudex petitam facile concedere debet: vt not. gloſſ. *in d. Clem. 1* & ibi etiam Cardin. *in fin.* vt fecit Pilatus, qui de facili conceſſit Ioſepho, vt IESVM defunctum de cruce deponeret, vt dicit ibi Card. *in fin.* & habetur *Ioan cap. 24.*

Vnum tamen eſt mente tenendum in hac materia: quod † ſi eſt aliquis bannitus, vel in exilium 121 miſſus, qui non poteſt viuus manere in aliqua ciuitate, à qua fuit expulſus, minime poteſt poſt eius mortem in dict. ciuitatem duci eius cadauer ad ſepeliendum ſine licentia ſuperioris. Ita notanter tenet Bart. *in l. 2. per illum tex. infra, de cadau. pun.* & Cardin. *in d. Clem. 1. in fin. verbo de pœn. & remiſſ.*

Quid autem in eo, † qui eſt damnatus ad membri mutilationem: an dicatur ſeruus pœnæ? Dic, 122 quod non: vnde remanet teſtabilis: ita dicit Bald. *in repet. l. 1. col. 3. verſ. ſecundo quæritur. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Quid in † deportato? Dic, quod eſt inteſtabilis? 123 quia perdit ea, quæ ſunt iuris ciuilis; vnde nihil poteſt acquirere, nec teſtari, *l. 1. §. in quibus. infra, de leg. 3.* & habetur plene per Bartol. Bald. & Alexand. & communiter Doct. *in l. 1. C. de hæred. leg.* & Bald. *in l. 2. C. de bon. proſcr. & in l. eius, qui. 8. § in inſulam ſupra, de teſtam.* imo deportatus habetur pro mortuo, *l. 1. §. quidam filium. infra, de bono. poſſeſſ. contra tabul.* ſecus eſt in relegato: quia remanet teſtabilis, ſecundum Bart. *in d. l. eius, qui §. ſi cui in fin.* & habetur *in l. relegatorum. 7. in princip. infra, de inter. & releg.* Et prædicta etiam ponit Bald. *in repet. d. l. 1. colum. 3. verſic. tertio quæro, &c. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & habetur *in d. l. quidam 17. infra, de pœnis.*

Quid autem de bannito † noſtri temporis? In 124 hoc concludo breuiter: quia in variis locis tractatur plene hæc materia: & magis communis concluſio eſt, quod licet ſit taliter bannitus, quod poſſit ex forma ſtatuti impune offendi: tamen perdit ſolum illa priuilegia & beneficia, quæ competebant ſibi ex priuilegiis, & ſtatutis illius ciuitatis, à qua fuit expulſus, non autem perdit beneficia ſibi competentia de iure communi, etiam in illa ciuitate; ita concludit Bart. *in ſua diſput.* incip. *Lucanæ ciuitatis ſtatuto &c.* Et idem Bart. *in l. eius, qui §. ſi cui.* & ipſum ſequitur Alexand. *in l. 1. colum. penult. C. de hæredib. inſti.* & idem Alexan. *in l. ex facto 17. §. ex facto.* & ibi etiam Bart. *infra, ad Trebell.* & Alexand. *in conſil. 92. in 1. volum. & in l. ſi cum dotem. 22. §. ſi patri. ſupra, ſolut. matrimon.* vnde poterit adire, & acquirere hæreditatem, ſecundum Alex. *vbi ſupra.* de quo vide omnino vnum pulchrum conſilium Paul. de Caſtr. *in conſil. 212. incip. omiſſo ordine, &c. in 2. vol.* vbi plene attingit hanc materiam, & in effectu cõcurrit cum prædictis Doctoribus. Et ibi etiam decidit illum articulum: ſcilicet an fiſcus poſſit occupare paternam hæreditatem delatam filio bannito; & concludit, quod non.

Limita tamen iſtud, † niſi ſtatutum diceret, quod 125 banniti ſint extra proteſtationem communis: nam tunc perdunt etiam ea, quæ iuris communis ſunt, ſecundum Bald. *in l. 3. colum. penult. in fin. C. ſi pendente appell. mors interuen.* quem ſequitur Alexand. *in d. l. 1. C. de hæred. inſt.* vnde tunc nihil acquirere poteſt de iure

iure ciuili bannitus: nam tunc æquiparatur deportato; verum de hoc an æquiparatur deportato, vel relegato? vltra notata per Doct. in locis præallegatis, vide And. de Iſer. *in c. domino guerrã. col. 2. tit. hic finitur lex.* vbi dicit, quod ſi eſt bannitus pro crimine, pro quo perduntur bona, æquiparatur deportato: alias æquiparatur relegato. ſi bona non perduntur, ſiue ſit bannitus à Rege, ſiue à iudice habente merum imperium.

126 Et ex prædictis infero, † quod ex quo hodie in Regno contumax pro delicto primo bannitur, & eius bona annotantur, vt dicit conſtit. Regni: *Grandis vtilitas.* & deinde, ſi perſeueret in banno per annum, elapſo anno à die banni foriudicatur, & eius bona fiſco applicantur: & habetur pro confeſſo, & conuincto condemnato, & omnis defenſio ſibi præcluditur, & a quolibet poteſt impune occidi, tanquam hoſtis publicus: vt dicit alia conſtit. quæ incipit: *Pœnam eorum*, adeo, quod dicit ibi Andr. de Iſern. *in 2. colum.* quod in tantum habetur pro condemnato, quod ſi contingat eum capi, ſtatim ipſo facto ducitur ad ſupplicium, non expectata alia ſententia.

Per hoc infero, † quod ſi aliquis eſt foriudicatus
127 pro delicto, in quo veniebat irroganda pœna mortis, quod ex quo per talem foriudicationem habetur pro condemnato, ille talis foriudicatus dici poteſt eſſe effectus ſeruus pœnæ: ſic per conſequens non poſſet teſtari: nec hæres inſtitui, nec adire hæreditatem. Et quod ſit ſeruus pœnæ, patet; quia eo ipſo, quod capitur, ducitur ad ſupplicium, ſicut alii damnati ad mortem: vt ſupra.

Ad hoc etiam moueor per ea, quæ not. Bart. *in l. qui vltimo. 29 infra, de pœnis.* & Bald. *in d. l. 1. colum. 3. in princ. C. de ſacroſan. eccleſ.* & ſupra dixi, quod ſi damnatus ad mortem, euadat & fugiat; adhuc tamen remanet ſeruus pœnæ, licet ſit in ſua libertate. Ita etiam eſt dicendum in tali foriudicato: ex quo habetur pro condemnato ad mortem, quando talis erat pœna: vt ſupra.

128 Quid autem † de excommunicato? videtur dicendum, quod ſit inteſtabilis ex eo, quia habetur pro mortuo, quoad ſpiritualia: vt not. Innocen. *in c. grauem. de ſentent. excomm.* & Bart. *in repet. l. Barbarius col. 5. ſupra, de offic. præt.* Item æquiparatur ſeruo, vt not. Specul. *in tit. de actore. verſ. Item quod eſt ſeruus.* ex quo dicitur eſſe ſeruus diaboli, & in eius poteſtate: vt not. Bald *in l. 3. C. ſi pendente appellat. mors interuen.* contrarium eſt veritas; quia nullo iure cauetur, quod ſit inteſtabilis: vnde poteſt teſtari, & hæres inſtitui; ſecundum Bald. *in l. 1. col. 6. C. de hæred. inſtit.* & Gemin. plene, & Ioan. Andr. *in c. decernimus, de ſent. excomm. lib 6.*

Quod tamen limita non procedere † in excom-
129 municato de hæreſi, vel quia erat fautor hæretici: nam ſi per annum perſeuerat in huiuſmodi excommunicatione, efficitur infamis, & inteſtabilis acti-ue, & paſſiue: vt eſt textus *in authent. credentes. C. de hæred. in c. excommunicamus. §. credentes. extra, de hæret.*

Quid de monacho? dic, † quo ad acquiſitionem 130
monachus æquiparatur potius ſeruo, quam filio: quia quicquid acquirit, acquirit monaſterio, gloſſ. eſt *in leg. cum hæredes. 22. in fin. infra de acquirend. poſſeſſ.* & Bartol. *in l. 1. in princip. §. fructuarius infra, de ſtipulat. ſeruor.* & Felin. *in c. in præſentia. colum. final. de probatio* & Alexand. *in l. 1. §. item acquirimus. colum 2. infra, de acquirend poſſeſſ.* In terminis autem noſtris, quoad acquirendam hæreditatem, monachus æquiparatur filio vel ſeruo: ſecundum quod vtilius eſt monaſterio, vnde ſi eſt delata hæreditas monacho, poteſt illam monachus adire cum iuſſu Abbatis: ſicut dicimus in ſeruo, non autem ſolus monachus adire poteſt, cum non habeat velle nec nolle, *c. ſi religioſus. de elect. lib. 6.* ſi autem Abbate iubente nollet monachus adire; tunc ſolus Abbas adire poteſt, etiam eo inuito: & in hoc æquiparatur filio: ita tenet Bartol. *in l. 1. colum. 4.* & ibi etiam Alexand. *in 7. & 8. colum. ſupra, de vulgar. & pupill.* Bald. *in l. 1. col. 12. C. qui admitt.* & Doct. communiter *in l. cum proponas. 3. C. de hæred. inſtit.* quos ibi ad hoc refert. Iaſ. *in antipen. col.* & Abb. *in d. c. in præſentia. colum penult. de probat.*

Venio ad ſecundum requiſitum gloſſ. † quod eſt. 131
ſcilicet vt ſit paterfamilias is, qui vult adire hæreditatem; alias autem, ſi eſt filiusfamilias, non poteſt hæreditatem adire ſine iuſſu patris, *l. ſi quis mihi bona. 25. §. iuſſum. infra eodem.* & habetur *in l. ſeruo inuito. 65. infra, ad Trebell.* hoc autem limita procedere de iure antiquo ff. ſecus eſt hodie: quia illud eſt correctum de iure C. quæ correctio habet locum ſolum in hæreditate aduentitia delata filiofam. non poteſt eam filius adire, etiam patre inuito & ignorante: *l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ liber.* & not. gloſſ. & Doct. communiter *in l. 1. C. qui admitt.* & Bart. *in d. §. iuſſum.* ſecus eſt in hæreditate profectitia: vt quando defertur filio contemplatione patris, *l. ſed ſi plures. 10. §. arrogato ſupra de vulgar. & pup.* quia hodie nihil eſt in ea mutatum, ſed requiritur iuſſus patris, ſicut olim: ita notat gloſſ. *in d. §. iuſſum.* & ibi plene Bart. & Alex. *in l. qui aliena. 6. §. interdum ſupra eod.* & gloſſ. in terminis, *in l. fin. infra, quibus or. in bon. poſſ. ſeru.*

Tertium † principale requiſitum in gloſſ. etiam 132
tangitur, ſcilicet quod ſit compos mentis, & hoc dicitur propter furioſum: qui non poteſt adire hæreditatem, *l. qui ſeruũ. 47. infra, eod.* quia furioſi nulla voluntas eſt, *l. furioſi 46. infra de regul. iuris.* Si tamen habet patrem; tunc pater eſt ſuus legitimus curator, *l. vlt. C de cur. furioſ.* ſi vero patrem non habeat; tunc debet ſibi prouideri de curatore, ſecundum formam *l. de creationibus. 27. C. de epiſcopaud.* & tunc, quando habet curatorem, poteſt curator adire hæreditatem furioſo delata, ſi ſibi videbitur vtilis, ſuper qua habet furioſus hanc facultatem adire; quia

quia quandocunque ad ſanam mentem peruenerit, poterit illam hæreditatem acceptare, vel repudiare, prout ſibi videbitur vtilius. Si autẽ mortuus fuerit, antequam ſanus effectus ſit: & tunc ſiquidem eſt hæreditas extraneorum, quæ ſibi delata fuit, non tranſmittitur ad hæredes ipſius furioſi, ſed perinde habetur, ac ſi adita non fuiſſet, & vadit ad illos, ad quos iret, ſi furioſo delata non eſſet: ita dicit text. *in d.l.fin.§.ſin autem in furore. C. de cur. furioſ. & in l.2.§. ſi quis ex liberis infra, ad Tertul.* ſecus eſt in legatis & fideicommiſſis furioſo delatis; quia illa tranſmittuntur ad hæredes furioſi, vt *d.§.ſin autem in furorem.* ita hæc omnia voluit plene Bald. *in l.potuit.5.in 5.qu. C. de iure delib.* & Bart. *in l.1.infra, de bonor.poſſeſſ.infan. & furioſ.delat.* & ſic patet ſecundum Bald. ibi, quod curator furioſi poteſt adire hæreditatem pro furioſo; tamen non habet perpetuam cauſam, ita etiam tenet Iaſ. *in l.infantis.C.qui admitt.*

133 Hoc † tamen limita non procedere in patre furioſi, qui eſt curator & legitimus adminiſtrator, vt ſupra; nam poteſt pater pleno iure acquirere hæreditatem filio furioſo ipſam adeundo, & ſic habebit tunc perpetuam cauſam: ita notanter, licet ſub obſcuris verbis voluit Bartol. *in l.ſi infanti. 18. colum.1.* & ibi ipſum ſequitur Alexan. *in c.3. de iure delib.* & eſt ratio propter maiorem poteſtatem, quam habet pater in filium, quam curator extraneus. Si vero eſt hæreditas patris, quæ delata eſt furioſo; & tunc ſiue fuerit agnita per curatorem, ſiue non fuerit agnita, tranſmittitur ad hæredes furioſi ex potentia ſuitatis. Ita dicit Angel. *in d.l. Antiſtius.62.§.vlt infra, eodem.* & ſentit Bald. *in d.l.potuit. in 5.quæſt. à contrario ſenſu.*

134 Quod † reboratur optimo ſimili: quia etiam infans tranſmittit hæreditatem paternam nõ aditam ex potentia ſuitatis: vt not. Bart. & Alexand. *in d.l.ſi infanti.* vbi eſt communis opinio Docto. *in iure delib.* ſed infans nullum habet intellectũ, & furioſo comparatur, *l.in neg. infra, de reg.iur.* & Iaſ. *in d.l.infantis.C. qui admitt.*

135 Limita † tamen iſtam gloſſam in quantum dicit, quod furioſus non poteſt acquirere hæreditatem, vt procedat ex ſe: quia ex quo ſenſu caret, non poteſt per ſe acquirere: tamen per ſeruum, vel filium acquirere poteſt: dummodo interueniat iuſſus tutoris vel curatoris: caſus eſt, & ibi gloſſ. *in d.l. Antiſtius.§.vlt.infra eod.* vbi eſt gloſſ. quam Bald. dicit eſſe auream: quæ ponit intellectum *ad l.neque.10.C.de hæred.inſt.* vbi traditur regula, quod, qui non poteſt per ſe acquirere hæreditatem, minime poteſt per ſeruum vel filium: nam illud intelligitur in eo, qui propter delictum prohibetur acquirere; ſecus ſi propter infelicitatem, vt in furioſo.

136 Qualiter autem † probabitur aliquem eſſe furioſum, & quis dicatur furioſus, & quis mente captus, & quis fatuus? ponit plene Alexand *in conſil.4. & conſil.141.in 1.volum.* & Bald. *in l.ſi furioſi.25 C.de nupt.* & Alex. *in conſ.85. & conſ.86.in 2.volum.* vbi pleniſſime tractat hanc materiam, & Petr. Phil. Corn. *in conſ.21. & in conſ.85.in 2.vol. & in conſ.219.in 1.vol. & in conſ.22.in 4.vol.* vbi plene.

Et circa † hoc præſupponitur vna regula, quod in dubio quilibet præſumitur compos mentis, & ſanus, niſi probetur furioſus, textus eſt *in l. nec codicillos.5. C.de codicill. & c.vlt. & ibi not. de ſucceſſ. ab inteſtat.* & tenet Petr. Phil. Corn. *in d.conſil.21.colum.1. in 2.volum.* & eſt ratio ſecundum Bald. *in d. l. nec codicillos.* quia aliquem eſſe compotem mentis eſt naturale: ſed eſſe furioſum, eſt accidentale: vnde quilibet præſumitur eſſe talis, qualem ſolet natura producere, niſi contrarium probetur: alleganti aliquẽ eſſe furioſum, incumbit onus probandi, *d.l.nec codicillos.* & not. Bart. *in l.filium.60.infra eodem.* & Bald. *in l.fin.C.de hæredibus inſtit.* & Cardin. *in Clement.1 in 2.qu.de homic.* 137

Iſtud † tamen limita multum ſingulariter procedere in eo, qui nunquam fuit furioſus, quia ille habet hanc præſumptionem pro ſe: ſecus autem in eo, qui quandoque fuit furioſus: quia præſumitur furor durare, niſi contrarium probetur: vnde tunc alleganti eum eſſe ſanæ mentis, incumbit onus probandi. Ita dicit gloſſ. *in verſic.compotem.in dict.c.fin. de ſucceſſ. ab inteſtat.* & not. plene Alexand. *in l.furioſum.9.C.qui teſtament.facere poſſ.* & Abb. *in c. eum inter canonicos.de elect.* & Petr. de Anchar. *in conſil 5.* & Alexan. *in l.is poteſt. in 3.colum.* & idem Alexand. *in conſil.12.colum.4.in.5.volum.* & plenius *in d.conſil.88.colum.3 in 2.vol.* 138

Quod † tamen notabiliter declara ſecundum Alexan. *in d.l furioſum.* vt procedat, quando furor durauit per multos dies; ſecus ſi fuiſſet aliquis furor momentaneus, qui modico ſpacio duraſſet: quia tunc non præſumitur durare: quoniam in huiuſmodi furore momentaneo de facili reuertitur homo ad reſipiſcentiam, & ita conuerſus præſumeretur, niſi contrarium probaretur, ſecundum eum: ita etiam dicit Petr. Phil. Corn. *in d.conſ.21.col.2.in fin.* 139

Ex † prædictis ergo ſequitur, quod eo ipſo, quod probatur ſemel aliquem quandoque fuiſſe furioſum, ſi deinde facit aliquem actum, præſumitur illum feciſſe tempore furoris; niſi contrarium probetur; & ſic actus non valebit, ita dicit gloſſ. *in d c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* quam ipſe ſequitur Abb. *in fi.col.* & Petr. Phil. Corn. *in d.conſil.21 per totum. maxime in fin.col.in 2.volum.* & Gemin. *ita in c.1.§ ſi vero.de cler. ægro.libr.6.* & Alexand. *in d conſil 22.colum 5.in princip. in 5.volum.* vbi præſertim dicit id procedere fortius, quando actus factus non conuenit totaliter homini ſanæ mentis, vt dicit etiam Bald. *in dict. l. furioſus.* Petr. Philipp. Corn. *in d conſil.21.colum.penul.* & Alex. *in conſil.85.colum.4.in 2.volum.* vbi dicit, quod licet ex aduerſo probetur, quod habeat dilucida interualla, niſi in ſpecie probetur, quod erat ſanus tempore actus celebrati, talis probatio releuat. Idem etiam 140

iam & magis plene tenet Alex. *in 8. conſil. 26. in 2. vol.* vbi infinitas deciſiones allegat in hac materia, & Petr. Phil. Corn. *in conſil 69. colum. antepen. & penult. in 1. volum.*

142 Probatur † autem aliquem eſſe furioſum, vel fatuum per ſigna multa: vt dicit Bart. *in l. ſi quidem. 5. C. ſolut. matrimon.* vbi idem dicit ad probandum aliquem eſſe mortuum, quæ ſigna extenduntur, & per verba. & per facta, vt dicit Abb. *in d. c. vlt. col. fin. de ſucceſſ. ab inteſtat.* per verba enim oſtenditur furor, quando quis loquitur verba fatua extra propoſitum, & non conuenientia homini ſanæ mentis: nam fatuus fatua loquitur, vt habetur *in c. legimus. 24. diſtin. 93.* & eſt tex. & ibi not. *in l. quidam in ſuo. 27. ff. de cond. inſtit.* & Bart. *in l. hi, qui. 12. §. vltim. ſupra de tutor. & curat. da. ab his.* vbi habetur, quod ex ſermonibus cognoſcitur homo ſtultus. Idem tenet Alexan. *in d. conſil. 54. 1. vol.* Eodem modo ſi non reſpondet ad propoſitum, vel non habet rectam memoriam: vel ſi proiicit panem vel lapides: vel quia ita reputatur furioſus à patre ſuo, & à conſanguineis: vt dicit Alexan. *in d. conſil. 54.* eodem modo, ſi quis ſpuat in faciem alicuius hominis: præſumitur ex hoc furioſus, ſecundum Petr. Phil. Corn. *in conſil. 22. col. 3. in 4. vol.* Et de prædictis vide etiam Alex. *in l. cum ſeruus. 39.* alias *l. apud Iulianum. 40. § conſtat. infra de legat. 1.* vbi inter alia dicit, quod ſi quis recuſat pocula medicinalia in infirmitatibus; ex hoc præſumitur furioſus: allegat Spec. *in tit. de ſalariis. §. verſic. ſed quid ſi.* Et de pluribus aliis modis probandi quem furioſum, vide plene *in dict. conſil. preallega.* & Alexan. *in l. ſi cum dotem. 22. § ſi maritus. colum. fin. ſolut. matrim.* Ad

142 vnum † tamen aduerte, quod teſtes deponentes de furore, debent etiam non interrogati aſſignare cauſam ſcientiæ concludentem, alias non probant: ita dicit Bald. *in d. l. furioſum. C. qui teſtament. facer. poſſ.* & ibi Iaſ. plene & Alexand. *in conſil. 85. colum. 6. in 1. vol.* Et ratio eſt, quam poſuit Innoc. *in c. cum cauſam. 37.* & ibi etiam Abb. *in 3. volum. de teſtib.* vbi dicit, quod quando teſtis producitur ad probandum aliquid, quod nõ percipitur ſenſu corporis, ſed iudicio intellectus: tunc debet etiam non interrogatus aſſignare cauſam ſcientiæ concludentem per aliquem actum extrinſecum: alias non probat: ita etiam dicit Baldus *in l. ſolam* alias *ſola. 4. C. de teſt.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil. 22. col. 2. in litera B. in 4. vol. & in conſil. 21. col. 1. in litera E. in 2. volum.*

143 Et prædictis † adde, quod ad probandum furorem admittuntur etiam teſtes ſingulares; vt ſi vnus teſtis dicat, vidi eum proiicere lapides: alius dicat, vidi eum loqui inordinate, & extra propoſitum: & alius dicat, vide eum ſpuere in faciem, vel ſimile: ita per plura tenet Alexand. *in dict. conſil. 92. colum. 5. in 5. volum. verſic. nec obſtat. & in conſil. 141. colum. 1. in 1. volum. & in d. conſil. 85. circa fin. & conſil. 86. colum. 3. in 2. volum.* Et iſtud tenet Innocent. & communiter Doct. *in c. qualiter & quando 17. el. 2. de accuſat.* Et ratio eſt: quia iſti teſtes non deponunt ſuper aliquo facto in ſpecie: nam tunc verum eſt, quod ſingularitas obſtat: ſed deponunt in genere, ſcilicet quem eſſe furioſum, vel hæreticum, vel infamem: quod per plura ſpecialia probari poteſt: ideo admittuntur teſtes ſingulares, ſecundum Bart. *in l. Titia. 48. infra, de ſolution.* & habetur plene *in locis præallegatis.* quod confirmo per optimum dictum Socin. *in conſil. 295. colum. 3. in 2. volum.* vbi dicit, quod ad probandum aliquem actum ſucceſſiuum, admittuntur teſtes ſingulares.

Quartum † requiſitum in gloſ. eſt; quod ſit maior viginti quinque annis, qui vult adire hæreditatem; quia alias minor de per ſe adire non poteſt. *l. more. 8. & l. pupillus. 9. ſupra eodem & l. cum quidam 26. C. de administr. tutor.* Circa hoc tamen, vt habeas plenam notitiam de minore, quando & qualiter adire poſſit, diſtingue tres ætates minores. Prima eſt infantia, quæ durat vſque ad ſeptem annos completos. Secunda eſt ætas pupillaris, quæ dicitur impubertas, & durat in maſculo vſque ad decimum quartum annum completum: in fœmina vero vſque ad duodecimum: vt habetur *Inſtit. de nupt. in princ. & l. qua ætate. 5. ſupra de teſtamen.* Tertia dicitur ætas adulta, quæ appellatur pubertas, & durat tam in maſculo, quam in fœmina, vſque ad viginti quinque annos, & illa poſtea dicitur ætas legitima, *l. vlt. C. de his qui veniam ætatis impetr.* 144

De † prima ætate ita ius diſponit: nam ſi eſt delata hæreditas alicui infanti, ſiquidem talis infans habet patrem, poteſt pater pro eo ſolus adire, & infanti hæreditatem acquirere, & ſi mortuus fuerit infans ante aditam hæreditatem, tranſmittit illam ad ſolum patrem ex ſpeciali priuilegio. Ad alium autem hæredem non tranſmittit: ita hæc omnia habentur *in d. l. ſi infanti. 18.* & ibi Bart. & Bald. & communiter Modern. *C. de iure deliber.* Si vero patrem non habet infans; tunc ſi quidem habet tutorem, poteſt ſolus tutor abſque interuentu infantis adire hæreditatem: *vt d. l. ſi infanti. §. parente.* & etiam bonor. poſſeſſ. petere vt *ibi.* Et ſi moriatur ante agnitam hæreditatem, vel bonor. poſſeſſ. per tutorem, non tranſmittit illam, vt ſupra: ſed vadit ad illos, ad quos iret, ſi infanti delata non fuiſſet. Ita habetur *in d. l. ſi infanti & l. infantis. 3. C. qui admitt.* ſi vero tutorem non habeat infans; tunc hæreditatem de iure ciuili nullo modo adire poteſt, niſi ſi prouideatur de tutore: quia tutor eſt omnino neceſſarius in adeunda hæreditate per pupillum, *l. cum in vno 17. § tutor. infr. de appellat.* ſed in bonorum poſſeſſ. de iure prætorio eſt remedium: quia quilibet conſanguineus, vel amicus infantis, poſſet adire prætorem, & agnoſcere bonor. poſſeſſ. nomine infantis; quo caſu perfecte acquiritur infanti, & tranſmittitur ad quoſcunque heredes. Ita tenet Alex. *in d. l. infantis. & in l. vlt. col. 5. C. vnde cogn.* & Bald. *in rubric. C. qui admitt. in 5. quæſt.* 145

De

146 De † ſecunda vero ætate, ſcilicet, quando hæreditas eſt delata pupillo maiori infante & impubere? Dic, quod ſiquidem impubes habet patrem, poteſt ex authoritate patris adire hæreditatem, ſecundum Bart. *in l. vlt. §. pupillus. infr. de verb. oblig. & l. more. 8. §. impubes ſupr. eo.* ſi vero pater non vult conſentire filio adeunti; tunc poteſt filius ſine patre adire. Ita etiam econtra, ſi patre volente adire filius recuſat, poteſt ſolus pater adire, & ideo ſibi acquirit hæreditatem. Ita hæc omnia decidit tex. *in l. vlt. §. ſi autem in ſecunda. 1. C. de bon. quæ lib.* quem textũ reddit ſingularem ibi Bald. & mirabilem ad hoc, quod pupillus ſolus ſine authoritate tutoris vel patris, poteſt adire hæreditatẽ; dummodo ſit doli capax: ita etiam tenet Lud. Rom. *in l. pupillus. 9. la. 1. ſupra eod.* & ibi etiã Alex. *circa fi.* Et dicunt hoc eſſe ſpeciale in filio familias pupillo, in alio ſecus: vt *l. potuit. 5. & ibi Bald. C. de iure delib.* & infra proxime dicetur. Si tamen ex tali hæreditate adita per ſe, vel per patrẽ, pupillus lædatur, poteſt aduerſus eã petere reſtitutionẽ in integrum; vt *d. § ſin autem in ſecunda 1. C. de bon. quæ lib.* & habetur *in l. 1. C ſi tutor vel curator inter.* Item ſi talis pupillus habens patrem, moriatur, hæreditate non adita, non tranſmitit illam ad patrem, nec ad alium: ſed vadit ad eos, ad quos iret, ſi pupillo delata non eſſet, vt *d. l. ſi infanti. circa fin.* & ibi Bald. *in pen. col. verſ. expeditus ſum de materia, &c. & ſeq. quæſt.* vnde eſt ſpeciale in infante: vt tranſmittat ad patrem, vt [illegible]ia vero ætate ſeruatur ius commune in contrarium. Si vero pupillus non habet patrem; & tunc, ſiquidem habet tutorem, poteſt adire hæreditatem cum auctoritate tutoris, & nõ aliter: nam ſolus pupillus ſine tutore, vel ſolus tutor ſine pupillo adire non poteſt, text. eſt, & ibi Bart. & Bald. plene *in d. leg. potuit. C. de iure delib.* & habetur *in l. ſeruo inuito. 65 §. ſi pupillo 3. infra ad Treb.* ſecus eſt in bonor. poſſeſſ. delata pupillo maiori infante: quia ſolus tutor ſine pupillo poteſt eum agnoſcere, *l. bonorũ. 7. C. qui admitt. & l. tutor. 8. infra, de bonor. poſſeſſ.* & ratio eſt ſecundum Bald. & cõmuniter Doct. *in d. l. bonorum.* quia bonor. poſſeſ. accipit fomentum ab interuentu, & præſentia iudicis, propterea ſolus tutor ſufficit; quod ſecus eſt in hæreditate. Pupillus autem ſine tutore non poteſt etiam bonor. poſſeſſ. agnoſcere, *l. ſeruus. 7. §. impubes. infra, de bonor. poſſeſſ.*

147 An † autem ſolus tutor cum auctoritate iudicis poſſit hæreditatem adire ſine pupillo? Dic, quod non, ita tenet Bald. & Paul. de Caſtr. *in d. l. bono.* & eſt ſpeciale in bonor. poſſeſſ.

148 Prædictam † tamen concluſionẽ limita non procedere, quãdo pupillus eſſet hæres inſtitutus ſub cõditione, & ipſe ſolus impleret conditionem; nam ex hoc ipſo efficitur hæres ſolus ſine tutore, ipſo iure: caſus eſt *in l. in cõditionibus pupillus. 5. inf. de cond. & de-*
149 *mõſt.* & Alex. *in d. l. bon* & ita limitatur regul *d. l potuit.*

Secundo † limita non procedere, quando eſt inſtitutus ſeruus pupilli: quia ſolus tutor poteſt iubere ſeruo, vt adeat ſine pupillo, tex. eſt, non violando ipſum, *in l. ſi per epiſtolam. 50. infra eod.* per quem ita tenet Alex. *in d. l. potuit. & in d. l. bonorum.* licet Bart. *in d. l. ſi per epiſtolam.* intelligat illam l. in infante; tamen Imol. Lud. Rom. & Paul. de Caſtr. ibi intelligunt illam generaliter in quolibet pupillo; quia alias eſſet violare literam.

Si vero † pupillus non habeat tutorem; & tunc 150 ſolus adire non poteſt; ſed datur remedium, vt adeat iudicem, & cum auctoritate iudicis poteſt adire hæreditatem, & bonor. poſſeſſ. text. eſt *in d. l. ſi infanti. 18. in fin. & in d. l bonorum.* & ſic iudex ſupplet defectum tutoris, vt ibi not.

An † autem infans poſſit adire cum auctoritate iudicis, Bald. *in d. l. bonorum. C. qui admitt.* tenet, quod 151 non: quia in eo eſt defectus iuris naturalis, ex quo nullum habet conſenſum; & contra defectum iuris naturalis non poteſt diſpenſari, ſecundum Innocen. *in c. ſciſcitatus. 13. de reſcript.* contrarium tenet Ludou. Roman. *in d. l. bonorum.* & etiam Fulgoſ. tamen in iſta contrarietate concludo, prout diſtinguit Alexan. & Iaſ. *in d. l. bonorum. col 4.* quod aut infans eſt ita paruus, vt non poſſit fari; & tunc procedat opinio Baldi per tex. *in d l. bonorum,* dum dicit, impuberi poſtulanti. Nam iudex non poteſt impartiri ſuam auctoritatem, niſi poſtulanti, vt ibi; ſed infans, qui nõ poteſt loqui, non poteſt id poſtulare; ſi vero infans poteſt loqui; quia forte eſt proximus ſeptennio, & tunc procedat opin. 2. quia poteſt poſtulare.

Poteſt † modo dubitari, an ſi pupillus non habet tutorem, poſſit ſibi dari curator: & cum auctoritate 152 curatoris poſſit adire hæreditatem, vel bonor. poſſ. dic, quod non, ſed tutor eſt omnino neceſſarius, vt ſupra, tex. eſt *in l. cum in vna. 17. §. tutor. infr. de appel. & l. ſeruus. 7. §. impubes infra, de bon. poſſ.* & not. gloſſ. *in d. l. potuit.* & ibi etiam Bald. & Soc. *in conſ. 234 col. penult. in 2. vol.*

De tertia † vero ætate, ſcilicet quando ſumus in 153 minore 25. annis, maiore tamen 14. qui dicitur adultus? dic, quod ſiquidem habet patrem, poteſt cũ auctoritate patris adire: vel patre recuſante, poteſt ſolus pater adire, ſi vult: ita & econtra, filio recuſante, poteſt ſolus pater adire: tex. eſt *in d. l. vlt. C. de bon. quæ liber.* ſi vero adultus non habet patrem; & tunc ſiquidem habet curatorem: poteſt adire cum auctoritate curatoris, *l. cum quidam. 26. C. de admin. tut.* ſed ſolus ſine curatore, vel curator ſine eo adire non poteſt; quia in hoc adultus habens curatorem æquiparatur pupillo, ſecundum gl. & Alex. *in l. impuberib. 11. ſupra eod.* & Alex. *in l. 1. §. fuit quæſitum. col. 3.* vbi etiam gl tangit, & ibi communiter Doct. *infra ad Treb.* per tex. & ibi not. *in l. ſi curatorem. 3. C. de in integr. reſt.* poteſt tamen adultus, ſi læditur, petere reſtitutionem aduerſus d. aditionem, *l. 2. C. ſi tut. vel cur. inter.* & habetur *in d. l. ſi curatorem & in d. §. fuit quæſitum.* ſi vero adultus non habet curatorem; & tunc poteſt ſolus hæreditatem adire, & valet aditio, ſecundum Alex.

*in d.§.fuit quæſitum* per *d.l.ſi curatorem.* tamen ſi læditur ex tali aditione, poteſt petere reſtitutionem in integrum: vt traditur *in locis præallegatis.* & probatur *in l.ſi minor.61.infr.eodem.*

154 Per † quam *l.ſi minor.* nota pulchram limitationem ad ea, quæ dixi ſupra in textualibus, in quãtum fuit dictum, quando ſunt plures hæredes, quorum vnus repudiat partem ſuam, illa pars repudiata accreſcit cohæredibus, etiam inuitis, *l.teſtamento.6.C. de impub. & aliis ſubſtit.* limita non procedere, quando ille, qui repudiat primo, adiuit partem ſuam, & deinde per beneficium reſtitutionis in integrũ, repudiat: nam tunc illa portio repudiata non accreſcit cohæredibus inuitis, ſed vadit ad creditores hæreditarios, iſte eſt caſus ſingularis, *in d.l.ſi minor.infr. eod.* Et per hoc potes colligere intellectum ad iſtam gloſſ. in quantum dicit, quod minor 25. annis non poteſt adire; nam in quantum vult loqui de adulto, debet intelligi, quod non poteſt adire effectualiter, & irreuocabiliter; ſicut maior propter reſtitutionem, quam petere poteſt; vt ſupra dictum eſt.

155 Quintum † requiſitum principaliter in gloſſ. eſt, quod ſciat teſtatorem eſſe mortuum: quia aliàs adire non poteſt. vt eſt tex. *in l.qui hæreditatem 19 quæ eſt proxima.infr.eod.* Et ratio eſt; quia viuo eo, de cuius hæreditate agitur, non poteſt quis ſe gerere pro hærede, nec repudiare: cum viuentis nulla ſit hæreditas, *l.neminem.27.& l.qui ſuperſtitis.94 infra, eod & l.2.§.interdum, ſup. de vulgar. & pup. & l.1 §.ſi impuberi. infra, de collat. bon.* Et ideo requiritur talis ſcientia, ne ſit dubius, an adire poſſit vel non: quod eſſet, ſi dubitaret, an viuat, vel mortuus ſit teſtator.

156 Qualiter † autem probetur talis ſcientia, dicetur infra poſt Bartol. hic; ſed qualiter probetur teſtatorem eſſe mortuum? vide Bar. *in l.ſi quidem.5.C ſolut. matrim.* vbi dicit, quod mortuus probatur per ſigna, & ſufficit, ſi teſtis dicat: vidi eum mortuum; quia habebat ſigna mortuorum.

157 Secundo † probatur mortuus eo ipſo, quod teſtis dicit interfuiſſe eius exequiis funeralibus, *l.conditionem.91.* vbi hoc probatur *infra, de cond. & demonſtr.* & Petr. Phil. Corn. *in conſ.10.col.1.in fin.in 1.vol.*

158 Tertio † probatur eo ipſo, quod teſtis dicit vidiſſe hominem euiſceratum: quia de neceſſitate naturæ ſequitur, quod ſit mortuus, ſecundum Bald. *in l.ex perſona.3.col 2.C.de prob.*

159 Quarto † probatur eo ipſo, quod teſtis dicit vidiſſe eum ſepeliri; vel duci ad ſepulturam; ſecundum Bart. *in d l ſi quidem* idem tenet Bart. *in l.2.§ ſi dubitetur ff quemadmo.teſtament. aper.* & Abb. *in c.in præſentia 19 de ſponſal.* & ibi plene per Mar. Soc. idem Bart. *in ſuo tract. qualiter probetur mors.* vbi plus dicit, quod ſufficit, quod teſtis dicat ſe interfuiſſe ſepulturæ. licet non viderit cadauer: quia forte erat capſa clauſa: tamen communiter dicebatur, quod erat corpus talis hominis: ex hoc enim probatur mors: & etiam Bald. *in l.conuenticula.15.col.fi. C. de epiſc. & cler.*

160 Quinto. † probatur eo ipſo, quod teſtis dicit; vidiſſe eum non habere ſenſum, neq; motum, neque flatum, vt dicit Bald. *in d.l.conuenticula. circa fin.* idem ſi dicat, tetigiſſe eum frigidum, & non habentẽ pulſum, vt tenet Bart. *in d.§ ſi dubitetur.* ſecus autem ſi teſtis dicat, quod vidit eum mortuum; quia non loquebatur, nam illud non ſufficit: quia poteſt quis eſſe viuus, etſi loqui non poſſit, ita dicit Bald. *in l.3. C.de poſthum.hær.inſt.* quem refert & ſequitur Fel. *in c.quoniã frequẽter.5.§.porro, col vlt. verſ.vt lite nõ cõteſt.*

161 Sexto, † probatur eo ipſo, quod teſtis dicit, quod inter notos conſanguineos, vel vicinos fuit habitus & reputatus pro mortuo, ſecundum Pet. Phil. Corn. *in conſil.96.in pen.col.in litera F.in 3.vol.* de qua tamen materia vide plene eundem Petr. Phil. Corn. *in conſil.10.in 1.vol.*

6 Septimo, † probatur eo ipſo, quod teſtis dicit veniſſe illos de domo, & conſanguineos feciſſe luctum pro eo, qui dicebatur mortuus. & quod ſumpſerunt veſtes lugubres: ita dicit Bart. *in l genero.8.in fin. ſupr. de his, qui not. infam.* & Bald. *in l.exhæredatum. vlt in fi. ff.eod.tit.de infamib.* & Bart. *in l.quotiens C. de naufrag. lib.11.* & Ant. de Butr. *in d. c. in præſentia.19.de ſponſal.* & Alex. *in conſ.4.col.5.in verſ.plus dicit, in 2.vol.*

163 Octauo, † probatur quis mortuus eo ipſo, quod probatur eſſe lapſos centum annos à die natiuitatis illius: nam de iure non præſumitur plus viuere, *l.vltim.C.de ſacroſanct. eccleſ.* vnde elapſis cent[illegible] præſumitur mortuus. Ita tenet Bald. *in d.l.ex per*[illegible] *3.colum.2.circa fin.C.de probat.* & Card. *in Clemen.1.de rebus eccleſ.non alien* & Bald. *in l. proponebatur in 1.lect. ſupra de iud.* & Bart. *in d.l.ſi quidem 5.C.ſolut.matrim. circa fin.*

164 Nono † probatur, ſi aliquis viſus fuit ingredi bellum, ac deinde non reperitur viuus, nec mortuus: nam ex hoc præſumitur, & probatur mortuus: ita tenet Bart. & Bald. *in l.vlt.ſupr. de his, qui not. infam.* & Fel. *in d §.porro.col.vlt. verſ. lite non conteſt.*

165 Decimo, † probatur eo ipſo, quod aliquis iuuenis luxurioſus, & vagabundus cœpit vagari per orbem, & neſcitur, vbi ſit: nec aliquod nouum habetur de eius morte, vel vita: nam ſi ex hoc tempore lapſi ſunt ſolum anni quinque, præſumitur, & probatur mortuus: ita tenet Bart. *in ſuo tract. qualiter probetur mort. & in tract. de teſt. in 3.chart. in verſ. mortuum hominem.* & Alex. *in conſ.4.col.5 in 2.vol.*

166 Vndecimo † probatur, ſi talis dicit, vidi eum decapitari, vel abſcindi venas gulæ cum ſanguinis effuſione: ita not. Bart. *in d.§.ſi dubitetur. & in d. tract. qualiter probetur mors.col.fin.*

167 Duodecimo † probatur, ſi teſtis dicit, vidi eum expirare, vel mori, ſecundum Bart. *in d. tract. qualiter probetur mors. in fin. & in d §.ſi dubitetur.*

168 Decimo tertio † probatur eo ipſo, quod aliquis petiit à iudice, vt mittat nuncios, & exploratores, vt perquirant, an ſit viuus, vel mortuus, & illis miſſis non reperitur de eo aliquid nouum: nam ex tali rela-

relatione præſumitur mortuus: ita tenet Bart. *in d. l. 2. §. ſi dubitetur ff. quemadm. teſt. aper.* & Alex. *in d. conſ. 4. col. 5. in 2. vol* idem tenet Bart. *in l. & ſi percuſſor certus. 6. §. ſi vnus. inf. ad Sillan.* vbi dicit, quod eo ipſo, quod quis non reperitur, præſumitur mortuus.

169 Decimoquarto † probatur eo ipſo, quod teſtis dicit, vidiſſe aliquem proiici in mare, vel de ripa fluminis, & poſtea non fuit viſus vlterius: nam ex hoc præſumitur mortuus: ita tenet Bart. *in d. tract. qualiter probetur mors. circa fin.*

170 Decimoquinto † probatur eo ipſo, quod quis produxit inſtrumentum teſtamenti: nam per ipſius oſtenſionem præſumitur mortuus teſtator: ita tenet Petr. Phil. Corn. *conſil. 85. col. 31. in 2. volum.* & Bart. *in l. vlt. colum. 3. C. de edict. diui Adrian. tollen.* vbi aſſignat rationem: quia ſi non eſſet mortuus non dediſſet hæredi teſtamentum Notarius: & ibi etiam hoc dicit Alexan.

171 Decimoſexto † probatur eo ipſo, quod producitur aliquod inſtrumentum, in quo fit mentio de aliquo per dictionem, *quondam*: quia ex hoc probatur, quod ille ſit mortuus: ita tenet Bald. *in conſ. 407. col. 2. in 1. vol.* per illud, quod not. gloſſ. *in l. eius, qui. 41. ſupra. ſi cert. pet.*

172 Decimoſeptimo † probatur, ſi teſtis dicit, quod vidit Titium mancipari carceri, in quo non erat cibus, nec potus, & quod ibi erat appoſitus cuſtos, qui non permittebat dari victum ipſi carcerato: nam poſt aliquot dies præſumitur mortuus: attenta naturali præſumptione, quæ eſt, quod ſine cibo non poteſt quis viuere, ita tenet Bart. *in d. tractat. qualiter probetur mors. in fin.*

173 Decimooctauo † probatur eo ipſo, quod eſt publica vox, & fama in illa vicinia vel ciuitate, in qua dicitur eſſe mortuus, qualiter eſt mortuus: nam talis fama ſufficit: dummodo locus ſit de longinquo, vel mors ſit antiqua per longum tempus: ita dicit Bart. *in d. l. ſi quidem. 5. in fin. C. ſol. matr.* ſecus, quando mors eſſet de recẽti, vel in loco propinquo: quia tũc nõ ſufficit probatio per famam, ex quo teſtes de facili habere poteſt is, qui vult mortem probare, qui deponant de viſu: ita declarat Alex. *in conſil. 25. col. 3. in 4. vol.* & Andr. de Iſern. *in c. 1. col. 3. quo tempore miles.*

174 Decimonono † probatur mors per famam ſolam, quando ſumus in morte alicuius magni domini, ſecundum Angel. *in d. l ſiquidem.* ſentit Bart. *in l. minore 10. § tormenta. in 2. qu. principali. verſ. Item ex eodem. infra de queſt.*

175 Vigeſimo † probatur eo ipſo, quod aliquis fuit viſus ingredi aliquam ciuitatem, in qua erat peſtis: nam ex hoc præſumitur conſtitutus in periculo mortis: vt not. plene Petr. Phil. Corn. *in conſil. 131. col. 2. & 3. in 4. vol.* vnde ſi poſtea non reperitur alicubi, nec viuus, nec mortuus, debet præſumi mortuus, ſicut dicimus de eo, qui ingreditur bellum, vt per Bart. & Bald *in l. vlt. ſupr. de infam.*

176 Vigeſimoprimo † probatur eo ipſo, quod aſcendit nauem, & acceſſit per mare, & ſuperuenit tempeſtas, adeo, quod non fuit vlterius reuerſus, nec ipſe, nec nauis: nam ex hoc præſumitur mortuus, ſecundum Bart. *in tract. de teſt. in verſ. mortuum hominem.*

Vigeſimo ſecundo † probatur eo ipſo, quod aliquis magnus mercator & diues receſſit a domo animo reuertendi, & tranſiuit per loca inſidioſa & periculoſa, & expectatus per familiã per multum tempus, non fuit reuerſus: nam ex hoc præſumitur mortuus: ita dicit Bart. *in d. tract. de teſt. in verſic. mortuum hominem. col. 1.* 177

Vigeſimo tertio, † præſumitur quis mortuus de iure Longobardico eo ipſo, quod ſtetit per triennium extra ſuam prouinciam, vt eſt text. *in l. 1. C. de his, qui ante aper.* & not. Andr. de Iſern. *in d. c. 1. col. 3. circa fin. quo tempore mil.* Et hoc eſt vtile ſcire: quia in regno ius Longobardicum dicitur ius commune, & præponitur iuri Romano: vt habetur *in conſtit. Puritatem* & ibi Andr. de Iſern. *& in conſtit. ſi quando l. 3. & in conſtit. præſenti l. 3.* & idem Andr. *in prælud. feud. col. 8. in 3. qu. & in c. Imperialem §. præterea ducatus. col. 2. de prohibit. feud. alien. per Freder.* & habetur *in deciſ. 258. conſil. Neap. in 2 col.* 178

Prædictos † autem modos probandi mortem intellige procedere, vbi agitur de commodo, vel præiudicio pecuniario: prout in terminis noſtris, in quibus agitur de adeunda hæreditate: ex quo dicitur præiudicium reparabile: ſecus eſt, quando agitur de præiudicio maximo, & irreparabili: vt eſt, quando agitur de morte hominis, vt ſi quis inquiritur de homicidio; nam tunc mors debet probari per teſtes de viſu: nec ſufficerent prædictæ coniecturæ, ita dicit Bart. *in §. ſi dubitetur. & in d. tractat. qualiter probetur mors. col. 1. in fin.* & Fel. *in d. c. quoniam frequenter. 5. § porro. col. fin. vt lite non conteſt.* 179

Adde etiam † prædictis, quod licet ſit regula, quod quilibet præſumatur viuere cẽtum annos, niſi probetur mortuus, *l. vlt. C. de ſacroſan. eccleſ.* tamen iſtud debet allegari per eum, qui ſe fundat ſuper vita; alias talis præſumptio illi non prodeſt: ita dicit Bald. *in d. ex tenor. col. 1. de teſt.* quem refert & ſequitur Felin. *in d. § porro. col. fin.* per *l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. § idem Pollioni. 6. infr. ad leg. Iul. de adult.* 180

Limita † etiam d. regulam non procedere, quando vnus teſtis deponeret de viſu, quod vidit hominem mortuum: nam licet non plene probet mortem: tamen tollit illam iuris præſumptionem, quod præſumatur viuere centum annos: ita dicit Baldus *in d c. §. notandum de his, qui feud. dar. poſſ.* & Fel. *in d. c. 1. § porro col fin.* 181

Et † pro complemento prædictorum, adde quod quando iudex vult examinare ſuper morte alicuius poteſt ex officio talem examinationem facere, etiã parte non citata: ita dicit Bald. *in d. § porro.* quem ibi refert & ſequitur Felin *in fin col.* quod eſt valde notandum pro limitatione eorum, quæ habentur *in c. 2. de teſtib. & l. ſi quando. de teſtib. C.* 182

183 Sextum † requiſitum principale in gloſ. eſt, quod ſciat delatam ſibi eſſe hæreditatem, ſcilic. quod ſit conſtitutus pure, vel ſub cõditione, quæ iam eſt purificata; quia alias ſi ignorat, an pure vel ſub conditione ſit inſtitutus, non poteſt interim adire, *l. is qui hæres ſupra eo. & l. hæres infra eod. & l. 1. §. ſcientiam. infra, de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Quando autem dicatur delata hæreditas? habetur *in l. delata. 151. infra, de verbor. ſignif.* Et dixi ſupra *in euidentialibus*. Sequitur nunc ſeptimum requiſitum.

184 Septimum principale requiſitum † in gl. eſt, quod ſciat teſtatorem potuiſſe teſtari: nam ſi dubitat, an teſtator ſit paterfamilias vel filius familias, non poteſt interim adire: quia dubitat de viribus teſtamẽti: vel, an ſit ſibi delata hæreditas. *l. hæres 32. §. fin. infra, eod.* & quod taliter dubitans non poſſit interim adire, tenet Petr. Philip. Corn. *in conſil. 85. in fin. in 2. volum.*

185 Octauum † requiſitum in gloſſ. eſt, vt ſciat, quod nullus eum præcedit in ſuccedendo: quia alias de viribus teſtamenti dubitat, & est exemplum: ſi teſtator decedat, relicta vxore, & inſtituto fratre hærede: quia filium non habebat frater iſte, hæres dubitat, an vxor teſtatoris ſit relicta prægnans, ita vel non? non poteſt interim adire; nam ſi poſthumus naſceretur, rumperet teſtamentum: quia reperiretur præteritus; iuxta not. *in l. Gallus. 29. ſupra de liber. & poſth.* Ita de hoc eſt tex. *in l. cum quidam. 30. § 1. infra, adde l. quamdui. 3. l. 1. ſupra eod.*

186 Nonum † & vltimum requiſitum in gloſſ. eſt, vt ſciat, ex qua cauſa ſit hæres inſtitutus: an ex teſtamento, vel ab inteſtato, & ex qua cauſa hæreditas ad eum pertineat; nam ſi geſſit ſe pro hærede ab inteſtato, cum eſſet ex teſtamento hæres: non valet aditio. Idem econtra, tex. *in l. ſi is, ad quem. 22. inf. eod.*

187 Ex † quibus infertur ad q. quotidianam, ſcilicet, an agens vt hæres contra aliquem teneatur declarare, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato: vt alias libellus poſſit redargui de obſcuritate. Bald. *in l. ſi auia. 2. col. 2. C. de ſucceſſ. edict.* tenet, quod ſic, ſcilicet, quod tenetur exprimere: idem tenet Bart. *in l. ſi defenſor.* alias §. 4. *l. 9. §. illud quæritur ſupr. de interr. act.* cum limitatione, ſi reus aliter deliberare non poteſt, niſi fiat ſibi d. declaratio: idem tenent Bald. & Paul de Caſt. *in d. l. ſi is, ad quem. 22. inf. eod.* & Spec. *in tit. de act. §. 1. verſ. item, qui dicit ſe hæredem.* Et ratio eſt ex prædictis: quia alias adire non poteſt, vt dicit Bald. *in d. l. ſi is, ad quem.* vnde debet porrigere libellum ita clarum, vt ex eo appareat, qualiter eſt certus, ex qua cauſa ad eum ſpectat hæreditas, ita vt adire poſſit.

188 Quid autẽ † ſi hæres agit antequã hæres ex teſtamẽto, & pacto opponit, quod non ſit hæres ex teſtamẽto, an teneatur agens in continenti probare ſe eſſe hæredem ex teſtamento? dic, quod non: ſed reſeruatur in proceſſu & ad merita cauſæ, ita tenent Spec. *in tit. de actore. §. 1. verſ. item quicq; dicit. & verſ. ſed pone quidam.*

189 Quid autem, † ſi quis egit ex teſtamento, & ſuccubuit, an poſſit poſtea agere ab inteſtato, tanquam hæres proximior: vt quia forte fuit pronunciatum teſtamentum non valere; dic, quod ſic: caſus eſt not. *in l. mater decedens. 19.* & ibi Bart. & Bald. *ſup. de inoff. teſtam.* per quem text. ita fuit deciſum in ſacro conſil. Neap. vt eſt *dec. in nu. 53.* vbi deciditur magis pulchre caſus, & magis dubitabilis, ſcilicet an ille, qui egit ex teſtamento & ſuccubuit, ſi appellauit, poſſit in cauſa appellationis deducere cauſam inteſtati. Et dicitur ibi quod ſic, vnde probando ſe hæredem ab inteſtato, obtinebit in cauſa appellationis; & ratio eſt per illum tex. *in d. l. mater.* quia agnoſcẽdo viam incompetentem non cenſetur renunciaſſe viæ competenti, quam tunc ſibi ignorabat competere.

Ex † hoc datur optima limitatio ad id, quod dicit Bar. *in l. 1. in fin. C. ſi aduerſ. liber.* vbi dicit, quod iudex appellationis nõ poteſt iudicare, niſi ſuper meritis primæ cauſæ, ſuper quib. iudicauit iudex a quo. Et idem tenet Paul. de Caſtr. *in conſil. 306. in princ. in 1. vol.* 190

Quid † autem, ſi aliquis egit tanquam hæres ex teſtamento, & in proceſſu non potuit probare ſe hæredem ex teſtamento: ſed probauit ſe hæredem eſſe ab inteſtato, an poſſit ex huiuſmodi probationibus obtinere? vel econtra, ſi agit ab inteſtato, & probauit ex teſtamento? dic, quod non poteſt obtinere, imo ſuccumbit: ita concludit Alex. *in conſ. 221. incip. Viſo proceſſu cauſæ, &c. in 1. vol.* vbi plene loquitur in hac materia? Et ratio eſt; quia de iure is, qui agit ex vna cauſa, ſi probat ex alia, ſuccumbit: quia non poteſt ferri ſententia condemnatoria, text. eſt not. *in l. habebat. 13. ſupra, de inſt.* & tenet Paul. de Caſt. *in d. l. ſi is, ad quem. 22. infra eod.* Alia ratio eſt; quia is, qui agit vt hæres, debet eſſe certus, ex qua cauſa eſt hæres, ſcilicet an ex teſtamento, vel ab inteſtato: vt dicit gloſſ. *hic.* alias adire non poteſt, vt *d. l. ſi is, ad quem.* Per hoc autem, quod egit ex teſtamento, cum eſſet hæres ab inteſtato, vel econtra, apparet, quod non erat certus: vnde non valuit aditio: merito ſuccumbit, vt *ſupra.* Et quod agens ex vna cauſa & probans de alia ſuccumbat, tenet Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus, infra de verb. oblig. in 5. colum.* & Mod. *in l. certi condictio. 9. §. ſi nummos ſupra, ſi cert. pet.* & per Innoc. & Canon. *in c. ex parte Ablatiſſæ. 15. de priuil. & in c. examinata. 15. de iud.* 191

Limita tamen † hanc regulam procedere, quando agitur petitorio: ſecus ſi ageretur poſſeſſorio: quia in eo obtineris, qui agit ex vna cauſa, & probat de alia: ita tenent Bald. & Ang. *in l. vlt. C. de anna. except.* Secundo, † limita non procedere in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta & ſine figura iudicii: nam tunc ex quo ſola veritas attenditur, obtinet is, qui agit ex vna cauſa, & probat de alia: ita tenet Alexan. *in d §. Chryſogonus. in 5. col. in fin. & Iaſ. in d. §. ſi nummos. col. 7.* & ratio eſt; quia quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, receditur à reg. iuris cõmunis, & cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates iur. ciuilis poſitiui, adeo, quod procedi- 192 193

tur

tur in cauſa manu regia, ita plene tenet Pet. Ph. Cot. *in conſil.* 243. 4. *vol.* & Lud. Rom. *in conſil.* 20. & Bal. *in l. prolatam.* 4. C. *de ſent.* & Soc. *in conſil.* 11. *col.* 2. *in* 1. *vol.* & Paris *in tract. ſynd. verſic. ſententia. col.* 5.

194 Hinc dicimus, † quod licet alias ſententia debeat eſſe conformis libello, *l. vt fundus.* 18. *ff. communi diuid. & l. vlt.* C. *de fideic. lib.* tamen, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, poteſt ferri ſententia, etiam non conformis libello: & ſuper alio, quam ſuper petitis: ita tenet Iaſ. *in l. vinum.* 22. *colum.* 17. *ſupra ſi cert. pet.* per ea, quæ not. Bar. *in l. Aemil.* 38. *ſupr. de minor.* vt ibi dicit, quod Princeps poteſt pronunciare ſuper non petitis, ex quo debet iudicare ſecundum veritatem, nec tenetur ſeruare ordinem iudi-

195 ciarium, *C. ad petitionem, de accu.* & not. Bal. *in c.* 2. *de noua forma fidel.* † Item licet alias libellus ineptus admitti non debeat; imo vitiat proceſſum: & ſuccumbit is, qui eum præſentat, ſecundum Bart. *in l.* 1. §. 1. *ſupra ſi men. fal. mod. dixe.* & Abb. & Fel. & communiter Doct. *in c. dilecti.* 6. *de iudic.* tamen in cauſis ſummariis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, admittitur libellus licet ineptus: & valet ſententia lata ſuper eo; & eſt ratio; quia in huiuſmodi cauſis non requiritur libellus: vt not. Bar. *in extravag. ad reprimen. in ver. & figura.* vnde ſi interveniat, & ineptus, non vitiat: gl. eſt ſingularis *in vinum. in fin.* & ibi Alex. & communiter Modern. maxime Iaſ. *in pen. & fin. colum.*

196 Vnde infertur ad practicam: † quod ex quo hodie in Regno Siciliæ, omnes cauſę ciuiles ſunt ſummariæ: & proceditur in eis ſola facti veritate inſpecta, & ſine figura iudicii, vt dicit prag. 1. quæ incipit, *diſpendia, &c. deteſtantes.* ſequitur, quod hodie in Regno indiſtincte obtineris, qui agit ex vna cauſa, & probat de alia. Item poteſt ferri ſententia ſuper non petitis; & ſic non conformis libello; item poteſt ferri ſententia ſuper libello inepto, ex quo libellus non requiritur per prædicta, licet alias de iure communi ſententia ſuper libello inepto ſit ipſo iure nulla, vt ſupra, & not. Iaſ. *in d. l. vinum, colum. fin.* vbi plura allegat.

197 Ad vnum tamen aduerte in hac materia, † quod licet alias in cauſis ſummariis admittatur libellus generalis, ſecundum Bar. *in extrauag. ad reprim. in d. ver. & figura.* illud tamen intelligitur, niſi pars opponat: quia parte opponente non admittitur: ex quo non poteſt deliberare: ita ſingul. limitat illud dictum Bar. Alex. *in conſil.* 32. *col.* 3. *in* 4. *vol.*

198 † iuxta prædicta cadit vnum dubium, quod eſt notandum & vtile: pone, quod aliquis agit petitione hæreditatis, tanquam hæres defuncti ab inteſtato, in proceſſu autem non probauit ſe eſſe proximiorem in gradu, nec probauit defunctum deceſſiſſe ſine liberis, ſed ſolum probauit ſe eſſe patruum, vel amitam defuncti, vel fratrem, an ex hoc ſolo obtineat? dic quod ſic: ita notanter concludit Petr. Phil. Corn. *in conſil* 97. *in* 4. *volum.* & ſentit Lud. Rom, *in l. hæres.* 54. *infra eod.* & Alexand. *in hac l. is poteſt* 18. & Soc. *in conſil.* 89. *colum.* 4. *in* 1. *volum.* & de ratione vide plene *in dictis conſiliis.*

Ex hoc deciditur † aliud pulchrius dubium: ſubſtitutus pupillaris mortuo pupillo agit petendo hæreditatem ex ſubſtitutione, in proceſſu probat ſe ſubſtitutum pupillo: & pupillum eſſe mortuum: non tamen probat, quod mortuus ſit in pupillari ætate: ſed ſolum ſimpliciter eſſe mortuum: quæritur, an debeat obtinere? Et videtur prima facie dicendum, quod non: quia fundamentum intentionis ſubſtituti eſt, quod pupillus ſit mortuus impubes, vnde debuit hoc probare, vt not. Bar. *in l. hoc iure.* 10. *infra de verb. oblig.* & Abb. *in c. bona, el. elect.* item, quia quilibet præſumitur viuere 100. annos, *l. vlt. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* vnde debet potius præſumi mortuus maior, quam minor. Item; quia quando ſumus in probanda ætate, non præſumitur ætas maior, nec minor: ſed debet probari per eum, qui ſe fundat in maiori vel minori, tex. eſt & ibi Bart. & Bald. *in l. ſi minorem.* 4. *C. de in integ. reſt. & in l. cum te.* 9 *C. de probat.* ergo debebat ipſi ſubſtituto incumbere onus probandi minorem ætatem: & quod in ea eſſet mortuus pupillus: in contrarium tamen eſt veritas, ſcilicet, quod dictus ſubſtitutus obtinet probando ſe ſubſtitutum, & pupillum eſſe mortuum, licet non probet, in qua ætate ſit mortuus, niſi ex aduerſo probetur, quod ſit mortuus pubes: ita notabiliter concludit Socin *in d. conſil.* 80. *col.* 4. *in* 1. *vol.* vbi allegat ita tenere Bald. in quodam ſuo *conſil. incip. ex parte contingente, &c.* † Sicut etiam dicimus in ſimili, ſi quis fuit ſubſtitutus alicui, ſi deceſſerit ſine liberis; nam ſufficit probare eum mortuum ſimpliciter: quia præſumitur mortuus ſine liberis, niſi contrarium probetur, ſecundum Soc. *in d. conſil.* 89. per tex. *in l. ex facto.* 17. §. *pen.* & ibi Alex. & Doct. *infra ad Treb.* 199 200

Vltra dicta nouem requiſita in gl. † potes addere decem extra gloſſ. dummodo is, qui vult adire, non ſit impeditus ex diſpoſitione alicuius ſtatuti, vt ſi ſtatutum vel conſuetudo dictat, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum: nam tunc non poterit mulier adire hæreditatem ſine conſenſu propinquorum: ita tenet Bar. *in l. more.* 8. *ſupra eod.* & tangit *in l. mutum.* 5. & ibi etiã Paul. de Caſt. *ſupra eod.* & Pet. Phil. Cor. *in conſil* 154. *col. fi. in* 4 *vol.* licet non videatur firmare; & eſt ratio; quia hæres adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum creditoribus, *l. apud Iulianum* 3 §. *vlt. infra, ex qui cau. in poſſ. ea. & §. hæres, in fin. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract. & l. ſi quis. §. hæres, infra, de act. & oblig.* & tenet Petr. Phil. Corn. *conſil.* 97. *col.* 2. *in* 2. *volum.* 201

Contraria tamen in hoc eſt communis opinio, quod imo, non obſtante dicto ſtatuto poſſit mulier adire ſine interuentu conſanguineorum. Et hanc contrariam partem tenet idem Bart. *in d. l. apud Iulia-*

*num.3.§.fin.* & Abb. *in c. qua fronte 25. de appell* & Bald. Angel. Imol. & Alex. *in l. mutum.* vbi dicit Alexand. hanc eſſe communem opin. quia ſtatutum debet ſtrictè intelligi in contrahendo, prout loquitur, & non debet extendi ad quaſi contractum: & ibi multa allegantur vno ſolo caſu poſſe procedere iſtud in decimi in requiſitum, ſcilicet, quando ſtatutum expreſſe diſponeret, quod mulier non poſſit adire ſine conſenſu propinquorum: ita dicit Alex. *in d. l. mutum, col. fin.*

202 Deſcendo nunc ad 2. partem † principalem huius glo. ibi; *ſed regula huius, &c.* pro cuius intelligentia oppono regulam, quæ dicit, quod is poteſt repudiare, qui poteſt adire, & non econtra; nam tutor poteſt adire hæreditatem, vel bonor. poſſeſſ. pro infante, *l. ſi infanti. 18. C. de iure deliber. l. tutor. 8. & l ſi pupill. 11. infra. de bonor. poſſeſſ. & l. bonorum 7. qui admit.* & tamen eam repudiare non poteſt, *d l tutor. & l. 1. § tutor infra de ſucceſſ. edict.* glo reſpondet, & dicit quod fallit; tu dic, ſecundum Bart. quod iſta lex procedit in eo, qui poteſt adire per ſe, & ad vtilitatem ſui: ſecus eſt in eo, qui adit pro alio, & ad alterius vtilitatem: quia repudiare non poteſt: ita dicimus in tutore, ita dicit gloſſ. *in l. eius eſt nolle 3. infra. de regul. iur.* & ſentit gloſſ. *in d. l. ſi infanti.* & ratio eſt: quia is, qui poteſt adire pro ſe, poteſt etiam repudiare in ſuimet præiudicium: nam vnicuique licet iuri proprio renunciare, *l. pen. C. de pact. & l ſi index 41. ſupra dem in.* Quilibet enim in re ſua eſt moderator & arbiter, *l in re mandata. 21. C. mandat.* Hoc autem non procedit in eo, qui poteſt adire ad vtilitatem tertii: quia non poteſt repudiare in præiudicium illius tertii: ita dicimus in tutore, qui ratione officii tenetur curare ea, quæ ſunt vtilia pupillo, & ideo adire poteſt pro eo, non autem repudiare poteſt: quia officium ſuum non eſt ad hoc: nam quando pupillo incommodat, non dicitur tutor: & ita dicit tex. *in d. l. qui fundum. 7. § ſi tutor. 3. infr. pro empt.* & ſentit gl *in d. l tutor.*

203 Secundo oppono ſuper iſta † gloſſ. contra hunc tex nam ſeruus non poteſt repudiare, & tamen poteſt nolle adire, *l. cum proponas. 3. C. de hæred. inſtit.* gl. dicit, fallit ſuper hoc pro intelligentia eſt aduertendum: nam ſi volumus intelligere iſtud contrarium ita ſimpliciter, prout facit in gl. certe non eſſet contrarium, nec fallentia ad hunc textum; nam in tex. ponitur regula continens duo: vnum ſcilicet negatiuum, & aliud affirmatiuum: ſcilicet, is poteſt repudiare, qui poteſt adire: ad hoc ergo, vt exceptio ſit bona, eſt neceſſe, quod ſit de regula, & diſponat contrarium eius, quod dicit regula: ita dicit Bartol. *in l. in his. 15 ſupra, de leg. & in l. 1. infra de reg. iur.* tunc enim firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. quæſitum. 12. § denique. 43.* & ibi gloſſ. & Bart. *infra. de inſtrum. legat. & l nam quod liquide. infra de pen. lega in fin. & l generali. §. vxori. infr. de vſuſr legat.* & ibi Bart. idem tenet Alex. *in conſil. 28. colum. pen. in 1. vol.* & Abb. & Felin. *in c. quoniam frequenter. §. vt lite non conteſtat.* Et prædicta plene ponit Petr. Phil. Corn. *in conſil. 57. in 1. vol.* Ad propoſitum ergo, vt ſit bona exceptio ad iſtam legem, eſt neceſſe, vt ponatur exemplum de eo, qui poteſt adire, & non repudiare; ſicut diximus de tutore: vel contra de eo, qui poteſt repudiare, & non adire: vt dicemus infra de domino & ſeruo: ſed iſtud exemplum gloſſ. eſt ſolum de repudiatione & omiſſione: & ſic continet duo, vtraque negatiua: vt ergo procedat contrarium, forma ipſum ſic: ſeruus non poteſt per ſe adire; quia requiritur iuſſus domini, *l. ſi quis mihi bona. 25. §. iuſſum. infra, eodem.* & tamen licet non poſſit expreſſe repudiare, poteſt tamen nolle adire: & ſic facere, vt dominus perdat hæreditatem non adeundo, vt *d. l. cum proponas.* & ibi Alex. & ita videtur procedere cõtrarium; nam ſeruus non poteſt adire, & tamen poteſt nolle adire, quod inducit effectum repudiationis: ſed reſponde, quod non eſt contrarium; nam iſta lex ponit duo extrema, ſuper quibus ſtat fundata regula huius legis, ſcilicet adire, & repudiare, quæ regula confirmatur etiam in ſeruo negatiue. Nam ſeruus non poteſt adire, & minime poteſt repudiare: ſecundum Alex. *in d. l. cum proponas.* & ibi etiam Paul. de Caſt. & Imol. *in l. ſi paterfamilias. 40. ſupr. de hæred. inſtit.* & ſic concordat cum iſta. Quia tamen inter iſta duo extrema eſt dare quoddam medium, quod eſt nolle adire, vt not. Bartol. *in l. iam dubitari. 86 ſupra, de hæred. inſtit. & in l. 1. §. filii. infra, ad Tertul.* & Alexand. plene *in l qui ſe patris. 3. C. vnde lib.* & Petr Phil. Corn. *in conſil. 205. penult. in prin. in 2. vol. & in conſil. 110. colum. fin. in 1. volum.* ideo; quia ſeruus poteſt nolle adire: non eſt contrarium huic legi, cum non reſpiciat dicta extrema: & maxime; quia dominus poteſt compellere ſeruum, vt dicit tex. *in l. 1. §. 1. infra. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* licet ſeruus poſſit pati ſe exorari, & non adire, vt not. glo. *in d. l. cum proponas.*

Tertio, ſuper hoc oppono, † hanc oppoſitionem 204 ſentit Bart. *hic, ſuper iſta gloſſ.* nam dominus, cuius ſeruus eſt hæres inſtitutus, non poteſt adire hæreditatem niſi ſeruo volente, vt *d. l. cum proponas.* & ibi per Alex. & Paul. de Caſtr. & tamen poteſt eandem per ſe repudiare ſine ſeruo, *l. 1. § per ſeruum infra, de ſuc. edict.* & not. gl. *in d. l. 1. §. fin. infra, qui omiſ. cauſ. teſt. in verſic. ab inteſtato* in gloſſ. *in l. is qui hæres. 13. §. fi. ſup. eod.* licet Bart. *in d. §. vltim.* ſentit contrarium; tamen communiter reprobatur, vt dicit ibi Alex. & communiter Modern. *& in l. legatum ſeruo. 7. infra. de leg. 1.* iſta oppoſ Bart. hic non reſpondet, ſed remittit ſe ad ea, quæ dixit *in d. l. is qui hæres 13. §. fin. ſup. eod.* vbi dat illam ſolu. reprobatam, ſcilicet quod dominus non poteſt nec adire, nec repudiare ſine ſeruo; quia tamen eius opinio non tenetur, propterea tu ſolue alio modo, per quam ſolut. habebis notabilem intellectum ad hanc legem, vnde dicas, quod iſta lex procedit in eo, qui eſt hæres ex perſona ſua, & per ſe vel-

ſe vellet adire vel repudiare; ſecus eſt in eo, qui eſt hæres ex perſona aliena: prout eſt dominus, qui intendit eſſe hæres ex perſona ſerui ſui: quia in eo ceſſat regula huius legis, ita ſingulariter dicit Alex. *in d. l. legatum ſeruo. col. 2.* & ſentit Bald. *in l. ſi infanti. 18. col. 2. C. de iure delib.*

205 Ex prædictis ergo infertur † multum notabiliter, quod ſi ſeruus hæres inſtitutus moriatur ante aditam hæreditatem, & antequam ipſe ſeruus conſenſerit aditioni, dominus non poterit vlterius adire, & ſic hæreditatem perdit, ita eleganter dicit Bart. *hic. in 4. colum.* per text. *in l. unde Neratius. 23. §. 1. ſupra, ad leg. Aquil.* Deinde gloſſ. quærit, quid dicendum

206 eſt † in filiofam. & remittit ſe ad notata *in d. l. is qui hæres 13. §. fin. ſupra eod.* tu dic breuiter, prout colligitur de mente Bartoli & Alexand. & communiter Doct. *in d. §. fin.* quod neque pater ſine filio, neque filius ſine patre poteſt adire, nec repudiare, ſed vterque debet interuenire in adeundo, vt *d. l. ſi quis mihi bona. 25. § iuſſum.* & etiam in repudiando, vt dicit textus *in d. §. fin.* alias ſi vnus eorum repudiat, alteri non præiudicat, probatur etiam *in l. renitente. 11.* & ibi per Cyn. & Dd. *C. de iure deliber.* Et hoc procedit indiſtincte in hæreditate profectitia delata filiofa. tam olim, quam hodie: quia hodie nihil eſt immutatum in profectitiis, ſed tantum in aduentitiis eſt immutatum hodie, per *l. vlt. C. de bon. quæ lib.* per quã eſt prouiſum, quod filius poſſit repudiare in ſui tantum præiudicium: & ſimiliter pater ſine filio poteſt repudiare quoad ſuimet præiudicium: quo caſu filius ſolus adire poteſt, patre repudiante, & econtra, ita dicit Bart. *in d. §. fin. & dixi ſupra in 2. requiſito ſuper gl. vbi plene.*

207 Habes ergo ex prędictis, † quod pater non poteſt ſolus repudiare etiam hæreditatem profectitiam, cuius contrarium videretur dicendum prima facie: ex quo talis hæreditas pleno iure acquiritur patri, vt olim & hodie, *l. placet. 97 infra. eod.* & not Bart. *in d. §. iuſſum,* vnde deberet eſſe idem, quod dicimus in domino & ſeruo: & tamen in contrarium eſt veritas, vt ſupra. Et ratio differentiæ eſt inter matrem & dominum: quia filius ſperat omnino, mortuo patre, fieri ſui iuris: quo caſu poteſt ſibi ſoli acquirere hæreditatem ſibi prius delatam: & ideo iura noluerunt, quod pater poſſit in præiudicium filii repudiare, ſecus eſt in ſeruo, qui nullo modo ſperat per mortem domini fieri liber: nam mortuo domino remanet adhuc ſeruus hæreditarius: vnde cum nullum patiatur præiudicium ex tali repudiatione iura permiſerunt domino ſoli repudiare: & hanc rationem aſſignat Cyn. *in d. l. renitente. 11. C. de iure deliber.* & Bald. *in l. 1. col. 10. verſ. & in 6. puncto. C. qui ad-*

208 *mit.* Prædictis adde vnum notandum verbum † quod licet filius non poſſit expreſſe repudiare in præiudicium patris; tamen tacite repudiando poteſt patri præiudicare, veluti ſi paſſus fuit labi tempus ſibi ſtatutum ad adeundum à lege, vel à iudice: nam tunc etiam pater excluditur ab adeundo: niſi filius maliti oſe neglexiſſet adire, ita tenet Bart. *in d. l. is qui hæres. 13. §. vlt.* & ſic in iſto caſu plus operatur tacita repudiatio, quam expreſſa: pro hoc eſt tex. *in l. vlt. infr. quis ord. in bon. poſſeſſ. ſer.*

Quarto, † iuxta ordinem gl. oppono; nam bonorum poſſeſſ. decretalem poteſt quis agnoſcere, & tamen non poteſt eam repudiare, *l. 1. §. decretalis. infra. de ſucceſſ. edict.* gl. dicit, fallit. tu autem pro intelligentia præmitte, quod bonor. poſſ. in genere ſumpta eſt duplex: quædam enim dicitur edictalis, & quædam decretalis; edictalis eſt illa, quæ eſt prodita à prætore mortuo, & ideo dicitur edictalis; quia continetur ſub edicto prætoris mortui; nam prætor fecit multa edicta, prout eſt edictum, vnde liberi: vnde cognati, & alia ſimilia: illa ergo, quæ competit ex quocunque edicto prætoris mortui, dicitur edictalis Et dicitur edictalis, donec eſt in potentia, vt agnoſcatur antequam ſit agnita, vt not. gl. *in l. 3. §. à municipibus. in verſicul. prætoris. infra, de bonor. poſſ.* decretalis autem tunc dicitur, quando eſt decreta authoritate iudicis ei, cui competit cum decreto: prout olim requirebatur: & ideo dicitur decretalis a decreto, quod olim requirebatur: hodie autem non requiritur decretum; quia non eſt neceſſe, quod iudex eam decernat, ſed ſufficit, quod pars eam agnoſcat coram iudice per quæcunque verba, *l. vlt.* & ibi Bart. & Modern. *C. qui admit.* & ibi dicit Bart. quod hodie non dicitur vlterius bon. poſſ. decretalis, ſed potius iudicialis appellatur, vt etiam notat gl. *in d. § municipibus.* 209

His præſuppoſitis apparet † reſponſio ad contrarium: nam ideo non poteſt repudiari bon. poſſ. decretalis: quia antequam ſit decreta, nondum eſt delata, nec in eſſe producta, & cum delata non ſit, repudiari non poteſt, ſicut dicimus in hæreditate, quæ non poteſt repudiari, antequam ſit delata, *l. nolle.* & ibi gl. *& l. is qui hæres. ſupra, eod.* ſed poſtquã eſt decreta, minime poteſt repudiari; quia iam acquiſita eſt, & hæreditas vel bon. poſſ. ſemel acquiſita, amplius repudiari non poteſt, *l. ſicut. 4. C. de repud. hæred & l. ſi te bonis. 10 C. de iure delib.* & notat. Petr. Phil. Corn. *in conſil. 61. col. pen. in 4. volum. & l. ſi quis filium. 7. §. vlt. & ibi gl. vlt. ſupra, eod.* ita proprie iſtud contrarium ſoluit tex. *in d. §. decretalis.* & Bart. *hic in 4. col.* lex ergo noſtra loquitur de hæreditate delata, quia illa poteſt adiri & repudiari, *l delata. 151. infr. de verb. ſig.* & in ea habet locum regula huius l. 210

Sed contra poſſet aliquis inſtare: † nam ſi dicis, quod bonorum poſſeſſio decretalis non poteſt repudiari, ideo; quia non eſt delata, ſequitur, quod minime deberet poſſe acquiri, ſicut dicimus etiam in hæreditate: nam hæreditas, vel bonorum poſſeſſio, quæ non eſt delata, acquiri non poteſt, vt *d. l. delata. & d. l. is qui hæres, in prin. iuncta gl. 1. ſupra. eod* & tenet Bal. *in l. potuit. in 7. quæſt C. de iure delib* ſed reſponde, quod iſta bon poſſ. decretalis eſt quoddam ius 211

ius executiuum bonorum poſſeſſionis edictalis: nam ille, qui petit hanc decretalem, non petit aliquod ius per ſeparatum: ſed petit executionem ſibi fieri per prætorem viuum de illo iure, quod cõtulit prætor mortuus: quod patet; quia ſi quis repudiat edictalem, perdit etiam decretalem tanquam ſuum executiuũ, vt not. gl. ſing. *in d. §. decretalis. in ver. eam*; iura ergo quæ dicunt, quod non poteſt acquiri hæreditas nondum delata, nec bonorum poſſeſſio, loquuntur in illo iure adeundi, quod ſtat per ſe: nam illud ad hoc, vt acquiratur, debet eſſe delatum, ſed in caſu noſtro ille, qui petit decretalem, non acquirit effectualiter ipſam decretalem, tanquam quiddam per ſe, ſed potius acquirit effectum & executionem edictalis: licet ergo habeat iſtud nomen; quia appellatur decretalis; tamen in effectu non eſt ipſa, quæ acquiritur, ſed eſt edictalis, quæ acquiritur mediante decreto iudicis. Et nota hanc reſponſionem; quia eſt ſubtilis, ſimile dicimus in hæreditate; nam eſt ius adeundi delatum, & eſt ipſa aditio, quæ eſt executio iuris adeundi; vnde ius adeundi poteſt repudiari, ſed ipſa aditio non; quia non eſt quid in rem productum, & poſtquã eſt facta aditio, minime poteſt repudiari, per *d. l. ſicut. 4. C. de repud. hær.* Vltimo gl. iſta in fine ſui allegat concordantias ad iſtam, ſcilicet *ſup. eod. col. 4. quæ incipit, nolle. & l. ſi quis extraneus. 21. §. ſed ita. infra, eod.* quæ iura vide per te, quia clara ſunt, & bene faciunt & concordant cum hac l. Et per hæc ſit expedita tota iſta gl. ſua.

Expedita gloſſ. venio ad ſuppletiones. Et pro declaranda materia huius legis, Bar. hic reaſſumpſit tria membra, & multum eleganter, ſed obſcure loquitur: propterea reaſſumendo dicta tria membra, vt reddam ea magis clara, ad hoc, ſciamus in quibus caſibus procedit regula eius legis. Præſuppono ſecundum Bar. declarando ipſum, quod poſſe adire, ſeu potentia adeundi conſideratur tripliciter. Primo modo conſiderando ipſam potentiam in abſtracto, non reſpectu alicuius certæ hæreditatis præſentis nec futuræ, ſed ſimpliciter, & in genere: & tunc iſta potentia nihil aliud eſt, niſi ipſa libertas, quæ eſt incerta cuilibet homini iure naturali, per quam permittitur vnicuique facere quidquid vult, niſi iure, aut vi prohibeatur, *l libertas. 4. ſupra, de ſtat. hom. & Inſtit. de iure perſon. §. 1.* & ſic iſta potentia non eſt quid ſeparatum ab ipſa libertate: nam ideo poteſt quis capere & adire; quia quilibet eſt capax, & in iſta potentia conſideratur ſolum libertas & capacitas: nam omnis liber & capax adire poteſt, quando ſibi defertur.

Ponit in ſimili exemplum † Bart. hic de vſufru-
211 ctu, pro cuius declaratione dic, quod duplex eſt vſusfructus, ſcilicet cauſalis, & formalis: vſusfructus cauſalis dicitur ille, quem habet quilibet dominus in re propria, & ideo dicitur cauſalis; quia cauſalis eſt, quæ cauſatur à proprietate, & eſt quid coniunctum cum proprietate: vſusfructus enim formalis eſt ille, qui eſt ſeparatus à proprietate, & eſt quoddam ius per ſe. vt eſt quando vnus habet proprietatem, & alius vſumfructum, & ideo dicitur formalis, quia eſt quædam forma ſeparata à proprietate, & eſt ſpecies ſeruitutis: ita diſtinguit Bal. *in l. vſufructu 57. ſupra ſolut. matr.* & Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Titius infra de verb. obl.* & Bart. & Cæp. *in tractat. ſeruit in c. 4. ſup. rub. de ſerui. & vſufruct.* pro hoc eſt tex. *in l. ſi vnus. 27. §. antep. ſup. de pact.* Reducitur ergo ad propoſitum iſtud exemplum; quia ſicut vſusfructus cauſalis eſt quid coniunctum cum proprietate, & ideo dominus vtitur; quia dominus eſt, & iſtud ius adeũdi vnitum cum libertate hominis, & ideo illud habet; quia eſt homo liber & capax, vt ſupra. In iſta ergo potentia ita in genere ſumpta procedit regula negatiua tradita *in l. nolle. ſupr. eod.* videlicet, quod is, qui non poteſt adire, minime poteſt repudiare, ita dicit. Bar. hoc, quem declara ille, qui non eſt capax ad acquirendum, minime eſt capax ad repudiandum. Regula autem affirmatiua huius legis non procedit; quia ille, qui eſt capax ad acquirendum, non poteſt repudiare, id eſt, non poteſt facere ſe incapacem, & tollere ſibi libertatem quam habet à natura; nam in vno ſolo caſu poteſt id facere, ſecundum Bar. ſcilicet quando patitur ſe vendi ad pretium participandum: in aliis ergo caſibus non poteſt ſe facere incapacem.

Adde, quod iſta opinio Bar. eſt vera & communis, & ab omnibus tenetur hic, ſecundum Alex. excepto Raph. qui tenet contra Bar. ſcilicet vt procedat etiã regula affirmatiua: tamen quia opin. Raph. communiter reprobatur, prout ipſum reprobat hic Alex. ideo non curo aliter eum referre. Et per iſtam opin. Bar. & communem, habes optimam reſtrictionem & declarationem ad hanc legem ſcilicet, vt non procedat in potentia adeundi ita abſolute & in genere conſiderata.

Fallit in alio caſu ſecundum Bar. hic, † ſcilicet, 213
quando aliquis efficitur Frater minor de ordine ſancti Franciſci: nam propter regulam huiuſmodi fratrum, talis efficitur penitus incapax, vt habetur *in Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſign.* vnde amittit libertatem illam & capacitatem adeundi: hinc dicit Bar. *in d. l. ſi in metallum, 3. infra de his quæ pro non ſcrip.* quod ſi aliquis inſtitueret hæredem aliquem Fratrem minorem, talis inſtitutio eſt ipſo iure nulla: ideo, quod hæreditas remanet venientib. ab inteſtato: quod ponit late Bar. *in ſuo tract. Minoritarum.* & Bal *in authent. ingreſſi. colum. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ.* illud ergo quod dixi ſupra, in primo requiſito in gloſſ. quando hæreditas eſt delata monacho, quid iuris ſit? intellige in alio monacho, quam in fratre minore. Deinde Bar. format vnam oppoſit. *d. l. 4. ſupra, pro ſocio.* vbi dicitur, quod poteſt contrahi ſocietas de hæreditate incerta obuenienda. Quam oppoſitionem declara: nam tendit contra id, quod ſupra dixit, quod iſtud ius adeundi in genere ſumptum

ptum non eſt quid per ſe, nec ſeparatum à libertate,& ideo non poteſt repudiari: nam contra iſtud facit; quia ſpes hæreditatis incertæ poteſt deduci in contractum ſocietatis; ergo non eſt aliquod ius per ſe; quia alias deduci non poſſet; ergo poteſt ei renũciari; ſoluit Bar.& nunc eius ſolutio eſt clara, præmiſſa prædicta declaratione, ideo vide per te.

214 Secundo modo † conſideratur potentia adeundi; & tunc capio ſecundum membrum Bar. *ibi in 2.col.* vbi dicit ſecundum poſſe adire, &c. Et iſta potentia eſt reſpectu certæ hæreditatis futuræ nondum delatæ; quia non eſt mortuus is, de cuius hæreditate agitur,& in hoc Bar.facit duo membra: ſcilicet, aut conſideramus iſtam potentiam adeundi ab inteſtato,aut ex teſtamento. Primo caſu, ſcilicet quando eſt ab inteſtato: aut eſt potentia adeundi, quam habent deſcendentes: aut illa, quam habent alii conſanguinei præter liberos. Deinde Bar. dicit,aſſumo aliud ſecundũm membrum, ſuper quo aduerte, ꝙ ſub illa ſubdiſtinctione, quam fecit Bar. de potentia adeundi deſcendentium & aliorum conſanguineorum, omittit primum membrum, ſcilicet deſcendentium, & capit ſecundum, ſcilicet aliorum conſanguineorum: & ſuper hoc ſecundo procedit primo. Et concludit Bart. quod iſtud ius ſuccedendi, quod habet conſanguineus in bonis conſanguinei, non eſt aliquod ius per ſe ſeparatum, ſed eſt quoddam ius annexum cum iure ſanguinis, & non poteſt ab eo ſeparari: ſicut dicimus in vſufructu cauſali, qui cauſatus à dominio: ita iſta potentia ſuccedendi cauſatur a conſanguinitate, & ſine ea non eſt: in iſta ergo potentia ſuccedendi procedit regula negatiua ſecundum Bar. quia is, qui non habet iſtud ius ſuccedendi; quia non eſt cõſanguineus, non poteſt illud repudiare: ſed regula affirmatiua huius l.non procedit; quia is, qui habet iſtud ius ſuccedendi, non poteſt illud repudiare; & ratio eſt; quia cum ſit quid annexum cum iure ſanguinis: & ius ſanguinis non poteſt repudiari, *l.ius agnationis. 34.ſupra de pact. l.iure ſanguinis. 8. infra,de reg.iur.& inſtit.de iure natur.§.ſed naturalia.* Ideo minime poteſt repudiari iſtud ius ſuccedendi, *l.pactum dotali.3. C.de collatio.*

Contra tamen illud quod dicebatur, quod iſtud non eſt ius per ſe: adducit Bart. duo fundamenta,

215 primum: nam † mater,quæ non petit tutorem filio ſuo intra annum,perdit ius ſuccedendi illi filio. *l.2. §.ſi mater.infra,ad Tertul & l.omnem.6.C.eod.tit.*ergo eſt aliquid ſeparatum per ſe, quod patet; quia perditur & vadit ad illos,ad quos iret, ſi mater non eſſet,vt *d.l.2.§.fin.infra,ad Tertul.* nam ſi nihil eſſet de per ſe,perdi non poſſet.

216 Secundum fundamentum eſt; † quia conſanguineus habet ſpem ſuccedendi conſanguineo ſuo, *l.3.§ ſi quis quaſi.ſupr. de condict. ob cauſam.* ſed ſpes eſt aliquid,quod patet: quia poteſt donari, ſeu cedi, *l.ſpem.3.C.de donat.* ergo ſequitur,quod tale ius ſuccedendi eſt aliquid ſeparatum à ſanguine. Ad primum reſpondet Bart. quod verum eſt, quod illud ius ſuccedendi poteſt adimi & ſeparari à iure agnationis: vt *d.§.ſi mater.& §. fin.* tamen docet durat, non eſt aliquod ius ſeparatum ab illo iure agnationis: ſicut vſusfructus cauſalis poteſt ſeparari à dominino, & tunc dicitur vſusfructus formalis, vt ſupra fuit dictum tamen, dum eſt cum domino,non eſt,quid ſeparatum à dominio, ita in propoſito: vult enim dicere Bart. quod ex iuris diſpoſitione propter delictum perſonæ ſeparatur ius ſuccedendi à iure agnationis: ſicut contingit in matre, & habetur *in l.quiſquis.5.C.ad leg.Iul. maieſt.* tamen non interueniente dicto delicto, ſtat ſimul, & ab eo non ſeparatur, & tunc loquitur Bart. in ſuo membro; quia tunc durat illa potentia, de qua loquimur. Ad 217 ſecundum reſpondet: quod licet conſanguineus habet ſpem ſuccedendi; tamen ipſa ſpes eſt à iure reprobata, propter votum captandæ mortis, *l.1.C. de pact.&c.ne captandæ.3.de conceſſ præb.lib.6 &c.*& ideo talis ſpes reprobata non eſt in conſideratione; illud enim, quod eſt à iure reprobatum, pro nihilo reputatur, *l.conditiones.14.& l.filius.15.ſupra,de cond.inſtit.& l.non dubium.5.C.de legib.* Limitat Bart.prædictam concluſionem non procedere, † quando huic 218 iuri ſuccedendi renunciatetur cum pacto iuramento firmato: quia tunc de iure Canonico valet talis renunciatio, *c.quamuis.2 de pact.lib.6.*quod ius Canonicum ſeruatur hodie in vtroque foro, ratione iuramenti, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,iuxta *c.cum contingat.28.de iureiurand.* & ibi plene per Imolam *in repet.*& tenet Alexander, & ibi communiter Modet.*in d l.pact dotali.3.C.de Collatio.* Adde, quod Alexander, & communiter Doctores ſequuntur hoc loco Bart. ſententiam, ex cuius dictis habes aliam reſtrictionem, & declarationem ad hanc legem, ſcilicet vt non procedat in potentia adeundi, conſiderata ratione alicuius futuræ hæreditatis hominis viuentis: quæ impropriè dicitur hæreditas.

Circa illud tamen, quod dicit Bartolus, † quod 219 ſi mater non petit tutorem filio pupillo, priuatur iure ſuccedendi ipſi pupillo. Amplia, iſtud procedere etiam in matre naturali tantum: quia tenetur petere tutorem filio ſuo naturali, alias priuatur eius ſucceſſione, tex eſt *in l.vlt. C. qui petant tutor.* per quem textum ita dixit Bar.*in d.l. 2.§ ſi mater.infra,ad Tertul.*

Secundo amplia procedere non † ſolum in matre, ſed etiam in quocunque coniuncto obtinente 220 primum locum in ſucceſſione pupilli: quia priuatur ſucceſſione,ſi non petit ei tutorem, tex.eſt *in l. ſciant.10.C.de legit.hæred.*& not.Bar.*in l.1.col.1.ſupra, qui pet.tut.*

Tertio amplia † procedere non ſolum, quando 221 mater fuit negligens in petendo tutore: imo etiam ſi petit tutorem: & deinde ille tutor non admini-



ſtra-

ſtrauit, vel non fecit inuentarium, & alia ſolennia à iure requiſita: nam ſi mater non ſolicitauit, vt adminiſtraret, vel faceret inuentarium, ſimiliter priuatur ſucceſſione, ac ſi nō petiiſſet, tex. eſt, & ibi gl. Bart. *in l.2.§.quod ſi pater. infra, ad Tertul.* & Bart. *in l. vlt § perſonis. C. de adminiſt. tut.* Idem eſt, ſi ipſa mater, vel alius ſucceſſurus legitime ab inteſtato, cui tutela ipſo iure defertur, non adminiſtrauit vel minus legitime, non faciendo ſolennia: nam licet vtiliter gerat negotia pupilli; adhuc tamen priuatur hæreditate ipſius ex eo; quia non legitime geſſit: ita dicit Bart. *in d.c.2.col.2. ſupra. qui pet. tut.* & Bald. *in l. precibus. 8. col. 4. in fi. & ſequent. C. de impub. & al. ſubſt.* & Bald. *in l. matres. 3. col. 2. in fi. C. ad Tertul.* & glo. *in*
222 *d. §. quod ſi pater.*

Quod tamen procedit † ſolum in tutore petito à ſe, ſcilicet ab ipſa matre: nam ſecus eſt in tutore teſtamentario, vel legitimo; quia in eo non tenetur eſſe ſolicita, vt adminiſtret, vel inuentarium faciat: vnde tunc non punitur, ſecundum Bart. *in d. §. perſonis.* & Bald. *in d. l. precibus. col. 5. in prin.* Et ad prædicta adde Perr. Phil. Corn. *in conſil. 4. in 3. vol.* vbi plene de hac materia, & Bald. *conſil. 403. in 4. vol.*

223 Quarto amplia iſtud procedere etiam in † ſubſtituto pupillari; quia ſi non petit tutorem pupillo, priuatur iure ſubſtitutionis: & non ſuccedit, caſus eſt *in d. l. ſciant.* & tenet Bart. *in d. l. 2. col. 4. ſupra, qui pet. tutor.* Quod limita ſingulariter non procedere in ſubſtitutione fideicommiſſaria; quia talis ſubſtitutus non priuatur fideicommiſſo, licet non petierit tutorem pupillo. Caſus eſt *in l. credendum. vlti. §. ſi vero maritus. ſupra, qui petant. tutor.* Et eſt ratio: quia tale fideicommiſſum non trahitur ad ſucceſſionem pupilli, ſed tantum teſtatoris: vt ibi habetur, & notat Bart. *in l. 2. col. 4.* pro hoc eſt tex. *in l. cohæredi. 41. §. cum filia. 2. ſupra, de vulg. & pupil.*

224 Quinto amplia, † etiamſi eſſet datus tutor in teſtamento minus legitime, adeo, quod indigebat confirmatione iudicis; nam ſi mater, vel alius ſucceſſurus non petierit ipſum confirmari per Prætorem, ſimiliter priuatur ſucceſſione, tex. eſt *in d. l. credendum. in princ.*

225 Sexto amplia, etiamſi † eſſet datus tutor in teſtamento, qui ſe excuſauit ex iuſta cauſa; nam ſi mater non petiit alium ſurrogari in locum excuſati, priuatur hæreditate, tex. eſt *in d. l. credendum, in prin. & ibi Bart.*

226 Septimo amplia procedere non † ſolum in tutore petendo, ſed etiam in curatore: quia ſi mater non petit curatorem filio ſuo pupillo in caſibus, in quibus eſt neceſſarius curator pupillo, vt quando tutor legitimus non eſt idoneus, vt *Inſt. de curat. § interdum,* priuatur ſucceſſione filii, tex. eſt *in d. l. 2. §. ſi curatores. infra, ad Tertul & in l. 1. ſupra, qui pet. tut.* ſecus eſt, ſi haberet filium adultum; quia non tenetur ei petere curatorem, vt *d. l. 1. & l. matres. C. eod. tit.*

Octavo amplia procedere, † etiamſi mulier ſit prægnans: quia tenetur petere tutorem ventri: alias ſi poſthumus naſcatur & moriatur, ei non ſuccedit; tex. eſt & ibi Bart. *in d. §. quid ſi curatores.* & Bal. *in d. l. matres. col. fin. ad Tertul. & in d. l. precibus. cap. 6. in fin.* Quod tamen limita, niſi mulier peperiſſet intra triginta dies poſt mortem mariti; quia ſibi non imputatur, ſi curatorem ventri non petierit: Ita ſingulariter dicit Bar. *in l. 1. §. eleganter. ſupra, de lib. agnoſ.* Et de hoc dicto vide omnino Bal. *in cōſ. 288. in 2. vol.* vbi tenet, quod ſufficit ſi mulier petat curatorem intra annum: vel ſi poſthumus moritur intra annum à morte mariti, non incidit mater in pœnam priuationis. 227

Nono amplia procedere etiam † in muliere habente filium furioſum: quia ſi non petat ſibi dari curatorem priuatur eius ſucceſſione; tex. *in d. §. quid. ſi curatores. in fi.* 228

Decimo amplia procedere, † etiamſi mater petiit tutorem, ſed minus idoneum & inhabilem; quia habetur, ac ſi non petiiſſet, & punitur priuatione hæreditatis: idoneus autem intelligitur, dummodo ſit locuples: tex. eſt & ibi Bar. *in l. 2. §. quid ſi indignos. 34. & §. idoneos. 3. infra, ad Tertul.* 229

Vndecimo amplia, † vt petat tutorem cum effectu, id eſt, quod petat taliter, quod detur & adminiſtret effectualiter: alias non ſufficit ſolum petere, niſi etiam eum dari faciat: vt notat gl. *in l. matris. 6. C. qui pet. tut.* per quam ita dixit Bart. *in d. l. 2. col. 2. ſupra, qui pet tut* ponderando illud verbum, petierit, quod eſt *in d. §. ſi mater. & in d. l. ſciant.* quod verbum, *petierit*, eſt futuri ſubiunctiui: & debet intelligi cum effectu, *l. 1. & ibi per Doct. ſupra, quod quiſque iuris.* 230

Duodecimo amplia, † vt mater priuetur omnino hæreditate filii propter nōn petitum tutorem in caſibus prædictis: etiam quoad legitimam; quia etiam legitima penitus priuatur, ſecundum Bald. *in conſil. 140. in 1. volum.* 231

Iſtam regulam ſic ampliatam † limita primo procedere, dummodo pupillus moriatur poſt annum à tempore, quo indiguit tutor: ſecus eſt, ſi moriatur intra annum; quia non priuatur mater, vel alius agnatus eius ſucceſſione. Et eſt ratio; quia à lege noua datur vnus annus ad petendum tutorem, vt *d. l. ſciant. 10. C. de legit. hæredib.* vnde ſi pupillus moritur intra illum annum, non dicitur mater eſſe in mora: & ideo non priuatur hæreditate. Ita tenet Alexand. *in l. ſi deceſſerit. 4. colum. fina. qui ſatisdare cog.* vbi dicit, hanc eſſe magis communem opinionem, non obſtante eo, quod dicit Bartolus *in l. 2. §. confeſtim. 43. infra ad Tertull.* vbi tenet, quod mater eſt in mora eo ipſo, quod non petit tutorem, quam primum poteſt: quem reprobat Angelus *in conſil. 166. colum. fin. incip. ſi teſtator.* vbi tenet, quod de iure hodierno mulieri habet totum annum & ita etiā alii agnati, per *d. l. ſciant.* Idem tenet Bald. *in conſil.* 232

*in conſil.* 188. *in* 2. *volum.* vbi dicit, quod ita communiter obſeruatur, & ita debet intelligi *d.* §. *confeſtim.* idem dicit Bald. *in conſil.* 283. *in* 1. *vol. & in conſil.* 279. *in* 3. *volum.*

233 Hoc tamen procedit, niſi mater ſe † nimium attaſſet in fine anni ad petendum tutorem, & pupillus eſſet mortuus in fine anni, de quo anno ſupererant pauci dies, intra quos veriſimiliter non potuiſſet peti & decerni tutela, alias ſecus; tunc enim priuatur ſucceſſione, ac ſi poſt annum mortuus eſſet. ita tenet Alexand. *in l. cum ſtipulatus.* 113. *infra, de verb. obligat.* & Paulus de Caſtr. in ſuo notabili *conſilio,* quod incipit: *Poſtpoſitis, &c. in num.* 167. *in* 1. *vol.* vbi multum notanter diſtinguit, maxime *in fi. col.* reaſſumendo hanc materiam.

Quod poteſt corroborari ex dictis Bald. *in preallег. conſiliis,* vbi dicit, quod ſi propter tarditatem matris in petendo tutore, res pupilli eſt effecta deterior, punitur mater priuatione hæreditatis.

234 Et quia in iſto caſu fit executio † lege ipſo iure, non admittitur purgatio moræ: vnde nihil proficeret matri, ſi peteret tutorem poſt annum. Ita tenet Ang. *in repet. l. ſi inſulam.* 84. *colum.* 7. & ibi etiam Alexand. *colum.* 11. *infra, de verb. oblig.* & ſentit Bart. *in d.* §. *confeſtim. in fin.*

235 Item prædicta reſtringe, † niſi mater fuiſſet intra annum citata, vt tutorem peteret pupillo periclitante, & id facere neglexiſſet: nam tunc etiam ſi intra annum moriatur pupillus, priuatur ſucceſſione mater: ſecundum Baldum *in d. l. precibus, col. verſic. quod.* Item dixi *in* §. *confeſtim, &c.* vbi etiam tenet id, quod ſupra dixi: ſcilicet, quod habet annum de æquitate, & idem Bald. *in d. l. matris. C. ad Tertull.*

236 Secundo principaliter † limita hanc materiam ita ampliatam, niſi mater petiiſſet curatorem pupillo petenti & conſentienti: nam licet debuiſſet petere tutorem: tamen per dictam petitionem curatoris excuſatur, vt non puniatur. Ita tenet Baldus *in Authent. iiſdem, colum.* 3. *in princip. C. de ſecundis nuptiis.*

237 Tertio limita, † niſi mater miſiſſet procuratorem ad petendum tutorem filio ſuo: qui procurator fuit mortuus in itinere, & propter eius mortem fuit retardata petitio tutoris: nam tunc non priuatur ſucceſſione, ex quo per eam non ſtetit. Caſus eſt notab. *in l. cum à matribus.* 8. *C. qui pet. tut.* & not. gl. *in l. praſes.* 5. *C de appell.*

238 Quarto, limita hanc materiam procedere in matre maiore vigintiquinque annis: nam ſecus eſt ſi tempore mortis mariti reperiatur minor vigintiquinque annis; quia licet tutorem non petat intra annum, non tamen priuatur ſucceſſione pupilli. Caſus eſt *in l.* 2. *C. ſi aduerſ. delict.* vbi probatur, quod non eſt opus alia reſtitutione in integr. Ita notanter decidit Lud. Roman. *in conſil.* 279. & Petr. Phil. Corn. *in conſil.* 40. *col.* 2. *in* 3. *vol.* quod adeo verum eſt, etiamſi efficiatur maior, & perſeueret in negligentia petendi tutorem, adhuc tamen nō priuatur ſucceſſione; quia ſufficit quod fuerit minor tempore mortis mariti, etiam ſi per triduum poſt efficiatur maior. Ita dicit gl. *in l.* 1. *C. in quibus caſibus in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* & gloſſ. *in l. minoribus.* 6. *C. de his quibus vt indign.* & Ludouic. *in d. conſil.* 279. & Spec. *in tit. de reſtit. in integr.* §. *quis autem, verſic. Sed quid ſi ipſa.* & Bal. *in authen. ſi captiui, col.* 2. *verſic. iſtam quæſtionem, &c* C. *de epiſc. & cler. & in l. qui contra.* 4. *C. de inceſt. nupt.* & gl. *in l. matres. C. ad Tertul.* & Bal. *in d. l. precibus.* 8. *col.* 4. *verſ. quid ergo,* C. *de impuber.*

Verum prædicta procederent † de iure communi, ſecundum quod ætas minor intelligitur a triginta annis infra. Tamen hodie in regno iſtud eſt correctum per conſtitutionem regni, quæ incipit, *Minorum iura. in fin.* vbi eſt ſtatutum, quod minor ætas hodie, tam in maſculo, quam in fœmina eſt à decem, & octo annis infra. Et ibi generaliter loquitur tam in contractibus, & iudiciis, quam in omnibus: per quam conſtitutionem dico, quod hodie mater, ſi eſt intra decem & octo annos, excuſatur ſi non petierit tutorem: alias ſecus; quia ſi excedit dictam ætatem decem & octo annorum, reputatur maior, per *d. conſtit. Minorum iura.* per quam idem dico in aditione hæreditatis, ſcilicet vt poſſit quis adire hęreditatem abſq; reſtitutione; eo ipſo, quod eſt maior decem & octo annis. Et hoc adde ad ea, quæ dixi ſupra *in quarto requiſito, ſuper requiſito ſuper gloſſ.* 239

Quinto limita procedere, † quando pupillus moritur in pupillari ætate; ſecus ſi moritur factus pubes: nam licet mater non petierit ei tutorem, nihilominus ſuccedit ei adulto morienti. Caſus eſt *in d. l. matres.* 3. *C. ad Tertul.* & Socin. *in conſil.* 153. *col. fin. volum.* 2. 240

Sexto limita non procedere, † quando extarent conſanguinei, quib. legitima tutela defertur: nam tunc mater non tenetur petere tutorem datiuum pupillo. Ex quo legitimus præfertur datiuo, *l. ſi ſororis.* 9. *C. qui dar. tut.* Vnde ſequitur, quod ſi pater moriatur relictis duobus filiis, altero pupillo, & altero maiore, non tenetur mater petere tutorem filio pupillo; ex quo ipſo iure frater eſt eius legitimus tutor. Et idem, quando eſſent alii cōſanguinei. Ita not. gl. *in d. l. matres.* 3. *C. ad Tertul.* & Soc. *in conſil.* 153. *col. fi. vol.* 2. 241

Hoc autem intellige † procedere tunc demum, ſi mater intra annum renunciet expreſſe tutelæ filii, ita quod declaret ſe nolle eſſe tutricem. Nam tunc facta iſta renunciatione eſt aperta legitimis, & ex tunc non tenetur petere: ſecus ſi non renunciet intra annum, & non adminiſtret, nec petat tutorem: quia priuatur ſucceſſione, etiam ſi mille conſanguineos habet pupillus. Ita tenet Bar. *in l.* 2 § *quod ſi pater* 25. *infra ad Tertull.* & Bald. *in d. l. matres.* [illegible] & idem Bal. *in d. l. precibus, colum.* 5 & [illegible] 242

*qui pet.tut.* Et iſte eſt verus & cõmunis intellectus ad illam gloſſ. *in d.l matres.* & eſt ratio ſecundum præallegatos Doctores; quia hodie mater præfertur omnibus conſanguineis in tutela filii: verum eſt tutrix voluntaria; quia ſi non vult, poteſt eam repudiare, vt habetur *Auth. matri & auiæ C. quando mulier tutor. officio fungi poteſt.* & plene per Bartolum *in l. ſi quis ſub conditione. 11 ſupra, de teſtament. tutel.* vnde dicitur tutrix anomala & extraordinaria; & ideo quamdiu ipſa non repudiat tutelam, non eſt aperta via aliis legitimis, quibus ipſa præfertur, merito non excuſatur per eos, niſi renunciet, vt ſupra. Idem tenet Bald. *in conſil. 242. in 5. volum.*

242 Septimo limita, † niſi interſit pupillo, vt non petatur ſibi tutor; vt quia erat ſibi factum aliquod magnum legatum ſub conditione, ſi tutorem non haberet: nam tunc mater non excuſatur, ſi tutorem non petit, vt conſequi faciat legatum filio: caſus eſt *in l. 2. §. tractari. 44. infra, ad Tertul.* per quem ita dicit Bald. *in d l. matres. col 1.*

243 Octauo limita non † procedere, quando mater fuit præuenta ab alio forte conſanguineo, intra annum in petendo tutorem: quia alius petiit ante eam: nam ipſa mater excuſatur, ex quo non fuit in mora: alias ſecus, ſi forte eſſet lapſus annus, ita not. gl. *in d. l. matres.* & Ioan. de Plat. *in l. 2. C. ſi aduerſus delict.* pro hoc eſt tex. & ibi gl. *in l. ſororem. 10. C. de his, quib. vt indign.*

244 Nono limita non procedere, † quando mater geſſit tutelam minus legitime; vel paſſa fuit tutorem minus legitime gerere, & erat in tali loco, in quo habebat penuriam peritorum: quia excuſatur propter ſuam ſimplicitatem, & præſumptam ignorantiam. ita tenet Socin. *in conſil. 39 colum 7. in 1. vol.* & Bald. *in d. l. matres. colum. 2 in fin.* & Paul. de Caſtr. *in l. 2. C. de in ius vocand.* quem ad hoc refert Alex. *in addit. ad Bald. in l. precibus, colum. 5.* ſecus ſi mater potuiſſet cõſulere peritiores; quia tunc punitur, iuxta ea, quæ ponit Bald. & Alexand & communiter Doctores *in l iuris ignorantia 6. C. qui admit. & in l. in bonorum 10.* & ibi Bart. *infra, de bonor. poſſeſſ.* Et ita intellige & limita id, quod ſupra dixi in tertia ampliatione.

245 Decimo limita, niſi † mater vel alius, qui debebat tutorem petere, fuiſſet abſens vel ignorans, vel infirmitate impeditus, vel alia iuſta cauſa; quia excuſatur. Ita tenet Soc. *in conſil. 152 col. pen. in 2. vol.* Pro hoc eſt tex. *in l. 2. §. confeſtim. 43. infr. ad Tertul.* & Soc. *in conſil. 39 col. 2. in 1. vol.*

246 Vndecimo limita, † niſi pupillus erat multum pauper & egenus, & propter hoc mater non petiit ei tutorem; quia excuſatur, & non punitur, ſecundũ Bart. *in l. 2. C. de negot. geſt & in l. mediterraneæ. C de anno. & trib. lib. 10.* & Bald. *in l. 1. colum. fi. C de neg. geſt.* & idem Bald. *in conſil 259. in 5. vol.* pro hoc eſt tex. *in l. 2. § quod ſi penitus. 26. infra, ad Tertul.*

Duodecimo limita, † niſi pupillus haberet multos creditores: & mater nollet ei petere tutorem, ad hoc, vt ſit indefenſus, & non poſſit conueniri à creditoribus, nec condemnari. Ita ſingulariter dicit Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. ſciant 10. C. de leg. hær.* per tex. *in d. §. quod ſi penitus.* 247

Decimotertio limita non procedere † in matre prodiga: quia excuſatur, ſi non petit tutorem filio ſuo. Ita dicit Alex *in l. ei cui bonis, col. 4. in fi ff de verb. oblig.* & ibi etiam Angel. & ratio eſt: quia prodigus excuſatur à delictis conſiſtentibus in omittendo, *l. Fulcinius. 7. §. adeo. 9. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat.* 248

Decimo quarto limita non procedere, † ſi mater vel alius, qui debet tutorem petere, ſit bannitus, vel miſſus in exilium; quia excuſatur ſi non petit, vt eſt gl & ibi Bart. *in fi. in l. plane. 42. ſupra, de excuſat. tutor.* 249

Decimoquinto limita non procedere, † quando pupillus haberet ſubſtitutum pupillarem; quia non tenetur mater illi petere tutorem, ex quo tale onus petendi ſpectat ad ſubſtitutum, qui ſperat ſucceſſionem. Ita tenet Bald. *in conſil 197. in 5. vol. & in conſil. 140. in 1. vol.* 250

Decimo ſexto limita non procedere, † quando pupillus haberet tutorem teſtamentarium; quia tunc non tenetur mater gerere tutelam, nec petere tutorem, ſecundum Bald *in conſil. 403. in 4. vol.* 251

Vltimo in hac materia vt † nihil intactum relinquatur, adde etiam prædictis, quod mater nõ ſolum ex cauſis prædictis priuatur ſucceſſione filii, ſed etiam ſi eſſet tutrix filii ſui, & deinde tranſiuit ad ſecunda vota, non petito tutore, & non reddita ratione adminiſtrationis tutelæ, & non ſolutis reliquis; nam tũc ſtatim, ipſo iure, priuatur omni ſucceſſione, & iure ſubſtitutionis ſibi obueniente ex patre filii, tex. *in l. omnem 6. C. ad Tertul.* Et tunc priuatur non ſolum ſucceſſione filii, ſed etiam omnib. legatis & fideicommiſſis, ſibi à viro & patre pupilli relictis; & etiam donationibus cauſa mortis, & vadunt ad hæredes mariti, tex. eſt *in l. 1 §. omnium, iuncta authent. iiſdem pœnis. in fi C. de ſecund. nupt.* per quẽ ita tenet Socin. *in conſil. 39 colum 6. in 1. volum.* & illæ pœnæ etiam hodie ſunt in vſu, vt habetur *in deciſ. 75. conſil Neap.* & tenet Bar. *in d. l. 1.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 154. in 2. volum.* 252

Quid autem ſi mulier, † quæ ſecundo nupſit, fuit iterum effecta vidua per mortem ſecundi mariti, & vult iterum ſuſcipere tutelam filii, quam reliquit, per tranſitum ad ſecunda vota, an poſſit? Dic, quod non: ratione præcedentis ſuſpicionis, & renunciationis. Ita tenet Bald. *in authent ſacramentum. in fi. C. quando mul tut. off. fung.* Hoc tamen limitat Spec. *in tit. de tutore §. nondum. verſic. quid ſi mater ſuſcepit tutelam, &c.* nõ procedere. quãdo res eſſet integra; quia nondum eſſet prouiſum pupillo de tutore: quoniam tunc poſſet mater vidua facta ſuſcipere eius tutelam: alias ſecus: & illud dictum Specul. refert Alex. *in addit. ad Bart. in d. l. ſciant. 10. C. de legit. hæred.* 253

Reuer-

254 Reuertor † nunc ad Bart. qui ingreditur primum membrum, quod omiſerat, ſcilicet de poſſe ſuccedendi liberorum: & dicit ipſe, quod illud ius ſuccedendi eſt quid ſeparatum à iure filiationis. quod probat tribus rationibus. Primo: quia filii habent ius ſuccedendi parentibus, *l. nec ei 17. § præterea. ſupra, de adopt.* Secundo; quia iſta ſpes eſt a iure approbata, propter votum parentum, quod eſt, vt eorum hæreditas vadat ad filios, *l. ſcripto 7. infra, vnde liberi, & l. nam etſi parentibus. 15. ſupra, de inoffic teſtament.* Tertio; quia mortuo filio primi gradus, nepotes ſuccedunt in illum gradum filiationis, *l. 1. § ſuos. infra, de ſuis & legit & inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. § cum filius.* ergo eſt ius ſeparatum à iure filiationis; quod patet; quia in illum locum ſubintrat is, qui non eſt filius, ſed nepos. Et in iſto caſu procedit regula negatiua, ſecundum Bart. quia qui non habet iſtud ius filiationis, non poteſt illum repudiare: ſed affirmatiua, non procedit; quia is, qui habet tale ius, non poteſt illud repudiare *l pactum dotali. 3. C. de collat. & l. vlt. infra, de ſuis & legit.*

255 Cum † hac opinione Bart. ſimpliciter tranſeunt Doct. hic: & max me Alex. Ego tamen conſiderandum putaui, an Bart. bene loquatur in eo, quod dicit, ius ſuccedendi liberorum, eſſe quid per ſe ſeparatum à iure filiationis: & in hoc facit differentiam inter ius ſuccedendi liberorum, & aliorum agnatorum: puto attentari poſſe contra Bart. ſcilicet, quod idem ſit in vtroque, & quod imo iſtud poſſe liberorum non eſt quid ſeparatum à iure filiationis; & moueor, primo; quia filius ideo habet iſtud ius ſuccedendi, quoniam cenſetur proximior agnatus patri cæteris agnatis, *l. vlt & auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.* Nam caro filii cenſetur eadē cū carne patris, vt not. Soc *in conſ. 252. col. 15. verſ ad tertiā. in 2. vol.* propter quam identitatem carnis eſt inductum illud cōmune votum parentum, de quo *in d. l ſcripto in fi.* Si enim filius non cenſeretur proximior in ſanguine, certum eſt, quod non habeat tale ius. Ergo eſt coniunctum & cauſatum à iure ſanguinis: vnde, donec non poteſt dici quid ab eo ſeparatum: ſicut dicimus in vſufructu cauſali, vt ſupra. Secundo; quia ſi diceremus iſtud ius eſſe quid per ſe ſeparatum; ſequeretur quod filius poſſet huic iuri renunciare, tanquam ſeparato a iure filiationis; & tamen videmus, quod ita non poteſt huic iuri renunciare filius, ſicut alius agnatus, vt *d. l. pactum. dotali & d. l vlt.* & probatur *in leg ſi quando. 35. § illud. C. de inoff. teſtam.* Et non poteſt eſſe alia ratio in vtroque: niſi illa, quod iura agnationis & ſanguinis repudiari non poſſunt, *l. iura agnationis. 34. ſupra. de pact. & l. iura ſanguinis. infra, de reg iur.* Nō obſtant modo rationes Bart. & primo; quia filii dicuntur habere ſpem, vt *d. l. nec ei. §. præterea. de adopt.* quia dico, quod iſta ſpes exponitur, prout exponebat Bart. in ſpe aliorum coniunctorum, ſupra, hoc eſt actus voluntatis filii ſeparantis. Et licet Bart. dicat, quod iſta ſpes filiorum eſt approbata à iure, propter commune votum parentum: tamen ego dico quod imo etiam talis ſpes eſt à iure probata, per tex. *in l. pactum quod dotali. 3. C. de pact.* vbi apparet, quod non licet paciſci ſuper hæreditate patris: eſt enim prohibitum ſperare in mortē alterius, etiam patris: vt *ibi.* Præterea, ſi iſta ſpes eſſet approbata, ſequeretur, quod poſſet remitti etiam alteri, *l ſpem. 3. C. de donat.* Et tamen videmus contrarium, quod remitti non poteſt: vt *d. l ſi quando. 35. §. illud & d. l. fin. infra, de ſuis & legit.* Non obſtat *d. l. ſcripto*, quia licet parentes habeant iſtud votum propter amorem paternū, non per hoc ſequitur, quod filii debeant ſperare in eorum mortem, quod à iure reprobatur.

Non † obſtat, quod mortuo filio nepos ſuccedit in illud ius filiationis, ſeu ſuccedendi: quia nego illud, quod nepos ſuccedat in illud ius proprie, quod habebat filius; quia ſi ſuccederet in illud proprie, quod habebat filius, ſequeretur, quod veniret ex perſona patris ad ſucceſſionem aui: tamen in contrarium eſt veritas; quia imo nepos venit ex perſona propria, & ſubintrat gradum patris ex diſpoſitione iuris: vt not. Bart. *in l. qui ſuperſtitis. 94. infra, eod. & in l § ſi vt nepos infr. de collat. dot.* & Soc. *in d. conſ. 252. col. 4.* ſi enim veniret ex perſona patris, modo tranſmiſſiuo, non eſſet neceſſe facere mentionem de nepotes in teſtamento, nam ſufficeret filium eſſe inſtitutum; quia licet moriatur viuo teſtatore, nepos ſuccederet in ius filii, ac ſi ipſe eſſet inſtitutus, & non rumperet teſtamentum, quod eſt contra *l. Gallus. 29. ſupr. de lib. & poſthum.* Dico ergo, quod nepos ſuccedit vt nepos, & non vt filius: tamen ſubintrat gradum patris, per modum cuiuſdam ſubſtitutionis. 256

Ad † cuius declarationē præſuppono, quod hæreditas æquali iure eſt debita ita filio, ſicut nepoti, & omnibus deſcendentibus in infinitum: ordine tamen ſucceſſiuo, vt habetur *in d. l. Gallus. § quidam recte.* Ita etiam, ſi Adam hodie viueret, haberet neceſſe omnes homines hæredes inſtituere, ordine ſucceſſiuo. Stante ergo iſta iuris diſpoſitione mortuo filio, ſtatim reperitur nepos poſt eum in primo gradu: quia nemo ipſum antecedit: & propterea dicitur ſubintrare gradum patris, ex perſona tamen propria. Ita notanter dicit Bar. *in l. ſi auus 2. C de lib præter.* 257

Præterea, iſta conſideratio Bart. confunditur per *auth. ceſſante & auth poſt fratres. C. de legit hæred.* vbi patet, quod etiam quando tractatur de iure ſuccedendi tranſuerſalium, filius ſuccedet in locum patris: ergo ſi per hanc rationem Bartoli vellemus dicere, quod iſtud ius ſit ſeparatum, ſequeretur idem dicendum in iure ſuccedendi agnatorum: cuius cōtrarium tenuit ipſe ſuperius: per quæ puto poſſe teneri contra Bartolum, ſaltem in via diſputatiua, licet Doct. communiter pertranſeant cum eo maxime Socin. *in d. conſ. 252. in 11. col.*

Ex † his, quæ dicit hic Bart. inferunt hic Paul. de Caſtr. & Alexand. ad quæſt. ſtante conſuetudine vel ſtatuto, quod primo genitus ſuccedat in feudo, pro- 258

ut eſt hodie in Regno; feudis titularis, habentibus dignitatem regalem, de quibus habetur per Bald. & Doct. *in c.1. de feud. Marchiæ.* & per Alex. *in conſil.7. & conſil.25. in 5. vol.* & idem in aliis feudis inferioribus, in caſu, quo viuitur iure Francorum: ſi moritur pater feudatarius, relicto filio ſecundo genito, & nepote ex primogenito, quis ſuccedat in feudo, filius, vel nepos? Alexander hic diſtinguit, vt *hic per eum.* Hunc articulum plene examinat Soc. *in d. conſil.252. in 2. vol.* & tenet, quod nepos ex primogenito ſuccedit patruo excluſo: quia ſubintrat locum primogeniti: hanc etiam opinionem tenet Paulus de Caſtr. *in conſ.163. in 2. vol.* Sed And. de Iſer. tenet contrarium *in c.1. §. his vero de grad. ſucc. in feud. & in c.1. col.5. de natur. ſucc. feud.* ſcilicet, quod ſecundo genitus præferatur nepoti. Tamen primam partem in fauorem nepotis tenet Card. Alex. *in d. c.1. de feud. Marchiæ.* vbi per ſexdecim colum. examinat hunc articulum plenius, quam alius, & arguit ad partes: tandem concludit pro nepote. Deinde aggreditur Bart. ſecundum membrum ſuæ diſtinctionis, ſcilicet, de poſſe ſuccedendi ex teſtamento: & dicit quod iſtud non eſt aliquod ius, nec ſpes à iure approbata viuente teſtatore; quia viuo teſtatore non poteſt quis petere aperiri tabulas teſtamenti: & in hoc ſecundum eum procedit ſimiliter regula negatiua; non autem affirmatiua: quia, viuo teſtatore, non poteſt quis repudiare hæreditatem: vt *infra. l. proxima.* Adde, quod in omnibus Bartolus bene loquitur, & communiter approbatur.

259 Ex cuius † dictis collige notabiliter, quod hæres inſtitutus non poteſt, viuo teſtatore, petere, quod tabulæ teſtamenti aperiantur, *l.2. §. ſi dubitetur. infra, quemadmodum. teſtam. aper.* hinc dicit Bald. *in d. §. ſi dubitetur. in 1. not.* quod Notarius non debet edere teſtamentum hæredi, viuo teſtatore: nec etiam legatario, ſed ipſi teſtatori poteſt edere, ſi teſtator illud vult. Et hoc probatur in tex. *in d. §. ſi dubitetur,* & ſentit Bart. *in l. vlt. col.3. circa fin. C. de edict. diui Adrian. tollen.* vbi ex hoc dicit, quod eo ipſo, quod reperitur teſtamentum in manu hæredis, præſumitur teſtator eſſe mortuus: quia eo viuo illud habere non poteſt: & ita etiam tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil.85. colum. 5. in 2. volum.*

260 Adde † etiam prædictis, quod Notarius, etiam mortuo teſtatore, non tenetur edere legatario totum teſtamentum: ſed ſolum illam particulam legati ſibi facti cum hæredis inſtitutione, & non vltra: ſecundum Bart. *in l.2. §. diem. infra, quemadmod. teſtam. aper.*

261 Quærit † Bartolus hic, an ſubſtitutus pupillaris dicatur habere aliquod ius, vel ſpem approbatam ſaltem mortuo teſtatore, & viuo pupillo? & dicit, quod non, per *l.2. §. interdum. 2. ſupra, de vulg. & pup.* & dic, vt hic per eum: quia clare loquitur, & bene.

262 Capio † nunc tertium membrum principale Bart. in quo conſideratur potentia adeundi, reſpectu certæ hæreditatis præſentis: quia mortuus eſt is, de cuius hæreditate agitur. Et iſtud ius adeundi conſideratur tripliciter: ſecundum Bart. Primo modo reſpectu alicuius hæreditatis nōdum delatæ: vt quando aliquis eſt inſtitutus ſub conditione, & mortuo teſtatore nōdum venit conditio, & ſic pendet: iſtud dicitur eſſe aliquod ius, & ſpes iſta eſt approbata à iure: quod patet; quia poteſt talis ſpes deduci in cōtractum, *l. nomina. 17. ſupra, de hæred. vel act. vend. & l. ſpem. 3. C. de donat.* Eſt enim approbata: quia non ſperatur vlterius de morte teſtatoris, cum iam mortuus ſit.

Sed contra hoc opponit Bart. *d. l. nec emptio. 8. ſupra, de contrah. empt.* vbi ſpes non dicitur aliqua res: & probatur ibi, *in §. aliquando.* vbi dicit, quod aliquando poteſt contrahi emptio ſine re, veluti, &c. Et ſic ponit exemplum de ſpe; ergo ſpes non eſt res? dicit Bart. ſolue de mente Bald. *in l. ſi ea. 24. colum. 2. C. de vſuris.* quod illa ſpes non eſt res intelligendo rem præſentem, quæ in contractum deduci ſolet: ſed illa ſpes eſt quoddam, quod habetur pro re: vt tenet Bart. *in l. ſi actum ſupra, de act. emp.* vbi dicit, quod eſt quoddam factum: & patet; quia ita deducitur ſpes in contractum, ſicut res.

Secundo † modo conſideratur iſtud poſſe adire, ſecundum Bart. quando hæreditas eſt delata: tamen 263
non poteſt adiri propter aliquod impedimentum: vt quia deficit aliquod ex illis nouem requiſitis ſupra enumeratis ex gloſſa: & tunc dicit Bartol. quod iſtud eſt aliquod ius per ſe: quod probat duabus rationibus. Primo; quia præſcribitur, *l. licet. 8. C. de iure delib.* Secundo, quia quandoque tranſmittitur, iuxta not. per eum *in l. ventre. 84. infra eod.* Et poteſt eſſe exemplum in infante, qui non poteſt adire; & tamen tranſmittit ad patrem, *in l. ſi infanti. 18. C. de iure deliber.* & etiam ex potentia ſuitatis; vt notat ibi Alexan. & Doct. Item in furioſo: qui tranſmittit ex potentia ſuitatis, ſecundum Ang. *in l. Antiſtius. 62. §. vlt. infr. eod.* & Bald *in l. potuit. 5. in 5. quaſi à contrario ſenſu. C. eod tit.*

Iuxta † hoc quærit Bart. poſtquam dixit, quod iſtud eſt aliquod ius: quæritur, quod ius eſt; an di- 264
catur ſolum ius adeundi: an vero poſſit etiam dici ius deliberandi? & diſtinguit: Aut eſt impedimentum habens defectum ſcientiæ: & dicitur ſolum ius adeundi, non deliberandi. Aut eſt alius defectus, quam ſcientiæ, & tunc dicitur ius adeundi, & deliberandi. Nota igitur verba Bart. quia multum ſingulariter loquitur, & ex verbis ſolis collige plures notabiles & vtiles concluſiones.

Prima † concluſio colligitur ex principio huius ſecundi membri; quod hæreditas delata dicitur et- 265
iam illa, quæ non poteſt adiri propter aliquod impedimentum perſonæ hæredis: dummodo ſit pure relicta; ex qua concluſione habes optimam limitationem, ad *l. delata. 151. infra de verbor. ſignific.* ſecundum Alexan. *hic.* Nam ibi dicitur, quod hæreditas dici-

dicitur delata ea, quæ poteſt adiri: ergo ſi non poteſt adiri, non dicitur delata. Intellige, quando non poteſt adiri: quia non eſt mortuus teſtator: vel non eſt purificata conditio: & ſic ex alio impedimento, quã ex eo, quod eſt in perſona hæredis.

266 Secunda † concluſio eſt, quod tempus 30. annorum, per quod præſcribitur aditioni hæreditatis, iuxta *d.l.licet.C.de iur.deliber.* currit etiam ignoranti delatam ſibi eſſe hæreditatem: & ſic eſt continuum: & de hoc fuit dictum *ſupra in 1. charta in 4. differentia.*

267 Tertia concluſio † eſt, quod etiam is, qui eſt impeditus adire, poteſt tranſmittere ius adeundi, & etiam ius deliberandi diuerſis reſpectibus: prout colligitur ex ſupradictis, & infra dicendis.

268 Quarta † concluſio eſt, quod is demum tranſmittit ius deliberandi, qui ſcit hæreditatem eſſe ſibi delatam: vnde ignorans, furioſus, & infans non tranſmittunt ius deliberandi, ex quo ſcientiam non habent: & ignorans deliberare non poteſt: quod nota pro intellectu *l.cum in antiquiorib.19.C.de iur.delib.* & ibi eſt gloſſ. not. *in verſ. qui ſciens.* quod annus, intra quem tranſmittitur ius deliberandi, non currit, niſi à die ſcientiæ: & deinde iu antea eſt continuus.

269 Quinta † concluſio eſt quod is, qui habet ius adeundi, non habet de neceſſitate ius deliberandi: prout eſt in ignorante; nam poteſt eſſe ius adeundi ſine iure deliberandi: ſecus econtra, quia is, qui habet ius deliberandi, habet etiam de neceſſitate ius adeundi: quia ius deliberandi non poteſt eſſe ſine iure adeundi.

270 Contra † prædicta opponit Bart. nam præſuppoſito, quod iſtud ius adeundi ita impeditum, ſit aliquod ius, vt ſupra: ergo deberet quæri domino per ſeruum hæreditatis ſine iuſſu, *l.placet.79.infr.eodem.* quod eſt contra *leg.ſi quis mihi bona.25.§.iuſſum.infra eod.* tu reſponde declarando Bart. quod verum eſt, quod iſtud ius adeundi dicitur aliquod ius, verum non eſt ius quæſitum, ſed ius quærendum de futuro: vnde verum eſt, quod quando agimus de iure quæſito, quicquid acquirit ſeruus, immediate illud acquirit domino: & ita loquitur *d.l. placet.* ſecus eſt, quando agitur de iure quærendo; quia antequã acquiratur ſeruo, nõ acquiritur domino: & ita dicimus iu aditione hæreditatis, in qua requiritur iuſſus.

271 Habes ergo † ex prædictis verbis Bart. quod ille, qui habet ius adeundi hæreditatem, nõ dicitur habere aliquod ius quæſitum: quia nihil acquiſiuit, antequam effectualiter adierit. Ex hoc verificatur illa concluſio, quæ ſe habet, quod ius adeundi hæreditatem, non dicitur eſſe in bonis noſtris. Ita tenet Bald. *in c.1.§.iniuria.col.2.verſ. & nota de pace iuram.firm.* & Petr. Phil. Corn. *in conſil.11. col.1. & conſ. 206.col.8.in fin.in 3.volum.& in conſ.229. colũ 2.in fin. & conſil.154.in princ.in 4.vol.* in quibus locis etiam habetur, quod ius adeundi nõ poteſt cedi, nec transferri in alium: & pro hoc eſt text. *in l.pretia rerum.63. infra ad legem Falcid.* Ad propoſitum, ſecundum Bartolum in iſto iure adeundi prædictis duobus mod.s conſiderato, procedit regula negatiua; quia is, qui non habet tale ius, non poteſt illud repudiare: ſed affirmatiua non procedit; quia es, qui habet tale ius ita impeditum, vt ſupra, non poteſt illud repudiare, vt *ſupr.eodem.l.nec is.17. & l.is qui hæres.13.de acquirend.hæred.* Et cum Bart. tranſeunt hic communiter Doctores.

Tertio † modo, conſideratur iſta potentia adeundi libere, & ſine aliquo impedimento: & iſtud appellatur ius adeundi, & deliberandi ſimul, ſecundum Bart. & in iſto vltimo caſu procedit regula negatiua & affirmatiua tradita hac l. & ſic per prædicta habes plenam declarationem ad iſtam l. ad ſciendum, quando procedit regula tradita in ea: & hoc iunge cum ſummario poſito hic per Bart. vbi dixit, quod qui habet ius adeundi principaliter, & per ſe non impeditum ad ſui vtilitatem, is repudiare poteſt. Nam omnia iſta verba ſunt addenda in expoſitione huius legis; quia omnia important iuris miniſterium. 272

Expeditus † de theorica huius l. Bartol. hic reducit eam ad practicam. Et quærit primo: quia vnum de requiſitis eſt, quod ille, qui vult adire, ſit homo liber: qualiter probatur quod quis ſit liber? & dicit, quod præſumitur quod ſit liber, ſi eſt in quaſi poſſ. libertatis, alias ſecus: vnde dicenti tunc eum ſeruum eſſe, incumbit onus probandi: & ratio eſt, licet ipſe non dicat; quia quilibet præſumitur eſſe talis, qualem natura ſolet producere niſi contrariũ probetur, *l. nec codicillos.* & ibi Bald. *C.de codicill.* quia ergo natura vnumquemque hominem procreat liberum: nam omnes homines ſunt liberi de iure naturali, *§.ius autem.Inſtit.de iure naturali.* & *Inſtit.de libertis.§.1.* Ideo quilibet liber præſumitur, niſi contrarium probetur. 273

Ex † dictis Bart. hic collige notabilem concluſionem: quæ eſt quod talis quis præſumitur, qualis in poſſeſſione reperitur; vnde reſultat illud dictum: qualem te inuenero, talem te tenebo, *l.moueor.4.* & ibi Bald. *C.ſi ſer.expor.ven.& l.circa.14.ſupra de probat.* Si enim quis reperitur in poſſ. libertatis, præſumitur liber: alias præſumitur ſeruus; & dicendi contrarium incumbit onus probandi. 274

Ex † per hoc nota magnum effectum & commodum poſſeſſionis: quia licet alias incumberet alicui onus probandi aliquid, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis: iuxta not per Bart. *in l.hoc iure.10.infra, de verb.obl.* Si tamen reperitur in poſſeſſ. rei vel iuris, de quo litigatur, habet præſumptionẽ pro ſe; adeo, quod transfundit onus probandi contrarium in aduerſarium. Ita probatur ex dictis Bart. *hic.* & tenet idem Bart. multum notanter *in l.1. §.non autem. infra de bonor poſſeſſ. ſecundum tabul.* & Iaſ. *in rubr.C.qui admitt.colum.3.* pro hoc eſt text. *in c.ſi à ſede.31.de præben.libr.6.* hinc eſt, quod licet alias, quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, debeat 275

ab

ab eo probari: vt not. Bart. *in l. non ſolum. 8. §. ſed vt probari inſr. de oper. noui nunciat* tamen fallit, quando ille reperitur in poſſeſſione. Ita dicit Bart. *in d. § non autem.* Quod potes inducere ad multa: quibus adde textum, & ibi Andr. de Iſer. & Aluar. *in c. 1. in prin. & 2. 1. ſi de feud fuer. controu.* & Socin. *in conſ. 81. col. 2. in fin & ſeq. in 2 vol. & Inſt. de interd. §. commodum.*

276 De † filiofamilias dicit Bart. quod probatur eodem modo, quaſi velit dicere, quod ſi reperitur in poſſeſſione patriæ poteſtatis: præſumitur in poteſtate, alias præſumitur ſui iuris, ſecundum gloſſ. & Bart *in l. Titia. 34. ſupra ſoluto matrim.* & habetur *in d. l. circa. 14. ſupr. de probat.*

277 Adde, † quod in hoc Bart. ita ſimpliciter loquendo male loquitur, & eius dictum communiter reprobatur in eo, quod ſentit, quod ſi filius reperitur in poſſeſſ. ſui iuris, præſumatur emancipatus: nam in hoc contrarium tenent Petr. Bart. & Alex. *in d l. Titia* & Iaſ *in l. ſi emancipati. 9. col. 2. C. de Collat.* & ratio eſt, quia primæuus ſtatus hominis repugnat huic præſumptioni: nam de iure ſemper filius præſumitur in poteſtate patris, niſi probet ſe emancipatum, vt eſt tex. *in d. l. ſi emancipati.* & ibi not. Alex. & communiter Modern.

278 Hoc tamen † limita, niſi filius habitaſſet ſeorſum à patre per 10. annos, gerendo ſe pro emancipato; quia ex hoc præſumitur, quod ſit emancipatus, niſi contrarium probetur. Ita tenet Bald. *in l. 2. C ſi aduer. rem iud & in l. poſt mortem. in fin. ſupr. de adopt.* Alex. *in conſ vlt. col. 6 in 4. vol.* & Iaſ. *in d. l. ſi emancipati. col. 2.* & ex hoc dico poſſe ſaluari dictum Bart. *hic.* & *in d. l. Titia.* dicit, quod præſumitur ſui iuris eo ipſo, quod reperitur in tali poſſeſſione: quæ poſſeſſio tunc inducitur, quando filius per 10. annos ſtetit ſeparatus à patre, & ita ſaluari poteſt.

Circa tertium requiſitum, ſcilicet quod debet eſſe compos mentis; ponit nunc Bart. qualiter iſtud probetur: quod plene tetigi *ſupr. in gloſſ.* & ad ibi dicta me remitto.

279 De † quarto requiſito, quod debet eſſe maior 25. annis: qualiter iſtud probetur, Bart. ſe remittit ad not. per eum *in d. l. de ætate. 43 ſupra de minor.* vbi plene tractat hanc materiam; & ibi poteris videre, vnum tamen ſcias pro regula huius materiæ, quod regulariter quis non præſumitur maior, neque minor: vnde ſemper ætas debet probari per eum, qui ſe fundat in ea. Nam ille, qui allegat minorem ætatem ad fundandam ſuam intentionem, debet eam probare: & eodem modo, qui ſe fundat ſuper maiori ætate. Caſus eſt *in l. cum te 9* & ibi Bartol. & Bald. *C. de probat. & in leg. ſi minorem. 4.* & ibi Barr. Bald. & Franc. de Aret. *C de in integr. reſt.* & Bart. *in d. l. de ætate* vbi dicit poſſe adiri iudicem, vt ex aſpectu iudicet: & ille, in quem iudex ex aſpectu transfundit onus probandi, probare debet.

280 De † quinto requiſito, ſcilicet, quod ſciat teſtatorem eſſe mortuum, qualiter hoc probetur, ſcilicet mors? dixi plene *ſupra in gloſſ.* Collige tamen ex dictis Bartol. hic, quod non requiritur vera ſcientia per ſenſum corporis de morte teſtatoris: ſed ſufficit, quod ita vehementer opinetur, ad hoc, vt adire poſſit.

Secundo † collige, quod ille, qui confitetur ſe feciſſe aliquem actum vt hæres Titii, per hoc cenſetur fateri Titium eſſe mortuum; & ſe ſcire mortem eius. Et ex hac confeſſione poteſt conueniri ab omnibus creditoribus hæreditariis, licet cum vno tantum creditore confeſſus fuerit. 281

Tertio † collige intellectum *ad l vlt. ſupr. de inter. act.* in quantum ibi habetur, quod ſi litigans confitetur ſe hæredem, talis confeſſio præiudicat ſibi ſolum, quoad illum, cum quo litigat: non autem quoad alios creditores hæreditarios: nam illud intelligitur in eo, qui non poterat eſſe hæres: nam tunc confeſſio præiudicat ſibi, quoad litigantem tantum, non autem quoad alios alias ſecus. 282

Quarto, † in quantum Bart. examinat hic, qualiter probabitur iſta ſcientia? 283 Tu pro habenda plena notitia iſtius materiæ, & pro eius declaratione facias regulam cum exceptionibus. regula eſt, quod in dubio ſemper præſumitur ignorantia facti alieni, niſi probetur ſcientia, *l. verius 21 ſupra, de probat.* & not. Card. *in Clem. 1. in 7 queſt. de conſang. & affinit* & Bald. *in l. quicunque 4 col. 1. C de ſeruefug.* & eſt text. *in c. præſumitur 47. de reg. iur. libr. 6.* & not Petr. Phil. Corn *in conſil 2 ſ. c. fin. in 2. vol.* hinc dicimus, quod ignorantia in facto alieno eſt tolerabilis. *l. vlt. infr. pro ſuo.* & habetur *in l. qui in alterius. 179. infra de reg. iur.* ex quo à iure præſumitur, *vt ſupra.* & not. Bart. *in l. ſi cui. 7. § 1. infra, de accuſ.*

Adde tamen, † quod licet præſumitur ignorantia, 284 debet tamen proponi & allegari per eum, qui ſe fundat in ea. alias non prodeſt ſibi talis præſumptio. Ita not. Bald. *in d l. quicunque col. 1* & Iaſ. *in l. cum quid col. pen ſupra, ſi cert pet.* per tex. *in l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. §. idem Pollioni. infra, de adult.* Et de hac materia dixi plene ſupra, *in 8. charta in fi. verſ. vnum tamen ſcias, &c.* Et poteſt eſſe ratio, † quare potius præſu- 285 mitur ignorantia, quam ſcientia: quia ignorantia eſt actus priuatiuus, habens negatiuam annexam: quæ negatiua eſt de iure improbabilis, *l. actor. 23. C. de probat.* ſed ſcientia, quæ ponit & affirmat, merito probari debet. *l. ei, qui dicit. 2. ſupra, de probat.*

Iſtam regulam † limita primo non procedere in 286 facto proprio; quia ignorantia facti proprii non eſt tolerabilis, nec de iure præſumitur, *l. quanquam. 7. & ibi not. ſupra, ad Velleian. & in c. al excommunicato. 41. de reſcript.* & Petr. Phil. Corn. *conſil 42. in princip. vol.* vnde tunc potius præſumitur ſcientia per prædicta. Hoc † tamen limita non procedere, quando 287 quis eſſet enormiter læſus, & vltra dimidium iuſti pretii; quia tunc etiam in facto proprio præſumitur ignorantia. Ita tenet Bart *in l. quiſquis. 11. C de reſcin. vend* & Petr Phil. Corn. *in conſ. 140. col vlt. in 5. vol.*

Se-

288 Secundo † limita non procedere in actibus morientium: quia ibi præſumitur ignorantia etiam in facto proprio. Ita not. Bart. *in auth. ſed cum teſtator. C. de fal.* & Ang. *in §. illud quoque. in Auth. de tri. & ſemiſſ. Nouell. 18.* & ita intelligitur text. *in §. in fraudem. Inſt. ex quib. cauſ. ma. non licet. ibi; ſæpe enim, &c.* Et eſt ratio; quia humana fragilitas mortis cogitatione turbata non præſumitur eam ſcientiam habere, *l. hac conſultiſſima. 8. §. at cum humana. C. qui teſt. fac. poſſ.*

289 Tertio, limita † non procedere, quando factum proprium eſſet valde antiquum; nam tunc non præſumitur ſcientia in facto proprio, ſed potius ignorantia & obliuio. Ita tenet Petr. Phil. Corn. *in conſil. 56. col. 1. in fin. in 3. vol.* & Bart. *in l. ſi quis delegauerit. 12. infra, de nouat.* & Bart. *in l. ſi res obligata. 57. infra, de legat. 1.* & Dyn. *in c. præſumitur. 47. de reg. iur. lib. 6.*

290 Quarto † limita, niſi factum proprium eſſet valde intricatũ & obſcurum, adeo, quod de facili non poteſt memoria retineri: nam tunc præſumitur ignorantia, ſecundum Bart. *in d. l. ſi quis delegauit. in fin.* per *l. emptor. 47. §. Lucius. ſupra de pact. & l. cum fideicommiſſum. 7. infra de conſeſſ.*

291 Quinto † limita, niſi quis eſſet multis negotiis intricatus: quia propter multiplicitatem factorum & negotiorum præſumitur ignorantia, etiam in facto proprio, ſecundum Bart. *in l. quod iuſſit. in fin. infra, de reg. iur.* Hinc eſt, quod ſi eſt aliquis homo diues, qui exercet multa negotia, & habet bona in diuerſis locis, aut regionibus, præſumitur ignorare factum proprium. Ita not. Bart. *in authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* & Bald. *in l. 2. in 6. quæſt. C. de reſcind. vend.*

292 Sexto † fallit, quando quis tractat de damno vitando; nam tunc præſumitur ignorantia, etiam in facto proprio, *l. ſed ſi me putem. 22.* & ibi Bart. *& l. cum is. 32. in princ.* & ibi gloſſ. & Bart. *ſupra, de cond. indeb.* & Bart. *in l. cum de indebito. 25. ſupra, de probat.* de quo vide Bart. *in l. qui fundum. 7. §. ſeruus meus. infra, pro emptor.*

293 Secundo † principaliter limita, regulam prædictam non procedere, quando factum alienum tendit ad commodum alicuius; nam ille, ad cuius commodum tendit, præſumitur illud ſcire, etiam ſi eſſet abſens: text. eſt, & ibi Card. *in Clem. 1. §. fin. de conceſſ. præbend.*

294 Tertio † principaliter limita, niſi ſit facta denunciatio ad domum eius, qui ignorantiam prætendit: quia ſcire præſumitur. Quilibet enim præſumitur ſcire id, quod eſt ſibi denunciatum in domo ſua, gl. eſt, & ibi Bald. *in l. ſi tutor petitus. 5. C. de peric. tutor.* & Iaſ. *in §. ſed iſtæ. col. 8. Inſt. de act.*

295 Quarto † limita, niſi de eo, de quo prætenditur ignorantia, eſſet publica vox & fama: vel eſſet notorium in illa ciuitate, in qua ille eſt, qui ignorantiam prætendit: nam per hoc non præſumitur ignorantia, ſed potius ſcientia inter ciues illius ciuitatis, ita tenet Bart. *hic. & in l. quidam. §. vlt. ſupr. de adnin. tut.* & Alex. *in conſil. 36. colum. 2. verſ. fortius. in 1. volum. & in conſ. 203. colum. 2. in 2. volum.* quod incipit: *Viſo & diſcuſſo, &c.* & Bald. *in l. quicunque. 4. col. 1. C. de ſer. fug.* & gloſſ. & Doct. *in d. l. ſi tutor petitus. 5.* & Bart. *in l. ſi cui 7. § 1. infra, de accuſ.* & idem Bart. *in l. qui Romæ. 122. § duo fratres 6 in 3. quæſt. infra, de verbor. oblig.* vbi dicit eadem verba, quæ dicit hic.

Quinto † limita, niſi ille, qui ignorantiam præ- 296
tendit, eſſet cõſanguineus eius, de cuius facto queritur: quia ratione conſanguinitatis præſumitur ſcire facta conſanguinei ſui, *l. 8. infra, vnde cog. & l. de tutela. 7. C. de in integr. reſtit.* & tenet Bart. hic & Bald. *in d. l. quicunque col. 1.* & Alex. *in l. Titius. 25 §. 1. ſupra, de lib. & poſthum.* & Alex. *in conſ. 103. col. 2. in verſ. pro hoc, &c in 4. vol.*

Quod † tamen reſtringe & intellige procedere 297
in his, quæ veriſimiliter & communiter conſanguineus ſcire ſolet: vt eſt circa materiam conſanguinitatis, & proceſſum naturæ: ſecus eſt in aliis factis conſanguinei; quia ita cadit ignorantia in conſanguineum, ſicut in quemlibet extraneum. Ita tenet Bald. & Alex. *in l. quoniam ſororem. 7. C. de iure delibr.* & Alex. *in conſ. 71. col. 3. in 1. vol.* & Alex. *in d. l. Titius. §. 1.* & vide aliquid de prædictis per Bart. *in l. qui duos 9. in princ. col. pen. circa fin. infra, de rebus dub.*

Sexto † limita, niſi is, qui ignorantiam præten- 298
dit, eſſet vicinus eius, de cuius facto quæritur: quia vicinus præſumitur ſcire facta vicini. Ita dicit Bart. hic. & Bald. *in d. l. ſi cui 1.* pro hoc eſt text. *in l. ſi ita. 15. §. fin. infra, de fun. inſtr. & in c. quoſdam. 7.* & ibi Abb. *de præſumpt. & in l. ſi vicinis. 9. C. de nupt. & in l. filium. 6. ſupra, de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & not. Bart. *in l. 1. col. 3 ſupra, ſi cert. pet.*

Quod tamen † limita procedere in illis actibus, 299
qui veriſimiliter ſciri ſolent per vicinos: vt quando ſumus in actibus ſucceſſiuis; ſecus autem in momẽtaneis: quia non præſumitur eos ſcire vicinos: vt ſi in domo vicini ſit celebratus aliquis contractus, vel aliquis actus, qui momento expeditur. Ita not. Alexan. *in l. 1. in 4. & 5. colum. ſupra, ſi certum petat.* eodem modo, quando ſumus in actibus, qui veriſimiliter ſolent committi in occulto: nam illum non præſumitur ſcire vicinus. Ita notanter tenet Bald. *in l. fin. C. de colluſio. deteg.* vt ſi committatur aliquod ſtuprũ, vel adulterium. Idem tenet Alex. *in d. conſ. 71. col. 3. in 1. vol. & in conſ. 50. circa fin. colum. in 5. vol* & Alex. *in d. l. Titius. 25. §. 1.* Et circa hanc materiam adde, quod quanto vicinior eſt quis, tanto ſubtilius præſumitur ſcire facta vicini: ſecundum Abb. *in c. quoſdam. 7. de præſump.*

Quis † autem dicatur vicinus, vide notanter Bal. 300
*in l. ſi tertius. 6. infra, de aqua plu. arc.* vbi dicit, quod vicinus dicitur ille, qui diſtat per tantum ſpatium, per quantum vox vnius hominis clamantis audiri poteſt. Idem etiam tenet Abb. *in dict. c. quoſdam. 7. de præſumpt.* vbi hoc intelligitur in vicino reſpectu eiuſdem loci & viciniæ: ſecus in vicino diuerſi loci,

vel ciuitatis; nam ille cẽſetur vicinus, qui non multum diſtat à ciuitate, vt ibi per eum.

301 Et † propter hanc præſumptam ſcientiam vicini præſumit lex, quod damnum commiſſum in aliquo cenſetur illatum à vicinis, niſi aliud probetur. Ita dicit Bart. *in l. ſi ita. 15. §. fin. per illũ text infra de defun. inſt. l. dominus horreorum.* 1 & ibi Bart. *C. loc.* & Bald *in l. quæ fortuitis. 6. col. 1. in fin. C. de pign. act.* vbi dicit, quod incẽdium domus præſumitur immiſſum ab illis habitantibus: de qua materia vide plene Alex. *in conſil. 50. in 1. vol. & conſil. 220. in 2. vol.* & habetur *in deciſ. 57 conſil. Neap.* Item, quod furtum præſumatur factum à vicino: adeo, quod facit indicium, tenet Bart. *in l. vlt. col. 2. infra de quaſt.*

302 Eodem † modo, ſi repetitur aliquis homo occiſus, præſumitur interfectus ab eo, qui plurimum locum illum frequentabat: ita tenet Alex. *in d. l. vlt. in addit. ad Bart.* quæ incip. *Quid ſi reperitur, &c.* & Alex. *in d. conſ. 50. col. 3. in 1. vol.* faciunt not. per Iaſ. *in l. rogaſti. 11 §. ſi tibi. col. fin. ſupra, ſi certum petat.*

303 Hoc † tamen limita multum ſingulariter ſecundum Bald. *in l. 1 col fin. C. locat.* procedere in vicino, qui eſt malæ conditionis & famæ: ſecus ſi eſſet homo bonæ famæ, & vitæ: quia non præſumitur damnum commiſiſſe. Ita etiam in ſimili tenet Angel. *verſ. fama publica col. 6 in tract maleficiorum.*

304 Item † inquantum ſupra dixi, quod vicinus non præſumitur ſcire actum momentaneum commiſſum in vicinia: limita niſi probaretur, quod de illo actu eſſet in illa vicinia publica vox & fama: quia præſumitur tunc ſcire vicinus, ſecundum Bart. *hic.* Idem quando probaretur, quod de hoc erat fama in illa ciuitate: præſumitur ſcire eo ipſo, quod probetur, quod erat ciuis, ſecundum Bart. *hic.* Quod tamen limita nõ procedere in nouo ciue, qui nouiter aduentauit in ciuitatem: nam in eo ceſſat talis præſumptio ſcientiæ: ita dicit Alex. *hic in 4. col.* & Bald. *in l. data opera 11. col. 7 C. qui accuſar. non poſſ.* per text. *in l. qui cum vno. 4. §. vlt. & in l. qui commeatus. 14. §. vlt. infra, de re milit.*

305 Prædicta † vero, quod conſanguineus præſumitur ſcire facta conſanguinei, & vicini, limita etiam ſecundum Bartol. hic non procedere, quando conſanguineus, vel vicinus fuiſſet abſens ab illo loco vel ciuitate, in qua ſtabat conſanguineus. Ita etiam tenet Alexan. *hic.* pro hoc eſt text. & ibi per Abb. *in c. cum in tua. 6. extra, qui matr. accuſ. poſſ.* Quod tamen intellige ſecundum Lud. Rom. & Alex. hic; niſi modicum diſtaret ab illo loco: quia tunc ſcire præſumitur: & modica diſtantia non attenditur, per text. *in d. c. cum in tua. in l. præſens. 5 ſupra, de procurat. & in quoſdam. 7. de præſumpt.*

306 Secundo † limita, niſi conſanguineus vel vicinus eſſet infirmus: quia propter infirmitatem præſumitur ignorare facta conſanguinei, vel vicini. Ita dicit Bart. *hic* & eſt text. *in d. c. cum in tua.* quod tamen intellige ſecundum Roffr. & Alex. hic, ſi eſſet magna infirmitas: ſecus ſi eſſet leuis infirmitas: quia habetur pro non infirmitate, *l. quæſitum. 60. & ibi not. infra de re iudic. & l. 1. §. preinde & l. ob quæ vitia. 4. §. fin. ſupr. de ædil. edict.*

Tertio † limita, niſi conſanguineus, vel vicinus eſſet puer vel infans; quia ratione ætatis præſumitur ignorare, vt *d. c. cum in tua. 6.* & ibi per Abb. & not. gloſſ. *in c. præſumitur 47. de reg. iur. libr. 6.* Et pari ratione infero idem eſſe in furioſo, ex quo nullum habet ſenſum, & infanti æquiparatur, *l. in negotiis. 5. infra, de reg. iur.* 307

Quarto limita, † niſi conſanguineus vel vicinus eſſet excommunicatus; quia præſumitur ignorare, ſecundum Abb. *in d. c. cum in tua. col. 1.* Et poteſt eſſe ratio: quia excommunicatus æquiparatur mortuo, ſecundum Innocen. *in c. grauem. 53. de ſentent. excomm.* Item ex quo nullus cum eo participat: non poteſt intelligere quod agitur. 308

Septimo † principaliter limita, regulam prædictam procedere, niſi is, qui ignorantiam prætendit, interfuiſſet negotio, quod aſſerit ignorare; quia tunc ratione ſuæ præſentiæ ſcire præſumitur. Ita not. gloſſ. & Bart. & Bald. *in d. l. ſi tutor petitus. 5. C. de peric. tutor.* 309

Octauo, † principaliter limita non procedere in eo, qui aſſidue, & vt plurimum ſolebat eſſe, & ſtare cum eo, cuius factum ignorare prætendit; quia ratione aſſiduæ conuerſationis & amicitiæ præſumitur ſcire factum illius; ſicut dicimus in vicino & conſanguineo: ita notanter tenet Bald. & ibi etiam Imol *in l. quotiens. 9 in princ. ſupra, de hær. inſtit.* & Bald. *in l. vnica §. in primam fin. col C. de cad. toll.* 310

Nono, † limita in eo, qui ex iuris diſpoſitione tenetur ſcire; nam præſumitur ſcire, & non excuſatur allegans ignorantiam, *l. 1. C. de falſ. mone.* & tenet Bald. *in d. l. ſi tutor petitus.* & ratio eſt; quia ſcire, & ſcire debere, ſunt paria. Ita not. Bald. *in l quicunque. 24 col. 1. C. de ſeru. fug.* & Franc. de Aret. *in l. filium emancipatum. 6 in fin. infra, eod* & Card. *in Clem. 1. §. fin. col. 1. de conceſſ. præbend.* & Paris *in tract ſynd. in verſic. familiaris.* & Aluar. *in c. vaſallus ſi feudum col 1. ſi de feud: fuer. controuer.* Pro hoc facit, quod dicimus de ignorantia iuris, quæ neminem excuſat, vt habetur *in l. iuris ignorantia. 6. C. qui admitt.* & eſt ratio: quia quilibet tenetur ſcire leges, *l. leges ſacratiſſimæ. 9. C. de legib.* & propterea quilibet præſumitur eas ſcire; quia ſcire tenetur. 311

Decimo, † limita non procedere in ignorantia affectata: nam licet in dubio præſumatur quis ignorare facta aliena, vt *ſupra, & d. c. præſumitur. 47. de præſumpt. in 6.* Si tamen, cum ſcire potuiſſet de facili, non curauit, & affectauit ignorantiam; quia forte receſſit, ne poſſet ſcire; vel alio modo procurauit ignorantiam, non excuſatur: imo ſcire præſumitur, & talis affectata ignorantia habetur pro ſcientia. Ita expreſſe tenet Card. *in Clem. 1. & 7 qu. de conſang. & affin.* per ea, quæ habentur *in c. Apoſtol. de cler.* 312

cler. excom. & ibi per Abb. vbi iſtud generaliter extenditur ad omnem ignorantiam craſſam & ſupinam: quia talis ignorantia neminem excuſat: imo habetur pro ſcientia, ſecundum Abbat. *ibi.* Et ibi ponit, quando dicatur ignorantia craſſa, & quando ſupina, vt not. Bald. *in l. vnica. in princ. col. fin. C. de cad. toll.* Ad prædicta autẽ de ignorantia affectata facit text. *in l. tria onera. ſupra, de excuſ. tut.* & not. plene Iaſ. *in l. ſi vero. col. 2. & 3. ſupra, qui ſatiſd. cog.* & de ignorantia ſupina eſt gloſſ. *in c. innotuit. 10 de elect.*

313 Vndecimo † limita non procedere in eo, qui percontatus eſt factum alienum: quia præſumitur ſcire, *l. non eſt ferendus. 12. ſupra, de tranſact.* & not. Bald. *in d. l. tutor petitus. 5. C. de pericul. tutor.* Idem eſt in eo, qui percontari & inquirere tenebatur, forte ex ratione officii: quia ſcire præſumitur, & non auditur allegando ignorantiam, niſi illam probet. Ita not. Abb. *in d. c. innotuit. 20. col. 3. & fi. de elect.* & Lud. Rom. *conſil. 481 col. 2.* & poteſt eſſe exemplum, quando Epiſcopus contulit beneficium indigno: nam non poteſt ſe excuſare, ſi neſciebat illum eſſe indignum, ex quo iſtud inquirere tenebatur: & ſic de ſimili. Non enim poteſt paſtor ſe excuſare, quod neſciuit lupum comediſſe ouem, vt dicit Abb. cui adde Felin. *c. à nobis. 2. de except.*

314 Duodecimo, † limita non procedere in hærede extraneo; quia præſumitur ſcire omnia contenta in teſtamento facto per defectum, in quo ipſe eſt hæres inſtitutus: ſecus eſt in hærede ſuo: quia ille præſumitur ignorare. Ita notantet tenet Bart *in l. eius, qui. 41. in 3. colum. circa fin. ſupra, ſi certum petat. & in l. cætera. 41. §. fin. infra de leg. 1. & in l. cum hæres. 24. per illum text. infra, de lib. leg.* & Bald. *in dict. l. ſi tutor petitus. 5. C. de peric. tutor.* Et eſt ratio; quia hæres extraneus non poteſt eſſe hæres, nec adire, niſi ſit certus de viribus teſtamenti, *l. ſed ſi de ſua. 34. infra eod.* ſecus in hærede ſuo. Quod tamen limita non procedere in codicillis: quia tam extraneus, quam ſuus præſumitur ignorare contenta in codicillis, *l. non eſt ferendus. 2. ſupra, de tranſact.* & not. Bartol. *in d. l. cætera § fin.*

315 Prædictis † adde, quod in ſuperioribus caſibus, in quibus dictum eſt præſumi ſcientiam in facto alieno; & in omnibus caſibus, qui forte reperientur vltra prædictos, dummodo non ſit præſumptio ſcientiæ iuris, & de iure admittitur probatio ignorantiæ in contrarium, & ſic dictæ præſumptiones operabuntur, vt onus probandi transfundatur in allegantem ignorantiam: licet alias ignorantia regulariter præſumatur.

316 Qualiter † autem probetur ignorantia, vide gl. *in c. præſumitur de reg. iur. libr. 6.* quæ dicit, quod ignorantia probatur altero de tribus modis. Primo, per proprium iuramentum; nam ea, quæ dependent ab animo & cõſcientia, poſſunt probari per iuramentum: quia alio modo probari non poſſunt, gloſſ. eſt not. quæ ad hoc ſemper allegatur *in §. aliena. in gloſſ. magna Inſtit. de act.* & gloſſ. *in l. 1 C. de ſicariis* & Bart *in l. inter omnes. 6. §. recte. 7. infra, de fur.* & Alex *in conſil. 19. col. 2. in 1. vol.* & Abb *in c. præſentium. col. 2 de teſtibus.* & Bart. *in l. Celſus. 27. infra, de vſucap* & Abb. *in c. vidua. 4. de regula & in c. cognoſcentes. 2. de conſtitut.* & Bart. *in d. l. §. hoc interdicto infra, de itin. actuque priuat.* Secundo modo probatur ignorantia probando illud, quod de neceſſitate facit deueniri ad eam: vt probãdo aliquem eſſe infantem vel furioſum. Tertio modo probatur probando id, per quod veriſimiliter deuenitur ad eam: vt probando aliquem abſentem, vel infirmum, vt ſupra dictum fuit. Ita dicit gloſſ. *in d. c. præſumitur.*

Quibus † adde, quod probare ignorantiam per iuramentum, eſt regulare: nam de iure regulariter ignorantia poteſt probari per iuramentum, gloſſ. eſt, & ibi Abb. *in fin. colum. in c. innotuit. 20. de elect.* & gloſſ. *in l. atqui natura 19. §. cum me abſente. ſupra, de negot. geſt.* & gloſſ. *in c. propoſuiſti. 82. diſtin & in c. nulli 8. de elect. libr. 6.* & gloſſ. *in c. 2. in verſic ſcienter. de temp. ordin. lib. 6.* 317

Tamen † iſta regula recipit multas exceptiones: quia ſunt multi caſus, in quibus non ſufficit iuramentum ad probandam ignorantiam; quos ponit Felin. *in c cognoſcentes. 2 colum antepen. de conſtit.* & ibi etiam Barbat. & Felin. *in c. quoſdam. 7. de præſumpt* & Iaſ. *in §. ſed iſta. colum. 18. Inſtit. de act.* in quibus locis pleniſſime tractatur hæc materia; & ad dicta ibi per eos me remitto. 318

Succeſſiue † inquantum Bart. dicit circa probandam ſcientiam in terminis legis noſtræ, quod ſi is, cui delata erat hæreditas, non dixit in præterito, ſe ſciuiſſe mortem defuncti: ſed dicit nunc, quod ſciuit, dum mouetur ſibi controuerſia ſuper hæreditate, quod hoc non ſufficit, niſi alio modo probet ſcientiam: vnde ſi ſimpliciter bona adiuit, & hæreditas eſſet ſibi delata per ius deliberandi, ſuccumbit elapſo anno. Nota perpetuo ex verbis Bart. quod ius deliberandi, per quod tranſmittitur hæreditas non adita ad quoſcunque hæredes intra annũ iuxta *l. cum in antiquioribus 19 C. de iur. delib.* eſt talis naturæ, quod incipit currere demum à die ſcientiæ ei, cui primo defertur: ſed poſtquam incœpit ſcire, tranſmittit, ſi moriatur, illud ius deliberandi ad hæredem, vigore cuius tranſmiſſionis, poteſt hæres illam hæreditatem adire ſolum intra reſiduum illius anni, qui incœpit in perſona defuncti: quod reſiduũ currit hæredi etiam ignoranti; adeo, quod ſi hæres ignorat mortem defuncti, & labitur annus, non poteſt vlterius adire: & ſi adit ignoranter, non valet aditio. Iſta vltima verba colliguntur ex dictis Bartoli hic: licet obſcure loquatur, per quæ habes ad intellectum *d l cum in antiquioribus.* Et de hoc proprie voluit ſentire gloſſ. notabilis *in d. l. cum in antiquioribus. in verſ. qui ſciens.* quæ dicit, quod ille annus eſt vtilis, donec incipiat currere; ſed poſtquam incœpit, eſt continuus. 319

Zzz 2 Item

320 Item † inquantum Bart. hic in 2. requiſito dicit, quod ad ſciendum, qualiter quis ſit hæres inſtitutus, non requiritur de neceſſitate, quod viderit fieri teſtamentum, vel illud legerit, ſed ſufficit, quod illud ſit ſibi dictum, vel ſcriptum per literas amicorum. Nota ex hoc alium modum probandi ſcientiam; quia probatur ex eo ipſo, quod ꝓbatur, quod fuit de hoc facto ſcriptum alicui per literas amicorum: vel eo ipſo quod aliquis retulit ita factum ſe habere, vnde non poteſt prætendere ignorantiam: & hunc modum probandi ſcientiam adde aliis prædictis ſupra.

321 Item, † nota ex dictis Bartol. in eodem membro: quod in caſibus, in quibus ad faciendum aliquem actum requiritur, quod præcedat fama: ſiquidem præceſſit fama; & antequam actus geratur, ſuperueniat fama contraria: quod talis fama contraria tollit effectum primæ famæ, & impedit actum gerendum: ſecus, ſi actus erat geſtus: & poſtea ſuperuenit; quia non inualidat, nec reuocat ipſum iam factum. Et hoc infertur ſecundum Bald. & Alexan. hic ad quæſt. de inquiſitione, quæ fieri debet præcedente fama: nam ſi ſuperuenit contraria fama ante ipſam formatam, impedit ea fieri: ſecus, ſi poſt. Et ex hoc docet hic Bartol. Aduocatum qualiter debet formare articulos, vt ſciat ſe arctare ad tempus ante, vel poſt actum geſtum.

322 Item † nota ex dictis Bartol. *in d. ſecundo membro.* quod communis opin. hominum præbet cauſam iuſtæ credulitatis, pro hoc eſt tex. *in l. 2. infra quis ord. in bon. poſſeſſ. ſeruct.* de qua materia vide Bart. & Alex. *in l. vlt. ſupr de hær. inſt.* vbi pro hoc docent notab. practicam ad liberandum aliquem à pœna, quam forte incurreret, ſi non probat id, quod aſſerit: nam debet articulare, quod de hoc erat communis opinio, vel publica vox & fama: vel quod audiuit dici à perſonis fide dignis, & liberabitur, vt ibi per Bart & Alex.

323 Quibus adde, † quod non ſolum publica vox & fama, ſeu communis opin. præbet hanc iuſtam cauſam credulitatis, ſed etiam dictum ſeu relatio vnius viri notabilis & fide digni. gloſ. eſt ſingularis *in l. Titio fundus. 73. infra, de cond. & demonſt.* quam multum exclamat, & pro notabili reddit Bald. *ibi, & in l. indicia. 19. col. fin. C. de rei vend.* & Bart. *in l. vlt. infra pro empto.* & Ioan. And. & Ant. de Butr. & communiter Canon. *in c. cura. 11. de iure patron.* & Iaſ. *in repet. l admonendi. 31. col 99. de iureiur.*

324 Item † inquantum Bart. *hic in eodem ſecundo membro circa fin.* dicit: quod ſi in veritate hæres eſt inſtitutus ſub conditione; abſq; dubio non poteſt, pendente conditione adire. vide eundem Bart. *in l. ſi quis extraneus. 21. §. fin. infra eod.* vbi ponit de hac materia vnam notabilem diſtinctionem.

325 Limita † tamen illud non procedere, quando cõmunis & vehemens opinio hominum erat, quod conditione omnino erat purificanda in fauorem hæredis: & deinde in veritate ita fuit purificata: nam tunc poteſt hæres vigore dictæ communis opinionis adire, etiam pendente conditione: quæ aditio confirmatur per veritatem poſtea ſecutam. Ita mirabiliter tenuit Petr. de Anchar. *in conſil. 349. incip. viſo diligenter. & in conſ. 358 incip. Viſis diligenter.* vbi ponit notabilem caſum, ſcilicet, ſi teſtator relinquens vxorem prægnantem dixit, quod ſi poſthumus naſceretur maſculus, ſit hæres; ſi autem vxor pareret fœminam; tunc inſtituebat Titium hæredem vniuerſalem: & poſthumam ſolam in dotes. Nam ſi adhuc exiſtente vxore prægnante, erat communis, & vehemens opinio, quod erat paritura fœminam, & hoc cognoſcebatur ex ſignis; potuit interim dictus Titius hæres adire hæreditatem, conditione pendente: quæ aditio confirmabitur poſtea per euentum ſubſequutum, ſcilicet, quia peperit fœminam. Et iſtud erit magni effectus; quia ſi interim moriatur hæres poſt aditam hæreditatem conditione pendente tranſmittit eam ad heredes apparente poſtea veritate; quod alias non eſſet. Et aliud dictum Per. de Anch. refert Iaſ. *in l. certum. 6. col. ſi ſupr. ſi cert. pet.* & dicit, quod Petr. de Anch. in tali conſil. habuit aliquid vltra hominem.

Subſequenter † nota ex dictis Bart. in tertio mẽbro, quod quando probantur duæ famę contrariæ, ſtatur illi, quæ procedit a perſonis magis dignioribus. Et hoc facit ad materiam teſtium: nam ſi ſunt examinati plures teſtes hincinde, & ſunt ad inuicem contrarii: tunc data paritate numeri teſtium, ſtatur illis, qui ſunt digniores, & maioris auctoritatis, vt not. plene Abb. & Felin. *in c. in noſtra. 32. de teſtib.* hinc eſt, quod ſi pro vna parte ſunt examinati duo teſtes maſculi; & pro alia duæ teſtes fœminæ contrariæ maſculis: creditur potius maſculis, tanquam dignioribus, ſecundum Abb. *in c. forus. 10. de verbor. ſignif.* pro quo facit; quia mulier non dicitur teſtis omni exceptione maior, vt not. Alex. *in conſil. 70 col. pen. in 2. volum.* quibus adde Bald. *in l. vlt. ſupra. de fid inſtrum.* 326

Ad prædicta, † quæ dixi de fama, adde notabiliter Lud. Rom. *in conſ. 221. col. 1.* vbi dicit, quod ſi probatur ſuſpicio fugæ contra aliquem debitorem: ſi ipſa probat ſuam bonam famam in cõtrarium, non poteſt capi perſonaliter; quia probatio bonæ famæ eneruat contrarium ſuſpicionem: & ibi multum eleganter loquitur ad propoſitum prædictum. 327

Item, † illud, quod dixi; quod ſtatur teſtibus dignioribus; limita ſingulariter, niſi teſtes minus digni deponerent pro reo: & digniores pro actore: quia tunc creditur minus dignioribus, vt reus abſoluatur, gloſſ. eſt ſing. *in c. clerici. 32. diſt. 81.* per quam ita dixit Abb. *in c. ex literis 3. in ten. not. de prob.* & Spec. *in tit. de teſte. § poſtquam. verſ. porro.* & Bart. *in addit. ad Abb. in d. c. forus. 10. de verb. ſign.* 328

Hinc eſt, † quod licet alias plus credatur teſtibus affirmantibus, quam negantibus; etiamſi mille eſſent, ſecundum Abb. *in d. c. noſtra. 32. in fin. & in c. cum* 319

*in*

*in tua.4 4.in 3.not.de teſtib.*& Bald.*in l.data opera.11.col. 22.C.de accuſ.* tamen hoc non habet locum, quando teſtes negantes eſſent pro reo: quia eis plus creditur, vt reus abſoluatur: ita per illam gl.*in d.c. clerici 31.diſt* 81.tenet Fel.*in d.c.ex literis.3.col.2.in vlt. not.de probat.*

330 Super quarto membro † inquantum Bart. tangit, ſi aliquis dicat ſe filium alicuius: ex aduerſo negetur: quomodo probabitur hæc filiatio? remittit ſe ad allegata per eum hic. Tu dic breuiter in hac materia: quod ad probandum, quem eſſe filium, ſufficit probari eſſe natum in domo conſtante matrimonio inter maritum & vxorem: quia is dicitur filius, quem nuptiæ demonſtrant, *l.filium. 6.ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l.ſi vicinus. 9. C. de nupt.* & not. Abbas & Felin. plene *in cap. per tuas.* 10. *de probat.*

331 Quod amplia procedere, † etiam ſi vxor erat meretrix, & miſcebat ſe cum aliis viris: quia nihilominus ille, qui naſcitur, præſumitur natus ex marito: ita not. Bald. *in d.l.ſi vicinus. & in rubr. C de probat. colum.fi.* pro hoc eſt tex. *in l.miles.11.§. defuncto.* 9. *& ſequent. infra, de adult.* & not. Abb. *in c. tranſmiſſæ.* 3. *col. 2. in fin. extr. qui fil. ſint legit.*

332 Secundo amplia † procedere non ſolum in viro & vxore, ſed etiam inter concubinos: nam ille, qui naſcitur, præſumitur natus ex concubina retenta in domo, ſicut ex marito, vt eſt gl. *in c. Michael de fil. preſbyt.* & not. Abb. & Fel. *in d.c. per tuas.* 10. *de probat.* & Alex. *in conſil* 51. *in 1. vol.*

333 Iſtud tamen intelligitur procedere † in eo, qui eſt concubinus, vt ſupr. ſecus in eo, qui tenet pediſſequam in domo, quæ pediſſequa parit filium: nam ille partus non præſumitur filius domini: niſi probetur, quod illa pediſſequa erat concubina domini: ita ſingulariter tenet Bald. *in d.l. filium.* 6 *col. 2. in fi. ſupra, de his qui ſunt ſui, vel alie. iur.*

334 Prædicta limita non procedere, † quando probaretur abſentia viri per nouem menſes, & maxime tempore conceptionis: vel ſi probaretur, quod vir non fuit viſus cum vxore: vel fuit infirmus, vel alio modo impotens ad coeundum: quia tunc præſumitur filius eius: ita not. Bald. *in d. l. filium col.* 1. & Abb. *in d c. tranſmiſſæ* 3. *& c. cauſam quæ.* 4. *el. 1. qui fil. ſint legit.* & Fel. *in c per tuas.* 10. *de probat.*

335 Qualiter autem ſit articulandum † in probando filiationem, vide Bartol. *in l. non nudis.* 14. *C. de prob.*

336 Super quinto membro † collige ex dictis Bartol. qualiter probatur veritas alicuius rei etiam per diſcuſſionem & inquiſitionem, vt ſi perquiratur, & non inueniatur. Et nota hunc modum probandi veritatem; quia poteſt ſeruire ad multa.

337 Secundo collige ex dictis Bart. † quod in dubio quilibet præſumitur deceſſiſſe inteſtatus: niſi probetur ex aduerſo, quod fecerit teſtamentum: cui adde quod iſta eſt veritas, & ita tenet Alex. & communiter Dd. *in l.ſi emancipati.* 9. *C. de collat.*

In Sexto membro in quantum Bart † hic format vnam notabilem quæſt. & eam indeciſam relinquit: dicendo, quod de facto pendebat, adde, quod eam decidit Bar. *in l gerit.* 88. *col. pen. infra, eod.* & tenet aditionem valere, ſed Bald. *in l. potuit.* 5. *in 8. q. C. de iure delib.* tenet contrarium, ſcilicet, quod non valeat. Alex. *hic in fin.* remittit ſe ad dicenda per eum *in d. l. gerit.* vbi nihil dicit: vnde tu breuiter tene opin. Bar. *in d l. gerit.* ſcilicet, quod valeat aditio: quia verior eſt; & moueor vltra Bart. vno ſolo fundamento. Nam omnia iura, quæ dicunt, adeuntem debere eſſe certum, procedunt in caſibus, in quibus dubietas, q̃ habet ſe ad eſſe, eſt talis: vt ſi haberet ſe ad eſſe, aditio valeret, & ſi ad non eſſe, aditio non valeret, vel econtra: & idem in repudiatione hoc potes clare percipere ex omnibus exemplis & requiſitis ſupradictis: ſed in caſu iſto, ſiue dubietas habeat ſe ad eſſe, ſiue de non eſſe, ſemper & in omnem euentum aditio ſortiretur effectum: ergo ſine dubio debet valere; & ita teneo. Non obſtat, quod dicit Bal. *in d.l. potuit.* quia fragilem rationem adducit: quæ tollitur per hoc, quod in omnem euentum inducitur eadem aditio in effectu. 338

Vltimo, † in quantum Bart. in ſeptimo membro in fin. verbis dicit, quod quando eſt delata hæreditas pupillo, ſufficit ſcientia tutoris, vt poſſit adiri. Ex hoc infero, quod ſi moritur pupillus hæreditate non adita, tranſmittit ius deliberandi ad hæredem: licet ipſe neſciuerit hæreditatem ſibi delatam: & ſufficit quod tutor ſciat: ita in terminis tenet Bart. *in l. cum in antiquioribus.* 19. *in fi. C. de iure delib.* & ibi etiã Alexand. *in pen. colum.* Et procedit hoc ſecundum Bar. ibi, ſiue pupillus ſit infans, ſiue non: item procedit, etiam ſi tutor non faciat inuentarium, nec alia ſolennia: ita tenet Bart. *in l. vlt. C. de tut. & cur. qui ſatis non ded.* 339

Hoc tamen limita, † dummodo tutor ſuperueniat tempore mortis pupilli; ſecus ſi primo moriatur tutor: ita tenet Bart. *in conſil.* 168. *incipient. Perusſinus. & in conſil.* 132. *incipien. domina Cæcilia.* Et per hæc ſit expedita præſens repetitio Laus Deo immortali optimo. Et fuit hæc repetitio expedita per me Robertum Maranctam Venuſinum V.I.D, in ciuitate Maleficti de prouincia terræ Bari in partibus Apuliæ: ſub anno Domini milleſimo, quingenteſimo, decimoſeptimo; Die vigeſimo nono menſis Decembris, quintæ indictionis: incepta tamen fuit per me ſcribi & componi ſub die vigeſimoquinto menſis Nouembris anni eiuſdem, in die Beatæ Catharinæ: Continuatis tamen abſque intermiſſione lucubrationibus. 340

# REPETITIO LEGIS, SI ACTOR. DIGEST. DE PROCVRATORIBVS. ADITA PER PRÆCLARVM V.I.D. DOMINVM ROBERTum Marantam Venuſinum.

SVMMARIA.


1 *Procurator quis ſit.*

2 *Procurator quomodo conſtituatur.*

*Inſtrumentum debiti in iudicio habens, an procurator cenſeatur.*

3 *Procurator non poteſt conſtitui niſi à domino litis.*

4 *Pupillus non dat procuratorem, ſed tutor.*

5 *Procurator ante litem conteſt. non conſtituit procuratorem ſine ſpeciali mandato, num. 8.*

6 *Dominus poſt litem conteſtatam non poteſt citari, neque vt contumax reputari.*

7 *Procuratore abſente citatur dominus.*

9 *Tutor vel curator non poteſt ante litem conteſtatam procuratorem dare.*

*Adminiſtratores ad commodum proprium poſſunt ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere, num 10.*

10 *Comparitio principalis impedit conſtitutionem procuratoris ante litem conteſt. in Regno.*

11 *Litis conteſtatio vbi non celebratur primus actus fiendus poſt litem conteſtatam, loco litis conteſtationis eſt.*

12 *Procurator in rem ſuam dupliciter quis dicitur. & num. ſeq.*

14 *Directæ actiones & iura euelli ab eſſibus principalis non poſſunt.*

15 *Procurator in rem ſuam conſtituitur quatuor modis, num. 16. & num. 86.*

17 *Differentia intercedere & mandare actiones.*

18 *Procurator in rem ſuam, an vere procurator dici poſſit.*

19 *Directa actio non intentatur, vbi vtilis tantum ceſſa eſt.*

20 *Ceſſionarius non eſt creditor eius, contra quem eſt facta ceſſio.*

21 *Ceſſionarius poteſt vigore pacti cum cedente initi bona debitoris ceſſi propria auctoritate capere, & numer. 22.*

23 *Differentia directa & vtilis actionis, & eius effectus, num. 24. & ſeq.*

31 *Summa legis & facti ſpecies, num. 42.*

*Actori liberum eſt agere cum Reo, vel cum procuratore in rem ſuam: idem in Reo, num. 32.*

33 *Reus, habens plures iudices, conuenitur ab Actore coram quolibet.*

34 *Reus obligatus ad centum, vel ad pignus, conuenitur ad centum, neque liberatur, pignus offerendo.*

35 *Promiſſio ſeruitutis in electione Actoris eſt; qua ire velit.*

36 *Electione plurium actionum, electio Actoris eſt.*

37 *Electionem habet Actor in alternatiuis obligationibus locorum.*

38 *Obligatis diuerſis bonis penes diuerſos, quilibet conueniri poteſt.*

39 *Actor in ſummariis, verbo vel ſcriptis, petit.*

40 *Legatarius electionem habet in legato incerto rei certæ.*

42 *Promiſſio alternatiua de duobus vel vno dando, electio eius eſt, cui promiſſio facta.*

43 *Conueniri coram certo iudice qui nequit: poteſt tamen reconueniri.*

44 *Clericus poteſt coram iudice laico reconueniri.*

45 *Succedens ex titulo oneroſo, non poteſt reconueniri.*

46 L. ſi Actor ff. de procurat. *an procedat in cauſa reconuentionis: & ibidem de varia caſuum eiuſdem poſitione, num. 47. & 53.*

48 *Iura actiua tranſeunt in emptorem hæreditatis, ipſo iure.*

*Emptor hæreditatis inuitus non conuenitur.*

49 *Procuratoris in rem ſuam conſtituti quæ vtilitas.*

50 *Tertius ſuſcipiens iudicium animo nouandi & liberandi non admittitur inuito Actore.*

51 *Actore & Rei procuratore contendentibus de legalitate conuenti, cui credendum, & vter probet, numer. 78.*

52 *Debita hæreditaria in iudicio famil. erciſcund. diuiduntur proportione inter hæredes ipſo iure.*

53 L. 1. §. vſus. ff. de procurat. *examinatur, & numer. 54.*

55 *Tertius inuito creditore ſoluere poteſt.*

56 *Tertius pro ſuo intereſſe quatenus iudicium in ſe ſuſcipere poſſit.*

57 *Exceptio ſiue recuſatio aduerſarii, ſicut iudicis, ante omnia opponi debet.*

58 *Procuratore ſemel admiſſo, non poteſt poſtea peti comparitio principalis.*

59 *Confeſſio principalis non nocet procuratori in rem ſuam.*

60 *Procurator ſimplex ad defendendum conſtitutus, non poteſt recuſari, niſi &c. num. 61. & ſeq.*

64 *Examen principalis partis fit expenſis examinantis.*


65 Co-

65 *Copia procuratorii datur expenſis conſtituentis.*
66 *Principalis in cauſa quis dicatur.num.67.*
68 *Aduocatus in examine principalis an repellatur, & num.69.*
70 *Reſpondere poſitionibus recuſantis quæ pœna.*
71 *Succeſſor ſingularis in iudicio non poteſt repelli.*
72 *Poſſeſſore comparente, liberatur dolo deſinens poſſidere.*
73 *Nominatio principalis liberat conuentum.*
74 *Auctor laudatus an inuito Actore comparere poſſit, & an iudicio cœpto cum emptore ſuperſederi poſſit, num. 75.*
76 *Beneficium huius.* l. ſi Actor. *an Reo competat æque vt Actori, num.* 84. 85. 86.
77 *Intellectus* l. procuratore in rem ſuam. ff. de procurat.
79 *Probans pupillarem ſubſtitutionem, & mortem pupilli, obtinet, etiam ſi pupillum obiiſſe non probet.*
80 *Viuere quilibet præſumitur centum annis.*
81 *Fundans ſe in ætate maiori, vel minori, eam docere debet.*
82 *Prouiſio de beneficio vacaturo non extenditur ad poſt creatum.*
83 *Procurator in caſu* l. ſi actor. *vt repellatur, ſufficit probare alterum, vel dominum legaliorem, vel cauſam melius noſcere.*
84 *Procurator, inuito Actore, pro principali non reſpondet poſitionibus.*

L. SI ACTOR. Iſta lex eſt breuis, & multum difficilis in text. & glo. præſertim propter varietatem lecturarum: & habet materiam valde notabilem, & in practica quotidianam: vnde pro eius clariori intelligentia, & eorum, quæ traduntur in gl. & Bar. præſuppono, quod procuratorum duæ principaliter dicuntur eſſe ſpecies. Quidam dicitur procurator in rem ſuam.

1 Procurator ſimpliciter dicitur ille, † qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, prout ita diffinit Iuriſconſult. *in l. 1. ſupra, eod.* ideo autem dicit, aliena negotia: quia in propriis non dicitur quis procurator, cum in illis non cadat mandatum, *l. 2. in fi. infra, mand.* & not. Bart. *in d. l. 1. ſupra, eod.* in re enim propria quilibet eſt moderator & arbiter, *l. in re mandata. 21. C. mand.* item ideo dicit, mãdato: quia ſine mandato non dicitur procurator: ſed potius negotiorum geſtor. vnde tunc habet locum titulus de negot. geſt. vt probatur *in l. 1. & 2. infra, de negot. geſtis.*

2 Inducitur autem iſtud mandatum † procuratorium non ſolum per expreſſam confeſſionem mandati & procurationis, ſed etiam per traditionem inſtrumenti continentis: nam eo ipſo, ꝙ debite quis comparet in iudicio tanquam procurator, & producit inſtrumentum debiti, præſumitur ex hoc procurator, & vt admittatur ſaltem cum cautione de rato, vt not. Bart. *in l. vulgo. 23. in fin. infra, de admin. & tut.* & idem Bart. *in l. 3. §. cauſ. infra, de ædil. edict.* & Bal. *in l. ſi qua per calum. 22. in fin. C. de Epiſ. & cler.* & Bal. & Angel. Imol. & Paul. de Caſtr. *in l. Mæuia 28 infr. ſol. matr.* licet aliter teneat Bald. *in l. 1. C. de procur. & in l. Labeo. 2. ſupra, de pact.* tamen opin. Bart. præcedens eſt magis communis, quam tenet Imol. *in c. coram. 34. de off. deleg.* & ibi etiam Fel. plene tangit: & dicit illam eſſe cõmunem opin. illud autem, quod dixi, requiri cautionem de rato intelligitur, quando producens inſtrumentum non probaret, quod dominus tradidit ſibi inſtrumentum, ſed fundat ſe ſolum ſuper præſumptione, quæ oritur ex ipſa oſtenſione inſtrumenti: nam ſecus eſt, ſi probaret, quod dominus tradidit ſibi illud inſtrumentum; quia ex hoc inducitur mandatum plenum, nec eſt neceſſe aliter de rato cauere, ſed indiſtincte admittitur: ita tenent Bald. Imol. & Fel. *in d. c. coram. 34.* & Alexand. *in d. l. vulgo 23. ff de admin. tut. in addit. ad Bart.* ſicut dicimus in vxore, quæ eo ipſo, quod tradit inſtrumentum debiti marito ſuper paraphernalibus, cenſetur ipſum facere procuratorem & dare ſibi ibi mandatum, vt notant gloſſ. & Bart. *in l. vlt. C. de pactis conuent. & in l. maritus. 21. C. de procurat.* & Bald. *in l. filius. 23. C. de pact.*

Item dicitur in diffinitione † & mandato domini, &c. Ideo enim dicit, domini, &c. quia procurator non poteſt conſtitui niſi à domino litis, ſecundum gloſſ. & Bart *in d. l. 1. ſupra, eodem.* Ex hoc ſequitur, quod tutores & curatores ante litem conteſtatam non poſſunt procuratorem conſtituere; quia non ſunt veri domini: ſed debent conſtituere Actorem, *l. neque tutores. 11.* & ibi Bart. & Bald. & communiter Doct. *C. de procurat.* & iſtum Actorem debent conſtituere cum decreto & authoritate iudicis: alias ſi actor non fuerit eo modo conſtitutus, non valet conſtitutio actoris, & vitiatur proceſſus: vt notat gloſſ. & Bart. *in d. l. neque tutores. 11.* & gloſſ. *in l. ſi actor. 10. C. de appellat.* & habetur *in deciſ. 272. conſil. Neapolitan. in verſicul. tertio ille, &c.* Pro hoc eſt textus *in §. final. Inſtitut. de curator.* Poſt vero litem conteſtatam, poſſunt tutores & curatores conſtituere procuratorem ſine alio decreto iudicis; quia tunc ſunt effecti domini litis: vt *d. l. neque tutores. in fin.* & prædictis adde Paul. de Caſtr. *in conſil. 414. col. 2. in. 2. vol.* 3

Ad vnum tamen eſt aduertendum, † quod quando tutor vel curator conſtituit procuratorem in caſu præmiſſo, talis procurator non dicitur procurator pupilli vel adulti: ſed ipſius tutoris, vel curatoris: vnde in ſuo libello debet comparere tanquam procurator tutoris, non autem pupilli, alias non procederet, ita tenet Paul. de Caſt. *in conſ. 16. column. 1. in 1. volum.* Ex prædictis ergo habes optimam practicam repellendi procuratorem, & annullandi proceſſum per eum fabricatum, vt quando eſſet cõſtitutus per tutorem ſine decreto iudicis ante litem con- 4

conteſt, ſecus ſi eſſet conſtitutus ab ipſo pupillo cũ auctoritate tutoris; quia valet conſtitutio, vt eſt tex. *in d. l. neque tutores. 11. C. de procur.*

5 Secundo, ſequitur ex dicto verbo, † *domini,* quod procurator ante litem conteſtatam non poteſt alium procuratorem ſubſtituere; quia nondum eſt effectus dominus litis, niſi habeat expreſſum mandatum à domino, vt poſſit alium ſubſtituere: quia tunc poteſt etiam ante litem conteſtatam ſubſtituere alium, vt eſt text. *in c. 1. de procur. lib. 6.* & not. Bar. *in l. 1. ſupra eo.* & Moder. communiter *in l. quod quis. 9. C. de procurat.* vbi eſt tex. de prædictis. poſt vero litem conteſtatam procurator efficitur dominus litis, in tantum, quod non poteſt dominus vlterius iudicium in ſe ſuſcipere; nec procuratorem reuocare ſine cauſa; tex. eſt. *in l. procuratorib. 22. C. de proc.* & ibi Bald. & Dd. *in d. l. quod quis. & l. poſt litem. 16. ſupra, eo.* & tunc poteſt procurator indiſtincte alium ſubſtituere, vt *d. c. 1. procur. lib. 6.*

6 Ex quibus ſequitur alia † optima practica annullandi proceſſum, quod vbicunque eſt fabricatus proceſſus cum procuratore vſque ad litis conteſt. incluſiue, non poteſt vlterius in illa cauſa citari dominus ad litem, in aliquo actu, ſed tantum procurator; imo ſi citaretur dominus & non procurator, & dominus non compareret, non poſſet fieri actus in eius contumaciam, & factus non valeret. Ita notanter tenet Bart. *in d. l. procuratoribus. 22. C. de procur.* vbi dicit ita conſuluiſſe dominum Lambertinum de Rampo. idem tenet Bart. *in l. mutari 24. ſupra eod. & in l. furioſo. 9. infra, de re iud. & in l. 1. colum. 2. verſic. item quæro. &c. C. de ſent.* & Bald. *in l. ſi quando 19. in 7. C. de teſt.* & Abb. *in c. 2. col. pen.* & ibi etiam Fel. *in pen col. de teſt.* & Alex. *in d. l. procuratoribus.*

7 Limita tamen prædictam concluſionem † non procedere, quando procurator eſſet abſens vel infirmus: quia tunc ſufficeret citare dominum, & valeret actus in eius contumaciam factus: ita limitat Alexand. *in d. l. procuratoribus.* & Gem. *in c. ſi quem. 8. verſic. ſecus, in 6. notab. per illum text. de procur. lib. 6.*

8 Item illud, † quod dixi, quod quando quis habet mandatum, vt poſſit ſubſtituere, operatur etiam ante lit. conteſt. *per d. c. 1.* intellige, quod hodie eſt limitatum in hoc regno per ritum magnæ curiæ, *in num. 121.* qui incipit: *Item ſi procuratorio, &c.* vt procedat ita demum, ſi in procuratorio eſt expreſſe ſpecificatum, vt poſſit ſubſtituere ante lit. conteſt. ſecus ſimpliciter diceretur, cum poteſtate ſubſtituendi: quia hoc non obſtante non poteſt ſubſtituere niſi poſt lit. conteſt. vt dicitur *in d. tit.*

9 Item illud verbum, *domini,* † poſitum in diffinitione procuratoris, licet non ſe extendat ad tutores & curatores & alios adminiſtratores, qui adminiſtrant ad aliorum vtilitatem, qui non poſſunt facere procuratorem ante litem conteſt. tamen ſecus eſt in illis adminiſtratoribus, qui adminiſtrant ad propriam vtilitatem, & fructus percipiunt: quia poſſunt conſtituere procuratorem ante lit. conteſt. quia domino æquiparantur ratione fructuum. Exemplum eſt in Prælato, qui poteſt procuratorem indiſtincte conſtituere, vt *in § reuerendiſſimi. verſic. ſi quando, in Auth. de ſanct. Epiſc.* & tenet. Bart. *in d. l. neque tutores. 11. C. de procur. & in l. 1. ſupra. eod.*

Idem etiam procedit in patre † adminiſtrante 10
bona aduentitia filii: quia ex quo facit fructus ſuos hodie *per l. 1. & quæ ibi habentur. C. de bon. mater. & l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.* poteſt procuratorem conſtituere in cauſa aduententia filii, vt tenet Bart. *in d. l. neque tutores 11.* & idem Bart. & Bald. *in d. l. 1. per illum text. C. de bon. matern.* & in tali conſtitutione procuratoris non requiritur conſenſus filii, niſi ſolum in conteſtatione litis facienda per dictum procuratorem, ita tenet Bald. *in l. vltim. § vbi autem. C. de bonis quæ liber.* & Alexand. in addit. ad Bart. *in d. l. 1. C. de bon. matern.*

Prædictis adde vnam optimam practicam, † in- 11
quantum dicitur, quod procurator conſtituitur mandato domini: ſuper hoc habemus in regno vnam pulchram limitationem: quæ eſt, quod ſi quis, ſiue Actor, ſiue Reus comparuit primo perſonaliter in iudicio ad faciendum primos actus, & deinde vellet conſtituere procuratorem; non poteſt id facere niſi poſt litem conteſtatam per eum; licet ſit dominus & principalis. Ita de hoc eſt vnus ritus magnæ curiæ vicariæ *in num. 144.* qui incipit: *Item ſi aliquis, &c.*

Inquantum † autem ſuper iſta materia multum 12
conſideratur litis conteſtatio: Adde quod hodie in regno omnes cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ *per c. deteſtantes.* & per regiam pragmatic. primam, quæ incipit, *Diſpendia,* adeo, quod in eis non requiritur litis conteſtatio; & tunc ille primus actus, qui fieret immediate poſt litis conteſtationem, quando requiritur, habet vim litis conteſtationis in cauſis, in quibus non requiritur: & operatur eundem effectum, quem operatur litis conteſtatio. Ita tenet Bal. & Bar. *in l. nihil. 20. & in l. nulla. 23. C. de procur.* & Car. *in Clem. conſtitutionem. 4. §. fin. in fin. de elect.* & Lud. Roman. *in conſil. 274.* & Abb. *in c. inſinuante. 25. in fin. de eff. deleg.* & Fel. *in c. olim. 26. de accuſ.* & Paris *in tract. ſynd. in verſ. ſententia, in 4. col.*

Procedo nunc ad ſecundam ſpeciem † procura- 13
torum, ſcilicet ad procuratorem in rem ſuam: ſuper quo eſt ſciendum, quod procurator in rem ſuam conſideratur dupliciter, ſcilicet primo modo, ex parte Actoris, ſecundo, ex parte Rei. Ex parte Actoris is dicitur procurator in rem ſuam, cui ſunt ceſſæ vtiles actiones à domino, vel mandatæ directæ, ſeu earum exercitium ad vtilitatem ipſius procuratoris, probatur *in l. ſi ſtipendia. 9.* & ibi Bart. & omnes Dd. *C. de procur. & in l. 1. C. de actio. & oblig.* & in hoc differt à procuratore ſimplici: quia ille procurat ad vtilitatem domini, non autem propriam: iſte vero ad propriam vtilitatem.

Super

14 Super quo eſt aduertendum † præſupponendo prius, quod actiones directæ & iura directa ſunt ita fixa & radicata in perſonam domini, quod non poſſunt aliquo modo ab eius officio ſeparari, *l. quis ergo caſus. 16. & ibi gl. & l. ſi Sticho. 53. infr. de pecul.* & not. gl. *in l. 2. in princ infra, pro ſoc.*

15 Hoc præſuppoſito dico, † quod procurator in rem ſuam, poteſt conſtitui altero de quatuor modis, de mente Moder. *in d. l. qui ſtipendia.* Primo modo ſi ibi cedatur actio vtilis, & mandetur directa: ita vtramque habeat: & tunc habebit vtilem, & exercitium directæ; quia ipſa proprie directa cedi non poteſt, nec tranſit de cedente in ceſſionarium: ſed remanet affixa eius oſſibus, vt ſupra dixi. Secundo modo, quod ſibi cedatur ſolum vtilis, & non mandetur directa; & tunc ſolum vtilē actionem nomine proprio poteſt intentare. Tertio quod ſibi mandetur directa tantum, & non cedatur vtilis: & tunc habebit ſolum exercitium directæ actionis, quam intentabit nomine domini cedentis: ſed ad ſuam propriam vtilitatem, non autem poteſt tunc vtilem nomine proprio intentare; cum illam non habeat, ita hæc omnia probantur in gl. Bar. & Bald. *in d. l. 1. C. de act. & oblig. & in l. ſi in ſolutum. 6. eod. tit. & in l. illam. 33. C. de donat. & in l. vlti. & ibi gl. & Bald. C. quando fiſc. vel priuat.*

16 Quarto modo conſtituitur procurator † in rem ſuam, ſi aliquis donat alicui inſtrumentum debiti, quod habet contra alium, nam cenſetur ei donare non ſolum illam chartam, ſed etiam totum debitum ibi comprehenſum, & ſic inducitur quædam ceſſio, per quam ille donatarius efficitur procurator in rem ſuam, *ita tenet Bal. in d. l. vlt. C. quan. fiſ. vel priu.* & Bal. Alex. & Imol. *in l. Meuia. 48. infr. ſol. matr.*

17 Et ex prædictis colligi † poteſt, quæ ſit differentia inter cedere & mandare actionem: nam quando mandatur actio, transfertur ſolum exercitium directæ: ſed quando ceditur, transfertur vtilis, quam poteſt ſuo nomine ceſſionarius intentare; ita hanc differentiam declarat Bar. *in d. l. 1. col. pen. C. de act. & oblig.* & ibi etiam glo. Et ibidem dicit, quod quo ad cedentem, nulla eſt differentia in effectu: quia ſemper directæ remanent penes ipſum cedentem: ſed bene eſt differentia reſpectu ceſſionarii, qui poteſt intentare nomine proprio, vel nomine cedentis, ſecundum quod eſt ſibi actio ceſſa, vel mandata: tamen ſemper ad ſuam vtilitatem agit, vt ſupra fuit dictum.

18 Ex hoc ſequitur, † ꝙ non diceretur proprie procurator, cum non competat ſibi diffinitio procuratoris tradita *in l. 1. ſupra, eodem.* cum non adminiſtret negotia aliena, ſed propria: vnde per hoc non comprehenderetur in ſtatuto loquente de procuratore, vt not. Bald. Alexand. & communiter Doct. *in d. l. qui ſtipendia.* & Bald. *in l. 1. ſupra, eod* & Bald. *in l. 1. in 5. quæſt. C. de act. & oblig.* cum ſtatuta debeant ſtricte intelligi in caſu proprio & vero, non autem in caſu ficto, *l. vlt. C. de his qui ven. ætat. impetr. & l. 3. § hæc verba, el. 2.* & ibi Bart. *infra, de neg. geſt. & l. 1. §. ſi is qui nauem. 19. infra, de exercit.*

Item inquantum † ſuperius dixi circa conſtitu- 19
tionem procuratoris in rem ſuam, quod quando ceditur ſibi vtilis tantum, & non mandatur directa, non poteſt intentare exercitium directarum: intellige iſtud ſane procedere in duobus tantum caſibus, videlicet primo quando expreſſe ageretur, quod non ſit mandata directa: & ſumus in ceſſione nominis; quia tunc ſtamus conuentioni; cum contractus legem accipiat à conuentione partium, *l. 1. §. ſi conuenit. 6. infra. depoſi. & l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. 2. infra, commod. & l. contractus. 23. de regul. iuris.* & not. Socin. *in conſil. 167. verſicul poſtremo, in 2. volum.* Secundo procedit in illis caſibus, in quibus vtilis actio tranſit ipſo iure ſine ceſſione: prout eſt, quando venditur hæreditas, vel quando datur nomine debitoris in ſolutum; nam tunc non tranſit exercitium directarum, niſi mandetur: ita loquitur tex. *in l vlt. C. quando fiſc. vel priu.* ſecus eſt quando ceſſio fit ab homine; quia licet non mandet directas; tamen ipſo iure tranſit earum exercitium cum ipſa ceſſione: ita notanter tenet Bald. *in d. l. 1. col. 3. verſ. circa primum. C. de act. & obligat.* vbi diſtinguit inter ceſſionem legalem & hominis, per tex. *in l. ſi procuratorem. 8. §. fin. in fin. infra, mand.* & ipſum ſequitur Alex. *in d. l qui ſtipendia.*

Vnum tamen nota perpetuo in † hac materia, 20
quod licet ceſſionarius habeat actionem nomine proprio, & ad ſuam vtilitatem; non tamen dicitur creditor eius, contra quem eſt ſibi facta ceſſio: nec ille dicitur ſuus debitor, *l. plane. 3. infra fam. erciſ.* & ibi hoc dicit Bal. ex quo infert ibi Bal. quod ſi ſtatutum dicat, quod debitor poſſit capi ad inſtantiam creditoris, non poterit capi ad inſtantiam ceſſionarii agentis vtili nomine proprio; quia non dicitur creditor proprie, niſi agat actione directa ſibi mandata nomine cedentis, tanquam procurator; quia tunc capi poſſet ſecundum Bal. *ibi* Adde, quod contrarium tenet idem Bal. *in l. per diuerſas. 22. in 10. quæſt. C. mand* & Bald. *in l. ſi ſic. 75. §. fin. infra, de leg. 1.* & Bald. *in l. 1. colum. fin.* & ibi etiam Alexand. *in penult. colum. infra ſi certum pet.* & Alex. *in l. ſi ſic, in fin.* & Bar. *in l. 1. verſic. quæro ex forma ſtatuti, &c. infra, de actio. & oblig.* & Bald. *in l. ex legato. 18. in fin. C. de legat.* & Lud. Rom. *in conſil. 142.* in quibus locis communiter concluditur, quod ceſſionarius numeratur inter creditores, & includitur in dicto ſtatuto: vnde poteſt vigore dicti ſtatuti facere capi debitorem ceſſum, & inſtrumenti executio ita poterit peti ad inſtantiam ceſſionarii, ſicut ad inſtantiam cedentis: pro hoc videtur tex. *in l 2. C. de do.* & hæc videtur magis communis opin. Ad illam *l. plane.* potes reſpondere: quod verum eſt, quod directe non dicitur creditor, ſed vtiliter ſic, vt dicit ibi gloſſ.

Ex prædictis ſequuntur † duo corollaria opti- 21
ma in

ma in practica. Primum eſt, quod pactum executiuum de capiendo bona propria auctoritate, de quo *in l. creditores 3. C. de pign.* transfertur in ceſſionarium, adeo, quod poteſt vigore inſtrumenti capere bona debitoris, ſicut poteſt cedens, ita in terminis tenet Bald. *in c. 1. §. ſi quis vero, de pac. iuram. firmand.* & Paul de Caſtr. *in conſil. 59. in fine in 2. volum.* & Alex. & Iaſ. plene *in l. 1 §. vſufructuarius infra, de oper. noui nunc.*

22 Secundum corollarium ſequitur † ſi eſt verum, quod ſi ex quo hodie per ritum magnæ curiæ vicariæ poteſt creditor præſentare inſtrumentum criminaliter via extraordinaria & executiua, cuius vigore poteſt debitor carcerari, niſi incontinenti doceat de iure ſuo; vt eſt ritus qui incipit: *Item ſi qui debitores.* ſequitur ex hoc, quod ceſſionarius habens inſtrumentum liquidum, poſſet dictam viam executiuam exercere contra debitorem, facto prius præambulo ſuper probatione ceſſionis; ſicut fit præambulum in hærede agente iuxta formam alterius, ſub rubr. *de præambulis.* Verum, licet de mero iure iſta concluſio poſſe ſuſtineri per dictam rationem: tamen intellexi, quod magna curia in ciuitate Neapoli, hoc non ſeruat de facto; quia non admittit ceſſionarium ad præſentandum inſtrumentum ſecundum formam illius ritus, per illam rationem: quia ad hoc, vt poſſit eo modo præſentari inſtrumentum, debet iuramentum in eo eſſe præſtitutum, de facie ad faciem: vt habetur *deciſ. 63. conſil. Neapol.* tamen hæc poſſet tolli, per id, quod dicimus de hærede, qui præſentat: & tamen iuramentum non præſtitum de facie ad faciem.

23 Quia tamen † ſuperius dictum fuit, quod procurator in rem ſuam poteſt intentare vtilem actionem nomine proprio, & exercitium directæ nomine cedentis; quomodo poteſt cognoſci, quando intentat vtilem, & quando directam? In hoc breuiter eſt cõmunis opin. Bart. Bald. & Alexand. & communiter Doct. *in l. qui ſtipendia 9. C. de procur.* quod iſtud cognoſcitur ex concluſione libelli: nam ſi petit reum condemnari ſibi procuratorio nomine cedentis, cenſetur intentare directam: ſi vero petit ſibi condemnari proprio nomine; tunc cenſetur intentare vtilem: debet tamen tunc facere mentionem de ceſſione in libello, alias non procederet, & eſſet ineptus, vt not. Alex. *in conſil. 138. col. 2. verſ. 2. ex alio, &c. in 2. vol.* & Bart. *in d. l. qui ſtipendia 9.*

24 Quid autem ſi ex libello † appareret clare, quam actionem intentat; an poſſit compelli ad inſtantiam Rei conuenti declarare, vtrum velit intentare vtilem vel directam? dic, quod ſic, ita tenet Bart. *in l. ſi duo. 93. infra, de ſolut.* & Bald *in l. ſi quis in rem. 34. infra, eod.*

25 Quæ autem vtilitas reſultet, an † quis intentet actionem directam, vel vtilem? dic, quod multæ ſunt vtilitates. Harum prima eſt, quod ſi intentat directam, tenetur ante lit. conteſtat. edere copiam inſtrumenti ceſſionis aduerſario pro legitimatione ſuæ perſonæ: ſecus ſi intentat vtilem; quia non tenetur, ita tenet Bar. *in d. l. ſi duo. 93. infra, de ſolutio.* & Bal. *in l. 1. in 4. quæſt. C. de actio. & oblig. & in d. l. ſi ſtipendia, in fin.* & Felin. *in c. 1. colum. antepenult. verſic. 5. de probat.*

Secunda vtilitas eſt, † quia ſi intentat directam, 26
tenetur defendere cedentem in cauſa reconuentionis, niſi eſſet ceſſionarius ex cauſa oneroſa & ſine fraude, iuxta tex. *in l. ſi quis in rem. 34. infra, eod.* ſecus eſt, ſi intentat vtilem: quia tunc nullo modo tenetur cedentem defendere, ſecundum gloſſ. & Bartol. *in d. l. ſi quis in rem.* licet Bartolus ibi contrarium teneat.

Tertia vtilitas eſt, † quia quando ceditur alicui 27
aliqua actio priuilegiata ex perſona cedentis, ſi intentat directam, gaudet priuilegio illius actionis: ſecus ſi intentat vtilem, ita tenet Bal. *in l. 1. colum. 4. in fine, & ſequent. C. de priuileg. dot. & in l. hæredem* & ibi Alex. *in additione ad Baldum. C. de hæred. actio.* de qua materia habetur per Bar. *in l. poſt dotem. 40. in fi.* & ibi etiam Alex. & Dd. *infr. ſol. matr.*

Quarta vtilitas eſt, † quia ſi cedens ſit excommu- 28
nicatus, repellitur ceſſionarius intentans directam; quia obſtat ſibi exceptio excõmunicationis ex perſona cedentis, ſecus ſi intentat vtilem, ita tenet Abb. *in c. licet vndiq. 30. in fi.* & ibi etiam Fel. *de off. deleg.*

Quinta vtilitas eſt, † quia ſi eſt facta ceſſio ali- 29
cui, qui poteſt habere rem ad forem ipſius actoris: licet competeret exceptio declinatoria cõtra ipſum cedentem: non tamen competet contra ceſſionarium priuilegiatum. vt ſi forte eſt ciuis Neapolitanus, ſi agat actione vtili; ſecus ſi directa: *ita eſt deciſio conſil. Neapolit. in num. 74.* quia hæc exceptio cohæret perſonæ, & non opponitur contra ceſſionarium: cum ſit alia perſona, per ea quæ not. Bal. *in l. ſi quis in rem. 34 infr. eod.* & Dyn. *in c. is qui in ius. 4. de regul. iur. lib. 6.*

Sexta vtilitas eſt, † quia ſtante ſtatuto quod inter 30
coniunctos cauſa compromittatur, prout eſt in regno regia pragmatica, quæ incipit; *odia,* ſi coniunctus cedat actionem non coniuncto, & ceſſionarius agit vtili actione, non poteſt contra eum opponi, vt cauſa compromittatur; cum ipſe non ſit coniunctus, ſecus ſi agat directa: ita habetur *in d. deciſio. 74. conſil. Neap.*

Septima vtilitas eſt, † quia ſi in terminis huius l. 31
noſtræ procurator in rem ſuam, dum offert ſe liti, fuit tacite admiſſus per partem, & non oppoſuit in primis actis, non poteſt vlterius pars opponere in proceſſu iudicii, vt compareat principalis, quando intentauit vtilis, ſecus ſi directas intentauit in nomine cedentis; quia tunc in quacunque parte iudicii poteſt aduerſarius iſtud petere, quod compareat principalis: ita tenet Baldus *hic in ſecunda lect. huius legis in fin.* per tex. *in c. 1. de iud. lib. 6* & per ea quæ habentur *in l. vlt. C. de procurator.* His igitur pro aliqua intel-

intelligentia dicendorum ſic præſuppoſitis, deuenio ad legem ipſam, quæ ſecundum commune ſummarium doctor. hic, iuncta gloſſ. dicit, quod actor poteſt conueniendo eligere dominum potius, quã procuratorem in rem ſuam, ſi dominum putat legationem. h. dicit; vel aliter in tetraſticho. Si liti ſe offert propriam qui poſtulat in rem: Et potius actor adeſſe velit: id ſibi iure licet, dicat magis eſſe fidelem, ſi dominum aut melius noſcere facta putet. h. d. cum gloſſ. caſus in iſta l. ita poteſt poni ſimpliciter & ſub nube propter varietatẽ lecturarum. Quidam erat mihi debitor in centum, conueni ipſum in iudicio: quem cum conueniſſem, quidam alius tertius obtulit ſe liti, tanquam procurator in rem ſuam, volendo ſuſcipere in ſe periculum cauſæ, quod ad eum ſpectaret commodum & incommodum: ego replicabam, compareat principalis; qui eſt legalior, magis factum nouit; quia cum eo volo litigare, & non tecum: dubitatur, an debeam audiri? & videbatur dicendum quod non. quia procurator in rem ſuam habet ius comparendi in iudicio & litigandi, *l. vlt. C. quando fiſc. vel priuat. & l. ſi nominis. 2. C. de donat.* ergo lege permittente admitti debet. Præterea is, qui ſe offert liti, admittitur: & cum eo iudicium fabricatur, *l. is qui ſe obtulit. 25. & l. ſin autem. 27. in princ. infra. de rei ven.* tamen determinatur contrarium; & ratio decidendi eſt; quia actor dicit principalem eſſe legaliorem, & magis informatum de veritate: vnde facilius litigabit cum eo, quam cum iſto procuratore in rem ſuam, qui forte eſt homo cauilloſus, & malæ conſcientiæ, & non habet eam notitiam de facto: & ideo actor auditur in hoc caſu. Et ſic non obſtant rationes dubitandi.

Doctores non colligunt aliquid notabile ex iſta l. propter eius breuitatem; tu tamen nota ex iſta l. iuncta glo. quod actor habet electionem litigandi cum reo principali, vel cum procuratore ſuo, ſi reus eſt legalior, & magis inſtructus de facto litis, & ſcilicet alias procurator in rem ſuam ſit admittendus in iudicio ad litigandum. vt *d. l. qui ſtipendia. 9 C de procur. cum ſimil.* tamen ſi eſt aliquis homo cauilloſus, qui multum vexaret aduerſarium, adeo, quod dominus eſſet legalior, eſt in arbitrio aduerſarii nolle litigare cum eo, ſed potius cum principali: vt hic cõcordat tex *in. l. omnibus. 1. in fi. cum l. ſeq & ibi. gl. infr. de alie. iud. mut cauſ. fact.* Et per hanc l. limitantur omnia iura loquentia de procuratore in rem ſuam.

32 Amplia hanc l. procedere non ſolum † in actore, ſed etiam in reo, vt ſi procurator in rem ſuam compareret ex parte actoris; quia reus poteſt dicere: volo litigare cum principali, qui eſt legalior: ita dicit Bar. hic: facit tex *in l. cum miles. 11. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* hæc ampliatio corroboratur per illam regulam, quæ ſe habet, quod ſtatutum in vno ex correlatiuis, cenſetur ſtatutum in alio, *l. fin. infr. de accept. l fi. C. de ind. vid. toll.* vnde, quod ſtatuitur per hanc l. in actore, ſtatuitur etiam in reo, & ad ipſum extenditur tanquam ad aliud correlatiuum, quod qualiter ꝓcedat, vide infra ſuper declaratione Bar.

33 Habes ergo ex prædictis vnam electionem, † quã habet actor in iudicio per hanc l. adde, quod actor habet aliam electionem in iudiciis: videlicet, quod vbicunque reus habet plures iudices competentes, eſt in electione actoris, coram quo velit ipſum conuenire, & non poteſt reus declinare forum: ita tenet Bald. *in l. cum clericis 25. C. de Epiſc. & cler.* & Abb *in c. cum ſit generale 8. col. 1 de for. compet.* de hoc eſt gl. *in l. ſi vult C. vbi in rem act.* & gl. *in c. ſtatutum §. cum autem in verſic. recuſet, de reſcript. lib. 6.* & Bar. *in l ſi per errorem. 15. in fin. ſupra, de iur om. iud.* & gl. *in c. dilecti. 16. de for comp.* quod limita, quãdo plures iudices eſſent competentes de iure communi: ſecus ſi de iure ſpeciali, puta ex priuilegio: quia tunc eſt electio rei coram quo conuenitur: textus eſt *in authent. habita C. ne fil. pro patre, in verſic. verum, &c.* & not. Bald. *in d. l. cum clericis. 25. C. de Epiſcop. & cler.*

34 Tertiam electionem † habet actor in iudiciis, vbicunque debitor promiſit ſibi alternatiue vnum, quod eſt in obligatione, & aliud ad cautelam ipſius actoris: vt ſi promiſi alicui ſoluere centum: vel dare pignus, ſeu fideiuſſores: nam tunc actor poteſt præciſe petere quod ſoluat centum: & non poteſt reus dicere, volo dare pignus, vel fideiuſſores ita tenet Bar. *in l. quamuis 6. infra. de pign. act.* &. Alex. *in l ſi ſe. 4. §. ſi ex conuentione. 4. infra, de re iud.* & Alex. *in l qui duos. 20 infra, de leg. 1.* & Sal. *in l. quod fauore C. de legib* & Iaſ. *in l. 1. col. 2. ſupra. qui ſatiſd. cogant.* & ex hoc limitatur illud, quod vulgo dicitur, quod in alternatiuis electio eſt debitoris, vt habetur *in l. plerunque. 10. §. fin. infra, de iure dot.*

35 Quartum electionem habet actor, † videlicet quando eſt ſibi facta promiſſio indefinita, vt ſi quis conſtituat ſibi ſeruitutem eundi per fundum ſuum, non ſpecificando per quam partem fundi: nam tunc electio eſt actoris, per quam partẽ velit ire; & poſtquam elegit ſemel, non poteſt amplius variare, textus eſt & ibi Bald. & Flor. *in l. ſi cui. 9. infra, de ſeruit.* & gloſſ. *l. ſi via 26. ſupr. de ſeru. ruſt. præd.*

36 Quintam electionem † habet actor in alternatiuis remediorum vel actionum: vt quando actori competunt plures actiones ad idem, ſeu plura remedia, poteſt eligere id, quod vult, ita tenet Bar. *in l. cum protonas 17. in fin. C de tranſact* & Bald. *in l. 1. C. ſi ſer. extrã* per tex *in l quod in hæredem. 9. § eligere. infra, de tribut. & l. cum filius. 75. §. varius & infra, de leg. 2.* & Bar. *in l. 1 col. 2. infra, de act. empt.* & Bal. *in c. 1. §. ad hæc, col. 6. in fi. de pace iur firm.* pro hoc eſt tex. *in l. eſt in arbitrio, vlt C. de act. & oblig.*

37 Sextam electionem † habet actor in alternatiuis locorum, vt ſi quis promiſit dare centum Capuæ vel Epheſi, eſt in electione actoris, in quo loco velit ipſum conuenire: quia ſi eſſet in electione rei, nũquã ſolueret; cũ ſemper mutaret locum, caſus eſt *in l. non vtique in princ.* & ibi Bar. *infra, de eo quod. cert. loc.*

 Septi-

38 Septima electionem habet actor, † qui habet instrumentum debiti: in quo ſunt obligata ſibi multa bona exiſtentia penes plures & diuerſos poſſeſſores: nam tunc poteſt actor eligere quam rem vult, & eligere vnum poſſeſſorem, & contra eum integre ſatisfieri: nec poteſt ille opponere, quod plures ſunt poſſeſſores quo ad totum bonorum, & quod omnes conueniantur pro rata: caſus eſt & ibi hoc tenet Bar. *in l. creditoris. 8. infr. de diſtract. pign.* & idem Bar. *in l. Moſchis. 47. infra, de iure fiſci.*

9 Octauam electionem † habet actor in cauſis ſummariis: quia poteſt eligere, an velit petere in ſcriptis, vel verbo, gl. eſt *in Clem. ſæpe. §. verum in verſic. ſiue.* & ibi Card. *in 13. q. de verb. ſign.* debet tamen ex ore actoris reduci in actis id, quod petit, ſecundũ gl. *ibi.*

40 Nonam electionem actor habet in legatis, † quando legaretur incertum de certis, vt ſi teſtator habens duos ſeruos dixiſſet: lego vnũ ex ſeruis meis Titio, non exprimendo quem ſeruum legaſſet: nam tunc Titius actor eligit, quem vult, caſus eſt *in l. qui duos. 20. infr. de leg. 1.* & not. Bart. *in l 1. in princ. infr. de opt. legat.* quod ſane intellige, quando vni legaretur: ſi vero dixiſſet teſtator, vnum ex ſeruis meis lego Titio: & alium Sempronio: in iſto caſu ille, qui eſt primo nominatus a teſtatore, debet prius eligere, ita ſingulariter decidit Bartol. *in d. l. qui duos.* & ibi Alexand.

41 Decimam electionem habet actor † in caſu multum notabili, qui ſolet ſæpius accidere; quidam promiſit mihi, quod poſſim extrahere duo plauſtra lignorum, vel vnũ plauſtrum de nemore ſuo; extraxi primo vnum; volo deinde extrahere aliud, promiſſor non vult; quia promiſit vnum, vel duo: vnde vult eligere vnum, ſed ego volo eligere duo: dic, quod mea eſt electio, vt poſſim eligere duo: ita decidit Iac. de Rau. *in §. huic. Inſt. de act.* & ibi ſequitur Iac. *in l. 1. col. 2 ſup. qui ſat. cog* allegat ita tenere Per. de Belaper. *in l. cum quidã. 4. C. de verb. ſig.* per ea quæ voluit Bar. *in l. quamuis. 6. infr. de pign. act.* quia hæc alternatiua cenſetur appoſita in fauorem creditoris: vnde eius erit electio, per ea, quæ ſupra dicta ſunt *in 3. elect.*

Expeditis textualibus, venio ad 1. gloſſ. & capio 1. gloſſ. magnam *in ver ſi actor.* quam gloſſ. pro clariori intelligentia diuido in duas partes principales. In prima parte ponit caſum ad hanc l. quatuor modis: in ſecunda parte per viam cuiuſdam quæſtionis, vult tollere vnum contrarium: ſecunda pars incipit ibi: *ſed ſecundum hoc, &c.* Item prima pars ſubdiuiditur in quatuor particulas, prout quatuor ſunt caſus poſitionis: ſecunda incipit ibi; *Et poteſt poni caſus.* Tertio ibi: *ſecundo pone, &c.* Quarto ibi: *tertio ſecundum Ioannem, &c.*

42 Pro expeditione huius † gloſſ. quæro ſuper ea, qualiter poteſt poni caſus ſuper iſta l. dicit gl. quod poteſt poni caſus per *l. de illo. & l. electio, infr. de noxal. & l etiam ſi ſit. §. item ſi quis dolo 1. de pet. hær.* & hoc ſecundum Plat. & adde, in quibus locis eſt in poteſtate actoris conuenire poſſeſſorem, vel eum, qui dolo deſiit poſſidere & ſic videtur concordare cum iſta l. gl. non approbat, neque reprobat hunc caſus poſitionem: ſed immediate tranſit ad aliam; tamen de mente Bar. hic non valet hæc poſitio: quia in illis iuribus poſſeſſor non dicitur procurator in rem ſuam, ſed potius venit vt dominus, in quem eſt facta plene alienatio rei petitæ, merito conuenit huic l. quæ loquitur de procuratore in rem ſuam. Sum nunc in 2. parte huius gl. in qua ponit caſum alio modo: videlicet, ego poſſidebam vnum librum, quem tu dicebas eſſe tuum: conueniſti me rei vendic. ad iſtum librum; ego poſt litem conteſtatam, vel ante alienaui eum librum in Titium cauſa mutandi iudicii: tu actor potes conuenire me alienantem, vel illum Titium, in quem alienaui, gl. reprobat hunc caſum; quia ille Titius non dicitur procurator in rem ſuam, ſed potius dominus; cum in eum ſit facta alienatio, & translatum totum ius, quod erat penes alienantẽ: & ſic non conuenit huic l. vt modo dixi: quia per iſtas duas caſus poſitiones inferretur, ſecundum Bald. *hic.* quod ſi actor conuenit eum, qui dolo deſiit poſſidere, & poſſeſſor compareret, & vellet ſuſcipere iudicium pro ſuo intereſſe, poſſit actor dicere: nolo litigare tecum, ſed cũ principali, qui eſt legalior: & tamen hoc non eſt verum: quia iſte poſſeſſor eſt vere principalis, & repelli non poſſet à litigando pro ſuo intereſſe, vt dicit Bald. *hic.* nec tunc curatur de legaliori; & cum hac reprobatione tranſit Bar. hic, Deinde gl. volendo ſaluare hanc poſitionem, dicit, niſi dicas, quod donaui tibi id, quod ex lite fueris conſecutus: quaſi velit dicere gloſſ. quod poſſet l. poni caſus, quod ego conuentus non alienaui proprie librum cauſa transferendi dominium, ſed tantum conceſſi ipſum Titio, vt defendat ſibi litem per te motam ſuper illo libro, & donaui ei omne, quod fuerit ex d. lit. conſecutus, vt ſi forte obtineat, in totum liber ſit ſuus: ſi vero tranſigat, id ſuum, quicquid ex tranſactione conſequitur: & hæc fuit mens huius gl. ita declarare tamen gl. non obſtante hac ſaluatione non firmat pedes, ſed tranſit ad aliam caſus poſitionem. Nota tamen ex iſta gloſſ. multum ſingulariter ſecundum Bar. & Bald. *hic.* quando tertius compareret tanquam principalis, & pro ſuo intereſſe, non vt procurator in rem ſuam, non poteſt ſibi opponi, quod dominus eſt legalior, & ſic non poteſt repelli à litigando. Iſtud percipitur ex reprobatione, quam facit gloſſ. & per hoc habes notabilem limitationem ad hanc l. vt non procedat in eo, qui comparet vt dominus, & principalis poſſeſſor. Secundo per iſtud dictum habes optimam declarationem ad illam *l. de illo. 24 ff de nox. act.* & ad *d. l. etiamſi. §. item ſi quis dolo. ff de pet hæred.* ſcilicet quod in terminis illarum ll. non poſſet actor repellere poſſeſſorem offerentem ſe liti, dicendo, quod principalis, qui deſiit poſſidere, eſt legalior: quod nota. Sum nunc in tertia parte gloſſ. in qua pono caſum,

caſum, hæres vendidit hæreditatem, in qua hæreditate ego etiam ſum debitor hæreditarius: emptor conuenit me vtili actione: ego volo reconuenire emptorem ex perſona venditoris: quia venditor erat mihi debitor: & in hac reconuentione volo, vt compareat venditor, tanquam principalis & legalior, poſſum hoc dicere, ſecundum iſtam lect. ſecundum quam iſta l. intelligitur loqui in reconuentione, & ſecundum hoc exponeretur, ſi actor, id eſt, ſi reus conuentus, qui in reconuentione eſt actor, gloſſ. reprobat hunc intellectum per *l. poſt venditionem. 2. C. de pact. & l ratio. 2 C. de hæred. vel act. vend.* vbi habetur quod emptor hæreditatis non poteſt conueniri, niſi ſponte venit: vnde per hoc excluditur, quod ego poſſim hunc emptorem reconuenire inuitum, per *d. l.* & ſic hæc lect. non procedit. Deinde gloſſ. volendo ſaluare hanc lect. dicit, ſed certe imo eſt bona poſitio; quia aliud eſt conueniri, & aliud reconueniri, quaſi velit dicere gloſſ. illæ ll. quæ dicunt emptorem hæreditatis non poſſe conueniri, niſi ſponte velit, procedunt in conuentione principaliter facta: ſecus in reconuentione; quia poteſt inuitus reconueniri: & hoc voluit dicere Bart. qui communiter habetur corruptus: ibidem dicit, poſtea ſuſtinet, quod imo poſſum eum reconuenire, licet non principaliter, &c.

43 Ex † iſta parte gloſſ. ita declaratæ habes colligere naturam reconuentionis, quæ eſt, &c. & in quo differat à conuentione; quia licet ſit aliquis priuilegiatus, vt inuitus trahi non poſſet per conuentionem coram certo iudice; tamen coram alio iudice poteſt ibidem inuitus reconueniri: & hoc eſt inductum per illam rationem æquitatis traditam *in authen. & conſequenter. & in l. cum Papinianus. in fin. C. de ſentent.* vbi dicitur, cuius in agendo quis ſeruat arbitrium, eundem habere iudicem contra ſe non dedignetur.

44 Hinc eſt, † quod licet clericus non poſſit conueniri coram iudice laico, *c. ſi diligenti. 11. de foro comp. & authen. ſtatuimus. C. de Epiſc. & cler* tamen ſi conuenerit aliquem laicum coram iudice laico, poteſt coram eodē per conuentum reconueniri: vt tenet Bart. *in d. auth. & conſequēter. in fi.* & gl. *in c. 1. de mut. petit.* & habetur plene per Fel. *in c. at ſi clerici. de iudic.* pro hoc habemus in Regno ritum magnæ curiæ vicariæ, *in nu. 153.* qui incip. *Item, quod clericus, &c.*

45 Vltimo loco † gloſ. reprobat iſtam caſus poſitionem ex alia ratione; quia in iſto caſu ceſſio fuit ex cauſa non lucratiua, *l. ſi quis in rem. 54. infra, eod* quaſi velit dicere gloſſ. quod iſta caſus poſitio præſupponit, quod hæreditas fuit empta: & titulus emptionis eſt titulus oneroſus; & quando quis ſuccedit ex titulo oneroſo, non poteſt reconueniri ex perſona cedentis: niſi ceſſio ſit facta in fraudem, vt habetur *in d. l. ſi quis in rem. & ibi not. 13.*

46 Circa hanc † lect. Bart. hic ſaluat eum, ſequendo opinionem Hug. & Iac. de Butr. & intelligit, quod hic emptor hæreditatis ſponte ſe obtulit defenſioni in cauſa reconuentionis: & ſic ſumus in terminis, *d. l. poſt venditionem. 2. C. de pact.* Verū actor voluit potius hæredem tanquam legaliorem, & ita intelligendo hanc lect. eſt optima ſecundum Bart. ex qua habes notabilem extenſionem ad hanc l. quæ loquitur in cauſa conuentionis: vt procedat etiam in cauſa reconuentionis.

Deuenio ad quartam † partem huius gloſ. in qua 47
ponit caſum etiam in cauſa reconuentionis: verum in hoc ſolum differt à præcedenti: quia ibi fuit ceſſio ex cauſa oneroſa; hic autem ex cauſa lucratiua: vnde declarando gloſſam, pone ſic caſum: ego eram debitor tuus in centum, ceſſiſti hanc actionem Titio contra me. Titius egit contra me ex iure ceſſo, & ſatis dedit de defendendo in alia cauſa, ad quod tenetur: ex quo erat ceſſionarius ex cauſa donat. & ſic titulo lucratiuo: deinde volo reconuenire cedentem, vel procuratorem ceſſionarij, poſſum hoc facere; quia fuit ex cauſa lucratiua, Et ſi ceſſionarius ſe liti offert, poſſum dicere, compareat principalis: quia eſt legalior. & in hac vltima lect. reſidet gloſſa. Item has duas lectur. tenet Bart. hic, & dicit, vtramque eſſe bonam, ſed præcedentem eſſe meliorem intelligendo ſecundum Iac. Butr. vt *ſupra.*

Ex prædictis ergo patet, quod habemus hic quatuor lect. quarum primæ duæ loquuntur in conuentione, & aliæ duæ in reconuentione: prout aduertit hic Baldus. primæ duæ fuerunt reprobatæ; quia non loquuntur in procuratore in rem ſuam, vt loquitur hæc lex: ſed potius in domino prætendente principale intereſſe: iſtæ ſequentes duæ approbantur hic per Bart. vt ſupra dixi tamen Bal. hic ſubtiliter conſiderando dicit, quod adhuc iſtæ duæ vltimæ ſibi non placent: quia non conueniunt huic l. quæ loquitur in procuratore in rem ſuam: nam ille ceſſionarius reſpectu reconuentionis nullum habet mandatum: nec dici poteſt procurator in rem ſuam: & ſic iſta l. eſt male exemplificata in cauſa recōuentionis; vnde ſecundum Baldum omnes iſtæ quatuor lect. remanent reprobatæ: certe conſideratio Baldi eſt ſubtilis, adeo, quod iſtæ lect. in cauſa reconuentionis non videntur carere dubio.

Tamen ad hoc, vt iſta l. † reddatur magis notabi-
lis, & ampliata puto ſuſtentari poſſe opin. Bartoli, 48
quod imo iſtæ duæ lecturæ in cauſa reconuentionis procedant, & conueniant huic l. Et conſidero, quod prima lect. iſtarum duarum ponit exemplum in emptore hæreditatis reconuento: qui emendo hæreditatem cenſetur emere omnia iura actiua & paſſiua ipſius hæreditatis, ſaltem in effectu: iura enim actiua tranſeunt ipſo iure in emptorem, *l. emptor. C. de hæred. vel act. vend.* paſſiua autem non tranſeunt: quia ius paſſiuum non poteſt in alium transferri, niſi conſentiente creditore, vt not. Bald. *in l. 1. C. de pact.* per *l. ſi mandato meo. 45 §. 1 infra, mand.* verum effectus iurium paſſiuorum tranſit in ipſum emptorem: quia licet ipſe non poſſit conueniri inuitus à credi-

toribus, ſed ſolum venditor; tamen tenetur ſoluere, & extrahere venditorem indemnem, *l. hæreditatem.* 18 & ibi habetur *infr. de donat. & l. ratio. 2. Cod. de hæred. vel act. vend.* vnde conſidero, quod venditor vendendo hæreditatem, cenſetur cedere actiones actiuas vtiles, vt *dict. l. emptor. C. de hæred. vel act. vend.* & etiam effectum paſſiuarum; quia ſaltem tacite ex iuris diſpoſitione cenſetur ei mandare, quod extrahat ipſum venditorem indemnem à creditoribus hæreditarijs in effectu, per *d. l. ratio. 2. & d. l. hæreditatem.* Modo ad propoſitum, quando iſte emptor ſponte ſe offert ſecundum Bart. ad defenſionem venditoris in cauſa reconuentionis, facit id, quod in effectu habebat tacitum mandatum præſupponendo, quod debitum reconuentionale erat hæreditarium: quia in effectu ipſe tenebatur illud luere: vnde bene poteſt dici procurator in rem ſuam, & ſic remanet reſtricta iſta ſalutatio Bartoli ſolum in debito hæreditario: ſed ſi debitum eſſet extraneum, ex alia cauſa, quam ex cauſa hæreditaria; tunc adhærerem opinioni Bald. quia tunc non poſſet dici procurator in rem ſuam aliquo modo in cauſa reconuentionis. Eodem modo conſidero in quarta lectura, quod poſſit ſaluari gloſſ. & Baldus ab impugnatione Bartoli; quia in ea ceſſionarius erat ex cauſa lucratiua: qui ipſo iure tenetur defendere cedentem in cauſa reconuentionis, *l. ſeruum quoque §. inf eod.* & not. gloſſ. *in d. l. ſi quis in rem. infra eod.* vnde cum ceditur ſibi actio ex cauſa lucratiua, cenſetur ceſſa cum hoc onere defendendi: & ſic ſaltem tacite, ex iuris diſpoſitione, ſeu interpretatione cenſetur ad hoc habere mandatũ: vnde poteſt dici procurator in rem ſuam: ſicut in ſimili dicimus, quando vendo hæreditatem, nil cedo expreſſe; & tamen ipſo iure tranſeunt vtiles actiones, vt *d. l. emptor.* Eodm modo, quando datur nomen debitoris in ſolutum, ipſo iure ex diſpoſitione legali tranſit vtilis actio, *l. fin. Cod. quando fiſc. vel priuat.* & tamen dicitur ille procurator in rem ſuam ex parte actoris: ita ergo eſt dicendum ex parte Rei: & ſic remanet defenſata opinio Bart. per quam habemus extenſionem ad hanc l. vt procedat
49 etiam in cauſa reconuentionis. Capio † ſecundam partem principalem huius gloſſ. in qua quærit, ad quid prodeſt, facere procuratorem in rem ſuam, ſi habet neceſſe litigare ad voluntatem aduerſarij; quia ſi aduerſarius non vult litigare ſecum, ſed cum domino, repellitur a litigando, vt *hic.* gloſſ. ſoluit, & dat verum intellectum ad hunc textum, ſcilicet, vt procedat quando perſona domini eſt legalior, & melius nouit factum; vnde vult dicere gloſſa, quod poteſt prodeſſe, quando ita eſſet legalis procurator in rem ſuam, ſicut dominus: & pars modo nouiſſet factum; quia tunc actor non audiretur, ſed deberet litigare cum procuratore in rem ſuam: & cum gloſſ. concordant Bart. & Bald. *hic.* & gloſſ. *in l. plane. infr. famil. erciſc.*

Venio ad gloſſ. fin. *in ver. qui in rem.* Quam diuido in duas partes. In prima parte declarat textum: In ſecunda format vnam quæſtionem. Secunda ibi; *ſed quid, &c.* Dicitur in textu, quod poteſt actori eligere dominum potius, quam procuratorem in rem ſuam: dicit gloſſ. quia transfert iudicium, quaſi dicat, illud iudicium, quod proſequebatur actor contra dominum, volebat hic procurator in ſe aſſumere, *l. ſolutionem. infra, de ſolut* & ideo hoc inuito actore fieri non poſſet, vt not. *in d. l. ſolutionem.* Ex hac gl. colligit Bal. hic quintum intellectum ad hanc l. & iſtum quintum approbat, & dicit eſſe veriorem cæteris: & ſecundum iſtum intellectum eſſet ponendus caſus, quod hic, dum conuenirem debitorem meum, quidam tertius ſe obtulit ad ſuſcipiendum iudicium animo nouandi: poſſum dicere, compareat principalis, ſi eſt legalior, ſecundum Bald. *hic.*

Et † licet Bald. teneat hunc intellectum vt veriorem: tamen ego indubitanter teneo hanc lect. non procedere, & quod gloſſ. & Bald. male loquantur, & quod hic intellectus ſit deterior cæteris, quod clare oſtendo. Nam gl. dicit iſta verba, ſcilicet quia transfert in ſe iudicium. *l. ſolutionem.* 23. *infr. de ſolut.* ſuper quibus verbis præſuppono, quod gl. debet intelligi ſecundum l. quam allegat, vt not. Bart. *in l. non ſolum. §. ſi liberationis verbo.* 1 *de lib. leg* & Ioan. And. *in c. cum nuncius. de teſtib.* Vnde dum illa gloſſ. allegat *d. l. ſolutionem.* vult dicere, quod iſte procurator ſuſcipiebat iudicium animo nouandi: quia iſte verus intellectus ad illam *l. ſolutionem.* ſecundum gloſ. Bart. & Paul. de Caſtr. *ibi.* Ex hoc ſequeretur, quod iſte ſuſcipiens iudicium animo nouandi, poſſet inuito actore comparere, quando perſona domini non eſſet legalior: quia tota diſtinctio huius l. conſiſtit, an ſit legalior perſona domini: & tunc non admittitur procurator: alias ſecus. iſta conſequentia eſt euidenter falſa: quia ſecundum veram & communem concluſionẽ, quando tertius vult ſuſcipere iudicium animo nouandi & liberandi debitorem, non admittitur indiſtincte, inuito actore, ſiue ſit legalior, ſiue non: ita tenet Bar. *in d. l. ſolutionem.* pro hoc eſt tex & ibi Bart. *in l. ſi mandato meo. §. 1. inf. mand.* & Bar. *in l. liberto. §. fi. inf de neg. geſt. & hac l.* ſed ſecundum iſtum intellectum gl. adhiberetur illa diſtinctio, an ſit legalior: adaptando ipſum ad hanc l. Vnde apparet, quod eſt falſus intellectus, & eodem modo Bal qui ipſum ſequitur, male loquitur, vide in hac prima parte huius gl. & Bal. *hic.*

In † ſecunda parte gloſſ. quærit, quod ſi actor dicit, dominũ eſſe legaliorem, procurator dicit, quod ipſe eſt legalior: cui eſt credendum: dicit gl. Actori; ſentit ergo gl. quod potius Actori ſit credendum; tu dic melius, vt per Bartol. hic. & hic reſeruo dicendum ſuper eo. Et gloſſ. ex his in hanc l. explicata eſt. Habemus ex prædictis hucuſque quinque intellectus ad hanc l. quorum primi ſunt communiter reprobati: alij duo ſequentes, qui loquuntur in reconuentione, approbantur hic per Bart. licet Bald. eos reprobet; ego tamen conatus ſum eos ſaluare ſupra 51

vna

vna cum Bartolo. Verum faciant aliquam violentiam ad hunc textum, qui loquitur per verbum, conuenire: & exempla illa loquuntur de reconuentione. Sic impropriant literam huius l. Quintus intellectus tenetur per Bald. hic, quem optima ratione reprobaui.

52 Sexto modo † legit Bald. hanc l. ponendo caſum per *l. plane. infra. famil. erciſc.* vt ſi duo erant hæredes, qui diuiſerunt hæreditatem, in qua erant duæ creditores, ſcilicet Titius in centum, Mæuius in alijs centum: certum eſt, quod vnumquodque debitum diuiditur pro portione hæreditaria inter hæredes ipſo iure, *l. ea, quæ. C. famil. erciſc. & l. neque aque. 1. C. ſi certum petat. & l. pro hæreditarijs. C. de hæred. action* adeo, quod Titius habet ſuam actionem in quinquaginta contra vnum hæredem, & in alium hæredem in alijs quinquaginta, & ita etiam Mæuius. Modo conuenit inter iſtos hæredes, quod vnus ſoluat totum debitum Titio, & alius Mæuio. Titius modo conueniebat vtrumque hæredem, ad quinquaginta, ille, qui erat hæres, & promiſerat ſoluere totum Titio, comparet vt procurator in rem ſuam, & vult ſuſcipere totum iudicium, & pro quinquaginta cohæredes, poteſt creditor dicere; comparеat principalis; quia eſt legalior: & hæc electio poteſt applaudere huic l. & eam tenet gloſſ. *in d. l. plane.* & puto eam recte procedere, vnde in hoc teneo cum Bald. hic.

53 Vltra † tot & tantas lect. datas ad hanc l. ego addo ſeptimam lect. & magis planam & notabilem: & puto, quod hæc fuerit vera mens huius l. per quam lect. non violatur in aliqua litera huius textus. Pono igitur caſum ſic: Ego eram creditor hæreditarius in centum, hæres vendidit hæreditatem; ego creditor conueni hæredem: eundemque venditorem ad dicta centum; quia emptorem conuenire non poteram inuitum, per *d. l. 2. C. de pact.* Emptor ſponte ſe offert vt procurator in rem ſuam ad ſuſcipiendum iudicium, non tamen animo nouandi, ego dico: Volo vt compareat principalis, ſcilicet venditor; quia eſt legalior, quæritur, an poſſim hoc dicere, & deciditur hic, quod ſic: & iſte intellectus nullum videtur habere obſtaculum, & loquitur in cauſa conuentionis: non autem reconuentionis, & ſic eſt conformis cum l. noſtra. Iſtud exemplum verificatur per *l. vlt. §. Titius. infra, de cond. indeb.* vbi eſt caſus optimus ad ſciendum, qualiter conſtituatur procurator in rem ſuam ex parte Rei. & not. gloſſ. *in l. Plautius infr. eod.* hunc intellectum puto veriorem cæteris, & cum iſto pertranſeo ſuper hac l.

Expeditus gloſſ. & lect. huius l. venio ad apparatum, & ſuppletiones; & primo Bart. hic relatis gloſſ. format duas oppoſ. ſimul, videlicet de *l. 1. §. vſus ſupra, eod.* vbi qui non vult comparere per ſe, poteſt ſe defendere per procuratorem: hinc dicitur, quod tenetur comparere principalis ad inſtantiam actoris. ergo male. Item opponit de *l. ſoluendo. infr. de neg. geſt. & l. ſolutionem. infra, de ſolut.* vbi dicitur, quod poteſt quis defendere aliquem etiam inuitum, & pro eo ſoluere: hic dicitur contrarium; quia defenſor repellitur à litigando: ergo male.

Pro † ſolutione horum contrariorum Bart. hic facit quatuor membra diſtinguendo, quæ etiam reaſſumit idem Bart. *in d. l. ſolutionem.* & tangit *in d. l. liberto. 31. §. vlt. infra, de neg. geſt.* & in omnibus bene loquitur. Ego autem tranſumam iſta quatuor membra per quatuor concluſiones, addendo vnicuique concluſione ſuppletiones neceſſarias. Prima igitur concluſio eſt: ſi debitore conuento, tertius compareat ad ſuſcipiendum plenum iudicium in ſe animo nouandi, & transferendi iudicium & actionem in perſonam ſuam, & liberandi penitus debitorem a toto debito, non cogitur actor iſtam admittere ſiue perſona domini ſit legalior, ſiue non: Vnde actore volente, repellitur à litigando, iſtud probatur per *d. l. ſi mandato §. 1.* & ibi Bart. *in d. l. ſi ſolutionem. & in d. l. liberto. & hic.* Et hæc concluſio eſt vera & communis: ita loquitur *d. l. ſoluendo. & d. l. ſolutionem.* quæ ll. quo ad iudicium ſuſcipiendum, debent intelligi, volente actore: non autem eo inuito, vt dicit gloſſ. & Bart. *in d. l. ſolutionem.* Et hæc ſit prima limitatio ad iſtam concluſionem, ſcilicet vt non procedat actore volente: quia tunc admittitur tertius, & debitor liberatur: vt not. *in d. l. ſolutionem.* 54

Secundo † ſingulariter limita hanc concluſionem procedere, quando tertius vellet iudicium ſuſcipere, vt *ſupra.* Secus ſi vellet ſoluere debitum pro debitore conuento, quia tunc poteſt ſoluere creditori etiam inuito, & liberare debitorem etiam inuitum à moleſtatione creditoris & cogitur creditor hunc admittere ad ſoluendum: imo ſi nollet recipere ſolutionem, poteſt ille tertius illam offerre vel deponere: quæ oblatio erit tantæ virtutis, vt impediat debitorem vlterius conueniri poſſe. ita multum notabiliter tenent Bald. Ang. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. & ibi etiam Iaſ. *in tali pact. § poſt diuiſionem. ſupra, de pact.* & dicit ibi Bald. notari ex illo text. quod extraneus habet ius offerendi debitum, & liberandi debitorem, *l. qui decem. §. 1. infra, de ſolut. & l. cum poſt litem. §. decepti. & l. obſignatione C. de ſolut.* 55

Secunda concluſio † vera eſt: ſi debitore conuento comparet tertius, ad ſuſcipiendum iudicium non animo nouandi, nec debitorem liberandi: ſed tanquam procurator in rem ſuam, animo defendendi pro ſuo intereſſe; & tunc iſte admittitur, ſi perſona domini principalis non ſit legalior: alias ſecus. & ita loquitur hæc l. *& d. l. plane. cum gl. inf. fam. erciſcun.* & de hac legalitate debet diſputari in principio litis: quia ſi actor admiſit procuratorem in rem ſuam, & non oppoſuit, quod dominus erat legalior, ſibi præiudicauit: & non poteſt vlterius illud opponere, ſecundum Bart. hic, & bene. Quod intellige & declara, vt dixi ſupra *in euidentia lib. in verſic. ſeptima vtilitas.* 56

Ex

57 Ex dictis Bart. † ſuper iſto ſecundo membro collige tria notabilia: Primum, quod ſicut exceptio declinatoria, & recuſationis iudicis, debet opponi in principio litis, antequam aliqua exceptio opponatur, vt not. Bart. & Alex. *in l. quidam conſulebat. de re iud.* & not. Bart. & Doct. *l. ſi conuenerit ff de iuriſdict. om. iud.* ita etiam exceptio declinatoria & accuſationis aduerſarij, vt *hic*.

58 Secundum † notabile eſt, quod poſtquam procurator in rem ſuam eſt admiſſus ad litigandum per aduerſarium, non poteſt vlterius petere aduerſarius, vt compareat principalis, ad ſe examinandum, vt principalem & legaliorem; quia non dicitur vlterius principalis ad hoc, vt eius confeſſio poſſit præiudicare procuratori.

59 Tertium † notabile eſt, quod confeſſio principalis non nocet procuratori in rem ſuam, admiſſo in iudicio, poſtquam fuit notum aduerſario, illum eſſe ceſſionarium, vel aliter eſſe procuratorem in rem ſuam: ſecus ſi nondum ſciuiſſet id; quia ſibi tunc noceret: vt not. Bart. & Doct. *in l. ſi cum emptore ſupr. de pact.* & probatur *in l. vlt. ſup. de tract.* contrarium tamen videtur tenere Bald. *hic. fin. col.* tamen non eſt contrarius, ſi recte inſpiciatur.

60 Tertia † principalis concluſio eſt, ſi debitore cõuento comparet tertius cum mandato, ad eum defendendum tanquam procurator, ſimpliciter ad vtilitatem domini, non autem propriam; tunc indiſtincte admittitur, ſiue dominus ſit legalior, ſiue non, ita loquitur text. *in l. 1. § vſus ſupra eo. tit.*

61 Quod † limita primo procedere in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, in quibus irrogatur pœna à relegatione infra; ſecus ſi à relegatione ſupra; quia tunc non admittitur procurator: ſed ipſe principalis comparere tenetur, *l. pen. §. ad crimen.* & ibi Bart. *infra de publ. iud.*

62 Secundo † limita, niſi ex aliqua iuſta cauſa iudex vellet facere comparere principalem, & nollet procuratorem admittere, vt quia eſt rixoſus, & rabula: quia poteſt hoc etiam facere in cauſa ciuili, *l. vlt.* & ibi gloſſ. & Doct. *C. de procurat.*

63 Tertio † limita, hanc concluſionem non procedere, quando aduerſarius in aliquo articulo vellet præſentiam domini, vt ipſum examinari faciat vt principalem, & legaliorem, & tanquam melius de cauſa informatum: quia tunc tenetur dominus venire perſonaliter in iudicium, ad teſtationem quaſi principalis faciendam, atque eo iure vtimur: ita tenet Bart. hic per *d. l. & ibi gloſſ. C. de procurat.* Si vero dominus eſſet abſens, vel non poſſet in iudicium venire; tunc procurator debet mittere ad eum, ad locum vbi eſt, ad ſe examinandum vt principalem, ſecundum Bart. *hic per l. generaliter de omnibus. §. hic de præſentibus. C. de reb. cred.*

64 Sed † iuxta hoc cadit notabile dubium: Si dominus eſt abſens, & eſt mittendum ad eum pro ipſo examinando ad inſtantiam aduerſarij, cuius expenſis mitti debet? Bald. *in d. § hic de præſentibus.* videtur dicere, quod expenſis petentis, & ſic expenſis aduerſarij: contrarium tenet Bald. *hic.* & verius ſcilicet, quod mitti debet expenſis ipſius abſentis examinandi: & ita fuit deciſus iſte caſus in ſacro conſilio Neapolitano, vt eſt *deciſ.* 177. pro hoc eſt gloſſ. *in l. 2 §. defendendi. infr. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* & ideo eſt; quia non debet deterior fieri conditio litigantis, propter abſentiam aduerſarij; ſed ipſi abſenti debet abſentia obeſſe.

65 Ex † hoc verificatur illud, quod in ſimili dixit Bart. *in d. §. defendendi.* quod ſi aliquis abſens mittit procuratorem ad litigandum mecum, ego potero petere copiam mandati procuratoris, ſumptibus ipſius abſentis, ne fiat deterior conditio mea, propter eius abſentiam, quod eſt valde quotidianum in practica. Idem in ſimili not. Bart. *in l. 1 in fin. C. de procuratorib.*

66 Quis † autem dicatur principalis, ſeu quæ dicatur principalis perſona in iudicijs, ad hoc, vt ſciamus, quis debeat ſe facere examinari vt principalem, vide text. *in auth. principalis.* & ibi Bald. *in primo notab. C. de iuramen. calum.* vbi dicit Bald. quod principalis perſona dicitur illa, quæ ſuo nomine litigat in iudicio: Pro hoc eſt ritus magnæ curiæ *in nu.* 283 qui incipit: *Item quod quandocunque.* vbi appellat principales perſonas actorum & conuentorum: per quod poteſt dici, quod perſona principalis dicitur illa, quæ agit vel conuenitur in iudicio, vt ſatis colligitur ex traditis, in materia huius legis.

67 Quid † autem de procuratore, an dicatur principalis, & an poſſit compelli ad ſe examinandum vt principalem, ſicut eius dominus? vide Bald. *in l. non ſolum. col. 1. infra eod.* vbi dicit, quod ſic; quia procurator tenetur reſpondere omnibus illis poſitionibus, quibus tenetur reſpondere dominus, ſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum: alias poſſet petere terminum ad conſulendum dominum: iſtud eſt clare hodie deciſum in Regno, *per deciſ. conſil. Neapol. in num.* 92. vbi expreſſe deciditur, quod procurator poteſt compelli ad deponendum vt principalis.

68 An autem † quando examinatur principalis, poſſit iudex repellere eius aduocatum vel procuratorẽ? dic, quod ſic, ne ipſum inſtruat. ita ſentit Bal. *in l. non ſolum. in princip. in fin. col. infr. eod.* licet ſe remittat. faciunt not. per gloſſ. & Bart. *in l. proxime. infra de his, quæ in teſtam. delen.* vbi habetur, quod iudex non debet ſe conſulere cum Aduocato alterius partis, & dicit gloſſ. in conſtitut. Regni, *vt vniuerſis in verſic. cum proborum.* quod Aduocati non debent intereſſe in conſilio ferendæ ſententiæ: tamen iſte caſus præpoſitus eſt hodie deciſus in Regno per dictum ritum magnæ curiæ vicariæ, *in nu.* 383. qui incip. *Item, quod quandocunque.* vbi dicitur, quod principalis debet examinari in ſecreto ſine conſilio Aduocati vel procuratoris, & non punitur de periurio, ſi falſum deponat, vt ibi habetur. Iſtud etiam tenet Andreas de

de Iſern. *in c.1.§. ſimiliter.de conſuetud.rect. feudi.* & de primo dicto, ſcilicet, quod Aduocatus vel procurator non debet intereſſe in examine principalis, eſt deciſio Bartoli *in leg. ſi poſtulauerit. §. haberi. ff. de adulter.*

69 Quod † ſingulariter limita non procedere in ruſtico vel idiota, qui eſſet examinandus vt principalis; quia in eius examine poteſt intereſſe Aduocatus vel procurator, ad hoc, ne propter eius ſimplicitatem in ſua diſpoſitione decipiatur. Ita tenet Hoſt. *in c. dilecti.de iud.* & illud dictum ſequitur Soc. *in repet.l. 1.col.4.infr. de vulg. & pupill.*

70 Quid † autem ſi principalis interrogatur ſuper poſitionibus, & non vult reſpondere? dic, quod habetur pro confitente, vel negante, ſecundum quod vtilius eſt eius aduerſario. Ita dicit Bald. *in d.l. non ſolum. colum. fin. illius princip. verſic. vltimo quæro. infra, eodem.* Pro hoc eſt text. *in c. 2. de confeſſ. libr. 6. & in l. de ætate. §. qui tacuit. infra, de interrog. act.* Iſtud eſt etiam hodie in Regno deciſum per Regiam pragmaticam, quæ incipit: *Si reus.* quæ eſt conformis cum dicto Bald. *in l. non ſolum. & cum dicto §. qui tacuit.* Item habemus ritum magnæ curiæ vicariæ, *in num.* 250. qui incip. *Item ſeruat dicta curia, quod ſi quis, &c.* qui ponit practicam in hac materia, ſcilicet, quod quando quis citatur, vt veniat ad ſe examinandum vt principalem, in vltima citatione debet inſeri copia articulorũ, ſuper quibus vult deponere, & tunc, ſi non comparet, habetur pro confeſſo, & huiuſmodi decreto non appellatur vt ibi habetur, quod notatur in practica.

71 Quarta † principalis concluſio eſt, ſi vno conuento comparet alius, qui eſt ius ſucceſſor ſingularis in plenum ius per alienationem, ad ſuſcipiendum iudicium, pro ſuo principali intereſſe, non vt procurator in rem ſuam, non poteſt actor dicere; compareat principalis; quia legalior: ſed tenetur litigare cum offerente ſe. ita dicit Bart *hic in 4. membro.* qui dicit, ita debere intelligi iura allegata, in princ. gloſſ. ſcilicet *in l. de illo. & l. electio. de noxal.* & ego dixi ſupra *in prin. gloſſ. magna. in 2. lect.* & probatur per gloſſ. *in d.l. electio.* dum dicit, quando ſe non offert aliquis; tunc procedit illa lex: ergo quando aliquis ſe offert, ſequitur, quod ceſſat electio, & tenetur litigare cum illo.

72 Item † circa hoc pondera verba Bart. dum dicit: quod alius, quem actor volebat conuenire, liberatur: quia per hæc verba videtur innuere, quod ſi actor conuenit eum, qui dolo deſiit poſſidere, poſſeſſor ſuſcipit iudicium, liberatur conuentus per comparitionem poſſeſſoris, & ſuſceptionem iudicii: iſtud probatur *in d.l. de illo. & leg.* ſequitur *infra. de noxal.* allegat Bart. alium textum, videlicet. *in l. ſed ſi lege. §. item ſi rem. infra, de petit. hæred.* qui text. ſimiliter bene facit *in verſic. quod tamen.* poteſt etiam exemplificari *in §. etiam. verſ. Item ſi quis dolo, ibi: euaneſcere ait, &c. eod. tit.*

Poteſt † etiam ſuper iſto quarto membro in exemplum adduci materia nominationis in iudicio, vt ſi ego conuenio colonum, vel inquilinum, vel alium detentorem alicuius rei, & ille nominat dominum in iudicio; nam domino comparente transfunditur iudicium in eum, & conuentus liberatur ab inſtantia iudicii: vt *l. 2.* & ibi plene per Baldum & Bartolum, *C. vbi in rem act.* & not. Abb. *in c. quoniam frequenter. col. penult. in fin. vt lite non conteſt.* Vnde tunc admitteretur actor, ſi diceret: Volo litigare cum colono, vel alio detentatore, tanquam legaliori, per prædicta. 73

Quid † autem auctore laudato comparente in iudicio, an poſſit comparere inuito actore? vide Baldum hic, *in fin. colum.* vbi notabiliter loquitur: quia poteſt comparere altero de tribus modis. Primo modo, vt ſimplex procurator, & admittitur, *per d. l. procurator. 1. §. vſus. infra, eodem.* Secundo modo vt procurator in rem ſuam, pro ſuo intereſſe ad ſuſcipiendum iudicium, non autem animo nouandi, & tunc ſimiliter admittitur; non tamen liberatur emptor ab inſtantia iudicii per comparitionem auctoris: ſed prodeſt illi comparitio auctoris: vt poſſit ex defenſionibus eius liberari, & obtinere, & in hoc differt à nominato in iudicio: cuius comparitio liberat nominantem ab inſtantia iudicii, ſecundum Bartol. & Doct. *in d.l. ſi quis. 2. C. vbi in rem actio.* Tertio modo, poteſt comparere in iudicio animo nouandi & liberandi emptorem: & tunc non auditur: ſecundum Bald. *in hac lege noſtra, per ea, quæ ſuperius dixi.* An autem in dubio præſumatur comparitio animo nouandi, vel non? vide Alexan. *in d.l. 2. C. de pact.* 74

An † autem iudicium cœptum contra emptorem debeat ſuperſederi per laudationem auctoris, donec compareat auctor laudatus? dic, quod hodie iſtud eſt deciſum in Regno per regiam pragmaticam, quæ incipit: *Dubitationem.* per quam eſt prouiſum, quod ſi auctor laudatus eſt præſens in illa ciuitate, in qua iudicium agitatur, non debet in cauſa ſuperſederi, ſed proceditur contra emptorem, vel alium ſucceſſorem: ſi autem auctor eſt abſens à loco iudicii: datur terminus competens conuento ad denunciandum auctori laudato, in loco vbi eſt, & interim durante termino ſuperſedetur in cauſa contra emptorem, contra quem lata ſententia mandatur executioni contra auctorem laudatum ſiue nouo proceſſu. Ita hæc omnia habentur in d. pragmatica. 75

Quærit † hic Bartolus; quoniam iſta lex loquitur de procuratore in rem ſuam ex parte rei: quid in procuratore ex parte actoris: an in eo diſputetur, quæ perſona ſit legalior: & eſt exemplum, ſi ceſſionarius agit contra debitorem ex iure ſibi ceſſo, an poſſit debitor dicere: Compareat principalis cedens; quia eſt legalior? Bartolus hic videtur tenere, quod ſic, *per leg. penult. & in fin. infra, de* 76

*aliena.iudicii mutuandi cauſa facta.* licet Cynus hic aliter teneat. Et ſecundum Bartolum hic, hæc lex ampliatur, vt procedit etiam in Reo conuento: vt poſſit opponere contra procuratorem in rem ſuam, ex parte actoris, de legalitate perſonæ: hoc tetigi aliquantulum *ſupra, in notabilibus.* Baldus, hic tenet contra Bartolum, & dicit, quod iſta lex non habet locum in procuratore in rem ſuam ex parte actoris, allegat textum *in l. procuratorem in rem ſuam. infra, eodem.* qui textus videtur deſtruere iſtam legem ſecundum eum, & ibi proprie eſt gloſſa, quæ dat hunc intellectum ad iſtam legem, & facit pro Baldo. Ego autem teneo opinionem Bartoli, quam tenui *ſupra, in notabilibus.* quæ videtur mihi verior: cum modificatione tamen ſeu diſtinctione infra ſcripta. Et pondero, quod textus *in d. l. penult. & fin.* non facit pro Bartol. quia ibi fuit facta alienatio, cauſa mutandi iudicii, & ita expreſſe dicitur *in dict. leg. penultim.* quod debet prior dominus experiri, ſi mutandi iudicii cauſa ſit facta alienatio: ergo à contrario ſenſu; ſecus, vnde illa lex potius à contrario ſenſu faceret contra Bartolum in caſibus, in quibus fieret ceſſio ſine fraude, & non caſu mutandi iudicii. Nam ille titulus de alienat. iudicii mutandi cauſa facta, præſupponit dolum, & ſine dolo non procedit diſpoſitio illius tituli, vt dicit text. *in leg. item ſi res. §. 1. & l. non ſolum. infra, de alienat. iud. c. mutand. cauſ. facta.*

77 Præterea † conſidero, quod illa lex procuratorem in rem ſuam, minime facit pro Baldo, nec videtur in aliquo contraria huic l. ſi bene conſideretur: nam in illa l. concurrebant cedens, & ceſſionarius ad exigendum debitorem, & dubitatur, quis debeat præferri? & dicitur, quod præfertur ceſſionarius, quod eſt verum, concurrente altero de tribus: vt dicit gloſſ. quæ ponitur *in l. ſpem. 3. C. de donationibus.* Et ſic quæſtio non erat ibi inter Reum & actorem, prout eſt hic, ſed erat inter ipſos actores; quia quilibet eorum prætendebat anteponi, vnde non negat ille text. quod ſi reus oppoſuiſſet ceſſionario: compareat principalis, qui eſt legalior, quod non debeat audiri, & ſic videtur longe diuerſus ab iſta lege, verum quia contra Bartolum habemus magnorum virorum auctoritates, videlicet gloſſ. *in d. l. procurator. m. infra, eodem.* Cynus *in d. l. vlt. infra, de alienat. iudicii mutandi cauſa facta.* & Baldus *hic & in d. l. procuratorem.* non eſſet tutum ita indiſtincte tenere contra eos, maxime cum pro opinione Bartoli non habemus textum in terminis loquentem in actore, ſicut in Reo, & ſic opinio Bartoli non poſſet ſaluari per extenſionem huius l. vt ſtatutum in Reo extendatur ad actorem, & econtra, *l. vlt. infra, de accept.* propterea, ſaluo meliori iudicio, ego concordarem ita huiuſmodi opinion. vt diſtinguamus, aut cedens alienauit doloſe cauſ. mutand. iudic. & tunc indiſtincte ſit vera opinio Bartoli, *per d. l. pen. ff. de alienat. iudic. mutan. cauſa facta.* aut iſtud non apparet; & tunc ſimiliter teneo opinionem Bartoli, vt Reus poſſit opponere, vt compareat principalis; quia eſt legalior, ſi principalis vellet comparere diſcuſſo de legalitate. præfertur ceſſionario minus legalior; ſi autem nollet comparere, &c. quia nemo inuitus agere compellitur, puto, quod admittatur ceſſionarius inuito Reo: quia alias eſſet in poteſtate Rei ludere debitum, nolente agere cedente: & ita procedat opinio. Cyn. & Bald. Et ad hoc me mouet ratio Bald. qui ſe fundat hic ſuper illa ratione. quia nemo inuitus agere cogitur. ergo à contrario ſenſu, ſi ſponte veniret ad agendum, ceſſaret ratio Baldi, & ita cum hac diſtinctione pertranſeo. Adde, quod Raph. etiam nititur hic concordare opin. vt hic per eum.

Vlterius † quærit hic Bartolus, quid ſi actor dicat, quod dominus eſt legalior, procurator vero dicit ſe legaliorem, cui incumbat onus probandi iſtam legalitatem? gloſſ. hic tangit, & non bene ſoluit, ſed Bart. melius ſoluit, & dicit, quod hæc probatio incumbit illi, qui allegat aliquem legaliorem ad fundandam ſuam intentionem vel exceptionem, *l. ei incumbit. infra, de probat. & l. ſi vero. §. 1 & ibi habetur ſupr. qui ſatiſdare cog.* Ex hoc ſequitur, quod cũ procurator in rem ſuam habeat ſuam intentionem fundatam in iure ad comparendum, & iudicium ſuſcipiendum non animo nouandi: qui admitti debet, ſi actor ad ipſum excludendum allegat dominum eſſe legaliorem: ipſe allegans debet hoc probare: quia iſtud eſt fundamentum ſuæ intentionis ad excludendum aduerſarium, quod confirmatur ex his, quæ not. Bart. *in l. hoc iure. 10. infra, de verb. oblig.* vbi ponit hanc materiam, quod quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, & Bart. *in d. l. ſi vero. §. 1 ff. qui ſatiſd. cog.* & Abbas *in c. bonæ memoriæ. in 1. col. 6. de electione.* vbi habetur, quod etiam negatiua debet probari, quando eſt fundamentum intentionis alicuius: licet alias ſit improbalis: vt *l. actor. C. de probationib.* Eodem modo, ſi procurator in rem ſuam, ad excludendum actorem, diceret, ſe eſſe legaliorem excipiendo: ipſe tenetur id probare per prædicta, & ſic ſemper inſpicimus eum, qui ſe fundat ſuper aliqua qualitate agendo vel excipiendo, vt illam probare teneatur, *l. ſi minorem. C. de in integr. reſtit.* Erit ergo practica, quo ad iudicem, quod ſtãte huiuſmodi conflictu inter procuratorem & actorem: quia hinc inde allegant dictam prætenſam legalitatem, iudex ſtatuet competentem terminum vtrique parti ad probandam dictam legalitatem: quo termino elapſo, poterit proferre interlocutoriam pro eo, qui melius ſuam intentionem probauerit. 78

Et ex † his poteſt decidi illa notabilis, & quotidiana quæſtio, quam alias tetigi ſuccincte in repetione *l. is poteſt. infra, de acquirend. hæred.* videlicet, ſi ſubſtitutus pupillaris, mortuo pupillo, agit petendo hæreditatem pupilli, vigore ſubſtitutionis, 79

& fa-

& fabricato proceſſu probauit ſe eſſe ſubſtitutum pupillariter per teſtamentum patris pupilli: item, ſi probauit eſſe mortuum illum, cui fuerat ſubſtitutus: non tamen probauit, quod mortuus fuit in pupillari ætate, vt de neceſſitate requiritur ad hoc, vt ſit locus ſubſtitutioni pupillari: an poſſit obtinere? & vera opinio eſt, quam tenui ibi, ſcilicet, quod ſubſtitutus obtinet, vt tenuit Socin. *in conſil.29 col.4.in 1.volum.* licet contra iſtam communem & veram opinionem tria videantur facere. Primo, quod quilibet tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis: vt ſupra dictum eſt. ſed pro fundamento intentionis ſubſtituti erat, quod pupillus eſſet mortuus in pupillari ætate; quia alias adueniente pubertate ſubſtitutio pupillaris euaneſcit, vt *in §. penult. Inſt. de pupill. ſubſtit.* ſed hoc non probauit, ergo deberet ſuccumbere.

80 Secundo; † quia quilibet præſumitur viuere centum annos, *l. vt inter. 23. §.1. C de ſacroſanct. eccleſ.* vnde iſte ſubſtitutus videtur habere præſumptionem iuris contra ſe, ſcilicet, quod pupillus ſit mortuus potius in ſenectute, quam in pupillari ætate, merito debebat probare mortem in ætate pupillari ad tollendam illam præſumptionem.

81 Tertio; † quia ius non præſumit ætatem minorem, nec maiorem, ſed ille, qui ſe fundat ſuper maiori, debet illam probare, & ſimiliter is qui ſe fundat ſuper minori, debet illam probare, *l. ſi minorem.* & ibi Bart. Bald. & Doct. *C. de in integ. reſt. & l. cum re.* & ibi Bald. & Salicet. & Doct. *C. de probat.* Iſte ergo ſubſtitutus, cum ſit actor, & fundet ſe ſuper ætate minori, debet illam probare. Tamen his contrariis non obſtantibus teneo primam opinionem domini Socini, ſcilicet, quod ſubſtitutus obtinet, licet dictam ætatem non probet.

82 Et iſtam quæſtionem † proprie decidit gloſſ. *in Clement. fin. in gloſſ. penult. in fin. de reſcript.* vbi eſt ſimilis caſus, nam prouiſio Papæ de beneficio vacaturo non ſe extendit ad beneficium creatum, poſt datam illius bullæ, vt dicit *dicta Clement. finalis.* pone, quod beneficiatus petit ſe inueſtiri de aliquo beneficio vigore dictæ prouiſionis, probauit conceſſionem ſibi factam de beneficio vacante, idem probauit eſſe beneficium de vacaturo, non tamen probauit eſſe creaturam ante datam ſuæ bullæ, prout requiritur, quæritur an obtineat? & dicitur ibi, quod ſic, quia probando illa duo habet ſuam intentionem fundatam, vnde incumbit aduerſario onus probandi, quod fuerit creatum poſt datam. Sic in caſu noſtro, ſubſtitutus habet intentionem fundatam producendo teſtamentum, in quo apparet, qualiter eſt ſubſtitutus pupillariter, & probando filium teſtatoris eſſe mortuum, vnde probare, quod ſit mortuus maior, incumbit aduerſario; quia hæc eſt intentio aduerſarii potius, quam ſubſtituti; quia aduerſarius excipiendo illud adducit ad fundamentum ſuæ intentionis, merito ſibi incumbit onus probandi, vt notat Bartol. *hic.* Iſtud etiam in optimo ſimili tenet per plura Iaſ. *in rubric. C. qui admitt. in 3. colum.* & Bald. *in l 2. C. de petit. hæred.* Et per hæc apparet non obſtare primum argumentum: quia reſpondetur, vt ſupra, ſcilicet, quod iſtud eſt potius fundamentum rei, quam actoris, per prædicta. Minime obſtat ſecundum argumentum; quia illa præſumptio militat, quando eſt dubium, an aliquis ſit viuus, vel mortuus: quia ſi à tempore ſuæ natiuitatis, nondum ſunt lapſi 100. anni, præſumitur viuere, niſi contrarium probetur: ſed hic apparet contrarium, ſcilicet, qualiter eſt mortuus: vnde ceſſat illa præſumptio. Non obſtat tertium argumentum; quia fateor contrarium; verum ſubſtitutus non fundat ſe ſuper minori ætate, ſed Reus excipiendo fundat ſe ſuper maiori; ergo ipſe Reus debet illud probare.

Quærit † Baldus hic, an ad hoc, vt procurator in terminis huius l. repellatur à litigando, requirantur ambo iſta duo copulatiue, ſcilicet, quod dominus ſit legalior, & quod melius nouerit factum: an vero ſufficiat vnum tantum: concludit, quod vnum tantum ſufficit: quia vt plurimum Doctor. loquentes de hac materia, loquuntur alternatiue: vnde ſufficit, quod vel dominus ſit legalior, vel melius nouerit veritatem: quia vtrunque non requiritur de neceſſitate: & bene videtur loqui Bald. pro quo facit tex, *in §. affinitatis. Inſtit. de nupt.* aduerte tamen quia in eo, quod ipſe dicit, ſufficere probare illud, vnum, ſcilicet: quod dominus melius nouit veritatem, puto non procedere dictum ſuum: & contrarium tenet Bar. hic in finalibus verbis, ſi recte ponderentur. Nam licet in procuratore ſimplici illud procedat, vt faciat comparere dominum, quando dominus ſcit melius veritatem. vt not gloſſ. *in l. vlt. C. de procur.* tamen in terminis huius l. vbi tractatur de procuratore in rem ſuam, illud non ſufficit, ſed debet probari legalitas, ſecundum quod habetur *in l.1. in fin & l. ſequ. infra, de alien iudic. mutan cauſ fact.* ſecundum Bart. *hic. in fin.* ſcilicet probando, quod perſona procuratoris eſt durior: vt quia eſt aliquis cauilloſus & improbus, vel eſt homo multum potens, qui poſſit vexare aduerſarium, vt ibi habetur. perſona vero domini eſt legalior, id eſt, magis pura & veridica, minus potens, & non cauilloſa; & hæc ſunt probanda de mente Bart. hic. 83

Et † ex dictis infertur, quod ſi actor producit articulos in cauſa, ſuper quibus intendit examinari facere principalem, procurator vero Rei ſimplex dicit, Ego volo reſpondere ſuper poſitionibus: quia ſcio factum, ſicut dominus, & volo deponere vt principalis: ſed actor dicit, quod volo Reum, vt principalem & legaliorem, & non procuratorem: poteſt hoc actor dicere, quia procurator non poteſt, inuito aduerſario reſpondere poſitionibus: ſed debet venire principalis, tanquam legalior, & magis ſciens veritatem: ita tenet Bald. *in l.1. col penult. C.* 84

*de ſentent.* & hoc eſt addendum ad ea, quæ dixi ſupra *in 3. concluſ.*

85 Circa † illud tamen, quod tetigi ſupra in præcedenti charta, an iſta lex habeat locum in procuratore ex parte actoris, vbi retuli opin. Bald. hic in prima lectur. tenentis, quod non: pondera, quod idem Bald. *in ſecunda lectur. noua huius l. in fine.* videtur ſentire contrarium: dum limitat illud, quod dicit Bart. hic, ſcilicet, quod ſi procurator in rem ſuam fuit ſemel admiſſus, non poteſt vlterius opponi in proceſſu iudicii, quod compareat principalis, quia eſt legalior: in hoc limitat Bald. hic procedere, quando procurator intentaret vtiles actiones; ſecus ſi directas nomine domini: vnde per hæc verba videtur ſentire Bald. quod hæc lex procedat in procuratore ex parte actoris. Nam hæc diſtinctio directarum & vtilium non competit, niſi actori: quia procurator ex parte Rei non habet vtiles, nec directas: quia ius paſſiuum non transfertur, niſi volente creditore, vt dicit Bald. *in l. 2, C. de pact.* Iſtud etiam tenet Bald. *hic in 1. lectur. in 2. volum. verſ. quæro de ratione diuerſitatis, &c.* per *l. venditor. C. de hæredit. vel act. vend.*

86 Vltimo, † vt nihil intactum relinquatur ſuper hac lege, quia de euidentialibus ſupra fuit declaratum, qualiter conſtituatur procurator in rem ſuam ex parte actoris, bonum eſt ponere exemplum, qualiter conſtituatur ex parte Rei, & certe ex prædictis liquet: tamen pro generali intelligentia huius materiæ, pono vnam regulam, quam ponit Bald. hic *in 2. col. in ſexto intellectu huius l.* vbi dicit: quod procurator in rem ſuam non fit cedendo ex parte Rei, ſed ſolum ex parte actoris: ſed ex parte Rei fit promittendo, ſcilicet promittendo ſoluere creditoribus, & illud operatur promiſſio ex parte Rei, quod operatur ceſſio ex parte Actoris: quo ad hoc ſcilicet, vt poſſit dici procurator in rem ſuam, & hæc promiſſio poteſt eſſe tacita, vel expreſſa, de expreſſa probatur *in l. vlt. §. Titius. infra, de cond. indeb. & l. plane. infr. famil. erciſcund. & l. hæreditatem. cum gloſſ. infra, de donat. & l. cum res. C. de donat.* de tacita probatur in exemplo gl. *in l. Plautius. infra, eodem.* vbi ſi vendo tibi hæreditatem, in qua ſunt creditores: cenſetur vendita cum onere ſatisfaciendi creditoribus: emendo enim videtur ſtatim promittere de ſoluendo illis: & ſic dicitur procurator in rem ſuam ex parte Rei. Et hæc ſuper iſta breui l. dixiſſe ſufficiat.

Sit laus omnipotenti DEO maximo atque optimo, eius Genitrici, & omnibus Sanctis.

***

PRÆ-

# PRACTICA IVDICIARIA COMPENDIOSA ET VTILIS, TAM CANONICA, QVAM CIVILIS: TAM ORDINARIA, QVAM EXTRAORDINARIA, & maxime in regno edita.

*Per Reuerendum D. Ioannem de Arnono de S. Angelo Faſanellæ I. C.*

PRÆFATIO AD LECTOREM.

QVONIAM practica ipſa vera eſt intellectrix legum, vt eleganter & vere inquit Bald. *in c. 1. in princ. verſ. & ideo quando capiuntur, de feud. ſi culpa non amit.* vnde dixit idem Bald. *in l. illud. ff. de excuſat. tut.* per illum text. ſecundum aſſeſſores, ab antiqua practica non eſſe recedendum, & idem dicit Bald. *in conſil. ſuo. 472.* cuius eſt initium, *ſtatuto communis Papiæ, in 2. col. lib. 1.* hinc etiam eleganter dicebat idem Bal. *in l. de quib. in 7. col. verſ. item quæritur. ff. de legib.* quod quoties ſtylus infringitur, non valet quod agitur, cum his, quæ late congerit D. Fel. *in c. 2. in 9. colum. verſ. ſtylus curiæ, extr. de reſcript.* Alibi etiam pulchre idem Bald. *in c. ex tenore. circa med. extr. de teſtib.* dicebat: quod leges ſapiunt, cum practicantur: & tunc fructus ex arbore colliguntur, propterea vulgatum, iamque vſu tritum eſt, & receptum Adagium: Leges in ſchola degluriuntur, in palatio digeruntur, quia practica eſt ſcientia digeſtiua: & vbi theoricus deſinit, practicus incipit. Vnde licet ius emanauerit poſitiuum, tam Pontificium, quam Cæſareum, tamen practica, & exercitium placitandi permaxime ſunt neceſſaria. *45. diſt. c. licet.* Per ſcientiam enim & experientiam omnis acquiritur notitia, iuxta illud: *Vſus, & ars docuit, quod ſapit omnis homo.* & iuxta Philoſophum *in 1. Metaphyſic.* Experientia facit artem. Nam omne artificium per continuum exercitium recipit incrementum, vt *l. legatis ſeruis. §. ornatricib. ff. de leg. 3.* Eſt enim ipſa experientia efficax rerum magiſtra, *c. quid ſit, de elect. libr. 6.* vnde commendat Iuriſperitos experientia rerum: & experti cauſarum iudices dari debent, *C. de iud. l. certis.* nam inexpertus pauca cognoſcit. Propterea ego Ioannes de Arnono, de S. Angelo Faſanellæ, inter diuini & humani iuris laureatos perexiguus, ſtatui ad communem omnium vtilitatem, & eorum maxime, qui in forenſibus cauſis verſantur, iudiciariam practicam edere compendioſam quidem, & non (vt aiunt) verboſam: & ſubſtantialem & perutilem, ac verſatilem quotidie, tam in foro Pontificio, quam Cæſareo, & permaxime in regno hoc Siciliæ: in quo (vt plurimum) legibus communibus ab aula exploſis, conſtitutionib. vtimur, ac capitulis pragmaticis, & ritibus. In qua quidem Practica, ſi quid forte boni à me expromi contigerit, nil mihi laudis velim tribuēdum, ſed Deo Opt. Max. à quo omne bonum optimum, & omne donum perfectum proficiſcitur, laudes agātur innumeræ. Bene vale Lector candidiſſime.

## CAPVT I.

SVMMARIA.

1 *Præfationes demonſtrationis & finalis cauſæ vim oſtendunt.*

2 *Practica litigandi quo iure ſit exorta.*

QVIA (ſi Bald. credendum ſit) *in prælud. feud. in 1. col.* non ſtatim iniiciendæ ſunt manus in meſſem: quæ enim ordinem in ſe habent, præludia quædam habent, vt not. *in Auth. in medio litis non fie. ſat.*
*for. §. fin. collat.* 8. & plerumque præfationes † demon- 1
ſtrationis, quinimo etiam finalis cauſæ vim oſtendunt, vt *l. 1. ff. de orig. iur. & l. Pacumenius Androtenes ff. de hæred. inſt.* Propterea quæro, num Practica liti-
gandi, & placitandi vſus, † ſit de iure diuino exor- 2
ta? Et dic, quod ſic. Nam cum Adam redargueretur à domino de inobedientia, & de eſu pomi vetiti in paradiſo deliciarum, relationem huius criminis conuertit in coniugem Euam: imo, mauis in coniugis autorem Deum Opt. Max. cum dixit: Mulier,

cuam dediſti mihi ſociam, me decepit, & comedi, *d.c.ſerpens... ...pauit.* Item ex lege veteri Practica iudiciaria comprobatur. Nam Moyſes ait, In ore duorum vel trium ſtat omne verbum. *Deut.c.19.c.nouit. de iud.c licet. de teſt. cum ſimil. non parum multu.* ſed poſtea approbatione & extenſione dicitur eſſe de iure poſitiuo, à quo prodita eſt quædam forma particularis, & ſpiritualis in iudiciis obſeruanda, vt ex ſequentibus luculenter apparebit.

## CAPVT II.

### SVMMARIA.

1 *Iudicium quid.*

2 *Fama in iudicio inquiſitionis ſeruit loco Actoris.*

3 *Super notorio crimine ipſum notorium vices actoris ſupplet.*

QVONIAM Practica iudiciaria præſens tractatus inſcribitur, propterea quæro non incongrue abs te, quid ſit iudicium? (quia, quid ſit Practica, ſatis ſuperque ſupra in præfatione diſſeruimus) dicas igitur cum Hoſt. *in ſumma de iud. in princ.* & Ioan. And. *in ſua addit. ad Spec. paraphraſi, in tit. de Actore, in princ.* & communiter Dd. in hoc, Iudicium
1 eſſe actum † trium perſonarum, Iudicis, Actoris, & Rei. de hoc *in c. forus.* imo magis forum dixerim, *extr. de verb. ſign.* cum forus in maſculino genere non reperiatur in illo ſignificatu, in quo ibi ponitur pro loco exercendarum litium. Nec te moueat, ſi aliqua ſint iudicia, in quibus non ſint omnes illæ perſonæ, de quibus ſupra, vt in iudicio generalis inquiſitionis, vbi non eſt perſona actoris, vel rei, de quo *in c. bona, de elect.* & in iudicio ſpecialis inquiſitionis, quæ fit officio iudicis nemine promouente, vel inſtigante de actu inquiſitionis, vt *in c. qualiter & quando. 2. de accuſat.* quia in iudicio inquiſitionis fama, † quæ
2 præcedere debet, deſeruit loco actoris, vt ibi not. ad quam præordinatur etiam inquiſitio generalis. Nec etiam moueat te iudicium; quod habetur ſu-
3 per † notorio crimine. Nam & ibi notorium ſupplet locum & vicem accuſatoris interpretatiue. Et ſic vera eſt diffinitio, quam ſupra poſuimus poſt Doct. per nos citatos, vt iudicium ipſum ſit actus legitimus trium perſonarum, Iudicis, Actoris, & Rei.

## CAPVT III.

### SVMMARIA.

1 *Tabelliones vnde dicti, qui hodie barbare Notarii dicuntur.*

2 *Nuncii ſiue praconis officium quod.*

NEC propterea dixeris ſupradictam diffinitionem iudicii non eſſe veram; quandoquidem & aliæ atque aliæ perſonæ in iudicio interueniant, vltra iudicem, actorem, & reum, vt procurator, vt coniuncta perſona, vt defenſor, vt excuſator, vt ſyndicus, vt œconomus, vt tutor, vt curator, & aliæ id genus, de quibus Spec. *in 1. parte, in 3. particula* pertractauit, quia hæ perſonæ non neceſſariæ, ad ſubſtantiandum iudicium. Nam alieno quidem nomine, & non proprio in iudicio admittuntur vel agendo, vel defendendo. Quinimo & aliæ ſunt perſonæ, quæ nec agunt, nec defendunt, ſed adminiculum præſtant ipſis cauſis, ſeu ſunt cauſarum patroni, de quibus loquitur titulus *de poſtulan. per tot. ff. & extr. c. paſtoralis. de iud. & c. 1. extr. vt lite non conteſtat. 4. q. 4. c. 1. de verb ſign. c. forus. §. in omni. & pragmat. Quinta die. ibi; ſine præſentia Procuratoris vel Aduocati. & conſtitut. regni,* cuius eſt initium, *Hac edictali lege. ſub rubrica. de ſalario Aduocatorum. & conſtitut. regni,* incip. *iuſtitiarios. ſub rubr. vt iuſtitiarii habeant certos aduocatos. & conſtit. regni,* incip. *Lege præſenti. ſub rubr. de dandis Aduocatis pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis. & conſtit.* incip. *Aduocatorum officium ſub rubr. de aduocatis ordinandis. & conſtit.* incip. *Aduocatos, ſub rub. de præſtatione ſacramenti ab aduocatis.* Sunt itaque aliæ perſonæ, quæ in iudicio interueniunt, vt præſtent adminiculum, vt ſunt actorum Notarii, ſecundum communem conſuetudinem ſic dicti, cum tamen hi, ſecundum Romanam linguam, Tabelliones vel etiam Libelliones vocentur; quia tabulas, † hoc eſt 1
teſtamenta & publicas ſcripturas conficiunt, ſed hodie Notarii barbare ab omnibus vocantur. De quibus Notariis actorum loquitur conſtitutio Regni, cuius eſt initium, *In locis Demanii. ibi; præter iudicem & actorum Notarium. & conſtitutio. cum iuxta prouiſū, ſub rubr. de ſalario baiulorum, & iudicium, & Notariorū curiæ, & conſtitutio, Iuſtitiarii per prouincias. ibi; aſſeſſores etiam, & actorum Notarios, & de eiſdem, vel duobus viris ipſorum loco, qui iudicii acta conſcribant,* loquitur tex *in c. quoniam contra, de probat.* Interuenit etiam Nuncius, † qui citet & referat. de quo loquitur tex. 2
*in c prudentiam. 1. reſponſo, de offic deleget. & c. cum parati, de appellat.* qui alias apparitor dicitur, de quo, & eius ſalario habet conſtitutionem, cuius eſt initium: *in ciuilibus cauſis, ſub rubrica de apparitoribus, & eorum ſalaris. & conſtitutio, Edictorum. ibi; per ſpecialem citantis nuncium, de literis citatoriis. & conſtitutio, Citationis litera. & regia pragmatica ſecunda in ordine,* cuius eſt initium: *Quilibet agere volens.* Et iſtæ etiam perſonæ non ſunt neceſſariæ in iudicio, niſi ſecundum prædictum effectum, ſcilicet, vt præſtent adminiculum, quo fit, vt iudicii vera ſit diffinitio, quam poſuimus in præcedenti capite, vt ſit actus legitimus trium perſonarum, Iudicis, Actoris, & Rei, cum aliæ perſonæ, de quibus in præſenti capite, non ſint de ſubſtantia iudicii, niſi vt adminiculum præſtent, vt ex prædictis patet.

## CAPVT IV.

### SVMMARIA.

1 *Quæ ſint de ſubſtantia iudicii, num. 2. 3. 4. 5. 6.*

HACTENVS de perſonis, quæ ſunt de ſubſtantia ipſius iudicii, & de his, quæ præſtant adminicu-

niculum in cauſis ipſis, nunc de ſubſtantialibus i-
1 pſius iudicii diſputandum eſt. † De ſubſtantia igi-
2 tur proceſſus, vel ordinis iudiciarii ſunt hæc, † Libelli oblatio, de quo *in c.1.de libel. oblat. in fin. gloſſ. & in Clem. ſæpe de verb. ſign. in glo. quæ eſt ſuper verb. neceſſario. & in authent. offeratur, C. de litis conteſt. & in l. 1. ff. de eden. & in l. edita actio C. eod* in quantum ibi ſumi-
3 tur edita actio, pro edito libello. Item † litis conteſtatio, vt *in c. dudum.2. de elect. & in c. exhibita. ibi, lite nondum ſuper eodem negotio conteſtata. de iud. & in c. vnico. de litis conteſt.* vbi Bald. dicit, litis conteſtationem eſſe fundamentum & angulum iudicii. Item
4 publicatio † in cauſa, ſecundum gl. 1. *in verb ſolitum, in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om. iud.* Sed hoc eſt verum, quando petita eſt publicatio, & non facta, ſecus ſi non petita, ſed omiſſa, nam tunc proceſſus valet, vt per Doct. maxime modernos. Ferrarienſ. *in*
5 *c. cum 1. & A. de re iudic.* Item † concluſio, de qua *in*
6 *Clem. ſæpe in gloſſ. iſta litera.* Item † ſententia, vt *in c.*
7 *quoniam contra. de prob.* & † quod feratur in ſcriptis, *de re iud lib.6. c. fin. & l. fin. C de ſent. ex peric. recit. ibi; de ſcripti recitatione proferri.* niſi in cauſis breuibus, vt *in auth. niſi breuiores,* ibi poſita. quæ cauſæ breues & modicę hodie in in regno conſiderantur, ſi ſint intra duos auguſtales, vt *in conſtit. Dilationes, & ibi gloſſ. in verb. duos.* quæ dicit ſopitum eſſe id, quod dicitur *in Authent. de mand. Princ. §. ſi tibi.* quia ibi in d. conſtit. dicitur, quæ ſit breuis lis, quod non determinatur ibidem, ſcilicet, *in d. §. ſi tibi.*

## CAPVT V.

### SVMMARIA.

1 *Continuatio.*
2 *Exceptiones, replicationes, appellationes, &c. non ſunt de ſubſtantia iudicii.*
3 *Ordo iudiciarius non confundendus.*
4 *Ordo iudicii de conſenſu partium prætermitti non poteſt.*
5 *Quæ ad litis ordinationem ſpectent.*
6 *Quæ ad litis inſtructionem pertineant.*

1 IN præcedenti capite vidimus de ſubſtantialibus proceſſus, vel ordinis iudiciarii; † hic de non ſub-
2 ſtantialibus videamus. Nam exceptiones, † replicationes, appellationes, & aliæ id genus de quibus infra patebit, non ſunt de ſubſtantia proceſſus, vel ordinis iudiciarii, & earum omiſſio non reddit
3 proceſſum nullum. Et ordo † iſte iudiciarius non debet prætermitti, confundi, vel præpoſterari, alias ex omiſſione, confuſione, vel præpoſteratione induceretur, & ſurget nullitas iudicii, & proceſſus. 11. *q.6 §. diffinitiua. de accu at. c. qualiter & quando.* in Specul. *de ſent prol. §. iuxta propoſitum.* Nec poteſt † præ-
4 termitti etiam de conſenſu partium, vt eſt gl. not. *in c de cauſis, de off. deleg. in gl .1. & in Clem. ſæpe de verb ſign. in vlt. gl.* Et quomodo fiat iſta prætermiſſio, confuſio vel præpoſteratio ordinis iudiciarii, pone exemplum vt per glo. 1. *in verſ. ſolitum. in l. prolatam. C. de ſent & interloc. om. iud.* vt ſi primo proferatur ſententia, & poſtea ſcribatur, vel primo iuretur de calumnia, poſtea fiat litis conteſtatio. Sciendum tamen eſt, huiuſmodi actuum particularium quoſdam eſſe ad iudicium, ſeu litis ordinationem, quoſdam vero ad litis, ſeu cauſæ inſtructionem, ſeu deciſionem. Qui ſunt ad † litis ordinationem, ſunt hi videlicet, citationes, ſatiſdationes, & ſimiles actus iudicii ordinarii. Sed confeſſiones, † atteſtationes, probationes, inſtrumenta, priuilegia & ſcripturæ, & illa, quæ factũ reſpiciunt, ſunt actus cauſæ inſtructorii ſeu deciſorii, de quo per Innoc & Hoſt *in c. cauſam, 1, de teſtib. & in Clem. ſæpe de verb. ſign. in gl. facit ad hoc.* 5 6

## CAPVT VI.

### SVMMARIA.

1 *In cauſis priuilegiatis iudicii ordo non ſeruatur.*
2 *Cauſa priuilegiata à iure quæ.*
3 *Cauſa priuilegiata ab homine.*
4 *Cauſæ priuilegiata ex natura cauſarum.*

QVÆ hucuſque dicta ſunt, iudiciarii ordinis partes reſpiciunt, in cauſis regulariter obſeruandis. Sed animaduertendum puto, cauſas eſſe aliquas ex priuilegio iuris, vel hominis, vel ex cauſarum natura ordinem huiuſmodi per omnia neceſſario non expoſcere, vel † in eis etiam nullo modo ordinem ipſum ſeruando, cum per omnes partes iudicii in eis non ambuletur Si de cauſis priuilegiatis a iure exemplum quæres, † hæ ſunt videlicet, cauſæ beneficiales, matrimoniales, vſurariæ, decimales, vt *in Clem. diſpẽdioſam. 11. de iud* & omnes cauſæ hodie in regno, *per cap. deteſtantes, & per regiam nouellam pragmaticã primã in ordine,* cuius eſt initium, *Diſpendia litium: vt dixi in ſoliloq. meis, ſolil q. 8.* quod incipit, *nemo eſt qui neſciat.* quia omnes prædictæ cauſæ ſunt ſummariæ, in quarũ cognitione, ex diſpoſitione iuris, iudex non teneturr iudiciariũ ordinem obſeruare. Et ideo ex certa ſcientia & cum iuris miniſterio dixi; *Neceſſario:* quia poteſt ſi vult, ita ſingulariter decidit Bald. *in l. nulla. circa fin ff. de legi.* arg. tex. & eorum, quæ ſingul. tract. Innoc. *in c. nouit. in 1. col. poſt princ. extr. de iud,* vbi dicebat, quod ſeruare ordinem iudiciarium, non poteſt nocere. Et reaſſumit Bal. idem *in l. teſtam. in 3. notab. C de teſtam* Et vtrunque dictum commendat late tractans d. Felin. *in c. cum dilecta. 14. col. extr. de reſcr. & retuli in d. 8. ſoliloq.* Si vero de † cauſis priuilegiatis ab homine exemplum poſcas, dicas illas eſſe cauſas, quas Princeps committit ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, in quib. quæ de ſubſtantia iudicii ſunt, vt libellus, litis conteſtatio, concluſio, &c iudex nõ poteſt vſquequaq; obſeruare, niſi partibus non contradicentibus, vt *in Clem. ſæpe, de verb. ſign.* vbi traditur. 1 2 3

tur forma in procedendo, quando per Principem committitur cauſa ſummarie & de plano: Et quis poſſit cauſas ſic committere, vide plene per d. Fel. *in c. 1. de reſcript. in 1. col. ver. legatus non committit.* vbi plene examinat gl. ſingul. *in c. fin. in glo maiori, quaſi in fine, de hæret. in 6.* volentem, legatum etiam à latere non poſſe cauſas committere, ſublato iuris ordine. Et ſi de cauſis priuilegiatis quæras ex natura
4 cauſarum; illæ inquam ſunt, † quæ notoriæ ſunt, in quibus non exigitur ordo iudiciarius. Nam in illis ordo eſt, non ſeruare ordinem: vt *in c. ad noſtram. 3. extr. de iureiur.* de quo *in c. tua, & in c. veſtra, de cohab. cle. & mulie.* item iudicio inquiſitionis ex officio iudicis, nõ ad promotionẽ, vel inſtigationem alicuius, vt *in c. quoniã frequenter, § ſunt & alii, vt lite nõ conteſt.*

## CAPVT VII.

### SVMMARIA.

1 *Iudex qualiter ſe habebit in cauſa criminali & ciuili.*
2 *In cauſa iniuriarum in quo iudex præcipue laborabit.*

VIdimvs in tribus præcedentibus capitibus de actibus ſubſtantialibus, & non ſubſtantialibus ipſius iudicii: nunc obiter differendum putamus, qualiter ſe habiturus ſit iudex in cauſa crimi-
1 nali & ciuili. Proinde ſcias, † iudicem in cauſa criminali debere prius examinare accuſantem, qua intentione moueatur, cuiuſque ſit opinionis. Item
2 in cauſa iniuriarum † debet iudex laborare, vt partes ad pacem, compoſitionemque deducat. in qua actione potiſſime pax, & compoſitio procedit 10. *diſt. c. 1.* Quod nota ad conſtitutionem regni. *Varietates pœnarum,* ſub rubr. de conſideratione iniuriæ, temporis & perſonæ.

## CAPVT VIII.

### SVMMARIA.

1 *Iudicii diſtributio in partes tres.*
2 *Prima iudicii pars, à quo initium ſumat.*
3 *Secunda iudicii pars, à quo incipiat.*
4 *Tertia, à quo.*
5 *Executio ſententiæ prioris inſtantiæ ſuſpenditur appellatione.*

HIs ſic præmiſſis, totum proceſſum diuidimus in † tres partes, in hoc Spec. imitati *in 2. part.*
1 *in princ.* Quarum † prima à prima vocatione, ſiue
2 citatione initium ſumit, litiſque conteſtationem excludit. Secunda à litis † conteſtatione ad ſenten-
3 tiam vſque definitiuam excluſiue. Tertia & † vlti-
4 ma à ſententia ipſa excluſiue: & durat vſque ad eius effectualem executionem, ſiquidem à ſententia ipſa non fuerit appellatum. ſi vero ſic, ſuſpenditur executio † quouſque appellationis cauſa fuerit ter-
5 minata, *c. venientes, de iureiur. cum ſuis concord.*

## CAPVT IX.

### SVMMARIA.

1 *In prima iudicii parte quid diſputetur. 5. 7. 8. 9. 10.*
2 *Reus qui ſit, qui nunquam reſpui debet.*
3 *In iudicio non eſt deneganda defenſio.*
4 *Reus neceſſario reſpondere compellitur.*
6 *Quanta vis exceptionis falſi procuratoris.*

PRima igitur pars ea expedit, quæ competentiam vel incompetentiam iudicis reſpiciunt, & eius iuriſdictionem: an ſ. eam in reum habeat necne? & ſic, an ſit recuſabilis, † vel declinabilis? itaque 1
in ea diſputatur de perſona actoris, an videlicet legitimam habeat perſonam ſtandi in iudicio necne? Quæ quidem diſputatio ad actorem tantum ipſum dirigitur, † & non reum, quippe cũ reus ſit quiſquis 2
is ſit, qui ad iudicium vocatur, nõ eſt reſpuendus, tametſi diabolus † ſit ex inferno ad iudiciũ euocatus, 3
quia deneganda non eſt defenſio in iudicio, quæ à iure naturali prodita eſt, vt *in c. cum inter, de except.* vbi dicit Innoc. Reum non legitimaturum, firmaturumque perſonam ſuam in iudicio, quam eo ipſo firmauit & legitimauit., quod ad iudicium fuit euocatus. Nam † & reſpondere compellitur neceſſario, *de* 4
*iud. c. intelleximus.* cũ vel maxime iudicium reddatur in inuitum, *l. inter ſtipulantem. ff. de verb. obl.* quę etiam prima pars procuratoris perſonam examinat, an is ſit procurator, † qui perſonam habeat legitimam 5
ſtandi in iudicio, legitimumq; mandatum, *c. 1. de procur.* Nam exceptio falſi procuratoris tanti, † vt in 6
quacunque iudicii parte admittatur: & non ab re, cũ reddat iudicium retro nullum. *l. licet, C. de procur. c. in noſtra. ext. eod. tit.* Quod intellige, prout eleganter proſequitur & diſtinguit Panor. *in c. quoniam contra, in pen. col. in prin. verſ. venio nũc ad 2. q.* vbi ponit quot modis conſideretur hæc exceptio procuratoria, *ext. de prob.* Itaque in eadem parte quæritur de † loco iudicii, tutus ne ſit, & idoneus reo, an non, *de appell. c. ex* 7
*parte.* Item conceptus ne ſit † libellus vt decet, nec 8
ne, *c. examinata, de iud.* Item ſitne † forum compe- 9
tens, vel incompetens, ad quod reus fuerit euocatus, *de for. compet. per tot.* ſintne legitimæ vel inhabiles perſonæ † in iudicio interuenientes, quæ omnia, 10
& alia id genus, negotium principale regulariter non reſpiciunt, quod ideo dixerim, cum quidam ſe offerant caſus, qui negotium amplectantur principale, tametſi ante litis conteſt. occurrant, de quib. agitur *in c. de litis conteſt. lib. 6.* & per gl. 1. *in ver. except.* ibi fallit in tribus, in conſtitutione regni exceptione filiationis: & eſt exceptio rei iudicatæ tranſactæ, ſeu finitæ, vt *in d. c. 1. de litis conteſt. in 6.*

## CAPVT X.

### SVMMARIA.

1 *Secunda iudicii parte negotium principale tractatur.*

*2. Ter-*

2 *Tertia iudicii parte finis neg. principali imponitur.*
3 *Quando ſententia ſortiatur effectum.*

SECVNDA pars pertractat negotium ipſum principale, † vt videbimus in proſecutione materiæ, 1
Tertia & vltima, negotio ipſi principali finem imponit per † ſententiam, *l. 1 ff. de re iud.* Quæ ſententia 2
finem aſſequitur congruum, † & opportunum, ſi debitæ fuerit executioni mandata, *de re iud. c. cum aliquibus, de off. deleg. c. quærenti.* 3

## CAPVT XI.

### SVMMARIA.

1 *Actor ſequitur forum Rei. Excipe, vt num. 2.*
3 *Ratione ſacrilegii & eccleſ. ciuiles iud. cõpetentes ſunt.*
4 *In iudice delegato prorogatio tacita non procedit.*

VIDIMVS in quot partes ſectum ſit iudicium, ſectusve proceſſus totus, & de qua re quælibet pars diiudicet & diſputet, non abs re antequam inchoetur proceſſus, dilucidabimus, quid actor acturus ſit ipſe, quippe ſi nobis conſtare velimus, actor iudicem ipſius rei adibit, vt Imp. cenſuit *in l. adire. C. de iuriſd. om. iud.* quia eſt prodita hæc regula, † vt actor forum rei ſequatur, vt docet text. *in c. cum ſit generale, de foro compet.* Nec te moueat, ſi quos caſus repereris, in quibus regulam non procedere inſpexeris, nam hi caſus erunt ſpeciales, vt *in c. vlt. de for. comp. in 6.* puta, † quando eſſet per laicum appoſitum iuramentum in contractu, quia ratione iuramenti poterit etiam ad forum trahi iudicis Eccleſiaſtici, quia accumulat forum, vt *in d. c. vlt.* & moribus ac conſuetudine receptum eſt, vt clerici trahant laicos ad forum eccleſiaſticum in cauſa ciuili, *per d. c. cum ſit generale.* & not plene *c. ſi clericus. eod tit. de for. comp.* vbi Abb. dicit illum textum eſſe ſingularem, & reddit rationem ob commiſſum quodammodo ſacrilegium, quando retinetur res ipſius clerici, † & ratione ipſius ſacrilegii, vterque iudex eſt competens, *d. c. cum ſit generale.* Prorogatur & tacite iuriſdictio non ſui iudicis, *c. dilecti, de for. comp.* quæ prorogatio tacita fit contrahendo, vt ſi Salernitanus quiſpiam contrahit in hac patria, vel promittat ſoluere in aliquo loco; & hoc eſt verum in iudice ordinario, vt dicto modo fiat prorogatio in eum. In iudice autem † delegato prorogatio non procedit, de quo *in c. P & G. de off. deleg.* Vt autem clericus valeat iuriſdictionem non ſui iudicis prorogare, multa requiruntur, de quibus *in c. ſignificaſti. de for. compet.* vt ſcilicet ſit iudex Eccleſiaſticus is, in quem ſit prorogatio, & ſui diœceſani conſenſus accedit, vt *d. c. ſignificaſti.* Sed aduertendum diligenter, ne te decipiant priuilegia ampliſſima Baronum noſtri temporis, quibus competit remiſſio ſubditorum etiamſi alibi contraxerint, vel deliquerint, vel quouis modo a iure inducto alibi forum vindicatint, etiamſi vaſallorum ad id conſenſus accedat.

1 (beside "la, † vt actor forum rei")
2 (beside "de for. comp. in 6. puta")
3 (beside "rici, † & ratione")
4 (beside "dice autem † de legato")

## CAPVT XII.

### SVMMARIA.

1 *Citatio principium iudicii.*
2 *Parte aduerſa nõ adita, nihil in iudicio definiri poteſt.*

QVONIAM (vt in præced. cap. diſſeruimus) actor regulariter debet adire iudicem rei, nunc poſtquam id fecerit, quid ſit facturus, videamus. Et quidẽ propoſito ſuo facto, coram iudice per ſe quidem ſi ſagax ſit, alioquin per alium, iuxta *c. paſtoralis. de iud.* petat euocari aduerſarium ſuum ad iudicium, *c. 1. de iud* Eſt enim † citatio fundamentum, ac principium ordinis iudiciarii, de quo gl. *in c. eccleſia S. Mariæ, extr. de conſtit.* Et dicit text. *in c. 1. de cauſa poſſ. & propriet.* non poſſe † contra inauditam partem aliquid definiri, vnde dicit notabiliter text. *in Inſt. de pœn. teme. litig § vlt.* Omnium actionum inſtituendarum principium ab ea edicti parte conſtitui, quæ eſt de in ius vocando. Poteſt tamen reus, ſi præſens eſt, ad reſpondendum cogi abſque alia citatione. vt fuit originale & ſingulare dictum Ioan. Andr. *in c. fin. de elect. lib. 6.* de quo per Doct maxime modernos. Pap. *in rubr. C. de in ius voc* Hæc in iudice ordinario, in quo infra ſcriptæ offendiculæ non conſiderantur.

## CAPVT XIII.

### SVMMARIA.

1 *Coram iudice delegato quomodo quis citatur.*
2 *Per citationem perpetuatur iuriſdictio commiſſarii.*
3 *Effectus citationis.*

SI vero iudex ſit delegatus vel commiſſarius, qui territorium non habet, iuxta *l. ſi pupillus. §. territorium. ff. de ver. ſig.* actor ipſum habeat. † in loco tamen honeſto, & hora congrua, *c. conſuluit; de offi. del.* 1
eique reſcriptum offerat, & citationem obtineat, & propere ac citius & celerius, quam poſſit ad partem, quia per eam perpetuabitur iuriſdictio ipſius † commiſſarii, & iudicis delegati, etiamſi nondum peruenerit ad partem, vt eſt gl. ſing. *in Clem 11. in gl. in ver. ad partem. vt lit. pend.* de hoc autem plene per Dd. *in c. licet vndiq; & in c. relatum, & in c. gratum, de off. del.* vbi quid de iure Pontificio, quidve de iure Cæſareo, plene per eos diſſeritur. Item per citationem ipſam, ſi ad eam obtinendam actor ipſe properauit, efficiet, ne † per aduerſarium ſuum coram alio poſſit iudice conueniri, vt legitur & not. *in c. vt debitus honor. de appel.* Eſt itaq; adhuc ipſius citationis nõ paruus effectus, vt data cumulatione fori, is erit iudex in cauſa, qui prius fuerit aditus per citationem, vt not. *in c. cũ ab eccleſiarum, de off ord. & in c. cum cõtingat. de for. comp.* Nam vbi eſt pluralitas iudicum per modum accumulationum locus eſt præuentioni, vt qui primo citat, iudex eſſe prohibeatur, ſiue ordinarius ſit is, ſiue delegatus, vt *in d. c. debitus hon.* Et hoc quotidie videmus ex facto incidere in locis, in quib. duo 

 iudi-

iudices poſſunt cognoſcere, vt is præferatur, qui
primo fuerit per citationem aditus, quæ & aliam
producit effectum, ſi ad eam properetur, effectum
inquam litis pendentiæ, vt *in d. Clem.* 11. & ibi not.
per gloſſ. & Dd. *vt lit. pen.*

## CAPVT XIV.

### SVMMARIA.

1 *Citatio quotuplex ſit, & per quos fiat, & n. 3. 4. 5. 6.*
2 *Citatio per ipſummet iudicem facta, vim habet peremptoriale.*

EFFECTVS multiplices citationis qui hi ſint,
ſatis abunde deduximus in præced. cap. nunc
1 quotuplex † ſit citatio, videamus. Eſt autem quædam
citatio, quæ fit per iudicem, vel ſuis literis, vel
viua voce. Rurſus quæ viua voce fit, adhuc multipliciter
fit. Nam quandoque per ipſum iudicem fit,
qui proprio ore citat; & hæc maiorem quidem in-
2 ducit effectum, Habet enim † vim trinæ citationis,
ſecundum gl. *in c. conſuluit, de off. del. & in l. 2. C. quom.
& quand. iud.* Vnde dicunt moderni, quos refert d.
Fel. *in d. c. conſuluit, in 6. col.* monitum à iudice, & non
comparentem, verum eſſe contumacem, ac per hoc
ab appellationis beneficio ſubmouendum, per *l. ex
conſenſu. §. fin. ff. de appell.* quandoque fit per Tabel-
lionem; † quia ſi fit per nuncium, vt infra dicetur:
3 fortius per tabellionem. Sed hoc quod fiat per ta-
bellionem, non eſt moribus receptum, valeret ta-
men ſi fieret: & hoc caſu ipſe idem, qui citauerit, te-
ſtari poterit, & ſcribere ſe citaſſe. Fit quandoque per
4 partem † in vim tamen prouocationis ad cauſam,
5 *de appell. c. cum ſit, & in c. bona.* fit etiam † per nun-
cium, *de off. deleg. c. prudentiam. 1. reſponſo. de appell. c.
cum parati.* vt plene diximus ſupra *cap. 3. circa fin.* Eſt
itaque alius modus citandi, vt dicit Ioan. And. *in ſua
ad Spec. paraphraſi imo magis add. 2. in tit. de citat. §. ſe-
6 quitur.* vt cum fit re ipſa, † quando perſona capitur,
& ducitur ad iudicium, & de hoc Ioan. And. in ſuis
ſcriptis reliquit *in c. Romana. §. contrahentes, de foro
comp. lib. 6.* & per Bar. & alios *in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud.*

## CAPVT XV.

### SVMMARIA.

1 *Citatio qualiter fiat.*
2 *An citatio prima debeat eſſe peremptoria, & quando.*
3 *Quando appelletur à citatione peremptoria.*
4 *Vtrum reus trina citatione in iudicium vocatus, & primum in tertia comparens, ſit in expenſas præcedentium condemnandus.*
5 *Citatio peremptoria ſi contineat tres terminos, ſufficit vni parere.*
6 *In citatione perempt. 3. termini pro vno cenſentur. 7.*

IN præced. cap. de perſonis citantibus diſſeruimus:
nunc † qualiter ipſa citatio fiat, videamus, & pro-
1 inde quæro, num ipſa citatio, quæ primo loco fit,
debeat † eſſe peremptoria, necne? & aliter facta num
valeat? dicas breuiter in regno eam non aliter ad- 2
mittendam, niſi peremptorium contineat. Caſus eſt
*in conſt. Edictorum. §. citatio. ſub rub. de litt. citatoriis.* vbi
dicit tex. ad literam: citatio fiet vna pro omnibus,
quæ peremptorium continebit, *& ibi gl. in ver. cõtin.*
quæ dicit: citationem aliter factam, quam prout ibi
dicitur, non valere, & cõdemnationem in reum, eſſe
iure nullam, vt *l. ea quæſt. C. quom. & quan.* De iure cõ-
muni dicas, in prima citatione non eſſe † mittendum 3
peremptorium, vt *in l. conſentaneum. C. quom. & quan.
iud.* niſi fieret ex cauſa, *l. contumacia ff. de re iud.* & cau-
ſa eſt, propter diſtantiam viarum: vel ſi res celerita-
tem deſiderat, vt *in c. cum ex literis, de reſt. in integr.* ho-
die tamen in quolibet foro, tam Pontificio, quam
Cæſareo moribus receptum eſt, vt communiter ius
dicentes mittant vnicam & peremptoriam citatio-
nem, nec per hoc ſolum, quod ſit vnica & perẽpto-
ria, poterit citatus appellare, ſed ita demum, ſi ſit
peremptoria † & nimis breuis, iuxta ea quæ haben- 4
tur per tex. gl. & Dd. cõmuniter *in c. 1. de dilat.* Et hoc
mihi ex facto incidit præteritis ante diebus. Nam
cum quidã clericus meus cliens fuiſſet citatus perẽ-
ptorie, vt prima die poſt citationem compareret, re-
cepturus copiam capitulorum ſuper quodam ho-
micidio, conſului illi, vt à dicto iudice ſic citante ad
Metropolitanum prouocaret, continebat quando-
quidem talis citatio & peremptorium, & nimis bre-
uem temporis intercapedinẽ: quo fit, vt & in poſte-
rum veriſimiliter eſſet iudex grauatus, vt per Dd. *in
d. c. 1. de dilat.* Si tamen fierent tres citat. in foro Pon-
tif. intelliga; quia in regno (vt dixi) debet eſſe vnica
& peremptoria. Quæro ſi in prima citat. reus non
comparuerit, num comparens in vltima debeat cõ-
demnari in expenſis † factis in prima? dicas, quod ſic, 5
vt not. *in c. querelã, de proc.* & in Spec. *de expẽſis. §. iuxta,
ver. quæritur.* & per Dd. paſſim omnes *in l. ſancimus. C.
de iud.* Non tamen pro prima contumacia aliæ ſunt
proditæ pœnæ, quam expenſarum. Vnde corollarie
tibi infero talem contumacem in prima non excom-
municandum, paſſurumve miſſionem in poſſ. vt not.
*in c. vlt. de dol. & contum.* ſed hoc non eſt perpetuum.
Quid enim ſi citatus reſponderet ſe nullo pacto ven-
turum? hic quippe cum ſic reſpondens ſit notorius
contumax, & excommunicari procul dubio poterit, &
miſſionem pati. Sed hic circa prædicta moueo tibi
vnam q. in qua paſſim video iudices, & cauſidicos
grauiter aberrare. Eſt facta citatio, & quidem perem-
ptoria, vt ſuperius diximus, iuxta *de conſt. Edictorum.*
comparet actor in prima, & rei contumaciã incuſat,
comparente poſtmodum reo in vltima, petit ab eo
actor expenſas factas in prima contumacia, quæri-
tur modo, quid iuris? quilibet prima fronte dice-
ret, reum condemnandum eſſe in d. expenſis factis
in prima, vt not. *in d. c. querelam de procur. & d. l. ſanci-
mus. C. de iud.* At ego, in q. præmiſſa contrarium ſen-
tio per hanc rationem, quia quando citatio eſt vnica
& peremptoria, † tametſi tres terminos contineat, 6
ſuffi-

ſufficit tantum vni termino paruiſſe: & ſolum poſt vltimam l cus erit pœnæ, de hoc in Spec. *de cita. §. viſo* & per Ioan. And. *in ſua ad Spec. paraphraſi de proceſſib. execut.* Nec ſubmouebor à prædicta concluſ. per not. *in d. c. querelam. & d. l. ſancimus.* ꝙ contumax in prima, etiamſi in vltima comparuerit, ſoluet expenſas factas in prima; quia hoc ego intelligo, quando citatio non fuiſſet vnica & peremptoria, ſed tres habuiſſet terminos; At in q. propoſita vnica fuit, & peremptoria. igitur, &c. Ex his ergo corollarie tibi infero: non eſt opus in citatione vnica & peremptoria, etiam 30. dierum terminum aſſignante, iuxta dictam conſtitutionem edictorum, accuſati contumaciam in prima, neque accuſatam admitti, ſed vltimum exſpectari terminum. Nam hæc citatio vnica & peremptoria confundit omnes tres termi-
7 nos, & facit † eos omnes pro vno duntaxat termi-
no cenſeri. Sufficit ergo, ſi reus in vltimo comparuerit, etiam quoad effectum expenſatum.

## CAPVT XVI.

### SVMMARIA.

1 *Citatio facta die feriato, an arctet citatum ad comparendum.*

2 *Cautela in citationibus non negligenda.*

SED vltra prædicta quæritur adhuc circa materiam citationis, ſi dies illa ſit feriata, in qua citatus eſt reus, num arctet eum † ad comparẽdum Innoc. *c. vlt.*
1 *de fer.* videtur concludere, ꝙ ſic. Hoſt. tenet contra-
rium, & cum eo videtur cõcurrere Richard. de Senis, Ioan Cal. dicit; quod ſi error tacite inſit, puta quia non ſit dictum expreſſe, compareas die dominico, vel die feſto: ſed tacite, vt ſi dicatur, compareas infra 10. dies, & vltimus dies incidit in diem feriatum; tunc valet citatio; quia tenuit à principio. Vnde licet tunc caſus ſuperueniens mandatum ſuſpendat; non tamen in totum relaxat: & ita ſequenti die tenetur comparere. Et huic ſententiæ adſtipulatur ritus magnæ curiæ, cuius eſt initium: *Item quod tam in ciuilibus, ſub rubr. de contumacia accuſanda.* vbi dicitur, contumaciam accuſandam in diem non feriatum, quando comparitionis dies in diem incidit feriatum. In curia etiam eccleſiaſtica, ad ſuccidendos iſtos anfractus hodie iudices ca-
2 uent in † eorum citationib. ſic dicentes: *decima die compareas, ſiquidem iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica ſequenti.* vnde conſuluit & recte quidem, ac ſapienter Ioan. Andr. *in c. vlt. de feriis, tra alleg.* Cautelam hanc ius dicentes ſeruaturos eſſe: cum ex facto poſſit incidere, vt reus & idem dies apud iudicem feriatus non ſit, apud citatum vero ſic; vt ibi patet per text. quem ſinguli Epiſcopi ſeruare debent. Et huic etiam conſilio Ioan. Andr. adſtipulatur etiam alius ritus magnæ curię, cuius eſt initium: *Item ſeruat ipſa curia, ſub rubr. de citationibus fiendis.*

## CAPVT XVII.

### SVMMARIA.

1 *Citatione die feriato facta, vtrum teneatur reus ad diem non feriatum comparere. Et quando procedat, aut teneat, num. 2.*

ITEM quæritur adhuc, num † teneat citatio die 1
feriato, vt reus compareat ad diem non feriatum. & Ioan. And. *in Nouella* dicit, quod ſic, diſtinguendo tamen, vt ibi per eum, triplicem actum in citatione. Primus actus eſt de citando præceptum. Secundus, illius præcepti executio: hoc eſt ipſius citantis actus. Tertius & vltimus, eſt proceſſus ceptus
ex tali citatione. Primus actus, id eſt † præceptum 2
de citando; quia non requirit cauſæ cognitionem, die poteſt feriato expediri, vt *in l. 2. C. de fer.* Secundus eadem ratione; quia non requirit cauſæ cognitionem, poteſt etiam die feriato explicari. Tertius & vltimus non; quia requirit cauſæ cognitionem, & remittit ad Spec. *de Citatione. §. 1. verſic. Item quod citatio.* Ioan. Cal. non adſtipulatur huic ſententiæ, ſiue dictioni Ioan. And. per multas rationes, & eam maxime, quod citatio de proceſſu eſſe perhibeatur, etiam per ſe, & principaliter, vt *c. quoniam contra. de probat.* cum vel maxime per citationem huiuſmodi iuriſdictio iudicis perpetuetur, vt concluſimus ſupra, *cap. 13.* & hoc eſt tutius, & ita ſeruatur. De hac materia citationis, & eius, qui fuerit citatus, contumacia accuſanda, vide in primis ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: *Item ſeruat ipſa Curia. ſub rubr. de practica ſuper triduo exſpectando.* Item alium ritum incipientem: *Item ſeruat dicta curia, ſub rubr. de practica,* quando actus fiendus cadit in diem feriatum, Item alium ritum incipientem, *Ita procedit curia. ſuper rubr. de pract. ſuper citationibus impetrandis & exequendis.* Item alium ritum, cuius eſt initium: *Item ſeruat ipſa curia, ſub rubr. quanto tempore duret citatio.* Item de actu citationis realis, quæ fit aliquo die feriato, vide ritum dictæ magnæ curiæ, incip. *Item ſeruat ipſa curia. ſub rub. de cautelis recipiendis à captiuis, quando liberantur.* De qua quidem citatione reali diximus etiam ſupra *cap. 14. ad fin.*

## CAPVT XVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Citatione facta, vt decima die compareas, an dies citationis computetur in termino.*

QVÆRO adhuc, ſi fiat citatio, † vt decima die
compareas, an dies citationis computetur in 1
termino, ita ꝙ ſi non comparueris in decima die, dicaris eſſe contumax: Et dicas ꝙ non. in not. Spec. *in tit. de citatione §. viſo. verſ. pen. & de dil. §. 1. verſ. ſed pone.* Et huic ſententiæ adſtipulatur ritus magnæ curiæ, cuius eſt initium: *Item ſeruat dicta Curia. ſub rub. de pract. ſuper citationibus.* vbi ponit exemplum: vt ſi primo Auguſti citatur quis, vt decimo poſt citationem

compareat die, vndecimo eiuſdem menſis debet accuſari contumacia, alias exſpirat citatio, quæ etiam exſpirat & alio modo: ſcilicet, ſi eam impetrans tenuerit per ſex menſes à tempore datæ ipſius: vt dicit alius ritus, cuius eſt initium: *Item ſeruat ipſa curia. ſub rubr. Quanto tempore duret citatio.* & quod dies citationis non computetur in termino, eſt etiam ritus. incip. *Obſeruat curia.*

## CAPVT XIX.

### SVMMARIA.

1 *Si in citatione non appoſita ſit certa hora comparitionis, an iudici per integrum diem exſpectandum ſit.*

2 *In arbitrariis bonum eſt iudicem habere propitium.*

QVÆRITVR etiam, ſi in forma citationis non eſt appoſita certa hora: puta veſperorum vel
1 tertiarum quid faciendum? † Dicas iudicem exſpectaturum Reum ipſum citatum ad finem vſque diei illius ante noctis tenebras, *c. conſuluit. de off. del.* De æquitate tamen poterit illum in ſequentem diem exſpectare: & in hoc bonum eſt iudicem habere propitium, vnde dicit Panorm. *in d. c. conſuluit.* Nota contra illos, qui exaſperant iudices:
2 quia in arbitrariis † bonum eſt, eos habere propitios. Et hæc procedit in Curia Eccleſiaſtica, & in quauis alia, vbi obſeruatur ius commune. Nam ſi citatus non comparuerit ante noctis tenebras, poterit reputari contumax. In regno autem ex benignitate Ritus poterit comparere vſque ad primum ſomnum: vt verbis Ritus inhæream, cuius eſt initium; Item ſeruat ipſa Curia: *ſub rubrica de Practica ſuper bannitis & condemnatis.* & ita ſeruatur.

## CAPVT XX.

### SVMMARIA.

1 *Si quis in vltimo termino contumax ſit, quid faciendum.*

2 *Litis conteſtatio fundamentum iudicii.*

SED pone, quod aliquis ſit contumax in vltimo
1 peremptorio, † quid faciendum? Reſpondeo: & ad meam hanc reſponſionem quæſo aduertas diligenter. Nam aut eſt contumax quiſpiam in criminalibus, & punitur in tertia parte mobilium, & patitur adnotationem bonorum omnium, iuxta conſtitutionem Regni, *Grandis vtilitas. ſub rubrica de pœna contumacia in criminalibus cauſis.* Ponitur deinde in banno intra annum: & poſt annum foriudicatur; & bona omnia fiſco acquiruntur, ſecundum diſpoſitionem conſtitutionis, *Pœna horum, de forbannitis, & foriudicatis.* cum temperamento tamen habito ſecundum numerum liberorum, in conſtitutione, *Foriudicatorum bona. ſub Rubrica de fiſco ſuccedendo foriudicatis.* Aut eſt contumax in ciuilibus, & tunc eſt in electione actoris, an petat ſe mitti in poſſeſſionem ex primo, & poſtea ex ſecundo decreto, an petat dari terminum ad probandum iuxta duas regias nouellas pragmaticas, quarum altera *Relatione citationis,* altera vero *Reo in eius contumacia,* initium habet. Et hoc in regno in foro ſeculari. In curia autem eccleſiaſtica aliter diſtinguendum puto. Nam aut agitur reali, vel perſonali, Et tunc mittitur in poſſeſſionem, ex primo, & poſtea ex ſecundo decreto. iuxta *c. quoniam frequenter. § in aliis. extra, vt lite non conteſt.* Et non poterit petere terminum probatorium, ſicut petitur in cauſa ſeculari. Et ratio eſt; quia cum in regno omnes cauſæ ſint ſummariæ, vt probauimus ſupra *capite 6. circa princip.* nec requiritur litis conteſtatio, Ergo poteſt deueniri ad ſententiam definitiuam, vnde nimirum, ſi poteſt peti terminus probatorius. At in curia eccleſiaſtica, vbi cauſæ omnes regulariter ſunt ordinariæ, non poteſt peti talis terminus, quantumcunque Reus ſit contumax, quia ſi proferretur ſententia definitiua, eſſet ipſo iure nulla cum toto proceſſu deſuper fabricato, vtpote cum litis non intercesserit conteſtatio, † quæ iudicii totius angulus, & fundamentum eſſe perhibetur, vt *in c. dudum. 2. de elect. & in c. exhibita. de iudic. & in c. vnic. de lit. conteſtat.* & probauimus ſupra *capite 4.* 2.
Fallit & in curia eccleſiaſtica in cauſis priuilegiatis à iure, quæ ſunt ſummariæ, & in quibus non requiritur litis conteſtatio, vt in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, vſurariis, & decimalibus, vt plene diſſeruimus ſupra *capite 6.* Si vero ſumus in cauſa criminali, & ſumus in curia eccleſiaſtica, in qua quidem cauſa non eſt locus miſſioni in poſſeſſionem, proceditur contra contumacem, non ad termini dationem, per rationem, quam ſupra dixi, ne reperiatur iudicium ſine litis conteſtatione; non ad miſſionem, quia non eſt locus miſſioni, cum non agatur reali, neque perſonali, quia cauſa, (vt diximus,) eſt criminalis, ſed proceditur contra contumacem per alia remedia aggrauatiua, circa quod videte omnino dictum Felinum *in c. tua, vt lite non conteſt.* Et hæc ſunt memoria digna in actu practico. Et ego ob ignauiam Iudicum Eccleſiaſticorum, & inaduertentiam cauſidicorum in dicta eccleſiaſtica curia verſantium, irritaui mille proceſſus, in quibus non reperi litis conteſtationem interceſſiſſe, ſed ſtatim Reo in eius contumacia perſiſtente, fuiſſe probatorium terminum tributum, quia, vt ex his patet, tribui nequaquam poterit. Aduertas igitur tu Cauſidice, qui in vtroque foro verſaris, vt ſcias diſcernere lepram a lepra, & quid in eccleſiaſtica, quidve in ſeculari curia ſeruandum ſit. Et manda memoriæ prædicta. Et quamuis potuiſſem me latius extendere circa dictam miſſionem in poſſeſſionem ex primo, & poſtea ex ſecundo decreto, attamen ex certa ſcientia libuit ſubſtantialiter proceſſiſſe, vt ſeruem, quæ tibi in Præfatio-

ſatione præſentis Practicæ repromiſeram, vt ea eſſet compendioſa, & vtilis, non autem verboſa. Recurre igitur pro dilatione ad dictum *c. quoniam frequenter. §. in aliu. vt in lite non conteſt.* Recurre, ſi vis, ad totum titulum, *extra, de eo, qui mut. in poſſ. rei ſer.* & maxime *in c. vlt* per Innoc. *& ad l. ſi finita. §. Iulianus. vbi materia. ff. de damno inf. cto.* maxime per Doctores.

## CAPVT XXI.

### SVMMARIA.

1 *Quando Actor, vt contumax puniatur, & quemodo, num. 2.*

DIXIMVS hactenus de contumacia ipſius Rei,
1 ſed quid ſi † Actor ipſe fuerit contumax, & Reus comparuit in vltimo peremptorio? Dicas actorem
2 ipſum, vt contumacem, puniendum, † vt *in c. actor. de dolo & contum. libr. 6.* quia ſoluet expenſas, & non admittetur vlterius in cauſa, niſi ſufficienter cauerit de comparendo in poſterum. Et huic diſpoſitioni, quo ad hoc, vt contumax actor puniatur, adſtipulatur & Ritus magnæ Curiæ, cuius eſt initium, *Item ſeruat ipſa Curia. ſub rubrica. de practica ſuper condemnationibus fiendis ad ſextam.* Licet aliter per Ritum, aliter per *c. actor.* puniatur. Tu autem in Curia Eccleſiaſtica ſerua *c. actor.* In Curia vero ſeculari Ritum magnæ Curiæ, argumen. text. *in c. 1. vbi materia de oper. noui nunciat.*

## CAPVT XXII.

### SVMMARIA.

1 *Continuatio.*
2 *Reus comparens quid facere debeat.*

HVCVSQVE de contumacia Actoris, & Rei, ſubſtantialiter diſſeruimus. Verum; quia (vt plurimum) Reus ſolet comparere in vltimo peremptorio,
1 qui quid facturus ſit comparens, † nunc
2 doceatur. Et quidem, † ſi actor per procuratorem comparuerit, petat Reus doceri de mandato, eiuſque copiam ſibi fieri cum congruo termino ad illud impugnandum, ſi ſibi videbitur expedire Et ex quibus cauſis poſſit impugnari, ex his patebit, quæ inferius adducentur in medium. Et copia huiuſmodi mandati exhiberi debet ſumptibus ipſius producentis, ſecundum gloſſ. & Bart. *in l. prætor. §. defendi. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* & Bald. *in ſua ad Specul paraphraſi, in tit. de procurat. verſic procurator debet dare.* & idem concludit Ioan. Firmia. in ſuo aureo Indice, immo manis Repertorio, *in verſ. mandati editio. verſic. 2. & in verſic. Editio & in verſic. Procurator abſentis. verſ. 6.* Et dixi in cautelis meis in formis, *cautela 83.* cuius eſt initium, *Aliam adhuc cautelam.*

## CAPVT XXIII.

### SVMMARIA.

1 *Continuatio.*
2 *Si duo ſimul ſint conſtituti procuratores, vtrum vnus ſine alio poterit quicquam explicare? Dic, quod non*
3 *Fallit.*
4 *Aliud eſt agere, aliud defendere.*
5 *Quæ de ſubſtantia ordinis iudiciarii habentur in mandatis ſunt exprimenda. Et quando non.*
6 *Clauſula, ad præſtandum iuramentum calumniæ, in mandato requiritur.*
7 *Clauſulæ mandato inſerendæ quæ. num. 7. 8. 9. 10. & 11.*
8 *Quod doloſe fit per procuratorem, etiam domino principali nocet.*

QVIA in præcedenti capite pollicitus ſum me allaturum in medium, ex quibus mandatum
ipſum poſſit † impugnari, proinde quæro, Si duo, 1
vel plures ſint conſtituti procuratores, num † vnus 2
ſine alio poſſit quicquam explicare? Dicas, quod non. Et ob hoc prodita eſt clauſula, *In ſolidum.* Fal-
lit † in cauſa electionum, & in aliis cauſis ſpiritua- 3
libus, in quibus cum exuberet multum officium iudicentis, poteſt magis idoneum eligere, vt *in c. ſi duo. de procurat libr. 6.* Ponitur etiam clauſula, quod non ſit melior conditio occupantis. de qua & de eius effectu habetur *in d. c. ſi duo.* Ponitur etiam, vt poſſit agere, & defendere, & bene quidem;
Nam cum † aliud ſit agere, aliud defendere, Procu- 4
rator ad agendum non poterit defendere. Et cum hoc caſu mandatum ſit inſufficiens, condemnandus eſſet ad expenſas tale mandatum producens, *in c. conſtitutus. de procurat.* Item dicitur in mandato ad dandum, & recipiendum libellum, litem conte-
ſtandam, & alia id genus, † quæ de ſubſtantia ipſius 5
ordinis iudiciarii eſſe perhibentur, potiſſime exprimi debent, eorum tamen omiſſio non vitiat mandatum, in quo fuit agendi & defendendi tributa poteſtas, quia hæc clauſula agendi & defendendi includit potentialiter, quæ iudiciarii ordinis ſunt, ſapienter tamen faciet conſtituens, ſi illa exprimat,
& hoc moribus receptum eſt. Complectitur † ita- 6
que mandatum clauſulam ad præſtandum iuramentum calumniæ, nam niſi & hoc complecteretur, excluderetur procurator à præſtatione illius, *c. vlt. de iurament. calum libr. 6.* Dicitur etiam in mandato, vt poſſit ab interlocutoria, vel definitiua appellare, hoc non eſt de ſubſtantia mandati, cum ſine dicta clauſula poſſit, immo tenetur appellare, vel ſaltem principali ſignificare, vt appellet, ſi velit, non tenetur tamen appellationem proſequi; quin imo
nec poterit, † etiam ſi velit, niſi mandato cautum 7
ſit. Dicitur etiam in mandato, alium, vel alias ſub-
ſtituendum, † & bene, quia niſi exprimat hoc, non 8
poterit ante litem conteſtatam ſubſtituere. Poſtea vero ſic, etiamſi non caueatur, quia effectus eſt dominus litis, vt *in c. 1. de procurat. 2. reſponſ. lib. 6.* de quo ibi. Datur etiam facultas in mandato ſubſtitutum re-
uocandi, † & bene, quia ſine illa non poſſet, vt *in c. 3.* 9

*de procurat. lib.6.* Item ſubauditur clauſula: *Et generaliter omnia & ſingula, &c.* † per dictam clauſulam quantumuis generalem, non venient caſus ſpeciales, niſi exprimentur, de quo *in c.qui ad agendum.de procur.lib.6.* Reperio tamen, quod quando citatur quiſpiam de mandato magnæ curiæ in cauſa, in qua alias procurator poteſt interuenire, & citatus comparuerit perſonaliter, non conſtituit procuratorem ipſum ante litem conteſtatam. ita diſponitur per Ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium, *Item ſi aliquis aut aliqua.ſub rubr. de procuratore conſtituendo ante litem conteſtatam.* Quem Ritum credo ab Aula receſſiſſe, & non eſſe moribus receptum. Nam & vidi fieri periculum, vt citati de mandato dictæ curiæ comparuerint perſonaliter, & vbi primum applicuerint Neapolim, conſtituunt procuratores, qui ſine vlteriori diſputatione admitti viſi ſunt. Habet tamen in ſe dictus Ritus rationem iuri conſonam, vtſcil. principales per ſe factum proponant, litemque ipſam conteſtentur, iuxta materiam *c.paſtoralis. extr de iud.* Dicitur vlterius in mandato, *Quicquid per*
11 *dictos procuratores factum †fuerit, &c.* & bene, quandoquidem non valeret, ſi diceret, Legitime factum fuerit, quia etiam quod doloſe fecit procurator, valet, & nocet domino ſuo, vt *in l.ſi procurator ff.de dol.not.in c.1.vt lits non conteſt.* de quo per Ioan. And. *in c.fin.de dilat.in nouell. & in Clem.1.de procur.*

## CAPVT XXIV.

### SVMMARIA.

1 *Non competentibus Reo exceptionibus contra mandatum procuratoris, vel ius ſibi in aliud tempus reſeruatis, quid à Reo vlterius agendum.*
2 *Cuius expenſis debeat copia libelli exhiberi in iudicio.*

ET quia ſi non impugnatur mandatum procuratoris, nec competunt eidem Reo aliquæ exceptiones ante libelli oblationem, vel ſi competunt, vult eas reſeruare, vt alias dicemus in materia exceptionum dilatoriarum; Reus ipſe petat li-
1 bellum, † quem Actor tenetur offerre, *c.1.de libell. oblat. & in authen.offeratur. C.de lit. conteſtat.* imo ſi ab eo non petatur, iudex ex officio ſuo faciet eum dari, vt ibi. Et ibi eſt caſus, in quo ſupplere poteſt defectum contra ea, quæ habentur *in c.bonæ.de poſt. prælat.* Ratio eſt, ne ſibi illudatur; quia aliter iudicium non valeret. In regno tamen loco libelli, offertur qualis qualis petitio, vt *in Regia Nouell.pragmatica Diſpendia litium.* quæ offertur in omnibus cauſis ſummariis, & priuilegiatis à iure, per *Clem. ſæpe.de verbor ſignific.* Sed hic ſe offert quæſtio quo-
2 tidiana, cuius expenſis † exhibeatur copia libelli, vel qualis qualis petitionis loco ipſius? Dicas in Regno eſſe expeditum, vt expenſis actoris exhibeatur iuxta Regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium; *Comparente Reo.* De iure vero communi eſt digladiatio inter Doct. Communis concluſio eſt, vt expenſis Rei petentis exhibeatur: ita Abb. *in c.1.ad fin.de libell.oblat.* cuius opinionem, vt communem dicit ibi d.Felin. *in 3.col.circa fin.ibi; Reſpectu autem libelli eſſe tenendam,* vbi reſpondet in contrarium facientibus, & maxime *d.authen.offeratur.* Tu autem ſerua ſtylum, & conſuetudinem curiæ, arg. eorum, quæ late congerit, d. Fel. *in 2.verſ.ſtylus Curia.extr.de reſcript.*

## CAPVT XXV.

### SVMMARIA.

1 *Confeſſio iudicialis habet vim ſententiæ diffinitiuæ.*
2 *Fallit.*
3 *Lites ſemper minuendæ.*

SED quid ſi iudex ante libelli, vel qualis qualis petitionis oblationem, iuberet factum proponi verbo per actorem, vel eius procuratorem, num poſſit? Dicas, quod ſic, per *c.paſtoralis.de iudic.* & dixi ſupra *cap 23.ad fin.* & eo audito ſtatim Reum interrogare, qui ſi confitebitur, ſtatim poterit ei iubere, vt ſatisfaciat, iuxta textum *in l ſi debitor ff.de iudic.* Per quam confeſſionem non fit litis conteſtatio, cum litis non præceſſerit conteſtatio. ita dicit not. Bert. *in c.dudum.2.de electione in gl.ſſ.* quæ incipit: *Sed pone, quod Reus.* non enim tunc fertur ſententia † diffinitiua, ſed fit præceptum (vt dixi) 1
Reo, vt ſoluat; ſecus ſi † eſſet libellus oblatus, vel 2
qualis qualis petitio: & ſubſequeretur confeſſio; nam tunc debet ferri ſententia. Et hoc eſt moribus receptum, & conſuetudine introductum. Quam conſuetudinem commendat Speculat. *in titul.de libell.oblat.* quia per eum poſſent lites minui, quod ſemper † fieri debet, *c.finem litibus.de dolo & contumac.* 3

## CAPVT XXVI.

### SVMMARIA.

1 *Quare libellus offerendus. nu.2.3.*
4 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

QVÆRO adhuc, quæ ſit ratio, vt libellus offeratur, vel loco eius qualis qualis petitio: & quare iudex poſſit etiam ex officio facere libellum offerri, vt concluſimus ſupra, *c.24.per c 1.de libell.oblat.* Dicas propter Actorem, vt † ſuum ius declare- 1
tur: Propter † Reum, vt ſciat, an cedere velit, vel 2
contendere: Propter † Iudicem, vt ſciat, quali- 3
ter velit ferre ſententiam, quæ debet eſſe † confor- 4
mis libello, *l.vt fundus ff commun.diuid c.licet Heli de ſimon.c.qualiter.2.de accuſat* & not. *in d.c.1.* Ex hoc nemo iudici iure ſuccenſeat, ſi Actorem in iudicio non exaudiat abſque libello, vel loco eius, quali quali petitione in Regno, iuxta dictam pragmaticam, *Diſpendia litium.* Nam (vt ex hiſce patet:) tres rationes, & cauſæ circumferuntur,

quam-

quamobrem fiat libelli vel qualis qualis petitionis oblatio.

## CAPVT XXVII.

### SVMMARIA.

1 *Libellus quæ continere debeat.*
2 *Libellus ſyllogiſmus Iuriſtarum.*
3 *Libellus quid?*
4 *Cautela in conceptione libelli notanda.*

QVÆ autem debeat continere libellus, videamus. Et dicas eum continere debere † nomen
1 Actoris, Rei, Iudicis, & cauſam implicantem factum, & inferentem concluſiuam petitionem. Vnde dicit Ioan. de Lignano, Libellum eſſe † ſyllo-
2 giſmum Iuriſtarum. Et dicit Hoſtienſ. quod, tametſi libellus multa debeat continere, ſufficit tamen, (& hoc moribus receptum eſt) ſi appareat in libello, quis petat, à quo, quid, qualiter, & coram quo. Vnde verſus.

*Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,*
*Recte compoſitus quiſque Libellus erit.*

3 Eſtque libellus † (de quo in præſentiarum fit ſermo) breuis ſcriptura, intentionem actoris complectens, contra aduerſarium neceſſario inferens, & concludens, vt notantet dicit *l. ampliorem* §. 1. *C. de appellat.* Caueant, qui libellos concipiunt & di-
4 ctant, ne † verboſis vtantur aſſertionibus: ſed compendioſi ſint, & breui narratione cauſas explicantes; quia ob id Libellus per diminutiuum nuncupatur. Nam debet eſſe breuis, vt Specul. *in tit. de libell. concept.* §. 1. *in princip.* dicit. Sicut codicillus à Codice, tametſi Libellum à Libra dici Goffredus voluerit, in qua ponderatur Iuſtitia. Sed hæc inanis eſt diſputatio.

## CAPVT XXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Libellus & petitio differunt.*

QVIA (vt diximus ſupra *cap.* 24.) ſufficit in Regno loco Libelli offerri qualem qualem petitionem, per Regiam nouellam pragmaticam *in alleg. Clem. ſæpe* Diſpendia litium. quæro abs te, in quo differat libellus & petitio; cum etiam petitio continere debeat intentionem actoris, vt ſecundum eam ſententia quoque dictetur, vt dicitur *in Clem. ſæpe. de verbor. ſignif.* Dicas differre in hoc, quia in
1 libello † concipiendo ſeruanda eſt forma: ſed quæ formam reſpiciunt, omittuntur in petitione quali quali, quæ debet eſſe ſimplex ad modum memorialis, & in hoc fauemus actori, ita dicit Paul. *in alleg. Clem. ſæpe.* Ex quo infero, male ſe habere cauſidicos noſtri temporis, qui in Regno ſtatim inſurgunt contra libellum, vel qualem qualem petitionem illam generalitatis accuſantes, vel obſcuritatis, vel incertitudinis. Nam cum cauſæ ſint ſummariæ in Regno; vt probauimus abunde *in ſoliloquiis noſtris, ſoliloquio octauo. & ſupra capit.* 6. non habet locum exceptio generalitatis libelli, obſcuritatis, vel incertitudinis, vt ſign. tenet Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verſ. figura. in* 3. *col.* & licet d. Alex. *in ſuo conſil.* 517. dicat illud dictum Bart. intelligendum, ſi non opponatur à parte; alias, quod non ſit verum; & referat ita vidiſſe ex facto iudicari Bononiæ eo exiſtente patrono, & dicti conſilii initium eſt: *In cauſa executionis motæ contra Bartholomæum. in* 4. *col.* Tamen; quia hoc modo (ſi Iaſoni credendum, *in l. edita in* 2. *col. C. de edend.*) nihil eſſet ſpeciale in cauſis ſummariis; vt præſupponit Bart. ideo intellige etiam parte opponente; prout in ſpecie tenet idem dictus Alexan. ſibi contrarius *in conſil.* 328. *cuius eſt initium: In hac cauſa, & lite. in* 2. *colum. & in l. ſi ita ſtipulatus.* §. *Chryſogonus. in* 9. *colum. ff. de verbor. oblig.* Ioan. de Lignan. Petr. de Anch. & Imol. *in Clem. ſæpe. in princ. de verbor. ſignific.*

## CAPVT XXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Reo libello oblato, ab eo petuntur induciæ.*

LIBELLO igitur oblato, vel loco ipſius quali quali petitione, vt ſæpe ſæpius dictum eſt, Reus vel eius procurator petat copiam ipſius: quæ (vt dictum eſt ſupra *cap.* 24.) dabitur in Regno ſumptibus ipſius Actoris: petatque Reus † inducias ſibi con- 1
cedi: quæ vocantur deliberatoriæ: & ſunt de iure induciæ 20 dierum, vt *in auth. offeratur. C. de litis conteſtat. canonizata* 3. *quæſt.* 3 *c. offeratur.* Sed ſecundum pragmaticam comparente Reo ſunt induciæ trium dierum poſt copiam qualis qualis petitionis datam; ſed communis ſe habet Practica: vt ſint arbitrariæ, inſpecta perſonarum, & cauſarum, ac locorum qualitate, ac diſtantia.

## CAPVT XXX.

### SVMMARIVM.

1 *Vtrum induciæ deliberatoriæ ſint de ſubſtantia iudicii.*

SED quia (vt vidi multoties,) reperiuntur aliqui iudices, quos magis Iudæos, quam iudices dixerim: adeo imperitos & inexpertos cauſarum, vt, nullis datis induciis ad deliberandum, ſtatim compellant Reum ad reſpondendum. Propterea quæro abs te, num † iſtæ induciæ deliberatoriæ 1
ſint de ſubſtantia, ſicut libellus? Communiter Doctor. vt Innocent. & Hoſtienſ. *in c.* 1. *de libelli oblat.* vt Ioan. Anan. 17. *quæſt.* 4. *c. vxor.* dicunt eſſe de ſubſtantia, ſi quidem petantur. Nam licet iudex poſſit eas arctare ex cauſa: non tamen eas Reo inuito penitus abnegare, vt not. *in c.* 1. *de dilat. & in Clementin. ſæpe. de verbor. ſignificat.* in gloſſ. *ſed cum petitio.* Quod nota ad dictam Pragmaticam, *Comparente Reo.*

CA-

## CAPVT XXXI.

SVMMARIA.

1 *Iudex debet Reo ſtatuere terminum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas, quo elapſo ſuper iis vlterius non audiet.*

2 *Fallit.*

OBLATO igitur libello, ſeu quali quali petitione loco ipſius, ſumptibus Actoris (vt ſæpe diximus) in Regno: vel in curia Eccleſiaſtica ſumptibus Rei, vel alias, vt Curiæ moribus & ſtylo, ac
1 conſuetudine receptum † eſt, ius dicens ſtatuet terminum Reo ad omnes exceptiones dilatorias proponendas: poſt quem non audiet Reum ſuper di-
2 ctis exceptionibus, niſi † in tribus caſibus, de quibus *in c. paſtoralis. de exception.* Et de iſtis exceptionibus proponendis, & quomodo: & quo tempore debeant proponi: & intra quantum tempus debeant probari, remitto te ad conſtitutionem Regni, *Exceptiones dilatorias, ſub rubric. de exceptionibus dilatoriis proponendis in iudicio.*

## CAPVT XXXII.

SVMMARIA.

1 *Continuatio.*

2 *Exceptiones litis ingreſſum impedientes quando proponendæ.*

IN præcedenti capite de Exceptionibus dilatoriis diſſeruimus proponendis: nunc autem quæro: quid † ſi exceptiones fuerint litis ingreſſum
1 impedientes, de quibus agitur *in c. 1. de litis conteſtat. libr. 6.* & per gloſſ. 1. *in verſ. exceptiones. ibi: fallit in tribus.* in conſtitutione Regni, *exceptione ſilationis.* & eſt exceptio rei iudicatæ, tranſactæ, ſeu finitæ, vt *in d. c. 1. de litis conteſtat. libr. 6.* & diximus ſupra, *cap. 9.* Dicas † de iſtis exceptionibus litis ingreſſum im-
2 pedientibus proditam eſſe Regiam nouellam pragmaticam, *Comparente Reo,* diſponentem huiuſmodi exceptiones opponendas intra dies tres poſt datam copiam qualis qualis petitionis, mediante iuramento: & intra quinque dies immediate ſequentes: alias ad merita reſeruatæ intelligantur. Quibus probatis ſuper eis pronunciabit iudex, prout ei de iure videbitur.

## CAPVT XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Reo exceptiones huiuſmodi litis ingreſſum impedientes opponere nolenti, ad vlteriora procedendum eſt.*

SED ſi forte Reus exceptiones huiuſmodi litis ingreſſum impedientes noluerit opponere: vel ſi oppoſuerit, & ad merita cauſæ fuerint reſeruatæ, aut aliter reiectæ: immediate † procedatur ad
1 reſpondendum petitioni Actoris, & ad iuramentum calumniæ, & alias, iuxta ſeriem, & tenorem regiæ nouellæ pragmaticæ, *Si Reus exceptiones. ſub rub. de modo procedendi, quando exceptiones, &c.*

## CAPVT XXXIV.

SVMMARIA.

1 *Continuatio.*

2 *Si Reus conueniatur actione reali, quid ei agendum.*

POSTQVAM autem de exceptionibus dilatoriis, & peremptoriis diſſeruimus in tribus præcedentibus capitibus, diſſerendum † arbitramur 1
nunc, qualiter ſe habiturus ſit Reus, ſi Reali actione conueniatur: Super quo dicendum, † quod ſi- 2
quidem rem petitam non poſſidet, nec detinet, reſpondeat, ſe non poſſidere, neque detinere. Et ſic reſpondens in pace dimittetur, *l. in rem ff. de iureiur. c. ex parte. de appell.* de quo *c. pen. de except. c. Abbate ſane. de re iudic. libr. 6.* Si autem poſſideat nomine alieno, habet paratum auxilium nominandi dominum in iudicio, *c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper. extra, vt lite non conteſtat.* & ſic ſe excuſabit, vt ibi. Si vero poſſidet nomine proprio, habet tamen titulum ab aliquo authore ſuo: tunc laudabit ipſum authorem, & ſeruabitur circa hoc Regia pragmatica, cuius eſt initium: *Dubitationem ſub rubr. de termino citandi authorem in cauſa reali.*

## CAPVT XXXV.

SVMMARIA.

1 *Si Reus reconuentionem aduerſus Actorem habeat, quid facere debeat.*

2 *Clericus in iudicio ſeculari poterit reconueniri, & quando reſpondere teneatur.*

3 *Quando Reus debeat Actori libellum reconuentionalem offerre.*

4 *Cauſæ conuentionis & reconuentionis, quomodo tractandæ.*

SED quid ſi Reo aliquæ exceptiones neque dilatoriæ, neque peremptoriæ, aut anomalæ competant, de quibus omnibus abunde per Panormitan. *in ſuo aureo tractatu,* qui *Iudiciarius ordo* inſcribitur, *in 8. & 9. chart.* vbi poſuit etiam formam illarum. Habet tamen † Reus ipſe actionem aliquam 1
contra actorem, quid faciet? Dicas, eum poſſe actorem coram eodem iudice reconuenire: ſiue iudex ipſe ſit ordinarius, ſiue delegatus, vt *in c. 1. de mutuis petit. c. diſpendia. § reus quoque. de reſcript.* Et iſto caſu tametſi clericus † ſi in iudicio ſeculari, vt 2
Actor: poterit tamen ibi reconueniri, & tenebitur reſpondere iuxta Ritum magnæ Curiæ: cuius eſt initium: *Item, quod clericus in maioribus. ſub rubric. quod teneatur clericus reſpondere per viam reconuentionis,* per quem Ritum arbitror ſopitam eſſe quæſtionem illam, de qua per Canoniſtas *in c. at ſi clerici. de iudic.* vbi digladiantur, num in foro ſeculari poſſit clericus Actor reconueniri: quia dubitari deſinit

per

per dictum Ritum. Poteſt ergo Reus offerre Acto-
3 ri † libellum reconuentionalem ante litem ipſam conteſtatam in curia Eccleſiaſtica, vel in ea, in qua ſeruatur ius commune, ſed in regno ante termini probatorii dationem, quæ vim habet litis conteſtationis, iuxta doctrinam Bart. *in l. nulli. C. de procurat.* Poſt vero litem conteſtatam, vel termini dationem non admittitur reconuentio, niſi præmiſſa proteſtatione de reconueniendo ſtatim poſt litem, vel termini dationem, ſecundum communem Doctorum ſententiam. Oblato igitur libello re-
4 conuentionali huiuſmodi † cauſæ ſic iure conuentionis, & reconuentionis illaqueatæ, viciſſim ſcilicet mutuis petitionibus, & vicibus tractandæ ſunt, & ſub vna ſententia terminandæ, vt *in c. 2. de ordin. cognit. & in c. 1. præallegat.* ita quod lite conteſtata ſuper libello Actoris per Reum, vel ſuper eo dato termino in regno ad probandum, & defendendum: Actor etiam ſtatim litem conteſtabitur, vel dabitur terminus probatorius. Et primo quidem iurabitur de calumnia ſuper conuentione, & poſtea ſuper reconuentione. Et ſic fiet de ſingulis terminis, & actibus in cauſis huiuſmodi ſeruandis, vt ibi not.

## CAPVT XXXVI.

### SVMMARIA.

1 *Reconuentio quando admittatur in iudicio contra actorem. num. 2.*

SED pone, quod Reus neglexerit Actorem reconuenire ante litem conteſtatam, vel termini probatorii dationem, vel incontinendi poſt, proteſtatione prius facta, vt diximus ſupra in præcedenti capite, num ſit excluſus à reconuentione facienda. Diſtinguas ſic. Aut ſumus coram commiſſario delegato, aut coram ordinario. Si primo modo, non admittitur reconuentio coram eo, niſi de
1 nouo † ad ipſum reſcriptum, ſeu commiſſionem obtinueris, vt *in c. diſpendia. §. Reus quoque. de reſcrip. lib. 6.* Aut ſumus coram ordinario, & tunc quan-
2 docunque poterit fieri † reconuentio coram eo, ſed ceſſabit quidem iſto caſu viciſſitudo proceſſus, de qua ſupra in præcedenti capite diſſeruimus. Nam quælibet lis cauſæ ſuo Marte diſcurret.

## CAPVT XXXVII.

### SVMMARIA.

1 *Reconuentioni non eſt locus in iudicio ſuper poſſeſſorio intentato.*
2 *Excipe, vt ſub num. 2.*

SED quæ duobus præcedentibus capitibus de Reconuentione concluſimus, non ſunt perpetua. Quid enim † ſi Actor poſſeſſorio Reum con-
1 uenerit, ſcilicet interdicto vnde vi; num poterit per Reum reconueniri? Dicas, quod non, niſi de alia ſpoliatione, † vt *in c. vlt. de ordin. cognit.* quod intel- 2
lige Actore inuito. Nam eo conſentiente ſic, vt *in c. 1. de reſtitutio. ſpol.* quod nota ad conſtitutionem Regni, *Circa violentiarum. de reſtitut. poſſeſſ.* & alios caſus, in quibus non procedit reconuentio, vide notatos *in cap. cum dilectus. in gloſſ. & ſuper ea. extra, de arbitr.*

## CAPVT XXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Actori ad reſpondendum libello reconuentionali, dantur induciæ, ſicuti Reus habet ſuper libello conuentionali*
2 *Cautela faciens pro Aduocatis Reorum.*

AN autem actor debeat habere inducias deliberatorias ſuper libello reconuentionali, ſicut Reus habet ſuper conuentionali, vt diximus ſupra *cap. 29.* notatur *in c. 1. de mutu. petit.* & dicitur, quod ſic, ſi † voluerit. Ex quo corollarie infero 1
tibi ad Practicam, qua ſagaces † Reorum patroni 2
vti viſi ſunt, vt adueniente termino, in quo Actoris libello reſponſuri ſint, ſi ei aliquæ exceptiones vel dilatoriæ, vel peremptoriæ, aut anomalæ deficiant, ad differendam tunc, prorogandamque litis conteſtationem, vel termini dationem in Regno, libellum protogant reconuentionis, & ſic non reſpondent Actoris libello, quouſque Actor reconuentioni reſpondeat. Sed vt fallacia alia aliam trudat, renunciet Actor induciis deliberatoriis, & ſtatim reſpondeat, quia ſic Reus actori cogetur reſpondere.

## CAPVT XXXIX.

### SVMMARIA.

1 *Continuatio.*
2 *Litis conteſtatio eſt fundamentum iudicii.*
3 *Præſtat pauca idonee proferre, quam multis inutilibus aures hominum grauare.*

SVPRA capite octauo † diſſeruimus totum præ- 1
ſentem proceſſum in tres partes principales, vt ibi serioſe diximus. Et vt ex præcedentibus patet, primam partem abſoluimus. Nunc ſe offert ſecunda pars proceſſus & iudicii abſoluenda; quæ à litis conteſtatione eſt ad ſententiam vſque diffinitiuam excluſiue, quæ quidem litis conteſtatio, litis eſt ſeu iudicii † fundamentum, *c. vnic. de litis conteſtatione.* vbi Baldus dicit, Litis conteſtationem 2
angulum eſſe & fundamentum iudicii, vt etiam diximus ſupra *cap. 4.* Si igitur Reo deficiunt exceptiones dilatoriæ, vel peremptoriæ priuilegiatæ, impedientes litis ingreſſum, de quibus diximus ſupra *cap. 9. & cap. 31.* & Reus non vult nec poteſt Actorem reconuenire, debet in termino ſtatuto libello reſpondere, circa quod videte omnino Panormitan. *in ſuo aureo tractat.* qui *iudiciarius ordo* inſcri-



bi-

bitur, *in* 10. *chart.* in 2. *colum.* vbi plene proſequitur, quomodo, & per quæ verba fit litis ipſius conteſtatio: quia nolo incaſſum membranas occupare, & librum ex libro confingere, vt breuitati ſtudeam,
3 cum melius ſit pauca † idonee effundere, quam multis inutilibus homines prægrauare, *l. tanta. §. contrarium. C. de vet. iur. enucl.* neve in furti reatum incurram: quo vitio tempeſtate hac noſtra multi laborarunt. Recurre ergo ad Panormit. vbi ſupra *in* 2. & 3. *colum.*

## CAPVT XL.

SVMMARIA.

1 *Litis conteſtatio fit reſponſione ad libellum.*
2 *Iuramentum calumniæ præſtatur immediate poſt litis conteſtationem.*
3 *Iuramentum calumniæ præſtatur & in quacunque parte litis.*
4 *Iuramento calumniæ omiſſo, an vitietur proceſſus.*

POST litis conteſtationem igitur, quæ fit per
1 reſponſionem ad † libellum, & alias (vt diximus ſupra *in præcedenti capite.*) immediate iuramen-
2 tum calumniæ † præſtatur, hinc & inde per vtramque partem: quia illud ex ordine ſtatim ſuccedit, cum in ipſo litis exordio ſit præſtandum, vt *C. de iurament. calum.* & exponitur ibi. id eſt, poſt primum litis exordium, ſcilicet immediate poſt litis conteſtationem, *c. cum cauſam. de lit. conteſt.* ſi tamen non fuerit præſtitum in exordio, poterit poſtea in qua-
3 cunque † parte iudicii præſtari, vt *in c.* 1. *eod. tit. in* 6. Sed ſi fuerit in tota cauſa omiſſum tacite, non ex
4 hoc vitiabitur proceſſus; † ſi expreſſe, vt *ibi in* 2. *reſponſ.* & dum dicitur iuramentum calumniæ, expone tu ſcilicet vitandæ: ſicut ſimiliter exponitur illud: Habeat vnuſquiſque ſuam propter fornicationem, ſcilicet, vitandam, non autem committendam, 6. *diſtinct. c. verum.* Et de forma iſtius iuramenti calumniæ ad Actorem, & ad Reum: & ad quid ſit proditum, & inuentum, & de quatuor generibus iuramentorum, quæ præſtantur in iudicio: videlicet de iuramento calumniæ: item de malitia, item de veritate dicenda, item de iuramento deciſorio, & de forma iuramenti, quod præſtatur à Iudæo, & de pœna recuſantis præſtare iuramentum huiuſmodi, remitto te (ne verboſam practicam cõfingam contra id, quod tibi in præfatione Lector repromiſerim,) ad Panorm. *in d. ſuo iudiciario ordine, in* 10. *chart. in* 3. & 4. *colum.*

## CAPVT XLI.

SVMMARIVM.

1 *Præſtito iuramento calumniæ, communiter partibus dantur termini ad probandum.*

PRÆSTITO igitur huiuſmodi iuramento calumniæ poſt litis conteſtationem, datur terminus vtrique parti ad probandum † & defendendum: 1
& ita ſe habet communis Practica etiam in Regno: tamen ſi non detur in Regno, ipſo iure tributus eſſe intelligitur, per Regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: *Poſt prædictas reſponſiones: ſub rubric. de dilationibus in cauſis dandis*, qui, qualis, quantuſve dari debeat, ibi etiam ſeriatim exprimitur. Sed hoc moribus receptum eſt, ac ſtylo, & conſuetudine curiæ, vt iudex terminum congruum tribuat, vel prorogando quandoque illum, vel etiam arctando ex iuſta cauſa, quod etiam videtur eſſe de mente dictæ Regiæ Pragmaticæ circa finem.

## CAPVT XLII.

SVMMARIA.

1 *Conceſſo termino probatorio, hinc inde à partibus offeruntur articuli, &c.*
2 *Poſitiones non debent eſſe obſcuræ, neque captioſæ, numer.* 3.
4 *Poſitiones in quem finem inuentæ.*

POST dictum terminum probatorium vel à iudice, vel ipſo iure tributum per dictam Regiam pragmaticam, fiunt poſitiones, & † articu- 1
li hinc & inde per Actorem, & Reum: quibus viciſſim reſpondebitur per vtramque partem abſque procuratoris præſentia, vel aduocati per verbum, credit, vel non credit, ſine temporis interuallo. Quæ itaque poſitiones producantur dilationum prædictarum die quinta: & erunt ſimplices: id eſt, ſine † obſcuritate: vt gloſſ. & ego *in ſingularibus* 2
*meis in formis*: *ſingul.* 7. cuius eſt initium: *Volo tibi commendare.* propter dictum Ludou. Pontan. *in l.* 1. *§. ſi quis ſimpliciter. in* 1. *colum. ff. de verborum obligat.* Et debent præterea eſſe non captioſæ, vt † dixi *in* 3
*Commentariis meis, Commentario* 23. incip. *Nota hoc.* vbi poſui exemplum, quando dicatur captioſa poſitio, vt ſi forte ponam: An ſis vir bonus, nec ne; vide ibi plene. Et debet iiſdem poſitionibus & reſponſionibus ſuper eis infra duos dies continuos à die reſponſionis copia dari: vt videatur in quibus facta ſit releuatio † ab onere probandi, nam 4
ad hoc ſunt inſtitutæ, & adinuentæ. Et de aliis circa iſtam materiam, ne longior ſim, & de pœna non reſpondentis, remitto te pro nunc ad regiam pragmaticam, *Quinta die.* & omnino ad Panormit. *in ſuo aureo tractatu,* qui *iudiciarius ordo* inſcribitur. *in* 11. *chart.* vbi plene proſequitur, & diſputat vnde ſint inductæ poſitiones huiuſmodi. & concludit ibi, quod ab vſu longæuo in cauſis, & poſtea à iure Canonico approbatæ, ſcilicet à tempore Gregorii IX. & ibi etiam de diuerſis nominibus earum: & quomodo dicantur poſitiones, & quomodo articuli, & quomodo res articulandi, & ponendi inter cauſidicos ſummum tenet gradum in Curia Ro-

mana, & maxime in beneficialibus deuolutis, & de multis formis poſitionum & articulorum, & de forma reſpondendi poſitionibus, de multis aliis ad materiam huiuſmodi ſpectantibus, vide ibi ſupra in 10. *chart. & in* 12. *in* 1. *col.* per Panorm.

## CAPVT XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Factis reſponſionibus ad poſitiones, proceditur ad examen teſtium.*

QVIA etiam factis reſponſionibus viciſſim ſuper poſitionibus non reperitur taliter facta reſponſio, vt plene ſit facta releuatio ab onere probandi, ideo deueniendum eſt † ad examinationem 1 teſtium intra dilationem vel à iudice, vel à iure tributam, vt dixi ſupra *cap.* 41. & tunc in Regno proceditur ad electionem examinatoris teſtium, & de eius & actuarii mercede, pro quolibet teſte, & aliis quantum ad rem hanc attinet, remitto te ad Regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium, *Reſponſionibus viciſſim factis. ſub rubr. de Examinationibus teſtium. & eorum examinatoribus.* In Curia autem Eccleſiaſtica, & alibi, vbi ius commune ſeruatur, & vbi non habet locum dicta pragmatica, proceditur ad examinationem teſtium per iudicem, & actuarium, vt iuris diſpoſitio expoſcit, de qua *in c. quoniam contra. extra, de probat.*

## CAPVT XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter procedatur contra examinatorem, vel actuarium, qui teſtium examen intra terminum præfixum non expedierint.*

SED quid ſi per examinatorem & actuarium ſteterit, vel eorum alterum, quo minus teſtes intra terminum † examinarentur? Reſpondeat tibi Re- 1 gia pragmatica ſuper hoc prodita, cuius eſt initium: *Et ſi per Examinatorem.* per quam condemnatur quilibet per quem ſteterit, ad pœnam iudicis arbitrio moderandam, perſonarum qualitate inſpecta, cum commotione iudicis, ne eam negligat exigere: debeatque iudex ipſe reſtituere terminum partibus culpa actuarii vel examinatoris decurſum. Quæ Pragmatica (vt mea ſtat ſententia) iuris etiam communis diſpoſitioni conſentanea eſſe videtur.

## CAPVT XLV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſuo arbitrio temperabit, & reſecabit multitudinem teſtium.*

TAMETSI de iuris communis cenſura, multitudo ſit teſtium refrenanda, non tamen certus eſt ſtatutus numerus teſtium examinandorum ſuper quouis articulo, quave poſitione negata: Debet ergo in curia Eccleſiaſtica, & vbi ius conſeruatur, iudex teſtium multitudinem † ſuo arbitrio iu- 1 ſto temperare: ſed in regno dubitari deſinit, cum in hoc habemus regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium, *Statuimus, ſub rubr. de refrenatione teſtium.* per quam ſancitum eſt ſuper articulis & poſitionibus non confeſſatis (vt eis verbis vtar) non amplius, quam ſeptem teſtes pro ſingulo articulo examinandos, niſi in materia confinium, & in factis antiquis, de quibus contenderetur hominum memoriam non extare, quo caſu decem ſuper tali articulo teſtes examinari placuit per extenſum, & non per vera eſſe, nec dicant vt proximus, pœna, de qua in dicta pragmatica ſanctione, examinatori contra facienti imminente, qui maiorem numerum acceperit, niſi forte ius dicens interloquendo pronunciauerit, ex cauſa eius animum mouente maiorem numerum accipiendum, cuius tamen iudicis arbitrium numerum non excedat, niſi vſque ad tertiam partem.

## CAPVT XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Productis teſtibus, qualiter procedatur in iudicio.*

TESTIBVS ergo ſic productis & examinatis inſtantibus partibus, vel earum altera, † iudex 1 publicari cenſebit in cauſa, vel ſic vocatis partibus, & præſentibus, vel altera per contumaciam abſente, & hoc in curia Eccleſiaſtica, vel vbi ius commune ſeruatur, in regno autem prodita eſt ſpecialis pragmatica ſuper hoc, cuius eſt initium, *Curſu dilationum. ſub rub. de public. proceſſus.* quæ cum ſeriatim de publicatione proceſſus loquatur vſque ad concluſionem incluſiue, & de repulſa teſtium, & repulſa repulſæ, & de copia proceſſus, & de termino ad illũ percunctandum, & aliis ad rem hanc attinentibus, abs te legenda, & inſpicienda ſit. Potes enim tu, qui Pontificum, Imperatorum, & Iureconſultorum monumenta perſcrutatus es, & illam perſcrutari.

## CAPVT XLVII.

SVMMARIA.

1 *Publicatione facta communiter partibus ad eorum inſtantiam copia atteſtationum datur.*

2 *Originalia dictorum teſtium Actuarius penes ſe retinet.*

FACTA autem publicatione in cauſa, iudex adſignabit terminum, intra quem partes recipiant copiam † atteſtationum, quam copiam concedere 1 debet iudex, vt *in c. quoniam contra. de prob.* Nam originalia, iudex † vel actuarius penes ſe retinebit, vt 2 ibi not. Qua quidem copia habita, iudex concedet terminum ad repulſam teſtium, ſi non fuerit petita, poſt quem terminum, non audietur volens teſtes repullare, vt *in c. licet de prob.* de quo etiam per Spec. *de te-*

*teſtib.§.publicatis.* Ab ia regno petita repulſa, ipſo iure conceſſa intelligitur, vt in pragmatica, *Curſu dilationum* habetur.

## CAPVT XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *An & quando ſuper exceptione contra teſtium perſonas propoſita, iudex teneatur admittere probationes.*

SED hic diſputandum cenſeo de vna quæſtione, quæ poſſet ex facto quotidie incidere, † Vocantur partes viciſſim ad audiendum iuramenta teſtium, vt communiter fit: excipitur contra teſtes, & dicenda per eos: num iudex inſtante parte, debeat recipere ſtatim probationem ſuper tali exceptione, quando exceptio illa expreſſit cauſas exceptionis contra teſtes, vel poſſit hoc referre in tempus repulſæ poſt publicationem? dicas concluſiue circa hoc, ſtandum eſſe arbitrio iudicis. Fallit in tribus caſibus, de quibus *in c.ex parte Ad.de teſtibus.* in gloſſ. *in verb infames & notabiles.* Et iudex in tali arbitrio ad plura reſpiciet, videlicet, an illud, de quo excipitur, habeat eandem æquitatem cum prædictis caſibus exceptis, vt ſic ex eadem æquitate probationes prius recipiat. Item, an ſit publicum, quod excipitur; item, an habeat excipiens probationes; item, an ſit præſumptio contra excipientem, quod faciat hoc cauſa differendi, & ſecundum huiuſmodi, & alias diuerſas circumſtantias facti, videbit iudex, an expediat prius recipere teſtes reprobatorios, nec ne, ſecundum Panorm. *in ſuo iudiciario ordine, in 14.chart.in 1.colum.* Et hoc nota.

## CAPVT XLIX.

SVMMARIVM.

*Publicatis atteſtationibus, regulariter alii non admittuntur.*

ERGO ex præcedentibus patet, tam de iuris communis cenſura, quam de dictæ pragmaticæ diſpoſitione, repulſa, quæ alias in teſtes exceptio nuncupatur, debet admitti. Et de iſtis exceptionibus repulſatoriis contra teſtes, vide Panorm. *in dict. ſuo ordine iudiciario in 14.chart in 2.colum.* vbi etiam ponit, quomodo impugnentur dicta teſtium. Sed quia tu ſcis vulgatam illam regulam, Publicatis te-
1 ſtibus, † teſtes alios non admittendos regulariter, ob timorem ſubornationis, iuxta *c.fraternitatis.de teſtib. & Clem.2.eod.tit.* & habetur *in conſtit. Iuriſperitorum altercationes.* quidam cauſidici committentes ſaltem mente, ſi non verbis, in leg. contra ea quæ habentur per text. gloſſ. & Dd. *in reg certum eſt.de regul.iur. lib.6. ſub nomine repulſæ.* publicato proceſſu, articulos, ſiue poſitiones impertinentes ponunt, idem, vel de directo contrarium cum primis capitulis, poſitionibus, vel articulis continentes, ſed contra eos prodita eſt Regia nouella pragmatica, cuius eſt initium: *Contingit ſæpe.ſub rubr.de capitulis & poſitionibus impertinentibus, in repulſa non ponendis, pœna, de qua ibi, contra facientibus imminente.*

## CAPVT L.

SVMMARIVM.

1 *Obiicienti teſtibus crimina, neque ea probanti; an conſtituta aliqua ſit pœna.*

SED hic non abs re quærendum puto; ecce, quod excipiens contra teſtes, obiicit contra eos nonnulla crimina, ex quibus teſtibus ipſis infamia irrogatur: num ſi illa non probauerit, agi poſſit contra eum ad aliquam pœnam in Regno? Dicas, quod ſic. Nam † contra talem obiicientem crimina in teſtes, & illa non probantem ſemiplene, vel per famam publicam, prodita eſt pœna, de qua in regia Nouella pragmatica, cuius eſt initium: *Crimina & defectus.ſub rubr.de pœna opponentium, &c.* 1

## CAPVT LI.

SVMMARIA.

1 *Continuatio.*

2 *Quæ pœna ſit prodita contra non probantes exceptiones propoſitas.*

SED quia ſupra *cap.32.& 35.* diximus de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum, † non incongrue quærendum hic putamus de pœna opponentium exceptiones, & illas non probantium? ſuper quo dicas contra eos proditam eſſe pœnam de iure communi, per quam † condemnatur quis ad expenſas, vt habetur *in c.finem litibus.de dolo & contumacia.* At in Regno alia eſt prodita pœna vltra expenſas, de qua per Regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: *Quicunque exceptionem.ſub rubr.de pœna opponentium exceptiones, quas non probauerint.* Vide ibi omnino. 1 2

## CAPVT LII.

SVMMARIVM.

1 *Facta publicatione, & repulſa repulſæ expedita qualiter procedatur.*

FACTA publicatione in cauſa, & expedita repulſa teſtium, & † repulſa repulſæ, antequam ad concluſionem deueniatur, ſolent fieri noui articuli, dependentes tamen ex primis: & peti ſuper eis teſtes produci & examinari: proinde quæro, num ſint admittendi tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, hoc eſt, in cauſa appellationis? Et dicendum, quod ſic, iuxta materiam *c.fraternitatis. de teſtibus. & Clement.2.de teſtibus.* & habetur in conſtitutione *Iuriſperitorum.* de quo dic, vt habetur *in dictis iuribus.* & maxime per Marian. Socinum *in d.c. fraternitatis.* 1

CA-

## CAPVT LIII.

SVMMARIA.

1 *An poſt publicationem factam ad inſtantiam partium alii teſtes admitti poſſint.*
2 *In cauſis ſummariis poſt publicationem admittuntur teſtes.*

QVÆRO itaque ad materiam, de qua ſupra *cap.* 49. facta publicatione in cauſa, partes allegant ſe noues reperiſſe teſtes, quos petunt examinari, num debeant admitti? Dicas, in regno non
1 eſſe † admittendos, ob timorem ſubornationis, etiam extra proceſſum, ad effectum, vt de eis in ſententiando aliqua habeatur ratio: niſi ex actis appareat ante publicationem fuiſſe per partem nominatos, & aliquo iuſto impedimento non fuiſſe examinatos. Vide de hoc Regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: *Quandoque ſolent partes ſub rubr. de teſtibus, qui de nouo ſuperuen. ſſe allegantur.* Et ſi non haberemus dictam pragmaticam: & aliam, quæ habet initium, *contingit ſæpe. ſub rubr. de Capitulis, & poſitionibus impertinentibus in repulſa non ponendis.* & conſtitutionem, *Iuriſperitorum altercationes.* facta etiam publicatione poſſent teſtes de nouo recipi: etiam ſuper eiſdem capitulis, & articulis, vel directo contrariis. Et moueor ad ſic dicendum.
2 Nam in cauſis ſummariis † non obſtat publicatio, quin teſtes poſſint adhuc produci, ſecundum Alex. *in conſil. 65. verſic. Quarto principaliter. lib. 4.* & Card. Zab. *in Clem. 2. de teſtib* poſt Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verb. & figura.* Refert & ſequitur Firmianus *in ſuo aureo tract. imo manus repe torto, in verſic. Teſtes poſt publicatum proceſſum, in 1. col. ibi; Item poteſt in cauſis ſummariis.* Sed quia in Regno cauſæ ſummariæ; igitur, &c. Sed (vt dixi) obſtant dictæ Regiæ pragmaticæ, & conſtitutio prædicta: ergo non procedit, quod dicit d. Alexand. *in d. conſil.* & Card. poſt Bart. *vbi ſupra.*

## CAPVT LIV.

SVMMARIVM.

*Quando procedatur ad concluſionem cauſa.*

SED poſtquam (vt præmiſſum eſt) fuerit in cauſa proceſſum: vt quia lis eſt conteſtata, vel loco eius datus terminus ad probandum & defendendum, & iuramentum † calumniæ præſtitum, & dati
1 articuli, & poſitiones, examinari teſtes, & alia id genus: quæ omnia in actis redigenda ſunt, *per c. quoniā. contra de probat.* proceditur ad concluſionem in cauſa per iudicem inſtantibus partibus, vel earum altera; & hoc de iure communi. In Regno autem ipſo per lapſum tanti termini, iuxta Regiam pragmaticam, *Curſu dilutionum.* de qua ſupra *cap.* 46.

## CAPVT LV.

SVMMARIA.

1 *Sententia quid.*
2 *Sententia vel abſolutionem vel condemnationem continebit.*
3 *Sententia eſt de actis iudicii.*

HVCVSQVE duas partes ſubſtantiales iudicii abſoluimus, nunc ſe offert tertia & vltima pars abſoluenda, ſcilicet de ſententia. Eſt † enim ſententia (ſi Spec. credendum ſit *in tit. de ſent. prolat. in princ.*) iudicialis diffinitio, controuerſiæ finem imponens, condemnationem, vel abſolutionem continens. Dicitur enim ſententia iudicialis diffinitio, vt *in l. diffinitiua, de re iud.* & debet continere condemnationem † vel abſolutionem, *c. illa. de accuſat.* 2
vbi de hoc *in vlt. gloſſ.* vel aliquid æquipollens, text. habes & exemplum *in c. in his, de verb. ſign.* Et eſt † de 3
actis, & inter acta connumeratur, vt videtur concludere Ioan. Andr. *in ſua ad Spec. paraphraſi, imo manus additione; in tit. de ſent. prolat. in princ.* vbi ponit argumenta pro & contra, quibus omiſſis videtur concludere, vt ſupra retuli, & maxime per *c. cum æterni, de re iud. libr. 6.* vbi ſententiæ concipiendæ & ferendæ ponuntur inter acta, & agenda cauſæ.

## CAPVT LVI.

SVMMARIVM.

1 *Actuarius, quomodo ſe habebit in ordinandis & præſentandis proceſſibus.*

QVÆRO abs te, † qualiter ſe habere debeat actuarius in ordinandis proceſſibus, & præſentandis illius ius dicenti in Regno? Reſpondeat tibi regia nouella pragmatica quæ ſuper hoc eſt prodita, cuius eſt initium ‡ *Concluſione facta ſub rub. de proceſſibus ordinandis, &c.* vbi ſeriatim habetur, qualiter actuarius ipſe debeat ſe habere in dictis proceſſibus. Vide illam; quia optime proſpexit circa hoc: tametſi viderim eam male vbique ſeruari.

## CAPVT LVII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex præſentatis ſibi proceſſibus, qualiter ſe habebit.*

ITERVM quæro, qualiter ſe habere † debeat ius dicens præſentatis proceſſibus per actuarium cauſæ? Etiam & hoc abſoluit tibi Regia pragmatica, Concluſione facta, de qua in præcedenti capite. Nam (vt in ea habetur *in §. ſeu verſ. Iudex vero*) Iudex cauſæ proceſſum ſibi præſentatum referre, & expedire debet, iuxta pragmaticam, ſuper expeditione cauſarum ordinatam. Eoque per vltimam ſententiam finito, ipſum tranſmittat perpetuo conſeruandum in archiuo ciuitatis, vbi iura publica ſeruari conſueuerunt, ad pœnam priuationis officii.

## CAPVT LVIII.

SVMMARIA.

1 *Sententia proferenda partibus præſentibus, vel altera contumaciter abſente.*

2 *Sententia lata contra abſentem non citatum, non tenet.*

VLTERIVS quæro, quomodo debeat ſententia ipſa diffinitiua proferri? Dicas, quod partibus
1 præſentibus, † vel earum altera per contumaciam abſente: ita quod citetur ad audiendam ſententiam, *de teſtib. c. cum elim. in fin.* alias ſi feratur
2 contra † abſentem non citatum, non tenet, vt not. *in c. tenor. de re iud. in gl. ff. penult.* & requiritur citatio peremptoria, alias non valet, vt videtur tenere Ioan. *2. q. .. c. de illicita.* Bern. *c. conſuluit. de off. deleg.* Innoc. *in c. ad petitionem. de accuſat.* Spec. *in tit. de cit. §. viſo. de temp. verſicul. alias autem, & in verſ. quid ſit lata.* per quæ iura ita tenet gloſſ. *in verb. non peremptorie*, *in Clem. ſæpe. §. ſententiam, de verb. ſignif.* ſed in Regno cum ſint cauſæ ſummariæ, vt probauimus *in ſolilo quiis noſtris, ſoliloquio 8.* cuius eſt initium: *nemo eſt, qui neſciat.* ſufficit vna citatio, licet non peremptoria, vt probat text. in indiuiduo *in Clem. ſæpe. §. ſententiam ibi; licet non peremptorie.*

## CAPVT LIX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua quot debeat continere.*

ITERVM quæro abs te, quot debeat continere ſententia diffinitiua? Reſpondet † Panormitan.
1 in eo tractatu, qui *iudiciarius ordo* inſcribitur, debere eam ſex generaliter continere. Primo nomen iudicis, & eius qualitates: puta, an ſit delegatus, vel ordinarius. Secundo litigantium nomina. Tertio, tenorem petitionis in iudicio porrectæ. Sed hodie hoc non vtimur, vt tenor petitionis inſeratur in ſententia, ſed tantum eius ſubſtantia: & ſufficit, quod quid fiat per æquipollens, *c. in his. de verb. ſignif.* & diximus ſupra *cap. 55.* Quarto, ſubſtantiam proceſſus cauſæ, puta litis conteſtationem, & alia id genus, de quibus abunde diximus ſupra *cap. 4.* Quinto, quod fiat mentio in ſententia partes fuiſſe præſentes, vel per contumaciam abſentes. Sexto, quod contineat condemnationem vel abſolutionem, vel aliquid æquipollens, vt ſupra.

## CAPVT LX.

SVMMARIA.

1 *Sententia conformis erit libello, in quibus autem fallat, vide, ſed remiſſiue, num. 2.*

ADHVC quæro abs te de forma ſententiæ? Dicas, quod non poſſit recte forma aſſignari, cum ſecundum diuerſitatem libellorum ſententiæ ſint concipiendæ, † & cum debeant eſſe conformes li- 1
bellis regulariter, *c. licet Heli. de ſimon. c. qualiter & quando. 2. de accuſat.* *Clem. ſæpe. de verb. ſign. l. vt fundus. ff. commun. diuid.* & in quibus debeat eſſe conformitas: vide magiſtralem doctrinam Bald. *in l. 1. in 2. col. verſ. extra oppono. C. ſi plures vna ſent.* vbi ſemper vide, licet nemo alleget. Et cum myſterio dixi, regulariter ſententias debere eſſe conformes libellis: cum hoc non ſit perpetuum: † nam fallit quidem hæc re- 2
gula in multis caſibus. Et d. Felin latiſſimum iuris pelagus, enumerat caſus 31. *in d. c. licet Heli.* in quibus non oportet ſententiam eſſe conformem libello. Quos nota, & manda memoriæ, tanquam valde ſingulares.

## CAPVT LXI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio tam ab interlocutoria, quam diffinitiua, intra decendium interponenda.*

QVÆRITVR adhuc, ſi lata ſententia diffinitiua, contingat ab ea appellari, quæ erit appellationis forma? nolo incaſſum papyrum occupare. Recurras ergo ad Panorm. *in ſuo iudiciario ordine, in 17 chart. col. 3. in forma appellationis à diffinitiua,* & debet interponi intra 10. dies, alias ſententia tranſit in rem iudicatam, *auth. hodie. C. de appel.* facit *c. quo ad conſultationem, de re iud.* etiam ſi eſſet interlocutoria quo ad partem, vt *in c. cũ dilecti. de electio. in fi.*

## CAPVT LXII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando viua voce interponi poſſit: & quando in ſcriptis facienda.*

ITEM quæro, an poſſit quiſpiam verbo appellare a ſententia? diſtinguas, aut in continenti vult appellare, iudice † adhuc pro tribunali ſedente, & 1
antequam ad extraneos diuertat actus, & poteſt, vt *in l. litigatoribus. C. de appel. can. mcmorata. 2. q. 6. c. fin. in gl. magna, in princ.* Aut appellat poſtquam iudex ad extraneos actus diuerterit, puta ad prandium, & tunc requiritur quod in ſcriptis appellet, ſicut ab interlocutoria, vt *in l. 2. ff. de appel. & l. eos. §. ſin autem. C. eod. tit.* Et hoc iure vtimur; eſtq; hoc moribus receptum.

## CAPVT LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Intra quod tempus appellatio introducenda, remiſſiue.*

QVÆRO iterum abs te de temporibus appellationum † ad introducendum proceſſum in 1
Regno. Vide conſtitutionem Regni, *Appellationum tempora.* quæ eſt in viridi obſeruantia, & eam obſeruari mandatur coram quibuſcunque iudicibus, etiam in ſacro conſilio, per d. regiam nouellam pragma-

pragmaticam, cuius eſt initium, *Appeltionum-tempera. ſub rub. de temporibus appellationum.*

## CAPVT LXIV.

### SVMMARIVM.

1 *In regno non reſeruatur expenſarum condemnatio in ſententiis.*

1 VTRVM in regno poſſit † in ſententiis expenſarum condemnatio reſeruari? dicas, quod non, prohibente hoc Regia nouella pragmatica, cuius eſt initium, *Temeritatem litigantium ſub rub. de expenſarum condemnatione non reſeruanda.*

## CAPVT LXV.

### SVMMARIVM.

1 *Pendente appellatione, de iure communi non tenetur appellatus ſoluere expenſas præcedentis inſtantiæ.*

1 SED quid ſi fuerit appellatum † à ſententia, in qua fuit facta etiam condemnatio in expenſis, num pendente appellatione ſoluentur expenſæ? In curia eccleſiaſtica, & vbi ius commune ſeruatur, dicas, quod non: quia per appellationem ſuſpenditur pronunciatum, vt probatur *in c. quo ad conſultationem, de re iud. & in c. venientes. de iureiur.* Sed in Regno diſtinguendũ, vt diſtinguit Regia nouella pragmatica, cuius eſt initium: *Qui in cauſa principali, ſub rub. de expenſis ſoluendis per appellantes, &c.* Vide ibi literam, & manda memoriæ in practica.

## CAPVT LXVI.

### SVMMARIVM.

1 *An perempta inſtantia reſtituatur, non refuſis expenſis.*

1 QVÆRO, ſi inſtantia cauſæ † fuerit perempta, num reſtituetur non refectis expenſis? dicas, quod non; vide regiam pragm. cuius eſt initium: *Inſtantia cauſæ ſub rub. de inſtantia non reſtituenda ſine reſtitutione expenſarum.* quæ optime diſtinguit, quando eſt perempta per negligentiam partis, & quando per iudicis: vt primo caſu ſolutis expenſis reſtituatur, ſecundo ipſo iure. Et ibi etiam habetur, quando dicatur ſtetiſſe per iudicem, quam vide omnino; quia limitat ſe ad calcem in aliquibus perſonis, quib. per beneficium reſtitutionis in integrũ à iure, & regni conſtitutionibus ſubuenitur, vt ibi.

## CAPVT LXVII.

### SVMMARIA.

1 *Sententia quando tranſeat in rem iudicatam.*

2 *Parum prodeſſet proferre ſententias, niſi ea quoque executioni mandarentur.*

QVIA ſi à ſententia non fuerit † appellatum 1
intra 10. dies, vel ſi fuerit appellatum, & appellans appellationem non introduxerit in Regno intra terminum, de quo *in conſtit. appellationem tempora.* ſentẽtia tranſit in rem iudicatam, vt ſæpe probatum eſt, & appellatio deſeritur: & perinde habetur ac ſi appellatio non fuiſſet interpoſita, ac per hoc ſententia eſt executioni mandanda, alias parum
prodeſſet ſententias proferre, † niſi executioni de- 2
bitæ mandarẽtur, vt *in c. cum aliquibus de re iud.* ideo quæro pro complemento iſtius cõpendioſæ & breuiſſimæ practicæ, quo ordine fiat executio ſententiæ? Ego circa hoc remitto te ad Panor. *in dicto ſuo iudiciario ordine,* vbi *in 3. & 4. col.* etiã 5. optime ponit ordinem executionis faciendæ. Et ibi ponit formã ſcribendi in Actis præceptum factum nuncio pro executione ſententiæ, & etiam formam ſcribendi executori. Et velim te non pigeat videre ibi etiam Panorm. diſtinguentem multiplices ſententiarum ſpecies, quarum quædam nunquam tranſeunt in rem iudicatam, & quarum obſeruantia induceret peccatum mortale, & periculum animæ, *c. tenor. de re iud. & c. conſanguinei. & in c. fraternitatis. de frigid. & malef.* Quædam ſunt, quæ ſtatim tranſeunt in rem iudicatam, vt eſt ſentẽtia excommunicationis, quia trahit ſecum excommunicationem, *c. paſtoralis. de appell.* quod tamen intellige, vt ibi per eum. Sunt & quidam caſus, in quibus diffinitiua ſententia ſtatim tranſit in rem iudicatam, qui notantur *de re iud. ſuper rub.* Quædam vero ſentẽtiæ tenẽt medium, quia tranſeunt in rem iudicatam nõ ſtatim, ſed poſt decẽ dies, & iſtud regulariter obtinet, vt dicit ibi Panor. diſtinguens etiam de multiplici nullitate ſententiæ, & quando in rem tranſeat iudicatã; & quando non. Quæ omnia ſunt perpetua memoria digna, cum quotidie poſſint tibi ex facto incidere.

Habes, Lector candidiſſime, ex Pontificio, Cæſareoq; iure, & regni cõſtitutionibus, Capitulis, Pragmaticis, & ritibus excerptam Pragmaticam iudiciariam, compendioſam, & vtilem, tam Canonicam, quam Ciuilem, tam ordinariam, quam extraordinariam, citius tamen, quam ſperaueram, ob varias ac multiplices Reipub. occupationes. Cui tamen omni animo & ſtudio me accinxi, illamque tãdem per dies quindecim abſolui. Deo igitur Opt. Max. à quo omne datum optimum, & donum perfectum proficiſcitur, laudes offerantur innumeræ.

*Finis Practicæ D. Ioan. de Arnono.*

DIF-

# DIFFERENTIAE INTER VTRVMQVE IVS COMMVNE, PONTIFICIVM SCILICET, ET CÆSAREVM: ET REGNI HVius Siciliæ ſanctiones.

*Per Reuerendum D. Ioannem de Arnono de S. Angelo Faſanellæ I. C.*

## PRÆFATIO AD LECTOREM.

MIRABITVR forte quiſpiam, quod tãetſi aliam ſcribendi materiam, & altiorem quidem in iure potuiſſem ſuſcipere, ex qua & laudem, & gloriam non mediocrem eſſem proculdubio aſſecuturus, hanc mihi materiam delegerim, & hanc ſcribendi prouinciam obiuerim: quæ, ſi laborioſa quidem, & vtilis non parum ſit: non tamen ſubtilis, & (vt aiunt) alta & difficilis. Sed non miretur qui bene circumſpicit, ac propoſitum intueatur meum: quippe cum Diui Platonis extet ſententia: oportere hominem eſſe commodum, & non ſeipſum tantum intueri: non quæro, quæ mea ſunt, ſed quæ aliorum. Sat igitur mihi fuerit hominum vtilitati (quo ad poſſim) in aliquo ſtuduiſſe: quandoquidem ſapientis fuerit illius ſententia: nobis non ſolum natos eſſe, ſed & patriæ, parentibus, & amicis: conſpiciens igitur in hoc Siciliæ regno ius commune vtrumque, Pontificium ſcilicet & Cæſareum, per conſtitutiones, Capitula, pragmaticas, & ritus non parum in multis fuiſſe correctum, emendatumque, atque ab aula receſſiſſe, ſtatui ad communem omnium vtilitatem, & eorum maxime, qui in Pontificum maximorum, diuo umque Cæſarum, ac Iureconſult. monumentis eruditi, in illis lauream fuerunt coronam aſſecuti, afferre in medium Differentias inter ius commune vtrunque, & ius regni huius Siciliæ, notabiliores: vt his poſitis, qui à Pontificibus maximis, diuiſque Cæſaribus ac Iureconſultis ad regni huius iura conuolarint, non ignorent, quid in regno fieri, quidve in foro ſeruari debeat: in quove iura communia ab Aula receſſerint. Quippe ex facto ſæpe videmus incidere, vt qui in cõmuni Iure peritus, reſolutusve ſit, in iudicio poſtea erubeſcat; cum regni iura non nouerit. Omni igitur animi ſtudio regni huius Siciliæ ſanctiones circumiens, quas potui, has tametſi non omnes, notabiliores tamen (vt dixi) peruiilioreſque differentias congeſſi. Vale.

### *Differentia* 1

PRIMA igitur differentia (tametſi generalis ſit) hæc eſſe perhibetur. Nam quãuis omnes populi legibus ac moribus vtantur, vt habemus *in l. omnes populi.* & ibi latius per Bart. & alios. *ff. de iuſt. & iur. & in l. cunctos populos,* vbi per Bald. etiam latius, & alios ſcribentes. C. *de ſum. Trin. & fid. Cathol.* Attamen in regno ceſſatis dictis legibus, aduerſantibus conſtitutionibus, & conſuetudinibus regni, vtimur dictis regni conſtitutionibus: & his deficientibus, vtimur legibus Longobardicis: & vltimo legib. Romanis, text. eſt *in proœm. conſtit. regni, circa fin. ibi; Quas ceſſatis in regno prædicto legibus, &c. iuncta conſtitut. Puritatem. ſub rub. de ſacramẽto præſtando à baiulis Camerariis.*

### *Differentia* 2.

Tametſi de iure communi materia vſurariæ prauitatis non pertineat ad iuriſdictionem & poteſtatem domini temporalis: ſed de iure dicta cauſa, & eius diſpoſitio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, vt concludit Bart. *in l. Titia ff. ſol. matr.* & Fred. de ſenis *conſil.* 245. cuius eſt initium: *Domino Andreæ. ad fi. cum ſimil.* vt tradit Alex. *in d. l. Titia. in 4. col.* & idem Alex. *in ſuo conſil.* 9. cuius eſt initium: *Præſtantiſſime Doctor. lib.* 4. & ſicut dominus ſecularis non poteſt de cauſa vſuraria cognoſcere, ita pariter non poteſt ſtatuere aliquid in tali cauſa: quia à pari procedũt poteſtas cognoſcendi, iudicandi, & ſtatuendi. & ita Fred. concludit *conſil.* 96. cuius eſt initium: *Apparet.* & ſequitur Paul. de Caſt. *in ſuo conſ.* 71. q incipit: *Viſis & ponderatis. col.* 1. refert & ſequitur dom. *Ph.* Dec *in ſuo pleniſſimo & elegantiſſimo conſ.* 170. q incipit: *Diuino implorato præſidio, viſo themate, & his quæ narrata ſunt.*

*ſunt.* & dixi *in Problematibus meis. Problemate* 13. cuius eſt initium: *In Epitomatibus noſtris.* Attamen de iure Conſtitutionum Regni, dominus temporalis eſt iudex competens in materia vſurariæ prauitatis, per *conſtitutionem, Vſurariorũ ſub rubr de vſurariis puniendis.* Item de iure Canonico alia eſt pœna vſurariorum, de qua *in c.* 1. *& per totum, extr. d. vſur.* ſed per dictam conſtitutionem eſt pœna prodita publicationis omnium bonorum. Et dato ꝙ de iure verum ſit id, ꝙ ſuperius dixi *in dicto meo Problem.* 13. tamen de facto in regno ſeruatur. *d. conſtitutio. vſurariorum.*

*Differentia* 3.

De iure communi, ſi quis gladium extraxerit, & alium non occiderit, pœna tenetur leg. Corneliæ de ſicariis, vt vt l. 1. §. *Diuus. ff. ad leg. Corn de ſicar.* per Conſtitutionem autẽ Regni, *Aſperitatem, ſub rub. de pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extraxerit* tenetur pœna pecuniaria. Et vide gl. *in d. conſtit. Aſperitatem.*

*Differentia* 4.

De iure communi, percuſſor tenetur pœna leg. Cornel. de ſicariis, *l.* 1. §. *Diuus. ad leg. Cornel. de ſicar.* cuius pœna eſt, vel deportatio, vel vltimum ſupplicium, vt *l.* 3. *fi. eo. tit.* De iure vero Regni imponitur pœna manus, qua percuſſit, vt *in conſtitutione ſi quis aliquem, ſub rub. de percuſſ. illicita cum armis.*

*Differentia* 5.

De iure communi, homicidia interdum puniuntur pœna mortis, interdum deportationis, vt *l* 3. §. *pen. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* Sed de iure Regni indiſtincte damnantur ad mortem, per *conſtitutionem Terminum vitæ hominis. ſub rub. de homicidiis puniendis.*

*Differentia* 6.

De iure communi, violentia illata meretricibus eſt impunita, vt *l. verum, ad fin. ff. de furt.* & argum. *l. item apud Labeonem.* §. *ſi quis virgines. ff. de iniur.* & eſt ratio *l. qui adulterium, in fin. C. de adult.* De iure vero Regni inferens violentiam meretricibus vltimo ſupplicio condemnatur, per *conſtitutionem, Omnes noſtri regni ſceptro. ſub rub. de violent. meretr. illat.* Debent tamen (vt dicit gloſſ. 1. *in d. conſtitutione*) per clamorem teſtati dictam violentiam.

*Differentia* 7.

De iure communi Canonico, poteſt contrahere matrimonium rapta cum raptore, ſi prior diſſenſus tranſeat in conſenſum, vt *c. accedens, extr. de raptorib. cum ſimilib.* De iure vero Regni non poteſt raptor cum rapta matrimonium contrahere, quo ad hoc, vt raptor capitali ſe eximat ſententia, vt *in conſtitutione, capitalem. ſub rubric. de raptoribus virginum & viduarum.*

*Differentia* 8.

De iure communi, ſi poſt trinam denunciationem vel ſine denunciatione inuentus fuerit quiſpiam mulierem clamitantem attentare, traditur iudici puniendus ſtatim, vt *authent. ſi quis ei C. de adult.* De iure vero Regni non punitur ſtatim, ſed remittitur ad iudicem puniendus, vt *in conſtitutione, in quaſtionibus violentiarum. ſub rub. de raptoribus virginum & viduarum.*

*Differentia* 9.

De iure communi, eſt in omni caſu prohibita probatio per pugnam, ſeu duellum, vt *l. negantes. C. de act. & oblig. & de cleric. pugnant. in duel. per totum. extr. de purgatione vulg. per totum.* De iure vero Regni eſt permiſſa probatio per pugnam, ſeu duellum in duob caſibus: videl. in crimine læſæ maieſtatis, & in crimine mortis abſconſæ, vt *in conſtitutione. In quaſtionibus violentiarum, ſub rub. de rapt. virg. & viduar.*

*Differentia* 10.

De iure communi, non ſuccurrens mulieri violentiam patienti, & clamanti, non punitur, & hoc de iure ciuili, vt dicit gloſſ. 1. *in conſtitutione, Quicunque. ſub rub Si quis mulieri violentiam patienti, &c.* Nam de iure Canonico eſt ſecus, vt habetur. *in c. dilecto. de ſentent. excommun. lib.* 6. De iure vero Regni non ſuccurrens ſic clamanti, vt ſupra, tenetur ad pœnam quatuor Auguſtalium, vt *in d. conſtitutione, Quicunque.*

*Differentia* 11.

De iure communi, occupans violenter rem immobilem, ea reſtituta primitus in totum, ſi ſua res erat, vel æſtimatione rei, ſi non eſſet res propria, punitur, vt *l. ſi quis in tantum. C. vnde vi.* De iure vero Regni ſecus: quia non in tantam æſtimationem rei: ſed immediate æſtimationis punitur, vt *in conſtitutione, violentias ſubiectorum. ſub rub. de violentiis circa poſſeſſionem admiſſis.*

*Differentia* 12.

De iure communi non tenentur ſingulares ſucceſſores inuaſoris poſſeſſorio iudicio, vt *l. cum à te. ff. de vi & vi armat.* ſed vniuerſalis tantum, vt hæres, vt *l.* 1. *ad fi. eod. tit.* De iure vero regni eſt ſecus. Nam datur electio ſpoliato, velit agere contra deiicientem, aut contra quemlibet ſingularem ſucceſſorem, vt *in conſtitutione, circa violentiarum. ſub. rub. de reſtitutione poſſeſſionis.* quæ in hoc eſt conformis cum diſpoſitione iuris Canonici, vt *c. ſæpe extr. de reſt. ſpol.* & per gl. 1. *in d. conſt. circa violentiarum.*

*Differentia* 13.

De iure communi, & damnis & maleficiis clandeſtinis commiſſis, non tenentur homines locorum; quia pœna debet tenere ſuos autores, *l. ſancimus. C. de pœn.* De iure vero regni eſt ſecus. Nam tenentur homines locorum non repertis malefactoribus, pecunialiter tamen, vt *in conſt. ſuper inciſionibus, ſub rub. de maleficiis clandeſtinis puniendis, & in conſt. ſi damna clandeſtina. ſub rub. de homicidiis & damnis clandeſtinis, quorum authores inueniri non poſſunt.*

*Differentia* 14.

De iure communi, ſurripiens quicquam de naufragiis, vel incendiis, punitur pœna: quæ tamen non eſt ita grauis, per *l. Pedius. ff de incend. ruin & naufr.* & per *Auth. nauigia. C de furtis.* De iure vero regni punitur grauiori pœna; quia capite punitur, &

 ciui.

ciuiliter in quadruplum, vt *in conſtit. Rapinas eorum. ſub rub. de ſurripientib. aliquid ex naufragiis vel incẽdiis.*

*Differentia* 15.

De iure communi, de iniuriis illatis curialibus Regis vel Imperatoris tenetur inferens in pœnam à iure proditam. De iure vero regni tenetur ad publicatam pœnam, quam ſi alii priuato intuliſſet, vt *conſtit. vt participatio. ſub rub. de iniuriis curialibus illatis.* & merito; quia vt not. gloſſ. 1. *in d. conſtit. vt participatio.* iniuria creſcit ex perſona eius cui irrogatur, vt *l. prætor. §. atrocem. ff. de iniur.*

*Differentia* 16.

De iure communi, videtur quod pupillus & vidua non poſſint eligere niſi forum ſerenitatis Imperatoris, vt *in l. 1. C. quem. & quan. Imperator inter pupil. & vid.* Sed de iure regni dicunt quidam quod Eccleſia, procurator fiſci, pupillus, orphanus, vidua, pauper, ſeu quælibet miſerabilis perſona declinare poteſt forum cuiuslibet iudicis, per *conſtitutionem, Iuſti cultores. ſub rub. de quibus cauſis primitus cognoſcatur. vt dicit ibi gloſſ.* 1.

*Differentia* 17.

De iure communi, pœna criminis peculatus eſt deportatio, vt *in l. 3. de crim. peculat.* Sed de iure regni eſt pœna capitalis, per *conſtitutionem, Officiales. ibi; capite puniantur. ſub rub. de Official. republ.*

*Differentia* 18.

De iure communi, inferior iudex non perdit iuriſdictionem propter præſentiam iudicis maioris, vt *in Auth. de defenſor. ciuit.* & per gl. 3. *in verſ. ſilere. in conſtitutione, Honorem debitum. ſub rub. de eodem iuſtitiario.* De iure vero regni ſic. Nam iuſtitiarii regionũ ſilent, quouſque magiſter iuſtitiarius curam teneat in loco, per dictam conſtit. *Honorem debitum.* per rationem quam reddit ad finem; quia minus lumen per maius luminare ſuperueniens obſcuratur.

*Differentia* 19.

De iure communi, clericus debet coram iudice ſuo Eccleſiaſtico conueniri de omni maleficio, vt eſt tex. *in c. cum non ab homine. extr. de iudic.* Sed de iure regni, poteſt per curiam Regis cognoſci de crimine maieſtatis, & proditionis, vel alio magno per clericum commiſſo, per *conſtitutionem, de perſonis. ſub rub. vbi clericus in maleficiis debeat conueniri.* ſed Doct. ibi communiter dicunt, non potuiſſe edi in præiudicium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, Eccleſiaſticique ordinis.

*Differentia* 20.

De iure communi in cauſa criminali perit inſtantia per lapſum biennii, vt *in l. properandum, in princ. C. de iud. & l. 1. C. infra quantũ temp. dur. act. crim.* Sed de iure Regni, debet intra trimeſtris temporis ſpatium terminari, vt *in conſtitutione, cauſas,* alias *ſub rubrica* Noua conſtitutio, poſita ſub rubric. *Qualiter iudicantes ſe gerere debeant in prouincia ſibi decreta.* Non tamen perimitur inſtantia, ſi non fuerit terminata intra trimeſtre.

*Differentia* 21.

De iure communi omnibus aliis deficientibus vir & vxor adinuicem ſuccedunt, *C. vnde vir & vxor.* ſed de iure Regni eſt ſecus. Nam ſuccedit fiſcus, vt per gl. *in verb. ſine harede. ibi; ſed nunquid vir & vxor. in conſtitutione, Dohanæ ſub rub. de off. ſecreti.*

*Differentia* 22.

De iure communi, de quacunque re conueniatur clericus, debet conueniri coram iudice ſuo Eccleſiaſtico, vt *in c. ſi diligenti. per totum, extr. de foro compet.* ſed de iure Regni eſt ſecus. Nam in ciuili examine reſpondebit, ſiue agatur petitorio, ſiue quolibet poſſeſſorio adipiſcendæ, recuperandæ, vel etiam retinendæ poſſeſſionis: ſeu actione pecuniaria, per conſtitutionem de Burgenſaticis, *ſub rubr. de ſacramento præſtando à baiulis.* ſed non eſt moribus recepta. Et adde *ca. Regni,* quod incipit: *Rober. &c. Omnis prædatio, & inuaſio, &c. ſub rub. de ſpoliatis pro laico contra clericum, &c. Robertus, &c. charitatis affectus, ſub rubr. Conſeruatorum pro laico contra clericum.*

*Differentia* 23.

De iure communi, in cauſa ciuili perit inſtantia per triennium, vt *in l. properandum C. de iudic.* De iure vero Regni ſecus. Nam per ſpatium duorum menſium, vt *in conſtitutione, Omnes baiuli. ſub rubric. infra quod tempus cauſ. debeat determinari,* ſed non eſt moribus recepta.

*Differentia* 24.

De iure communi, cauſæ breuiores non exigunt ſententiam in ſcriptis ferendam, vt *in authent. niſi breuiores. C. de ſentent. ex peric. recit.* De iure vero Regni ſecus. Nam & in breuioribus etiam cauſis exigitur ſententia in ſcriptis, vt *in conſtitutione, ab omnibus. ſub rub. de ſent. in ſcriptis ferendis.* ſecundum primam opinionem gloſſ. *in d. conſtitut. Ab omnibus,* ſed ſecundum vltimam & meliorem eſt ſecus, per *conſtit. primam, de dilat.*

*Differentia* 25.

De iure communi, inſtrumenta in papyro conſcripta bene probant, vt *in c. cum dilecta. § nos igitur attendentes. extr. de confirmat. vtil. vel inutil.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam non probant, niſi in pergamenis conſcribantur, niſi ſint apochæ, vel antapochæ, vt *in conſtitutione, conſuetudinem, ſub rubr. de inſtrumentis conficiend.*

*Differentia* 26.

De iure communi, ſpeciale eſt, quod omnibus poſtpoſitis, & omiſſis mediis appellatur ad Papam, vt *c. ſi quis putauerit 2. q. & c. ſi duob. extr. de appellat.* & not. per Azo. *C. de ſum. trin.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam etiam ad Regem & ad magnam Curiam appellatur omiſſo medio, vt *in conſtitutione, Cum noua noſtri nominis, ſub rub. de iudicibus, &c.* & ibi gl. vlt. *in verb. ſed ad celſitudinem.*

*Differentia* 27.

De iure communi, ſubſcriptio propriæ manus teſtium in inſtrumento neceſſaria non eſt, ſed Tabellio-

bellio poteſt ſcribere nomina teſtium in inſtrumento, vt *in Auth. de fide inſtrum. §. ſed etſi inſtrumenta.* & not. *C. de donat. l. donatio, in gl. non etiam, &c. & l. vlt. C. de teſtam.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia ad validitatem inſtrumenti requiritur ſubſcriptio propriæ manus teſtium, vt *in conſt. inſtrumentorum robur. & ibi gloſſ. in verb. ſubſcribant ſub rub. de fide & autherit. inſtrumentorum* Et qui neſciunt ſcribere, debent facere crucem, iuxta modum, quem ponit ibi gl. *in verbo, aſſumatur ibi; & debet talis teſtis, &c.*

*Differentia 28.*

De iure communi, prius quiſpiam quatuor edictis citabatur, ex not. *in l. peremptorium, cum l. ſeq. ff. de iud.* De iure vero Regni fit vna citatio peremptoria pro omnibus, vt *in conſtit. Edictorum ſub rub. de literis citatoriis.*

*Differentia 29.*

De iure communi creditur nuncio de actu citationis, vt *in c. cumparati. de appel.* & habetur *in c. quoniam contra. in verſ. citationes, extr. de prob.* De iure vero Regni ſecus eſt. Nam non creditur ſoli nuncio, niſi habeat præſentiam teſtium, vt *in conſtit. citationis litera. ſub rub. de aſſignatione literarum citatoriarum.* Et adde *Regiam pragm. ſecundam in ordine,* incip. *Quilibet agere, &c.*

*Differentia 30.*

De iure communi poteſt quis ſuo conſenſu lite conteſtata, vel non, ſuper ciuili actione tranſigere, & expreſſe, & tacite, vt *l. poſtquam liti. C. de pact.* De iure vero Regni eſt ſecus; nam poſt litem conteſtatam ſine licentia curiæ non poteſt, vt *in conſtit. ſponte volentibus. ſub rub. de pactionibus inhibitis, &c.*

*Differentia 31.*

De iure communi contumax in criminalibus, licet eius bona adnotentur, non tamen intra annum de contumacia punitur; quia ſi comparet, & præſtat cautionem de ſtando iuri, aditur, vt *in l. 1. ff. de requir. reis.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam & adnotantur bona, & punitur in tertia parte mobilium, per *conſtitutionem. Grandis vtilitas. ſub rubr de pœna contumaciæ in criminalibus cauſis, quamuis poſtea compareat.*

*Differentia 32.*

De iure communi contumax in criminalibus poſt annum etiam habet facultatem ſe defendendi, vt *l. annis. ad fin ff. de requir. reis.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam contumax poſitus in banno cum ſolennitate *conſtitutionis, Grandis vtilitas.* nullam habet poſt annum facultatem defendendi ſuper principali cauſa, poſtquam fuerit foriudicatus, per *conſtitutionem, Pœnam horum. ſub rub. de forbannitis, & foriudicatis.*

*Differentia 33.*

De iure communi in criminalibus cauſis non admittitur procurator; *l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iud. c. veniens. extr. de accuſat* De iure vero Regni, vniuerſitates & mulieres coniugatæ in criminalibus admittuntur per procuratorem, & ſyndicum, ſiue accuſent, ſiue accuſentur per *conſtitutionem, Generalia iura condentes. ſub rubr. vt vniuerſitas accuſata, & mulieres coniugatæ, &c.*

*Differentia 34.*

De iure communi, filius debet alere patrem, & econtra, vt *l. ſi quis à liberis ff de liber. agnoſcen.* De iure vero Regni nec pater filium, nec filius patrem foriudicatum alere debet, per *conſtitutionem, pœna carere volentes, de vxorib foriudicatorum & parentes.* vbi gl. 1.

*Differentia 35.*

De iure communi accuſans quempiam, & non probans punitur ſimilitudine ſupplicii: quia calumniari præſumitur, *l. 1 C de accuſat. & l 1. ad Turpill.* De iure vero Regni requiritur, quod non probans ſit in euidenti calumnia vt puniatur, per *conſtitutionem, Pœna calumniæ, ſub. rub. de pœna Calumniæ contra calumniantes ſtabilita.*

*Differentia 36.*

De iure communi licet tranſigere in criminalibus quandocunq;, iuxta *l transigere. C. de tranſact.* etiam ſine licentia iudicis. De iure vero Regni ſecus. Nam in his, quæ ſanguinis pœnam imponunt, & in quibus tranſactiones, vel pactiones fieri vetera iura permittunt, vt *in d. l. tranſigere.* non permittitur tranſactio ſine licentia curiæ, poſtquam partes citatæ in iudicio comparuerint: vel poſtquam eſt facta litis conteſtatio, per *conſtitutionem, per citationem emiſſam. ſub rubr. de lite non conteſtata in criminali iudicio.*

*Differentia 37.*

De iure communi oblato libello dantur deliberatoriæ induciæ 20. dierum ad reſpondendum, per *authent. offeratur: C. de litis conteſt.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam ſtatim oblato libello ſine aliis induciis debet reſponderi ſecundum vnam intelligentiam: vel ſecundum aliam infra triduum, per *conſtitutionem, Dilationes, ſub rubric. de dilationibus.* De cuius conſtitutionis tamen multiplici intelligentia, vide omnino gloſſ ibi. *in ver. oblato libello.* & adde *Regiam nouellam pragmaticam, comparente Reo.*

*Differentia 38.*

De iure communi exceptiones dilatoriæ poſſunt quandocunque probari poſt litem conteſtatam, dummodo antea opponantur, vt *in l. exceptionem. C. de probat.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam debent proponi ante litis conteſtationem, & probari, vt *in conſtitutione, Exceptiones ſub rub. de exceptionibus, & dilationibus proponendis in iudicio.*

*Differentia 39.*

De iure communi, ſi accuſo te de minori crimine: & tu reaccuſas me de maiori, antequam nomen tuum ſit receptum inter Reos, impeditur accuſatio mea, & prius in tua proceditur, vt *l. 1. C. qui accuſar. non poſſ.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia in vtraque accuſatione ſimul proceditur, per *conſtitu-*

ſtitutionem, ſi ciuiliter agens ſub rubr. de litis conteſtatione in criminali, vel ciuili, &c.

*Differentia 40.*

De iure communi, ſi ago ciuiliter contra te: & tu reconuenis me criminaliter, impeditur litis conteſtatio, vel proceſſus iudicij, vt *l. fin. de ordin. cogn.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia non vt olim impeditur litis conteſtatio, vel proceſſus iudicij: ſed abſque præiudicio aliquo in vtraq; cauſa ſimiliter proceditur, per *conſtitutionem, ſi ciuiliter agens, ſub rubr. de litis conteſtatione in criminali, vel in ciuili, &c.*

*Differentia 41.*

De iure communi, indiſtinctè citatus coram maiori auditorio poteſt deſerere inchoatam litem coram minori Iudice, vt *l. contra §. fin. ff. de re iud.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam accuſatus coram iuſtitiario de pari, vel minori crimine, vel de quæſtione feudali, ſi citatus coram magiſtro iuſtitiario, non poteſt deſerere litem inchoatam coram inſtitiario, niſi crimen, de quo citatur apud magiſtrum iuſtitiarium, eſſet maius. Hæc tamen diſtinctio non cadit in crimine læſæ maieſtatis, nam de eo crimine prius accuſatus coram iuſtitiario, ibi debet perſiſtere. Hæc omnia habes per *conſtitutionem, Contingit interdum. ſub rubr. de accuſatione coram iuſtitiario.*

*Differentia 42.*

De iure communi, exceptio filiationis impedit litis conteſtationem, per *l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.* Nam ibi mater non admittitur ad proſequendam mortem filij, & accuſationem proinde inſtituendam, niſi primo doceat, quod fuerit mater. De iure vero Regni eſt ſecus. Nam iſta exceptio filiationis, ſicut & exceptio generis, ſeu gentis, & quod hæres non ſit, qui actionem, vel accuſationem intendit, non impedit litis conteſtationem, per *Conſtitutionem, Exceptione, ſub rubrica, de litis conteſtatione non retardanda exceptionis obiectu.*

*Differentia 43.*

De iure communi, poteſt quis ſuas exceptiones peremptorias proponere, & probare vſque ad ſententiam, per *l. peremptorias. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* De iure vero Regni eſt ſecus, per *conſtitutionem, Lite legitime conteſtata, ſub rubric. de proceſſu iudicij.* quæ vult, vt tam Actor intentionem ſuam, quam Reus ſuam exceptionem proponat intra biduum poſt litis conteſtationem: poſtea non audiuntur, & probabunt intra terminum conſtitutum, qui erit arbitrio iudicis: vt dicitur *in d. conſtitutione, ad fin.* Sed de iſtis vide omnino Regiam nouellam pragmaticam, *Comparente reo.* quæ aliter circa prædictas exceptiones videtur diſponere, quam ſupradicta conſtitutio proſpexerit.

*Differentia 44.*

De iure communi, ſufficit ſemel iurare in cauſa de calumnia, vt *l. hoc ſacramentum. C. de iuram. calum.* De iure vero Regni eſt ſecus, per *conſtitutionem. Si exceptio peremptoria.* ſecundum vnam lectionem. *Gloſſ. 2. ibi in verb. malitioſa. ſub rubric. de exceptionibus malitioſe oppoſitis.* vbi habetur poſſe exigi à iudice iuramentum ab opponente exceptionem peremptoriam: quod non malitioſe, nec cauſa tantum prorogandi iudicium eam opponat: & in quantum ad fin. mandat non probantem exceptionem in expenſis condemnari. Adde adauctam eſſe pœnam in hoc per *regiam nouellam pragmaticam, Quicunque, ſub rubr. de pœna opponentium exceptiones, quas non probauerunt.* vt vltra expenſas condemnetur in decem tarenis pro qualibet exceptione huiuſmodi oppoſita & non probata.

*Differentia 45.*

De iure communi, poteſt Aduocatus patrem interrogare, vt *l. ſi ſine, in princ. ff de interrog. act.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia Iudex tantum, per *conſtitutionem, Partes in iudicio ſub rubr. de interrogandis litigatoribus à iudice.*

*Differentia 46.*

De iure communi non committitur examinatio, ſiue audientia teſtium, in criminalibus, vt *authent. apud eloquentiſſimum. C. de fid. inſtrument.* cum quo concordat *conſtitutio, in pecuniarijs. ſub rubric. in quibus cauſis audientia teſtium committatur, &c.* De iure vero Regni committitur literatis Curiæ, per *Ritum magnæ curiæ,* cuius eſt initium: *Item ſeruat ipſa Curia ſub rub. non committitur examinatio teſtium in criminali, niſi literatis Curiæ.*

*Differentia 47.*

De iure communi, licet Iuſtinianus doceat caute deponere, vt *in Authent. de fide inſtrum. §. ſi quis vult caute deponere.* De iure tamen Regni debet cautius deponi. Nam vltra libram auri, ſi conſiſtat depoſitum, debet fieri publicum inſtrumentum, & alias, vt dicitur *in Conſtitutione, In cauſa depoſiti, ſub rub. de cauſ. depoſiti.*

*Differentia 48.*

De iure communi poſſunt lite non conteſtata à ſe timente conueniri produci teſtes, de quorum receſſu vel valetudine dubitet præſente parte aduerſa, vel contumaciter abſente, vt *in Anthent. de teſtib. §. & hoc vero. collat. 7. &c. quoniam frequenter, extra, vt lite non conteſt.* Et talis reſtium receptio & productio ſemper durat, quouſque producens conueniatur. De iure vero Regni eſt ſecus. Nam talis receptio teſtium, valet tantum in annum, per *conſtitutionem, Probationum incurſibus. ſub rubr. de probat. & teſtib. ante lit. conteſt. producend.*

*Differentia 49.*

De iure communi ſubuenitur mulieribus tantum in Velleiano, vt *ff. ad Senatuſconſult. Velleian.*

pro

*ſtr tot.* De iure vero Regni latius eis ſubuenitur, vt patet *in conſtitutione, Mulieribus. ſub rubr. de reſtitutione mulierum. & in conſtitutione, Obſcuritatem, ſub rubr. de reſtitutione mulierum.*

*Differentia 50.*

De iure communi dicuntur minores, qui minores ſunt 25. annis, vt *in l. fin. C. de his qui ven. ætat. impet. & ff. de minor. per tot.* De iure vero Regni dicuntur minores, qui ſunt 18. annis, *per conſtitutionem, Minorum iura. ſub. rub. de reſtitutione minorum.*

*Differentia 51.*

De iure communi, cum reſtitutio petitur in integrum, per procuratorem, exigitur ſpeciale mandatum, vt *l. illud. §. ſi talis. ff. de minor.* De iure vero Regni eſt ſecus, *per conſtitutionem, Beneficium. de reſtitutione Reipublicæ.* quæ non vult exigi ſpeciale mandatum, ſed ſufficit generale.

*Differentia 52.*

De iure communi, alienantes aliquam rem cauſa mutandi iudicii, incidunt in vitium litigioſi poſt litis conteſtationem, vt *in Auth. de litigio.* De iure vero Regni dicitur futurum iudicium, etiam ante litem conteſtatam facta citatione, *per conſtitutionem, Eorum fraudibus. ſub rubr. de alienationibus rerum in iuditio deductarum.*

*Differentia 53.*

De iure communi, conceditur tertia pars precii emptori ignoranti, quando eſt alienata res cauſa mutandi iudicii, etiam ante litis conteſtationem, facta tamen citatione, vt dicit gloſ. 1. *in conſtitutione, Eorum fratribus.* De iure vero Regni, conceditur quarta pars emptori ignoranti, per *d. conſtitutionem, Eorum fraudibus ſub rubr. De alienationibus rerum in iudici. deductarum.*

*Differentia 54.*

De iure communi, non eſt ſtatutum, neque eaſdem tempus ad præſentandum apoſtolos iudici ad quem: ſed ſemper eſt in arbitrio iudicis, à quo appellatum eſt, vt *l. præſes. C. de app. & ibi notat.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam ſi quis appellat ad principem, habet ſpacium quinquaginta dierum ad apoſtolos præſentandum: quos ſufficit magiſtro iuſtitiario, vel iudicibus magnæ curiæ præſentare. Si autem appellat ad alios iudices; tunc prædictum tempus eſt in arbitrio eius iudicis, à quo appellatur: dummodo nõ excedat dictum tempus quinquaginta dierum, per *conſtitutionem, Appellationum tempora. ſub rub de appell.* Sed iſta non eſt proprie differentia.

*Differentia 55.*

De iure communi ciuili, magna fuit altercatio inter Doctores, num poſſint in appellationis cauſa teſtes produci ſuper eodem articulo? vt notat. *in l. per hanc. C. de temp. appell.* & ibi eſt vera opinio, quod ſic. De iure vero Regni, talis opinio eſt reprobata: vt nullo modo poſſint in eodem articulo iterum teſtes produci, poſtquam quiuis didicerit teſtificata, per *conſtitutionem, Iuriſperitorum altercationes. ſub rub. de probation. in appellationibus producendis.* & notanter, & cum myſterio dixi, de iure communi ciuili: quia dicta conſtitutio concordat in hoc cum iure canonico, vt *in c. fraternitatis, extra, de teſtibus. & in Clem. 2. eod. tit.*

*Differentia 56.*

De iure communi adſcriptitii poſſunt clericari præter domini voluntatem, vt *auth. adſcriptitios. C. de Epiſc. & cler.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia nõ poterunt clericari ſine domini voluntate, per *conſtitutionem, Adſcriptitios. ſub rubr. de Vaſallis non ordinandis.* & loquitur de his adſcriptitiis, qui ſunt glebæ perſonaliter adſcripti: ſecus in villanis, qui non perſonaliter, ſed de rebus ſeruire debent, de quibus loquitur conſtitutio ſequens, quæ incipit: *Errores eorum ſub rub. de his, qui debent accedere ad ordinem clericatus.*

*Differentia 57.*

De iure communi feudorum, alienans admittit feudum, vt *in tit. quib. mod. feud. amitt. §. 2. & 3. & not. extr. de feud cap. vlt. & in §. callidis. & in c. imperialem. de prohib. feud alien. per Freder.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia ipſe idem, qui alienauit, poteſt renocare alienationem, & venire contra factum proprium, etiam iuratum, per *conſtitutionem, Conſtitutionem diuæ memoriæ & ibi gloſſ in verſ. Iure proprio. ſub rubr. de renocatione feudorum, & rerum feudalium.*

*Differentia 58.*

De iure communi prohibitæ ſunt pignorationes tam canonico quam ciuili, *vt in c. ſi pignorationes. de iniuriis & dat. dam. lib. 6. & in Auth. vt non fiant pignora* & arg *l extat. ff quod met. cauſ* De iure vero Regni poteſt dominus vaſallum, & vaſallus dominum pignorare authoritate propria, pro fideiuſſione facta, quando non liberatur fideiubens, per *conſtitutionem, Si dominus vaſallum. ſub rubr. de adhibenda fideiuſſione dominorum & vaſallorum.*

*Differentia 59.*

De iure communi æqualiter ſuccedunt filii & filiæ. *l. maximum vitium. C. de lib. præter.* De iure vero Regni, extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedunt, ſiue in feudalibus, ſiue in burgenſaticis: ſed maritantur de peragio, per *conſtitutionem, In aliquibus. ſub rubric. de ſucceſſione filiorum Comitum, vel Baronum.*

*Differentia 60.*

De iure communi recipiens ſeruos fugitiuos incidit in pœnam, de qua *in l. quicunque C. de ſeru fugit.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia imponitur maior pœna: per *conſtitutionem, Seruos & ancillas. ſub rubr. de ſeruis & ancillis fugitiuis.*

*Differentia 61.*

De iure communi, eſt deſcriptio anni, vt *l. ſi quis. C. de naufr. lib. 11* & præſcriptio biennii, *l. qui agros. C. de omni agro deſer.* De iure vero Regni, eſt talis præſcriptio anni ſublata, per *conſtitutionem, Duram & datam. ſub rubr. de præſcription.*

*Differentia 62.*

De iure communi agens iniuriatum ciuiliter contra quempiam, conſequitur totum, vt *Inſtit. de iniur. §. in ſumma.* vel ad minus medietatem, vt per gl *pen. in verb. Partem. in conſtitutione, Varietates pœnarum.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia habet tertiam partem tantum, & fiſcus duas, per *d. conſtitutionem, Varietates pœnarum. ſub rubr. de conſideratione iniuriæ, temporu, & perſonæ.*

*Differentia 63.*

De iure communi pœna falſi eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, *l. 1 ad finem. ff. eodem.* De iure vero Regni eſt ſecus: quia qui Regias literas aut mutat, aut eas noto ſigillo ſignat, capitali ſententia plectitur, per *conſtitutionem, Qui literas. ſub rubr. de falſar.* Sed adde, quæ habentur *in c. regni, Vt quæ ab extellentia. ſub rubric. de pœna inſligenda falſariis.*

*Differentia 64.*

De iure communi maritus non poteſt occidere hominem in adulterio deprehenſum: ſed tantum turpem & vilem: & in domo ſua tantum, non etiam ſoceri, nec etiam poteſt vxorem deprehenſam in adulterio occidere: licet ſi occidat, ignoſcatur ei quantum ad pœnam legis Corneliæ de ſicar. & mitius puniatur, vt per gl. *in conſtitutione, Si maritus. ſub rub. de pœna vxoris in adulterio deprehenſæ.* De iure vero Regni ſecus eſt: quia permittitur marito occidere vtrumque; videlicet vxorem & adulterum. Dico omnem, quicunque ſit, & cuiuſcunq; conditionis, & in omni loco, per *d. conſtitutionem, Si maritus.*

*Differentia 65.*

De iure communi lenæ nouiſſimum & vltimum ſuſtinent ſupplicium, id eſt, mortis. *verſ. ſi enim pecuniarum eos, &c. in auth de lenoni. § preconizamus.* De iure vero Regni eſt detruncatio naſi, per *conſtitutionem, Lenas ſolicitantes, ſub rub. de lenonibus.*

*Differentia 66.*

De iure communi blaſphemantes, vltimum ſupplicium patiuntur, vt *in Auth. vt non luxu. con. natu. eclum. 6.* De iure vero Regni ſecus: quia linguæ maliloquæ mutilatione puniuntur, per *conſtitutionem, Blaſphemantes. ſub rubr. blaſphemantibus* Deum *& virginem Mariam.*

*Differentia 67.*

De iure communi periurus repellitur à teſtimonio, vt *l. Lucius, ff. de his qui not. infam & quod ibi not. gl. ordin* & facit *c. ſicut nobis. in fin. extra, de teſtib.* De iure vero Regni detruncationem ſuſtinet manus, per *conſtitutionem, Eos, qui, ſub rubr. de periurijs.*

*Differentia 68.*

De iure communi, ſpolians occiſum, punitur pœna, de qua *de ſepulchro violato. per tot.* De iure vero Regni, vltra pœnas proditas de iure communi plectitur adhuc mutilatione manus, per *conſtitutionem, Si quis aliquem, ſub rubric. Qui hominem occiſum ſpoliauerit.*

*Differentia 69.*

De iure communi non creditur confitenti de ſe crimen contra ſocios, vt habetur plene per textum gloſſ & Doct. *in c. 1. de confeſſ.* De iure vero Regni ſecus. Nam dictum trium malefactorum contra eos, qui nominauerint eſſe ſuorum malefactorum complices, & conſocios, participes, & fautores, facit tantam fidem, quantam faceret teſtimonium duorum proborum virorum, per *c. Regni. Carolus. & c. Frequens & ineffrenata, &c ſub rub de teſtimonio publicorum diſrobatorum, &c.* Sed hodie per c. Caroli Secundi, cuius eſt initium: *Conſtitutionem.* modificatum eſt. ſi ab eis nominati ſint alii leues perſonæ, alias iſta talis confeſſio non operatur probationem, ſed operatur: quod ſpecialiter poſſit contra ipſos inquiri & ex officio procedi, vt *ibi.*

*Differentia 70.*

De iure communi raptor alicuius rei punitur, vt *ff. Cod. & Inſtit. tit. vi bonor. rapt.* De iure vero Regni aliter. Nam ſi quis rapuerit rem infra Auguſtalem, fuſtigatur, & ſignatur in fronte: & nihilominus de tota prouincia bannitur: ſi rem Auguſtalem ad vnciam vſque manum amittit: qui vero vltra vnciam: ſuſpendio condemnatur; ſiquidem nobilis non ſit: ſi autem ſit, capitali pœna, per *c. Regni. Ad hoc, quod noſtrorum. ſub rub. de furt.* Sed adde, quæ habentur *in c. Regni.* incip. *Placuit. ſub rub. de pœna rei ablatæ pretio non ſoluto.*

*Differentia 71.*

De iure communi, arreſtans bona alicuius, incurrit pœnam de iure ciuili, de qua *in Auth. vt non fiant pignor.* Et de iure canonico *in c. etſi pignorantes. de iniuriis, & damno dato, libr. 6* De iure vero Regni eſt indicta pœna capitalis, *vt in c. Regni contra effrenatas. ſub rubr. Ne quis author prop. cap. aliquem de perſon.* nec eius bona, licet per *conſtitutionem,* Comes, medietatis bonorum omnium proſcriptione damnetur. Et adde *c. regni. Item nullus. ſub rub. quod non arreſtentur in ſtratis, &c.*

*Differentia 72.*

De iure communi, res obligata poteſt dari Eccleſiæ, ſiue ſit obligatio ſeruitutis realis, ſiue ſit obligatio conuentionalis pro debito; cum ſemper tranſeat cum onere, *l. ſi ex prouinciali. C. de ſeruitut. & aq. & l. ſi debitor. de diſtract. pign.* De iure vero Regni ſecus, per *c. regni Item ſtatuimus. ſub rub. quod poſſeſſiones & res non obligatæ, &c.*

*Differentia 73.*

De iure communi, clericus de omni maleficio debet coram Eccleſiaſtico iudice conueniri, vt *in c. Cum non ab homine. extr. de iud. & de foro compet. per tot.* & diximus ſupra. 19 Differ. De iure vero Regni eſt ſecus. Nam in criminalibus, ſpretis defenſis, & in portatione armorum ſunt de foro ſeculari, per *c. regni. Item ſtatuimus. ſub rub. quod vaſalli Eccleſiarum, & c.*

*Differentia 74.*

De iure communi, in cauſis criminalibus non ad-

admittitur procurator, *l. penul §. ad crimen. ff. de publ. iud. c. veniens. extr. de accuſat.* De iure vero Regni eſt ſecus; quia in criminalibus perſonæ vltra denarium numerum conſtitutæ, conſtituunt procuratorem, vt *in c. regni. Eodem ſtudio proſequentes. ſub rubr. quod in cauſis criminalibus poſſit conſtitui procurator, &c.* Et adde, quod dixi ſupra *in 33. Different.* Et adde *c. regni. Statuimus. ſub rubric. quod liceat ſpecialibus perſonis in criminalibus, &c.*

*Differentia 75.*

De iure communi, vbi pœna venit applicanda fiſco. dicitur cauſa criminalis, vt plene per Doct. *in rub. extr. de iud.* Ergo ordo iudiciarius requiritur: & ſic litis conteſtatio, & alia ſubſtania iudicii, & proceſſus, vt habetur & notatur *in l. prolatam.* C. *de ſentent & in c. de cauſis. de offic. deleg.* De iure vero regni eſt ſecus: quia in pœnis pecuniariis fiſco applicandis proceditur ſummarie, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicii, per *c. regni. Carolus Secundus. &c. Ab olim de curia noſtra, &c. ſub rubric. quod in pœn. pecuniar. &c.*

*Differentia 76.*

De iure communi, licet exceptio recuſationis iudicis ſit alias dialatoria, tamen ſi de nouo ſuperuenerit poſt litis conteſtationem, admittitur, vt *in c. inſinuante. extr. de offic. deleg.* De iure vero Regni eſt ſecus; quia non admittitur poſt litis conteſtationem, etiamſi dicatur de nouo emerſiſſe, per *c. regni. Prolixitatem tollere litium.* Quod nota ad *c. aliud.* cuius eſt initium: *Item ſi contingat iudicem ordinarium, vel delegatum allegari ſuſpectum, &c.* alias incip. *Principis cirumſpecta prouiſio.*

*Differentia 77.*

De iure communi, præſes vnius prouinciæ non poteſt capere malefactores in alterius præſidis prouincia, per reg *l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iud.* Item bannitus captus extra territorium bannientium, debet relaxari; quia non legitime captus, ſecundum Baldum *in leg.* 2. C. *de ſeru. fugit.* etiam ſi familia voluerit eum capere in territorio, & fugientem ceperit extra territorium, ſecundum Baldum *in c. cum olim. in fin. de dolo & contumac.* Bart. *in l. quod ait lex. §. 1. ff. de adult* De iure vero Regni eſt ſecus: quia præſes vnius prouinciæ licite capit malefactores in alterius prouincia, per 15. milliaria, per *c. regni Robert. & c. diu iam & pluries. ſub rubric de rapiendis malefactoribus in alterius prouincia.* Sed mihi videtur illud capitulum fuiſſe locale: videlicet in iuſtitiariis principatus, per rationem, quæ ibi redditur in litera; & maxime; quia fuit editum ad beneplacitum illius principis, qui plurimis ab hinc annis in fata conceſſit.

*Differentia 78.*

De iure communi, Officiales durant tantum per annum, vt *l. defenſoribus. cum gloſſ.* C. *de defenſ. ciuit.* & per Ioan de Platea *in leg. neminem. in 2. notabili.* C. *de ſuſcept. & arca. libr.* 10, concordant multæ regni conſtitutiones, vt *In conſtitutione, Occupatis. ad fin. ibi, Anni circulo.* & *in conſtitutione, iudices. & c. regnis* quod incip. *Electionem. ſub rub. de iudicibus perpetui, non ſtatuendis.* De iure vero Regni, & magis nouo officiales exercent officia eorum, etiam vltra annum vſque ad aduentum ſucceſſorum, per *c. Robertus. & c. ſcire vos volumus, &c. ſub rub. quod baiul. iudices exerceant, &c.*

*Differentia 79.*

De iure communi, emere victualia ante tempus, non eſt vſura; aut contractus vſurarius formalis, vt habetur plene *in c. in ciuitate. extra, de vſur.* propter dubium euentum valoris, & pretii, vt *ibi.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam prohibetur emptio victualium ante tempus, & eſt vſura, per *c. regni.* cuius eſt initium: *Robertus. &c. Pro publici bonor. compendio. ſub rub. de indebitatoribus victualium, & vſuris.*

*Differentia 80.*

De iure communi ille, qui habuit à Titio ſub vſuris, non eſt idoneus teſtis contra ipſum Titium ad probandum eum eſſe vſurarium: quia eſſet teſtis in cauſa propria. Nam ſi conuinceretur ipſe vſurarius, poſſet ipſe teſtis recuperare vſuras ab eo extortas, vt habetur *in tot. tit. C. & extr. de vſur.* & dixi plene *in ſoliloqu. meis, ſoliloqu* 36. cuius eſt initium: *Capitulum regni.* De iure vero regni ſecus eſt. Nam ſi tres teſtes fide digni iurati teſtificantur criminatum ipſum in eos exercuiſſe huiuſmodi vſurariam prauitatem, non obſtante, quod in eodem teſtimonio ſint ſingulares, & in eorum cauſis propriis quodammodo depoſuiſſe cognoſcantur, habentur ac ſi probatum eſſet legitime crimen, per *c. regni,* cuius eſt initium: *Ludouicus & Ioanna, & c. Nouiter noſtræ maieſtati, &c. ſub rub. Litera regis, & reginæ contra vſurarios.*

*Differentia 81.*

De iure communi, omnes cauſæ regulariter ſunt ordinariæ, vt probatur *in Clem ſæpe. de V. S.* & in eis debet ſeruari ordo iuris, vt habetur maxime *in l prolatam.* C. *de ſent.* De iure vero Regni omnes cauſæ ſunt ſummariæ, vt in regia nouella pragmatica prima in ordine, cuius eſt initium: *Diſpendia litium &c. regni. Deteſtantes. ſub rubr. Capitulum emanatum à duce Calabriæ, &c.* de cuius cap. intellectu, vide Parid. *in ſuo ſyndic. in verb. ſententia.*

*Differentia 82.*

De iure communi, proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto, vt habetur *in c quoniam frequenter extra, vt lite non conteſtat. & de eo, qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſeruandæ. per tot. & in leg ſi finita. §. Iulianus. vbi materia. ff. de damno infecto.* De iure vero Regni proceditur aliter, vt patet per Regias pragmaticas. quarum altera incipit: *Relatione citationis.* altera vero, *Reo in eius contumacia.*

*Differentia 83.*

De iure communi, in iudice recuſando ſeruantu

tur ea, quæ habentur *in l. apertiſſimi. C. de iud & in c. ſuſpitionis. de off. deleg. & in c. legitima. de appell. libr. 6.* De iure vero Regni datur alia forma, aliuſve modus ſiue iudex ſit ordinarius, ſiue delegatus, per *c. regni. Item ſi contingat.* alias incip. *Principis circumſpecta prouiſio.*

*Differentia* 84.

De iure communi, appellans habet annum ad proſequendum appellationem: vel ex cauſa biennium, vt *in c. cum ſi Romana. & in c. ex ratione. extr. de appell.* De iure vero regni facta præſentatione proceſſus copiæ, & appellatorum, iuxta *conſtitutionem, Appellationum tempora.* vt diximus ſupra 54. *Differenti.* immediate per menſem in non proſequendo cauſam ſuæ appellationis, appellans in hoc incurrit; quia ſi appellatus voluerit appellationem ipſam ſtatim proſequi: & proſequente, vel non proſequente dicto appellante, non teneatur expectare tempus à iure communi canonico, ciuili, ſeu municipali ſcripto, vel non ſcripto ſtabilitum per ritum magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item ſi appellans.*

*Differentia* 85.

De iure communi, cauſa per ſupplicationem deuoluta, debet fieri executio in cauſa principali, data cautione ſecundum formam. *authen. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. offer.* De iure vero regni, licet fiat executio in cauſa principali: non tamen fit in expenſis, quouſque cauſa ipſa ſupplicationis fuerit per ſententiam terminata, per ritum magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item ſi contingat cauſas.*

*Differentia* 86.

De iure communi, quamuis in criminalibus non admittatur procurator, *l. penul. §. ad crimen. ff de publ. iud. c. veniens. extra, de accuſat.* tamen hoc non habet locum in vno articulo ad media cauſæ: puta ad videndum iurare teſtes: item ad iurandum de calumnia: vt refert, & ſequitur, & exemplificat Felin. *in c. meminimus. in 4. & 5. col. extra, de accuſat.* De iure vero Regni, non admittitur etiam ad vnum articulum ad media cauſæ, per ritum magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item quod in cauſis criminalibus.* Dixi *in ſingularibus meis in formis ſingul.* 82. incip. *Clara eſt illa concluſio.*

*Differentia* 87.

De iure communi multi ſunt caſus, in quibus prodita eſt actio ſeu accuſatio popularis, vt per *tot. tit. ff de publ. iud. & ff. de popular act.* De iure vero Regni; nullus admittitur ad accuſandum, tanquam vnus de populo, niſi ſuam, ſuorumve iniuriam proſequatur, per Ritum magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item quod nullus laicus, ſub rubr. quod nullus admittatur.*

*Differentia* 88.

De iure communi regulariter poteſt agi ex iure ceſſo, & ex omni cauſa, etiam non neceſſaria, & ex cauſa etiam lucratiua. De iure vero Regni ſecus. Nam non agit quiſpiam iure ceſſo, niſi fuerit neceſſaria, & ex cauſa lucratiua facta, per ritum magnæ curiæ, incip. *Item quod nullus. ſub rubr. de iure ceſſo.*

*Differentia* 89.

De iure communi, iſta cognitio an ſit quiſpiam clericus, necne, eſt quid ſpirituale, & ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, *c. ſi iudex laicus. de ſent. excom. libr.* 6. De iure vero Regni ſecus. Nam iudex ſecularis cognoſcit, per ritum magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item ſi aliquis clericus citatus fuerit.*

*Differentia* 90.

De iure communi, clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali in duobus, ſcilicet, quod non trahatur ad iudicium ſeculare, & gaudeat. *can. ſi quis ſuadente diabolo.* 17. *qu.* 4. vt habetur *in c. 1. de cler. coniug. lib. 6. & per tot. tit. C. de Epiſc. & cler.* De iure vero Regni ſecus; quia non admittitur ad aliquod priuilegium, per ritum magnæ Curiæ, incip. *Item quod ſi aliquis citatus fuerit, ſub rubr. Clericus coniugatus non admittitur.*

*Differentia* 91.

De iure communi, exceptio excommunicationis oppoſita in iudicio, probatur intra octo dies, vt *in c. pia. de except. lib.* 6. De iure vero regni ſecus. Nam non admittitur niſi in promptu, vt in ipſo inſtanti probetur, per ritum magnæ Curiæ, incip. *Item in quibuſcunque cauſis. ſub rubr. quod exceptio excommunicationis non admittatur, niſi doceatur in promptu.*

*Differentia* 92.

De iure communi, eſt magna digladiatio inter Doctores, num clericus poſſit reconueniri à laico, in foro ſeculari, vt per Canoniſt. *in c. at ſi clerici. extr. de iud.* De iure vero Regni ſeruatur forma, de qua in ritu magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item quod clericus in maioribus. ſub rubr. Quod tenetur clericus reſpondere per viam reconuentionis.*

*Differentia* 93.

De iure communi, ad hoc vt non reſpondens habeatur pro confeſſo, requiritur, quod ſit monitus à iudice in iudicio, vt *in c. ſi poſt præſtitum. de confeſſ. lib* 6. De iure vero regni ſeruatur forma, de qua in ritu magnæ Curiæ, cuius eſt initium: *Item ſeruat ipſa curia. ſub rubric. de forma citandi quem vt legaliorem.*

*Differentia* 94.

De iure communi, eſt magna diſputatio inter Doctores, cuius expenſis exhibeatur copia libelli, vel qualis qualis petitionis, & ponunt Doct. *in c. 1. de libell. obl. & in auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* De iure vero Regni iſta dubitatio conquieuit. Nam datur expenſis actoris, per regiam nouellam pragmaticam, *Comparente Reo.*

*Differentia* 95.

De iure communi exceptiones peremptoriæ, vt de re iudicata tranſacta, ſeu finita, de quibus *in c. 1. de litis conteſt. lib. 6.* & per gl. *in conſt. de exceptione filiationis,* impediunt litis ingreſſum. De iure vero regni poſſunt ad merita reſeruari, per regiam nouellam prag-

pragmaticam, cuius eſt initium: *Si reus, ſub rubr. de modo procedendi, quando exceptiones impedientes, &c.*

*Differentia* 96.

De iure communi admittuntur teſtes poſt publicationem, qui de nouo ſuperueniſſe allegantur, vt plene per Doct. maxime Modern. Papien. *in l. admonendi. ff de iuriur.* De iure vero regni ſecus, per regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: *Quandoque ſolent. ſub rub. de teſtib. qui de nouo ſuperueniſſe allegantur.*

*Differentia* 97.

De iure communi, iudex procedens ad capturam alicuius in criminalibus abſque indiciis, non cadit in pœnam, vt eleganter dixit Bald. *in leg. etſi certus, ff ad Syllan.* & Bald. *in l.* 11 *C de his qui latron.* & Angel. *in l. item apud Labeonem. § quæſtionu. ff. de iureiuran.* & dixi plene in Epitomatibus meis, *in epitomate* 89. cuius eſt initium: *Licet iudex.* De iure vero Regni eſt ſecus. Nam ita demum detinetur inquiſitus, cum incipit conſtare per vnum teſtem de viſu: & eſt alias reſperſus infamia de illo crimine, de quo agitur per ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: *Item ſi accuſator. ſub rubr. detinetur inquiſitus, &c.* licet à latrunculatoribus noſtri temporis perniciofe obſeruetur.

*Differentia* 98.

De iure communi quis non compellitur ad compromiſſum etiam cum conſanguineo. De iure vero regni ſic, vſque ad quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, ſecundum ius ciuile computandum, per regiam nouellam pragmaticam, cuius eſt initium: *Odia, quæ inter coniunctos. ſub rubr. de compromiſſis inter coniunctas perſonas.*

*Differentia* 99.

De iure communi, in multis caſibus admittitur procurator in criminalibus pro aliquo citato, quos proſequuntur Doct. *in l. penult § ad crimen ff. de publ. iud. & in l. ſeruum quoque §. publice ff de procurat. & in c. veniens extr. de accuſ.* De iure vero Regni nulla exceptio admittitur per procuratorem pro parte ipſius citati, niſi fuerit exceptio infirmitatis aut abſentiæ, aut captiuitatis, per ritum magnæ curiæ, cuius eſt initium: *Die vigeſima prima menſis Iulii. ſub rub. de petitionibus admittendis in cauſis criminalibus.*

*Differentia* 100.

De iure communi, teſtes debent iurare intra terminum datum ad probandum: licet poſſint iuramento præmiſſo in termino, deponere poſt terminum. De iure vero regni, poſſunt etiam iurare per dies tres poſt eundem terminum immediate ſequentes: & ſubſequenter deponere eorum teſtimonium veritatis, per ritum magnæ curiæ: cuius eſt initium: *Item quod in quibuſcunque cauſis. ſub rubr. Quando citati infra terminum poſſunt iurare poſt infra triduum*

Habetis, nouelli Legum laureati acutiſſimi, centum inter ius commune, Pontificium ſcilic. & Cæſareum, & ius Regni huius Siciliæ Differentias notabiles: tametſi alias adhuc potuiſſem forte adducere, attamen has veluti notabiliores, vtilioreſque, ac magis in iudicio verſatiles colligendas exiſtimaui. Vos igitur admonendos eſſe cenſeo, vt eas memoriæ dignas exiſtimantes, memoriæ perpetuæ commendetis. Erunt enim vobis, & honorem, & commodum mirum in modum allaturæ. Valete, Kal. Iul.

FINIS.

LAVS DEO OPTIMO MAXIMO.

# SINGVLARIA ET IVRIS NOTABILIA

CVM

# DECLARATIONIBVS

ad varias leges & Paragraphos:

AVCTORE

## ROBERTO MARANTA J. V. D.

ET PRACT. PRINCIPE.

*A.*

Actio quando competat, & quando officium iudicis, ad hoc ſciendum, dic, aut verba legis diriguntur in partes; & tunc competit actio, vt *l 2. in princ. ff. ad leg. Aquil.* aut diriguntur in perſonam iudicis; & tunc competit officium iudicis. *l. 2. C. de edend.* aut verba legis proferuntur imperſonaliter, & competit actio, *l. ſtatuas. ff. de acq. rer. dom.* & de his vide Bart. *in l. 1. ff. de cond. ex leg. in verſ. 2. principaliter eſt videndum.*

Annus eſt duplex, ſcilicet naturalis, & emergens, & hoc ſecundum leges: naturalis dicitur ille, qui incipit à prima die Ianuarii, vel Septembr. ſecundum conſuetudinem locorum: emergens vero poteſt incipere quandocunque. Vnde ſi dico, promitto dare tibi hoc anno, & ſumus in menſe Auguſto: ille annus intelligitur de emergenti, & ſic durat vſque ad alium Auguſtum, & hoc eſt vtile ſcire pro libellantibus. nam ſi fuerit quis vulneratus de menſe Octobri, & poſtea facio libellum de menſe Martio: & dico qualiter talis hoc anno fuit vulneratus, non propterea videor dicere falſum, quia intelligitur de anno emergenti: eodem modo dicimus de menſe, ſi dico, dabo tibi hinc ad menſem, intelligitur de triginta diebus, & ſic de menſe emergenti, & hoc voluit Alexand *in l. diuiſione. & l. diuortio. §. item ſi meſſes. ff ſoluto matrim.*

Actus quidam dicuntur fieri contra legem: quidam præter legem. qui fiunt contra legem, ſi dubitatur, an valeant; dic, aut lex vltra procedit adiiciendo pœnam contrafacienti; & tunc valent, tamen contrafaciens punitur, ſatis enim eſt eum puniri, *argum. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam.* & hoc probatur: quia lex non ſtetit in puris finibus prohibitionis, vt *l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Si vero lex vltra non procedit; & tunc non valent ipſo iure, *l. non dubium. & ibi Bart. C. de legib. & l. pacta, quæ contra. Cod. de pact.* & not. Bartol. *in l. multum. ff. de verborum obligat.* Qui vero fiunt præter legem, valent ſine dubio, maxime quando interuenit conſenſus partium, *l. paciſci. ff de pact. & l. quæritur. §. penult. ff. de ædil. edict. & l. 1. & ibi not. C. de pact.* vide tamen omnino de prædictis Imol. *in c. cum contigat. in 97. colum. de iureiur.* vbi plene.

Appellans à ſententia iudicis, non tenetur probare de iniquitate ſententiæ, ſed victor tenetur probare omnia, quæ probauerat in prima cauſa, vt *in Auth. de his, qui ingred. ad app §. illud quoque,* & non eſt; quia licet præſumatur pro ſententia, vt *extr. de renuntiat. in cap. præſentia.* tamen hoc non præſumitur, quando ab ea eſt appellatum. vt dicit Abbas *ibi in 3. colum.* & idem Abb. *in cap. quoniam contra. in 10. colum. de probat.* Sed hoc non habet locum in eo, qui reclamat à laudo arbitri, petendo illud reduci ad arbitrium boni viri: quia licet tunc etiam non præſumatur pro laudo, tamen reclamans debet probare de iniquitate laudi, ita notat Alexænd. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 7. colum ff de verbor. oblig.*

Applumbatio, & ferruminatio, in hoc differunt: nam applumbatio dicitur quædam coniun-

ctio,

ctio, quæ fit per diuerſas materias, vt quando pannus iungitur panno, cum filo, & ideo dicitur; quia plerumque talis coniunctio fit per plumbum, vt quando lapis iungitur lapidi: ſed ferruminatio dicitur, quando per eaſdem materias, vt ferrum cum ferro, & argentum cum argento, *l. in rem. §. item quacunque ff de rei vend.*

Appellans à ſententia, quæ erat ipſo iure nulla, an videatur confirmaſſe eam, & ſic quod non amplius poſſit opponere de nullitate ſententiæ? dic, quod ſiquidem ſententia fuit nulla ratione conſenſus deficientis, appellans ab ea videtur ipſam confirmare, *l. 3. §. fin. ff. rem ratam hab* ſecundum quod illum text. intelligit Bart. *in leg. ſi expreſſim. in 2. oppoſ. ff de appellat.* ſi vero fuit nulla ex alia quacunque cauſa; & tunc appellans non confirmat eam; imo etiam ſi deſerit appellationem, poteſt dicere ſententiam nullam. ita tenet Bart. *in l. 1. C. quando prouocar. non eſt neceſſ.* & ibi etiam Bald. *in 4. colum.* per illum text. *in dict. l ſi expreſſim.* & hoc ſi deſerit appellationem, nam pendente appellatione, non poteſt dicere ſententiam nullam, ſed ſi ipſe deſerit & appellatus proſequitur, quod poteſt, vt *Authent. de his, qui ingred. ad appell §. illud quoque.* tunc poteſt opponere, & dicere appellationem non debere admitti; quia ſententia fuit nulla. ita not. dixit Innoc. *in c. dilecto. de appellat.* & ibi pleuius vide per Abb.

Aſtringens ſe in libello, vel articulis ad aliquam qualitatem probandam, ſi poſtea ipſam non probat, ſuccumbit, & reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii, ita dixit Bald. *in l. 2. C. de probat.* & Ang. *in conſil.* 153. quem refert, & ſequitur Andr. Barb. *in addit. ad Abb. in c. cum cauſam extra, de probat.* vbi dicit, quod ſi quis dixerit in libello, quod mutuauit tali menſe, ſi poſtea probat de alio menſe, ſuccumbit, & idem dicit Bald. *in. d. l. 2. C. de prob.* adde Bartol. ad prædicta *in conſil.* 117. *inc. accuſatio fuit inſtituta.* & Abb. *in c. examinata. extra, de iud.* & Bartol *in l. Fulcinius. §. cum hoc ff. ex quibus. cauſ. in poſſ. ea.* & Iaſ. *in l. pen. §. docere. ff ne quis eum qui in ius voc.* & Bart. *in l. diuus. ff de re iud.* & Bald. *in l. 1. in 10. colum. C. qui accuſ non poſſ.*

Aduocatus, qui propter dolum fecit cauſam amitti, puta præuaricando, id eſt, colludendo, cum parte aduerſa: tenetur parti, & vltra hoc efficitur infamis, & punitur pœna extraordinaria, de qua *in leg. 1. in fin. ff. de præuaricat.* de hoc eſt textus *in l. 1. & ibi gloſſ. C. de aduocat. diuerſ. iudic.* vbi dicitur, quod ſententia lata ex tali falſa aduocatione eſt nulla. De iudice vero, an & quando teneatur de imperitia, vel de dolo, vide Bartol. *in quaſt. ſua,* quæ incipit: *iudex per imperitiam, in leg. fin. ff. de var. & extra. ord. cog.*

Arbitrorum tres dicuntur eſſe ſpecies, quidam enim dicuntur arbitri iuris, & iſti eliguntur non de conſenſu partium, ſed potius ex quadam neceſſitate legali, vt quando partes dicunt iudicem ſuſpectum, coguntur eligere arbitros, vel ſi ex forma ſtatuti inter affines debeat compromitti, vt not. Abb. *in c. cum dilectus. in 7. colum. extra, de arbitr.* & ab iſtorum ſententia licitum eſt appellare, vt ibi dicit Abb & Bartol *in leg. final. C. de iud.* licet alias non appelletur à ſententia arbitri *l diem. §. ſtari. & ibi Bartol. ff. de arbitr.* ex quo iſti habent iuriſdictionem à l. in omnibus æquiparantur iudicibus delegatis, vt not. Abbas *in c. ſuſpicionis. extra, de effic. delegat.* Ex quo infertur, quod licet alias coram arbitro compromiſſario, non poſſit fieri reconuentio, vt not. Bartol. *in authent. & conſequenter in fin C. de ſentent.* ex quo poteſtas arbitri non extenditur ad aliud, quam fuerit per partes petitum; tamen hoc non habebit locum in arbitrio iuris per prædicta, & tertius poſſet etiam comparere pro ſuo intereſſe, ſicut in iudicio ordinario, iuxta ea, quæ habentur *in l. Titia. ff. ſolut. matrimon.* Quidam dicuntur arbitri compromiſſarii, qui ſunt electi de voluntate partium, & habent iudicare de iure, & ab iſtorum ſententia non licet appellare, *d. l diem. §. ſtari.* & ibid. hoc dicit Bartol. & *in l. 1 eod. tit.* & iſti tales arbitri cognoſcunt ſuper lite ad inſtar iudicum, *d. l. 1. ff. de arbitr.* licet non ſit opus porrigere libellum; quia compromiſſum illud, quod fit in ſcriptis, habet vim libelli, vt dicunt Doctor. *in cap. Quintauallus. extra, de iureiuran. & in d. l. fin. C de iud.* nec tale arbitrium poſſet reduci ad arbitrium boni viri, niſi fuiſſet compromiſſum, quod debeat iudicare de iure: quia tunc ſi iniuſte iudicat, reducitur ad arbitrium boni viri; imo tunc eius ſententia eſt nulla, cum contra ius dixerit, vt not. Alexand. *in d. §. ſtari. & in §. arbitrorum. l. ſi ſocietatem. ff pro ſocio. in addit.* quæ incipit, *in hac quæſtione, &c* vnde illud, quod dicitur *in §. ſtari.* intelligitur, quando ſimpliciter eſſet compromiſſum, quia tunc intelligitur in dubio de arbitro tali, cuius ſententiæ, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ eſt ſtandum, vt not. Alexand. *in d. addit. in hac quæſt. &c. circa med.* Quidam dicuntur arbitratores, qui habent iudicare tantum de facto: ſcilicet amicabiliter, & ſecundum conſcientiam ſuam tanquam boni viri, & ſolent iudicare ſuper contractibus, non autem ſuper lite, vt not. Bart. *in d. § arbitrorum. in verſi. 1. quæro, quæ ſit differentia, &c.* & ſi iniuſte arbitrantur, eorum arbitramentum reducitur ad arbitrium boni viri, ſcilicet iudicis, vt *dict. §. arbitrorum in fine.* & hoc arbitramentum habet ſimilitudinem tranſactionis, vt not. Bart. *in l. ſi quis arbitratu. ff. de verborum obligat.* ſi tamen arbitrator nunquam fuerit arbitratus, non reducitur ad arbitrium boni viri, & nunquam ab eius perſona receditur, vt *l. ſi quis arbitratu.* & extincta eius perſona extinguitur arbitramentum, vel eo volente arbitrari, vt ibidem habetur. Sed ſecus eſt in vltimis voluntatibus: quia etiamſi non fuerit arbitratus, receditur ab eo,

& recuttitur ad arbitrium boni viri, vt *l. fin. §. ſed ſi quu. C. communia de legat.* & plene per Bart. *in d. leg. ſi quis arbitratu.* An autem poſſit cogi ferre laudum? dic, aut acceptauit, & promiſit, ſe velle ferre ſententiam, & cogitur. *l. 3. §. tametſi fur. ff. de arbit.* aut non acceptauit, nec adhuc promiſit, & non cogitur ſuſcipere, nec iudicare, vt not. Bart. *in l. 1. in 2. colum. ff. de leg. 2.* & vide de his differentiis plene per Abbat *in d. cap. Quintaualle. & in d. cap. cum dilectus. in 6. colum.* & Iaſon. *in §. omnium. in 2. colum. Inſtitut. de action.*

Actio perſonalis ad dandum, non ſolum datur contra furem, vt *l. fin. ff. vſufr. quemadmod. cau.* ſed etiam contra prædonem, & contra quemlibet malæ fidei poſſeſſ. ita ſingulariter voluit gloſſ. *in §. ſic itaque. in verb. in rem. Inſtit. de act.* quam communiter ſequuntur Doctor. & maxime Alexand. *in leg. ſi quis nec cauſam §. fin. ff. ſi certum petat.* Ex quo ſequitur, quod non ſolum ille, qui ab initio rem violenter, vel furtiue poſſedit, tenetur ad dandum, ſed etiam ille, qui licet ab initio fuerit in bona fide; tamen ex poſt facto ſuperuenit ſibi mala fides, ex eo; quia à tempore malæ fidei dicitur prædo, vt *l. ſi quid poſſeſſor. §. ſicut. & l. ſed ſi lege. §. ſi autem. ff. de petit. hered.*

Appellatio debet fieri intra decem dies à die latæ ſententiæ, dummodo appellans ſciuerit ſe grauatum, alias tempus decem dierum non currit, niſi à die ſcientiæ, vt eſt text. notab. *in c. concertationi. de appellat. lib. 6.* & not. gloſſ. *in c. ab eo. eod. tit. & lib. 6.* & Alexand. *in conſil. 114. 1. volum.* quod teneas mente perpetuo, & eſt textus *in l. ab eo. C. quomodo, & quando iudic.* & gloſſ. *in authent. hodie. C. de appellat.* & ibi Bart.

Argumentum ab etymologia vocabuli quando procedat, vide Bartolum *in l. 2. §. appellata. ff. ſi certum petat.* Tamen ad vnum aduerte, quod vbicunq; diffinitio repugnat alluſioni vocabuli, nunquam eſt validum argumentum ab alluſione, vt dicimus in poſſeſſ. ita dicunt Doctores *in dict. §. appellata.*

Actio ita differt ab officio iudicis; quia iudicis officium nullam præſupponit obligationem, *l. qui per confuſionem §. fin. ff. de action. empt.* & not. Doct. & maxime Angel. de Aret. *in § 1 in 3. colum. Inſtit. de act.* ſed actio præſupponit obligationem, vt *in preal. leg §. 1.* in diffinitione patet, & per Bart. *in l. 1. ff. de iur. omn. iud.*

Actio criminalis an poſſit cum ciuili in eodem libello intentari? dic, quod principaliter non, vt *l. 1. C. quando actio ciuil. crimin. praiud.* ſed acceſſorie ſic, vt ſi ago contra ſpoliatorem, poſſum concludere, peto illum puniri criminaliter, & imploro officium iudicis, vt cogat eum ad reſtitutionem poſſeſſ. vt *l. quoniam Alexand. C. de adult.* & Bartol. *in d. leg. 1* textus ſi... *& in leg. ſi quis ad ſe fundum C. ad leg. Iul. de vi. in fin. verbis. & in l. de fundo. §. 1. ff. de public. iudic.* & text. *in dict. leg. interdum. §. qui furem. ff. de furt.* & adde, quod acceſſorie debet poni ciuilis, & non criminalis, ita nota. dicit Bartol. *in l. 2. §. hoc edicto. in 2. colum. ff. vi bonorum rapt.* Quid in actione iniuriarum: vide *leg. quod ſenatuſconſult. & l. prætor. § ſi dicatur.* & ibi Bartol. plene, *ff. de iniur.* & de prædictis omnino vide pulchre Bald. *in l. 1. col. 2. C. de appellat.*

Actio ex teſtamento licet ſit ſtricti iuris; quia non numeratur *in §. actionum*, tamen ſapit naturam bonæ fidei, *l. in minorum. C in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſ.* Quod limita procedere tantum in duobus caſibus, ſcilicet quantum ad fructus, & vſuras, vt veniant à tempore mortis, vt *dict. l. in minorum:* Item quantum ad hoc, vt ſi res legata ſit tradita, & aliquid deficiat ad tradendum, vel eſt tradita deteriorata, non videtur tradita; vnde rurſus poteſt agi ad totam rem, vt *l. huiuſmodi. §. ades. ff. de legat.* id eſt, ſicut eſt in actione bonæ fidei, vt *l. 1. § ſi res. ff. depo. & l. 3. §. ſi reddita. ff. commod.* in reliquis autem caſibus ſapit naturam ſtricti iuris. Ita ſingulariter voluit Bartol. *in leg. ſi heres. ff. de eo, quod cert. loc* de qua materia vide plenius Bartol. *in leg. exhibitionis. C. ad exhib.* & Bartol. *in l. qui ſibi. §. 1. ff. de ſolut.*

Actio l. Aquilæ datur etiam pro leuiſſima culpa. *l. in lege. la 2 ff. ad leg. Aquil.* quod verum intellige, ſi eſt culpa conſiſtens in committendo; ſecus ſi in omittendo. *l. ſi cuius.* alias, *ſi vſusfructus vero denique. de vſufr.*

Alimenta quædam debentur officio iudicis, & quædam iure actionis; quæ debentur officio iudicis, poſſunt peti ſolum futura, non autem præterita, vt dicimus in vxore, quæ intra annum à morte viri debet ali ab hæredibus viri, vt eſt gloſſ. *in leg. diuortio. in princip. ff. ſoluto matrimonio in verb. facto.* nam ſi illo anno aliunde ſe aluerit, non poterit petere amplius illa alimenta. Ita dicit Bartol. *in l. libertis, quos. §. 1. ff. de aliment. & cib. leg.* ſimile dicimus in filio, qui debet ali à patre officio iudicis, *c. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens ff. de liber. agno.* quod ſingulariter limitat Paulus de Caſtr. *in dict. leg. diuortio.* non procedere, quando vxor interpellaſſet hæredes viri, vt darent ſibi alimenta, & ipſis negligentibus, vxor mutuam pecuniam accepiſſet, & ſe aluiſſet; quia tunc poteſt repetere. eodem modo dicit procedere in filio; quia ſi ex mutua pecunia accepta ſe aluerit, poteſt creditor, qui mutuauit, agere contra patrem de in rem verſo. *l. fi. ff. de in rem verſo* & eſt deciſ. Matthæi 10. *conſil Neap.* quæ vero debentur iure actionis, vt ex teſtamento, vel ex contractu, poſſunt peti tam præterita, quam futura, ita plene per Bartol. *in d. l. libertis. quos. §. primo.* & Alexand. *in l. de alimentis. Cod. de tranſaction.* differunt tamen alimenta debita ex teſtamento ab his, quæ debentur ex contractu; quia ſuper debitis ex teſtamento non poteſt tranſigi; ratio eſt, quia

quia non dicuntur acquiſita induſtria alimentarii; vnde lex præſumit teſtatorem ei legaſſe cauſa egeſtatis, & ſic ne fame pereat, eſt hoc inductum; quia modico ſibi dato remitteret; ſecus ſuper debitis ex contractu; quia lex præſumit, quod quemadmodum alimentarius ex induſtria ſua acquiſiuit illa, quæ remiſit; ita poteſt alia acquirere, vnde remittit ei tranſigere. Ita dicunt Doct. maxime Alex. *in d. l. de alimentis.* & eſt gloſſ. *de auth. tut. in Inſtitut. & l. ſi fundus. ff. de rebus eorum.*

Adiecto in ſtipulatione non eſt obligatus debitor, niſi quia tantum ei ſoluere poteſt, *l. eum qui in princ. & l. qui ſibi. & l. ſi ſtipulatus ſim. ff. de ſolut. & l. cum qui ita. §. qui ſibi ff. de verbor. obligat.* quod limita non procedere fauore dotis. vnde ſi dotans ſtipulatur dotem ſoluto matrimonio reddi ſibi, aut illi mulieri, cuius nomine dotem dedit, acquiritur actio etiam mulieri, ita voluit Bart. *in l. poſt dotem. in 5. colum. ff. ſoluto matrim.* per text. *in leg. Caius, eodem tit.*

Actio de dote non naſcitur conſtante matrimonio, ſed demum eo ſoluto, vt *in l. ſed ſi alia in fin. & ibi gloſſ de bon. damn. & l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. & l. cum notiſſimi. §. illud C. de præſcript. triginta annorum.* niſi marito vergente ad inopiam; tunc enim conſtante matrimonio naſcitur, vt *l. ſi conſtante. ff. de ſolut. matr. & l. vbi adhuc. C. de iure dot.*

Abſolutus per ſententiam, in dubio cenſetur abſolutus; quia actor non probauit. ita voluit Bar. *in l. 2. §. 1. col. 2. ff. vi bo. rap.* & Bart. *in Iulia. col. 2. ff. de cond. ind.*

Accuſatio falſi non præſcribitur niſi ſpatio 20. ann. *l. querela. & ibi gloſſ. C. de falſ. & c. cum venerabilis. extra de exceptio.*

Appellans ſi propter paupertatem non potuit proſequi appellationem intra annum, ipſo iure datur ſibi ſecundus fatalis, ita voluit Inn. *in c. ex ratione. de appell.* quem ibidem refert & ſequitur Abb. & Bald. *in l. acceptam in pen. col. C. de vſur.*

Aſſeſſor remotus ab officio ob eius culpam, an debeat habere ſalarium, vide Bart. *in l. Mauia. ff. de ann. leg.*

Actor petens plus debito, licet poſtea probauerit de minori ſumma, & reus fuerit ad minorem ſummam condemnatus, facit, quod reus cenſeatur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi ſuper toto debito, vnde ad nullas expenſas tenetur. dictum fuit ſingulare Bartol. *in l. qui ſolidum. in princ. ff. de leg. 2. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. in fin. verb. de verb. obl.*

Appellatio an reſcindat ſeu extinguat in totum ſententiam, an vero ſuſpendat eam tantum, vide Abb. *in cap. veniens, in fin. extr. de iureiurand.* & text. & ibi Bartol. *in l. 1. in fin. ff. ad Turpill.*

Abſolutio à iuramento tunc peti poteſt, quando quis turpiter iuramentum accepit. ita not. Abb. *in cap. 1. in fin. de iureiurand.* & tunc ita demum, ſi pars aduerſa citetur, vt per eundem Abb. *in d. cap. 1. in pen. colum.* ſecus tamen eſt, quando quis petit tantum relaxationem iuramenti, petendo ſe habilitari ad agendum vel excipiendum; quia tunc non requiritur partis citatio, ſecundum Old. *in conſil. 120.* & dom. de Rota. *in deciſ. 769. in tit. de relaxat. iuram in antiquis* & vide Ant. de Alexand. *in Rubr. C. qui admitti* & Iaſon. *in l. nequicquam. §. vbi decretum. in 11. col. ff. de offic. proconſ.* & pro hoc vide Alb. Brun. *in conſil 46.*

Appellari an & quando poſſit ab actibus extraiudicalibus, vide Bart *in l. à ſententia. §. idem reſcripſerunt. ff. de appellat.* & Iaſ. *in l. nemo poteſt ff de leg. 1.* in illo articulo, an a ſententia arbitri poſſit appellari: ſcias tamen vnum ſingulare dictum Angel. *in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appellan. ſit.* vbi dicit, quod ſi aliquis immunis, eſt allibratus in extimo publico, vt ſoluat collectas, quod poteſt à tali actu appellare intra decem dies; quod ſi non fecerit, non auditur vltra, quaſi ille actus tranſierit in rem iudicatam, & illud dictum ſequitur Alexand. *in conſil. 101. in 6. col. vol. 1.*

Apoſtoli debent peti per appellantes intra triginta dies à iudice a quo, & præſentari iudici ad quem intra alios 30. text. eſt *in cap. ab eo. de appellat. lib. 6* & Specul. *in tit. de appellat. §. ſequitur, verſic. in ſumma not. ext.* & currunt iſti 30. dies à tempore latæ ſententiæ. *l. iudicibus. C. de appellat.* & not. Bald. *in l. eos. §. apoſtolos. C. eod. tit. de appell.* alias autem ſi intra prædictum temporis non petantur apoſtoli, appellatio eſt deſerta, vt ſupra hanc quæſt. examinat plene Card. *in clem. quamuis. de appellat.* hodie tamen habemus conſtitut. regni appellationum tempora, quæ vult quod à die interpoſitæ appellationis currant quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum iudici ad quem cum inſtantia, alias appellatio habetur pro deſerta.

Allegans falſas leges puniri debet de falſo. Ita not. Bart. *in l. fin. ff de falſ.*

Arbiter non poteſt ſententiare vna parte abſente, etiam ſi citata fuerit, niſi fuerit data ſibi iſta poteſtas in compromiſſo. caſus eſt *in l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arbit.* & Bald. *in l. ſi quis ex conſenſu, in 3. not. C. de Epiſc. aud.* & Iaſ. *in l. nequicquam. §. vbi decretum. col. 12. de offic. proconſ.* & ibi Iaſ. ſubdit vnam aliam not. q. quod etiam ſi ſit data poteſtas arbitro ſententiandi ſeu procedendi partibus non citatis, debet partibus intimare ſeu notificare, alias actus non valet.

Appellare permiſſum eſt etiam die feriato; quia appellatio non eſt actus iudicialis. ita dixit Bart. *in l. ſi expreſſim. in 3. col. de appell. & in l. 1. §. dies. ff. quando appell. ſit* per text. *in leg. 1. C. de feri.*

Appellatione facta, & lata ſententia, ex qua oriatur actio in factum, an ex confirmante, vel ex confirmata? dic, quod ex confirmante, & ita com

muniter tenetur. ita voluit gloſſ. *in l. furti §. 1 in glo. fin ff. de his qui not. infam* & Bart *in l. legitima ff. de pact.* & Bart. *in l eos. in princ. in pen. q C. de appell.* & Bald. *in l. ex placito C. de rerum permut.*

Auditores principum, & magnorum virorum dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam; ſecus in aſſeſſoribus; quia de iure communi non habent ordinariam iuriſdict. vt not. Bart. *in l. præcipimus. §. quod ſi à duce. C. de appell.*

Appellatio, quando fit à ſubſtituto, non poteſt fieri ad eum, qui ipſum ſubſtituit, ſed ad eum, ad quem fieret, ſi à principali fuiſſet iudicatum. Ita not. dixit Bart. *in l. præcipimus. in princ. C. de appell.* & eſt text *in l. 1. §. ob eo. ff. quis & à quo appell. ſ. 1.* & tex. *in cap. Rom. de appellat. in 6. & in cap. non putamus. de conſuet. lib 6*, vbi plene habetur, quod à Vicario non appellatur ad epiſcopum. Ex quo infertur ad illud, quod non dixit Bartol. *in l. nequicquam §. vbi decretum. in 2. colum. ff. de offic. proconſ.* quod ſubſtitutus dicitur habere ordinariam iuriſdictionem, non autem delegatam; quia alias poſſet ab eo appellari ad delegantem, vt in præallegatis locis plene habetur. Prædictis tamen adde, quod ſubſtitutus, ſiue vicarius non poteſt facere alium ordinarium, vt not. dixit Hoſtien. *in cap. clericos. de offic. vicar.* & dom. de Rota *in dec. nouiſ. deciſ. 379. de offic. vicar.* Prædictis adde quæ habentur *infra in verſic. Iudex ſubſtitutus.*

Argumentum à contrario ſenſu dicitur ſubauditus intellectus, gloſſ. eſt *in l. 2. C. de condit. inſer.* Item appellatur coniectura, vt dicit gloſſ. *in l. apud antiquos. C. de fur.* & ibi Bald. & Iaſ. *l. 1. in 11. colum. & 12. ff. de offic. eius cui man. eſt iur.* & ibi etiam Alexand. *in 11. colum.*

Actus geminatus ad hoc, vt aliquid operetur, debet fieri per interuallum, & non eodem tempore. gloſſ eſt ſing. *in l. ſi conuenerit. in verſic. niſi ei. ff. de pign. act.* & illam gloſſ. inducit ad multa Iaſ. *in l. 1. colum. 5. ff. de offic. eius.* Limitat tamen eam *ibidem colum. 10.* procedere in geminatione actuum; ſecus quando tractamus, an geminatio verborum aliquid operetur; quia tunc eodem tempore fieri poteſt, & plura inducit, & maxime *l. Baliſta. ff. ad Treb.* quem vide omnino.

Aduocatus in cauſa propria non poteſt repetere expenſas ratione victoriæ pro ſuo patrocinio, quas feciſſet in alio aduocato. Ita not. Bart. *in l. fin. C. de fruct. & lit. exp.* & Bart. *in l. ſi ſtipulatus. ff. de fide iuſſ.* & per Iaſ. *in l. properan. §. ſin autem alterutra. col. 7. C. de iudic.*

Abſolutio à iuramento, quando certum eſt quod dari debet, quilibet Epiſcopus poteſt illam præſtare. vt not. Inn. *in cap. debitores de iureiurand.* ſed quando dubium eſt, ſolus Papa de hoc cognoſcere poteſt. Ita dixit Innoc. *in cap. venerabilem. de elect.* quem refert. & ſequitur Ioan. de Imol. *in cap. cum contingat, in 75. col. de iureiur.*

Agens contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti debet probare de veritate debiti, ſicut debebat probare agendo contra reum principalem, ita dixit Bartol. & ibi etiam ſequitur Alex. *in l. 2. §. fin ff. qui ſatiſ. cog.*

Annui reditus debiti ad longum tempus, numerantur inter bona immobilia, alias numerantur inter nomina debitorum, ita dixit Alexand *in l. ſciendum in prin. col. fin. qui ſatiſ. cog.* allegando Fed. de Senis *in conſ. 12. incip. fratres prædicatores.*

Appellatio in ſcriptis non dicitur fieri, quando quis viua voce dicit, apello, & illud facit redigi in ſcriptis per Magiſtrum actorum, & ita etiam dicimus in quolibet actu Ita dixit Iaſ. *in l. 1. colum. 3. ff. de edend* per allegata ibi per eum.

Argumentum de emphyteuta ad feudatarium, quando procedat, vel è contra, dic, quod aut lex loquens de feudo eſt contra ius commune; & tunc non procedit arg. ad emphyteuſim; aut eſt ſecundum ius commune; & tunc procedit, ita dixit Alex *in l. diuortio §. ſi fundum. ff. ſol. mat.* vide Iaſ. *in l. 1. col. 14. C. de iure emph* & Bald. *in c. 1. in 4. col an. agnatus.*

Affinitas etiam per illicitum coitum contrahitur, ita dicit Abb *in cap. per tuas. 2. col. de prob. & in c. de illo, & c. diſcretionem. de eo, qui cog. conſan. vxor. ſuæ.* & hoc quo ad impediendum matrimonium contrahi, & Abb *in c præterea. de ſponſal.*

Abſoluere homicidam quilibet ſacerdos poteſt, ſecundum Abb *in c. perpendimus. 3. not de ſent. excom.*

Actus factus in carcere an valeat, vide Innoc. & Abb. *in c. cum locum, in fin de ſponſal.*

Agens ad debitum commune pro ſe & fratre ſuo, ſi frater non ratificat, valent acta pro parte agentis tantum & etiam executio. ſecundum Bald. *in l. ordo. circa fin. col. C. de exe. rei iudic.*

Acta curiæ debent perfici manu illius Notarii, qui cœpit ea ſcribere, ſecundum Bald *in l. nec honore. C. de epiſ & Cler.* & Rom. *in conſil. 281*, vbi dicit, quod etiam de conſenſu partium non poſſunt ſcribi per alium, & dicit Alex. *in conſ 41 in princ. volum. 1.* quod ſcriptura diuerſarum manuum cenſetur ſuſpecta.

B.

BENEFICIVM, priuilegium, vel reſcriptum, in hoc differunt; nam reſcriptum dicitur illud, quod conceditur ſecundum ius commune, vt *l. falſo. C de diuer. reſcr.* alias autem non admitteretur, vt *l. quotiens, & l. pen. C. de prec. Impe. offe.* priuilegium autem dicitur, quod conceditur contra ius commune: quia dicitur priuata lex. vt *in ca. priuilegiata 3. d.* & licet ſit contra ius commune, debet tamen intelligi ſecundum ius commune, *l ſi quando. C. de inoff teſt.* Beneficium dicitur, quod conceditur præter ius commune, & poteſt in ſe continere reſcriptum, & priuilegium, & de his vide Bart. *in l. fin ff de conſt. prin. & in d. l ſi quando.* & Bald *in l quæ ex relationib. C. de legib.* & per Pet. de Anch. *in Rub. de reſcript. in 6.*

Bona vniuerſitatis quædam dicuntur ipſius quo ad commodum, & honorem, vt ſunt molendina ciuitatis, & alia bona ipſius, & ad hæc probanda poſſunt etiam ciues eiuſdem eſſe teſtes. Quædam vero dicuntur vniuerſitatis quo ad honorem tantum, ſed quo ad commodum ciuium, vt ſunt paſcua, & ſyluæ, iu quibus quilibet poteſt ligna incidere; & in iſtis probandis non admittuntur ciues in teſtes; quia teſtificarentur in cauſa propria. *l. 1. §. in propriaſ ff. quando appell. ſit.* & ſic contra *leg. omnibus C. de teſtib.* Ita voluit Bart. *in l ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc.* & Ang. *in d. l. omnibus.* Hoc tamen intelligas, quando gratis ipſi ciues haberent iſta paſcua, & ſyluas; ſecus ſi tenerentur aliquid pro hoc ſoluere vniuerſitati, vel datium ſeu gabellam pro his rebus; quia tunc bene admittuntur in teſtes etiam in his bonis. Ita ſingulariter voluit Alex. *in conſil. 99. quinto vol. col 3.* quod eſt not. quod etiam tangunt Doct. & maxime Bald. *in l. parentes. C. de teſtib.* & Abb. *in cap. inſuper extra te teſtib. Cap. deciſ. 152. Sacr. Conſil num. 4. & 6.*

Bannitus perdit omnia iura ciuitatis ſuæ, ita voluit Bart. *in l. cum mulieri ff. ſolut. matr.* per text. *in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. di.* Quod limitat ſingulariter Bald. *in d l cum mulier.* quem refert ibi Alex. nou habere locum in iuribus inductis pro publica vtilitate. Vnde ſi ſtatutum dat præmium accipienti bannitum, illud præmium etiam datur vni bannito accipienti alium bannitum, arg. text. *in l. ſi quis in graui. § hi quoque ff. ad Syllan.*

Bonorum poſſeſſio contra tabulas non competit, antequam ex teſtamento adeatur hæreditas, *l. illud. §. fin. ff de bon poſſ contra tab. & l. ventre. ff de acq. hared & l aquiſſimum. §. expectandi. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Fallit tamen in bonorum poſſeſſ. contra tab. quæ competit patrono; quia illa non expectatur, ſed poteſt inſtitutus ſtatim petere ſecundum tabulas, *l. ſed cum patrono.* & ibi Bart. *ff. de bonor. poſſeſſ.* & in hoc differt iſta ab illa, quæ competit liberis. Differt etiam in alio; quia illa, quæ competit liberis, reddit in totum teſtamentum nullum. *l. cum emancipatus. in princ. ff. de bon. poſſ. contra tab. & l. pen. ff. de lib. & poſthum & ibi not.* ſed illa, quæ competit patrono, rumpit pro illa parte tantum, vt not gloſſ *in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tab. lib.* Item differt in alio: quia filius hodie debet habere legitimam iure inſtitutionis ad hoc, vt non rumpat teſtamentum, vt *in Auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud quoq; capitulum.* & not. Bart. *in auth. nouiſſima. C. de in off. teſt.* & Bart. *in l. in quartam. in pen. col. ff. ad l. Falc.* ſed in patrono ſecus; quia quocunque relicti titulo habeat partem ſuam, non contratabulat teſtamentum liberti. *l. ſiue. §. excluditur.* & ibi expreſſe hoc tenet Bartol. procedere etiam hodie. *ff. de iure patrona.* & de his differentiis vide principaliter Alexand. *in d. l.*

Bonorum poſſeſſ. eſt vtilior, quam aditio hæreditatis in caſu, quo eſſet delata hæreditas alicui pupillo abſenti, vel tutore carenti, & infanti. nam tunc quilibet amicus, vel conſanguineus pupilli poteſt adire iudicem, & agnoſcere bon. poſſ. nomine pupilli, nec requiritur eius ratihabitio; licet ſecus ſit in hæreditate, ita not. voluit Alex. *in l. infantu. C qui admit. & in l. certum. colum. 5. C. vnde cognat.* & Bart. *in l. pen. C. de bon. poſſ.*

Bonorum appellatione veniunt etiam feudalia; ita voluit And. de Iſer. *in c. 1. in fin. illius prins. de cap. qui cur. ven.* per text. *in l. rem in bonu ff de acq rerum dom.* Item veniunt etiam emphyteutica. ita not. Spec. *in tit. de locato. § nunc aliqua. verſic. 156.* vbi ſingulariter dicit, quod renuncians bonis paternis, videtur renunciare etiam emphyteuticis; ſecus ſi hæreditati paternæ, vt not. Bar *in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi. ff. de op. lib.* & Doct. *in l. quod dicitur. ff de verb. ob. & in l Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſth.* & illud dictũ Spec. ſequitur Iaſ. *in d. §. quidam recte. in fin. colum.* per *d. l. rem in bonu.* licet ſecus dicat in feudis; tamen hoc non videtur verum, per ea, quæ modo dixi de feudis.

Bona acquiſita nepoti ab auo paterno, ſunt aduentitia, gloſſ. eſt communiter approbata *in l qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hared.* & glo *in l. quæſitum. in princ. ff. de leg. 1.* & ſequitur Alex. *in l. Gallus. §. quid ſi u, col. pen. ff. de lib. & poſth.*

Bona acquiſita in bello licito efficiuntur capientium, ſi ſunt mobilia; ſecus ſi immobilia; quia ſunt fiſci, ita dixit Bart. *in l. hoſpes, & in l ſi quid in bello. ff. de capti.* adeo, quod ſingulariter dixit Bald. *in c. 1. de mili. vaſ. qui contu. eſt, colum. 4.* quod etiam in foro conſcientiæ poſſunt talia acquiſita retineri, & illud dictum Bald. ſequitur Alex. *in d. l. ſi quid in bello. in addi. ad Bart.* & vide plene per Iaſ. *in l. 1. col. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.*

C.

CONTVMAX qui paſſus fuit primum decretum, ſi vult recuperare tenutam, certum eſt, quod tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti, & reficere expenſas: iuxta *authent. & qui iurat. C. de bon. aut. iud. poſſ.* & habemus in regno vnam pragm. quæ incipit, *relatione,* à qua ſatiſdatione non releuatur, etiamſi poſſideat immobilia, ita dixit Alex. *in l. ſciendum. in princ. in 2. not.* vbi ita limitat illam *l. ff. qui ſatiſd. cog.* & ibi etiam Iaſ. *in 2. col.* de quo eſt gl. ſingularis *in Authen. de exhib. reu. §. ſi vero etiam quidam iurent. in ver. fideiuſſorem.* Item contumax in ſatiſdando de iudicio ſiſti, qui fuerat conuentus pro aliqua re, ſi illa res perueniat ad actorem, & ipſe modo vult eam petere, ſi petat ſibi ſatiſdari, non auditur. Ita dixit Alexand. *in dict. l. ſciendum. in princ. 1. colum.* quem ibi ſequitur Iaſ per text. *in l. qui bona. §. ſi quis. ff. de damn. infect.* & ibi per Lud. Rom Item & tertio contumax parendo iudici amittit priuilegium iuratoriæ cautionis, gloſſ. eſt not. & ibi per Abb *in ſi colum. in cap. qua fronte. in verſic. cautione, extra de appell.* & Iaſ. *in l. 1.*

pen.

*pen. col. ff. qui ſatiſ. cog.* item reus contumax ſemel poteſt compelli ad præſtandam iuratoriam cautionem vt not Abb *in c. prout, de dolo & contu. in 2. not.*

Conſtitutum, ſeu conſtitutio precarii appoſita in contractu inualido viriatur, & nihil operatur, nec per eam poſſ. transfertur, ita not. dixit Alex. *in l. 1. §. ſi vir in 3. col. ff. de acq poſſ* Bald. *in l. ex teſtament. C. de fideic. & in l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet.* & ratio eſt ſecundum eum; quia quando contractus eſt immediata cauſa transferendæ poſſeſſionis, ex contractu inutili nunquam transfertur poſſ. ſecus ſi traditio ſit cauſa immediata. ita intelligitur *d. §. ſi vir* ſecundum Bald. *in l. non dubium, in 10. oppo. C. de legib.* Item ſcias, quod ad hoc, vt conſtitutum aliquid operetur, eſt neceſſe, quod conſtituens poſſideat eo tempore, quo conſtituit, de quo vide *infr. in verſic. conſtitutum precarii, &c.*

Conſtitutum precarii non transfert poſſ. quando fit per procuratorem, vel tutorem, vel per ſimiles legitimos adminiſtratores de re domini, qui talem poſſeſſionem transferre non poſſunt; ſecus econtra! quia ſi aliquis conſtituit procuratori, acquiritur poſſeſſ. domino. *l. certe. § 1. ff. de precar* Ita de vtroque dixit Alexand. *in l. 1. in princ. pen. colum. & § per procuratorem, in fin. col. ff. de acquir. poſſ.* quod eſt perpetuo not. & idem dicas de colono, qui vere tradendo priuat dominum poſſeſſ. *l 3. § quod ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſ.* ſecus ſi per conſtitutum, *l. quamuis. §. 1. eod. tit.* & not. Bartol. *in d. l. 3. §. in amittenda. in fin.*

Collatio beneficii eccleſiaſtici vacantis tribuit beneficiato ius in re etiam abſque traditione poſſeſſ. gloſſ. eſt *in cap. pen. in ver. collatio, de prabend. lib. 6.* & ibi Gem. *in fin. colum.* & text, *in cap. fin. de conceſſ. prab. li. 6.* Hoc tamen intelligitur, dummodo ſit acceptatum per beneficiatum, *c. ſi tibi abſenti, de prabend. lib. 6* alias ſecus ante acceptationem; quia non tribuit ius in re, ſed ad rem, ſecundum Felin. *in c. cum Bertold. col. 3. de re iudic.* Si vero ſumus in collatione beneficii vacaturi, vt quando conceditur expectatiua; tunc ſolum tribuitur ius ad rem, non autem in re, ita tenet Felin. *in c. in noſtra. colum. 4. & 5. & c. cauſam quæ. col antepen. de reſcript.* & Card. *in cle. fin. colum. 1. de reſcript.* non tamen eſt ius formale ad ipſam rem, ſed ſolum tribuit ius implorandi officium executoris. Ita declarat Card *in Clem. 2. de offic. ord. in 3. quæſtione.* & ita intelligitur gloſſ. *in c. veniens, de renuntiat.*

Clerici, & etiam diaconi dicuntur eſſe in dignitate conſtituti, *c. denique, in princ. 4. diſt.* item etiam legum doctores, vt not. Abb. *in cap. propoſuiſti. in fin. colum. extra de probat.* vbi etiam dicit, quod ſex requiruntur ad hoc, vt aliquis poſſit aſcendere gradum doctoratus. & hæc not. pro his, quæ voluit gloſſ. *in l. maiorem. ff. de pact.* & pro teſtibus præferendis.

Carceratus ex iniuſta cauſa poteſt à quolibet priuato, etiam inuito iudice eximi à carcere, & relaxari: imo ſi iudex vult reſiſtere, poteſt quilibet per violentiam ipſum eximere, vt voluit Bartol *in l. nemo carcerem. C de exact trib. lib. 10.* Contrahentibus licitum eſt ſe ipſos adinuicem inter ſe decipere, *l. in cauſa, l. 1 §. penult. & ibi gloſſ. ff de mino. & l. item ſi pretio. §. fin ff. loca.* non tamen vltra dimidiam iuſti pretii. *l. 2. C. de reſcind. vend. & l ſi quis cum aliter.* & ibi Bartol. *ff de verb. oblig.* fallit tamen in minore, qui ſi decipitur, reſtituitur etiam pro leui damno, non tamen pro minimo, *l. ſcio. ff. de in integ reſtit.*

Cautio Mutiana habet locum tantum in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus, vt eſt gloſſ. & Bartol. *in l. Mutiana in princ ff de condit. & demon.* & tunc habet locum, quando legatum eſt factum per conditionem negatiuam, quæ non poteſt adimpleri, niſi per mortem legatarii; & ratio eſt; quia ex quo legatum non tranſit ad hæredes, quando eſt conditionale, *l. 1. §. ſin autem ſub conditione C. de cadu. tol.* ideo habet locum prouiſio Mutii, quod ſecus eſt in contractibus. *§. ex conditionali. Inſt. de verb. oblig.* & de hoc eſt etiam gloſſ *in l. 1. C. de pact.* Fallit tamen in illis contractibus, in quibus viget eadem ratio, quæ in legatis, vt in ſtipulatione vſusfructus, vſus, & alimentorum. quæ non tranſeunt ad hæredem; quia in his habet locum cautio Mutiana. Ita ſingulariter dixit Bald. *in authent. cui relictum. in fin. verbo. C. de indict. vid. tol.* vbi dixit etiam, quod habet locum in donatione cauſa mortis, vt ibi per eum *in pen. colum.* in legato tamen libertatis non habet locum cautio Mutiana: nam quandiu potuerit facere illud, quod erat prohibitum in conditione, & non fecit, ſeruus ſtatim erit liber, *l. libertus. § 1 ff. de manu. teſtament.* & de hoc vide gloſſ. & text. *in leg. Titio fundum ff. de condit. & demon.*

Componere proprie eſt prius adinuenta, & diſperſe in ordinem redigere: promulgare vero eſt de nouo componere, vt eſt gloſſ. *in proœm. Digeſtorum. in verſic. compoſitam.* & gloſſ. *in §. omnes, in proœm, Inſtit.* prædicta tamen limita procedere in verbo, componere, quado relatio fieret ad cauſam efficientem, puta ad compoſitorem; ſecus ſi fieret ad cauſam materialem; quia tunc non eſſet differentia inter componere, & promulgare. ita declarat Iaſ. *Inſtit. de actio. in princ. colum. 7. per leg. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur.*

Contractus an vitietur propter anguſtiam temporis, vt ſi dico, promittis mihi hodie facere domum; quia eſt impoſſibile, vel ſi ſum Romæ, dico. promittis hodie dare Carthagine decem. dic, aut ſumus in contractibus ſtricti iuris, & vitiatur, vt *l. 3. §. ſi quis ita ff de eo quod cer. loc. & Inſt. de ver. oblig. §. loca.* aut ſumus in contractibus bonæ fidei, & non vitiatur, caſus eſt *in l. inſulam. § 1. ff. locat.* idem dicas in vltimis voluntatibus; quia licet ſint ſtricti iuris; tamen

tamen habent inſtar bonæ fidei. *l. in minorum. C. in quibus cau. in integr. reſtit. non eſt nec.* & de hoc eſt tex. *in l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos, ff. de leg. 1.* & ibi vide Bart. de omnibus prædictis.

Creditor poteſt debitorem fugitiuum propria autorit. capere, *l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. ff quæ in fraud. cred.* non tamen debet ipſum vulnerare, vel verberare, alias cadit iure ſuo, vt not. Bart. *in authen. & omnino. C. ne vx. pro marit.* & poteſt capi etiam die feriata, vt dicit Bart. *in d. §. ſi debitorem.* & non ſolum à creditore, ſed etiam à procuratore eius, & eſt gl. & ibi per Angel. *in l. 1. C. vbi quis de curiali, &c.* & poteſt capi etiam quando eſſet ſuſpectus de fuga, vt eſt glo. *in l. quæſitum, in ver. intereſt. ff de pig.* imo tunc poteſt fieri ſibi prohibitio alienationis rerum immobilium, & ſequeſtratio mobilium. Ita ſingulariter dixit Bartol. *in l. de pollicitationibus. ff. de pollic.* & vide Iaſ. *in §. 1. Inſtit. de actio. ſuper gloſſ. 1. ver. in iudicio,* & talis captura poteſt fieri, etiam ſi non aduenit adhuc tempus debiti, vt *d. l. quæſitum.*

Contractus emptionis, & venditionis eſt talis naturæ, quod ſemper in eo venit tacite præſtanda euictio, etiam ſi de hoc nihil fuerit cautum, *l. in vẽdendo, ff. de contrah. emp. & l. non dubitatur. C. de euict. & l. pacta conuenta. ff. de contrah. emp.* Fallit primo in vniuerſitate vendita, vt eſt hæreditas; quia tunc nõ datur euictio pro particulari re hæreditaria euicta, niſi de hoc expreſſe fuerit emptor ſtipulatus, *l. 1. C. de euict.* Fallit 2. quando emptor ſciret rem eſſe alienam; nam ne tunc debetur, niſi fuerit ſtipulatus, *l. ſi fundum. C. de euict.* An autem euictio, quæ tacite venit in quolibet contractu emptionis, regulariter ſit dupli, vel ſimpli; dic, quod pro ſeruo eſt dupli. *l. quod ſi nolis. §. quia aſſidua. ff. de ædil edict.* & etiam pro re pretioſa vendita, *l. emptori ff de euict.* quia pro his duobus eſt actio prætoria, quæ præſtatur ex neceſſitate, vt *d. l. emptori.* pro aliis autẽ reb. eſt ſimpli. vt probatur *in l. pen. C. de euict.* & eſt actio ciuilis.

Contractus donationis eſt talis naturæ, quod in eo non venit præſtanda euictio, niſi fuerit promiſſum, *l. 2. C. de euictio.* Fallit, quando donatio inciperet à præcedenti conuentione; quia tacite venit euictio, vt eſt gl. *in d. l. 2.* & text. *in l. Ariſt. §. fin. ff. de donat. & l. 1. C. de iure dot.* Fallit etiam in donatione remuneratoria, in qua venit euictio, vt not. Alex. *in addi. ad Bart. in d. §. fin.* & Bart. & idem Alex plenius *in l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. obl.* & hæc donatio remuneratoria non indiget inſinuatione, *l. Aquilius. ff. de donat.*

Carceratus propter debitum, ſi eſt pauper, & nõ habet, vnde ſe alat: tenetur creditor, qui fecit illum carcerare, eum alimentare in carcere, vt eſt gl. quæ communiter ſolet ad hoc allegari, *in l. fin. in verſ. agnoſcere. C. de ero. mili. anno. lib. 12.* & ibi hoc dicit expreſſe Nico. de Nea. idem tenuit Ang. de Aret *in §. fi. in fi. verbis. Inſtit. de actio.* & Iaſ. *in §. item ſi quis in fraudem, in 24. col. eo. tit.* & Bar. *in l. ſanctum. ff. de re. diuiſ.*

Compromiſſum factum in aliquem, quod debeat iudicare de iure, intelligitur etiam de conſuet. nam ipſa conſuetudo eſt ius non ſcriptum, *l. de quibus. ff. de legib. & c. conſuet. 1. diſtinct.* ita not. Iaſ. *in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtil. pub.* & Bald. *in l. conſtitutionũ. C. de bon. quæ lib.* Et ſic habes, quod appellatione iuris venit conſuetudo, de quo plene per Felin. *in cap. 1. extra de ſponſal.* Hoc tamen limita non procedere, quando conſuetudo repugnaret iuri communi. Vnde ſi pater dixit, inſtituo filiam meam in eo, quod de iure ſibi contingit, intelligitur inſtituiſſe eam in virili portione, vna cum maſculis; quia ita ſuccedit de iure communi, *l. maximum vitium. C. de lib. preterit.* licet de iure conſtitutionum ſeu conſuetudinis ſuccedat in dote tantum, & dotata excluditur à ſucceſſ. vnde ad hoc, vt talis inſtitutio aliquid operetur, intelligimus eam eſſe inſtitutam de iure communi, vt dicit Iaſ. *in d l. præſcript.* ad quod facit quod notatur *in addi. Bald. in d. l. conſtitutionis.*

Condemnatus ſoluere ob delictum, ſeu factum alterius, an poſſit petere illud, quod ſoluit, ab eo, cuius facto fuit condemnatus? Dic, quod ſic, vt *l. nam & Seruius.* & ibi per Bart *ff. de neg geſt. & l. ſi vero. §. cum autem. ff. de his qui deie vel effud. & l. licet. §. fi. ff. nau cau. ſtab.* quod not. pro materia repræſaliarum, vt per Bartol. *in l 2. §. item ſi in facto. in fin. ff. de verb. oblig. & in Tract. ſuo repræſaliarum, in vlt. quæſtio. princ.*

Confeſſio facta in iudicio, poteſt in continenti reuocare abſque probatione erroris, vt eſt gloſſ. *in c. fin. de confeſſ. lib. 6.* & illud verbum, incontinenti, exponitur, id eſt antequam confeſſio fuerit redacta in ſcriptis, vt eſt gloſſ. *in cap. apud. 32 q. 1.* & vide omnino Abb. *in c. præterea, in 2. col extra de teſti. cog.*

Confiſcatio facta per ſtatutum in farina, vel frumento, an habet locum etiam in ſacco, vel inſtrumento, vehente farinam? dic, quod non; quia ſumus in pœnis, & in odioſis, in quibus fit ſtricta interpretatio. ita in propriis terminis voluit Bald. *in l. cum proponas, la. 2. C. de naufr.* arg. eorum quæ voluit Bart. *in l. 1. ff. de verb. ſignific.*

Conditio ob cauſam, an habeat locum in contractibus innominatis? dic, quod non, niſi non ſeruaretur illud pactum, quod dedit cauſam contractui, text. eſt *in l. cum te. C. de pact. inter. empt. & vend.*

Contractus innominati ſunt talis naturæ, quod in eis habet locum pœnitentia re integra, *l. ſi pecuniam. ff de cond. ob cau.* Quod fallit primo, quando interueniſſet ſtipulatio, *l. ex placito. C. de re. permut.* Secundo fallit, quando contra illum, qui promiſit, obſtaret excep. vt ſi facio tibi pactum de non petendo, vt vadas pro me Romam, non poteſt ampliuſme pœnitere. ita tenet Bald. Nouel *in Rubrica de ver. oblig. in 6. colum.* ad quod facit quod not. Bartol. *in l. nemo poteſt. in 3. col. ff de leg. 1.* vbi dicit, quod

relicta in teſtamento minus ſolemni ſunt naturaliter debita: vnde ſi reperiuntur penes legatarium, obſtat hæredi petenti except. licet petere non potuiſſet legatarius. Tertio fallit, quando eſſet appoſitum iuramentum, ita ſingulariter voluit Antonius Corſe. *in repet. Rub. extra de iureiurand. in ſecundo priuilegio*, per gloſſ. *in d. leg. ſi pecuniam*,

Contractus, in quo dictum eſt, do tibi hanc pecuniam, vt ſit tua, non dicitur eſſe mutui, ſed potius donationis, ita voluit Bald. Nouel. *in l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* & hoc propter geminationem ad hoc, vt aliquid operetur. *arg. l. Baliſta. ff. ad Treb.* & eorum quæ voluit Bartol. *in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. 11.* & vide quæ dixi *infra in verſic. ſtipulatio facta ſine cauſa.* ſecus ſi fuiſſet dictum tantum, do tibi hanc pecuniam; quia in dubio quando poteſt accipi alia coniectura, quam donationis, nunquam præſumitur donatio, *l. cum de indebito. ff de probat. & not. glo.* & Bartol. *in d. l. cum quid* & Alexand. *in l. 2. §. & harum. in fin. col. ff. de verb. obl.* & vide *in verſ. donatio nunquam, &c.*

Concluſione in cauſa facta, poſſunt inſtrumenta nouiter reperta produci, vt not. Alex. poſt Bart. *in l. admonendi, in 5. & 6 colum. ff. de iureiu.* & Alexand. *in l. diui fratres, ff. de pœnis.* debet tamen peti reſtitutio in integr. ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, vt eſt caſus opt. Alexand *in d. l. admonendi.* Item poteſt allegari in iure, vt not. Barb. *in ca. cum dilectus. in addit. ad Abb. extra de fide inſtrument.* vbi allegat Bald. hoc dicentem *in authent. iubemus. C. de iudic.* & hoc not. pro limitatione eorum, quæ habentur *in d. cap. cum dilectus.* vbi dicitur, quod poſt concluſum in cauſa nihil produci poteſt, nec allegari; quia prout dicit ibi gloſſ. dicitur eſſe renunciatum omnibus exceptionibus, & allegationibus producendis. Ita limita illud cap. non habere locum, quando poſt concluſum in cauſa de facto fuiſſent producta inſtrumenta, vel teſtes, & de facto fuiſſent acceptata à iudice parte non opponente; quia tunc videtur eſſe à cōcluſione receſſum. ita ſingulariter voluit Abb. *in d. cap. cum dilectus. in 2. colum.* Quod facit ad id, quod ſingulariter voluit Fran. de Cur. *in repet. l. admonend. in 13 col.* vbi dixit, quod ſi datur dilatio ad producēdum teſtes, & expirat: poteſt cauſa cognita, id eſt, ſi pars non fuerit negligens, dari alia dilatio, iuxta *l. fi. & quæ ibi not. ff de feri.* quæ ſecunda dilatio datur ad producendum illos teſtes tantum, in quibus pars non fuit negligens in prima, non ad alios nouos, vt not. Alex *in d. l. admonendi.* hoc tamen non haberet locum ſecundum eum, quando de facto fuiſſent alii teſtes recepti in ſecunda dilatione. Item non haberet locum ſecundum eundem, quando producens ignoraſſet ſe habere alias probationes, & idem tenet *ibid in 6. col. in 8 fall.*

Clericus an æquiparetur militi, & in quib. caſib. require infra, *in verſ. res empta ex aliena pecunia, &c.*

Cenſionarius non ſoluens cenſum per biennium, ſiue triennium, non cadit iure ſuo, ſicut emphyteuta, ita voluit Bartol. *in l. 1. §. hic titulus. ff. de publica.* & Innoc. *in cap. ad audientiam. extra de reb. eccl. non alien.* & gloſſ. *in c. conſtitutus. in ver. iuxta ratam. extr. de relig. domi.* eodem modo ſi vendit, licet ſecus in emphyteuta. *l. fin. C. de iure emphyt.* Tamen fuit quandoque determinatum in Sacro Cōſil. Neap. quod debeat cadere pro ea parte, quanti fuerat pecunia ſibi data, puta dedi centum Titio, quod quolibet anno reddat mihi quinque ſuper ſua domo; tunc ſi non ſoluit, cadit à iure ſuo pro tanta parte domus, quod aſcendat ad ſummam centum. Dat tamen optimam cautelam Paul. de Caſtr. *in l. ſi tibi. ff. ſi cert. pet.* ſcilicet quod quando do pecuniam ſuper aliquo fundo, vt mihi reddatur cenſus, debeo facere, quod ille cenſionarius vendat mihi fundum pro illa pecunia, quam ei do cum pacto vt dem illum ſibi in emphyteuſim; vnde poſtea ſi alienat, vel non ſoluit, cadet à toto fundo, vide tamen plene per Abb *in d. c conſtitutus. in pen. & fi. colum.* vbi ponit multas differentias.

Cenſionarius habet vtile & directū dominium, ita probat gloſſ. *in c. conſtitutus in ver. iuxta ratam. extra de relig. dom.*

Condictio ob cauſam ita cognoſcitur à condictione indebiti; quia cond. indebiti habet locum quando ſoluitur ex cauſa intrinſeca, vt do tibi decem, tacite videor dare, vt liberer à debito: ſed condictio ob cauſam habet locum, quando ſoluitur ex cauſa extrinſeca, vt do tibi decem, vt vadas pro me Romam. ita voluit Alexand. *in l. 2. §. 1. 4. col ff de ver. oblig.* ſi autem aliquis ſoluit ex cauſa extrinſeca de præterito, non repetit etiam ſi cauſa ſit falſa, vt *l. damus. ff. de condict. indeb.*

Creditor proprie dicitur, qui credendo fidem alienam ſequitur, à credendo dictus, *l. 1. ff. ſi cert. pet.* largo tamen modo dicitur & ille, qui habet aliquem obligatum ex delicto; quia quemadmodum debitor dicitur ille, à quo inuito poteſt pecunia extorqueri, *l. debitor ff. de verb. ſign.* ita & creditor dicitur, qui poteſt generaliter ab inuito extorquere. *l creditores. & l. creditorum. & l. ſi cui. ff. de verb. ſign.* Ex quo ſequeretur, quod ſtatutum faciens mentionem de creditore, non habet locum in creditore ex delicto, vel ex legato; cum largo modo dicatur creditor, & ſtatutum debet ſtricte intelligi, *l 3. §. hac verba. ff. de neg. geſt.* Tamen in contrarium eſt veritas; quia licet proprie non dicatur creditor quantum ad alluſionem vocabuli: tamen ſecundum communem vſum loquendi dicitur creditor, qui vſus preualet alluſioni, vt *l. Labeo. ff. de ſup. leg.* & voluit Bartol. *in rubrica. ff. de ope no. nunc.* & idem Bart. *in l. ſicut. ff. de verb. ſign.* Propterea tale ſtatutum debet intelligi ſecundum communem vſum loquendi, vt *d. l. Labeo*, & idem dicas de hoc adiectiuo, creditus, ta, tum, & de hoc nomine debitor,

bitor; quia cum ſint correlatiua, idem ſtatuitur in vno, quod in alio, *l.fin.ff.de accept.* & *l.fin.C.de iud. vid.tol.* licet Bart. *in d.l.1.in 4.col.ff.ſi cert.pet.* voluerit facere differentiam inter nomen creditoris, & verbum credere; ſed male hoc dixit; vnde ab omnibus reprobatur. Fallit tamen quando ſtatutum eſſet odioſum, vt ſi dicat, quod debitor non poſſit conueniri per quinquennium; quia tunc ſtricte intelligitur. nam tale priuilegium conceſſum debitoribus in præiudicium tertii non debet ampliari. *l.1.§. ſi quis à principe ff.ne quid in loc. pub.* & *l.impuberi.ff.de admin.tuto.* & not. Alex. *in d.l.1.in 10.* & *11.col.*

Contractus emptionis, & venditionis habet hãc naturam, quod venditor non tenetur dominium rei venditæ transferre, ſed tantum tradere. *l.ſi ita,§.1.ff.de contrahen.empt.* ſed emptor tenetur dominium pecuniæ transferre, *l.ex empt.in princ.ff.de actio.empt.* de ratione diuerſitatis vide gloſſ. *in d.l ex emp.* Fallit, quando venderetur aliquod genus; quia venditor tunc tenetur dominium transferre, nec attenditur natura ipſius tituli, text. eſt ſingularis *in l.concubinam.§.ſi hæres ff.de leg.3.* & ibi gl. & Bart. *in l.2.in princ.ff.ſi cert. pet.*

Contumax in reſpondendo, quando à iudice interrogatur, præſumitur affirmare, vel negare, ſecundum quod in ſui præiudicium poteſt eſſe: quia ſi negando ſibi præiudicaret, negare præſumitur: & ita etiam in affirmando, *l.de ætate. §. tacuit.ff.de inter. actio.*

Contractus, ad ſciendum, an fuerit celebratus gratia vtriuſque, an vnius tantum, debemus inſpicere principale propoſitum contrahentis: nam ſi ego precibus ductus commodaui tibi librum, deinde tu poſtea incidenter dediſti mihi aliquod pretium, & ſic de commodato feciſti contractum locationis, adhuc talis dicetur celebratus contractus ex parte vnius tantum, ſcilicet accipientis. ita voluit Bartol. *in l.ſi quis nec cauſam,* & *in l.rogaſti,ff.ſi cert.pet.* & ibi probatur in text. ibi. maxime ſi ſine vſuris, &c. & hoc eſt multum vtile cognoſcere pro his, quæ habentur *in l. ſi vt certo, §. non videndum.ff.commod.*

Contractus, in quo ita eſt dictum, emo hunc librum pro hac pecunia, quam habeo in burſa ſeu in arca, non dicitur emptionis & vendit. ſed potius innominatus ſeu permutatio; quia illa pecunia habetur loco ſpeciei, vt eſt gloſſ. not. *in l.hac venditio §.fin.ff.de contrahend.empt.* facit *l. plane,l.1.de leg.1. in §.1.*

Contractus taliter celebratus, do tibi librum meum, vt des mihi tuum, & vltra hoc refundas mihi decem, an dicatur eſſe emptio, vel permutatio. Dic, aut pecunia venit in refuſione, vt in caſu propoſito, & eſt permutatio; quia liber eſt principale, & pecunia acceſſorium. Aut liber venit in refuſione; & tunc eſt emptio; quia contractus fuit principaliter celebratus, vt dares decem, ita not. Alex. *in l.2.in princ.in fin.illius princ.ff ſi cert.pet.* Sed ſi eſſemus in dubio; tunc dic, quod eſt attendendum quid valeat plus, quia ſi liber, erit permutatio: ſi autem pecunia erit pretioſior libro, erit emptio, ita voluit Bartol. *in l. ſi in venditione. ff de contrahen. emp.* & *in l. Ariſto. ff. de donat.* & *in l 1. ff. de rer. permutat.*

Conditio, condicio, & condictio, ita differunt; nam quando ſcribitur cum, t. ſignificat futurum euentum, de qua loquitur titulus *de condit.* & *demon.* quando vero ſcribitur cum, c. ſignificat conuentionem, & pactum, ita not. gloſſ *in l.legem. C.de pact.* quando vero ſcribitur cum, ct, ſignificat perſonalem actionem, vt *in §. appellamus. Inſtit.de act.* & ita loquitur *l.certi cond.ff ſi certi pet.* & alii tituli tractantes de conditione. Ita voluit Sal. *in d.l.legem.*

Contractus certus differt ab eo, ex quo certum petitur. nam contractus certus eſt ille tantum, qui continet rem certam, vt not. gloſſ & Bart. *in l.certi cond.ff.ſi cert pet.* Sed certum petitur non ſolum ex contractu certo, ſed etiam ex incerto, vt *d. l.certi cond in princ.* vt quando petitur intereſſe, quod licet ſit incertum; tamen venit certificandum per ſententiam iudicis, vt *in §.curare Inſt de actio.*

Cautio differt à ſatiſdatione: nam cautio intelligitur ſine fideiuſſione: ſed ſatiſdatio, cum fideiuſſ. vt *l.ſancimus.C.de verb ſign.* & licet cautio dicatur nuda à fideiuſſione; non tamen dicitur nuda à ſtipulatione: quia requiritur in ea ſtipulatio, vt eſt gloſſ *in d l.ſancimus.* Fallit tamen, quando cautio exigitur à perſona ſuſpecta; quia tunc intelligitur cum fideiuſſ. vt *l.in omnibus ff de iud.* Secundo fallit, quando cautio debet præſtari cauſa cognita, vt *l.ſi creditores.de priuil.credi.* & *d.l.omnibus.* Tertio fallit in cautione prætoria, vt *l. 1.C. de procur* & *l.prætoria.la.3.ff.de pretor.ſtipul.* Quarto fallit, quando requireretur ſufficiens cautio, vt eſt gloſſ. *in c. quoniam.§.in aliis.extra; vt lit.non conteſt.* Quinto fallit, vbi fieret mentio de competenti cautione, vt *l.ſi debitori.ff.de iudic.* Sexto fallit, vbi fieret mentio de idonea cautione, vt *l. ſi quo tempore. ff. de petit.hæred.* & *l.ſi mandato Titii.§ fin.ff mandat.* Septimo fallit, vbi fieret mentio de plena cautione, vt eſt gloſſ. *in d.l.ſi mandato.Titii § fin.* Octauo fallit, vbi requireretur recte caueri, vt *l.1.§.iubet ff.de collat bono.* Nono fallit, quando maritus præſtaret cautionem vxori ſuæ de dote reſtituenda; nam tunc etiam intelligitur cum fideiuſſ. niſi maritus eſſet pauper; adeo quod non poſſet inuenire fideiuſſorem; quia tunc ſi cauet, intelligitur ſine fideiuſſore. Ita voluit Bald. Nouel. *in ſuo.tract.dotium. in 8.parte,in 12.priuil.* Ex quo inferebat ibidem ad vnum ſingulare dictum, de quo dicam infra in verbis, princeps quando concedit. Et de his, & aliis limit. & *l.ſancimus.* vide Alexand. *in l. diuortio. §. interdum. ſolut. matr.* & *in d. l.ſancimus. in addit. ad Bart.*

Contractus innominatus cognoſcitur ex forma adimplendi, non autem ex forma ineundi, vt ſi dico, do tibi decem, vt vadas pro me Romam : quo ad formam ineundi, eſt; do, vt facias: ſed ſi prius tu vadis Romam, quam dem tibi decem, erit facio, vt des, vnde ita appellabitur, ita voluit Bart. *in l. cum mota. C. de tranſ.* licet gl. ibi contrarium teneat, & male.

Contractus innominatus, quomodo cognoſcitur à contractu ſocietatis, vide text. *in l. ſi tibi area. in princ. & in ver. ſed ſi puerum. ff. de con. indeb.* & Doct. maxime Alex. *in l. ſi paſcenda. C. de pact.*

Contractus ſimulatus quomodo probatur, vide Bart. *in l. pacta nouiſſima. C. de pact.*

Creditor ſi ſuccedat debitori, an debitum cenſeatur confuſum, an vero ſolutum? Iſta eſt materia, quam tractant doct. *in l. debitori. C de pact & in l. Vranius. ff. de fideiuſſ.* Tamen breuiter dicas ſic, quod ſi intereſt ipſius hæredis ſucceſſionem habere vim ſolutionis, debitum cenſetur ſolutum, vt ſi debitor erat naturaliter tantum obligatus, intereſt creditoris debitum ſibi cenſeri ſolutum, cum poſſit illud deducere, & compenſare. *l. etiam. ff. de compenſat.* nec quantum ad illam ſummam, tenetur aliis creditoribus hæreditariis; quod non faceret, ſi debitum eſſet confuſum. Si vero intereſt eius habere vim confuſionis, debitum cenſebitur tunc eſſe confuſum. Exemplum poteſt eſſe, ſi erant duo rei debendi, quorum vnus fecit creditorem hæredem, debitum modo videtur confuſum; quia creditoris intereſt ad hoc, vt poſſit petere ſolidum ab alio reo, quod non faceret, ſi cenſeretur ſolutum; quia ſolutione vnius alter liberatur, vt *l. 2. ff. de duo. reu.* & de hoc eſt exemplum *in l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolut.* Ita voluit Bart. *in d. l. Vranius.* Quod limita non procedere in caſu ſingulari, quem poſuit Bartol. *in l. generaliter. ff. de fideiuſſ.* vbi dicit, quod ſi fideiuſſor ſucceſſit reo principali, & fecit inuentarium, licet alias actio fideiuſſoria confundatur remanente tantum principali, vt *d. l. generaliter. & l ſi debitori creditor eod. tit.* tamen per confectionem inuentarii non confunditur; quia creditor pateretur præiudicium; nam ſi vellet conuenire ipſum tanquam hæredem, ille opponeret exceptionem inuentarii; vnde non poſſet ſolidum conſequi, nec poſſet contra eundem tanquam contra fideiuſſorem agere; quia hæc actio erat confuſa. Vnde in hoc attenditur præiudicium tertii, aliquando tamen ſucceſſio facit actionem, prius inanem, efficacem, vt ſi mulier fideiuſſit pro aliquo, & ei hæres extiterit, poterit modo efficaciter conueniri, licet prius habebat exceptionem Velleiani. vt eſt text. *in d. § aditio. num. fin.*

Carceratus ex quocunque delicto, debet ſub fideiuſſoribus relaxari. Fallit in crimine læſæ Maieſtatis. Item fallit, ſi delictum ſit notorium. Item fallit, quando carceratus fuiſſet deprehenſus in fragranti crimine, & hoc plene conſtaret, vel per ſuam confeſſionem, vt eſt conſtit. regni, *Humanitate.* & in hoc eſt correctum ius commune; quia de iure communi, ſi eſt delictum leue, poteſt relaxari ſub fideiuſſoribus; ſi vero magnum; tunc ſecus, vt voluit Bart. *in l 1. & l. diuus ff de cuſto. reo.* & Specul. *in tit. de accuſ. in §. 1. verſic. ſed pone, &c.* Sed iudex ſi non vult accipere idoneum fideiuſſorem, nec reum relaxare, quando de iure tenetur, eſt obligatus actione iniuriarum, vt *l ſi vero §. 1. ff. qui ſatiſ cog.* Item tenetur ad intereſſe in ſyndicatu, vt not. Bald. *in auth. generaliter, in fin. C. de epiſ. & cler.* & Alex. *in d. l. 1. ff de cuſto. reor.*

Confeſſio facta per pupillum, ſine auctoritate tutoris, an valeat, vide infra in verbis, pupillus non poteſt confiteri, &c.

Contractus, quando non poteſt ex tenore ipſius cognoſci, an ſit emphyteuticus, an vero cenſualis, in dubio cenſetur cenſionarius. Ita voluit Alber. de Roſa. *in l. 2. C. de iure emphyt.* quem refert Andr, Sicul. *in addit. ad Abb. in ca. conſtitutus. col. pen. extr. de relig. domib.* & hoc eſt multum vtile; quia, vt dicit Abb *in d. c. conſtitutus.* cenſionarius habet vtile, & directum dominium, ſed emphyteuta vtile tantum. Item cenſionarius nunquam cadit à iure ſuo per alienationem, vel per non ſolutionem, ſed emphyteuta ſic, vt *l. 2. & fin. C. de iure emphyt.* & dixi *ſup. in verſ. cenſionarius.*

Conditionis euentus, an interpellet pro homine, ſicut dies, vide *inf. in verſic. debitor ad hoc vt conſtituatur, &c. in fin. & in verſ obligatio, in qua eſt appoſita.*

Creditor habens duos debitores eiuſdem rei, puta quia ſunt hæredes, quorum vnus eſt clericus & alter laicus, quomodo debet eos conuenire? dic, quod debet ambos conuenire coram iudice eccleſiaſtico, nam maius dignum trahit ad ſe minus dignum. Ita ſingulariter voluit Bartol. *in l. præcipimus. §. penult. C. de appellat.* Facilius enim poteſt laicus ſubiici iuriſdictioni eccleſiaſticæ, quam clericus ſeculari, per *ca ſi diligenti. ext. de for. compet.* Si autem eſſent duo laici, & vnus clericus; tunc omnes eſſent conueniendi coram iudice ſeculari; quia tunc maior pars attrahit ad ſe minorem. Ita Bartol. *in l. fin colum. 3. ff. de colleg. illicit. & l. 1. §. ſi quis in appellatione. in pen. q. ff. de appell.* & Abb. *in c. 1. de locat.* & Bald. *in authent habita.* C. *ne fil. pro pat.* & hoc eſt, ne cauſæ continentia diuidatur, contra *l. nulli. C. de iud.*

Clericus abſens cauſa ſtudiorum debet habere fructus ſui beneficii, ac ſi eſſet præſens. Ita not. Abb. *in c. tua. de cleric. non reſid & in c. fin. de magiſtris.* quod limitat procedere in eo, qui ſtudet in Theologia, vel de iure canonico tantum; ſecus in aliis ſcientiis. Item facit differentiam inter ſtudentem, & docentem; quia docens habet, quandiu eſt abſens etiam ſupra centum annos; ſed diſcens debet

debet habere tantum per quinquennium, quia per tantum tempus poteſt quis effici perfectus. & quod abſens cauſa ſtudiorum habeatur pro præſente, facit text. *in l. quæſitum, in princ. ff. de leg. 3.* non autem debet habere diſtributiones, quæ in eccleſia præſtantur tantum reſidentibus, *cap. licet.* & ibi gloſſ. & Abbat *de præb.*

Carceratus relaxatus cum iuramento, de redeũdo ad carcerem, an teneatur redire. Dic, quod ſi iuſte erat carceratus, tenetur redire, & ſi immineret pœna ſanguinis; Si autem iniuſte; & tunc ſi erat pœna ſanguinis, non tenetur redire; ſi vero non erat pœna ſanguinis; tunc tenetur redire ad obſeruantiam iuramenti, vt eſt gloſſ. *in Clem. paſtoralis. in ver. per violentiam de re iud.* quam ſequitur Franc. de Cur. *in repetit. l. admonendi in 48. col. ff. de iurei.* & Abb. *c. inter alia in fin. extra. de immun. eccleſ.* & vide Abb. *in c. ſicut. in ver. no. de iureiur.*

Carceratus fugiens de carcere fractis oſtiis, vel muros tranſcendens, qua pœna puniatur, vide *inf. in verſ. fugiens à carcere.*

Clauſula codicillaris operatur, vt venientes ab inteſtato cenſeantur grauati ad legata facta in teſtamento, vt eſt gloſſ. not. *in l. teſtamento. C. de fideicomm.* & gloſſ. *in l. quia autem. in verſ. fuerit derelicta. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt.* & Alex. *in l. 3. col. 3. de leg. 1.* & Bart. *in l. qui fil. ab. in princ. eod. tit.* & Alex. *in l. certi iuris. C. de teſtam. milit.*

Clericus non poteſt fideiubere pro laico de iudicio ſiſti. ita voluit Abb. *in c. 1. de fideiuſſ.* An autem in aliis poſſit pro laico fideiubere, videas *ibi per eum.*

Creditor, habens aliquam ciuitatem obligatam, poteſt ibi malefactores punire; Ita voluit Ang. *in l. ciuitas. in 4. colum. ff. ſi cert. pet.* referens ibi Bald. per text. *in l. eleganter. §. fin. ibi; ſi pro maleficiis ſuis coercuit. ff. de pign. act.*

Conditio poteſtatiua non retrotrahitur, *l. potior. in prin. ff. qui pot. in pign. hab.* ſecus in conditione caſuali, vt *d. l. potior. §. 1.* & not. Bart. *in l. potens. circa fi.* & *ibi etiam gl. C. de pact.*

Conuentio dicitur nomen generale ad omnes contractus, ſiue re, ſiue verbis, ſiue conſenſu. vnde continet etiam ſtipulationem. *l. 1. §. adeo. ff. de pact.* & idem dicimus de hoc verbo, conuenire, vt eſt gloſſ. *in verb. ſi extraneus. ff. de condict. ob cau. in gl. fin.*

Creditor ſolutionem accipiens, ſi eſt filiusfamilias, an liberet debitorem ſoluentem, vide plene per Bart. & Doct. *in l. non ſolum. ff. ſol. matr.*

Contractus celebratus per ebrium non valet, imo ſtatim probata ebrietate, redditur nullus, ita tenet Alex. & *in l. dolũ. C. de dolo.* imo plus dicit, quod ſi quis inuitauit aliquem ad prandium, & poſtea contraxit cum eo, præſumitur ipſum inebriaſſe; & ſic præſumitur in dolo: vnde contractus per exceptionem annullabitur, per gloſſ. *in d. l. dolum.* & gl. *in c. vnuſquiſque. 22. qu. 4.* & facit tex. *in c. ſane 15. qu. 1.* & an ebrius puniatur, ſi delinquat in ebrietate, vide Bart. & ibi etiam per Alex. *in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœnis.*

Confeſſio facta in contractu inutili & inualido, plene probat. ita ſingulariter voluit Bart. *in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. obl.* & idem Bart. *in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet.* & idem dicas de confeſſione facta in libello inualido. ſecundum Bald. *in l. 2. C. de re iud.* quem refert Alex. *in l. ſi confeſſus. de cuſtod. reor.* Quid autem in confeſſione facta in iudicio inualido, vide Bart. *in d. l. ſi confeſſus.* & per Innoc. *in c. Piſanis. de reſtit. ſpol.* Et ex prædictis ſingulariter inferebat Ang. *in l. 1. C. de præſcrip. 30. an.* quem refert Alexan. *in d. § Chryſogonus. 7. col.* quod ſi mulier contrahat ſine mundualdo, licet talis contractus non valeat; tamen confeſſio in eo facta plene probat, & vide *inf. in verb. confeſſio.*

Creditor agens ex numeratione de mutuo, ſi poſtea probat de confeſſione tantum, debet ſuccũbere, niſi ſit elapſum biennium, vel ſit exceptioni non num. pecun. renunciatum ſolemniter. ita voluit Alex. *in l. 1. § ſi quis ita. col. fiſi. de verb. obl.* & *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. col. 9.* & *10. eod. tit.*

Cautelam, quomodo pater poſſit filium fraudare legitima, vide per Bart. *in l. hæreditarium. ff. de bon. auth. iud. poſſ.* vbi dicit, quod poteſt hoc facere alienando omnia bona ſua ex cauſa non lucratiua. nam legitima non debetur, prout ipſe dicit, niſi deducto ære alieno. *l. Papinianus. §. quarta ff. de inoff. teſta.* vnde quandiu non ſit ſatisfactum illi creditori, in quem ſunt alienata omnia bona, filius non poteſt petere legitimam.

Collectæ in dubio cenſentur prohibitæ, niſi probentur permiſſæ. ita voluit Abb. *in cap. peruenit col. 3. de immun. eccleſ.* quis autem poſſit imponere collectas, vide Bart. *in l. 1. col. 3. C. de mulier.* & *in quo loco, libr. 10.*

Clericus, quodcumq; acquirit, & vndecumque, dicitur eſſe ſibi in quaſi caſtrenſe peculium, *l. ſacroſancta.* & *auth. presbyteros C. de Epiſ.* & *cler.* Ex quo dixit ſingulariter Bald. *in d. l. ſacroſancta.* per illum text. expreſſius autem Abb. *in c. quia nos extr. de teſta.* quod peculium, quod eſt aduentitium in laicis, erit in clericis quaſi caſtrenſe: vnde pater non acquirit vſum fructum in bonis filii clerici vndecumque quęſitis. Ex quo ſequitur, quod poteſt clericus de his teſtari, & diſponere ad ſui libitum, & eius teſtamẽtum non ſubiacet querelę, per text. *in l. cum lege Leoniana. C. de epiſc.* & *cler.* Bene tamen poteſt agi conditione ex dicta lege, prout dicit ibi Bald. & per hoc dat vnam cautelam optimam Cæpoll. *in cautel. 158.* vbi dicit, quod pater quãdo vult facere, quod filius teſtetur, faciat ipſum clericum de prima tonſura: quia tale priuilegium habet locum in omni clerico, ſecundum quod refert, & ſequitur Iaſ. *in l. filia licet. C. de collat.* & *in l. pen. in fin. col. C. qui teſta. fac. poſſ.* Adde tamen ad id, quod dixi, clericum poſſe indiſtincte teſtari, vt non procedat in fructibus ſui bene-

oeficii, de quibus teſtari non poteſt, ſecundum Abb. *in c cum in officiis. & in c. cum eſſes. in 10. & 11. col. extra de teſtam.*

Confeſſio facta calore iracundiæ non tenet, niſi detur perſeuerantia. ita voluit Abb. *in c. cum parati. in fin. col. extra, de appellat.* vbi allegat gloſſ. *in c. ex literis. de diuor.*

Clericus poteſt citari coram iudice laico incidenter, puta ſi ſua putauerit intereſſe. ita ſingulariter voluit Bald. quem ſequitur Alex. *in l. teſtamenta omnia. C. de teſtam. in fin.* & eſt optima limitatio ad *c. ſi diligenti. extra, de foro compet.* & illud dictum multum exclamat Iaſ. *in d. l. teſtamenta omnia.*

Citatus ſimpliciter ſine hora, intelligitur citatus, vt compareat hora cauſarum conſueta, dummodo ſit expreſſus dies, alias eſt contumax, ſi non comparet. ita ſingulariter dixit Abb. *in cap. conſuluit. in 5. not. extr. de offic. deleg.* & Innocen. *in c. cum nobis olim. de elect.* & Bald. *in c. 1. in 5. col. de milit. vaſal. qui contum. eſt.*

Citatio partis non requiritur in factis notoriis, quando certum eſſet, partem nullam defenſionem poſſe allegare. ita voluit Abb. *in c. venerabilem. col. 4. de elect.*

Contractus celebratus iuſſu ſuperioris, ſiue cum principe, præſumitur meticuloſus; vnde eſt ipſo iure nullus, ita dixit Iaſ. *in §. quadrupli. col. 9. Inſt. de act.* per allegata ibi per eum.

Clericus hæres inſtitutus, & grauatus de reſtituendo, ſi deceſſerit ſine liberis. intelligitur de eccleſia, quæ ſuccedit loco filiorum: ſi autem fuerit dictum, ex ſuo corpore deſcendentibus, vitiatur fideicommiſſum; quia inuitaretur ad delinquendũ, & ſic ad fornicandum. ita not. Bart. *in l. hæredibus. §. fin ff. ad Trebell.* & Doct. *in l. ſi quis poſthumus. ff. de lib. & poſthum.*

Confeſſio in teſtamento facta de male ablatis, an operetur, vt teneatur teſtator ad reſtitutionem, & poſſit compelli ad hoc, ſi conualuerit, vide Abb. *in c. cum dilectu. col. pen. & fin. de ſucceſſ. ab inteſt.*

Clericus non poteſt regulariter eſſe aduocatus, niſi in quatuor caſibus, quos ponit Abb. *in c. fin. de poſtul.* primus eſt pro ſe, ſecundus pro eccleſia ſua, tertius pro coniunctis habentibus neceſſitatem, quartus pro miſerabilibus perſonis.

Collatio non habet locum, niſi quando deſcendentes ſuccedunt aſcendentibus; ſecus in tranſuerſalibus. gloſſ. eſt not. *in l. 1. in gloſſ. fin.* & ibi Bald. *C. de legit. hæred.* eodem modo ceſſat, quando aſcendentes ſuccedunt deſcendentibus, vt plene notat Iaſ. *in l. ſi emancipati. in 5. & 6. col. C. de collat.* & ibi etiam Alex. *in 2. col.*

Collatio habet locum tantum inter illas perſonas, quibus debetur legitima. ita dixit Alexand. *in l. ſi emancipati. colum. 3. C. de collat.* vbi infert ad not. qu. quod ſi ex forma ſtatuti filia dotata non ſuccedit, ſi fuerit poſtea per patrem inſtituta vna cum maſculis, non tenetur conferre, ex eo; quia ſibi non debebatur legitima, vt not. Bald. *in l. maximum vitium. col. fin. C. re lib. præter.* & Bart. *in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legit.* vbi dicit, quod per tale ſtatutum filia deſinit eſſe ſua, & hoc eſt not. perpetuo pro conſtit. Regni, *in aliquibus.* & illud dictum Alexan ſequitur ibidem Iaſ. *in 10. col.*

Citatus, vt Petrus Martini, cum vocaretur Petrus Ioannis, non efficitur contumax, ſi non comparet. ita dixit Bart. *in l. in teſtamento. §. 1 ff. de cond. & demonſtrat.* Qui autem ſi tres demonſtrationes eſſent expreſſæ, quarum vna eſt falſa, & duę veræ? Dic, quod forte non nocet, vt dicit Bart. *in l. 1. §. fin ff de dot. præleg.*

Contractus factus die feriata ad honorem DEI, an valeat? Dic, quod ſic, dictum fuit not. Speculat *in tit. de feriis. §. 2. verſ. qui ſi in feriis* pro quo facit; quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, ſecundum Bart. *in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obligat.* & tamen poteſt fieri die feriata, cum ſit quidam contractus, vt not. Abb. *in c. cum dilectus. col. 2. de arbitr. & in cap. Quintaualli. col. 10. de iureiur.*

Cucurbitare aliquem, idem eſt, quod concumbere cum eius vxore. ita ponitur hoc verbum *in c. 1. §. Item ſi fidelis, qui. mo feud. amit.* & ibi declaratur per And. de Iſern. & de hoc verbo, cucurbita, facit mentionem Speculat. *in tit. de nat. ex lib. ventre. verſic. ſed liberti.*

Conſtitutum precarii, ita demum operatur ſuum effectum quo ad tranſmiſſionem poſſeſſionis, ſi tempore conſtituti conſtituens poſſidebat, alias nihil operatur. ita not. dixit Bald. *in l. minus inſtructus. C. de acquirend. poſſ.* & Ang. & Alexan. *in l. quamuis. §. ſi conductor. & in l. quod meo. ff de acquirend. poſſeſſ.* vnde qui vult ex eo ſe fundare, debet hoc probare. Vide tamen omnino Alex. *in l. 2. §. incertam. in fin. qu. ff. de acquir. poſſ.*

Clerico prohibitum eſt negotiari, adeo, quod ſi negotiatur, non poteſt exercere officia clericalia, vt dicit textus *in cap. clerici. 14. quæſt. 4.* & tunc tenetur ſoluere gabellas, & ſic illud priuilegium perdit, vt habetur per Abbat. *in cap. fin. de vita & honeſt. cleric.* Limitatur hoc, niſi clericus eſſet pauper, & non haberet alias, vnde viuat; quia tunc permittitur ei negotiari, licite tamen. gloſſ. eſt not. *in d. cap. clerici. & text. in cap. clericus 91. diſtinct.* & alibi dixit gloſſ. not. *in c qui venatoribus. 86. diſtinct.* quod clericus pro ſuo victu debet facere calatos, ciſtos, & retia, & ſimilia.

Creditor dicitur eſſe procurator debitoris ſuper re pignorata, ita dicit text. *in l. ſi pignori. in fi. ff. fa. erc.* & facit ad hoc text. *in l. ſi cum venderet. ff. de pignor. act.* per quem ita dixit Alex. *in l. 1. §. per procuratorem. in fin col. de acqu. poſſ.*

Creditor faciens capi vel detineri debitorem per iudicem incompetentem, amittit debitum, ita voluit Bart. *in c. cauſam matrimonii. in fin. extra, de offic. de leg.*

*deleg* quem ſequitur Iaſ. *in l 2. antepen. colum. ff. de iur. omn. iud.*

Contumax per procuratorem dicitur fictus contumax, ita dicit Bald. *in c. 1. in fin ext. vt lit. non conteſt.* vbi hoc limitat per illum tex. niſi dominus ſciuerit contumaciam procuratoris, & eam non purgauerit; quia tunc efficitur verus contumax; vnde non audietur appellans. *l. 1. C. quo. appellat. non recip.* alias bene audiretur, vt dicit Bart. *in l 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non ob.* & ibi Iaſ. *in 2. col.*

Cuſtodes caſtri, qui diuiſerunt inter ſe cuſtodiam nocturnam, puta vt aliqui dormirent vſque ad mediam noctem, & aliqui cuſtodirent, an ſi per malam cuſtodiam vigilantium caſtrum capiatur, teneantur etiam dormientes? Dic, quod non, & hanc quæſtionem refert Iaſ. *in l. 1 §. ſi procurator in 3. colum. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* vbi refert, ita fuiſſe determinatum Bononiæ.

Conſuetudo praua non dicitur conſuetudo, ſed potius corruptela. ita dixit Abb. per illum text. *in c. cum venerabilis. in vlt. not. extr. de conſuet.*

Conſuetudo facit quid cenſeri licitum, quod alias erat illicitum. ita voluit Bald. *in l. ſi penes. C. de poſ. in fin.* ad quod facit quod in ſimili voluit Iaſ. *in l. 1. §. fin. in 5. col. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* quod conſuetudo praua excuſat quem à pœna. idem etiam dixit Abb. *in c. cum venerabilis. in gloſſ. 1. per illam gloſſ. extra. de conſuet.* & Alex. *in conſil. 132. 1. volum.* & Rom. *in conſil. 466.* & Alex. *in conſ. 107. 2. volum.*

Copia interrogatoriorum non datur parti aduerſæ. gloſſ. eſt not. *in c. 2. in verſic. interrogatoria. de teſtib. lib. 6.* vbi ſimiliter ponit formam interrogatoriorum & illam gloſſ. ſequitur Alex. *in l. 2. in 1. colum. C. de edend.* & idem Alex *in auth. iubemus. colum. 1. C. de iud.* & Innoc. *in c. per tuas. de teſtib.* & Specul. *in tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis. in princ.* & Bald. *in l. data opera, col. 10. C. qui accuſ. non poſſ.* Idem dicimus de allegationibus iuris; quia non datur copia, ſecundum Alex. *in d. authent. iubemus.* licet contrarium tenuerit Iaſ. *in l. 1. §. edenda. ff. de edendo. & in d. l. 2. C. eod. titulo.*

Cauſa ciuilis magna æquiparatur cauſæ criminali, ita dixit Bart. *in l. admonendi. penul. col ff. de iure iur.* per text. *in l. propter litem ff. de execut. tutor.* ex quo inferebat ſingulariter Bart. *in l. 3. in princ. ff. de teſtib:* quod ſicut ille, qui habet litem criminalem cum aliquo, cenſetur ei inimicus; vnde poteſt repelli à teſtificando contra eum, ita etiam in cauſa ciuili magna, ita etiam dixit Iaſ. ſequendo eum, *in l. pleriſque. col. 2. ff. de in ius voc.* quæ autem dicatur cauſa magna, eſt recurrēdum ad notata *in authent niſi breuiores. C. de ſent. ex peric. recit. & in leg. ſed ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic.*

Clauſula quælibet appoſita in contractu, debet aliquid operari. ita dixit Bald *in rubr. C. de contrahen. empt. in 9. quæſt.* Idem etiam & in reſcripto. vt eſt glo. *in c. ſolita, in verſ. tanquam. de mai. & obed.*

Confeſſio facta coram iudice incompetenti, non probat coram competenti, ſed facit ſolum indicium ad torturam. Ita dixit Bald. quem ibi ſequitur Alex. & Iaſ. *in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. om. iud.* & vide ſupra *in verſ. confeſſio facta in contractu.*

Ciuitas nulla præter Romanam habet priuilegium ſimile fiſco, nec in hypotheca, nec in alias tex. eſt, & ibi gloſſ. *in l. ſimile. ff. ad municip.*

Confeſſio facta in ſcriptis, parte abſente, præiudicat, puta in libello; quia ſcriptura ſemper loquitur. ita dixit Bartol. *in leg. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ.* & idem Bartol. *in l. 2. §. fin. ff. de iure fiſ.* pro hoc eſt textus *in l. cum pretium. C. de lib. cauſa.* & hoc habet locum, etiamſi libellus ſit ſcriptus manu alterius, quam libellantis, ſecundum communem opinionem, quam refert Iaſ. *in §. ſi minus. Inſtit. de act. col. 2.*

Citatio facta ſine die valet, & cenſetur, quod cōpareat quamprimum poteſt citatus, ita dixit Abb. *in c. cum parati. extr. de appell.*

Ceſſionarius non tenetur admittere reconuentionem de debito cedentis, quando agit vtili actione ſibi ceſſa, gloſſ. eſt, & ibi Bart. *in l ſi quis in rem ff. de procurat.*

Ceſſionarius ita habet executionem paratam inſtrumenti ſibi ceſſi, ſicut habet cedens. Ita dixit Bartol. *in l. 1. in verſ quæro ex forma ſtatut. ff. de act. & obl.* & Bald. *in l. ex legato in fin. C. de legat.*

Ceſſio facta à laico clerico, non valet; quia cenſetur facta cauſa mutandi iudicii, vnde præſumitur ſimulata, *cap. ex parte. & ibi gloſſ. fin de alien. iudic. mutand cauſa fact.* vbi per Abb. *in fin. colum.* Fallit ſi clericus ſi coniuncta perſona; quia tunc præſumitur facta potius ratione ſanguinis. ita voluit Cyn. & Bald. *in l. qui ſtipendia. C. de procurat.* & Ioan. Andr. *in tit. de ceſſ. act. § 1. verſic. ſed nunquid, ratione conſanguinitatis.* Item fallit, quando clericus eſſet impotens, & talis, qui non poſſet terrere aduerſarium. ita dixit Bald. *in l. per diuerſas. in pen qu. C. mād.* & Innoc. *in d. c. ex parte.*

Clericus an teneatur ſoluere vectigalia ſeu pedagia, vide Abb. tenentem quod non, *in c. innouamus. de cenſib.*

Citatio quando fit de longinquo, poteſt fieri ad totam cauſam ſimul, ita not. Abb. *in c. expoſuit. de dilat.* vbi plene hoc examinat. *& in c. cum dilecti. col. 2. de dolo & contumac.*

Conſuetudo contra ius præſumitur irrationabilis; vnde eam allegans tenetur probare eius rationabilitatem, vt not. Abb. *in c. cum veniſſent. in 1. col. de eo qui mit. in poſſ.*

Capitulum, ſede vacante, in quibus ſuccedat, vide Abb. *in c. verum, col. 2. de foro compet. & in cap. at ſi clerici. §. de adult. de iudic. & cap. cum olim. de mai. & obed.*

Collecta impoſita alicui vniuerſitati, ſi aliqui poſtea efficiantur exempti, vel non potentes ſol-

uere,

uere, an alii de vniuerſitate teneantur ſoluere pro illis, an vero fiat diminutio pro rata, vide plene per Iaſ. *in l. auus. ff. de pact.*

Clericus poteſt licite negotiari, quando eſt pauper, adeo, quod bona ſua ſibi non ſufficiunt, gl. eſt *in c. clerici. 13. quæſt. 4.* vide ſupra.

Citari debet pars ad vidēdum productionem inſtrumenti, alias inſtrumentum non præiudicat, quo ad effectum probationis. Ita dixit Bald. *in l. fin. C. qui admit.* & idem Bald. *in l. ſi quando. C. de teſtib. in fin. quæſt.* & Bald. *in l. iudices. C. de fid. inſtr.* & text. *in c. charta. 3. quæſt. 9.* ſicut etiam citatur ad videndum iuramenta teſtium. *c. 2. de teſtib. & d. l. ſi quando. & d. l. iudices* Hoc tamen de iuramentis teſtium limita non procedere, quando teſtes producentur vltima die termini dati ad probandum; quia tunc non eſt neceſſe citare partem. ita not. dixit Bald. *in d. l. ſi quando colum. 2.* & Bald. *in d. l. fi. C. qui admit.* & Bart. *in l. item illa. poſt princip. ff. de conſtitut. pecun.* & idem Bart. *in l. 2. C. de tempor. appell.* & Iaſ. *in l. qui ante Kalendas. col. fin. ff. de verborum oblig.* Multos alios caſus, in quibus non citatur pars, vide *in d. c. 2.* per Barb. & alios Mod.

Clericorum bona ſunt pauperum. tex. eſt *in c. fin.* quod incipit, *quoniam. 16. qu. 1. & ibi gloſſ.*

Clericus reputatur de vniuerſitate ciuium. Bald. *in cap. 1. de mil. vaſall. qui arm. bell. depoſ.* & Oldrad. *in conſil. 32.*

*D.*

DONATIO propter nuptias, & ante facta in hoc differunt: nam donatio propter nuptias dicitur, quando maritus accipiens dotem, conſtituit mulieri tantundem in bonis ſuis, vt ſi dos fuerit conſumpta, mulier habeat regreſſum contra illa bona, & de hoc loquitur. *authent. dos data. C. de donat. ante nupt.* vbi dicitur, quod donatio propter nuptias debet fieri ad æqualitatem dotis, vt ſi ſoluto matrimonio dos repetiatur ſalua, remaneat donatio apud hæredes mariti: nunquam tamen vxor lucratur talem donationem, ſed fit pro maiori cautela dotis. Sed ante facta dicitur illa quarta, ſeu tertiaria, quam conſtituit maritus in bonis ſuis præſentibus, vel etiam futuris, ſi hoc agitur, vel in tantis bonis, quanta eſt dos, & hanc lucratur mulier ſoluto matrimonio, quæ debet ſibi reſtitui vna cum dote, cuius eſt vſufructuaria dum viuit, ea vero mortua, tranſit in dominium hæredis eiuſdem matrimonii, ſi extat: filiis vero non extantibus eiuſdem matrimonii, tranſit in dominium mulieris, & per conſequens cuiuſcunque hæredis eius. *l. fœmina. C. de ſecundis nuptiis.* Et hanc differentiam ponit quidam Sebaſtianus Doct. Neap. in conſuetud. Neap. *in conſuetudine quarta ſub rubric.* qui dicit multos errare in tali differentia credentes idem eſſe ante facta, quod donatio propter nuptias, & hæc tertiaria non debetur, niſi fuerit conſtituta, & probetur, vt habetur *in conſt. regni. mulier quæ dotarium.* And. de Iſern. *in conſtit. licentiam. & cap. regni mulier dotarium.*

Dictio, longum tempus, denotat ſpatium decem annorum, vt probatur *ex rubr. C. de praſcr long. temp.* & not. Alex. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de damn. infect. col. 2.* vbi multas concordantias allegat. Idem tempus denotat dictio, diu, & diuturnus, & diutinus, vt not. Bart. *in l. de quibus col 5. in lect. ff. de leg.* & probatur *in l. diutina. C. de praſcript. long. tempor. & l. ſi cum fidei com m. §. Ariſt. ff. qui à quibus.*

Dies cœpta, an, & quando habeatur pro completa, debes ita diſtinguere, aut tempus profertur a lege; aut ab homine. Primo caſu, aut ſumus in materia fauorabili, & habetur pro completa. *l. in vſucapionibus ff de vſucap. & l. qua ætate ff. de teſtament.* Aut ſumus in materia odioſa, & non habetur pro completa, vt dicimus in præſcriptione 30. annorum, vt *l. in omnibus. ff. de action. & oblig.* Aut ſumus in materia mixta, vt in reſtitutione minorum; & tunc ſi fauor minoris eſt, quod in integrum reſtituatur, dies cœpta non habetur pro completa: Si vero fauor minoris eſt, quod habeatur pro maiore, pura; quia vult contrahere, & tunc habetur pro completa. *l. 5 §. minorem. ff. de minor.* Secundo caſu, quando dies profertur ab homine, aut tempus ponitur in genitiuo; & tunc non habetur pro completa, *l. ſi cui legetur. de leg. 1.* Eſt eſt ratio; quia de natura genitiui eſt importare veram poſſeſſionem, *l. 2. §. 1. ff. relig.* facit *l. ſi domus. § fin. de leg. 1.* Aut ponitur in accuſatiuo cum hoc verbo: peruenio; & tunc non habetur pro completa; quia verbum, peruenio, denotat perfectionem, *l. ſi vrbana. §. pernoctare. ff. de verbor ſignificat.* Aut ponitur in accuſatiuo cum ſola præpoſitione, ad; & tunc habetur pro completa; quia dictio, ad, ponitur pro iuxta, *l. quidam Hiberus. & ibi gloſſ. de ſeru. vr. prædi.* Aut ponitur in ablatiuo, & tunc ſi verba executiua ſunt directa in perſonam debitoris, non habetur pro completa, *l. qui hoc anno. ff. de verborum obligat.* Si vero ſunt directa in creditorem, habetur pro completa; quia tempus cenſetur tunc appoſitum in fauorem creditoris, *l. ſi ita fuerit. in princip la 2. ff. de manumiſſ. teſtam.* & Bartol. *in dict. leg qui hoc anno,* ad quod facit gloſſ. not. *in l. Lucio ff. de leg 2.* & vide dom. Chriſtophor. *Inſtitut. quibus ex cauſ man. non licet. poſt addit Adde & nota, &c.* & quod dictio, ad, ponatur pro iuxta, eſt text. *in l. qui filium. §. Sabinus ff ad Treb.*

Debitor eccleſiæ non poteſt conueniri ab ea niſi inquantum facere poteſt, deducto ne egeat, vt eſt gloſſ. *in c. quicunque el primo. 16. qu. 17.* & not. Andr. Sicul. *in addit.* & Abb. *in c. Odoardus. colum 3. de ſolut.* & ratio eſt; quia eccleſia non vult miſeriam alicuius, vt ibi dicitur.

Dictio, poteſt, eſt dictio extenſiua, & licet ſit præſentis temporis; tamen trahitur etiam ad futurum,

rum.*l. ſi ita quis.ff. de legat.* 2. & not. Bart.*in l. qui Romæ.§.duo fratres.in* 6.*queſt.de verb.oblig.*

Dictio, cum, facit principaliter tempus, ſecundario vero conditionem: vnde ſi legatur alicui cum pubes erit, eo mortuo ante pubertatem, non tranſit legatum ad hæredem, de hoc eſt text.*in l.ſi Titio.ff. quando dies leg.ced.& in l.ſi quis legata.ff.de cond.& demonſtr.* Sed dictio, ſi, denotat principaliter conditionem, ſecundario vero tempus, vt *dictis legibus.*

Dictio, cum, facit aliquid venire acceſſorie, & copulatiue, ſed dictio, &, facit venire copulatiue, & æque principaliter. ita not. Abb.*in c. cum Martha. col.* 2. *de celebr.miſſ.* Ex quo infert ibi ad id, quod voluit not. text.*in l.cui fundum.ff.de fund.inſtr.* vbi ſi teſtator dicit, lego fundum cum inſtrumento, ſi poſtea alienat fundũ, videtur renouaſſe etiam & inſtrumentum: ſecus ſi dicat, fundum & inſtrumentum.

Dictio, plurimi, ad minus debet verificari in tribus, vt eſt gloſſ. *in* §.*& quod ſæpe.in Authent.de trien. & ſemiſſ.*

Dominium licet non poſſit habere ex pluribus cauſis diuerſo tempore concurrentibus, vt *l.* 3.§.*ex pluribus. in fin.ff. de acquirend. poſſeſſ.* tamen, quando eſt dubium, ex qua cauſa quis habeat dominium, potes plures cauſas proponere in libello, vt voluit Ioan. And. *in c. poſt electionem.extra, de conceſſ.præb.* & Abb. *in conſil.* 110.

Dictio, ex, denotat cauſam proximam & immediatam, *l.*1.§.*ex incendio.ff. de incend.rui.& nau.* not. Abb.*in c.inter dilectos.col.*4.*de fid.inſt.& ibi vide vnam optimam addit. Andr. Sicul.* Idem dicas de dictione, de, quæ denotat cauſam proximam & immediatam; ſecus de dictione, ob, vel propter; nam hæc dictio denotat cauſam remotam, & mediatam, vt eſt text. de vtraque, *in l.*1 §.*nunc videamus.in fin.ff.de coniung. cum emanc.lib.* & idem tenet Bart.*in l.non dubium.col. fi. C.de legi.* & Bald.*in l.*1.C.*ſi ſer. exter.* Tamen quandoque fallit hæc dictio, ex; quia ſolet denotare cauſam remotam, vt dicit Bart.*in d.*§.*ex incendio.* & idem fallit quandoque dictio, de; quia ſolet ſimiliter denotare cauſam remotam, vt *l.ſi finita &* §.1.*verſic.de opere.ff. de damno infecto.* & tunc improprie ponitur. adde Bart. *in l.prætor.*§.*quod de fructibus.in fin. de bon. aut.iu. poſſ.*

Dictio, in, denotat cauſam intrinſecam & immediatam, vt eſt text.*in* §.*ſane.Inſt.vi bon. rapt.* & *l.*1. §.*in publico.ff de flumi.* & hoc in ablatiuo.

Dictio, ſed, quando ponitur ſine copula, denotat diuerſitatem iuris, & facti, *l. hoc amplius.* §. *de his autem. & ibi Bart.ff.de damn. infect.* Sed quando ponitur cum copula, denotat diuerſitatem facti, & identitatem iuris. *l ſed & ſi lege. in princ. & ibi gloſſ.ff. de petit. hæredit* idem dicas de dictione, autem, vt *in* §.*relegati.Inſt. quibus mod.ius pat.pot.ſol* & §.*legatarii. Inſtit.de teſtam.*

Dictio, tunc, denotat extremitatem temporis, *l.*4.§.*fin.ff.de cond.& demonſt.l. lecta.& ibi gloſſ.ff.ſi cert.pet & l.ſi ſubſtitutione.*§.*fin.de vulgar.& pup.l.vxori vſumfr. de vſufr. leg.*

Dictio, &, quando ponitur inter diuerſas dictiones, habet vim congruendi, & denotat diuerſitatem, vt not. gl. & Doct.*in rubr. de iur.& fact.ign.* Si vero ponitur inter dictiones, idem denotantes; tunc vna ex illis dictionibus reſoluitur in adiectiuum, vt eſt text.*in l.*1.*ff.de pact.* & eſt quædam figura, quæ dicitur, endiadis, vt dicit *ibi gloſſ.*

Dictio, plerumque, denotat ſeu facit regulam. *L plerumq; in prin.& ibi not.ff. de iur.dot.& l.Titia.*§.*idem reſpondit.de verb.obl.* & not. Alex.*in l.*3.*in prin.ff.quod quiſque iur.* Alex.*in conſil.*50.1.*vol.col.*1.

Dictio, niſi, eſt dictio exceptiua, & quandoque ponit, quandoque excipit. Vnde ſumit communem concluſionem, quod quandoque præcedit oratio affirmatiua; & tunc dictio, niſi, excipit: quandoque præcedit oratio negatiua; & tunc ponit, ita per Bart. & Doct.*in l actione.C. de tranſ.* & per Bart.*in l.ſi eum.*§.*fin.ſi quis caut.* & per Dyn.*in reg.peccatum.de reg.iur.in* 6.& per Iaſ.*Inſt. de act.in pr.in* vbi ponit not. verba, videlicet, quod ſi præcedit oratio affirmatiua, denotans potentiam, dictio, niſi, denegat potentiam: Si actum, hæc dictio negat actum, & ita etiam in oratione negatiua. Ex quo infert, quod ſi dico, promitto, quod nulli poſſim vendere, niſi tibi, tu non potes me cogere ad vendendum, quandiu alii non vendo, ratione illius verbi poſſim, quod denotat potẽtiam, vt eſt text.*in l.ſi ſterilis.*§.*pen.ff.de act. empt.* ſecus ſi dicam, quod nulli tenear, niſi tibi vendere; quia tunc actum denoto, vnde potes me ſtatim cogere, & de hac dictione, niſi, vide Abb.*in c. ex parte.de ſponſal. in fin.* vbi ponit qu. quod ſi quis dicat alicui puellæ, promitto, quod nullam aliam habebo in vxorem, niſi te, eſt conſummatum matrimonium.

Dictio, debet, denotat neceſſitatem; *l.* 1. §. 1. *ff. quod quiſque iur.* & not. Abb. *in cap.cum locum.co lum. fin. de ſponſal.* & eſt textus *in l. prætor. in princ.ff. de edend.& gloſſ.in* Clemen. *fin.in verſic.debeant.de ſta.mo.* & Bartol. plene *in leg. creditores.colum.*1. *C. de pignor.* vbi dat aliquas limitationes huic dictioni, ſecus in dictione, poteſt, licet vnum quandoque pro alio ponatur, de quo vide Alexan.*in l.* 1.*colum.*2.*ff. de iu. omn. iud.*

Dignitas liberat filium à patria poteſtate, dummodo ſit aliqua ex illis XII. quæ numerantur *in l.fi. C.de decur.lib.*10. & eſt tex.*in auth.ſed dignitas. C.de ſa. croſ.&c.* Intelligas tamen, quod liberatur quo ad ſui commodum, non autem quo ad incommodum.

Dictio, ſeu, eſt dictio ampliatiua; vnde ſi dico, dono tibi librum, ſeu veſtem, intelligitur etiam veſtis donata. text. eſt not.*in leg. ſi quis ita.ff. de aur.leg.* quod qualiter procedat, vide omnino Abb.*in c.inter cæteras.de reſcr.*

Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractum ipſo iure nullum, *l.eleganter. in princ. ff. de*

*ff. de dolo. & l. in fraudem. C. de praſcript. long. tempor:* ſecus in contractu ſtricti iuris; quia valet, ſed reſcinditur per doli exceptionem, *l. dolo. C. de inut. ſtipul. & l. ſi quis cum aliter. de verborum obligat.* Eodem modo dicas in diſtractu bonæ fidei, quem dolus reddit ipſo iure nullum, vt not. Bartol. *in d. l. eleganter. §. non ſolum.* ſecus in diſtractu ſtricti iuris, vt dicit Bart. *in l. eleganter. in princ. colum.* 1. Limita tamen prædicta non habere locum, quando dolus dediſſet cauſam ſtipulationi appoſitæ in contractu bonæ fidei; quia licet ſtipulatio ſit ſtricti iuris; tamen redditur ipſo iure nulla. ita dicit multum ſingulariter Alexand. *in d. l. ſi quis cum aliter in princ.* & Baldus *in l. dolo. C. de inut. ſtipulat.* Prædicta tamen intelligas, niſi facta eſſet traditio, quia tunc etiam in caſu quo contractus eſſet nullus, ageretur actione de dolo, quatenus de facto proceſſit, vt dicit gloſſ. *in l. ſub prætextu. la* 1. *C. de tranſact.* ad hoc vult allegare Bart. *in d. l. eleganter. colum.* 3. Item intelligas vera prædicta, quando deceptus vellet contractum dicere nullum, alias ſecus, vt dicit *l.* 1. *in fin. ff. de pignor. act.* & eſt text. *in l. Iulianus. §. ſi quis colludente ff. de act. empt.* Niſi, quando lex vltra procederet infirmando actum; quia tunc non valet, etiam parte conſentiente. *l. à diuo Pio. ff. de rit. nupt.* Item limita prædicta, quando dolus proceſſit ab altero ex contrahentibus; ſecus ſi à tertio; quia tunc valet contractus, vt *d. l. eleganter. in princ.* Et dicitur dolus dare cauſam contractui, quando quis alias non fuiſſet contracturus, niſi dolus interueniſſet, vt *d. l. ſi quis cum aliter.* ſecus ſi eſſet dolus incidens in contractu, qui tunc nullum contractum reddit nullum, ad prædicta vide gloſſ. *in l. de fideicom. in verſic. cum pact. C. de tranſ.* quæ allegant tex. *in l. nemo videtur ff de reg. iur.*

Donatio facta filio, vel filiæ in poteſtate exiſtenti, non valet. *l.* 2. *C. de inoff. donat.* & habetur *in l. ſi donatione. C. de collat.* Fallit in donatione cauſa dotis. *l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciſcun.* Idem in donatione propter nuptias, vt ibidem probatur. Fallit etiam ſi pater donet aliquid mobile filio militi, quod ſpectet ad eum; quia ſtatim efficitur caſtrenſe peculium. *l. ſi filiusfamilias. C. famil. erc.* Idem dicas de donatione facta cauſa ſtudiorum, vt dicit Bald. *in l.* 1. *ff. ſol. matrim.* & vide plures caſus per glo. *in d. l.* 2. Scias tamen, quod quando non valet donatio inter patrem & filium, morte confirmatur, vt not. per Bart. *in d. l.* 2. Item fallit, quando pater donaret filio propter merita, quia probatis meritis, valeret donatio, vt not. Alex. *in d. l. ſi donatione.*

Dictio, tantum, eſt dictio taxatiua affirmans orationem, in qua ſubnectitur, & negans omne aliud, ita dicit Abb. *in c. cum eccleſ. de ſum Trinit. col.* 2. *ext. de cauſ. poſ. & prop.* quod facit ſecundum eum, pro dictis teſt um; ſi enim teſtis dicat, Titius tantum poſſedit, videtur negare, quod nullus alius poſſedit, niſi Titius. Vnde cum deponat de negatiua, opus eſſet eam coarctare loco, & tempore, alias non faceret fidem, vt not. Bald. *in l. actor C. de probat.* & Bart. *in l.* 1. *§. hoc interdicto. ff. de itin. act. priuat. in fin. verbis.* & ibi vide optimam gloſſ. quæ docet te, quo modo negatiua debet coarctari loco, & tempore, *in gloſſ. magna in fin.*

Donatio nunquam præſumitur, vbi poteſt cadere alia coniectura. *l. cum de indebito. ff de probat. l. ſi cum aurum. ff de ſol.* & not. Alex. *in l.* 2. *§. & harum. de verborum oblig. in fin. verbis.* Fallit tamen ratione conſanguinitatis, vt *l. Procula. ff. de probat. & l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Item fallit ratione diuturnæ præſtationis. *l. cum de in rem verſo. ff de vſur.* & habetur *in l. ſi certis annu. C. de pact. & in l.* 1. *C. de fidei com.* quando autem præſumatur ratio conſanguinitatis, vide Bart. *in l. Neſennius. ff. de neg. geſt.*

Donatio cauſa mortis, licet in ea ſit facta mentio mortis; tamen ſi non interuenerunt quinque teſtes, qui pro ſolemnitate requiruntur, vt *l. fin. C. de donat. cauſ. mort.* non valet, vt donatio cauſa mortis; valebit tamen, vt donatio inter viuos, dictum fuit ſingulare Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. col.* 6. *de verbor. oblig.*

Delegatio debitoris egentis, an liberet delegantem, adeo, quod creditor nō poſſit amplius ad eum reuerti; nam per delegationem debitor liberatur, ſicut per ſolutionem, *l. ſi rem in fi. ff de nouat.* & Bart. *in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ſolut. matrim.* Dic, aut creditor ſcit, delegatum non eſſe ſoluendo; & tunc ſibi imputet, qui eum acceptauit. Aut ignorauit; & tunc poteſt redire ad primum, etiam ſi delegans ignorabat delegatum fore minus idoneum; quia in hoc caſu reperitur debitor locupletatus cum iactura creditoris decepti, vt notat. Alexan. *in d. §. ſi mulier.* Sed ſi debitor dolo induxit creditorem ad acceptandum delegatum; tunc licet creditor ſciuerit: tamen dolus delegantis præponderat; quia dedit cauſam contractui, vnde reſcinditur & annullatur per doli exceptionem, cum ſit ſtricti iuris. *l. dolo. C de inut. ſtipulat.* In dubio tamen ſemper creditor præſumitur ſcire, niſi contrarium probetur. *l inter. §. abeſſe. ff. mandat.* Eodem modo, ſi aliquis delegat debitorem cito fugiturum, ſi fuerit in dolo, tenetur: dolus autem præſumitur, ſi ſtatim delegatus facta delegatione ſuſcepit fugam. argum. eorum, quæ voluit Bart. *in l. ſi ventri. §. fin. ff de priuil. credit.* vbi format not. quæſt. de eo, qui locutus fuit ad aurem alicuius, & ille ſtatim damnum dederit; quia præſumitur factum mandato illius alloquentis. ita dixit Alexand. *in d. §. ſi mulier.* Fallit tamen, quod ſupra dixi. in muliere, quæ accepit delegatum à marito ex cauſa dotis; nam ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit eum eſſe minus idoneum, nunquam ſibi præiudicat, quin poſſit redire ad maritum, arg. *l. g. de die ff. de pact. dotal. & d. §. ſi mulier.* & quæ ibi not. per Doct.

Debi-

Debitor in diem, an poſſit ante diem condemnari, vt ſoluat adueniente die? Dic, aut ſumus in debitis annuis, vt in rediribus emphyteuticis, & poteſt hoc fieri, ſcilicet, facere vnam condemnationem perpetuam pro omnibus annis futuris, adhoc, vt quolibet anno creditor habeat executionem paratam, vt not gloſſ. *in l. non quemadmodum. in verſic. non poſſe. ff. de iudic.* & Doct. *in l. 1. C. de fideicomm.* Ex quo reſultat vna magna vtilitas, quam ponit Franciſc. de Aret. *in l. ita ſtipulatus. col. penult. de verbor. oblig.* quod quando debitor eſt condemnatus vna vice pro omnibus annis, ſi habet aliquam exceptionem peremptoriam, & illam non oppoſuit in prima conditione, non poterit amplius illam opponere in ſequentibus exactionibus, quia ſemper illa ſententia habet executionem paratam in omnibus exactionibus; ſecus ſi non fuiſſet condemnatus pro omnibus futuris; quia ſi non opponit in prima, poterit opponere in ſecunda ſententia. Aut ſumus in vno tantum debito ſimplici, & tunc non poteſt fieri, vt not. Alex. *in conſil. 95. volum. 1.* Quod intelligo ita demum procedere, ſi aduerſarius opponat exceptionem dilatoriam, ſcilicet male agis; quia ante diem agis; nam tunc duplicantur induciæ, vt *in §. hodie Inſtit. de except.* facit. *l. 1. in fin. ff quando di. vſu. leg. ced* Si vero pars non opponeret; tunc iudex poſſet condemnare reum, vt ſoluat adueniente die, vt not. Bart. *in l. excep. C. de probat.* & Bart. *in leg. lecta. col. 4. ff. ſi cert. pet.*

Debitor in partem alicuius ſpeciei ita demum liberatur ſoluendo, ſi ſoluat partem quotitatiuam, vt ſecundam, vel tertiam; ſecus ſi integralem, vt vſum fructum; quia tunc in nihilum liberatur, vt eſt textus *in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ſi Tit. ff. de verborum obligat.* & not. Alexand. *in l 2. §. & harum. eod. tit.* & ita debet intelligi text. *in l ſtipulatus. §. qui decem. ff. de ſolut.*

Debitum quantitatis, dicitur eſſe ita diuiduum, quod mortuo debitore relictis pluribus hæredibus licet aliqui non ſint ſoluendo; tamen reliqui non poſſunt exigi pro portione eorum, qui ſoluendo non ſunt, ſed quilibet pro portione ſua, ita ſingulariter voluit Ang. *in conſ. 320.* per tex. *in l. ſi. C. de poſ.* amplificando illã *l. & in l. 3. & ibi gloſſ. C. de negot. geſt.*

Debitor in centum, ſi credens ſe debitorem in ducentum, ſoluit fundum in ſolutum valentem ducentum, tota illa ſolutio vitiatur, adeo, quod debitor poteſt totum fundum condicere, nec cogitur partem fundi in ſolutum dare. caſus eſt *in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de cond. indeb.* & vide Alex. *in l. 1. §. pen. de verb. obl.* vbi etiam ponit, quod miſſio in poſſeſſ. vltra menſuram debiti declarati, eſt nulla.

Debitor obligatus ad vſuras, ſi ſoluit partem debiti principalis, non liberatur ab vſuris, etiam pro ea parte ſoluta; ſed adhuc tenetur ad vſuras totius debiti, niſi volente creditore ſoluerit, & fuerit conuentum, quod pecunia poſſit paulatim, & in parte ſolui, caſus eſt *in l. tutor. §. Lucius. ff. de vſur.* & habetur *in l. quidam exiſtimauerunt. ff ſi cert. pet.*

Doctor canonicus dicitur dignior, quam ciuilis; & ratio eſt; quia illa dicitur dignior ſcientia, quæ dignius habet ſubiectum: ſed ius canonicum habet dignius ſubiectum, quam ciuile; quia habet animam, quæ cunctis rebus eſt præferenda. *l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ.* ius autem ciuile habet commune bonum in ſubiectum; ergo, &c. ita tenet Ioã. Andr. *in c. clerici. extra. de iudic.* facit quod not. Andr. de Iſern. *in rub. Imperat. Loth. Eugenio Papæ, &c. in vſibus feudorum.*

Debitor generis tenetur de periculo. *l. incendium. C. ſi cert. petat.* niſi offerendo moram purgauerit, & creditorem in mora conſtituerit. *l. qui decem. ff de ſolu.* Limita tamen multum ſingulariter regulam *d. l. incendium.* vt non procedat, quando aliquis mutuatus pecuniam promiſiſſet dare aliquod lucrum mutuanti; quia tunc ſi debitor ſine ſua culpa illam pecuniam amiſerit, liberatur. text. eſt quem ibi dicit Paul. de Caſtr. eſſe ſingularẽ, & ſe neſcire alibi, *in l. Titius ff. de praſ. verb* & not. Alex. *in l. ſi ex legati. in fin. verbis de verb. oblig.*

Dictio, iam, denotat perfectionem ita not. Bald. *in l. conſti. Digeſt. in verſic. omnem iam ſanctionem, &c.* Ex quo infert ſingulariter Bart. *in l. Celſus. col. fin. ff. de vſucap.* quod ſi teſtis dicat, quod Titius poſſedit iam per decem annos, videtur deponere de perfecta, & continuata poſſeſſione, ita voluit Barb. *in c. licet. col. 13. de prob.*

Debitum ex vna cauſa, poteſt conuerti in cauſam mutui *l. ſingularia. ſi cert. pet.* Ex quo inoleuit practica in dote, quod ſi maritus habuit aliquam partem dotis, & de reliqua confitetur ſe recepiſſe, quod ſocer ſolet facere marito aliud inſtrumentũ mutui liquidum de ea pecunia, quam maritus non acceperat, & ſic debitum ex cauſa dotis transfunditur in cauſam mutui. Circa quod cadit pulchrum dubiũ: Certum eſt, quod ſi dos promiſſa non ſoluatur, & maritus ſuſtinet onera matrimonii, quod poteſt petere vſuras. *l. in inſulã. §. vſuras. ff. ſol. matr.* & ibi Bartol. Vtrum vſuras, quas poterat petere actione de dote, poſſit modo petere actione mutui? Dic, quod non. per *l. nouatione. ff. de nouat.* vbi debitum priuilegiatum transfuſum in aliud debitum non priuilegiatum, retinet naturam ſecundi debiti non vſurarii. Nec obſtat, quod actio ſubrogata, &c. *l. ſi euen. §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut.* quia vſuræ non veniunt ex primordiali natura ipſius cõtractus dotis, ſed ſecundario conſtituuntur propter moram. vt dicit gl. & Bart. *in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cert. petat.* Ex quo datur cautela, quam ponit gloſſ. *in d. leg. nouatione* & Bartol *in leg. creditor. ff. qui potior. in pign. hab. & in leg. Ariſto. ff. quæ res pign. obl. poſſunt.* ſcilicet, quod in contractu mutui apponatur hæc clauſula, quod talis obligatio ſit transfuſa in mutuum cum omnibus ſuis priuilegiis, & quod ſocer

ſſneatur ex omnibus cauſis; ex quibus tenebatur actione de dote , & de prædicta confeſſione vide Bart.*in l.in his.§.pen.ſolut.matrim.*de veritate tamen prædictorum videas omnino Bart.*in l, aliam.ff. de noua.*

Debitor conſtitutus in mora , ſi poſtea creditor ſtipulatur ab eo idem debitum, ſiue animo nouandi, ſiue non, per talem ſtipulationem purgat moram,vt eſt text.*in l.ſi Stichum & l.quotiens ff.de nouat.* & voluit Alexan.*in l.ſcire debemus.§.ſi à iure.per illum text.de verb.oblig.*Et hoc ita demum ſi ſecunda ſtipulatio eſt valida,alias ſecus,vt dicit ibidem Alexand. Quod tamen limita ſingulariter non procedere, quando creditor acciperet fideiuſſorem poſt moram rei ; quia tunc moram non purgat reus,licet interuenerit ſtipulatio, quæ eſt neceſſaria in fideiuſſore.*l.blanditus. C.de fideiuſſ.*ita voluit Alex. *in l. vinum.col.3.ſi cert.petat.*per *l.cum quis.ff de act. & oblig.* ſecundum quod illum text intelligit Bart.*in d l.vinum.col.2.*; & de hac materia vide plene Bart. *in l.fin. col pen.ff.de eo,quod cert.loco.*

Debitor alicuius ſpeciei liberatur re perempta ante moram,*l.ſi ex legati.de verbor.oblig. & l. quod te. ff.ſi cert.petat.* Fallit, quando debitor doloſe alienat rem;quia licet pereat ante moram; tamen tenetur, *l.1.§.ſi rem. ff.depoſ.* licet in contrarium faciat text. *in l.venditor ex hæreditate ff.de hæred.vel ac.vend.circa princ.& l.is,qui.ff de act.& oblig.*ad quæ contraria diſtinguendo,reſpondit Paul.de Caſtr. *in d.l.quod te.* ſcilic.quod aut ſumus in re,quæ fuit, & eſt mea; & tunc vendicat ſibi locum.*§ ſi rem.*nam ibi loquitur in depoſito,quod remanſerat deponentis:aut in re, quæ nunquam fuit,nec eſt mea, & tunc vendicat ſibi locum,*d.l.is qui.& d.l.venditor.*

Debitor ſoluens,in dubio præſumitur ſoluere vſuras potius,quam ſortem, vnde talis ſolutio cum vſuris debitis compenſatur; vt eſt text. *in l. in his.§. Imperator ff.de ſolu.*

Dictio , mox, appoſita in aliqua lege,denotat executionem fieri ipſo iure,vt eſt gloſſ. *in Auth. de inceſt.nupt.circa pr.in verb.imminere.*& ibi plene Bart. qui infert ibidem,quod executio, de qua *in l.ſi quis maior.C.de tranſ.*fit ipſo iure,non autem per ſententiam,propter dictionem,mox, ibi poſitam. idem dixit Bart *in d.l.ſi quis maior.* Aduerte tamen,quod licet non requiratur ſententia diffinitiua;tamen requiritur ſententia declaratoria,quæ declaret talem incidiſſe in tali crimine,vt eſt text.*in cap cum ſecundum de hær.libr.6.*& Bart.*in prealleg.locis.*& Doct. *in l.poſt contractum.ff.de donat.*& Anton.Corſet. *in repet. rubr.de iureiur.in tertio priuil.in fin.*

Dictio,quoque,eſt dictio implicatiua; quia implicat etiam non dicta,vt *l.ſeruum quoq;.ff.de procur.* ita voluit Bart.*in l.Labeo.ff de pact.* & ibi etiam Iaſ. *col 2.*vbi dicit idem de dictione, etiam, & implicat caſum minus dubitabilem,ſecundum Iaſ.*in l.1,in 2, col.ff.de iur,omn,iud,*

Dictio,omnino, ſeu omni modo, idem importat,quod ipſo iure, vt not. gloſſ. *in l. 1. §. ſi pecunia. ff.depoſ.*& habetur *in l.2.C.de iure emph.* & not.Alexand. *in l.inſulam.de verb.oblig.*Item prædicta dictio importat idem,quod nullo modo, quãdo poſt eam ponitur dictio negatiua,*l.Græce.§.illud.& ibi gloſſ.& Bartol.ff.de fideiuſſ.* Item prædicta dictio includit omnes caſus, vt ſunt duæ gloſſ. *in l.ſi cum exceptione, § quatenus.in verb.omnimodo.ff.quod met.cauſa.*& vide Bart. *in l.1.iud.ſol.*vide plene Fel.*in c.ex parte,el.12 de offic.deleg.*

Dictio, immo , quando ponitur cum copula,& vel,etiam,ponitur copulatiue,vt *in §.quibus. in prima conſtitutione C.*quando vero ponitur ſimpliciter; tunc ſtat correctiue, vt *l. Stichus immo Pamphilus.ff. de man teſtam.& l.ſi ita ſcriptum.ff de hæred.inſt.* & ibi plene vide Bart.de hac dictione.

Dos quando exigitur per patrem à marito,an requiratur expreſſus conſenſus filiæ,& quid econtra; vide *infra in verb.filiaſamil.ſi vult agere,&c.*

Donatio cauſa mortis reuocatur ipſo iure per alienationem voluntarie factam à donante,ſicut dicimus de legato,*l.rem legatam.ff de ad. lega. & l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.* ita voluit Alex. *in l.non omnis.in princ.ſi cert.pet.*referendo Dyn.*in l.Stichum, qui meus erit.de leg.1.*

Donatio cauſa mortis licet per pœnitentiam reuocetur,vt *l qui mortis ff.de donat.cauſa mort.* tamen hoc non habet locum,quando donans fuiſſet mortuus ſine hærede.Ita not.Alexan. *in l. non omnis.in princ.ff.ſi cert.pet.*per text. & ibi gloſſ.*in l.1.ff.qui ſine manu ad lib.*Quam limitationem limitat Ant.de Alex.*in d.l.non omnis* procedere, vbicunque eſſet ſecura traditio,alias ſi poſſeſſio, & dominium remanet penes donantem, de facili reuocatur per pœnitentiam quomodocunq; decedat donator , de quo vide Alex.*in l.2.col.4.de leg.1.*Quomodo autem poteſt quis mori ſine hærede,vide Bald.*in leg.pen.§ cũ autem.C.ad Treb.*

Donatio cauſa mortis licet reuocetur per conualeſcentiam,vt *l.ſenatus.§.1.ff. de donat. cauſa mort*; tamen hoc non habet locũ;quando quis ſanus exiſtens donaret cauſa mortis, & poſtea ægrotus fieret,& conualeſceret;quia non reuocatur. ita notat Paul. de Caſt.*in d.l.non omnis.ſi cert.pet.*

Donatio cauſa mortis facta tempore peſtis, ceſſante peſte reuocatur. ita not.Ant.de Alexan.*in d.l. non omnis.ff.ſi cert.pet.arg.l.3.4.& 5.ff. de donat. cauſa mort.*

Debitor ad hoc,vt conſtituatur in mora, requiritur interpellatio.*l moram.in princ.ff.de vſur. & l.ſi ex legati.de verbor.oblig.* Fallit tamen primo in debitore minoris;quia etiam ſine interpellatione conſtituitur in mora *l.in minorum. C. in quibus cauſis in integr.reſtit non eſt neceſſ.* Fallit ſecundo in debitore fiſci.*l.cum quidam §.fiſcus.ff.de vſur.& ibi gl.* Tertio fallit, quando eſt dies tacitus à lege inductus.

vt

vt *in l. vnica. §. ex actio. C. de rei vx. act.* vel expreſſus ab homine, quia tunc dies aduenieus interpellat pro homine, *l. Traiectitia. §. de illo. ff. de actio. & obl. & l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip.* & not. gloſſ. *in l. ſi mor ff ſolut. mat.* Quam fallentiam limita multum ſingulariter non procedere, quando creditor, & debitor eſſent diuerſi fori; quia tunc non obſtante die, debet creditor petere domum debitoris, & ipſum interpellare. Ita ſingulariter voluit Bart. *in l. Item illa. ff. de conſtit. pecu.* Quarto fallit in violento poſſeſſore, qui tenetur reſtituere ſine interpellatione, *l. merito. ff. de vi, & vi ar.* Quinto fallit in eo, qui eſt obligatus ex contractu reciproco, vt in emptore, qui tenetur ad pretium, ex quo fuit ſibi tradita res vendita, & econtra in venditore etiam ſine interpellatione, *l curabit. C. de actio. emp. & l. Iulianus. §. ex vendito. ff de actio. emp.* Sexto fallit in debitore eccleſiæ, vt eſt gl. *in §. item mixta in ver. in iudicio. Inſtit. de actio.* Septimo fallit, quando interueniſſet iuramentum; quia tale iuramentum habet vim interpellationis, vt voluit Ant. Corſe. *in repet. Rub. de iureiur. in quarto priuilegio.* Octauo fallit, quando quis promiſit curaturum, & facturum; quia intelligitur quamprimum poteſt, vt voluit Bald. *in c. 1. §. adhæc. in tit. hic finitur lex, &c.* Nono fallit, quando quis promiſit aliquod factum ſucceſſiuum, vt domum ædificare; quia datur ſibi tantũ tempus, infra quod poteſt domus ædificari. *l. ſi inſulam. ff. de verb. obl.* & vide plura per Alexand. *in l. quod te. ff. ſi cer. pet.* Prædictis tamen adde, quod in omnibus iſtis fallentiis, ex quo ſumus in mora irregulari, difficultas præſtandi excuſat quem à mora, vt *l. Thau. §. 1. ff. de fideicom. lib.* ſecundum quod illum text. intelligit Imol. *in l. continuus §. illud ff. de ver. ob.* An autem conditionis euentus interpellet pro homine, ſicut dies? Dic, quod non, vt not. Alex. poſt Bart. *in l. quoties in diem. de verb. obl.* & Bart. *in l. ita ſtipulatus. in antepen. col. ff. eo. tit.* & Cyn *in d. l. in minorum.* per illam rationem; conditionis euentus non poteſt operari duos effectus, ſcilicet inducere obligationem, & conſtituere debitorem in mora.

Dos, & cauſa alimentorum æquiparantur, & ideo omnia ſtatuta in cauſa alimentorum vendicant ſibi locum in cauſa dotis, cum dos ſit cauſa pia, vt *l. cum ii. §. ſi mulier ff de condi. inde.* ſicut etiam cauſa alimentorum, vt not. gl. *in l. ſi cui annuum. de annu. lega.* & ibi per Bart. vnde, quãdo dos repetitur conſtante matrimonio propter inopiam, non poteſt maritus opponere compenſationem, ſicut nec in cauſa alimentorum, *l. in ea. C. de compenſ.* ita tenet. Bart *in l. ſi conſtante. in 7. q. prima partis princ ſol. mat.* Et quod dixi cauſam dotis, & alimentorum eſſe piam, limita prout dixi *inf. in verſic. legatum factum pro anima.*

Decretum interpoſitum ex falſa cauſa, quomodocunque ſit, eſt ipſo iure nullum, ita not. Bart. *in l. cum vero. §. hoc ſenatus. ff. de fideicom. lib.* per text. *in l. magis puto. §. fi. ff. de reb. cor.* In ſententia autem diſtinguitur, quæ cauſa ſit, an iuris, vel facti, vt not. Bart. *in l. ſi is ad quem. ff. de acq. her.* & Bart. *in l. qui teſtamen. ff. de excuſ. tuto.* & de prædictis vide omnino Alex. *in l. iuſte. ff. de acq. poſſ.*

Dos profectitia, mortua filia in matrimonio extantib. liberis debet de iure reuerti ad patrem, per *l. dos à patre. C. ſol. mat.* tamẽ de conſuetudine ſeruatur opi. Mart. qui dicebat, dotem debere remanere apud liberos, ita dicit gl. *in d. l. dos à patre.* & Bar. *in l. poſt dotẽ. in 7. col. ff ſol. mat* & gl *in l. fi. §. 1. ff vt leg. no. ca.* Quam opin. limitant Bar. & Alex. *in d. l. poſt dotem.* ſi vxor moriatur ante virum; ſecus ſi prius vir moriatur, quia tunc ad patrem reuerti debet. Item limitant, ſi ſunt filii ex eodem matrimonio; ſecus ſi ex alio. Item hoc probant *arg. l. cum vir. ff. de condi. & demon.* Item limitant, niſi pater ſtipulatus eſſet dotem reſtitui in omnem caſum ſoluti matrimonii.

Donatio cauſa mortis facta à minore 25. anni debet per iuramentum ipſius confirmari, ad hoc, vt non poſſit reſcindi, ſicut in aliis contractibus dicimus, iuxta *auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vẽn.* ita voluit Bal. *in c. 1 §. item ſacr. in 5. col. de pace iur fir.* quẽ refert, & ſequitur Alex. *in l. 2. in fi. de leg. 1.* per illam rationem; quia quo ad ſui ordinationem donatio cauſa mor. accedit magis contractui, quam vltimæ voluntati. vt not. gl *in l. 2. in prin. de do. prælag.*

Doctor, qui per imperitiam ſuam amiſit cauſam, in qua erat aduocatus, tenetur clientulo ſuo ad emendam damni. ita ſingulariter voluit Abb. *in cap. fin. extra de iniur.*

Donatio inter virum & vxorem, reuocatur per quamlibet alienationem à donante factam, ſiue voluntariam, ſiue neceſſariam; imo etiam per ſpecialem obligationem rei donatæ, ita voluit Alex. *in l. Stichum qui meus erit. in fin. de leg. 1.* per text. ſing. *in l. ſi maritus. la. 2. C. de dona. inter. vi. & vx.* ſecus autem eſt in donatione cauſa mor. quia in ea adhibetur diſtinctio, de qua *in l. fideicommiſſa. §. 1. de leg. 3. in l. rem legatam. ff. de adi. leg.* ſcilicet an fuerit alienata voluntarie, an vero neceſſitate, ſicut in legato, ita dicit Alex. *in d. l. Stichum. §. fin.*

Dictio taxatiua, licet de ſui natura ſit taxare actum, & oppoſitum negare, vt dixi ſupra, in dictione, tantum; tamen ſemper extenditur ad caſum ſimilem. *l. ob æs. C. de prædi. mino.* & ibi gloſſ. *& §. præterea. iuncta gloſſ. Inſtit. qui. mo. re contra oblig.* & not. plene Alex. *in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tab.* & idem Alex *in l. 1. §. per ſeruum corporaliter ff. de acq. poſſ.*

Dictio, hoc amplius, eſt dictio repetitiua, adeo, quod ponit in ſecundo caſu omne quod dictum eſt in primo, & reducit illud ad qualitates ſecundi caſus, *in l. legata inutiliter. de leg. 1. & l. ſi ſic, & l ſi tibi pure. de leg. 3.* & ibi Bartol. & gloſſ. *in l. lecta, in verb. tunc. ſi cert. pet.*

Donatio omnium bonorum, ſimpliciter facta; intelligitur de præſentibus tantum; & tunc valet,

 ſecus

ſecus ſi fuiſſet dictum, præſentium, & futurorum; quia non valet. nam donator priuaretur teſtandi facultate, ſed in primo caſu non; quia poteſt de poſtea acquiſitis teſtari; cum hoc in iure ſemper præſumatur, *l. ſi defunctum. C. arbit. tutel.* Ita tenet Bart. *in l. fi. C. de pact.* per *l. fi. §. 1. de leg. 2.* ſecus eſt in obligatione, quæ in dubio quando eſt omnium bonorum intelligitur etiam de futuris. *l. fi. C. quæ res pignori oblig. poſſ. & l. obligationi. ff. de pigno.* limita tamen id, quod modo dixi non procedere, quando fuiſſet dictum, dono tibi omnia bona mea poſt mortem meam; quia tunc valet vt donatio cauſa mortis; cum ſit facta mentio mortis. *l. Seia. ff. de dona. cauſa mor. & l. Seia. ff. de dona.* vnde veniunt etiam futura, poteſt tamen reuocari. *l. non omnis. ff. ſi cert pet.* & niſi fuiſſet dictum, dono poſt mortem meam irreuocabiliter; quia tunc eſſet donatio inter viuos. *l. vbi ita donatum ff. de don cauſa mor.* vnde valeret tãtum quo ad præſentia. *arg. l. ſancimus. C. de donat.*

Dictio, quaſi, eſt dictio impropriatiua. vt eſt tex. *in l. id tempus. §. fi. ff. de vſucap.* aliquando tamen eſt expreſſiua veritatis. *l. ſi ante. ff. ſo. mat.* & not. Abb. *in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inutil. & in c. prout. col. 3. de dolo & contu.* & Alex. *in conſil. 2. col. 11. vol. 1. & conſil. 15. col. 5. vol. 1.*

Donatio inter virum & vxorem non confirmatur morte, niſi traditio interuenerit. *l. Papinianus, ff. de donat inter vir. & vxor.* & idem dicimus de donatione inter patrem & filium, vt not. Alex. *in l. ſi donatione. colum. 4. de collat.*

Dictio, nullo modo, vel nullatenus, eſt talis naturæ, quod quando apponitur, in aliqua lege prohibitiua, impedit fieri diſpenſationem, gl. eſt *in cle. 2. in verſ. concedatur. & in verſ nullo modo de atat. & qualit.* & not. Alex. *in l. fin. C. de teſt. milit* & Iaſ. plene *in l ſcriniarios, eo. tit.* & Alex. *conſ. 88.*

Debitor an poſſit compelli per creditorem ad faciendum ſibi inſtrumentum debiti, vide not. Bal. *in l. ſicut datam. C. de libe. cauſa.* vbi diſtinguit, quod aut tempore celebrati contractus nihil conuenit de hoc; & tunc non cogitur, niſi debitum confiteatur. fallit fauore libertatis & fauore liberationis, vt ibi per eum; quia tunc indiſtincte tenetur facere, & voluit Bald. *in l. plures apo. C. de fid. inſtrum* Aut fuit conuentum; & tunc tenetur, etiam ſi inſtrumentum fuerit amiſſum, cogitur iterum aliud inſtrumentum facere.

Dictio, ſecundum, non facit conditionem, ita voluit Bart. *in l. pen. C. de inſtit. & ſubſt.* Dies termini an computetur in termino; dic, quod ſic, niſi eſſet appoſita dictio à, vel, ab, quæ ſeparationem denotat, vt ſi dicatur, a die conteſt. litis, habeas decem dies, &c. ita voluit Alex. *in l. Gallus in prin. col. pen per illam gl. fi. ff. de lib. & poſth.* de hoc tamen articulo vide per Doct. & maxime per Bald. *in l. 1. ff ſi quis caut.* & ibi etiam per Alex. & Iaſ.

Diſſaſire, in materia feudali, idem eſt, quod extra poſſeſſionem feudi ponere, ſeu aliquem ſpoliare poſſeſſione. Ita declarat Andr. de Iſer. *in c. 1. §. ille tamen de contro. feu. apud pares, &c.*

Dictio, ſæpius, verificatur in duabus vicibus. ita not. dixit Alex. *in l. fin §. & hac quidem. C. de iure deli.* per illum tex. ſecus in dictione, ſæpiſſime, quæ trinum actum requirit, ſecundum eum ibidem. & de prædictis vide Spec. *in tit. de inquiſit. §. 1. col. 1.* & Alex. *in l ſi idem cum eodem. in princ. ff. de iur. om. indic. & in l. ſæpe col. 2. de re iud.*

Doctor qui non bene legit, non meretur habere ſalarium. ita Bart. *in l. 1 C. de ann. ciui. lib. 11.*

Dos data à matre non imputatur in legitimam filiæ debitam in bonis matris. gl. eſt not. *in l. 3. §. ſed vtrum. in verſ patrimonium, in fi ff. de minor.*

Debitor conſtituens ſe precario nomine tenere aliquam rem, in qua habebat vſucapiendi conditionem, an poſſit illam vlterius vſucapere? & videtur, quod non; quia per tale conſtitutum transfertur poſſeſſio ciuilis in creditorem, vt not. Bar & Alex. *in l. interdum. ff. de acqui. poſſ.* ſine qua non procedit vſucapio. *l ſine poſſeſſione ff. de vſucap.* In contrarium eſt veritas; quia creditor poſſidet ciuiliter ad commodum debitoris, quantum ad vſucapionem. Ita not. dixit Bart. *in l Celſus. col. 4. in verſic. ſed pone, quod debitor. ff. de vſucap.* & vide infra *in verſic. vſucapio, an currat, &c.* & tex. de hoc expreſſum *in l. qui pignoru. ff. de acquir. poſſ.*

Dictio, protinus, idem importat, quod ſtatim, & mox ſeu incontinenti, vt not. Abb. *in c. ad aures, de praſcript.* & Iaſ. *in l in princ. 4. not. de acq. poſ. & in l. 3. §. in amittẽda eo. tit.* & ibi Alex. & Bal. *in l. 2. C. vt lit pen.*

Dictio, alius, denotat ſimilitudinem, gl. eſt, quæ ſemper allegatur *in l. ſi fugitiui. in gl fi. C. de ſer fug.* & tex. à paucis ponderatus iuncta gl. *in §. ſi tamen. Inſtit. de rerum diuiſ.* & Alex. *in conſil. 34. col. 2. vol 1.*

Doctor, qui debet legere per certum tempus, ſi recedet intra tempus, non debet habere ſalarium, niſi pro rata. Ita dixit Bald. *in l. 1. in 2. oppo. C. de leg.* Quod ſingulariter limita, niſi receſſit cum licentia; quia tunc totum ſalarium debet habere. Ita dixit Bald. *in l. ſi ea. in fin. C. de condi. inſer.* quem refert & ſequitur Alex. *in l. diem functo. in fi. col.* & ibi etiam Rom. *col. 2. ff de off. aſſ* & plenius ibi per Iaſ. vbi etiam decidit, quod ſi, doctor moriatur intra annum, an debeat habere totum ſalarium, & ibi pulchra dicit *in antep. & pen. col.*

Dictio, magis, quando ponitur inter contraria, ſeu incompaſſibilia, ſtat electiue. *l. & magis. ff. de ſolut.* ſi vero ponitur inter compaſſibilia, ſtat comparatiue. Ita dixit Iaſ. *in l. iubere. col. 7. referens ibi Bal. ff. de iuriſd. om. iudic.*

Deponens rem in domo mea me patiente, an videatur feciſſe, vt ego videar accepiſſe cuſtodiam illius rei, dic, quod ſic, vt not. dixit Bald. *in l. inuitus col. 2. poſt Cyn. ibi. C de procur.*

Dictum vnius viri fide digni inducit iuſtam cauſam

ſam credulitatis,gl. eſt not.*in leg. Titio fundus. in gl. magna.ff.de cond.* & *dem.*& Alex *in conſ.28.col.4.vol.1.*

Dictio, perinde, importat omnimodam ſimilitudinem.fallit ratione contrarietatis euitandæ.Ita dixit Bart.*in extraua.ad reprim.in verſ.perinde.* & Alex. *in l.ſi quis vi.in princ.ff.de acquir.poſſ.*

Dilatio data abſenti non currit, niſi à die ſcientiæ,dicit Bart.& ibi ipſum ſequitur Alex *in l. Labeo. ff de iureiu.*& Alex.*in l.qui abſenti.in prin.ff de acq.poſſ.*

Dictio, hinc, denotat extremitatem temporis, dixit Alexand *in l.1.colum.2. ſi quis cau.* & ibi etiam hoc ſentit Bart.

Dictio, à vel ab,denotat ſeparationem, dixit Alex.*in leg.1.colum.2.ff.ſi quis caut.*& vide ſupra *in verſ. dies termini, &c.*

Dies debet apponi in depoſitione teſtium, alias non probant. ita dixit Bald. *in l. ſi quando. 6.q. C.de teſtib.*Item in qualibet ſcriptura publica requiritur dies.Ita Bald. & Alex.*in l. cum tabernam §. idem queſſit.ff de pig.*& glo.*in l.generali.C.de tab. lib.*10.& Bar. *in procem. Digeſtorum,col.1.*

Dictio, Et, cadit inter copulata vniformiter. text.eſt& ibi Bald.*in l.quamuis. C.de impub. & al.ſub.* Item repetit naturam ſeu qualitatem præcedentis caſus.*l.Seia.§.Gaio.ff.de fund.inſt.*& glo.*in l.2.in prin. ff.de do.praleg.*& gloſſ.*in l.ſi ſic.ff.quemad.ſer.amitt.* & Bart.*in l.fi.§.cui dulcia ff. de vi tri.& oleo leg.*Dicit tamen Bald. *in c. 11.pen.col.de reſcri.* quod quando habemus mentem, non debemus recurrere ad interpretationem iſtarum dictionum, quia ſæpe impropriantur.

Dictio, circa, in teſte operatur, vt nunquam videatur concludenter deponere. dixit Alex. *in conſil. 149.col.pen.in fin.vol.5.*

Dilatio data abſenti, non currit, niſi à die intimationis; & ille dies intimationis ſeu notificationis non computatur in termino.glo. eſt *in cap.quiſquis.in ver.ex ea 4 quæſt.5.*& Alex.*l.in prin. colum.ff ſi quis caut.*& Alex. *in leg. Labeo in fin ff.de iureiur.*& ibi etiam Barto.& Alexand.*in leg.qui abſenti.ff.de acquir. poſſ.*& Bal.*in leg.eos.§.apoſtolos C. de app.*& idem Bald. *in leg.ſi ea.col.fi. C.qui actu.nō poſſ.*& Alex.*in conſil.34. in fi.vol.1.*

Dictio, præciſe, idem importat, quod abſolute, & ſine cauſæ cognitione, & in ſtatutis habet vim clauſulæ derogatoriæ, ſecundum Abb.*in c.2.reſcr.*

Dictio, tanquam, eſt nota improprietatis, vide Alex.*in con.2.vol.1.col.2.& 11.verſ.10.probatur.*& ibi etiam ponit de dictione,quaſi, quæ quandoque exprimit veritatem, ſecundum Abb.*in c. ex parte. de ſponſal.* & Alex.*in conſ.15 in 6.col.vol.1.*

Dictio,liberum,importat, vt non ſit neceſſe petere licentiam alicuius, quando ponitur in aliqua diſpoſitione. gloſſ. eſt *in Cle. dudum. in verſic.libere, de ſepul.* & Abb. *in cap.de illis.de ſponſal.& in cap.omnis vtriuſque.col.4. de pœnitent.& remiſſ.*

Dictio, quilibet, attribuit inſolidum,ſecundum Bald.*in c.1.§.filia.de ſucceſſ.feu.*& Alex.*in conſil.30.col 3.in fi.vol.1.*quo not. pro ſucceſſionibus.

Dominus ciuitatis non poteſt ipſam ciuitatem vendere ſine conſenſu ciuium illius ciuitatis, nec eis inuitis. Ita tenet Hoſt.*in c.dilecti.de maio.& obed.* & Paul.de Caſtr.*in conſil.70.col 3.vol.1.*& Fel.*in cap. ad audientiam.col.2.de præſcript.*

Donatio poteſt fieri abſenti, debet tamen per donatarium ratificari, alias ſibi non acquiritur. & an hæres eius poſſit ratificare, vide Paul. de Caſtr. *in conſil.195.vol. 2.*& Decium *in conſil.ſuis.*

## E.

Exceptio dominii an poſſit opponi ab habente cauſam à me? Dic, aut ego peto actione reali, vt rei vendicatione; & tunc poteſt obſtare mihi exceptio dominii; & eſt ratio; quia talis exceptio in totum perimit ius mei agentis, vt not. *in l.ita vt ſi fur.ff commod.* Fallit in violento poſſeſſore, in odium ipſius, *l. ſi quis emptionis.§.ſed hæc ſuper illis.C.de præſcript.30. anno.* Aut ago actione perſonali; & tunc ſi ſimus in contractu, de cuius natura eſt, quod agens fuerit dominus; & tunc dic,aut excipiens probat,ſe vel alium eſſe dominum,& poteſt opponi; aut non probat, & non poteſt;quia in dubio præſumitur pecunia mutuantis, ita not.Bar. *in l. nam & ſi fur.ff.ſi cert pet.* Fallit, quando in mutuo interueniſſet ſtipulatio; quia indiſtincte non poteſt opponi, *l. 2,C ſi cert.pet.* Si vero eſt de natura cōtractus, quod agens ſit dominus, vt in depoſito, & commodato, & ſimilibus; & tunc ſiquidem mihi opponatur exceptio dominii alieni, illa exceptio nō perimit ius meum,*leg.1.§.ſi præd. ff depo.& leg.1. §. Idem Pomponius.ff.nau.cau.ſtab.*

Si vero opponatur exceptio dominii proprii ipſius opponentis; & tunc ſi dominium ſemper fuit ipſius, antequam cauſam à me habuiſſet, & poteſt opponere: ſi vero ſibi de nouo ſuperuenit,non poteſt *l.plane. & l. qui rem.ff.depo.* quæ leges loquuntur in contractibus ex parte dantis tantum, nam in aliis eſt ſecus; quia quandoque peruenerit dominium ad poſſidētem, poteſt opponere exceptionem dominii proprii.*l ſi rem alienam la.2.ff de pig.*ac ita loquitur Alex *in l.ſi alienam.col. 3. ff.ſolut. matr.* Fallit *in authen Item ſi poſſeſſor.* vbi ratione mendacii creditor non poteſt opponere exceptionem dominii,quæ authent.eſt *C.qui pot.in pign hab.* Et hæc procedunt, quando agitur ad dominium; ſecus ſi agatur ad poſſeſſionem; quia tunc omnibus prædictis derogat *lex ſi quis conductionis. C.locat.* Nam condictio ex illa lege competit directa in locato,in omnibus autem contractibus competit vtilis, præterquam in locato, & ſi quis agit cōdictione ex illa lege, nulla ſibi poterit exceptio opponi, & illa lex habet locum tantū in his, qui alieno nomine poſſident, non autem in his qui poſſident proprio, vt in marito poſſident res dotales, vt voluit Alexand. *in d. l.*

*in d.l.ſi alienam.colum.*3. & eſt ratio, ſecundum eum; quia ille, qui alieno nomine poſſidet, negando, videtur ſpoliare eum, à quo habuit cauſam ſuæ poſſeſſionis, quod non cadit in eo, qui proprio nomine poſſidet.

Exceptio quælibet competens reo principali, competit etiam & fideiuſſori ita demum, ſi eſt exceptio realis, vt iuriſiurandi, tranſactionis, doli mali, & ſimil. *l. omnes ff. de excepti. & ibi gloſſ.* dummodo reus permanſerit in eodem ſtatu; nam ſi fuerit deportatus, & bona eius publicata, licet ipſe dicatur abſolutus; quia obligatio eſt tranſlata in fiſcum; tamen fideiuſſor remanet obligatus, *leg. defenſiones. C. de excep.* ſecus autem eſt in exceptione perſonali, vt eſt exceptio, ne conueniatur vltra quam facere poſſit; quia non prodeſt fideiuſſori, *l. & fideiuſſor. ff. de re iudic.* Fallit tamen in exceptione odioſa, vt eſt Macedoniani, quæ licet ſit perſonalis; tamen competet fideiuſſori. *leg. ſi paterfamilias. §. non ſolum. ff. ad Maced.* & prædicta faciunt ad id, quod habetur *in l.* 2. *C. de fideiuſſ. minor.* vbi beneficium reſtitutionis ad fideiuſſorem non tranſit; quia eſt perſonale. Vide infra *in* 15. *not.* & Batt. *in l. fin. C. de vſur. rei iudic.* not. gl. *Inſtit. de replic.*

Error communis licet alias faciat ius, *l. Barbarius. ff. de offic. prætor.* tamen hoc non habet locum, quando deficeret ſubſtantia actus; vnde ſi tutor, qui nō fecit inuentarium, adminiſtrauit bona pupilli, & ab omnibus vt tutor reputatus eſt, ſi poſtea appareat eum non feciſſe inuentarium, omnia per eum geſta irritantur. Ita voluit Bald. *in l. non omnis. §. 1. ff. ſi cert. pet.* & ratio eſt; quia in tutore requiritur de ſubſtantia, quod faciat inuentarium. *l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tutor.*

Expenſæ quædam debentur, ſeu veniunt ratione victoriæ, & quædam debentur ratione contumaciæ. Quæ præſtantur ratione victoriæ, petuntur officio iudicis mercenario, & veniunt tantum illæ, quæ ſunt factæ gratia litis, non autem extra litem. Quæ præſtantur ratione contumaciæ, de quibus *in l. ſancimus C. de iudic.* petuntur actione in factum, & veniunt tam expenſæ factæ gratia litis, quā extra litem, ita voluit Bart. *in l.* 1. *§. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dic. non obt,* & Bart. *in l. 1. ff. de alie. iud mut. cauſa fact.* & probatur *in l. omnes in fin. C. de epiſ & cler.* Eſt & alia differentia; quia illæ, quæ præſtantur officio iudicis, debent poni in eadem ſententia cum cauſa principali, alias lata ſententia non poſſunt amplius peti, cum ſit finita actio, cui officium iudicis habet deſeruire *l. terminato. C. de fruct. & lit. exp.* Intelligas tamen in eadem ſententia, vt procedat etiam poſt ſententiam, dum modo eadem die, quia tota illa die durat iuriſdictio iudicis circa expenſas, vt voluit Aug. de Aret. *in § hac autem. colum.* 2. *Inſtit. de pœn. teme. litig* Et quod tales expenſæ lata ſententia poſt diem, peti non poſſint, eſt tex. not. *in l* 4. *C. de poſ.* quia officium iudicis, ex quo nullam præſupponit obligationem, *l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de actio. emp.* finitur finita actione per ſententiam. Illæ vero, quæ petuntur iure actionis, etiam ſi poſt ſententiam, & poſt diem non fuerunt petitæ, poſſunt quandocunque peti, gloſſ. eſt not. *in l. non ſolum. ff. de rei. vēd.* & gloſſ. & Bart *in l. ſi mulier. §. ſi rem. ff. de leg.* 3. Ex quo inoleuit optima notariorum, vt in contractibus pro cautela apponant, quod in caſu, quo acciderit ratione illius contractus partes in iudicio eſſe, puta ratione euictionis, quod ſuccumbens promittit dare per ſtipulationem omnes ſumptus in tali lite erogatos, & ſic intereſt victoris habere expenſas per viam actionis, cum poſſit illas petere quandocunque. Nec obſtat; quod victus ſemper eſt condemnatus victori ad expenſas. *l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudic. & in ca. fi. de maio. & obe.* vnde nulla videtur vtilitas habere actionem; quia imo vtilitas conſiſtit in duobus. Primo; quia iudex ita demum tenetur condemnare victum ad expenſas, ſi fuerit à parte petitum, licet iudex poſſet ex ſe, ſi vellet, etiam parte non petente; ſed ſi non fecerit, non tenetur in ſyndicatu, vt voluit Bartol. *in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infecto.* Secunda vtilitas conſiſtit in eo, quod ſuperius dixi. Eſt & alia maxima vtilitas; quia quando debentur per officium iudicis, ſi reus habet iuſtam cauſam litigandi, licet ſuccumbat, non tamen punitur in expenſis, vt eſt gloſſ. not. & ibi etiam Bart. *in l. qui ſolidum. §. etiam. de leg.* 2. ſecus quando petuntur iure actionis, vt tenet gloſſ. *in d. l. non ſolum*, & gloſſ. *in d. §. ſi rem.* De prædictis tamen videas plene per Iaſ. *in d §. ſin autem alterutra.* & Angel. de Aret. *in d. §. hac autem.* & Alexand. *in l. qui Romæ §. duo fratres, col.* 2. *de verb. oblig.* & Iaſ. *in d §. hoc autem iudicium. col.* 2. vbi ſingulariter loquitur in hac materia.

Exceptio contra teſtem, quod ſit criminoſus, debet taliter formari, quod in ea debent poni omnes circumſtantiæ, puta dies, locus, & tempus, & debet crimen ſpecificari, ſicut in libello accuſatorio iuxta *l. libellorum ff. de accuſ.* Ita ſingulariter voluit Bart. *in l. teſtium. §. lege ff. de teſti.* & vide *infr. in ver teſtis, in* 35. *not.*

Executio an poſſit fieri in ſtipendiis militum, & in præbendis clericorum? require *inf. in ver. Res empta ex aliena pecunia.*

Exceptio non num. pec. habet locum tantum in contractu mutui, & dotis, in aliis autem contractibus locum nō habet, ſcilicet, quod ſit talis, quod transferat onus probandi in creditorem. Ita ſingulariter voluit Bald. *in l. pecuniæ. C. de ſolutio.*

Expulſus de poſſeſſione de facto, ita demum poteſt de facto eandem poſſeſſionem recuperare, ſi in continenti hoc faciat. *l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm.* quod verbum, in continenti, exponit ibi gl. etiam per triduum, ſi expulſus voluerit præparare ſe. Hoc tamen limita non procedere in rege, vel

in

in principe, qui amiſit caſtrum, vel regnum de facto; nam etiam ſi per decem an. ſtaret, poſſet illud recuperare, & videtur hoc feciſſe in cõtinenti; quia magnum tempus requiritur ad præparandum exercitum: Vnde quandiu habet animum recuperandi; ſemper dicitur feciſſe in continenti. ita Bald. *in l. fi. C. de hu qui à non do. ma.* & Bald. *in repet. l. 1. col.* 8. C. *vnde vi.* & Bart. *in d. l. 3. §. cum igitur.*

Exceptio non num. pec. an habeat locum in confeſſione de præterito, puta, confiteor me accepiſſe 10. quæ fuerunt numerata mihi iam elapſo menſe. Dic, quod ſic. Nec obſtat, quod non ſub ſpe futuræ numerationis videor feciſſe; quia tunc confeſſio de præterito præiudicat huic exceptioni, quando quis confitetur ex alia cauſa, quam ex cauſa mutui: puta dico me debere decem ex cauſa emptionis, quæ in mutuum fuerunt cõuerſa. Ita not. gl. *in l aduerſus. C. de non nu. pec.* & Alex. *in l. 2. §. appellata ff. ſi cert. pet.*

Exceptio non nu. pec. licet in qualibet ſcriptura poſſit opponi ante biennium, *l. in contractibus. C. de non nu. pec.* dummodo ſit confeſſio de mutuo vel de dote, vt dixi ſupra 4. *not.* tamen non habet locum, quando teſtator confitetur in teſtamento ſe recepiſſe decem ex cauſa mutui; quia tunc non videtur feciſſe ſpe futuræ numerationis; vnde exceptio non opponitur. Ita eſt gloſſ. & Bald. *in l. 1. C. de fal. cauſa adiect. leg.*

Executio quando fit à lege, non facit admitti purgationem moræ. *l. ſi is cui. ff. de leg. 2.* & not. Bart. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* & idem Bart *in l. ſi inſulam in 4. q. de verb. obl.*

Exceptio dilatoria licet non poſſit opponi poſt litem conteſt. vt *l. exceptionem, & ibi gloſſ. C de probat.* tamen non habet locum hæc regula, quando exceptio ſuperueniret poſt litem conteſt. quia tunc poteſt opponi. Ita ſingulariter dixit Alex. *in l ſi mulier. per illum tex. ff. ſolut. mat.* & per tex & gloſſ. *in l. 2. C. de cenſor. eius. lit.*

Exceptio peremptoria, quæ non impugnat ſententiam, poteſt opponi poſt ſententiam, vt *l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſol. mat. l. ſi fideiuſſ. §. fi. ff. de fideiuſſ.* & Bart. *in l ſi fundo. cir. fi. ff. de rei. vend. & in d. l. ex diuerſo. § fin.* per quem habes optimam limitationem ad *l. peremptorias. C. ſen. reſc. non poſſ.* Ita not. Alex. *in d. §. fi* exemplificando in hærede, qui poteſt opponere exceptionem inuentarii etiam poſt ſententiam, ſecundum quod dicit Bart. ibidem.

Exceptio procuratoria eſt duplex, quædam falſi procuratoris, vt tu non es procurator, & quædã eſt inhabilitatis, vt tu non potes eſſe procurator; quia miles, ſeu minor, &c. Differunt tamen in hoc; quia exceptio inhabilitatis eſt dilatoria, vnde debet opponi ante litem conteſt vt *l. ita demum. C. de proc. & l. exceptionem. C. de prob.* Bart. *in l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. infect.* Exceptio vero falſi procuratoris licet ſit dilatoria, vt not gl. *in d. l. licet. C. de procur.* tamen poteſt opponi quandocunque, etiam poſt ſententiam, vt eſt tex. *in d. l. licet.* & quandocunq; opponatur, ſemper reddit iudicium retro nullum, vt ibi habetur. Limita tamen quod dixi de exceptione inhabilitatis, procedere in eo, qui licet non pro alio poſſit procurare; tamen pro ſe eſſe poteſt, vt miles, & mulier, & ſimiles perſonæ: vt *d. l. ita demum, & l. qui ſtipendia. C. de proc. & l ſi filiusfam § veterani ff. eod. tit.* nam ſecus in eo, qui non poteſt eſſe procurator, nec pro ſe, nec pro alio, vt minor, & ſeruus. *l. 1. C. qui legi. perſo hab. ſtan. li in iud.* quia tunc exceptio talis poſſet opponi quandocunque, etiam poſt ſententiam; quia reddit iudicium retro nullum. Ita voluit Bart. *in l. licet. C. de procur.* & Alex. *in l exigendi. col fin. C. eod. tit.* & Bart. *in l. minor. ff. de proc.* & Gemin. *in cap. quia generaliter. de proc. lib. 6.* & loquor de procuratore ad iudicia; quia ad negoria ſeruus poteſt eſſe procurator. *l. ſeruum quoque ff de proc.* & dixi infra in *ver. procurator ad iudicia, non poteſt.* Fallit tamen quod dixi de minore in caſu ſingulari, ſcilicet quando filius minor vellet eſſe in iudicio ad defendendum patrem abſentem, contra quem erat ferenda ſententia; quia tunc admittitur, vt eſt text. not. ſingulariſque *in d. l exigendi. in fin.* & de hac materia vide plenius Bart. *in l. de pupillo. §. ſi procurator autem. ff. de ope. no. nun.* Exceptio, quæ poterat opponi per fideiuſſorem, ſi non fuit oppoſita ſcienter, fideiuſſor non habet recurſum contra reum principalem; ſecus ſi ignoranter, text. eſt not. *in l. ſi fideiuſſor. ff. mand.* & hæc addas omnino ad ea, quæ dixi ſupra *in ver. exceptio qualibet.* & exemplum poteſt eſſe in exceptione non num. pec. quæ poteſt opponi etiam per fideiuſſorem intra biennium. *l. tam mandatori. & l. pen. C. de non num. pec.* & multa alia exempla, de quibus *ſupr. in præallegato loco.*

Exceptio declinatoria fori, an poſſit opponi poſt lit. conteſt. Dic aut conuentus ſciebat, iudicem, coram quo conuenitur, non eſſe competentem, & paſſus fuit aduerſarium coram eo litem conteſtari, & non poterit amplius opponere, vt *l fin. C. de excep. & l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudic.* Aut ignorabat; & tunc poteſt opponere, quandocunque ad eius ſcientiam peruenerit, etiam poſt ſententiam, vt *l. fin C. ſi à non compet. iud. fue. iud.* & eſt gloſſ. *in d l ſed ſi ſuſceperit. & in d. l fin. C. de except.* facit tex *in l. 2. ff. de iud* limita prædicta, vt *inf. in ver. exceptio declinatoria.*

Exceptio peremeptoria dicitur illa, quę in totum perimit ius agentis, vt *Inſtit. de excep. §. appellatur.* & poteſt opponi quandocunque vſque ad ſcientiã. *l. peremptorias. C. ſen. reſc. non poſſ.* Quod intelligas vſque ad concluſionem in cauſa: nam poſt opponi non poteſt, vt *cap. cum dilectus. de fi. inſt.* & tunc dicitur concluſum in cauſa, quando partes renunciant omnibus except. producendis, vt eſt gloſſ. *in d. cap. cum dilectus* & Lanfrac. *in cap. quoniam contra. in ver. exceptiones, de prob.* circa quod vide quæ dixi *ſup. in ver. conditione facta.* Fallit tamen prædicta regula in multis caſibus, quos enumerat gl. *in l. 1. C. de*

*iur. & fact. ign.* in quibus exceptio peremptoria opponi poteſt etiam poſt ſententiam, & ibi vide.

Exceptio Macedoniani licet ſit peremptoria; tamen opponi poteſt etiam poſt ſententiam ad impediendum executionem. *l. tamen ſi. ff. ad Macedon.* Idem dicas de exceptione Velleiani, vt not. gl. *in d. l. tamen ſi.* & gl. *in l. 1. C. d. iure. & fact. ignor.*

Emphyteuta alienans irrequiſito domino, licet amittat emphyteuſim, vt *l. fin. C. de iure emphyt.* tamen hoc non habet locum, quando alienatio eſſet ipſo iure nulla. Ita ſingulariter Bal. *in l. 2. poſt princ. C. de epiſc. aud.* vt ſi mulier alienaret ſine mundualdo, qui debet interuenire in alienatione mulieris de iure Longobardico, ſecundum Bal. *ibidem.* quo iure vtimur & nos in caſu iſto. Quod facit ad id, quod dixi infra, *in ver. iudex licet alias. in ver. falſificans monetam. & in ver. Notarius falſificans.* & vide Iaſ *in l. 1. §. fi. col pen. ff quod quiſque iur.*

Expendens falſam monetam, ſiquidem ipſe cuderit eam, punitur de falſo. *l. lege Cornelia. la 1. & ibi Bart. ff. de falſ.* ſi vero ipſe eam non cudit, punitur extraordinariè, *l. ſaccularii. & ibi Bar. ff de extraord. crim.* Sed ſi ipſe accepiſſet eam monetam expenſam ab alio, non punitur, ſi eam expendit eo modo, quo ipſe accepit. Ita tenet Alex *in d. l. lege Cornelia. in addit. ad Bart.* & illa dicitur falſa moneta, quæ non eſt facta ab eo, qui habet auctoritatem faciendi à principe, vt per Bar. *in l. qui falſam. ff de fal.* Sed ſi quis expenderet monetam plumbeam indiſtincte, punitur de falſo, ſecundum Bart. *in d l. lege Cornelia.*

Exceptio declinatoria fori, licet ſit dilatoria; tamen quando eſſet talis, quæ redderet proceſſum nullum, poteſt quandocunque opponi, arg. eorum quæ habentur *in l. licet. C. de procur.* vt dicimus in except. quod cauſa eſt vſuraria, quia per eam declinatur forum ſeculare. Ita tenuit ſingulariter Lanfr. *in cle. diſpendioſam. de iud. in 6 col* & ſic limita, quod dixi *ſup. in verſ. exceptio declinatoria, &c.*

Exceptio peremptoria, quæ impedit litis ingreſſum, coniuncta cum ea, quæ non impedit, facit eam ſimiliter impedire ratione coniunctionis. *l. creditori. C. de pac. arg. l. qui patri. ff de acq. har.*

Ebrius an poſſit contrahere, & an contractus per eum celebratus poſſit reſcindi, vide *ſup. in ver. contractus celebratus per ebrium.*

Excadentiæ dicuntur bona ſolida dari in feudum per Comites, vel Barones, & iſta tantum bona poſſunt dari per ipſos aliis in feudum, non autem noua feuda conſtituere poſſunt. Ita declarat Adr. de Iſet. *in cap. 1. in ver. Regu. de his qui feud. dare poſ.* niſi eſſent bona ſterilia; nam tunc poſſunt illa dari in feudum pro certa quantitate fructuum annuatim præſtandorum. Ita dixit item And. *in cap. 1. præter- [illegible] in 4. col. de Cap. Con. & in cap. 1. §. fi. in fi. An ille qui in [illegible]*

Executores vltimarum voluntatum, ſi plures ſunt, an poſſit vnus ſine altero exequi: Bar. *in l. 1. §. ſi plures ff. de exerc. col. 2.* tenet, quod ſic, & idem tenet Bart. *in conſil. 147.* Sed Bald. *in l fin. in prin. 2 colum. C. com de leg* tenet contrarium, ſcilicet, quod non poſſit vnus ſine altero exequi. Sed idem Bart. *in l. nulli. col. fin. C. de epiſc. & cler.* videtur diſtinguere, aut diſtributio erat incerta, & non poteſt vnus ſine altero; aut certa, & tunc ſecus. ſed de hoc habemus text. expreſſum. *in cap fin. de teſti. lib. 6.* vbi ponuntur tres caſus, in quibus poteſt vnus ſine altero exequi: Primus eſt, ſi alter eſt mortuus. Secundus, ſi eſt longe abſens; Tertius ſi eſt præſens, & non vult exequi. ergo alliis caſibus videtur cõcedere, quod vnus ſine alio non poſſit. *arg. l. cum prætor. ff. de iud. & l. quos prohibet. ff. de poſtul.* & innuit ibi gloſſ. Quid autem ſi in pluribus procuratoribus? Bar. *in l. plurib. ff. de procur.* diſtinguit, aut ſunt præpoſiti ad vnum vniuerſale negotium; & tunc cuilibet cenſetur eſſe mandatum in ſolidum, vnde poteſt vnus ſine alio adminiſtrare: Si vero ad plura negotia; & tunc quilibet cenſetur datus pro parte. Quid autem in pluribus iudicibus? Dic, aut erant ordinarii; & tunc cuilibet cenſetur permiſſum inſolidum; vnde tunc poteſt vnus ſine alio iudicare. *l. Imperator ff. ad municip.* Aut erant delegati; tunc non poteſt vnus ſine alio, niſi alius eſſet præſens, & non contradiceret. *l. duo ex tribus. ff. de re iud.* & not Bartol. *in d. §. ſi plures. in diſtinctione* Idem dicas in arbitris, quod in delegatis. *l in tres. ff. de arbit.* Quid autem in tutoribus, vel curatoribus? Dic, quod quilibet poteſt inſolidum adminiſtrare, niſi adminiſtratio eſſet diuiſa ab ipſis, vel à teſtatore, vel à iudice. *l. ſi plures. la 1. ff. de admini tut.* & not. gloſſ *in d. l. Imperator.* Et ex hoc ſequitur, quod ſolus vnus poteſt ſine alio authoritatem præſtare. *l fi. C. de auth. præſtan* Quid autem de aliis adminiſtratoribus, puta de exercitoribus, vel inſtitoribus? Dic, quod cuilibet cenſetur permiſſum inſolidum. Ita dixit Bart. *in d §. ſi plures.*

Exguardum quid ſignificet in materia feudali, vide *infr in ver. Laudamentum. &c.*

Error iuris in damno vitando nemini nocet. *l. error ff. de iur & fa. ign.* Quod limita, niſi eſſet error in iure naturali, vt *ibi not gloſſ.* Item limita non procedere pro rigore iuris conſeruando, ſecundum Alex. *in l. iuſte. colum. pen ff. de acquir poſſ.* Vbi ponit exemplum de emphyteuta, qui non ſoluit canonem per triennium errore iuris, vt cadat nihilominus à iure ſuo.

Executio quando fit alicuius ſententiæ, vel inſtrumenti, debent ſeruari ſtatuta, & conſuetudines loci, in quo fit executio, non autem in quo fuit lata ſententia, vel in quo fuit factum inſtrumentum. Ita dixit Bald. *in l. 1. quaſt. 4. C. ne ſi pro pat.* facit quod dixit ſingulariter Bald. *in l. 1. in fi. verbu, C. de conf. ſſ.* quem ad hoc refert & ſequitur Iaſ. *in l. cum quædam puella. in fin illiu. princ. ff. de iuris om. iudic* & Alex. *in l. à diuo pio [illegible] col. pen. ff. de re iudic.*

Eximens captum de manibus familiæ pro deli-

cto, ſiquidem erat confeſſus vel condemnatus, tenetur crimine læſæ maieſtatis, vt not. Bar. *in l. cuiuſque. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Si vero non erat condemnatus, nec confeſſus, adhuc punitur vltimo ſupplicio, vt not. ibidem Bar & Bald. *in l addictos. C. de Epiſc. audi.* vbi ponit etiam, quid de occidente eum, qui ad mortem ducebatur, de quo vide Bart. *in l. eiuſdem § transfugas. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* de quibus etiam vide per Iaſ. *in l. 1 § is videtur. col. pen. & fin. ff. ſi quis ius di. non obt.*

Expenſarum appellatione non veniunt damna, nec econtra, ita dixit Iaſ. *in l. 1. §. fin. col. ff. ſi quis ius dic. non obt.* per alleg. per eum, & maxime per tex. not. *in cap. in noſtra extra de Iniur.* ſed contrarium Alex. *in conſil. 34. in fin vol. 3.*

Expenſæ, vel alia acceſſoria, quando petuntur officio iudicis nobili, poſſunt peti, etiam poſt ſententiam, ac ſi iure actionis deberentur, vide *infra, in verſic. filiusfam. licet regulariter, &c.*

Error iuris & mala fides non ſemper æquiparantur. nam licet vtrumque impediat vſucapionem, *l. nunquam ff. de vſucap.* tamen mala fides impedit acquiſitionem fructuum, *l. quæſitum ff. de acquir. rer. domi.* Sed error iuris non. tex. eſt not. & ibi gl. *in l. de fructibus ff. de don. inter vir. & vxor* & Alex. qui vtrunque dicit *in l. Pomponius. §. quæſitum in fin. & § ſed & legatorio. ff de acquir poſſ.* & eſt tex. *in l ſed ſi lege. § ſcire. ff. de peti. hæred.* & gloſſ. & Alex. *in l. quod vxor ff. de acquir. poſſ.*

Excommunicatio non infertur ipſo iure per hæc verba: communione habeatur alienus: ſed mandatur ferri. Ita dixit Abb. *in c. ſi diligenti. in pen. not. de for. compet.*

Expenſæ, quando poſſint probari per iuramentũ, & quando non, vide Abb. *in c. dilecti. col pen. de for. compe.* vbi dicit, quod tantum expenſæ litis probantur per iuramentum, non autem factæ ante litem.

Excommunicatus non agit pro iniuria ſibi illata: quia obſtat ſibi exceptio excommunicationis. Ita dixit Abb. *in c. veritatis. col. 13. de dolo, & contum.*

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis, *l. nam, quod liquide. §. fin. ff. de pen. leg. & §. vt autem, in Auth. de non alie.* non tamen facit comprehendi ſub regula, id quod de ſui natura non veniebat, ſecundum Bart. *in l. generali. §. vxori ff. de vſufr. leg.* & Alex. *in conſil. 28. pen col. vol. 1.*

Expenſæ faciendæ ſunt ſecundum quantitatem facultatum, & redditũum, ne longi temporis victũ breuis hora conſumat. gl. *in c. conquerente. de offic. ord.* & text. & Abb. *in cap. cum apoſt. de cenſib.*

*F*

FEVDVM ſimpliciter conceſſum alicui pro ſolito ſeruitio, non tamen ſpecificato, ſed ſecundum morem, & naturam feudi intelligitur conceſſum hoc modo, ſcilicet; quia feudatarius tenetur præſtare domino vnum militem pro ſingulis xx. vnciis annuis, quas percipit ex feudo; & hæc eſt natura & mos feudi. Ita dixit And. de Iſer. *in c. 1. §. fin. circa princ. in quib. cau feud. amit. & in cap. 1. de inueſt. de re alie. fact. & in d. §. fi. col. fi.* ſubdit ſingulariter idem Andr. quod Rex concedens ſimpliciter alicui rem, videtur ei libere donare, non autem in feudum cõcedere, niſi expreſſe dicat, concedo in feudum, vel niſi vtatur verbis aptis ad conceſſionem feudi, puta, inueſtio te de tali caſtro.

Feudum ſimpliciter conceſſum, in dubio, ſi non apparet, præſumitur conceſſum pro ſe, & hæredibus ſuis. Ita dixit Iſer. *in cap. 1 §. fin. colum. 2. in qui. cau. feud. amit. & in cap. 1. qui. mo. feud. conſtit. poteſt.* & ibi Bald.

Feudum quaternatum dicitur illud, quod præſtatur tantum à Rege alicui Baroni, vt caſtrum, & ideo ſic dicitur, quia omnia iſta feuda ſunt deſcripta in quaternionibus Regis, & Cameræ ſuæ. Sed feudum planum, & de tabula, dicitur illud, quod præſtatur ab aliquo Barone, & hoc feudum poteſt conſiſtere in territorio, non in caſtro, quia illud ſolus Rex dat, & iſtud feudum planum, & de tabula non poteſt dari, niſi in illis rebus, quæ ſolitæ fuerunt alias in feudum concedi, quæ excadẽtiæ appellantur, vt dixi *ſupra, in verb excadentia.* Ita declarat Iſer. *in c. 1. in verſ regis. de his q. feu. da. poſ.* & plenius *in cap. 1. §. fi. de contron. feu. apud par. term.*

Feudum non poteſt obligari in præiudicium domini, ita Bald. *in c. 1. §. ſi col. pen. de controu. inueſtit.*

Feudum conceſſum alicui, licet non fuerit dictum pro ſe & filiis ſuis, tamen ſi in illo regno eſt conſuetudo, quod transeat ad filios, intelligitur conceſſum ſecundum conſuetudinem illius regni, ita not. And. de Iſer. *in cap. 1. §. huius generis. qui. ex cauſa feud. amit. arg. l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur & l. ſeruum plurium § fi. de leg. 1.*

Fideiuſſor, qui fideiuſſit pro eo, qui erat tutus exceptione perſonali, non poteſt ſe tueri eadem exceptione, vt ſi fideiuſſit pro eo, qui non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, ipſe tenebitur in ſolidum. *l. & ſi fideiuſſor. ff de re iudic. & l. verum. §. 1. ff. pro ſocio.* Datur tamen optima cautela ipſi fideiuſſori, vt quando conuenitur, denunciet reo, vt ſuſcipiat in ſe iudicium, & opponat ſuum intereſſe, nam poſtea teneretur per obliquum ad id, ad quod directo non poterat conueniri, & ſic per hanc cautelam fideiuſſor condemnabitur eatenus, quatenus poterat reus condemnari, vt voluit Bar. *in d l. fideiuſſor.* & Alex. *in l quia tale. in fi. ff. ſol mat.* & idem Bar. *in d. l. verum. in prin.* per tex. *in l. idemque. §. generaliter. ff. manda.* & Aret. *in Rubr. Inſti. de except. col. 9.*

Filia renuntians bonis paternis, & maternis videtur renunciare his, quæ ſibi ſpe ſaltem debentur, nõ autem his, quę poſſent ſibi obuenire ex iuris diſpoſitione. Ita ſingulariter conſuluit Lud. Ponta. *in cõſ. 22.* per ea quæ voluit multum not. Bar. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, poſt prin. in ver. & hæc faciunt ad q. duo*

 *fratres.*

*fratres.* Ex quo dicto inferebat Lud. in prællegato conſ. quod licet filia renunciauerit; tamen ſi pater tranſit ad ſecunda vota, & inſtituit poſtea vxorem ſecundam hęredem, filia poteſt non obſtante renũciatione petere dimidiam illorũ bonorum, in quibus ſua nouerca fuit inſtituta; quia iſta obueniunt ſibi ex diſpoſitione iuris, ſ. ex *l. hac edictali. C. de ſecundis nup.* vnde ad ea renunciatio nõ extenditur, & ita fuit quandoq; obtentum in ſacro conſil. Neap.

Filius quantum ad familiam, & dignitatem ſequitur patrem, & non matrem. *l. 1. ff. ad municip.* Sed quantum ad eius ſtatum libertatis vel ſeruitutis, ſequitur matrem, & non patrem. *l partum. C. de rei vẽ.* & ratio eſt; quia mater poteſt filio proficere tribus temporibus, ſcilicet tempore conceptionis, & tempore partus, & medio tempore, ſufficit enim vt vno ſaltem tempore ex iſtis temporibus mater fuerit libera, adhoc, vt liberum partum pariat. *l. & ſeruorum. §. ingenium ff. de ſta ho.* pater vero vno tantum tempore poſſet ſibi proficere, ſcilicet conceptionis, vnde hoc eſt inductum in fauorem filii. Mulier autem quo ad dignitatem ſequitur maritum. *l. mulierem. C. de dignita. lib. 12.* & etiam quo ad forum, vt not. gl. *in l. hæres abſens. ff. de iud.*

Filius propter nimiam inobedientiam patris, poteſt ab ipſo patre traduci iudici caſtigandus, & etiam carcerandus ad arbitrium patris. *l. ſi filius. C. de pat. pot.* Si tamen hoc eſſet propter ſæuitiam patris erga filium; tunc eſſet ſecus nam tũc cogitur ipſum emancipare. *l. ſin. ff ſi à parente quis fue. ma.* nec habet bonorum poſſeſſionem contra tab. tunc in bonis filii, vt ibi dicitur *iuncta gloſſ.* Item nec retinet dimidiam partem vſusfructus, quam retineret quilibet pater emancipans, vt *l. cum oportet. §. cum autem. C. de bo. quæ lib.* Idem do Chriſtoph. *Inſt. per quas perſ. no. ius acq. in 3. col. in gl. in ver. vſumfructum.* per *d. l. fin.*

Filius furioſi poteſt hæreditatem ſibi delatam ſine iuſſu patris adire, & in ea pro patrefam. reputatur, vnde patri non acquiritur vſus fructus, text. eſt ſingularis *in l. cum hæres ff. de acq. hær.*

Filiusfam. ſi fuerit hæres ab aliquo inſtitutus, & ſibi vulgariter ſubſtitutus, eo volente adire hæreditatem, pater præfertur ſubſtituto, vt eſt gloſſ. *in l. fi. §. ſancimus. in ver. recuſantem. C. de bon. quæ lib.* & voluit Bart. *in l. 1. colum. 4. ff. de vul. & pup.* ſecus autem eſt in domino, cuius ſeruus eſt inſtitutus, quia ſeruo nolente adire præfertur ſubſtitutus. *l. cum prepo. nas. C. de hær. inſti.* Et ratio eſt, quia ſubſtitutio vulgaris intelligitur, ſi hæres non erit, vel per ſe alium hæredem non fecerit. *l. ſi paterfam. ff de hæred. inſti.* quod non habet locum in ſeruo, quia ſeruus repudians, non facit hæredem dominum, vt *d. l. cum proponas.* Sed in filio ſic, vt *d. §. ſancimus.* Et ratio diuerſitatis eſt, quia olim quicquid acquirebat filius, efficiebatur patris ipſo iure quo ad dominium, & quo ad vſum fructum, *l placet. ff. de acquir hær.* Hodie autem acquiritur quo ad vſumfructum tantum. *l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* Cum ergo patet hodie ſit in hoc grauatus, releuatur in aliis, vt etiam inuito filio poſſit hæreditatem adire. *arg. l. cum qui. ff. de iureiur.* ſed in ſeruo nihil eſt immutatum; ideo ſecus, vt *d. l. cum proponas.* & vide Bart. *in d. l. col. 4.*

Fiſcus, in illis tantum bonis ſuccedit alicui propter delictum, in quibus quilibet priuatus hæres ſuccederet; vnde per publicationem bonorum, illa tantũ bona vadunt ad fiſcum, quæ irent ad quemlibet iure hæredis; non autem iure filii. *l. in inſulam. in prin. ff. ſol. mat.* vbi ſi pater fuerit deportatus, ad fiſcum non tranſit actio, quam pater habet communem cum filia, ſed conſolidatur in filia. Ratio eſt; quia illa actio conſolidatur iure filiationis; non autem iure hæredis, vt probatur *in l. vnica. §. videamus. C. de rei vxor. act ibi; & ſi fuerit exhæredata.* Eodem modo dicimus in emphyteuſi, quæ tranſit iure filii, non autem iure hæredis, vt not. Bat. *in l quod dicitur ff. de verbor. obl.* Similiter & in feudo. ita not. Alexand. *in d leg. in inſulam. in princ.* Et quid in quarta, & lucro maritali? Videtur idem, quod tranſit etiam ad filios, dato, quod non ſint hæredes matris, ſeu patris, vt habetur in materia quartæ.

Fideiuſſor, licet alias non poſſit obligari, niſi per ſtipulationem, vt *l. blanditus. C. de fideiuſſ. & l. 5. §. ſatis acceptio de verb. oblig.* tamen limita primo hoc non habere locum fauore dotis; nam fideiubens pro dote, tenetur etiam pacto nudo. Ita tenet Bal. *in l. fi. C. ad Velle.* & vide quæ dixi *infra, in verſ. lex ſciẽdum, &c.* & not. Alexand *in d. §. ſatis acceptio.* Secundo limita non habere locum in fideiubente ad pias cauſas. Ita voluit Lud. Roman. *in auth. ſimiliter. C. ad l. Falc.* per ea, quæ voluit Bald. *in d l. fin.* Tertio limita in eo, qui interceſſit pro republica, vt per eundem Ludouic. *in leg. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatis. cog.* Quarto limita in fideiuſſione tacita à lege inducta, vt *l. cum oſtendimus. §. pen. ff. de fideiuſſ. tut. & leg. 2. ff. ad municip.*

Fideiuſſori licitum eſt ſoluere creditori de ſubſtantia rei principalis propria auctoritate, & ſine aliquo mandato, vt eſt text. quem reputat ſingul. Bart. *in leg. ſi procur. §. ſi pignorantes. ff mand.*

Falſificans monetam licet puniatur de falſo, vt *l. 2. C. de fal. moneta.* tamen non habet locum in eo, qui falſificat talem monetam, quæ non expenditur in illo regno. ita tenet Alex. *in conſil 140. volum. 1.* per tex. *in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act.* vbi dicitur, quod reprobata moneta non dicitur moneta. Eodem modo dicimus in eo, qui tondet ſeu reſecat monetam, qui licet alias puniatur de falſo, vt *l. quicunque. ff. de falſ.* & not. gloſ. *in d. l. 2. C. de fal. moneta.* tamen ſi quis tondet monetam falſam, & reprobam, non punitur. ita tenet Dynus *in d. l. quicunque* alias *in l. eiuſq. ff ad leg. Iul. Maieſt.* & Ale. *in d. §. qui reprobos.* & gl. *in c. cum canonicis. ext. de cenſib.* & adde quod in ſimili dixit Iaſ. *in l. 1. §. fi. col. 2. ff quod quiſq; iur.* & vide *infr. in ver. iudex licet.*

Fide-

Fideiuſſor an poſſit accipi in delictis, vt ſi dico, facias tale delictum, & noli curare de pœna; quia ero tibi obligatus, vide infra *in verb. Promiſſio turpu. iuxta fin.*

Fiſcus habet ſemper præſumptionem contra ſe: vnde ſi reperiuntur duo inſtrumenta confecta eodem die, vnum fiſci, & aliud priuati, præſumitur prius factum inſtrumentum priuati ita ſingulariter Bart. & ibi Alex. *in l. non puto. ff. de iure fiſci.*

Fiſcus ſuccedens priuato pro rebus geſtis à priuato, vtitur iure priuati, pro geſtis vero à ſe, vtitur iure ſuo, dicit Bart. *in l. fiſcus. la. 1, ff. de iure fiſ.* & gl. *in l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſur.* In primo caſu eſt ratio, quare vtatur iure priuati, ratione connexitatis, ſicut alias dicimus *in l. cum actum. ff. de neg. geſt. & in l. ſi communem. ff. quemadm ſer. amit. & in c. 1. de iure patr. lib. 6. & in l. qui patri. ff. de acquir. hæred.*

Fideiuſſor, qui interceſſit pro eo, cuius bona ſunt publicata, poteſt opponere exceptionem excuſſionis, etiam contra fiſcum, antequam ipſe ſoluat. ita Alex *in l. fin. col. 3. ff. ſi cert. pet.* niſi eſſet certum, quod fiſcus exigi non poſſet, puta quia eſſet magnus tyrannus, vel rixoſus; quia tunc conuenitur fideiuſſor; nulla facta excuſſione cõtra fiſcum, vt not. Bart. *in d l. fin.* arg. eorum quæ not. gloſſ. & ibi per Doct. *in l. 2. in princ. ff. qui ſatiſd. cog.*

Fideiuſſor promittens quanto minus exigi poterit à debitore principali, poteſt opponere exceptionem excuſſionis, etiam ſi huic beneficio renunciauit, vt *auth. præſente. C. de fideiuſſ.* ita Alex. *in l. fin. ff ſi certum pet.* Ratio eſt ſecundum eum; quia videtur promiſiſſe ſub conditione, ſi principalis non poterit exigi, ante cuius aduentum non cedit dies agendi contra fideiuſſorem. *l. cedere diem. de verbor. ſignif.* Hoc tamen limita, ſingulariter non habere locum in eo, qui promiſit, quanto minus poteſt exigi à fiſco, vel pro eo alio modo fideiuſſerit; quia ſemper poteſt conueniri nulla facta excuſſione, etiam ſi nõ renunciauerit beneficio excuſſionis. Et ratio eſt; quia fiſcus ſemper præſumitur eſſe ſoluendo. *l. 2. ff de fund dot.* Vnde ſequeretur, quod fruſtra promiſiſſet, cum nunquam deueniretur ad eum; vnde promiſſio talis debet aliquid operari. argum. *l. ſi quando. de leg. 1.* ita ſingulariter Bald. *in l. 1. col. pen. verſ. item quæro fideiuſſ. pro fiſco. C. de conu. fiſ. deb.* & Alex. *in d. leg fin.* Quod etiam fallit in campſore, vt *in Auth. de fideiuſſ. §. argentariorum.*

Fideiuſſor an poſſit peti interim à debitore habente aliquam dilationem ad ſoluendum? Dic, quod aut dilatio eſt ſibi conceſſa ab homine, aut à lege: primo caſu, vt quando eſt data dilatio à creditore, tunc peti non poteſt ſatiſdatio, niſi hæc conditio fuerit in dilatione appoſita, vel niſi cauſa cognita appareat debitor ſuſpectus. *l. ſi creditores. ff de priuil credit. l ſi omnibus. ff. de iud.* Quæ cautio dictæ leg. in omnibus habet locum, non ſolum in contractibus bonæ fidei, ſed etiam in ſtricti iuris, ſecundum communem opinionem, quam ponit Alex. *in l. 2, in princ. in 4. col. ff. ſolut. matr.* & Bart *in l. ſi ae apud. col 3. C. de tranſact.* per text. *in l. in poſſeſſionem. in verb. promiſſa. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* quicquid dixerit gloſſ. *in d. l. 2.* Fallit tamen prædicta regula, quando dilatio habetur ab homine miſerationis cauſa, & hæc verba apponuntur in datione; quia interim poteſt peti fideiuſſor. ita not. Paulus de Caſtr, & alii Doct. *in l. ſi conſtante. §. quotiens ff. ſol. matr.* Niſi reus nõ poſſet inuenire fideiuſſorem; quia tunc debebit condemnari, deducto interuſurio medii temporis. ita not. Alexan. *in d. §. quotiens.* per illum text. Secundo caſu, quando eſt conceſſa à lege, dic, quod indiſtincte poteſt peti ſatiſdatio. Idem ſi concedatur à principe. *l. vniuerſa. C. de prec. Imp. off.* quia princeps dicitur lex animata, *l. 1. ff. de conſt. princ.* Idem ſi à teſtatore, *l. inter omnes ff. qui ſatiſd. cog.* quia eius voluntas lex dicitur. *§. diſponat. in Auth. de nupt.* Idem ſi à iudice, *l. ſi debitori. ff. de iud.*

Fructus percepti ex re pignorata, licet alias excomputentur in ſortem, vt *l. 1. & 2. C de pign. act.* hoc tamen non habet locum, quando fuiſſet pignoratum aliquod feudum domino, qui conceſſit illud habenti directũ dominium; quia facit fructus ſuos; nec eos computat in ſortem, vt eſt text. & ibi gloſſ. *in c. contractus. extra, de vſur.* Ex quo infert ibi multum ſingulariter Barbat. *in quadam add. poſt Abbat.* quod idem eſſet, ſi emphyteuta pignoraſſet emphyteuſim domino; quia ratione directi dominii faceret fructus ſuos, nec committit vſuram. ita allegat tenuiſſe Rom *in l diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut. matrim* Quod eſt not. ad quod adde text. expreſſum *in c. 1. extra, de feudu.*

Falſa cauſa an vitiet contractum, vel legatum, vel ſententiam. vide inf. *in verb. legatum ſub cauſa.* & de ſententia vide etiam *in l. 2. C. quando prouoc. non eſt nec.* & Bart. *in l. ex diuerſo. §. fin. ff. ſolut. matr. & in l. præſes. ff. de re iud.*

Filiusfamilias minor an admittatur ad procurandum pro parte abſente. vide ſupr. *in verb. exceptio procuratoria.*

Filiafamilias ſi vult agere contra maritum ad repetitionem dotis, debet habere expreſſum conſenſum patris; nec ſufficit taciturnitas, vt eſt gloſſ. *in l. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſol matr. & in auth. quod l. cum. C. de collat.* ſecus autem eſt econuerſo, ſi pater vult agere, quia non requiritur expreſſus conſenſus filiæ, ſed ſufficit, quod non contradicat, vt *l. 2. §. voluntate. ff. ſolut. matrimon.* Quod limita, niſi filia per pudorem taceat: nam tunc cauſa cognita iudex iudicabit eam contradicere, & repellet patrem agentem, puta quia eſt turpis perſona, vt *dict. l. fin. cum. dotem. §. eo autem tempore.* Ratio diuerſitatis eſt; quia filia non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. *l fin. §. neceſſitate. C. de bon quæ lib.* Ideo requiritur expreſſus conſenſus eius, cum requiratur pro legitimatione perſonæ; quod ſecus eſt in patre.

Filiusfamilias an factus paterfamilias teneatur reddere pecuniam quam mutuo accepit, dum erat in patria poteſtate. Dic, quod non;nam adhuc eſt tutus exceptione Macedoniani, vt probat text. *in l. 1. & fin. ff. ad Maced. & in l. qui exceptionem. in princ. ff. de cond. indeb.* ſi tamen ſoluit; tunc ſi errore iuris, non repetit, & ita loquitur. *d. l. qui exceptionem.* ſecundum Bartol. *ibi:* ſi errore facti; tunc repetit, & ita loquitur *d. l. fin.* & prædicta faciunt ad id, quod modo ſequitur.

Filiusfamilias factus paterfamilias, an teneatur implere votum, quod fecit, dum erat in patria poteſtate, quod tunc implere non tenebatur, per text. *in l. ſi quis rem §. voto. ff. de pollic.* Dic, quod non, ita voluit Abb. *in c. ſcripturæ extr. de voto.* & Imol. *in c. cũ contingat. in 49 col. extr. de iureiur.* & dixi infr. *ſuper recollectis in iure canonico. in verſ. filiusfam licet.*

Filiusfamilias licet non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, vt *l. fin. § neceſſitate. C. de bon. quæ lib.* tamen hoc non haberet locum, quando eſſemus in filiofam. minore, qui de facto fuiſſet admiſſus in iudicio, & habuiſſet ſententiam pro ſe; quia ſi ipſe vult acceptare talem ſententiam, procedit iudicium ita factum ſine conſenſu patris. ita voluit Alex. *in conſil. 59. in 2. vol.* per gl. *in l. non ideo minus. C. de procur. & in l. 1. C. qui legi perſ. hab. ſtan.* quod facit ad id, quod dixi infr. *in verſ. pupillus non poteſt eſſe in iudicio.*

Furtum, plene probari poteſt per coniecturas; ſtatim enim, quod quis demõſtrat oſtium fractum, vel fugam famuli, dicitur plene probaſſe furtum. ita not. voluit Bart. *in l. ſi quis ex argentariis §. an vere. ff. de edend.* Et eſt ratio; quia cum tale crimen ſoleat ſemper clam, & occulte fieri, non poteſt ita de facili probari per teſtes; vnde recurritur ad coniecturas, ſicut etiam dicimus in adulterio vel ſtupro probando, vt not. Bart. *in l. 2. §. ſimul. ff. de adult.* & Abb. *in c. præterea. extr. de teſtib.*

Fideiuſſor conſtante matrimonio, nec dari, nec exigi à marito poteſt pro dote conſeruanda, ſeu reſtituenda, ne cauſa perfidiæ oriatur inter virum & vxorem, vt *l. 1. & 2. & etiam in rubr. C. de fideiuſſ. dot. den.* Nec poteſt maritus illis legibus renunciare, ſecundum Bart. & gl. *ibi.* Fallit autem, ſi maritus inciperet vergere ad inopiam, vt concludit Bartol. *in l. ſi conſtante. §. quotiens. ff. ſol. matr.* Item fallit, ſi ante nuptias contractas accipiatur fideiuſſor; quia hoc fieri poteſt. ita not. Alex. *in d. §. quotiens. col. 3* & ita obſeruatur. Item fallit ſol. matr. quia poteſt accipi fideiuſſor pro dote reſtituenda intra annum, vt eſt tex. *in d. § quotiens.*

Fugatus ab aliquo, ſi fugiendo cecidit, & vulnerauit ſe; an ille, qui eum fugauit, ſeu perſequitur, teneatur tanquam vulnerans? Dic, quod non: ſed tenetur tanquam vulnerari faciens. ita tenet Bart. *in l. ſi gemina. ff. arb. fur. cæſar.*

Fratris appellatione etiam ſoror continetur, gl. eſt *in l. ſi quis ita. ff. de teſt. tutel. & l. Mutius. §. quæſitum.* & ibi Bartol. *ff. de leg. 2.* & text. *in l. tres fratres. ff. de pact.*

Furioſus, ſi ante ſuperuenientiam furoris commiſit aliquod delictum, per quod debebat ad mortem damnari, per talem furorem ſuperuenientem damnari non debet. ita voluit Bald. *in l. furioſum. in fin. C. qui teſtam fac. poſſ.* Ex quo dicebat Ioã. de Imo. *in c. Raynutius. extr. de teſtam.* quod etiam ſi poſt ſententiam ille, qui erat condemnatus ad mortem, efficiatur furioſus, per hoc non debet mori; licet Theologi contrarium teneant quo ad damnationem animæ, ſcilicet quod ſi poſt peccatum mortale aliquis efficiatur furioſus, quod adhuc ibit ad infernum: & quod dixi in furioſo, eſt ſecus in prodigo; quia delictum adiunctum delicto non debet ſibi opitulari, vt not. Bald. *in d. l. furioſum.* & Bart. *in l. is cui. ff. de verb. obl. g.* Vnde conſil ũ eſt, quod poſtquam quis commiſit tale delictum, fingat ſe furioſum. & vide Alex. *in d. l. furioſum.* referentem plures opiniones.

Furtum non committitur ſine contractione. *l. infitiando. ff. de furt. & l. 3. §. ſi rem. ff. de acq. poſſ.* Ex quo ſequitur, quod ſi quis intrat domum alicuius cauſa furandi, & poſtea non furatur aliquo modo impeditus, non tenetur pœna furti, ſed extraordinarie punitur, vel pœna iniuriarũ. vt *l. ſaccularii. ff. de extra. ord. cri.* caſus eſt *in l. vulgaris. § qui fur. ff. de furt.* quem ſingularem dicit Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere. in 3. opp. C. de epiſc. & cler.* & licet alias, quando criminaliter agitur, puniatur affectus, vt dicit Bald. *in d. l. ſi quis non dicam rapere.* tamen in furto non habet locum, etiam ſi criminaliter agatur, vt per Bart. *in d. §. qui furti.*

Falſa moneta quæ dicatur, vide ſupr. *in verſic. Expendens falſam monetam, &c.*

Fugiens à carcere fractis oſtiis, vel muros tranſcendens, punitur eadem pœna, qua eſſet puniendus, ſi vere commiſiſſet illud delictum, pro quo fuit carceratus, & habetur pro confeſſo. ita not. Bart. & gloſſ. *in l. in eos ff. de cuſtod. reor.* ſecus ſi fugeret apertis oſtiis, vel ſi poſt ſtatim reuerſus eſt; quia habetur ac ſi non fugiſſet, vt not. Alexan. *in d. l. in eos* & Frãc. Curt. *in rep. l. admonendi. col. 48.* & mitius etiam punitur, ſi negligentia cuſtodum effugit. *l. 1. ff. de effract.*

Faciens fugere debitorem carceratum à carcere, tenetur ſatisfacere omnibus creditoribus eius, ſi ad inſtantiam eorum fuit carceratus, tex. eſt not. *in leg. quoties, C. de exact. lib. 10.* & vide per Franc. Curt. *in d. l. admonendi col. 49.* Eodem modo dicimus in eo, qui lacerat inſtrumentum alicuius; quia tenetur ei ad intereſſe ita tenet Bald *in l. 1. C. de fid. inſtrum.*

Fideiuſſor ſuccedens reo principali, & faciens inuentarium, an teneatur creditori ex perſona ſua, & ex perſona defũcti; an vero actio fideiuſſoria ſit extincta ſeu cõfuſa, vide ſup. *in verſ. creditor. ſi ſuccedat.*

Filiusfamil. poteſt eſſe procurator pro alio in iudicio etiam ſine conſenſu patris, text. eſt ſingularis

in §.

*in c.quæ general.de procur.lib.6.* Item in cauſis ſpiritualibus poteſt eſſe in iudicio, etiam ſine conſenſu patris, vt eſt tex. not. *in c.fin §.de iud.lib.6.* & vide vnam gloſſ.ord. *in c.ex parte.ext de reſt.ſpol.* vbi numerantur plures caſus, in quibus minor habetur pro maiore.

Furioſus ſemel ſemper præſumitur furioſus, niſi contrarium probetur. ita not Alex. *in l.furioſum.C. qui teſtam.fac.poſſ* & gloſſ. *in cap.fin.de ſucc.ab inteſt* & Abb. *in c.cum inter canonicos.de elect.*

Falcidia detrahitur deducto prius ære alieno, prius enim debet ſatisfieri creditorib. hæreditariis in ſolidum, deinde ex legatis debet detineri quarta. *l.irritum.& l.in imponenda.C.ad l.Falc.* & not. Alex *in l.in quartam col.2 ff.eod tit.* An autem de omnibus rebus debet detrahi Falcidia, an vero ex vna, vide Bartol. *in d l.in 4.col 3.in fin.* & Doct. *in l.filium quem habentem.C.fam.erciſc.*

Filius an dicatur habere hypothecata omnia bona patris in ſolidum pro legitima, vide Alex. tenentem quod non, *in l.4.col.8.ff.ad leg.Falcid.*

Fama ſeu Rumor excuſat quē a dolo præſumpto. Ita tenet Bart. *in l.fin ff de h r.inſt.* Quomodo autem probetur fama, vide Bart. *in l.3.§.eiuſdem.ff. de teſtib.*

Filiusfamilias ſolutionem accipiens, an liberet debitorem ſoluentem, vide Bart. & Doct. *in l.non ſolum ff.ſol.matr.*

Fundi appellatione venit proprietas, & vſus fructus ſimul. ita dixit Alex. *in l.cum filiofam.col. pen.de leg* 1.per tex. *in l. alii.ff. de vſufr.leg.*

Filiusfam. poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris in aduentitiis, in quibus patri non quæritur vſusfructus. ita not. Alex. *in l.pen.C.qui teſtam.fac.poſſ.*

Filius ſimpliciter repudians hæreditatem patris ſibi delatam, videtur repudiare tam ius ſuccedendi de iure ciuili, quam de iure prætorio. ita not. Alex. & ibi eſt communis opin. Docto. *in l.ſuum C.de iure delib.* Eodem modo, ſi ſimpliciter repudiat expreſſe bonorum poſſeſſionem, videtur repudiare eam, ex quocunque capite ſibi competat. ita eſt gloſſ. *in l.1.§.ſed videndum ff. de ſucc.edict* quam ſequitur Iaſ. *in l licet.in fin.C. de iur. delib.* licet ſi tacite excluderetur tempore, puta per lapſum anni, haberet alium annum tanquam agnatus, & alium tanquam cognatus, vt eſt text. *in d.§.ſed videndum* & not gloſſ. fin. *in l 1 C. qui admitt.*

Filiafam. maritata, de iure communi teſtari non poteſt, ſed de iure Longobardico ſic cum conſenſu mariti; quia in totum de illo iure tranſit in poteſtatem mariti. ita voluit Bald. *in l ſi in vita.C. de nupt.* & de primo dicto vide Alex *in l.ſenium col.1.C.de teſta.fac.poſſ* & Alex. *in conſil.17.vol.2.* & Matth. de Affl. *in deciſ.260 conſ.Neap.*

Fur an præſumatur, ex eo quod reperitur res furtiua penes eum? Diſtingue, an ille erat malæ conditionis, & famæ, & alias ſolitus furari, gloſſ. eſt & ibi per Bart. *in l.incivile. C.de furt.*

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, etiam in fauorabilibus, vt *Inſtit.qui dar.tut.poſſ.* Fallit in caſu difficilis ſeparationis filiorum à nepotibus, vt ſi lego fundum cum villico, & eius filiis quia tunc veniunt & nepotes. *l filii.* ſecundum gloſſ. *& l.liberorum.§ ſed & Papinianus.* & ibi gloſſ *de verborum ſignif* & vide Bartol. *in l.Gallus.§.inſtituens de liber.& poſthum.*

Filii nati ex prohibito matrimonio ignoranter contracto, ſunt legitimi, & ſufficit, quod alter coniux fuerit ignorans, licet alter fuerit in mala fide. ita not. dixit Bald *in l qui contra C.de inceſt.nup.* facit gl. *in l. miles. §. mulier ff.de adult.* & gloſſ. *in c.cum captiuitate.34 quæſt.1.*

Frater occidens fratrem an poſſit ipſi ſuccedere? Dic, quod ſic, ſed hæreditas ab eo abdicatur, vt ab indigno, & fiſco vendicatur. ita voluit Bal. *in l.eam, quam.col.3..C.de fideicomm.*

Filius ſpurius poteſt inſtitui à patre ſub conditione, cum capere poterit. ita eſt communis opinio, quam reaſſumpſit Alex. *in addit.ad Bald.l.eam, quam.C.de fideic.col.9* licet ibi Bald. tenuerit contrarium, & idem Bald. *in l.ſi quis inceſti.C.de inceſt.nupt.*; & male, quia contra eum ſentit Bart. *in.l.1 circa fin.in verſ. venio ad ſextum ff.de reg. Cato.* & Baldus ſibi contrarius *in l.ſeruus.C.de legat.* per tex. *in l.in tempus ff.de hæred inſtit* & Paul de Caſtr. *in l.Gallus.§. quod ſi is.ff.de lib.& poſth.* & Alex. *in d.l. Gallus.§.inſtituens. in 1. not.* Poſſet tamen ſaluari opinio Bald. *in d.l.ſi quis inceſti.* vt procedat in filio inceſtuoſo tantum. ſecundum Alex. *in d.§.inſtituens* Quid autem ſi ſpurius eſſet pure inſtitutus, & poſtea legitimatus, an valeat inſtitutio? Dic, quod ſic, ſi eſt legitimatus, patre viuo, quia legitimatio retrotrahitur, vt not. Bart. *in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.in fin.col.* alias ſecus, ſi mortuo patre, ita dixit Alex. *in d.§.inſtituens.*

Feriis inductis ad honorem Dei, non poſſunt partes renuntiare, ſecus ſi ſunt repentinæ, vel inductæ alio modo in honorem hominum. textus eſt, & ibi gloſſ. *in cap.1n.extra de feri & in c.fin. extra de iudic.* & Speculat. *in tit.de feri.§.fin.* & Alexand. *in leg. 1. ff. de fer.*

Fiſcus nihil ſpeciale habet plus quam priuatus, niſi in priuilegium appareat aliquid ſibi conceſſum. ita not. gl. & Bart. *in l 1 C.de pet hær.* & tex. & gloſſ. *in l. item veniunt §. in priuatorum.ff eod.tit.*

Famulus an debeat habere ſalarium pro tempore ſuæ infirmitatis? Dic, quod non, & quid ſi vult præſtare tantundem temporis, quando ſanatus eſt, vide de vtroque Bart. *in l.ſi vno.§ item cum quidam. ff locat.in fin.* & Bald. *in l fin.in fin.Cod.de cond.inſer.* & Iaſ. *in l.diem defuncto.in fin.ff.de offic.aſſeſſ.*

Furtum non venit appellatione damni. *l.ſi ſeruus. §.ſi quis de manu. ff. ad leg. Aquil.* Ex quo infert Alexand. *in l.2.ff.de dam.n.inſect.* & Bald. *in l. ait prætor. in prin.ff.de iureiurand.* & Alex. *in conſ.*31. alias 169. *incip. requiſitus.* & plene Iaſon. *in leg.ſi familia.ff.de iur om.n. iud.* quod ſtatutum dictans, quod de damno dat-

ſleo

ſtetur iuramento damnum paſſi, vt eſt communiter per totam Italiam, hoc non habebit locum in furto. Quod eſt not. Adde Alex. *in conſil. 20. vol. 6.*

Filia renuncians bonis paternis, & maternis, vt fieri ſolet, videtur tacite renuntiare, ſi dos ſibi ſoluatur, ita ſingulariter dixit Andr. de Iſern. *in cap. 1. col. 6 & 7. de natura ſuc. feud.* vbi dicit, ita ſeruari de æquitate; quod procederet, etiamſi cum iuramento renuntiaſſet; quia iuramentum habet annexam conditionem, ſi ex alia parte fuerit obſeruatum id, quod promittitur, vt not. Abb. *in cap. ſicut. in 1. qu. de iureiur.*

Filiusfamilias, licet regulariter non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris; tamen hoc intelligi debet, quando actionem vult intentare; ſecus ſi officium iudicis, & ita limitatur *l. fin §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib* pro hoc eſt gloſſ. & not. ibi Alex. *in l. 1. in gloſſ. 3. C qui admitt.* Quod limita procedere, quando officium iudicis extraordinarie intentatur; ſecus ſi ordinarie, & in figuram iudicii, puta; quia eſt contradictor; quia tunc, ex quo interueniunt tres perſonæ, quæ faciunt iudicium ordinarium, vt not. Alexand *in rubr. C. de iudic.* habet inſtar actionis. Ita dixit Iaſon *in d. l. 1. colum. 5.* & Bald *in leg. nequicquam. § de plano ff. de officio proconſul.* Sicut alias in ſimili dicimus, quod expenſæ, & alia acceſſoria, quæ debentur officio iudicis, ſi non ſint petita ante ſententiam, vlterius peti non poſſunt. *l. 4. C. de poſ. & l. terminato Cod. de fruct & lit exp.* ſecus ſi iure actionis. *l. 3. § ſi rem.* & ibi Bartol. *de leg. 3.* & not. Iaſ. *in l. § fin. colum. 2. & 3. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* Tantum illud limitatur non procedere in acceſſoriis debitis officio iudicis nobili, quod ſuccedit in locum actionis. *l. quod ſi minor. §. fin. ff. de minor.* vnde tunc idem eſt, quod quando debentur iure actionis. ita dixit Alexand. & Iaſ *in l. 1 colum. 2. C. de iudic.* per textum ſingularem, *in l. fin §. Lucius. ff. de condict. indeb.* & ita etiam limita id, quod dicit Bart. *in l. fin. ff. de eo, quod cert. loc.* ſuper illa quæſt an per receptionem ſortis præiudicetur in acceſſoriis, de qua vide Iaſon. *in d. l. 1. in 1. col. C. de iud* Quid autem in aduentitiis, in quibus patri non quæritur vſusfructus, vide Alexan. *in l. pen. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & de his, quæ ſunt publici iuris, vide Ang. *Inſtit. de inut. ſtipul. § pupillus.*

Familia iudicis, quæ vult capere malefactorem, ſi ille reſiſtat, ſe defendendo, non tenetur, ſi ipſum occidit, vel vulneret. Bart. *in l. ſi ſeruus. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* & Bald. *in l. fin. C. de exhib. reis.*

Fuga famuli vel ſerui facit præſumptionem, quod eo ipſo, quod res aliquæ non inueniuntur, præſumantur ab eo ſubtractæ, gl. eſt ſingul. *in §. ſi vero etiam quidam. in Auth. de exhib. reis in verſ. factum.*

Filius in ſucceſſione, ſuccedit in locum patris ſui, quando tractatur de ſucceſſione aui, vel patrui tantum, non aliorum. *l. auunculo. C. communia de ſucceſſ.* & Bart. *in auth poſt fratres. C. de legit. hæred.*

Familiares clericorum gaudent eodem priuilegio, quo gaudent ipſi clerici, & debent conueniri coram iudice eccleſiaſtico, glo. eſt not. *in cap. eos. 32. diſtin. & in c. iudicatum. 89. diſt. & in c. clericum. lo. 1. 11 qu. 1. & in c. eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2.* Quod tamen limitat Abb. *in c 7 col. 2 de foro compet.* non procedere in iſtis famulis conductitiis, id eſt; qui ſeruiunt precio, & ita dicit tenere Archid. *in d. c. clericum. & in d. c. eccleſiarum ſeruos.*

## G.

GABELLÆ licitator vltimus, ſi eſt pauper, & minus idoneus, non liberat penultimum magis idoneum; immo compellitur penultimus illam ſuſcipere expulſo vltimo minus idoneo. ita pulchre tenet Bald. *in conſ. 327. in 2. vol.*

## H.

HÆRES ſuus inſtitutus à patre, & grauatus de reſtituendo, an poſſit detrahere duas quartas, ſcilicet legitimam, Trebellianicam, an vnam tantum, & ſic Trebellianicam computet ſibi in legitimam; dic, aut eſt pure grauatus de reſtituendo; & tunc vnam tantum detrahit, ſcilicet Trebellianicam, quam ſibi computat in legitimam: aut eſt grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit; & tunc duas habebit. A principio enim habebit legitimam, & poſtea adueniente conditione habebit Trebellianicam. ita tenet gloſſ. *in c. Raynutius. extra, de teſtam* & Alexand *in l in ratione. §. quod vulgo in 4. col. vbi plene examinat. ff ad leg. Fal.* & Bartol. *in l quanquam. C. ad leg. Fal.* & idem Alex. *in l. mulier. §. cum proponeretur. in 5. colum. ff. ad Trebell.* & iſta eſt communis opinio, quam refert Franc. de Curt. *in d. §. cum proponeretur. in addit. ad Alex.* An autem idem in patre, vel in matre, & alias aſcendentibus quibus ſimiliter debetur legitima; dic, quod non, ſed ſemper vnam quartam detrahent aſcendentes, vt tenet Alex. *in d. §. quod vulgo. in . col.* & And. Barbat. *in add. in d. c. Raynutius. in penult. colum. ſuper gloſſ in verb. legitimam.*

Hæres ſuus inſtitutus à patre, & grauatus de reſtituendo, non poteſt grauari in legitima ſibi debita iure naturæ, vt not. Abb. *in c. Raynaldus. in 1. not. extra, de teſtam.*

Hæres grauatus de reſtituendo, ſi deceſſerit ſine liberis, ſi ingreditur monaſterium, non dicitur decedere ſine liberis; imo monaſterium in hoc caſu ſuccedit loco filiorum, per text. *in auth. niſi rogati. C. ad Trebell, & in Authen. de ſan. Epiſc. §. ſed hoc in præſenti.* & ibi hoc colligit Bart. & idem Bart. *in l. hæredib. §. 1. ff ad Trebell.*

Hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem poſt mortem ſuam, ſi ingrediatur monaſterium, non eſt locus reſtitutioni, niſi naturaliter moriatur, vt voluit Bartol. *in l. Statius § fin ff de iure fiſci.* facit *l. cum pater. §. hæreditatem. el. 1 ff. de leg. 2. & leg. ex* ea;

*ra. §. inſulam ff. de verbor. oblig.* niſi ſit monaſterium fratrum minorum, vt ibi per eum.

Hæres extraneus inſtitutus, & grauatus de reſtituendo ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ab eo ſunt facta aliqua legata pure, tenetur ſoluere integra legata, nec de his detrahit Falcidiam, & poſt adueniente conditione detrahit Trebellianicam tantum de fideicommiſſo vniuerſali, non autem de legatis, vt per Bart. *in l. Marcellus. §. idem Pomponius. ff. ad Trebell.*

Hæres inſtitutus, cui facta erat ſubſtitutio vulgaris, ſi fuerit mortuus infra annum, & ſic tranſmiſit ius deliberandi ad hæredem, per *l. eum in antiquioribus C. de iure delib.* an admittatur hæres hæredis, an vero ſubſtitutus? dic, quod hæres hæredis, nam verba ſubſtitutionis vulgaris exponuntur, ſi hæres etiam voluerit, vel non potuerit, vel alium pro ſe hæredem non fecerit. *l. ſi paterfamilias ff. de hæred. inſtitut. & l. cum proponas. C. eod. tit.* & Bartol. *in l. 1. in 4. colum. ff. de vulgar. & pupill.* Sed pone, quod hæres mortuus fuerit, relictis pluribus hæredibus, quorum aliqui adeunt, & aliqui repudiant hæreditatem, an portio repudiata accreſcat adeuntibus; an vero vadat ad ſubſtitutum: ita tenet Alexand. *in d. l. 1. in 6. colum.* Pro hoc videtur caſus, & ibi Bart. *in l. fin. in princip. ff. de vulgar. & pupill.* Et ratio eſt; quia ius accreſcendi, inductum ex prouiſione legis, tollitur per ius ſubſtitutionis inductum ex prouiſione hominis. *l. fin. C. de pact. conuent. & l. maritus. C. de procura.* & dixi *infra, in verb. Ius ſubſtitutionis.* Sed contra hoc videtur, quod habetur *in l. quamdiu. la 1 ff. de acquirend. hæred.* nam quamdiu locus, ſeu ſpes eſt inſtitutioni, ceſſat ſubſtitutio. Sed in hoc loco poteſt eſſe locus inſtitutioni per ius accreſcendi, ergo ceſſat ſubſtitutio. Reſpond. illa regula habet locum, quando hæreditas non fuit repudiata. Sed hic fuit repudiata; ergo, & de quo vide Bart. *in d. l. fin. de vulg. & pupill.*

Hæreditas non poteſt dari, nec adimi directo in codicillis, ſed per fideicommiſſum ſic; vt *Inſtit. de codicill. § final.* ſi tamen fuerit directo data, trahitur ad fideicommiſſum. textus eſt not. & ibi Bartol. *in l. Scæuola. ff. ad Trebell.* & notant Doct. *in l. eum qui decedens. § ſciamus. ff. de leg. 3.* & dom. Criſtoph. Por. *in d. § fin.* & ibi etiam Ang.

Habens actionem contra aliquem, ſi ab aliquo conuenitur, poteſt cedendo illam actionem liberari. *l. eum qui. §. 1. ff. de ſolu.* Quod intelligas verum, ſi ideo eſt obligatus; quia habet illam actionem, *l. quod debetur. ff. de pecul.* Secus ſi eſſet obligatus ex alio contractu, & haberet aliquam actionem contra alium, quia tunc cedendo illam, non liberatur. *l. petenti ff. de pign. act.* & not. Bart. *in l. cum fundus. § ſeruum tuum. in fin. ff. ſi cert. pet.* Et ad prædicta eſt text. *in l. etiam. § Officium. ff. ſolu. matr.* Item limita procedere, quando debitor, qui habebat actionem contra alium, erat obligatus ad ſpeciem; ſecus ſi ad genus; quia tunc cedendo non liberatur, gloſſ. eſt not. *in l. ſi quis vxori. § apud Labeonem in verſ. actionem. ff. de furtis.* quam refert Alex. *in d. § ſeruum tuum. in fin. col.*

Hæres poteſt opponere exceptionem inuentarii, etiam poſt ſententiam. ita voluit Bart. *in l. ex diuerſo. § fin. ff. ſol. matr.* & dixi ſupra *in verſ. exceptio peremptoria, quæ non impugnat.*

Hoſpes, qui incipit facere tabernam, ſeu diuerſorium publicum, non poteſt expellere aliquem volentem ibi hoſpitari; imo eo inuito poteſt quilibet ibi hoſpitari. ita voluit Bartol. *in leg. 1 § 1. ff. fur. aduer. nau. cau. ſtab.* Quod limita, niſi haberet tot aduenas, quod non poſſet plures recipere; quia tunc poteſt expellere, vt ibidem dicit Bart. Secundo limita non habere locum in hoſpite, qui ſemel tantum hoſpitatus eſt, quia non per hoc inducitur conſuetudo, quæ binos actus ad minus deſiderat, vt not. gloſſ. *in rubr. C. quæ ſit long. conſuetu.* & Bart. *in leg. de quibus ff. de legib.* ita tenuit Bartol. *in l. maritus § 1 ff de adult.* Tertio limita, non habere locum, quando aduena ille eſſet inimicus hoſpitis; quia tunc poſſet impune expelli, ſecundum Andream de Iſern. *in conſtitut.* quæ incipit: *omnes noſtri regiminis.* & ad prædicta faciunt, quæ dixi ſupra *in verſ. obligatus ad rem reſtituendam. & in verſ. meretrix, quæ exercet.*

Hæres promittens creditori hæreditario dare centum, quæ teſtator ſibi debebat, an poſſit opponere contra eum exceptionem inuentarii, vide infra, *verſ. maritus promittens.*

Hæres inſtitutus in re certa, an poſſit plus petere, an vero debet eſſe ea ſola contentus. Sic diſtingue, quantum potui colligere ex Bar. *in l. quoties §. ſi duo. ff. de hæred. inſt.* & Bart. *in leg. fideicommiſſa. § ſi quis ita. ff. de legat. 3.* & Bartol. *in quodam ſuo conſilio 177. incip. Mathiolus gratioli.* & eſt gloſſ. *in c. 1. verſic. re certa. de teſtament. libr. 6.* Aut fuit inſtitutus filius in re certa, aut extraneus. primo caſu, ſi eſt datus ſibi cohæres in reliquum hæreditatis, filius non rumpet teſtamentum, ſed debet petere ſupplementum legitimæ. *l. omnimodo. & l. ſcimus. §. repletionem. & l. ſi quando. § & generaliter. C. de inof. teſtam.* quia ad hæc, vt filius non rumpat teſtamentum de iure hodierno, debet aliquid habere iure inſtitutionis, vt *in § aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de ap. cog.* & not. Alexand. *in l. in quartam. in 6. colum. ff. ad leg. Falcid.* & ibi etiam Bart. *in penult. col. in verſic. venio ad quartam.* & ſi illud non ſufficit ad legitimam, petat ſupplementum. Et hoc habet locum. Adde Bald. *in l. omnimodo. C. de inoff. teſtam.* ſiue teſtator dixerit: & volo, quod plus petere nō poſſit, ſiue nō; & ratio eſt; quia teſtator non poteſt prohibere petitionem ſupplementi legitimæ, vt *in § cæterum. in Authen. vt cum de appellat. cog.* & voluit Salycet. *in d. leg. ſcimus. in princ.* quem refert, & ſequitur Alexan. *in dict. § ſi duo. in addit. ad Bartolum.* & ita concludit

Kkkk Bart.

Bart. *in d.conſil.177.* Si vero non eſt datus filio cohæres; & tunc aut teſtator dixit, quod plus petere non poſſit, & filius ſuccedit ab inteſtato, per illam rationem; quia non poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte non, *l. ius noſtrum. ff de reg. iur.*

Aut nihil dixit; & tunc cenſetur inſtitutus in totum, *l. 1. §. ſi ex fundo ff de hered. inſtit.* Secundo caſu principali, ſcilicet, quando fuit extraneus inſtitutus in re certa; & tunc ſimiliter ſi eſt datus ſibi cohæres in reliquum, nihil aliud petere poteſt, ſiue teſtator dixerit, quod plus non petat, ſiue non, ſed habetur loco legatarii, adeo, quod pro illa re non tenetur creditoribus hæreditariis. ita ſingulariter dicit illa gloſſ. *in d. cap. 1. de teſtament. libr. 6.* per tex. *in l. quotiens. C. de hered. inſtit.* Si vero non eſt datus ſibi cohæres vniuerſalis; tunc, aut teſtator dixit, quod plus petere non poſſit, & teſtamentum reducitur ad cauſam inteſtati, vnde venientes ab inteſtato venient ad ſucceſſionem; & ſic inſtitutus ſi non eſt de illis, nihil habebit, ſecundum Bartol. *in dict. §. ſi duo.* & hoc per regulam *d. l. ius noſtrum.* Aut teſtator nihil dixit, & tunc erit in totum inſtitutus, per *d. §. ſi ex fundo.* Vnum tamen ſcias, quod ſi teſtator dedit cohæredem, quem viuere credebat: & tamen erat mortuus tempore teſtamenti, quod inſtitutus in re certa totum habebit per ius accreſcendi, etiam ſi teſtator dixerit quod plus petere non poſſit. ita ſingulariter dixit Bartol. *in dict. §. ſi duo,* de ratione vide ibi per eum. Eodem modo dicas, ſi plures ſunt inſtituti in certis rebus, nullo dato cohærede vniuerſali; quia omnes erunt pro virili hæredes in totum. *l. ſi alteri. ff. de hered. inſtit.* niſi teſtator inſtituiſſet duos, vel plures coniunctim in vna re & vnum alium diſiunctim in alia; quia illi duo habebunt ſemiſſem, & hic vnus alium ſemiſſem. tex. eſt not. *in l. Titius. ff. de hared. inſtit* & not. gloſſ. *in d. c. 1. de teſtam. lib. 6.*

Hæres inſtitutus in re certa, an debeat habere partem in emphyteuſi, quam ſuus pater accepit pro ſe, & filiis ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus. Dic, quod non; nam iſta verba debent verificari in eo, qui vniuerſaliter eſt hæres inſtitutus. ita ſingulariter voluit Alex. *in l. quaedam. §. nihil intereſt. ff. de edend.* Secus ſi non fuiſſent dicta illa verba hæredibus, & ſucceſſoribus; quia tunc poſſet habere partē ſuam, vt voluit Bart. *in conſil. 55 & in conſil. 60* nam tunc etiam ſi nihil haberet de hæreditate patris, poſſet retinere emphyteuſim, vt not. Bart. *in leg. quod dicitur ff. de verbor. obl.* & vide Bart. *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi libertis ff. de oper. lib.* & Alex. remiſſiue *in l. quotiens. in pen. col. C. de hered. inſtit.*

Hæres inſtitutus tenetur dare legatario inſtrumentum, cui eſt legatum nomen debitoris, ſumptibus tamen ipſius legatarii. ita not. Aret. *in l. ſeruum. filii. §. eum, qui chirographum. ff de leg. 1.* & Bart. *in leg. ſi ſic. §. fin eod. tit.* non autem tenetur hæres exigere nomen debitoris, vt not. Alex. *in l. apud Iulianum. §. ſi Titius ff. de leg. 1* & Bald. *in leg. inſtrumenta. C. de fideicommiſſ*

Hoſpes, qui funerauit hoſpitem mortuum in ſuo hoſpitio, poteſt retinere bona illius, donec ſibi ſatisfiat de expenſis ita dixit Bald. *in l. in reſtituenda. C. de petit. hared.* vbi dicit, idem eſſe in expenſis factis in infirmitate. Et idem dicit de ſcholari, qui fecit expenſas pro ſcholari in funere, vel in infirmitate, vt poſſit retinere libros. An autem ſtetur dicto aſſerentis ſe feciſſe expenſas de quantitate, vide ibi per eum vbi dicit, recurrendum fore ad coniecturas, & arbitrium boni viri.

Hæres, qui vult venire contra contractum defuncti iuratum, ex aliqua iuſta cauſa, non habet neceſſe petere abſolutionem a iuramento defuncti, licet defunctus ſi viueret haberet neceſſe. dicit ſingulariter Bald *in auth. ad hæc. in 2. col. C. de vſur.* ratio eſt ſecundum eum; quia iuramentum eſt extinctum cum perſona defuncti.

Honor magis eſt ſedere a dextris, quam à ſiniſtris, & ideo dignior debet ſtare à dextris. ita Bald. *in l. decernimus. in 2. not. C. de ſacr. ſ. eccleſ.*

## I.

INSTRVMENTVM, in quo ex forma ſtatuti, vel conſuetudinis, debet apponi nomen, & cognomen, ſi in eo fuerit appoſitum tantum nomen, an vitietur. Dic, quod ſi talia requirebantur pro forma, ea omiſſa vitiant inſtrumentum. *argum l. 1. in princ ff. de verbo oblig.* cum forma det eſſe rei. *l. Iulianus. §. ſed ſi quis ff. ad exhib.* ſi vero requirebantur pro ſolemnitate, puta ratione melioris demonſtrationis; & tunc, ſi apponatur nomen tantum, quod erat ſingulare in illa ciuitate, vt puta, gallo preſſus, valet inſtrumentum, vt eſt gl. *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ.* cum enim ſimus certi de nomine, non oportet ponere cognomen *l. certum ff. ſi certum pet.* Nam ſi aliſ a demonſtrantur, quæ notoria ſunt. *l. 1 in fin. ff de dot. præleg.* in dubio tamen ſemper preſumitur nomen requiri pro demonſtratione potius, quam pro forma; cum cognomina dicantur reperta gratia demonſtrandorum hominum, vt *Inſtit. de legat. § ſi quis in nomine.* de quibus vide Alex. *in l. 1 ff. de lib. & poſth.*

Inuecta, & illata in domum conductam cenſentur tacite obligata domino pro penſione. *l. certi iuris. C. locat. & l. ſi ho reum. ff in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah. & l. fin. C. eod titul & l item quia ff. de pact.* quod intelligas de rebus ipſius conductoris: ſecus in rebus alienis, vt eſt gloſſ. *in dict l item quia.* nam ſicut expreſſe res aliena non poteſt obligari. *l. aliena res. ff. de pign. act* ita nec tacite, & dicuntur obligata actione Seruiana.

In obligatione omnium bonorum veniunt non tantum præſentia, ſed etiam futura *l. fin C. quæ res pign oblig. poſſ.* Secus autem in alienatione omnium bonorum.

bonorum; quia tantum præſentia veniunt. *l. ſi ita legatum. ff. de aur. & argen. leg.* & intelligas alienationem omnem contractum, per quem dominium transfertur, vt dicit Bart. *in d. l. fin.*

Ius accreſcendi tranſmittitur ad hæredes, non autem ius ſubſtitutionis. *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & legit. & l. qui patri. ff. de acquir. hæred.* & eſt ratio, ſecũdum gloſſ. *in d. l. ſi ex pluribus.* quia ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, vt not. gloſſ. *in rubr. ff. de vulgar. & pupill.* Sed inſtitutio non agnita, non tranſmittitur. *l. emanc pata. §. qui admiſit.* ergo minime ſubſtitutio, ſcilicet ius accreſcendi eſt quoddam acceſſorium; vnde ad quem tranſit vna pars hæreditatis, ad eundem tranſibit alia per ius accreſcendi. *c. acceſſorium. de reg. iuris. lib. 6.* Item hoc ius accreſcendi eſt inductum per prouiſionem legis, ſcilicet, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quod ius non patitur. *l. ius noſtrum ff. de reg. iur.* vnde propter hanc neceſſitatem tranſit ad hæredem, vt eſt gloſſ. *in d. l. qui patri.* Ex quibus apparet, melius eſſe venire per ius accreſcendi, quam per ius ſubſtitutionis, cum illud tranſmittatur, & hoc non. ita dixit Bart. *in d. l. qui patri.*

In alternatiuis, cuius ſit electio, diſtingue, aut ſumus in alternatiuis rerum, aut in alternatiuis pœnarum, aut in alternatiuis remediorum. Primo caſu, aut verba executiua ſunt directa in creditorem, & eius erit electio, aut in debitorem, & eius erit electio ſimiliter, tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus. *l. plane. la. §. pen. ff. de leg. 1.* & ibi not. & *l. ſi ita relictum §. Pegaſia. ff. de leg. 1.* & not. gloſ. & Bartol. *in l. Lucio. eod. tit.* & Azo *in § huic autẽ in penult. col. Inſtitut. de act.* Si vero ſumus in dubio, quia ſciri non poteſt, in cuius perſonam dicantur directa verba executiua; & tunc in vltimis voluntatibus electio eſt legatarii, & ſic creditoris, vt dicit gloſſ. *in d. l. Lucio.* in contractibus vero electio eſt debitoris. *l. plerunque. §. fin. ff. de iure dot. l. eum, qui certarum. § fin. ff. de verbor. oblig.* Quod tamen ſingulariter limita, non habere locum, quãdo creditor ſtipulatus eſſet alternatiue propter ſui cautelam; vt ſi dico, promiſiſti mihi dare decem, vel fideiuſſores. nam non poteſt debitor eligere fideiuſſores, ſed creditor poteſt præciſe facere ipſum condemnari ad decem; quia fideiuſſoris ſtipulatio facta in cautelam, & fauorem creditoris, non debet redundare in eius odium. *l. quod fauore C. de legib. & l. 4. § ſi ex conuentione ff de re iudic.* ita ſingulariter voluit Bart. *in l. quamuis de pig. act.* vide gloſſ. & Bald. *in l. quod ſi minor. in 2 lect. ff. de minor.* in caſu, in quo is, qui non habet in ære; debet luere in corpus, quis eligat luitionem in corpus, debitor, an creditor Secundo caſu, quando ſumus in alternatiuis pœnarum; & tunc ſimiliter attendimus verba executiua, vt ſi dirigũtur in perſonam iudicis à lege vel a principe, iudex eliget. *l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit.* Si vero diriguntur in perſonã rei, ipſe eliget. *l. quicunq; in princ. & ibi not. C. de ſeru. fug.* & Bald. *in d. l. Lucio in fin.* & Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de effract.* Si vero ſumus in dubio; & tunc Bart. *in d. §. 1.* tenet, quod electio ſit rei, *arg. l. pen. ff. d pœnis.* Tertio caſu, ſcilicet alternatiuis remediorum, tũc ſemper electio eſt eius, cui competunt. *l. quod in hærede. §. eligere ff. de tribut. & l. 1. C de furt.* & not. Bart. *in l. vbi pactum. in 2. colum. C. de tranſact.* An autem facta ſemel electione, admittatur variatio? Dic, quod in alternatiuis rerum in vltimis voluntatibus non admittitur. *l. apud Aufidium. ff. de opt. leg.* & rationem ponit Bart. *in l ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ff. de verb. obligat.* & gloſſ. *in l. huiuſmodi. § Stichum ff. de legat. 1.* ſcilicet quia vltimæ voluntates non poſſunt eſſe in pendenti. *l. fin. ff com. præd.* Item facta electione, dominium transfertur ipſo iure in eligentem. *d. l. apud Aufidium. & l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de legat 2.* Si vero ſumus in contractibus; & tunc ſi habet electionem à l. poteſt variare. vt probatur *in d. l. eum, qui certarum. §. fina.* quod eſt in debitore, qui habet electionem à lege in dubio, vt *d. l. plerumque. §. fin.* An autem poſt ſententiam poſſit variare; & quæ remedia ſunt, quod non poſſit variare, vide Bartol. *in d. l. eum, qui certarum. §. fin.* Si vero habet ab homine; & tunc, aut habet electionem per futurum indicatiui; & poteſt variare, aut per futurum ſubiunctiui; & non poteſt, vt *dict. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.* Quando vero ſumus in alternatiuis remediorum; & tunc, aut illa remedia ſunt ad inuicem inter ſe contraria origine, & exercitio, vel exercitio tantum; & tunc ſi competunt ad idem, vno electo, alteri renunciatur tacite. *l. poſt dotem. ff. de lege commiſſ. & d. l. 1 C. de furt.* ſecus ſi ad diuerſa, vt not. Bartol *in dict. l. 1.* & Bartol. *in l. 1. §. vnde quæritur ff. de publican.* Aut ſunt diuerſa, ſed non contraria: & tunc, ſi competunt ad idem, non admittitur variatio, vt *dict. §. eligere. & l cum ſi ius §. varia. ff. de legat. 2.* ſi ad diuerſa, admittitur. *d. §. eligere. & l naturaliter § nihil commune. ff. de acquirend. poſſ. ff. & l. an eandem. §. fin. ff. de except. rei iudic.* ſi vero ſunt compatibilia inter ſe; & tunc vno intentato, poteſt alterum etiam intentari. *l. 1. § quod ergo. ff. de vent. inſpicien.* & not. per Bartol. *in l 1. in principio. ff ſi quis ius dicen. non obtemp.* In pœnis putarem indiſtincte variari poſſe, & ad leuiorem redire, *argumen. d. l. penult. ff. de pœn.* Aduerte tamen; quia vbicunque dixi variari poſſe, varians tenetur ad expenſas factas ratione primæ viæ intentatæ. *l. edita. & ibi not. gl. ff. in fin. C. de edend.* & Bart. *in d l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. in fin.* Item vbi dixi variari non poſſe, fallit, niſi ſit talis perſona, quæ in integrum poteſt reſtitui. *l. & ſi ſine in princ. ff de minor.* Item fallit, niſi iuſta ignorantia interuenerit, vt dicit Bart *in d. l. 1. C. de furtis* & de prædictis vide Alex & Doct. *in l. qui duos ff. de leg. 1.* & gloſſ *in leg. hæredes §. ſi incerto ff. fam. ercisc.*

Interdictio facta in bonis alicuius, intelligitur tantum quo ad alienationem, & ad actus præceden-

dentes in præiudicium interdicti, non autem quo ad acquiſitionem. ita ſingulariter voluit Angel. *in leg. mutum. ff. de acquirend. hared.* per *l. ii, cui bonu. ff. de verbor. oblig.* Adde tamen, quod in caſu, quo eſt interdicta alienatio bonorum, ſi talia bona fuerint de facto alienata bonæ fidei emptori, licet alienatio poſſet reuocari; quia dominium nondum eſſet tranſlatum; tamen, quia poſſeſſio eſt tranſlata, talis bona fides eſt ſufficiens ad fructus acquirendos, vt eſt text. & ibi gloſſ. *in l. 1. C. ſi quis ignor. rem minor. ſine decr. compar.* & eſt text. *in l. de fructibus. ff. do donat. inter vir. & vxor & l. bona fidei. ff. de acquiren. rer. dom.* & gloſſ. *in l vbi lex. ff. de vſur.* Nec curatur an emptor fuerit in ignorantia iuris, ita vel ne, dummodo bonam fidem habuerit, vt eſt text & ibi gloſſ. *in l. ſed ſi lege. § ſed fructus. verſ ſcire ff. de petit. hæred.* & not. Alex. *in d. l. ii cui bonu.* Item nota in hac materia, quod licet ante interdictionem prodigus poſſit contrahere, vt eſt communis opin. Bart. *in d. l. ii cui bonu.* tamen, ſi reperitur læſus, poteſt petere reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſſa eſſe videbitur, vt eſt gloſſ ſingularis *in l pater pro fi'io in princ. ff. de mino.* quam gloſ. approbat Ang. *in conſ* 310.

Iuramentum ſuppletorium quando defertur, requiritur citatio partis aduerſæ, ita not. Ang. *in l. bonæ fidei. C. de reb. cred.* ſuper *verb. cauſa cognita.*

Quod ſic probat: iuramentum ſuppletorium defertur cauſa cognita, vt *d. l. in bonæ fidei.* Sed vbicunque aliquid fit cauſa cognita, requiritur citatio partis. *l. in cauſ. §. cauſa cognita.* & ibi Bart. *ff. de minor.* ergo, &c.

Iudex poteſt ex officio, etiam plenam probationem per teſtes factam, non admittere, ſi ſibi videtur ex aliqua iuſta cauſa; ita ſingulariter voluit Bartol *in l. Lucius. in fin. ff de hu, qui not. infam.* alias enim ſi admittenda non admittit, vel reiicienda non reiicit, poteſt puniri in ſyndicatu, vt ibid. dicit, quam doctrinam ſequitur Franc. de Cur. *in l. admonendi. in 29. col. ff. de iureiur.*

Inſtrumentum, in quo non apponitur dies, & conſul, licet alias vitietur, vt not Bart. *in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi mutuum ff. de edend.* & text. *in Authen. vt prapon. nom. Imp. in princ.* tamen hoc non haberet locum, quando dies eſſet appoſitus in protocollo; quia tunc cenſetur in inſtrumento repetitus. ita ſingulariter voluit Speculat. *in tit. de inſtrum. edit. §. inſtrumentum. verſ quid ergo refert* & ſequitur Franc. de Curt. *in repet. l. admonendi in 44. colum. ff de iureiuran.* Quam regulam limita non habere locum in priuata ſcriptura, in qua non requiritur de neceſſitate dies, vel conſul. *l. cum tabernam. §. idem quæſitu. ff. de pignor.* & ibidem Bart. & idem Franc de Curt. *in dict. l. admonendi in 36, & 44. colum.* quod not. pro his, quæ habentur infra, *in verſicul ſcriptura priuata, &c.*

Inſtrumentum noniter repertum impedit executionem abſolutoriæ, quomodocunque latæ ſaltem per viam compenſationis, per ea quæ notat gloſſ. *in l. Iulianus. ff de condict. indeb.* vbi verus debitor abſolutus remanet naturaliter obligatus, vnde poteſt contra eum opponi compenſatio. *l. quod in diem. §. etiam. ff de compenſat.* & idem ſi fuiſſet quis ex falſis allegationibus condemnatus; quia ſi nondum ſoluit repertis nouis inſtrumentis, poteſt excipiendo impedire executionem. ita ſingulariter voluit Fräciſc. de Curt. *in repet. l. admonendi. in 7. col. in quarta fal. ff. de iureiur.*

Inſtrumentum, in quo interuenit aliqua confeſſio, reſpiciens fauorem tertii non contrahentis, non probat plene pro eo, vt ſi in contractu diuiſionis bonorum inter me, & Titium dixerim, reſtituo tibi centum, quæ mihi mutuauit Sempronius, iſta confeſſio non probat pro Sempronio plene, ſed tãtum ſemiplene. ita voluit Bart *in l. admonendi in 4. colum ff de iuriuran.* Hoc tamen fallit, quando talis confeſſio reſpiceret fauorem dantis, vt ſi dico, do tibi centum, quæ dedit mihi vxor mea in dotem; nam talis confeſſio plene probaret pro ea, vt notat Alex. *in d l. admonendi in 12. col* & Bart. *in conſil.* 123. *incip. factum ſic ſe habet. Titius & Seius. &c*

Iuramentum de calumnia dicitur eſſe ita de ſubſtantia proceſſus, quod non poteſt aliquo modo remitti, etiam à partibus; imo proceſſus vitiaretur. *l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iuramen. calum.* ſicut dicimus in aliis ſubſtantialib. iudiciorum, quibus partes non poſſunt renunciare. vt not Bart. *in authent. offeratur. in fin. C de litis conteſt. & in l. prolatam. C. de ſentent.* Imo conſuetudo dictans, quod non iuretur de calumnia, eſt nulla, vt not. Alex. *in leg ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut* & text. *in cap. caterum. extra de iurament calum.* bene tamen poteſt per reſcriptum remitti à principe, dummodo fiat mentio, non obſtante tali lege, &c. vt not. Abb. *in d cap. caterum in fin. colum.* & Alexan *in d. l. ſi quis in iudicio.* Prædictis etiam adde, quod ſi tale iuramentum defertur actori, & non vult iurare, debet amittere cauſam. ita ſingulariter voluit Angel. de Aret. *Inſtit. de pœn. temere lit. in princ.*

Inſtantia cœpta cum eo, cuius bona ſunt publicata, an tranſeat in fiſcum, ſic diſtingue, aut ille, cui fiſcus ſucceſſit, erat reus, & tranſit contra fiſcũ, ne ex hoc actor damnificetur, aut erat actor, & non tranſit. ita not. Alex. *in l. ſi conſtante. § fin ff. ſolu. matr.* Ex hoc ſequitur, quod dixi ſupra *in verſic fideiuſſor, qui interceſſit, &c.*

Interpellatio ad conſtituendum quem in mora, debet fieri de die, non autem de nocte, nam in contractibus tacite videtur agi, vt ſoluatur de die. ita not. gloſſ. ſingularis. *in l. more Romano. ff de feriis.* vnde ſi fieret de nocte interpellatio, non conſtitueret quem in mora, quod nota pro limitatione eorum, quæ habentur *in l. qui decem. ff. de ſolut.*

Inſtrumẽtum guarentigiatum licet habeat execu-

cutionem paratam; tamen hoc debet intelligi, quando eſt liquidum; nam ſi non eſt liquidum, nũquam executioni mandatur, niſi prius liquidetur. Ita voluit Bart. *in l.2.C.de ſentent.quæ ſine cert.quan. preſe.* Ex quo infert ſingulariter Bart. *in l.creditores. in 3.principali.C.de pignor.* vbi dicit, quod licet alias in inſtrumento ſit appoſitum precarium, cum facultate ingrediendi, &c. tamen talis facultas ceſſat in inſtrumento non liquido, niſi prius liquidetur. inſtrumentum autem non liquidum poteſt eſſe nõ ſolum prout ipſe dicit, ſed etiam quando aliquis ex contrahentibus eſſet mortuus; quia hæres nunquam poteſt facere aſſiſtentiam ſiue capturam vigore inſtrumenti, niſi prius probet ſe hæredem. Ita ſunt tres ritus magnæ curiæ vicariæ, quorum vnus eſt ſub rubrica, ad liquidandum inſtrumentum per hæredem præſentatum, &c. alius vero ſub rubrica, fit interrogatio ſuper tenore inſtrumenti, &c.

Interpellatio ad conſtituendum quem in mora, ſufficit, quod fiat extra iudicium, vt not. gloſſ. *in l. qui Romæ.§.cohæredes.in ver.teſtator.ff. de verbor. oblig.* & Bart *in l.ſi ex legatis.eod. tit.* niſi interpellatio eſſet facienda in his, quæ veniunt per officium iudicis; quia tunc debet fieri in iudicio, tex. eſt not. *in l.cum poſtulaſſem.ff.de dam.infect.* quem Bar. *in d. l.ſi ex legati.* allegat pro ſingulari ad hoc.

Interpellatio, non eſt neceſſe, quod fiat verbis rigoroſis, vt dicendo, redde pecuniam meam, ſed etiamſi fuerit dictum, vide amabo; quia indigeo illa pecunia, talis interpellatio eſt ſufficiens ad conſtituendum quem in mora, vt not. Bartol *in l.ſi quis mihi bona §. pater.ff.de acq.hær* & Bart. *in l.etiam hoc modo.ff de leg.1.*

Interpellatio cum requiritur ad conſtituendum quem in mora, non ſufficit datio libelli apud iudicem, vel citatio; vnde nunquam debitor conſtituitur in mora, per prædicta, niſi aduenerit litis conteſtatio. ita ſingulariter voluit Bart. *in l.denunciaſſe. §.quid ergo ff.de adulter.* & not. eſt ſecundum eum; quia ille, qui vocat aliquem in ius, non dicitur petere ſed petere velle. niſi litem conteſtetur; quia tunc bene dicitur petere. *l.amplius non pet.ff rem rat. hab.* Sed tunc dicitur fieri interpellatio, quando petitur, vt ſupra proxime dixi.

Iuramentum appoſitum in contractu, habet vim clauſulæ, *rato manente pacto*; vnde contraueniens tenetur ad pœnam appoſitam ibi, & vltra hoc tenetur ſeruare contractum. *arg. l. qui fidem ff de tranſ act.* licet regulariter ſit ſecus; quia pœna ſemper ſuccedit loco rei. *l.ſi quis à ſocio. ff. pro ſocio.& l apud Celſum.§ Labeo.ff.de doli except.* ita per Bartol. *in l.ſi quis maior.C.de tranſact.* vbi ſimiliter voluit. quod iuramentum habet vim illius clauſulæ, valet omni modo quo valere poteſt. *arg. l.cum pater.§.ſi hus matrem. ff. de legat.2.* vnde val dat translationem inualidam. Item iuramentum appoſitum in teſtamento obtinet vim clauſulæ codicillaris, vt dicunt Doct. *in d.§.filius matrem.* adeo, quod facit relicta ab hæredibus ſcriptis præſtari, etiam à venientibus ab inteſtato, licet regulariter ſit ſecus, vt *l ſi quis teſtamento ff.de leg.2.*

Iudicium factum cum pupillo ſine autoritate tutoris, an valeat, ſi ſententia ſit lata pro eo, vide *infr. in verſic pupillus non poteſt eſſe in iudicio,&c.*

Iudex, licet parte non petente non teneatur impertiri officium ſuum, vt *leg.4.§.hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.* tamen hoc non habet locum in cauſa dotis; quia cum ſit cauſa pia, vt *l. cum is. §.ſi mulier ff de condict.indeb* iudex etiam parte non petente, debet ſuum officium impertiri, vt *l.ſi cum dotem.§ eo autem tempore.ff ſolut.matr.ibi;* nec non, &c. Vbi iudex poteſt ex officio repellere partem agentem, ſi eſt vilis perſona, & dubitatur, ne dotem conſumat. Ita etiam probatur ex his, quæ voluit Alexand. *in d.§.hoc autem,& in l 1.ff.de iur.om. iudic.*

Iudicium non debet claudicare ex vna parte, ſed illud, quod conceditur actori, debet etiam concedi reo, & contra, & hoc propter æqualitatem ſeruandam in iudiciis, vt *l.ſi & ibi gloſſ C.de fruct. & lit. expen.& l.ſi de meu in fin §.de arbit.& l.pendente. C.de temp.in int reſt*

Iudex licet alias quando male iudicat, faciat litem ſuam, vt *Inſtit.de oblig.ex quaſi delict in princ.* tamen hoc non habet locum, quando eius ſententia eſſet ipſo iure nulla, vt eſt gloſſ not. *in l.fin.,ff de var & extraord cog.* Quod facit ad id, quod voluit Innoc *in c.le gratia de reſcrip.* vbi dixit, quod beneficiatus ducendo vxorem amittit beneficium Quod nõ habet locum, ſi matrimonium eſſet nullũ. Item facit ad id, quod dixi ſupra *in verſ. emphyteuta alienans.* & quod dixi *infra in verb notarius falſificans.* & adde Iaſ. *in l.1.§.final,in 2.col.ff quod quiſque iur*

Iudicio cœpto cum aliquo, poteſt tertius comparere pro ſuo intereſſe, & impedire proceſſum iudicii, vt *l.Titia ff.ſol mat.* & ibi plene per Doct. *& leg. ſi ſuſpecta.ff.de inoff teſtam.& C. de litig auth. nunc ſi hæres.* Quod limita procedere, ſi compareat ante lit.conteſtat. nam ſi poſt; tunc aut ſciuit, & non auditur, aut non ignorauit; & tunc auditur, volens impedire iudicium: quia litis conteſtatio facta eo ignorante, non potuit ſibi præiudicare, ita ſingulariter not Bart. *in l.ſi proluſorio.§.1 ff.de appel.* Poteſt tamen aſſiſtere liti, quando ſciuit, ne forte fiat colluſio ſecundum Alex. *in d.l.Titia circa princip.* Quid autem, ſi compareat poſt ſententiam, an poſſit impedire executionem; dic, quod ſi cõparet intra terminum appellatorium, id eſt infra decem dies, poteſt appellando impedire executionem, vt not. Bar. *in d l.ſi proluſor.§ 1.* Si vero compareat poſt terminũ. dic, vt not. Bart. *in l.à diuo Pio §.ſi ſuper rebus. ff. de re iud.* Aduerte tamen, quod ita demũ admittitur tertius ad appellandum, ſi prętendat ſuum intereſſe, & illud probauerit ſaltem ſemiplene per vnum teſtẽ.

non aūt poteſt probare illud per ſuum iuramētum, vt dicit Bar. in d. §. ſi ſuper rebus. circa princ. Item non additur, niſi exprimat in appellatione cauſam, quare appellauerit, vt l. à ſententia. in princ. & ibi not. Bar. in fine illius princ. de appel. licet ſecus ſit in dicto appellante; quia non tenetur inſerere cauſam, vt l. 3. & ibi gloſſ. in fin. ff. de appel. & Bart. in d. l. à ſententia. Quid autem ſi comparear ante ſententiam in caſu, quo ſibi permittitur, vt ſupra dictu eſt, & proponit ſuum intereſſe, ſuper quo eſt prius iudicandum, an ſuper principali, & ſuperſedendum ſuper hoc inci denti, an vero ſuper incidenti. Dic, q̄ ſi illud incidēs erat talis naturæ, quod impediebat principale; tunc ſuperſedebitur ſuper principali, donec iudex inter loquatur ſuper incidenti, vt eſt caſus in d. l. Titia. nō n poterat ibi agi actione de dote & ſic principali, niſi prius ſciretur, cuius erat filia illa mulier; ſi vero emergens non impedit principale; & tunc vtraque cauſa poteſt ſimul diſcuti, ſed prius diffiniretur per ſententiam cauſa principalis, vt l. 1. & ibi Bar. C. de or. iud. Quid autem, ſi aliquis tertius vult aſſiſtere liti, & defendere alteram partem pro ſuo intereſſe, an poſſit? Dic, quod ſic, de quo vide pulchre Bar. in d. l. ſi perluſ. §. 1. vbi notabiliter dicit, quod ſi venit poſt publicatum in cauſa, & ignorabat actitata in iudicio, poteſt nouos teſtes producere, non obſtante publicatione, & vide deciſ. 235.

Iudicio moto alicui ſuper quæſtione ſtatus poteſt interim ille, cui quæſtio eſt mota, agere contra actorem quacunque actione, & hoc ei permittitur ante lit. conteſt. alias lite conteſtata procedit in cauſa principali, vt leg. ordinata. ff. de lib. cau. ſecundum quem text. debet intelligi tex. in leg. ſi ſtatus C. de ordi. cognit.

Iudex, qui propter nimiam ſæuitiam fecerit aliquem mori in tortura, tenetur lege Cornelia de ſicarijs. Ita dixit Bal. in l. 1. C. de emen. ſeruor. & Bart. in leg. quæſtionis. ff. de quæſt. & idem Bald. in leg. milites C. eod. tit. de quæſt.

Iudex eccleſiaſticus quando poſſit implorari, vide Lanfranc. in cle. diſpendioſam in 3. col. de iudicijs

Iudæi poſſunt prohiberi per iudicem ſecularem exercere vſuras, & poſſunt compelli ad acceptas reſtituendum, vt eſt text. in cap. poſt miſerabilem. & ibi plene per Abb. extra de vſur. quem tex. declarat Lanfranc. in cle. diſpendioſam. in 6. col. de iud.

Iudex ordinarius ſi dederit ſententiam nullam, poteſt eandem reuocare, & rurſus de ea cauſa cognoſcere ex eiſdem actis, vt eſt text. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando iud. & in l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ. & in l. 1. C. de ſentent. ſecus autem in iudice delegato; quia quomodocunque ſemel ſententiauerit, non poterit amplius ſententiare, l. ſi vt pro. penu. C. quomodo, & quando iudex. ſed ſi ſententia valet; tunc ſi eſt diffinitiua, vel interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, reuocari non poteſt, ſiue ab ordinario, ſiue delegato ſit lata. Secus ſi ſit interlocutoria, non habens vim diffinitiuæ, vt not. plene Alexand. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. & ibi etiam Bart. Infra quantum autem tempus poſſit reuocari, vide ibidem Bart. & Canoniſtas in c. cum ceſſante. extra de appell.

Ius accreſcendi habet locum non ſolum in hæreditate, ſed etiam in legatis, l. re coniuncti. cum ſua materia. ff. de leg. 3. verum in hoc eſt differentia; quia in hæreditate accreſcit inuito, vt l. cum hæreditat. ff. de acquir. hæred. & l. 1. C. quando non pet. par. Sed in legatis accreſcit volenti l. vnica §. vbi autem. C. de caduc. tol. Intelligas tamen, quando legatum fieret pluribus cōiunctim verbis tantum, vt l. 1. ff. de vſufr. accreſ. nam ſi re tantum; tunc habet ius non decreſcendi, vt d. l. vnica §. ſin autem à deficientibus. Fallit in legato alimentorum; quia quomodocunque fiat, ſemper ceſſat ius accreſcendi. text. eſt in l. dominus. in fin. ff. de vſufr. quem reputat ſingularem Alexand. in l. qui quartam. §. ſi. de leg. 1. & idem quod dixi in re tantum, dicas in coniunctis re, & verbis, vt not. Bar. in d. l. re coniuncti, in 6. col.

Inimicus capitalis quis dicatur, & per conſequens inimicitiæ capitales quæ ſint, vide Bar. & ibi Alex. poſt eum in l. 3. §. ſi. ff. de adi. legat. & Abb. in cap. cum oporteat de accuſ.

Inimicus nouiter reconciliatus poteſt repelli à teſtimonio prætextu inimicitiæ præcedentis. Ita voluit Abb. in cap. cum oporteat. in 3. col. extra de accuſ. per tex. in c. 2. 3. q. 5.

Iudex licet ſit incompetens, poteſt tamen condemnare actorem ad expenſas, vt ſi actor traxerit reum coram iudice incompetenti, & ratione huius vexationis reus fecit aliquas expenſas, poteſt illas repetere coram eodem iudice, ſi declinat forum. Ita voluit Abbas in cap. quia nonnulli. in 4. col. de reſcrip. & vide infra, in verſ. iudex incompetens.

Indiciæ quomodo debeant duplicari, quando petitur debitum ante tempus, iuxta §. ſed hodie. Inſtit. de except. Dic, quod non omnes duplicabuntur, ſed tantum illæ, quæ ſupererant à die petitionis, vſque ad finem temporis, ita voluit ſingulariter Bar. in l. aut damnum. §. qui, quæ. ff. de pœnis. & Abb. in c. 1. in pen. col. de plus petitio.

Iudex admittens non admittenda, vel reiiciens admittenda, facit litem ſuam, adeo quod punitur in ſyndicatu. Ita voluit Bald. in l. ſancimus. C. de iudic. & Bald. in l. mancipia. C. de ſeruis fug. & idem Bald. in l. 7. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in l. 2. C. vt nemo priuatus. & vide ſupra verſ. iudex poteſt.

Iudex non poteſt præciſe quem compellere ad litem conteſtandam, ſed ſi non vult litem conteſtari, debet mittere aduerſarium in poſſeſſionem ex primo decreto, ita not. gl. & etiam Bart. in auth. qui ſemel in fi. col. C. quomodo, & quando iudex & Abb. in c. pen. in fi. extra de iura. calum. contrarium tamen tenet Alexand. in l. ſi finita §. Iulianus in 10. colum. ff. de dam. infect.

Inſtru-

Inſtrumentum ſi reperitur cancellatum, præſumitur debitum eſſe ſolutum penes quemcunq; reperiatur, ita notat Alex. *in l. ſi vnus. 2. col. C. de teſtam.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.

Inſtrumenti appellatione venit etiam teſtamentum gl. eſt not. *in l. 1. in prin ff. quemadmodum teſtam. aper.* & not. Alex. *in l. 1. in addit. ff de fide inſtrum.*

Iudices vbi ſunt plures, an poſſit vnus iudex ſine alio iudicare, vide *ſupra in ver. exequutores vltimarum, &c.*

Inſtrumentum amiſſum, an probetur per ſolum iuramentum: dic, quod ſi eramus in eo, quod tenebatur illud exhibere officio iudicis, probat amiſſionem per ſolum iuramentum. ita loquitur tex *in l. fi. C. de fide inſtrum.* ſecus ſi iure actionis, vt notanter dixit Bartol. *in l. ſi quis ex argentariis. §. an vero ff de eden.* de qua materia ſcilicet quando ſcriptura amiſſa probetur per ſolum iuramentum, vide Doct. *in l. teſtium. C. de teſtibus.* Bartol. & Alexand. *in l. huiuſmodi § ſi ita ff. de leg. 1.* & Old. *in conſil.* 147. & Alex. *in conſil.* 58. & *conſil.* 1.8.1. *vol.*

Iudex oppoſita exceptione, ſi procedit ad vlteriora, videtur exceptionẽ nolle admittere. *c ex parte. 3. de ap* & Bart. *in leg. ſi autem. §. final ff. de nego geſt.* & Iaſ. *in leg. 2. pen. col. ff ſi quis in ius vocat. non ierit. & in fin. col.*

Iudex incompetens condemnat in expenſis vocantem in ius coram eo non ſubditum ſuæ iuriſdictioni, tamquam temere litigantem. ita not. Bart. *in l eum, quem temere. in fi. ff. de iudic.*

Iudex appellationis exequitur ſententiam per ſe firmatam, & non iudex à quo. ità not. Bartol. *in l. eos in fin illius princ. C. de appell & in l. præcipimus. eo. titul.* & Bartol. *in l. à diuo Pio, in princ. in 3. colum. ff. de re iudic.*

Iudex dicitur affici contumelia, quando litigatores ipſum relinquunt, & vadunt ad alium, *l. litigatores. in princ. ff. de arbit.* & gloſſ. *in cap. placuit. 11. qu. 1.*

Iudex ſubſtitutus in locum alterius iudicis abſentis vel mortui, ad ſciendum quam iuriſdictionem habeat, diſtingue, aut eſt inſtitutus à principe vel ab vniuerſitate, quæ habebit ius ſubſtituendi; tunc omnia poteſt facere, quæ poterat ille, in cuius locum eſt ſubſtitutus, ita volunt Bart. *in l. [illegible] § ibi quibus ff. de de l g 3.* vnde merum, & mixtum imperium habet & eandem immunitatem, quam ille habebat, vt dixit Bart *in l filium ff de legatio.* Aut ſubſtitutus eſt ab ipſo ordinario abſente vel mortuo; & tunc aut abſens ex cauſa neceſſaria, vel [illegible] impeditus iuſte. & ſubſtitutus habet merum & mixtum imperium, non ſolum cognitione, ſed etiam diffinitione, vt not Alexan *[illegible] leg. ſuper. gloſſ in ver. poſſit. ff. de off. eius.* vbi repeche dit illam gloſſ. quam dicit tenendam & cum eo tenent omnes, maxime Speculator, *in tit. de iud. om. in l verſic. ad hu iuſ.* præter duos caſus, ſcilicet quando veniret pœna mortis, vel abſciſſionis membri, quia hoc facere non poteſt, ita loquitur text qui ſemper allegatur *in §. ad hoc prohibemus. in Authent. de collat col.* & ibi per Bart niſi eſſemus in latrone inſigni, vbi periculum eſſet in mora, vt not. ibi Alexand *in d. l. 1.* & fuit dictum Bartol. *in d. l. 1. ff de offic. eius. in 3. oppoſ.* Aut ſubſtituitur quis ab ordinario ſine aliqua iuſta vel neceſſaria cauſa; & tunc non habet, niſi ea, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, & ſic non habet merum & mixtum imperium. Ita dixit Bart. *in l. ſuggerẽte.* quæ eſt *l. 2. C. de off eius. qui vicem alter. ger.* & Bald. *in auth ſed nouo iure. in principio. C. de ſeru. fugit.* & Alexand. *in d. leg 1. ſuper d gl ſſ in verb. poſſit.* Et ita limitatur id, quod dixit Bartol *in d. l 1. in penult. q.* & Bartol. *in d §. his, quibus.* Semper tamen iſte ſubſtitutus dicitur ordinarius, ſecundum Alexand. *in rubric de off. eius in pen colum.* & Bart. *l nequicquam. §. vbi decretum. in pen. colum. ff de off. procon.* Ad prædicta facit tex. *in c in archiepiſcopatu.* & quæ ibi habentur, *extra de rapto.* & hæc addas ad ea, quæ dixi ſupra, *in verſic. appellatio quando fit à ſubſtituto, &c.*

Iuramentum in litem non defertur, quando imploratur officium iudicis, ita dixit Iaſ. *in [illegible] 1. 2. colum ff de iur. omn. iudic* per gloſſ ſingul. *in l harum. in fin. ff. ſi ſer. ven.* & plures doct. eam ſequuntur, & ibidem per eum.

Iuramentum habet conditionem annexam, ſi ex alia parte fuerit obſeruatum id, cuius cauſa eſt iuratum, ita not Abb *c. ſicut. in 1. q extra de iureiur*

Iudex deputatus an ſyndicandum officialem per conſilium ciuitatis, dicitur delegatus, non autem ordinarius ita ſingulariter dixit Bart. *in l. 1 in fi. verbu. C. vbi & apud quem* quem ſequitur Iaſ. *in l. more. in 10 col ff. de iur. o. iud.*

Iudex non poteſt recuſari vt ſuſpectus in criminalibus, quando crimen eſt [illegible], ita notanter dixit Bart. *in l. ſi quis. §. ſi quis. ff. de pœn.* Alex *in l magiſtratibus in fi. ff. de iur om. iudic.*

Iudex poteſt recuſari ex eo, quod aduocatus partis aduerſæ eſt ſibi familiaris, tex [illegible] & ibi per Abb. *ex de offic iudic.* per quem ita dixit Iaſ. *in [illegible] ff de iur. omn iudic*

Iudex non poteſt ferre ſententiam per aſſeſſorem, ſed per ſe ipſum debet hoc facere. *leg. 2. C. de aſſeſſ* & doct. Alexand. *in rubr. ff de offic. eius, cui mandat eſt iuriſdict in fin.* & Iaſ. *in leg. [illegible] in pen. colum. de offic. [illegible]*

Iudex apponens in præcepto comminationem magnam, & inconſuetam, præſumitur in dolo, vnde non tenetur citatus vigore dicti præcepti coram eo comparere, ita dixit ſingulariter Ang *in l g fin. C. de carbo. la. giteo lib.* quem refert, & ſequitur Iaſ. *leg. §. in prim. n ff ſi quis. ius dic. non obtemp.* [illegible] dicit, quod illud dictum [illegible] ibi in mundo, contra [illegible] quod [illegible] ad id, quod habetur *infra in vers. notarius a [illegible], &c.*

Iura-

Iuramentum appoſitum in contractu, poteſt per partem aduerſam remitti, & habetur, ac ſi non iuraſſet, ita dixit Bartol. *in l. 1. §. & poſt operu. ff de oper. nou. nun.* & Alex *in l. quotiens. C. de iudic.* & Bartol. *in l. Labeo ff. de iureiur.*

Iudex cauſæ præparantis debet eſſe iudex cauſæ præparatæ, ita dixit Bald. per illum tex. *in leg. ordinarii. C. de rei vendit.* vbi ſingulariter infert, quod ſi coram Epiſcopo ſit facta petitio abſolutionis à iuramento in contractu ſimulato, coram eodem debet agi de ſimulatione contractus, quæ alias ſpectaret ad iudicem ſecularem, & illud dictum Bald. ſequitur Alexand. & Iaſ. *in l. quotiens. C. de iudic.* & Alex. *in conſil. 197. 2. vol. & in conſil. 113. 3. volum.*

Inueniens pecuniam tenetur illam domino reſtituere, & ſi dominum ignoret, debet illam tradere epiſcopo, vt ipſam diſtribuat inter pauperes. Ita dixit Alexand. *in l. rem quæ nobis. pen. colum. ff. de acquir. poſſ. & in l interdum. § quod ex naufragio. eod. tit. in 1. colum.*

Iuris appellatione venit etiam priuilegium alicui competens, gloſſ. eſt not. *in cap. Cumana. in ver. de iure* & ibi Abb. *extra de elect.* & gloſſ *in cap. 1. in ver. de iure. extra, vt lite pen.* quam ſequitur Iaſ. *in l. 1. quarta col. ff ſi quis in ius voc. non ier.* Item venit etiam conſuetudo appellatione iuris ſecundum Abb. *in rub. extra de conſuet.*

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito operatur, vt etiam ſi opponatur poſt litem conteſt ſequatur condemnatio, tex. eſt not. *in leg. ſi rem §. fin. ff. de pign. act* per quem ita dixit Alex. *in l. exitus. ff. de acq. poſſeſſ.* vbi plura allegat.

Iudex quando facit aliquid contra ius, poteſt ei de facto reſiſti, ita per plura allegata tenuit Alex. *in l. ſed eximendi. §. item ſi quis. ff ne quis eum, qui.* & Alex. *in conſil. 115. incip. poſt reditum. 2. vol.* & Abb. *in capit. ſi quando. de offic. deleg.*

Iudicium factum cum procuratore falſo, ſeu nō habente mandatum, licet ſit nullū in præiudicium domini; tamen valet in præiudicium ipſius procuratoris, vt teneatur ad intereſſe: & fiat executio cōtra eum. Ita dixit Alex. *in l. Iulianus ff. quiſ ſat cogan. in 2. colum* & idem Alex. *in leg. 4. in princ. in 2. not. de re iudic.* per text. *in l. Plautius. & in leg ſi procurator meus. ff. de procurator.*

Iudex poteſt exceptionem repellere, ſi premat partem calamnioſe excipere. Ita voluit Abb. *in cap. poſt electionem. in fin. col. extra de conceſ prab.* & Alex. *in conſil. 65. 1. vol. & conſil. 41. 2. vol.*

In promptu dicitur habere quis probationes, quando infra breues dilationes eas, producturum ſe offert, non enim requiritur, quod eas ſecum portet, ſecundum Abb. *in cap. literas. in 2. col. de reſt. ſpol.*

Iudex quando procedit contra abſentem, poteſt ſupplere in facto, perquirendo probationes in fauorem abſentis ex officio pro veritate, vt not. Batt. *in auth. qui ſemel. C. quom. & quando iudex.* & Abb. *in cap. cauſam. in fin. col. de dolo, & contum.*

Ignorantia ſemper præſumitur, niſi probetur ſcientia. ita dixit Bald. *in l. 1. in fin. C. de tempor. ap.* & Bald. *in leg ſi tutor. C. de peri. tutor.* & Abb. *in ca. ſæpe. in 4. colum. de reſti. ſpol.* & Batt. *in l. ſi cui. § iiſdem. ff. de accuſat.*

Iudex debet laborare ad veritatem indagandam. *ca. iudicantem. 30 queſt. 5. & l vbicunq. ff. de inter. actio.* & Abb. *in ca. licet 7. not. de probat.*

Iudex non poteſt accipere pecuniam à reo. quem abſoluit; eo quia de eius innocentia conſtitit, ſecundum Alex. *in conſil. 11. verſ. circa ſextum. 1. vol.*

Iudex qui tenetur decidere aliquam cauſam, vel committere intra certum tempus, ſemper intelligitur, ſcilicet, ſi fuerit à partibus requiſitus, alias partes ſibi præiudicant, ſecundum Alex. *in conſil. 19. 2. & 3 col. 1. vol.*

Inhibitoria ſuper appellatione friuola non valet, Spec. *in tit. de appellat. §. de offic. verſ ſed quæritur.* Fel. *cap. dilectus. el. 2. col. pen. de reſcript.* vbi dicit, quod iudex antequam inhibeat, debet adhibere cognitionem cauſæ, an appellatio ſit interpoſita ex cauſa legitima. Item inhibitio, parte non citata, non valet. Alex. *in conſil. 91. col. pen. in 2. vol.* Franc. de Aret. *in conſil. 20. col. pen.* Alex *l. Titia. in fin ff. ſol. mat.* tex. & ibi Gem. *in cap. Rom. §. ſi vero, & §. ſi autē de appel. li. 6.*

## L.

LEGATVM libertatis, & ad pias cauſas æquiparantur, vt habetur per Bartol. *in l. proximo. §. fin. ff. de his quæ in teſtam. delen.* & ibi vide Alexand. *in addit.*

Legatum mulieri, cum hoc pacto, vt monaſterium ingrediatur, acquirit ipſa mulier etiam ſi nubat, & conditionem non implet, vt not. Alexand. *in auth. cui relictum. in addit ad Bart. C. de indict. vi tol.* nam conditio, quæ impedit matrimonium, habetur pro non ſcripta. *l. cum tale. §. Mauia ff. de condit. & dem.* Hoc tamen intelligas procedere in virgine. nam in vidua eſſet ſeruanda talis conditio; quia in ea non habet locum ille titulus, vt eſt tex. *in d. authent. cui relictum.* adde Bart. *in conſil. 84.*

Legatum factum hæredi à ſemetipſo valet; quia non poteſt eſſe idem debitor, & creditor, tex. eſt *in l. legatum. §. 1. ff de leg. 1.*

Lex licet generaliter loquatur, denegando alicui omne beneficium; tamen intelligitur de ordinario, non autem de extraordinario; vnde non comprehendit reſtitutionem in integrum, vt eſt gl. not. *in l. poſtquam liti. in ver. nulla ratio. C. de pact.* de quo vide Franc de Cur. *in repet. l. admonendi. in 22. col de iureiurand.*

Legatum factum à marito vxori, donec honeſte, & caſte vixerit, ſi vxor tranſit ad ſecunda vota, perdit illud. ita notanter dixit Bal. *in l. fi. C. de indict.* vid.

*vid. tol.* & Angel. & Alex. *l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel.* licet Bart. ibi contrarium tenuerit, & male. Et eſt ratio ſecundum Bald. & Alexand. in locis præallegatis; quia anima mariti multum contriſtatur de muliere transeunte ad ſecunda vota; vnde non videtur de hoc cogitaſſe maritus: & ſic non dicitur caſte viuere. Idem dicas, ſi legatum fieret mulieri à filio ſub eadem conditione, vt dicit Angel. & Alexand. *in d. §. cum proponeretur.* Et ratio eſt; quia filii primi matrimonii afficiuntur iniuria propter ſecundum. Secus autem eſt in extraneo, vel in quocunque alio legante mulieri præter maritum, & filios; quia tunc tranſeundo ad ſecunda vota non amittit legatum, niſi in duobus caſibus, ſcilicet quando mulier accepiſſet virum ſibi diſparem, propter quod fecerit iniuriam toti cognationi ſuæ, & ſic per conſequens teſtatori, qui ſibi legauit, vt dicit ibidem Alexan. referendo Angelum: proprius caſus eſt, quando mulier tranſiret ad tertia vota; nam tunc non dicitur caſte viuere. Ita ſingulariter dixit Angel. *in §. hoc de eo. in Auth. quomodo oper. epiſc.*

Legatum factum pro anima dicitur ad pias cauſas, ita not. gloſſ. & Bartol. *in l. ſi quis Titio. ff. de leg. 1.* & Bal. *in l. pater filium §. Tuſculanus. ff. de leg. 3.* & Abb. *in ca. relatum. lo. 1. & in c. requiſiuiſti. extra de teſtam.* & Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero. in verſic. & ſcias. quod inter relicta ad pias cauſas.* & de hoc vide Bartol. *in l. habeat C. de ſacrſanct. Eccleſ. in vlt. colum. in fin.* Quod tamen intelligas verum, quando relinqueretur pauperi, vel eccleſiæ; nam ſi diuiti, fuiſſet dictum pro anima; non tamen eſſet ad pias cauſas, argum. eorum quæ voluit Alexand. *in l. diuus. & l. hæreditatum. ff. ad leg. Falc.* vbi dicit, quod licet alias relictum pro alimentis dicatur ad pias cauſas, vt not. gloſſ. & Bartol. *in leg. ſi cui annuum ff. de an. leg.* tamen hoc habet locum, quando fit pauperi. Idem, quod ſupra dixi, tenet Bartol. *in authent. ſed in ea. C. ad leg. Fal* & Ioan. And. *in addit. Specul. in d. verſic. in addit. in ver. legatur.* Sicut dicimus etiam in dote, quæ licet dicatur cauſa pia, vt *leg. cum ii. §. ſi mulier. ff. de condictio. indeb.* tamen hoc debet intelligi, quando datur mulieri pauperi, ſecus diuiti, ita not. Alexand. *in d. §. ſi mulier.* & Bald. *nouellus in tractatu dot. in 6. parte. in 49. priuilegio.* vbi ita intelligit gloſſ. *in leg. talu. ff. de iure dotium.* quæ dicit, quod de legato dotis detrahitur falcidia, quod eſt contra legata ad pias cauſas, vt *C. ad leg. Falcid. authent. ſimiliter.* nam illa gl. debet intelligi de dote mulieris diuitis, & de his omnibus, & pluribus vide plene per Bertachinum *in repertorio.* ſic ad pias cauſas eſt text. *in capit. licet. in fin. de ſepul lib. 6.*

Legitima nũquam debetur filio, niſi patre mortuo; præmatura enim dicitur quæſtio de legitima, viuẽte eo, de cuius hæreditate tractatur. *leg. 1. §. ſi impuberi ff. de collat. bonor. & leg. 2. §. interdum. ff. de vulgar. & pup.*

Legatum an compenſetur cum debito; ſic diſtingue, aut ſumus in debito ex neceſſitate legali, aut ex neceſſitate hominis. primo caſu compenſatur cum debito, vt ſi ſtatutum, quod marito prædecedente, vxor lucretur tertiam partem bonorum mariti. nam tunc, ſi maritus aliquid leget vxori, illud legatum compenſatur cum illo debito, vt C. *vnde vir & vxor. aut. preterea.* Eodem modo dicimus in legitima debita iure naturæ. Quod ſic probatur, legatum compenſatur de dote, *l. huiuſmodi. §. cum pater. ff de leg. 1.* quæ eſt debita ex neceſſitate legali. *l. qui liberos. ff. de rit. nupt.*

Sed ipſa dos cõputatur in legitimam, *l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtament.* ergo legatum quoque computatur in legitimam, quod probatur expreſſe *in l. quoniam in prioribus. C de inoffic. teſtam.* & not. gloſſ. *in l. illud. C. de collatio.* licet hoc hodie ſit correctum per *§. illud quoque capitulum. in Auth. vt cum de appellat. cognoſ* qui vult, quod illud tantum imputatur in legitimam, quod relinquitur filio iure inſtitutionis, & ita dicit etiam gloſſ. *ibi in verſ. præterita.* & notat gloſſ. & Bart. *in auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtament* non autem iure legati ſimplicis. Similiter dicimus in quarta Trebellianica, cum qua compenſatur omne, quod peruenit ad hæredem ex aliquo iudicio teſtatoris, vt *leg. in quartam. ff. ad leg. Falcid.* Secus in quarta debita iure hæreditario, vt in Falcidia; quia cum ea compenſatur tantum, quod peruenit ad hæredem iure hæreditario, non autem iure legati, vt *d. leg. in quartam. & l. id autem. & leg. quod autem. ff ad leg. Falcid.* Item fallit, quando debitum debetur ab alio, quam ab eo, à quo eſt relictum legatum, licet ab eo cauſam habeat, vt *extra de teſtament. capit. officii.* vbi ſi legatur aliquid eccleſiæ, ex quo epiſcopus debet habere quartam, ex diſpoſitione legali, ſi teſtator legauit tantum epiſcopo, quantum valebat iſta quarta, non videtur feciſſe animo compenſandi, niſi hoc expreſſerit. Et eſt ratio; quia quartam non debebat epiſcopus conſequi à teſtatore, ſed ab eccleſia.

Secundo caſu principali, ſcilicet quando ſumus in debito ex neceſſitate hominis; & tunc in dubio non compenſatur, vt *leg creditorem, ff. de legat 2.* ſiue ſit debitum ex cauſa oneroſa, ſiue ex cauſa lucratiua, licet ſit contra *in leg. Mauius. §. duorum. ff. de legat. 2.* vbi duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in eadem perſona, & in eadem re. Sed legatũ eſt cauſa lucratiua, vt *leg ſi hæreditatem. ff. mandat.* ergo, &c. Sed dic, quod regula illius. §. habet locum in eadem re. Secus in diuerſis, vt in ſummis, nam quando ex diuerſis ſcripturis duæ ſummæ debentur, in dubio præſumuntur diuerſæ animæ, licet ambæ debeantur ex cauſa lucratiua, *leg. quin-*

*Ionta.ff.de probat & leg.plane.§.1.ff.de legat.1.& ibi notat*, licet ſecus eſt in corpore, vt *d.§.1.* & probat tex. à contrario ſenſu *in §.ſi res aliena Inſtit. de legat.* Fallit etiam illa regula, quando prius legatarius conſequutus eſt æſtimationem; nam tunc poteſt petere rem; ſecus è conuerſo, ſi prius rem conſecutus eſt, vt eſt gl. *in d.leg.plane §.1.*

Item illa regula habet locum directo; ſecus per obliquum; vt ſi rem legatam ſeruus meus conſecutus fuerit, potero petere æſtimationem, & ſic per obliquum conſequor, quod directo conſequi non poſſum. Iſte eſt caſus *in l.ſi ſeruus legatus.§ 1.ff de leg.1.* & de iis vide Bart. & Alex.*in leg.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſol.matr.*

Legatum ſub conditione, ante conditionis euentum eſt pleno iure in dominio hæredis, *l.generaliter.§.1.ff. qui & à quibus. l.1.§.ſerui.ff. ad Silla. & l.poſt litem. 2.* ſecus in legato in diem; quia ſtatim efficitur legatarii etiam ante diem, vt eſt gloſſ. *in l. non quemadmodum.ff. de iudic* & otitur actio etiam ante diem. *l.cum qui Kalendis.§. fin.ff. de verbor. obligat. & ibi not.* licet non detur executio actionis ante diem. *l.cedere diem.ff de verb. ſignific.* quia male agit, qui ante diem agit. *l.1.in fin.ff.quando dies vſusfruct. leg. ced.*

*L. ſciendum.ff de verb. oblig.* cum ſua materia, habet locum non ſolum in caſu, in quo de neceſſitate requiritur ſtipulatio, ad hoc, vt fideiuſſio teneat, ſed etiam ſi non requiritur, vt in cauſa dotis: nam fideiuſſor obligatus pro dote, non eſt neceſſe quod obligetur per ſtipulationem. *l.fin* & ibi Bald. *C. ad Vell.* & not. Alex.*in l.5 §. ſatis acceptio. ff de verb.oblig.* Vnde ſi inuenitur aliquem fideiuſſiſſe in cauſa dotis, intelligitur cum ſtipulatione, licet talis præſumptio nihil videatur operari; tamen præſumitur, vt actus potentius corroboretur, ita per Ang. *in d.l. ſciendum. in repet. in 3 col.*

Libellus ineptus licet poſſit repelli, puta propter ineptam actionem, vt not. Bart. & Alex.*in l.1.ff. de offic. aſſ.* tamen ſi refert ſe ad inſtrumentum validum per dictionem, prout, non poteſt repelli. ita ſingulariter Raph. Cum.*in l ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus ff de verb.oblig.*

*L. in omnib.ff. de iud.* an habeat locum non ſolum in bonæ fidei iudiciis, ſed etiam in ſtricti iuris, vide *ſup in ver.fideiuſſ an poſſit peti, &c.*

Legans ſeu promittens aliquid in genere, videtur promittere neque optimam, neque peſſimam rem, ſed mediocrem. *l.legato generaliter ff.de leg. 1. & l.ſi quis argentum.§.1.C. de don.* facit *l.qui lancem ff.de au.& arg.leg.*

Litis conteſtatio facit actionem annalem perpetuari. Vnde omnes actiones pœnales, quæ ad hæredem non tranſeunt, vt *l.pœnales.ff.ad leg.Falcid. & § pœnales.Inſtit.de act.& l.ſi non conuitii.C.de iniur. & l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.* ſeu quæ anno terminantur, vt *l.1.§.fin.ff ſi quis ius dic.non ob- temp.præalleg ll.* facta litis conteſtatione cum teſtatore, efficiuntur perpetuæ. & ad hæredes tranſeunt. caſus eſt *in l.ordinata ff.de libe.cau. & in l.iniuriarum. in princ.ff. de iniuriis.*

Libellus, in quo eſt erratum in nomine contractus, de quo ibi facta fuerat mentio, non per hoc vitiatur, ſed vt ſaluetur libellus, verba impropriantur: vnde ſi in contractu mutui concludatur hoc modo, peto mihi rem meam reſtitui; non vitiatur libellus. De quo vide Bart. & plene ibi per Iaſ. *in l ſed ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff. de iureiurand.* & Bartol.*in l. .§.inſulam.ff.de praſ. ver.* & Bartol. *in l. ſi oles. C. locat.* & Alexand. *in l. 2. in princip. ff. ſi certum pet* & Bartol. *in l fin.C.de vſufruct.*alias *de vſu,& habitat.*

Ludens ad par & impar, ſi tenebat quinque aureos in manu, & ille, qui ſecum ludebat, dixit, par vicit, qui par dixit, ſi in illis quinque aureis erat vnus falſus; quia ille falſus aureus habetur pro non aureo, & ſic habetur, ac ſi eſſent quatuor tantum aurei. ita voluit Ioan. And.*in addit Spec.in Rubrica de falſis.*& Alexand.*in addit.ad Bartol.in l.eleganter §.qui reprobos.ff.de pignor. action.* & Alexand, *in conſil.104. volum.1.* Sed ſi ille, qui tenebat aureos, ſciebat ſibi eſſe aureum falſum, ſibi non proderit; vt ibidem dicunt præfati Doct.

Limitatio ad *l.fi.ff de condict.ob cau.* quod vbicunque tu das mihi ſeruum tuum, & ego dico, do tibi decem nomine pretii, per hæc verba, *nomine pretii*, eſſet emptio, non autem contractus innominatus, ita voluit Guil. & Cun. *in l.2. in prin.* quem refert ibi Alex.*in 2. col.ff.ſi cert.pet.*

Libellus, in quo intentatur actio, quæ poteſt ſe referre ad generalem, & ſpecialem, in dubio videtur continere ſpecialem. ita not.Bartol. *in l. hoc legatum.ff. de leg.3.* vbi ponit exemplum in certi condictione.

Libellus continens actionem ciuilem & criminalem ſimul intentatam, an, & quando procedat, vide *ſup.in ver.actio criminalis, &c.*

Legatum factum ſub modo dicitur, quando fit per hanc dictionem, *vt*, vt lego tibi fundum, vt facias mihi monumentum, vt *l quibus diebus.§. Termilius.ff. de condit.& demonſt* Et hoc legatum differt à conditionali in duobus; quia illud fit per dictionem, *ſi.* ſecundo; quia legatarius poteſt petere legatum ſub modo, præſtita cautione de adimplendo modum. Quod ſecus eſt in legato ſub conditione, vt eſt gloſſ. *in d.§ Termilius.& l.demonſtratio §. quod autem.in fi. & ibi gl. eo. tit.*

Legatum ſub cauſa eſt, quando fit per verbum, *quia*, & differt à conditionali, vel ſub modo in hoc; quia cauſa apponitur per tempus præſens vel præteritum; ſed modus, vel conditio apponitur per futurum, vt, lego tibi fundum; quia negotia mihi curaſti, vt not. Bart.*in d.§. quod autem.* & hæc cauſa ſiue vera, ſiue falſa ſit; non impedit legatum, imo ſtatim

peti.

peti poteſt, vt *d.l.demonſtratio.* & *d.§.quod autem.* Eodem modo dicimus de demonſtratione, vt ſi dico, lego fundum, quem à Sempronio emi; nam valet legatum etiam ſi falſa ſit demonſtratio, vt per Bart. *in d.l. demonſtratio.* An autem falſa cauſa vitiet contractum, vide Bar. *in d. § quod autem.* & Doct. *in l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. & in l. damus ff. de cõd. indeb.* An autem falſa cauſa vitiat ſententiam, vide Bart. *in l. qui teſtamento. ff. de excuſ. tut.* & Bartol. *in l. ſi is, ad quem. ff. de acquir. hæred.* In dubio tamen legatum ſemper præſumitur ſub modo, vt infra proximo not.

Legatum in dubio, quando non apparet, an ſit ſub modo, an ſub cauſa, an vero ſub conditione vel demonſtratione, ſemper præſumitur ſub modo, vt ſi diceremus, lego tibi fundum, & volo, quod des Sempronio decem. Ita voluit ſingulariter Bart. *in l. cum mota. in princ. C. de tranſact.* Ex quo reſultat illa vtilitas, de qua dixi *ſupra in verb. legatũ ſub modo, &c.* ſcilicet, quod poteſt peti præſtita cautione de adimplendo, quæ cautio ſi poſtea non ſortitur effectum; quia modus non adimpletur, legatum poteſt reuocari, vt voluit Bart. *in l. quibus dieb. § Termilius. ff. de cond. & demonſt.*

Legatum liberationis factæ debitori, an extendatur ad dolo adminiſtrata: dic, aut teſtator ſimpliciter dixit, lego debitori meo liberationem; & tunc non cenſetur remiſſus dolus *l. Aurelio. § fi ff. de libe. legat.* Aut dixit, damno hæredem meum, quod omnem actionem debitori remittat, & quod nihil poſſit ab eo petere; & tunc ſi quærimus de dolo præterito, videtur remiſſus, vt *l. ſi quis rationes ff. de libe. legat.* Aut de futuro, & nullo modo videtur remiſſus, *l. quidam decedens ff. de admi. tut. in prin.* Et ratio eſt; quia pactum, per quod datur materia delinquendi, non valet. *l. ſi vnus. §. illud ff. de pact. & l. conuenire ff. de pact. dot.* ita not. plene Bart. *in d. l. Aurelio. § fin.*

Libellus an poſſit concludere præſumptiue; dic, aut in libello narratur factum alienum; & tunc poteſt, vt *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.* vbi ſufficit, quod in libello quis dicat, Titium alienaſſe bona ſua; & licet non dicat in fraudem creditorum; tamen ex illa narratione facti hoc præſumitur. *arg. l. ſi ex plag. § in cliuo. ff. ad leg. Aquil.* Aut in libello narratur factum proprium; & tũc non ſufficit concludere præſumptiue, niſi factum illud probetur. *l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollio. ff. de adult.* & vide de his Bart. *in l. cum quid, circa fin. ff. ſi cert. pet.*

Libellus debet edi reo ob eam cauſam, vt reus viſa actione deliberet, an velit cedere vel contendere, vt *l. 1. ff. de eden.* & ad hanc deliberationem ſolet dari reo ſpatium xx. dierum. *auth. offeratur. C. de lit. conteſt.*

Lanio an poſſit expellere aliquem volentem à ſe carnes emere, vide *in ver. obligatus ad rem reſtituendam, &c.*

Limitationem pulchram ad *l. qui reſtituere ff. de rei vendic.* vide infra ibidem, ſcilicet *in verb. obligatus ad rem reſtituendam, &c.*

Legato vſufructu à teſtatore Titio & Sempronio, vt alternis annis fruantur, quis prius debeat incipere ad fruendum in dubio? dic, quod ille, qui prius nominatus eſt in teſtamento, ſcilicet Titius, vt eſt text. not. *in l. quotiens. ff. de vſufruct.*

Legatum dotis factum à patre filiæ impuberi, differtur in tempus, quo erit nubilis ætatis, & ſic in tempus matrimonii: vnde ſtatim peti non poteſt. ita not. Bal. *in l. Titio centum. §. Titio genero in 2. col ff. de cond. & demon.*

Lacerans inſtrumentum alicuius, an teneatur ſibi ad intereſſe, vide ſupra *in ver. faciens fugere debitorem, &c.*

Legatarius occupans legatum propria authoritate, & non capiens illud de manu hæredis, amittit legatum, & ſic cadit à iure ſuo. tex. eſt *in l. non eſt dubium. C. de legat.* Quod intelligas procedere, ſi cum vitio occupauerit, id eſt ſi occupauerit poſt aditam hæreditatem, ſecundum Bart. *in d. l. non eſt dubium. & in l. 1. in princ. ff. quorum legat.* ſecus ſi ante aditam hæreditatem, & ſic ſi occupauerit rem vacantem; quia licet teneatur hæredi ad reſtitutionem per interdictum, quorum legat. tamen adhuc habet actionem contra hæredem, vt *d. l. 1. in princ.* & ibi plene per Bar. & de prædictis vide vnum conſil. Benedicti Capræ *in conſil 3. in fin. col.*

Legatarius moriens ante aditam hæreditatem tranſmittit legatum ad hæredem. *l. ſi Titio. §. 1. ibi eſt optimus tex ff quan. di. leg. ced.*

Legatum factum eccleſiæ, ſi non apparet cui eccleſiæ, in dubio intelligitur de eccleſia, in qua teſtator erat parochianus. ita voluit Bar. *in l quæ conditio. §. cum ita ff de condi. & dem.* & ibi vide Alex. referentem Bal. & Imol. *in l. ſi domus. in princ. ff. de legat. 1.* qui dicunt quod legatum factum monaſterio, non expreſſo, de quo; in dubio intelligitur de monaſterio fœminarum, non virorum, ita tenet Bal, *in l. cum multa. C. de donat. ante nup.*

Legato fundo vni, ſi poſtea legetur vſusfructus eiuſdem alteri, vterque legatarius concurrit in vſufructu. tex. eſt not. *in l. ſi alii ff. de vſufruct. leg.*

Legatum factum eccleſiis alicuius ciuitatis, intelligitur de eccleſiis conſtructis tempore teſtamẽti: non ergo extenditur ad eccleſias conſtructas poſt teſtamentum factum, ita tenet Alex. *in l. qui filiab. in prin. ff. de leg. 1.* arg tex. *in clem. literas de reſcriptis.*

Legato facto de aliquo fundo, ſi teſtator vſus fuerit his verbis, & ſi fundus valet minus centum aureis, volo, quod reliquum ſuppleatur ab hærede legatario; ſi poſtea fundus reperitur valere plus, quam centum aureis, an legatarius debet totum habere. Dic, quod ſic. Ita voluit Alex. *in l. legata inutilite*

*liter. ff. de leg. 1.* per illum text. ſcilicet, quia inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem, *l. ſi. mancipia. de fur. inſtr.*

Legato vſufructu gregis, ſi vnum corpus deficiat ex grege, extinguitur vſusfructus *l. fi. ff. quib. mod. vſusfruct. amit.* ſecus ſi legetur vſusfructus equorum ſiue ouium; quia tunc ſi vnum corpus remanet, in eo reddet vſusfructus. tex. eſt not. *in l. quid tamen. §. fin. eo. tit.* Item ſecus in legato proprietatis gregis; quia valet legatum etiam in vno animali. *l. ſi grege. ff. de leg. 1.*

Legitima ſeu ſupplementum ipſius debetur filio ex propria ſubſtãtia patris, adeo, quod dicebat ſingulariter Bart. *in l. ſuus quoque in princ. in fi. illius prin.* quod ſi pater inſtituerit filium in certa pecuniæ quantitate pro ſua legitima, quod filius poteſt dicere, nolo pecuniam, ſed volo tantum de rebus patris, per *l. ſcimus. §. repletionem. C de inoffic. teſtam.*

Legatum ſub falſa demonſtratione licet regulariter non vitietur, vt *l. demonſtratio. & l. cum tale. § fi. ff de condit. & demon.* tamen hoc debet limitari procedere, quando res, ſeu quantitas legata eſt expreſſa, & apparet de qua re teſtator ſenſerit, vt *dict. l. demonſtratio.* ſecus eſt, quando quantitas non exprimitur, vt ſi lego tibi id, quod Titius mihi debet; nam ſi Titius nihil mihi debet, non valet legatum, vt *l. ſi ſic. §. 1. ff. de leg 1. & l. legaui. § fi ff. de liber leg.* ſecus ſi lego decem, quę mihi Titius debet: quia tunc valet, vt *d. §. fi.* & hæc adde ad ea, quæ dixi ſupra *in verſ. legatum ſub cauſa, &c.*

Locatio alicuius domus in dubio præſumitur facta ad eum vſum; quo conductor vtebatur in arte ſua; vnde qui locat domum alicui fabro, præſumitur hoc tacite concedere & ad hoc locare, ſcilicet vt ibi ille faber habeat exercere artem ſuam, ita dicit gl. not. *in cap. 1. in verb. ad fœnus, de vſur. lib. 6.*

Legitima deberur filio, deducto ære alieno, ita not. Bart. *in l. hæreditarium. ff de bon. auctor. iud. poſſ.* & ratio eſt; quia legitima appellatur quarta pars bonorum, *l. cum quæritur. C. de inoff. teſt.* quæ bona intelliguntur, deducto ære alieno, not. *l. ſubſignatum. §. bona. ff de verb. ſign. & l. mulier bona. ff. de iure dot.* & vide ad hoc, quæ dixi ſupra *in ver. cautelam, quomodo pater, &c.*

Legata domo cum omnibus, quæ ibi ſunt, non veniunt chirographa, & inſtrumenta, ſeu nomina debitorum; *l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3.* Item non veniunt res ſeu merces venales, vt eſt not. *in l. generali. §. vxori ff. de vſufruct legat.* Eodem modo & iſta non veniunt in tacita hypotheca, ſicut nec pecunia, quæ ſemper præſumitur venalis, ſeu alienabilis, vt *dict. §. vxori. & d. §. legauerat.* ita plene not. Iaſ. *in §. item Seruiana, in 6. col. Inſtit. de act.*

Legatum fundi ad vſum, an intelligatur factum etiam quo ad proprietatem? Dic, quod ſic. Ita dixit Bartol. per illum text. *in l. donationes. §. ſpecies. ff. de donat.* Et idem ſi dico, dono ad vtendum. Ita tenet Bald. *in l. 1. poſt princ. C. de fruct. & lit. expen.* Idem eſt, ſi fuerit factum legatum ſiue donatio ad alimenta, qua cenſetur translatum dominium. Ita not. Bartol. *in l. cum hi. §. ſi vni.* & ibi plene per Iaſ. *ff. de transact.* & Bartol. *in l. 4. ff. de alimentis, & cib. legat.* & tale dominium tranſit etiam ad hæredes, vt eſt communis opin. Doct. maxime Iaſ. *in d. §. ſi vni.* Scias tamen. quod ſi teſtator legat vxori vſum fructum fundi, quod non poſſit fundum alienare, videtur ei legaſſe proprietatem, ita Bald. *in l. Proculus. ff. de vſufr.* & Alexand. *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matr.*

Legatum factum, ad dandum ad arbitrium tertii per verba denotantia arbitrium boni viri, ſi non eſt dictum, cui detur, debet dari in dubio ad pias cauſas; ſecus ſi eſt poſitum in liberam voluntatem alicuius. Ita not. Alex. *in l. captatorias. in 3. col. C. de teſta. milit.* vbi allegat Bart. *in l. 1. C. de ſacroſanct eccl.* & eſt tex. *in c. cum tibi ext. de teſtam.*

Legatum factum hoc modo, relinquo illud, quod eſt ſcriptum in tali ſcedula, quam tenet Titius, an valeat. vide Bartol. *in l. ſi ita ff. de cond. & demonſtrat.* & Bald. *in l. captatorias. C. milit. teſtam.*

Legatum factum hoc modo, lego Titio id, quod ſibi debeo, de quo volo ſtare dicto ſuo, an valeat. vide Bart. *in conſil. 168. incip. quidam habens bona communia.* vbi tenet, quod non, *in fi. ex eo.* quia legatum eſſet captatorium, per *l. captatoria. ff. de legat. 1. & l. captatorias. C. de teſtament. milit.* Fallit in dote, quando dos legatur, vt ipſe dicit & idem Bartol. *in l. Theopompus. ff. de dote prælig.* de veritate tamen iſtorum, vide Alex. plene *in conſil 47. 1. volum.* Quid autem eſſet in contractu, vide Bartol. *in l. fin. ff. de præto. ſtip* vbi concludit, quod minime contractus huiuſmodi, ſiue promiſſio valet, antequam creditor arbitretur, vnde poteſt ante promiſſionem reuocari; ſecus autem poſtquam declarauit. An autem in caſu, quo valeret talis actus, ille, qui debet arbitrari, teneatur iurare, vide Bart. *in dict. l. Theopompus.* & de prædictis vide Imol. *in cap. cum tibi. in 13. col. extr. de teſtam.* qui tenet opin. Bart.

Litem conteſtari an poſſit quis compelli, vide Bart. tenentem, quod non, *in auth. qui ſemel. circa fin. C. quom. & quando iud.* ſed remedium eſt, vt ipſe dicit, quod ſi reus non vult conteſtari litem, mittatur actor in poſſeſſionem ex primo decreto, & idem tenuit Abb. *in capit. pen. in fin. extr. de iur. calum.* contrarium tenet Alex. *in l. ſi finita. §. Iulianus. in 10. col. ff. de damn. infect.*

Liber rationum mercatoris connumeratur inter publicas ſcripturas, adeo, quod facit plenam fidem contra eum, ſicut inſtrumentum; nam cenſetur ſemper de voluntate vtriuſque partis factus. Ita voluit Bal. *in Rubrica. C. de conſtit. pecun. in 3. col.* & vide *infra in ver. liber rationum, &c.*

Legatum factum ſub conditione, ſi non ſtat per lega-

legatarium, quo minus conditio impleatur, an debetur, diſtingue, ex mente Bart. & Doct. *in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtitut.* quod aut eſt conditio caſualis, vel poteſtatiua, vel mixta: primo caſu, quomodocunque deficiat conditio, legatum non debetur. ita voluit Bart. *in d. l. 1.* per text. *in § ſin autem ſub conditione. C. de caduc. toll.* Secundo caſu, ſcilicet. quando eſt poteſtatiua; & tunc indiſtincte, ſi non ſtat per eum, ſemper legatum debetur; puta ſi caſualiter conditio deficit. *l. quæ ſub conditione. §. quotiens ff. de condit. inſtit.* Sed ſi conditio deficeret per alium: puta quia ſeruus, quem fuit rogatus quis manumittere cauſa conditionis implendæ, fuit occiſus à tertio; tunc, ſi iuſte, legatum debetur, *l. Titius. ff. de cond. & demon.* Si vero iniuſte; tunc aut occiſor eſt ſoluendo, & ipſe tenetur ad pretium legati. *l. inde Neratius §. idem Iulianus. ff. ad leg. Aquil.* Si vero non eſt ſoluendo; tunc legatum ſibi debetur in ſubſidium. *l. fin. ff. de eo, per quem factum erit.* Iſtud tamẽ, quod dixi, fallit, quando legatarius fuiſſet in mora: quia tunc, ſi ſeruus moritur, amittit legatum, *l. pen. ff. de cond. & demonſt.* & not. gloſſ. *in d. l. 1.* Tertio caſu, quando conditio eſt mixta; tunc, aut eſt mixta ex parte legatarii, & alterius, aut ex parte legatarii, & fortunæ primo caſu, vt ſi debueris Sempronio decem, vel ſi nupſeris Titio; tunc ſi conditio deficit caſu, aliter legatum non debetur. *l. legatum. C. de cond. inſer. & l. teſtamento. la. 2. ff. de condit. & demonſtr.* Idem ſi deficit facto legatarii, vt *d. l. 1. & l. 2. eod. tit. de inſtit. & ſubſt.* Si vero deficit facto eius, in cuius perſona eſt adimplenda; tunc habetur pro impleta. *l. iure ciuili. ff. de cond. & demonſtrat. & l. Titio centum §. fin. eod. tit. & d. l. in teſtamento & l. 3 ff. de condit. inſtit.* Prædicta tamen non habent locum in modo mixto: nam ſi modus deficit caſu, adhuc debetur legatum. *l. ſi Titio pecunia. ff. de legat. 1.* & not. Bart. & gloſſ. *in d. l. 1.* Secundo caſu, puta ſi iueris in Alexandriam, non poterit eſſe, quod propter hyemes non poſſis ire; & tunc indiſtincte, ſi deficit, vitiat legatum. ita dicit Bald. *in d. l. 1. C. de inſtitut. & ſub in 2. col.* vbi æquiparat eam caſuali.

Legatum factum in minus ſolemni voluntate, poteſt retineri per legatarium, ſi illud poſſidebat; quia ex tali voluntate oritur obligatio naturalis. ita voluit Bart. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1* quem ibi ſequitur Alex *in 6. col.* per tex. *in l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de teſtam. milit.* Limitat tamen illud Alexand. ibidem procedere in legato tantum: ſecus in hæreditate, facit quod not. gloſſ. & ibi per Alex *in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 1.*

Lex generaliter excludens omne remedium, intelligitur de ordinario, quod cõpetit de iure communi, non autem de extraordinario, ſeu competenti de iure ſpeciali, gloſſ. eſt not. *in leg. poſtquam liti. in gloſſ. fin. C. de pact.* & ibi plene per Ia. & not. Franc. de Curt. *in repet. l. admonendi. 22 col. ff. de iureiur.*

Legitima an poſſit tolli per ſtatutum, dic quod non in totum; bene tamen poteſt minui. ita notat Bald *in l. maximumvitium inpenul. col C. de lib. prat.* & idem Bald. *in l. ſancimus. C. de nupt.* & examinat plene Alex. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum in 6. & 7. col. ff. de lib. & poſth.* & not. Bart. *In l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr.*

Laudamẽtum in materia feudali eſt quędam ſententia, per quam iudicatur, vaſallum feudo priuari debere ob aliquam culpam, quod alio vocabulo appellatur exguardum: ita declarat And. de Iſern. *in cap. 1 §. ille tamen. de controu. feud apud pares.* & loquitur tex. *in c. ſancimus. quo tempore mil.* & iſta ſententia fertur per pares, id eſt, per alios confeudatarios habentes feudum ab eodem domino, vt eſt text. & ibi Bald. *in cap. 1. in princip. ſi de inueſt. inter dom. & vaſall. lis oriatur.*

Legatum factum vxori, donec honeſte, & in viduitate vixerit, poſt mortem fuit grauata de reſtituendo illud Titio, an debeat reſtitui ea viua, ſi tranſit ad ſecunda vota? Dic, quod ſic. dictum fuit ſingulare Ioan. And *in addit. Spec. in rub. de ſecũ. nupt.* quem ſequitur Alex. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum. in 4. col. de lib. & poſth.*

Legata facta in codicillis petuntur vtili actione ex teſtamento, vt eſt gloſſ. *in l. 1. in gloſſ. fin. ff. de teſtam.* & gloſſ. *in l. 2. in verb. perſonales. C. commun. de legat.* & not. Alexand. *in authent. ex cauſa. in 6. colum. de liber. præter.*

Legatum factum vxori per maritum de dote, an debeat probari per vxorem, ſcilic. dotem fuiſſe marito conſignatam; dic, quod, ſi maritus expreſſit quantitatem, puta, quia dixit, lego centum vxori meæ, quæ mihi dedit in dotem: & tunc non eſt neceſſe, quod probetur, ſed vxor poteſt petere legatum text. eſt *in l. ſi non deſignata. & l fin. C. de fal. cauſ. adiec. legat.* Idem eſſet ſi non expreſſiſſet voce, ſed per relationem ad aliquam ſcripturam, vt lego dotem, quæ continetur in tali inſtrumento, vt *d. l. fin.* & facit, quod voluit Bart. *in l. ſi ita, ff de cond. & demonſt.* & not. Ang de Aret. *in §. ſed ſi vxor. Inſt de legat.* Si vero quantitatem non expreſſit, ſed tantum dixit, lego dotem vxori meæ; tunc legatum non debetur, niſi probetur dotem marito fuiſſe conſignatam, vt *d. §. ſed ſi vxori. & d l. ſi non deſignata. & d. l. fin.* facit tex. *in l. ſi prior. ff. ſol. matrim.* Sed ſi maritus legat dotem, quæ vere non fuit ſoluta, ſed tantum promiſſa; tunc tantum liberationem legare videtur, & nihil plus, etiam ſi quantitatem expreſſit. ita dixit Ang de Aret. *in d. §. ſed ſi vxori. in fin.* per text. *in l 1. §. ſed & ſi dotem. ff de dot. prælег.* Et ad prædicta facit text *in l. ſi creditori. & in l. ſi ſic. ff de leg. 1.*

Legitima, quæ hodie debet relinqui filio inſtitutionis titulo, vt *in §. aliud quoque capitulum. in Authent. vt cum de appel. cog.* non poteſt relinqui titulo fideicommiſſi vniuerſalis: Imo etiam tunc diceretur præteritus filius. ita notat Bartol. *in §. inordinatum. in Authen. de hæred. & Falc. & in d. §. aliud. in fine*

*ver.* & Bald.*in l.ſcimus.§ cum viri autem.C.de inoffic. teſtam.*

Lex generaliter loquens in caſu alias iam conceſſo de iure communi, non recipit reſtrictionem de habilitate. Ita dixit Alexand.*in l.1.ante penul col.ff de offic.eius.*per text *in l.1.§.nunciatio.cum ibi not.ff de oper.nou.nunc.in ver. omnibus diebus* & ita ſingulariter limitatur regula quæ ſe habet, quod lex vel ſtatutum generaliter loquens reſtringitur de habilitate. *l.vt gradatim § & ſi lege.ff de mun & hon & l. qui autem.§.ſi iuncta gloſſ in verb. quibuſcunque. ff. de conſtit. pecun.*

Lex habens plures lecturas non debet allegari, vt ex ea ſumatur fundamentum ita dixit Alex.*in l. a em functo.in 3.col.ff. de offic aſſeſſ.*per ea, quæ voluit Bart. *in l.in ambiguo.ff. de reb. dub.*

Locatio facta quandiu vult dominus per mortem reuocatur; quia tunc præſumitur nolle. *l. 4.ff. locat.* ſecus, ſi dixerit reuocandam. *c ſi delegat. de off.del.lib.6.* de qua materia vide *in l.centeſimus.§.fin. de verbor oblig.*

Lex in dubio ſemper cenſetur diſpoſita, ſeu condita pro futuris negotiis, non autem pro præteritis, & idem etiam in ſtatuto. ita dixit Abb. per illum tex. *in c.fin.in 3 not.extr.de conſt.*

Liber rationum mercatoris, continens plura capitula, probat contra eum, & non pro eo. ita dixit Bart. *in l.admonendi.ff.de iureiur & in l. nuda.ratio.ff. de donat.* Ex quo dicebat Bart. *in leg. Aurelius.§.idem quæſit.ff. de lib.leg.* quem ſequitur Abb.*in c bona.el. 7. extra, de poſtulat.prælat.pen.col.* & Abb.*ca.2. 7. colum. extra, de fide inſtrum.* quod aduerſarius poteſt acceptare illud capitulum, quod facit pro ſe, & contra ſcribentem, & repudiare illud, quod facit pro ſcribente, quando capitula eſſent ſeparata; ſecus, ſi connexa. Hoc tamen ſingulariter limitabat Bald. *in l.1. in 3.col. C.de confeſſ* quem ſequitur Abb.*in d.c.bona.in fin.col.* non procedere in modica quantitate; quia tunc ſtatur libro, etiam pro ſcribente: ſecus in magna. ita debet intelligi *l.ratione.& l.exemplo.C de prob at.& l.quædam.§.nummularios.ff.de edend.* & quæ ſit magna, & quæ parua quantitas, relinquit hoc arbitrio iudicis.

Lis habetur pro conteſtata eo ipſo, quod proceſſum eſt ad actum, qui ſolet fieri poſt litem conteſt. gl eſt not.*in c.1.in ver.abſentia.de elect.lib.6.* per quam ita dixit Abb.*in cap.præterea.in fin.de dilat.*

## M.

MVLIER ſequitur forum viri quo ad tria, primo, quod tenetur ſoluere collectas, in domicilio viri, non autem in loco ſuæ originis, *l.fin.§.2. ff. ad munic.* niſi pro poſſeſſionibus, quas habet in loco ſuæ originis, vt dicit *ibi gloſſ.* Secundo; quia debet conueniri in foro viri. *l.cum quædam puella. ff. de iur. omn.iud.* Tertio quo ad exactionē dotis, quam debet exigere in foro viri; quia hoc eſt ſpeciale in dote, vt ibi videatur celebratus contractus dotalis, vbi maritus habet domicilium. *l. exigere. & ibi per Bart.ff de iud.* & ſic contra regulam communem. *l. contraxiſſe.ff de act.& obl.* Fallit tamen ſecundum Alex *in d l.exigere.in addit.ad Bart.* quando mulier traheret virum ad domicilium ſuum, vt voluit Bald.*in rub.C de priuil dot.*

Mandans ſatisfieri omnibus creditoribus ſuis, intelligitur mandaſſe de debitis efficacibus, non autem de his, pro quibus non competit actio; ita ſingulariter dixit Bart.*in l.ſi is cui.§.Flauius. per illum tex.ff de ſol.* & Alex.*in l ſi creditori.ff.de leg. 1.*

Monachus ſi fuerit hæres inſtitutus, & ei fuerit vulgariter ſubſtitutus Titius, an nolente monacho adire hæreditatem, admittatur monaſterium vel ſubſtitutus. Videtur, quod admittatur ſubſtitutus; nam monachus æquiparatur ſeruo potius, quam filio: quod probatur; quia quidquid acquirit, acquirit monaſterio, nec aliquid penes ſe retinere poteſt, ſicut ſeruus, vt not. gloſſ. *in l cum hæredes.§.fin ff.de acquiren.poſſ.* quod ſecus eſt in filio; quia non omne, quod acquirit, acquiritur patri, *in l.cum oportet. per totam l.C.de bō. quæ li.* ergo ſuccedit regula *l.cum proponas.C. de hær.inſtit.* vbi ſeruo nolente adire admittitur ſubſtitutus, non autem dominus. Præterea, ſi monachus æquiparetur filio, ſequeretur vnum abſurdum; quia quemadmodum patre nolente præſtare conſenſum filio, filius poteſt per ſe adire. *l.fin. § ſin autem. C.de bon quæ liber.* ita etiam poſſet monachus monaſterio non volente conſentire; quod eſt falſum, & contra gloſſ. *in d.§.fin.& auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct.eccleſ.* in contrarium tamen determinat Bart. quem communiter ſequuntur Doct. *in l.g.1.in 4.colum ff de vulgar.& pupill.* Nec obſtat, quod dicit gloſſ.*in d.l.cum hæredes.§.fin.* quia ibi non dicitur, quod æquiparetur ſeruo, ſed tantum, quod quicquid acquirit monachus, acquirit monaſterio: imo videtur probare contrarium; quia dicit, monachum non poſſideri à monaſterio, ſicut dominus poſſidet ſeruum. Præterea pater; quia monachus non poſſidet ſicut ſeruus, vnde potius in hoc videtur æquiparari filio. Pro concluſione tamen huius articuli vide Bald *in leg.1.C.qui admitt.* quem refert Alexand. *in d leg.1.in 7. colum.ff.de vulgar.& pupill.* qui dicit, quotienſcumque eſt vtile monaſterio, monachum æquiparari filio; tunc æquiparabitur filio, vt hoc caſu. Si vero eſt vtile, quod æquiparetur ſeruo, æquiparabitur, vt quando monaſterium nollet adire; quia tunc nec monachus, ſicut ſeruus; & ita poteſt reſponderi ad cōtrarium proxime formatum. Eodem modo dicit dom. Socinus *in repet.l.1.in 37.colum.ff.de vulgar.& pupill.* quod ſi eſt vtile monaſterio, monachum æquiparari infanti; tunc infanti æquiparabitur, quæ vtilitas poteſt eſſe illa, de qua *in l.ſi infans. C.de iure delib.* vt ſi eſt inſtitutus infans, & mortuus fuerit ante aditam hæreditatem, pater poteſt hæreditatem adire, perinde, ac ſi fuiſſet

viuus

viuus filius eius. Secus autem ſi eſſet maior infante; quia tunc non tranſmitteretur hæreditas patri; quia *l. 1. C. de his qui ante aper. tab.* habet locum tantum in deſcendentibus, non autem in aſcendentibus, & licet gloſſ. *in d. l. 1.* dicat, quod habet locum etiam in aſcendentibus, tamen illud eſt verum in ſuo hærede, allegat enim text *in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit.* per quem declaratur optime iſta materia, vbi loquitur in ſuo. nam ex quo mortuo patre dominium hæreditatis ipſo iure continuatur in hæredem ſuum, *l. in ſuis. ff. de lib. & poſth.* ideo mortua ibi filia, tranſmittit hæreditatem, etiam non aditam, ad matrem. Ad propoſitum ergo, cum *l. ſi infanti.* ſit exorbitans à iure communi, ideo non debet extendi *l. ſi vero. §. de viro. ff ſol. mat.* Et propterea monachus æquiparatur infanti, quia alias ſi ei non æquiparetur, non tranſmitteret, ſi moreretur ante aditam hæreditatem.

Mixtum an contineatur ſub ſimplici, dic, aut ſumus in fauorabilibus, aut in odioſis: primo caſu, aut prouiſio eſt facta in vtroque ſimplici, & continetur mixtum *l. ſi ita. ff. de lib. & poſth. & l. Clemens. ff. de hæred. inſt.* Aut prouiſio eſt facta in vno tantum ſimplici, & tunc, aut mixtum adhæret potius illi ſimplici, cui erat facta prouiſio, & continetur mixtum *l quæritur. ff. de ſtat. hom.* Aut neutri adhæret, ſed parem cauſam habet cum vtroque ſimplici, & non continetur mixtum. *l. hoc legatum ff. de legat. 3.* Aut ſumus in odioſis; & tunc non comprehenditur mixtum. *l. tutorem ff. de his, quib. vt indign.* Vnde ſi vnum ſtatutum facit mentionē de ciuili iudicio, & aliud de criminali, non comprehenditur ſub eo iudicium mixtum, vt eſt quando pœna applicatur pro parte fiſco, & pro parte parti. ita not. Al. *in rub. C. de iud.* & Doctor. *in l. 2. in prin. ff. de ver. obl* & Iaſ. *in §. omnium. Inſt. de action.* per tex. *in l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adult.* Aliquando tamē etiam in caſu ſtricto ſub ſimplici continetur mixtum, ratione contrarietatis euitandæ, vt *d §. omnium. & d. l. 2.* & ibi per Alex.

Mutus an poſſit donare inter viuos? dic, aut eſt à natura, & non poteſt; aut per accidens, & poteſt, vt eſt tex. & gloſſ. *in l. qui id, quod §. mutus ff. de don.*

Mutuo pecunia tradita, ſi eſt conuentum, quod non poſſit agi, niſi ex præcedenti, vel ſubſequenti ſtipulatione, ita demum talis conuentio eſt ſeruanda, ſi ſtipulatio valeat, alias vitiata ſtipulatione vitiabitur etiam illud tacitum, ſcilicet, quod non poterat agi ex numeratione, & ſic poterit agi ex numeratione, *arg. l. 3. §. fin ff. de ſeruit. ru. præd.* ita tenet Alex. referente Fulgoſ. *in l certi condictio. § quoniam. ff. ſi certum pet.* imitando gl. ibi per text. ſingularem *in l. eum qui §. te, & Titium. ff. de verb. obl.*

Mandatum an finiatur morte mandantis? dic regulariter, quod ſic, re integra. *l. inter cauſas in prin. ff. mand. & l. mandatum. C. eod. tit & l. ſi quidem. C. de act. & oblig. & inſtit de mand. l. § recte* Fallit in inſtitore, in quo licet ſit mortuus inſtituens, non tamen ex ſola morte præſumitur reuocatum mandatum. *l. ſi quis mancipiu. §. ſi impubes. ff. de inſtit.* ſed requiritur reuocatio expreſſa, vel mutatio ſtatus ipſius inſtitoris vna cum morte inſtituentis, vt not. Bartol. *in leg. eius. qui. in 1. col. in fin. ff. ſi certum pet.* Fallit etiam, quando mandatum erat neceſſe omnino impleri per mandantem, ſi non fuiſſet mortuus; quia tunc morte non reuocatur. *l. fundi. §. item ſi amicus. ff. de acquiren. poſſeſſ.* & not. gloſſ. *in d. l eius, qui. in verſ nam & ſi tibi, &c.* de pluribus aliis fallentiis, vid Bald. *in d. leg. mandatum.* Quid autem, ſi mandatarius non obſtante morte executus eſt mandatum, an valeat, quod actum eſt, Dic, aut erat mandatum de exigendo, aut de ſoluendo. Primo caſu, aut erat bona fides, id eſt, ignorantia mortis ex parte debitoris tantum, aut ex parte mandatarii tantum. Primo caſu liberatur ſoluens ope exceptionis. *l. cum quis §. 1. ff. de ſolut.* Secundo caſu non liberatur aliquo modo, ſcilicet, ſi ſciendo mortem ſoluit, vt *d. l. cum quis. in prin.* Si vero bona fides erat ex parte vtriuſque, tunc liberatur ipſo iure. *l. ſi quis ſeruo. ff de ſolut.* Secundo caſu principali, ſcilicet quando erat mandatum de ſoluendo; & tunc, aut ſolutio erat facienda in ſpecie, aut in quantitate. Primo caſu, ſiue ſpecies fuit tradita procuratori mandantis, ſiue procuratori eius, cui erat facienda ſolutio, reuocatur tale mandatum morte; & ſi fuerit data ei, cui ſoluenda erat, dominium non transfertur, ex eo; quia dominium non erat translatum in ipſum procuratorem. de hoc eſt text *in leg. 2 § ſed ſi quis ff. de donat.* Secundo caſu, quando erat in quantitate; & tunc aut fuit dictum, quod ſolueretur eadem, quæ fuit data mandatario, & idem, quod dixi in ſpecie; quia dominium non erat translatum; aut nihil fuit dictum; & tunc aut pecunia fuit data procuratori mandantis; & tunc, ex quo dominium eſt translatum in ipſum procuratorem. quandocunque ſoluitur, ſemper tranſit dominium in accipientem. *l. hoc iure. §. ſi quis dederit. ff de donat.* Verum eſt differentia in hoc; quia ſi procurator ſcienter ſoluit, non habet recurſum contra hæredes mandantis; ſi vero ignoranter, habet recurſum, vt *d. § ſi quis dederit. & l ſi præcedente. ff. mand.* Aut pecunia fuit tradita procuratori eius, cui erat facienda ſolutio, & tunc, ex quo dominium non erat in ipſum translatum, mādatum reuocatur morte, & ex ſolutione facta, poſt mortem non transfertur dominium. ita not. Alex. *in d. l. eius, qui. in 6. col.* Item in iudiciis morte non reuocatur. *l. nulla dubitatio. C. de procurat.*

Mutuum reconciliatur conſumptione. ita demū, ſi conſumptio eſt minutatim facta: puta expendendo ſigillatim; alias ſi pecuniam, quam mihi mutuaſti, alii mutuo dedi, non dicitur adhuc conſumpta, quandiu eſt penes illum, vt probat text. *in l. non omnis. §. ſi pupillus. ff. ſi cert. pet.* & Bart. *in l. 2. appellata. eod. tit.* & ita debent intelligi omnes ll. loquentes, quod mutuum reconciliatur conſumptione.

Mu-

Mutuans pecuniam in refectione domus, habet illam domum tacite obligatam, & præfertur etiam anterioribus creditoribus, *l. creditor. ff. ſi cert. pet. & l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah. & l. ſi ven- tri. §. diuus. ff. de priuil. credit.* ita eodem modo ille, qui mutuauit pecuniam pro emenda domo, ita voluit Paul. de Caſtr. *in d. leg. creditor.* non tamen præfertur mulieri anteriori, vt *in authent. de æqual. dot. §. hu con- ſequens.* niſi mulier ſit poſterior, vt eſt gl. & ibi Bart. *in d. §. hu conſequens.*

Mulier ita demum poteſt renunciare Velleiano, ſi de hoc fuerit certiorata, vt eſt gloſſ. *in l. fin. §. pen. ff. ad Velleian.* alias non valet renunciatio, vt not. Alex. poſt Bart. *in d. §. pen.* niſi renuntiaſſet cum iuramento; nam tunc etiam ſine certioratione valet renunciato. ita tenet Bart. *in l. ſciendum. in 3. col.* & ibi etiam Alexand. *ff. de verbor. oblig.* & idem Alexand. *in rubr. eod. tit. in 2. col.* Et hoc dicitur eſſe de conſuetudine potius, quam de iure communi, quod mulier certiorata poſſit renunciare, nam de iure non valet talis renunciatio; quia tale beneficium eſt inductum propter fragilitatem ſexus, & lex præſumit, quod eadẽ facultate, qua mulier inducitur ad promittendum, inducatur etiam ad renunciandum. ita tenet Bartol. *in d. l. fin. § penult.* & Bart. *in l. doli. in princ. ff. de nouat.* ſicut dicimus in minore, qui non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis, quod eſt ſibi conceſſum propter fragilitatem ætatis, & lex præſumit idem, quod dixi de muliere. *l. ſi iudex. & ibi gloſſ. ff. de minor. & d. l. doli. circa fin.* niſi cum iuramento, vt *in auth. ſacramenta. C. ſi aduerſ. vend.* Tamen in muliere communis obſeruantia eſt, quod poſſit renunciare modo prædicto, vt not. Alexand. *in d. l. 2. circa fin. ff. de fideiuſſ.* ſcilicet cum certioratione, alias ad ignorata non extenderetur renuntiatio. *l. mater. ff. de inoffic. teſtam.* & Bart. *in d. l. ſciendum. in 2. colum.* iuxta hoc ponit vnum ſingulare dictum Alex. *in d. § penult.* ſcilicet, quod ſi in inſtrumento reperiatur, quod talis mulier certiorata renunciauit Velleiano, quod poteſt fieri interrogatorium Notario, quid eſt Velleianum, quod ſi neſciat, mulier poteſt opponere Velleianum per gloſſ. *in l. generali. C. de tabul. lib. 10.* quæ vult, quod Notarius tenetur ſcire leges: quod an ſit verum, vide plene Alex. *in d. l. ſciendum. in 8. colum.* vbi bene diſputat hoc.

Mulier generaliter renuncians omnibus beneficiis ſibi competentibus, non videtur renũciare Velleiano; quia ei renunciare non poſſet, niſi certioretur, ita tenet Alex. *in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* vbi allegat Angel. *in l. qui iure militari. ff. de teſtam. milit.* vbi voluit, quod licet ſit regula, quod ad hoc vt quis poſſit in ſpecie renunciare, ſufficit, quod in genere cogitauerit de eo, cui vult renunciare, vt *d. l. qui iure militari.* tamen hoc fallit in muliere generaliter renuntiante omnibus ſuis benificiis, per rationem prædictam. Ex quo apparet, male dixiſſe Bart. *in l. ſi quis ſub conditione. in 5. colum. ff. de teſt. tutel.* qui contrarium tenuit. Item licet renunciet Velleiano, habet beneficium nouæ conſtitutionis, per quod ipſo iure ſeruatur illæſa. ſcilicet per *authen. ſi qua mulier. C. ad Velleian.* ita dicit gloſſ. & ibi clarius Bald. *in l. 1. C. ne vxor pro marit.*

Mala electio eſt in culpa *l. vtique. §. fin. ff. de rei ven. & l. fin. §. ſeruorum ff. nau. caup. ſtab.* Hoc tamen debet intelligi reſpectu tertii, vt ſi elegi malum medicum, qui interficit ſeruum, quem emeram, ſi poſtea volo ſeruum redhibere, venditor poteſt mihi opponere, tu fuiſti in culpa eligendo malum medicum, *l. quod ſi nolit §. culpa. ff. de ædil. edict.* ſecus reſpectu ipſius electi; quia bene poſſum agere cõtra eum, nec poteſt mihi opponere, non debuiſti me eligere; quia quilibet videtur fateri ſe peritum in arte ſua, vt not. *in l. 2. ff. quod quiſque iuris & in §. præterea. Inſt. ad l. Aquil. & l. illicitas. § ſicuti. ff. de offic. præſid.* ita not. Alex. *in l. cum quid in fine ff. ſi cert. petat.* & de materia prædicta vide Abb. *in c. 1. extr. de reſtit. ſpol.*

Mulier, quæ propter reuerentiam mariti ſeu verecundiam aliquid conſentit, ſeu confitetur in ſui præiudicium, poteſt illud per officium iudicis reſcindere actione, quod metus cauſa; quod intelligas ita demum procedere, ſi præceſſerint minæ mariti, vel verbera; quia alias ſola reuerentia mariti nõ inducit iuſtum metum. Ita voluit Bart. *in l. interpoſitas. C. de tranſact.* & idem Bart. *in leg. ad inuidiam. C. quod metus cauſ.* idem voluit Abb. *in cap. cum dilectus. in 2. col. extra. quod met. cauſ.* & Bart. *in l. 1. §. quæ onerandæ. per illum tex. ff. quar. rer. act. non dat.* vbi ponit idem eſſe etiam in clerico, timore ſui epiſcopi. Prædicta tamen limita, vt ſingulariter per Alex. *in leg. tranſactionem. C. de tranſact.*

Mulier deprehenſa in adulterio ipſo iure eſt infamis, ſecus in maſculo. ita not. Alex. *in leg. palam. §. quæ in adulterio. per illum tex. in addit. ad Bart. ff. de rit. nupt.* & gloſſ. *in l. & ſi crimine. C. de adult.*

Mulier inhoneſte admittens duos viros, dicitur meretrix. ita voluit Abb. *in c. inter oper. in fin. extra. de ſponſal.* per text. *in l. palam. ff. de rit. nupt.* & quomodo probatur meretrix, vide Barb. *in addit. ad Abb. in c. præterea. de teſtib.*

Meretrix, quæ exercet artem publicam meretricii, non poteſt iuuenes expellere volentes rem habere cum ea. Imo ea inuita poſſunt domum eius ingredi cauſa libidinis, vt *l. verum. ff. de furt.* & hoc eſt de iure communi. de iure autem conſtitutionum regni eſt ſecus; nam punitur pœna capitis violator meretricis, ſicut & honeſtatum mulierum, vt *in conſtit. omnes noſtri reginiinis, &c.*

Minor an per viam reſtitutionis poſſit producere teſtes poſt publicatum in cauſa? dic, quod ſic. ita voluit Bart. *in l. vbi exigitur. ff. de edend.* & Bart. *in leg. minor 25. ann. omiſſam ff. de minor.* & plene Bartol. *in l. 1. §. nunciatio in penult. col. ff. de oper. nou. nun.* Nec obſtat, quod minor non reſtituitur aduerſus dolum præſumptum in futurum, vt *l. 1. Cod. ſi aduerſ. delict.* quia

quia quando damnum pateretur de præſenti; tunc bene reſtituitur, vt in hoc caſu, vbi doſus præſumitur in futurum, ſcilicet ſubornatio. ita ſingulariter dixit Bart. *in d. §. nunciatio. in fin. col.*

Mulier an per viam reſtitutionis poſſit producere teſtes poſt publicatum in cauſa? dic, quod non. ita tenuit Bart. *in d. l. 1 §. nunciatio. in fin. col. ff. de oper. nou. nunc.* niſi non potuiſſet conſulere peritiores, ſecundum Salic. *in l. 1. C. de iur. & fac. igno.* & vide plene per Doct. *in l. vbi exigitur. ff. de edendo.*

Mulier habens maritum inutilem, dicitur vidua; ſicut patet habens filium inutilem, dicitur carere filio. vt eſt gloſſ. *in l. fin. C. ad l. Fauiam de plag.* & dixi infra *in verſ. pœna mutilationis, &c.*

Mulier etiam ſi ſequatur maritum ſuum rebellē, cuius bona publicantur, non tamen per hoc dos ſua debebit publicari. ita voluit And. de Iſern. *in conſtit. quæ incipit. plene.*

Maritus putatiuus non habet priuilegia maritorum, nec dicitur vere maritus, vnde ſi fecerit pactū de dote lucranda, tale pactum non valet: imo ſtatim poteſt dos repeti per condictionem ob cauſam, vt not. gloſſ. *in l. ſi cum dote. §. fin. ff. ſol. mat.* non enim repetitur per actionem de dote, cum nulla dos fuerit, vnde dotem non lucratur. vt *l. penul. §. fin. ff. quod cum fal. tut. auct.* Nec habet priuilegium, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, vt not Alex. *in l. maritum. ff. ſol. matr.* Quod limita, niſi dolo fuiſſet inductus ad contrahendum matrimonium; nam tunc, ſi fecit pactum de lucrando dotem, eſt tutus exceptione doli, vt *d. l. pen. §. fin.* alias omnia priuilegia marito conceſſa, ſunt ei prohibita; vnde nec dilationem habet, de qua *in leg. vnica. §. exactio. C. de rei vx. act.* vt not. Alex. *in d. l. ſi dotem. §. fi.* ſecus autem eſt ex parte vxoris; quia omnia priuilegia retinet. *l. ſi ſponſa. ff. de iure dot. & l. 2. § fin. & ibi gloſſ. ff. de priuileg. cred.* & Alex. *in d. §. fin.*

Maritus conuentus conſtante matrimonio; puta; quia vergit ad inopiam, an debeat conueniri in ſolidum, an vero in quantum facere poteſt; & quid ſi res dotales extent, & ſic conuenitur actione reali, vide infra *in ver. vxor, quæ conuenit &c.*

Maritus promittens dotem alteri reſtituere in caſu ſoluti matrimonii, de conſenſu mulieris, an teneatur in ſolidum, an vero in quantum facere poteſt? Dic, quód ſi dixit, promitto tibi, quæ vxori meæ debeo, non expreſſa quantitate; tenetur in quantum facere poteſt: ſi vero dixit, promitto tibi centum, quæ vxori meæ debeo, tenetur in ſolidum. ita eſt gloſſ. & ibi etiam Bart. *in l. ſi prior ff. ſolut. matr.* per quam gloſſ. inferebat multum ſingulariter Bald. Nouel. *in l. quæ dotu. ff. ſol. matrim.* quod ſi hæres ante confectionem inuentarii, dicat creditori hæreditario, promitto tibi cētum, quæ teſtator meus tibi debebat, licet poſtea conficiat inuentarium, non tamen poterit opponere exceptionem inuentarii, ſed inſolidum tenetur, licet hæreditas non ſit ſoluendo; ſecus ſi dixiſſet, promitto tibi, quod teſtator tibi debebat.

Mulier, quæ ſe animali bruto iungit, vt habeat rem cum eo, debet interfici, & vna cum ea etiam animal illud interfici debet, licet ratione careat, vt *in c. mulier. 15. qu. 1.* & not. Bald. *in l data opera. in 3. vel 4. col. C. qui ac. non poſſ.* vnde nota caſum ſingularem, in quo punitur animal brutum à lege, & hoc ad perpetuam memoriam.

Mulier, ſi ex forma ſtatuti non poteſt teſtari ſine conſenſu mariti, an poſſit maritum inſtituere hæredem cum ſuo conſenſu? dic, quod non: quia nemo poteſt auctorari in cauſa propria, *l. 1. ff. de auctor. tut.* & ibi hoc tenuit Alex. *in addit. Bart. in addit. magna. in fin.* vbi ſingulariter dicit, quod mulier non poteſt contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, ſi contraheret cum vno propinquo cum conſenſu ſuo & alterius propinqui, nō valeret contractus de qua quæſt. vide Abb. idem tenentem *in c. cum in veteri. in 3. col. extr. de elect.*

Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto nō poſſidet, ſed detinet tantum, & ideo non facit fructus ſuos, ſed tenetur reſtituere, *l. prætor §. his verbis. ff. de bon. auct. iud. poſſ.* ibi enim dicitur, quod creditor poteſt repetere impenſas factas pro colligendis fructibus, & tamen ſi feciſſet fructus ſuos, non repeteret expenſas; quia compenſarentur cum fructibus. *l. diuortio. §. impendia ff. ſol. matr.* & ibi eſt gloſſ. *in ver. non repetuntur.* Quandoque tamen propter nimiam contumaciam rei poſſeſſor ex primo decreto bene faceret fructus ſuos. *l. Fulcinius. §. fi. ff ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Miſſus tamē ex ſecundo decreto bene facit fructus ſuos; quia ille vere poſſidet. *l. ſi finita. §. Iulianus. & ibi habetur. ff. damn. infect.*

Mendax non præſumitur eſſe in dolo, niſi mendacium redundet in vtilitatem ſuam. ita tenet Alexand. *in l. dolum. C. de dolo.* Item mendax æquiparatur furi. ſecundum Bald. *in l. ceſſante. C. quom. & quando iudex.*

Maritus mittens ſeu trandens aliqua iocalia vxori, vel ſponſæ, an in dubio videatur illa donare, adeo quod ſoluto mattimonio non poſſint repeti. vide Bald. *in authent ex teſt. in 4 & 5. col* vbi diſtinguit, quod ſi erant modici valoris, præſumuntur donata; ſecus ſi magni, quæ præſumuntur reuocata per pignorationem. Bald. *in l. ſi maritus. la 2. C. de don. inter virum & vxor.*

Minor, eo ipſo quod accipit pecuniam mutuo, præſumitur læſus; vnde poteſt petere in integrum, abſq; eo, quod probet ſe læſum. tex. eſt. & ibi gl. *in l. 1. C. ſi adu. cred.* & not. Alex. *in l. ſingularia. in 6. col. ff. ſi cert. pet.* licet in aliis caſibus non præſumatur læſus, niſi probet; vnde dixit ſingulariter Bald. *in l. fin. C. de in int. reſt. min.* quod minor quando petit reſtitutionem, debet concludere, quia ſui facilitate eſt læſus, vel dolo aduerſarii, alias non ſufficeret allegare ſe læſum, niſi probaret alterutrum prædictorum. E

ibidem ſubdit Bald. quod minor non reſtituitur in actu neceſſario, vt ſi ex forma ſtatuti cauſæ debeant compromitti, minor non reſtitueretur aduerſus tale compromiſſum. Similiter nec aduerſus conſuetudinem.

Monachus de ordine minorum, qui nihil proprium poteſt habere, ſi per Pontificem ſit creatus epiſcopus, an recuperet, ius ſuccedendi in bonis patris? Dic, quod ſi viuo patre ſit factus epiſcopus, recuperat. Secus ſi mortuo. ita dixit Bart. *in tractat. minoritarum. in vlt. col.* Ratio eſt, quia poſt mortem patris ius reperitur alteri quæſitum, vnde ad illud non reſtituitur. arg. eorum, quæ voluit Bart. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum. in pen col. ff. de lib. & poſth.* & Andr. de Iſern. *in c. 1. de vaſ. decr. et.* & idem And. *in c. 1. § præterea ſi vaſall. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. in 4. col.* vbi dicit notabiliter, quod ſi filius propter delictum amiſit ius primogenituræ, & deinde ſit per Principē reſtitutus, recuperat illam, ſi viuo patre ſit reſtitutus, ſecus ſi mortuo, facit etiam quod voluit Bald *in c. domino guerram in 4. col. hic finitur lex.*

Mulier dicitur eſſe in capillo, quando nondū eſt nupta, & ſtat in domo patris. & iſtud dicitur eſſe vocabulum Longobardicum, ex eo, quia mulieres innuptæ ſolēt ire Bononiæ capite diſcooperto, ita declarat Andr. de Iſern. *in c. 1. § rurſus. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.*

Mulier pro cauſa ciuili non poteſt capi nec incarcerari, *l. 1. cum auth. Sed hodie C. de offic. diuer. iu. & authen. hodie nouo iure. C. de cuſtod. reo.* vbi idem in criminali non grauiſſima, ſecus ſi ſit grauiſſima, quia tunc poteſt capi, ſed debet mitti in monaſterium, vel in domum honeſtæ mulieris, & vt ibi habentur, quæ omnia procedūt in muliere honeſta, ſecus in meretrice, vt not. Bart. *in §. neceſſarium. in auth. vt nulli iud.* & Bald. *in l. conſentaneum. in fin. col. C. quom. & quando iudex.* Quod limitat Ioan. And. *in add. in rub. de iniur.* non procedere in meretrice nupta. cuius dictum refert, & ſequitur Alex. *in l. plerunque. in fin. col.* & ibi etiam Iaſ. *ff. de in ius vocan.* Item prædicta limitantur non procedere quando mulier renunciaſſet prædictis ll. vel generaliter omni legum auxilio, quia poteſt tunc capi. ita dixit Bar. *in auth. matri & auiæ. pen. col. C. quando mul. tutel. offi. fung.*

Mandatum principis licet alias non valeat, niſi monſtretur in ſcriptis, tamen hoc nō habet locum, quando princeps erat in illo loco, in quo eſt factum mandatum. ita dixit Spec. *in tit. de probat. §. videndum. verſ. auditorib.* quem refert & ſequitur Iaſ. *in l. 2. col. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* & quod mandatum debeat monſtrari in ſcriptis, eſt text. *in l. 1. C. de mand. princ.* & Bart. *in l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10.*

Minima quando ſunt in conſideratione, & quando non, vide omnino Bart. *in l. ſi proprietarius. ff. de damn. inf.* & Bart. *in l Seio ff. de in integ. reſt.* vbi notabiliter diſtinguit, aut ſumus in iure communi, & tunc de minimis curatur. & ita loquitur tex. *in d. l ſi proprietarius.* Aut ſumus in iure ſpeciali; & tunc non curatur, ita loquitur tex *in d. l. Seio.* multos tamen caſus, in quibus de minimis non curatur, vide per Iaſ. *in l. ſciendum. in prin. 4. col ff. qui ſat cog.*

Medicus nouus dicitur homicida parentum: Ideo non eſt confidendum de eo, ſecundum Ang. *in l. 1. §. pueritiam ff. de poſtulan.*

Mors ciuilis & naturalis quando æquiparatur, vide Alex. *in conſ. 2. in 6. col. 1 vol.*

Media via in tantum eſt eligenda, quod ſi iudex habet aliquem proceſſum ita dubium, vt neſciat, in quam partem inclinet, poteſt vnicuiq; partium per ſuam ſententiam aſſignare dimidiam, & nō peccat. Imo eſt iuris. ita tenet Petr. de Ancg. *in con. 210. incip. inter cōtraria & varia.* & Phil. Dec. *in con. 176. in c. viſo themate. col. 5 in fin. & 6* Quod nota pro his, quæ dicit Bart. *in l. Neſennius. ff. de neg. geſt.* ſcilicet, quod ruſtici diuidunt quæſtionem per medium, &c.

## N.

NVPTIÆ nefariæ dicuntur, quæ fiunt inter aſcendentes & deſcendentes: inceſtæ vero, quæ fiunt inter collaterales: ita not. gl. *in l. inceſtæ. ff. de ritu nupt.* & gloſſ. *in rubr. C. de inceſt. nupt.*

Nuncians nouum opus fruſtratorie alicui, tenetur ei actione de dolo, vel actione in factum ad intereſſe, ſi ille propter talem nunciationem, deſtitit ab opere ſuo. ita Bart. *in l. de pupillo. in princ ff. de oper. nou. nunc.* motus per *l. rem quandam. ff. de dolo.*

Notarius ſcribens inſtrumentum, vel teſtamentum, ſi non legit illud coram teſtibus, dicitur ipſo iure nullum, adeo quod nec iure codicilli valebit tale teſtamentum, vt eſt gloſſ. *in l. fidecom. §. 1.* & ibi Bart. *de leg. 3.* & Bald. *in l fin. C. fa. erc.* & idem Bald. *in auth. quod ſine. C. de teſtib* licet inter libros valeret, ſecundū Bart. *in l. ſi is, qui. ff. de teſtam.* & legata ad pias cauſas deberentur, vt dicit Imol. *in d. l ſi is, qui.* quem refert Alex. *in add. Bart. in d. § 1.* licet Bald. ibi teneat contrarium, & de prædictis vide Franc. Cur *in rep. l. admonendi. col. 43 de iureiur.* & quod teſtamentum nō lectum valeat ad pias cauſas, tenet Bart. *in l. in teſtamento. ff de fideicom. lib.* Notarius qualiter debeat ſe habere in ſcribendo inſtrumentum mutui, vide Bartol. *in l. Lucius in prin. de leg. 3.* & Ang *in l. ex facto. in pr. de vulg & pup. & in l. mutuus. in princ. ff de procu.* & Bal. *in l. diſcretis. C. qui te. fac. poſ.*

Notarius condemnatus de falſo non poteſt amplius inſtrumenta conficere, niſi hoc fuerit ſibi reſeruatum in ſententia, ita not. Alex. *in l. ſi quis ex argentariis. § cogentur in fin. ff de edend.* Item intelligas facta condemnatione; quia pendente proceſſu poteſt inſtrumenta conficere, cum adhuc ſit in poſſeſſione notariatus, vt dicit Alex. *in d. § cogentur.* & Bart. *in l. eadem ff. ad l. Iul. repet.* & idem Bart. *in repet. l. Barbarius. col. 6 ff de offi. pretor.* vbi etiam ponit quod poteſt publicare inſtrumenta confecta ante condēnationem, quod eſt notandum. prædicta tamen intelligas.

ſigas vera, quando fuit condemnatus ex falſitate alicuius inſtrumenti; ſecus ſi ex alia cauſa; quia tunc inſtrumenta per eum facta tenent, licet efficeretur infamis, vt habetur per Alex. *in d. §. cogantur*.

Notarius apponens aliquas clauſulas non conſuetas apponi in inſtrumento, præſumitur ſuſpectus, & poteſt argui de falſo. ita ſentit Abb. *in c. cauſam. col. 1. de teſti.* & ibi per Barb. *in add. ad Abb.* cui adde Iaſ. *in l. 1. §. 1. in 1. not. ff. ſi quis ius dic. non obtem.* & ſupra, *in verſ. iudex apponens, &c.*

Notarius an poſſit denegare alicui artem conficiendi inſtrumentum, & an poſſit compelli ſi denegat, vide infra *in verſ. obligatus ad rem reſtituendam, &c.*

Notarius falſificans inſtrumentum, licet alias puniatur de falſo; tamen hoc non habet locum, quando falſificauit inſtrumentũ, quod erat ipſo iure nullum, vt voluit Bald. *in l. 1. C. de ſepul. viol.* & Bar. *in l. ſi quis legatũ. ff. de falſ.* quod facit ad id, quod voluit Bart. *in l. fin. §. pen. C. communia de legat.* vbi dixit, quod ſi ſtatutum dicat, quod pro qualibet alienatione ſoluatur certa gabella, alias alienans perdat rem, quod hoc non habebit locum, quando alienatio eſſet ipſo iure nulla. Item facit ad id, quod dixi ſupra. *in verſ. falſificans monetam.* & ſupr. *in ver. Emphyteuta alienans.* & ſupra, *in ver. iudex licet alias, &c.*

Nauta qui promiſit vehere res alicuius in aliquã regionem, ſub certa pœna, excuſatur à pœna, ſi fuit per Principem vel per alium Poteſtatem eius nauis impedita. ita voluit Ang. *in conſ. 112.* per tex. *in l. ſi vehẽda §. pen. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* & hoc habet locum etiam, ſi nauta iuraſſet; quia difficultas excuſat cum à mora, & à periurio, vt *in c. breui. ext de iureiur.* & gl. *in c. beatus. 22. q. 2.* Intelligas tamen, quod quælibet difficultas excuſat à periurio, vt dicit Abb. *in d. c. breui.* non tamen quælibet excuſat à pœna, & à mora, pro quo vide Bart. *in l. quod te. in pen. col ff. ſi cert pet* & Bart. *in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig.*

Nomen, *periculum*, non importat caſum fortuitum. vnde ſi fiat pactum, quod talis res ſit in periculo tuo, non per hoc teneris de caſu fortuito, vt eſt gloſſ. *in l. opus quod auerſione. ff. locat.* & Alex. *in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet.* & tex. *in l. 1. §. ſæpe. ff. depoſ.*

Notarius debet vti ſemper vno ſigillo in inſtrumentis, alias ſi in vno apponeret vnum ſigillum, & in alio apponeret aliud ſigillum, puniretur de falſo. ita tenuit Bald. *in l pro. hæ. C. de col* quem refert Barb. *in add. ad Abb in c. 1. col. 4. de fid. inſtr.*

Notarius, qui cancellauit inſtrumentum, deinde ſcripſit in inſtrumẽto, qualiter illa cancellatio fuit errore facta, & non data opera, an facit tale inſtrumentum fidem plenam per illa verba: dic, quod ſic. ita voluit Bart. *in l. in fraudem. §. 1. ff. de mil. teſtam.* & Bald. *in l Imperator. ff de ſtat. hom.* quod verum eſt ſi in corpore ſcripſit; ſecus ſi in margine; quia non facit fidem, ita not. Alex. *in l. ſi vnus. C. de teſtam.*

Notarius an poſſit in publicam formam redigere inſtrumentum confectum per alium notarium dic, quod non regulariter, niſi ille Notarius eſſet mortuus vel abſens, & partes haberent neceſſe præſentare inſtrumentum. ita dixit Abb. *in cap. tabellio. col. 2. de fid. inſtrum.* & Bart. *in l quadam. § nihil intereſt ff. de eden.* & tunc debet ſibi committi per iudicem. alias nullo modo poteſt, niſi eſſet hæres, vel legatarius, vel donatarius, vt dicit ibid. Abb.

Notarius, qui aliquid omittit in inſtrumento, præſumitur potius illud errore omiſiſſe, quam doloſe, ita not. Bart. *in l. quotiens. §. 1. ff. de hæred. inſtit.* & Alex. *in l. iub. col. 2. C. de teſtam.* fallit tamen hoc in teſtamento in ſcriptis, vbi dolus præſumitur ſecundum Alex. *in d. l. iubemus.*

Nuncius publicus non poteſt aliquẽ capere perſonaliter, niſi habeat de hoc ſpeciale mandatum à iudice, & conſtet per ſcripturam. ita ſingulariter dixit Bald. *in l. conſentaneum. col. 2. C. quom. & quando iudex.* quem ſequitur Bart. *in addit. ad Abb. in c. cum parati. de appell.*

Notarius rogatus à partibus ad conficiendum aliquem contractum, cenſetur rogatus etiam, quod in eo apponat omnes clauſulas conſuetas. ita Bald. *in l. fin. per illum tex. C. de fideiuſſ.* & Alex. *in l. Gallus. §. idem credendum. col. pen. ff. de lib. & poſthum.* & Alexan. *in conſil. 169. vol. 2.* & Iaſ. *in l. 1 §. ſi procurator. in fin. col. ff. ſi quis ius di. non obtem.* vbi refert in ſimili etiam Bald. & Ang. *in l bene à Zenone. C de quadri. præſcript.* qui dicunt, quod Notarius cenſetur etiam rogatus, vt ponat pœnam in inſtrumento conſuetam apponi. vide omnino Alex. *in conſil. 28. colum. 2. vol. 2. & conſil. 27. eod. vol.*

Notarius poteſt ſtipulari pro abſente, & ſi ille ratificat, acquirit actionem ſine ceſſione. Paulus de Caſtr. *in conſil 195. col. 3. vol. 2.*

## O.

OBLIGATIO, in qua ineſt dies tacita, vel expreſſa, adueniente die conſtituit debitorem in mora, etiam ſine interpellatione. *l traiectitia. §. de illo. ff. de act. & obl. & l. magnam. C. de contrah. & com. ſtip. & l. ſi cum dies. §. fin ff. de arb. & l. 2. C. de iure emph.* dies enim interpellat pro homine, vt *d. ll.* & not. gl. *in l. ſi mora. ff ſol mat.* Sed ſi debitor vult purgare moram, & conſtituere creditorem in mora poſt diem, debet realiter offerre pecuniam. *l. acceptam. & l ſi parte. C. de vſur.* Nec ſufficit verbis offerre. Alexan. *in d. leg. ſi mora.* tunc enim, quando realiter offert, liberat ſe à caſu & leuiſſima culpa, & tenetur tantum de dolo & lata, de leui autem minime tenetur, vt *dict. leg. ſi mora.* Vnde transfert periculum in creditorem. *l. qui decem. ff. de ſolut.* Adde etiam, quod per perceptionem fructuum conſtituitur debitor in mora, & tenetur ad vſuras. *l. Iulianus. § ex vendito. ff. de acquirend. emption. & l. curabit. C. eod. titulo.*

Obligatio, in qua eſt appoſita conditio per adu-

uentum conditionis non conſtituit debitorem in mora. ita eſt communis opin. Bart. & Alex. *in l. quotiens in diem. ff. de verb. oblig.* & Bart. *in l. ita ſtipulatus. in 3. qu. eod tit.* Et ratio eſt ſecundum eum; quia euẽtus conditionis non poteſt duos effectus operari, ſc. inducere obligationem, & conſtituere in mora, & in hoc differt ab obligatione, in qua eſt dies appoſita.

Obligatio nunquam tollitur per acceptilationẽ, niſi præcedente Aquiliana ſtipulatione, vt *Inſt. quib. mo. toll. obl. §. item per acceptilationem.* Et ratio eſt; quia acceptilatio eſt actus ciuilis. *l. actus legitimi ff. de reg. iur.* ſed per actum ciuilem non tollitur naturalis. *§. fin. Inſt. de leg. Aquil & l. has obligationes. ff. de cap. di.* vt eſt obligatio *l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.* vnde eſt neceſſe, quod prima obligatio transfũdatur per nouationem in ſtipulationem Aquilianam, & poſtea per acceptilationem tollatur; & ſic vnum ius ciuile tollit aliud; acceptilatio enim, quæ verbis fit, obligationem verborum tantum tollere poteſt. Sed circa hoc poſſet dubitari, cum ſtipulatio Aquiliana ſit ciuilis, quomodo poteſt transfundere obligationem in ſe, quæ eſt de iure naturali, ſeu gentium? Dic, quod ratio eſt; quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus. *l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei ven.* vnde vna obligatio facilius in aliam transfunditur, quam in liberationẽ, cum ſit diuerſi generis, & ideo requiritur verborum obligatio, ſcilic. Aquiliana, ita not. Alex. *in l. actione. col. 1. C. de tranſact.*

Obligatus ad factum licet non poſſit præciſe cõpelli ad factum, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. *l. 1. ff. de action. empt. & l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. oblig* tamen quando teſtator grauaſſet hæredem aliquid facere, poſſet hæres præciſe compelli ad factum, vt eſt textus *in leg. fideicomm. §. fin. ff. de leg. 3.* & Alexand. *in leg ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. de verbor. oblig.*

Obligatus ad aliquam rem ratione obligationis, quam habet contra aliquem cedendo illam actionem liberatur ab eo, à quo poteſt conueniri. tex. eſt, & ibi not *in l. etiam. §. fin ff. ſol. matr. & l. quod debetur. ff. de pecu.* Et ratio eſt; quia dubius eſt litis euentus, vt *d l. quod debetur. & ibi not.*

Obligatus ad aliquam rem, an illa re perempta liberetur, diſtingue, aut ſumus in debitore generis, aut quantitatis, aut ſpeciei: primo caſu, aut erat debitor generis generaliſſimi, vt hominis in genere: & tunc indiſtincte ſemper tenetur, quia genus nunquam perit. *l. incendium. C. ſi cert. pet.* Aut generis ſubalterni, vt in debitore incerti ex certis, & tunc, aut ex illo genere ſunt perempta aliqua corpora, & aliqua nõ, & adhuc tenetur. *l. in ratione. §. incerta. ff. ad leg. Falcid.* Aut totum illud genus ſubalternum, & liberatur, vt *d. §. incerta.* niſi fuiſſet peremptum poſt moram, *arg. l. ſi ex legati ff. de verbor. oblig.* Secundo caſu, quando ſumus in debitore quantitatis, dic, aut eſt debitor quantitatis ratione certæ ſpeciei, & perempta ſpecie liberatur à quantitate. *l. quidam. §. ſi tibi. de legat. 1. & l. Titia textores. §. final. eod. titul. & l. 4. qui. de actio. & obl. & l. filiusfam. §. fin. de leg. 1. & l. quæſitum, in princip ff. de pecul.* & hoc ſi res fuerit perempta ante moram; nam ſecus ſi poſt morã, vt probant prædicta iura à contrario ſenſu, vel ſi culpa debitoris interceſſit, etiam ante moram. *l. ſi ſeruum. in princ. & l cum filius famil. & d. l. ſi ex legati. de verbor. oblig & l. quod te.* & ibi per Bart. *ff. ſi cert. petat.* Item prædicta intelligas procedere, quando ſumus in tali ſpecie, quando debitor ſoluendo poſſet liberari à quantitate, vt *l. miles. §. 1. ff de re iud. & l. ſi fundum per fideicomm. de leg. 1. & l. ſi vero. §. fin. ff ſol. matrim.* alias ſecus, ſicut dicimus in emptore, qui tenetur ad pretium ratione illius ſpeciei emptæ, qua perempta adhuc tenetur ad pretium poſt traditionem. *leg. id, quod. & l. neceſſario. in princ ff. de peric. & com. rei vend.* quia dando illam ſpeciem non poterat liberari inuito venditore, ſicut in caſibus & iuribus præallegatis. ita dicit Bald. *in d. l. quod te.* & ibi etiam Alex. *in 2. colum.* allegans *l. hominem. ff. mandat.* Aut erat debitor quantitatis ſeu certæ monetæ: tunc ſi illa moneta eſt perempta quoad formam; quia non expenditur amplius; dic, quod debitor non liberatur, niſi dederit æſtimationem illius monetæ in aliam formam, vt *ext. de conſi. ca. cum canonicis. & ibi not.* vel niſi ſoluerit illam monetam reprobatam ſaltim in materia; quia materia attrahit ad ſe formam, quando ſumus in his, quæ poſſunt reduci ad priſtinam materiam, ſecus ſi non poſſunt reduci. *l quæſitum. §. illud fortaſſe. ff. de leg. 3.* de qua materia videas per Bar. *in l Paulus. ff. de ſolut.* Aut erat debitor quantitatis in genere; & tunc ſemper tenetur per *d. l. incendium.* niſi obtulerit pecuniam creditori, & ipſe voluerit accipere; quia tunc perempta pecunia caſu liberatur debitor ope exceptionis, *l. qui decem. in princip. ff. de ſolut.* Tertio caſu principali dic, aut ſpecies eſt perempta ante moram; & tunc, aut facto debitoris & iuſto, & liberatur. *l. qui ſeruum. de verbor. oblig. & l. quid ergo. §. ſi hæres hominem. de leg. 1.* aut in iuſto, & tenetur, vt *d. l. ſi ſeruum. in princip. & d. l. ſi ex legati* aut facto creditoris, & liberatur debitor. vt *l. arbitrio §. fin. ff. de dolo.* aut facto tertii, & tunc aut in odium creditoris, & liberatur, quia damnum cenſetur factum ab eo, cuius contemplatione dicitur eſſe patratum *l ſi merces. §. culpæ. ff. locat. & l. penul. ff. ſol. matr.* Aut caſu fortuito. & liberatur, vt *d. l quod te. & l. quæ fortuitu C de pign. act.* & vide plene Bart *in l. Stichus. certo. ff. de verb. obli.* Si vero eſt perempta poſt morã; & tunc, aut ſumus in conuento actione reali, & tunc, ſi ſemper fuit in bona fide, vel iuſtam cauſam habuit litigandi, liberatur: Si vero fuit in bona fide, & poſtea ſuperuenit mala; tunc debet fieri diſtinctio, an res eſſet eodem modo peritura penes actorem, vel non. *l. item ſi verberatum. §. final. & ibi eſt gloſſ. ff. de rei vendic.* Si vero ſumus in conuento actione perſonali; & tunc indiſtincte non liberatur. *l. merito. ff. de vi & vi armat. & dict. l. ſi ſeruum. §. fin.*

Fal-

Fallit in caſu *l. ſi cũ exceptiones. §. quod ſi homo.ff. quod met. cauſa* & vide Bartol *in d.l. quod te.* Quid autem ſi res pereat intra tempus purgationis moræ? Videtur, quod debitor ſit liberatus; quia paria videntur iſta tempora, ſcilicet ante moram, & durat tempus purgationis, cum vtroque caſu ſoluendo debitor liberetur, nec ad aliquod intereſſe tenetur. *l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & l. ſi inſulam. de verb. obl.* In contrarium eſt veritas per tex. *in l. ſancimus. §. fi. C. de fideiu.* vbi fideiuſſori de iudicio ſiſti datur ſemeſtre tempus ad præſentandum reum, poſt quod tempus datur ſibi aliud ſemeſtre ad moram purgandam, intra quod vltimum ſemeſtre, ſi reus moriatur, non liberatur fideiuſſor; ſecus ſi intra primum ſemeſtre, intra quantum autem tempus mora purgetur, vide plene per Bart. *in d.l. ſi inſulam.* adde Alex. *in d.l. ſi ex legati.*

Obligatus naturaliter tantum, ſoluendo non habet repetitionem *l. Iulianus. & l. interdum. & l ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. & l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſor. & l. ſi eius. in princ. ff. ad Treb. & l. quod in diem. §. etiam. ff. de compenſat.*

Obligatus ad rem reſtituendam, ſi non vult reſtituere, iuratur contra eum in litem iuramento affectionis. *l. qui reſtituere. ff. de rei vendic.* Quod tamen limita non procedere, vbicunque dominus illius rei haberet illam rem venalem; quia tunc non permittitur ei iurare in litem, ſed poſſeſſor debet condemnari ad iuſtum & verum pretium. gloſſ. eſt ſingularis *in l. non enim. ff rerum amot.* Ex quo infert ad id, quod voluit gloſſ. & Bartol. *in l. 1 §. cura carnis. ff. de offic. præf vrb.* ſcilicet, quod quilibet poteſt accedere ad lanionem, & emere carnes, etiam eo inuito; quia cum habeat illas venales, non poteſt quem prohibere iuſto pretio emere volentem. Secundo infertur ad id, quod voluit Bart. *in l. 1. § 1. ff fur. aduer. nau. caup. ſtab* quod Notarius, qui incepit publice exercere officium notariatus, non poteſt alicui denegare confectionem inſtrumenti, imo poteſt compelli præſtito ſalario, vt *l. placuit. C. de col. fund. patrimo. in fin.* Imo plus dicit Alexand. *in d. §. 1.* quod ſi Notarius denegat artem conficiendi inſtrumentum alicui, poteſt priuari officio notariatus, allegat Bald. *in l. prouidendum. C. de poſtul.* Quod limita, niſi eſſet impeditus propter maximam copiam petentium ab eo confectiones inſtrumentorum; quia tunc poteſt denegare, vt dicit Bartol. *in d. §. 1.* Item limita, niſi ille, qui petiit Inſtrumentum, eſſet inimicus Notarii, vt not Andr. de Iſer. *in conſtit. quæ incipit: omnes noſtri regiminis.* Et prædicta faciunt ad ea, quæ dixi ſupra *in ver. hoſpes, qui incepit.* & ſupra *in ver. meretrix, quæ exercet.* & ad prædicta vide Afflict. *in tracta. de iure protimiſ. colum. 2.*

Officialis licet de iure non poſſit conueniri regulariter de exceſſibus commiſſis in officio, niſi in tempore ſyndicatus; in patria tamen ſua poterit quandocunque etiam perpetuo conueniri. Ita tenet Bat. *in l. 1. in fi. ff. ad l. Iul. repet.* & Abb. *in c. aduerſus. col. 3. de immu. eccl.* & ibi vide per Barb. *in addi.* multas fal. in quibus officialis poteſt conueniri durante officio.

Occidens eum, qui ad mortem damnatus erat, licet videatur excuſari poſſe; quia ille erat cito moriturus; tamen punitur de homicidio, & ſic pœna capitali. Ita not. Bald *in l. addict. s. C. de epiſc. audi.*

Obligati plures ex delicto non dicuntur duo, pluresve rei; imo ſolutione vnius, alii non liberantur. *l. item Mela. §. ſi plures. ff ad leg. Aquil.* Ex quaſi vero delicto non dicuntur duo rei, ſed quaſi duo rei, cum teneantur ex quadam neceſſitate legali Ita dicit Bart *in l. fin. ff. de du. reu.* Solutione tamen vnius alii liberantur. *l. 1. § fin. cum ll. ſeq. ff. de his qui deiec. vel eff.* An autem conuentio ſeu pactio vnius ex delinquentibus liberet alios, vide Bart. *in l. ſemper. §. ſi in ſepulchro ff. quod vi aut clam.* & ad materiam vide Iaſ. *in § pœnales. colum. 3. & 4. Inſt. de act* & Bart. *in authent. hoc ita in 14. quæſt. 1. partis. C. de duob. reis. & in 15. q.* & gloſſ. *in l. pen. § fin ff ne quis eum. qui in ius voc.*

Opponens exceptionem ſolutionis, non per hoc videtur fateri debitum. ita Bart. *in l. Iulianus. colum. 4. ff. de cond. indeb.* & Alexand. *in l. non vtique. ff. de except.*

Opinio communis eſt ſeruanda, nec ab ea recedendum propter aliquam ſingularem phantaſiam. Ita dixit Bald. *in l. fin. colum 1. C. de inſtit. & ſub.* & ibi etiam Paul de Caſtr. & Alexand. *in conſil. 95. volum. 2.* quos refert & ſequitur Iaſ. *in l. ſciendum. §. fin. colum. penult. ff. qui ſatiſd. cog.* in tantum, quod dicebat Alexand. *in præallegato conſil.* quod iudex facit litem ſuam, qui relicta communi opin. adhæret opin. ſingularis doct. Dicebat tamen Abb. *in cap tua nos, col. fin. de vſur. & in c. prudentiam. de offic. deleg* & idem Abb *in ca. cum ſint. colum 1 de decim & in c. nouimus. 1. not de verb ſign.* quod quando opin. communis nullo iure probatur, licitum eſt eam relinquere, & in contrarium iudicare, de quo vide etiam plene per Alexand. *in l. cum prolatis colum. fin. ff. de re iud. & in conſil 7 volum. 4. & in conſil 51. & conſil. 147. volum. 5.* & Abb. *in cap. ex literis el. 1. de ſponſal.* & quod communis opin in iudicando ſit ſequenda, tenet Alex. *in conſil 27. col. 2. ver. pro hoc. vol. 1.*

Opinio communis eſt, quæ plurium authoritate fulcitur. *l. 1. verſic & ſane crebrior. & ibi Bal. ff. de off. quæſt.* & Alex. *in conſil. 7. volum. 4.*

## P.

PRÆSCRIBENS, ſeu poſſidens ſine titulo, licet præſumatur in mala fide, vt *l. fin. C. vnde vi.* & ſic nullo tempore præſcribit de iure canonico, vt *cap fin. extr. de præſcript.* tamen ſi poſſedit rem per xxx. ann. præſumitur in bona fide, & præſcribit etiam de iure canonico; quia retro à tempore, quo clam incepit poſſidere, præſumitur fuiſſe in bona

ſide ita ſingulariter voluit Bart. *in d. l. fi. C. vnde vi. in fin. vertic.*

Procurator ad iudicia debet eſſe maior XXV. ann. alias repelli poteſt; ad negotia autem ſufficit, quod ſit maior XVII. ann. vt not. Bart. & Alex. *in l. exigendi. C. de procu.* & eſt tex. *in §. qui generaliter. de procur. lib. 6.* Fallit tamen in filiofam. minore, qui poteſt procurare pro patre, etiam ad iudicia, vt *d. l. exigendi.* & ibi vide multas alias fallentias, inter quas ponit etiam, quando minor iuraſſet non petere reſtitutionem aduerſus iudicium, per *authent. ſacramenta. C. ſi aduer. vendit.*

Procurator ad iudicia non poteſt ſubſtituere alium procuratorem, niſi lite conteſt. *l. quod quis & ibi gl. & l. neque tutores. in fi. C. de proc.* ſed procurator ante litem conteſt. poteſt ſubſtitui à procuratore ad negócia. *l. ſi procuratorem §. 1 ff. mand.* adde in hac materia, quod ſeruus etiam poteſt eſſe procurator ad negocia *l. ſeruum quoque ff. de procur.*

. Priuilegium alicui conceſſum, intelligitur, & limitatur ſecundum præfationes ipſius, ita ſingulariter conſuluit Alex. *in conſil. 123. volum. 5.* per l. ſingularem à Bart. repetitam *in l. fin. ff. de hæred. inſtit.* Et hoc eſt menti tenendum; quia quotidie illud conſil. allegatur in practica, & vide gloſſ. *in c. allegant. 3. quæſt. 7.*

Poſſeſſor conuentus rei vendicatione ſi negat ſe poſſidere, & poſtea conuincitur de mendacio, priuatur ſua poſſeſſione, & applicatur actori, etiam ſi non probauerit de dominio, text. eſt not *in l. fin. ff. de rei vend.* & eſt optima limitatio *ad l. fin. C. eod. tit.* quæ dicit, quod poſſeſſio nunquam reſtituit, niſi actore probante de dominio. Idem dicas, ſi poſſeſſor dixit ſe poſſidere nomine alterius, & poſtea repertus eſt poſſidere nomine ſuo, vt tenuit Iaſ. *in §. omnium. colum. 14. Inſtit. de act.* & hoc habet locum, etiam ſi poſſeſſor offerat ſe probaturum de dominio; nam non auditur propter ſuum mendacium, vt not. Bart. *in d. l. fin. in fin. q.* Intelligas tamen, ſi reus negauit ſe poſſidere; ſecus autem, ſi negaſſet narrata prout narrantur; quia tunc non videtur negare ſe poſſidere, ſed tantum ſubſtantialia libelli; vnde non priuatur poſſeſſione, ita ſingulariter voluit Bartol. *in l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſ.* quem refert & ſequitur Iaſ. *in d. § omnium. col. 15.*

Pater conſentiendo filio in aliquo actu, an obligetur pro eo, Dic, aut ſumus in caſu, quo pater cogitur filio conſentire; & tunc, aut cogitur conſentire propter legitimationem perſonæ, vt in iudicio; & tunc non obligatur conſentiendo. *l. fin. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib.* & not. Bartol *in l. ſi cum dotem. § transgrediamur. ff ſolut. matr.* Aut cogitur conſentire propter dotis ſecuritatem; & tunc conſentiendo obligatur: vt quando filius duxit vxorem ſibi condignam. *l. qui liberos. ff de ritu nup.* & Bartol. *in d. § transgrediamur.* ſi vero duxiſſet vxorem ſibi indignam; tunc pater non cogitur conſentire, nec conſentiendo ſe obligat, quæ autem dicatur vox indigna, habes gloſſ. & clarius Bartol. *in l. 3. C. de nupt.* vbi dicit, ſi filius duxiſſet famulam vel filiam famuli, patris ſui. Aut ſumus in caſu, quo pater non cogitur conſentire filio; & tunc, aut eſt actus publicus principaliter authoritate, & vtilitate, & pater conſentiendo ſe obligat in ſolidum, vt eſt quando filius creatur decurio, vel magiſtratus. *l. 2. ff. ad muni. & l. honores. §. fi. ff. de decur.* Aut eſt actus principaliter priuatus vtilitate, ſed publica ſecundatio & ſic auctoritate, vt tutela, vt *Inſt. de exc. tut. in princ. & ff. de excuſ. tuto. l. athleta. §. 1. & ibi gloſſ.* & tunc in teſtamentario tutore conſentiendo, non ſe obligat, niſi de peculio. *l. Lucius Gaium. ff. de admin tut.* in datiuo vero obligatur in ſolidum. *l. ſi filiusfami. ff. de tut.* & eſt gloſſ. *Inſtit. qui teſtam. tut. in princ.* ſed in conſideratione eſt habenda ratio, iuxta text. *in l. in condemnatione ff. de reg iur.*

Promitto tibi quicquid volueris, an videar obligatus? Dic, quod ſi hoc dico animo deliberato, & animo donandi, ſum obligatus, vt *extra de hom. ca. cum iuramento.* niſi à me peteres aliquid illicitum, vt ibi dicitur, ſi vero hoc dico non animo deliberato, ſed adulatorie, non teneor, vt puta, hæc res, & omnia quæ habeo, ſeu quæ volueris, ſunt ad tui libitum, vt *extra de inſti. cap. cum veniſſent.* & vide Alex. *in l. ſtipulatus. col. 1. ff. de verb. obl.* Sed ſi dico, quicquid voluero; tunc indiſtincte non valet promiſſio; quia dando muſcam liberaretur, vt not. gloſſ. *in l. legata generaliter. de leg. 1.* faciunt quæ not. Bart. *in l. centeſimis. §. fin. de verb. obl.*

Prouiſio hominis an, & quando tollat prouiſionem legis, ſic diſtingue: aut lex inducit aliquod beneficiũ ſpeciale, vel generale, extraordinarium; & tunc prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, *l. maritus. C. de proc. & l. fi. C. de pact. conuẽ.* Aut lex inducit aliquid de iure communi, & ex prouiſione generali, & ordinaria; & tunc prouiſio hominis nõ tollit prouiſionem legis. *l. creditor ff ſi cert. pet.* vbi ſi creditor accipit minorem ſummam debito, vel pignus, quod non aſcendit ad ſummam debiti, non videtur renunciaſſe alteri parti, quin poſſit reliquũ petere, ita per Alex. *in l. ſi cum dotem. in prin. col. ff. ſol. mat.* & not. gl. *in l. 2. C. de iure emph.* & not. Bart. *in l. 4. §. ſi ex conuent. one. ff. de re iud.* Adde etiam quod prouiſio hominis inutilis non excludit prouiſionem competentem de iure communi, ita Abb. *in cap. examinata. col. pen. de iud.*

Promittens factum alienum, licet non obligetur, vt *l. ſtipulatio iſta. in prin. de verb. oblig* tamen hoc nõ habet locum in prætoriis ſtipulationibus; quia in his quis videtur promittere factum propriũ ſcilicet ſe curaturum & facturum. *l. quotiens quis. cod. tit.* Item non habet locum, quando interueniſſet iuramentum. *cap. ex literis. col. 1. cum ibi not. extra de ſponſal.*

*ſponſal.* Item non habet locum, quando quis promitteret factum alienum ad conſeruationem eius, ad quod ipſe eſt obligatus, vt ſi promitto Titium pro me fideiuſſurum; nam ſum obligatus. *l. qui autem.§.1.* & ibi Bar. dicit illum tex. menti tenendum *ff. de conſtit.pecu.* de his & plurib. aliis fallentiis vide Alex. *in d. leg. ſtipulatio iſta.*

Procurator an acquirat ſtipulationem domino, ſic diſtingue: aut procurator ſtipulatur rem domini reſtitui ipſi domino; & tunc quomodocunque concipiat verba ſtipulationis, acquiritur domino. *l.pen.C.ad exhib.* & Bar. *in l.certi conditio. § ſi nummos. in prima opp.ff.ſi cert.pet* Aut ſtipulatur aliquid, quod eſt ex re domini, vt fructus; & tunc idem. *l.quod procurator ex re ff de procur.* Idem dicas in pretio, quod venit propter rem domini, vt ſi procurator vendit rem domini, & ſtipulatur pretium dari domino. *l. Iulianus.§.ſi procurator ff de act. empt.* & Bart. *in l.ſtipulatio iſta.§ ſi ſtipuler. in 5 fallen.de verb.oblig.* licet Alex. voluerit ibi tenere contrarium; nam pretium non venit ex re, ſed propter rem. vt *l. venditor ex hæreditate. ff. de hæred. vel act vend.* Sed ea quæ ſunt propter rem, non acquirũtur per procuratorem, vt infra dicam; ergo. &c. Tamen contra hanc opin. Alex. multum obſtat text. *in d.§.ſi procurator.* per quem additur verior opin. Bart. & motiuum Alex. dic, vt per Bart. *in l.ſolutum.§.per liberam ff. de pign. act.* & Bart. *in d.l quod procurator ex re,* qui dicit, quod licet pretium non dicatur ex re, tamen ſuccedit loco rei. *l.ſi rem & pretium ff. de peti hæred.* & Bart. *in l. qui à debitore ff. quæ in fraud.cred.* vnde, quod ſtatuitur in re propria domini, idem ſtatui debet in pretio. Aut ſtipulatur propter rem domini, vt vſuram, & euictionem; & tunc domino non acquiritur actio, niſi cedatur ſibi à procuratore, vt *d.§.per liberam.& l poſſeſſio.§.fin ff. de acquir poſſ.* Aut ſtipulatur ſuper re penitus excepta à domini poteſtate; & tũc, aut concipit verba executiua, & promiſſiua, in perſona ſua, & valet ſtipulatio, & ipſi pcuratori acquiritur actio, quã tenetur domino cedere. *l eum qui.§. Iulianus.ff.de conſtit pec.* Aut concipit verba promiſſiua in perſona ſua, & executiua in perſona domini; vt promiſiſti mihi, quod dabis domino decem; & tunc non valet ſtipulatio, niſi ſua interſit, vt eſt gl. *in d § ſi ſtipuler.* quæ communiter approbatur, reprobata opin. Bar. & Alex. *in d. §. ſi ſtipuler,* qui tenebant acquiri actionem domino ex tali ſtipulatione, per *d.l.pen.C.ad exhib.* Aut concipit verba executiua & promiſſa in perſona domini; & tunc indiſtincte non valet ſtipulatio, per gl. *in d.§.ſi ſtipuller.* Si tamen procurator, vel quilibet alius ſtipulatur hoc modo, promittis dare mihi nomine domini, valet indiſtincte ſtipulatio, per text. & ibi gloſſ. *in l.huiuſmodi.in princ.ff de leg.1.* & Bart. *in d.l. ſtipulatio iſta.§. alteri.in princ.* Sed ſi procurator, vel alius ſtipuletur mihi ſuper re ſua, dic, aut illa res durat ſua, & acquiritur mihi ſtipulatio, *l. Publica.in princip. ff. depoſ.* & Bart. *in d.§.ſi ſtipuler.cir.fin.* Aut ſuper re, quæ non eſt ſua, ſed de proximo efficietur ſua, & idem, vt ſi ſtipulor emphyteuſim pro me & filio meo emancipato, vt not. Bart. *in l. quod dicitur.in fin de verb.oblig.* & Alex. *in d.§.ſtipuler.col.pen.* Aut ſuper re, quæ non durat ſua; & tunc non acquiritur mihi, vt *l.pactum. C. de pact.conuen.* Fallit in donatione. *l quotiens. C.de donat. quæ ſub modo.* Item fallit in caſu *l. ſi cum venderet. ff. de pignor. actio.* vbi eſt ſpeciale in ea datione; quia debitor grauatur in vno; quia res ſua venditur à creditore eo inuito, ideo releuatur in alio, vt pactũ creditoris ſibi acquiratur. *ar. l. eum qui ff. de iureiur.* Ita ad illam l. reſpondet Alex. *in d §.ſi ſtipuler.col.3.in fin.* prædicta procedunt in his, quæ ciuiliter nobis acquiruntur, quæ non poſſunt acquiri per procuratorem, niſi, vt dictum eſt. *l.ea quæ ciuiliter.ff.de acq.rer.dom.* ſecus in his, quæ naturaliter acquiruntur, vt poſſeſſio, quæ acquiritur per procuratorem, vt *d.l.ea quæ ciuiliter. & d.l.poſſ.ff §.ſi.* Et hæc procedunt in procuratore, vt *l.ea quæ ciuiliter, & d.l. poſſeſſio.§.fin.* & in quolibet extraneo; tutor tamen, & curator, & actor ciuitatis, ſiue ſindicus poſſunt quomodocunque verba ſtipulationis concipere, & ſemper acquiritur vtilis actio pupillo adulto, vel ciuitati, vt *d.l. eum qui.§.ſi actori ff de conſti pec.* & gl. *in d §.ſi ſtipuler.* Sed notarius poteſt cuilibet ſtipulari, dũmodo tãquã perſona publica ſtipuletur, puta quia rogatus, alias non valet ſtipulatio per eum facta, vt not. Bal. *in l.1 C.per quas perſ* & Ang. *in conſ.74.* Debet tamen notarius verba promiſſiua in ſua perſona concipere, ad hoc vt valeat ſtipulatio, vt not. Bal. *in d.l.1.* Et ita debent intelligi omnia iura dicẽtia, quod per Notarium acquiritur cuicunq; ſtipulatio. Et q; dixi de tutore, curatore, actore, & ſyndico, dic, quod ita demum valet ſtipulatio, quando verba promiſſiua, & executiua ſunt prolata in pupillum, adultum, vel ciuitatem, ſi eorũ intereſt, vt not. Bar. *in d.§.ſi ſtipuler* Circa prædicta tamẽ aduerte; quia tex. *in l. Iul.§.ſi procur.ff de actio.empt.* videtur eſſe contrarius tex. *in l.1.C per quas perſon.in d.l.1.* pactum factum à procuratore non acquiritur domino, & videtur eſſe idem caſus. Sed dic, quod *in d.l 1.* erat pactum l. commiſſoriæ, per quod habetur fides de pretio, & ſic ſtatim dominium transfertur; vnde ſumus in re, quæ non durat mea, in alio §. ſecus.

Prorogatio proprie tunc dicitur fieri, quando ante finitam primam dilationem petitur noua dilatio. *l. ſed ſi manente. ff. de proc.* Tamen aliquando impropriatur, ex quo poteſt ſaluari dictum alicuius Notarii ignorantis, qui ſcriberet in actis, qualiter fuit prorogatus terminus; & tamen ſecunda dilatio fuit data, finita prima; vnde licet videretur dicendum huiuſmodi actum non valere: tamen hoc dictũ impropriatur, & exponitur prorogatus, id eſt, de nouo conſtitutus. Ita voluit Bal. *in l 1.C. de temp. app.* & Alex. *in l.4.in prin.ff.de damn.infect.* & Imol. & Bald. *in l.Titio centum de leg.2.*

Promiſ-

Promiſſio turpis, an pariat actionem, & an impediat ſoluti repetitionem? diſtingue, aut eſt turpis cauſa ex parte eius, cui promittitur; & tunc vt cauſa eſt expreſſa in ſtipulatione, & eſt nulla ipſo iure, vnde actio non datur. *l. iuris gentium. §. ſi ob maleficium. ff de pact.* & ſolutũ repeti poteſt. nam repetitio tunc impeditur, quando competebat actio exceptione eliſa, vt *l. fideiuſſor. § fideiuſſor. ff de fideiuſſor. & l. ſi eius. in princ ff. ad Treb. & l. ſi non ſortem. §. libertus. & l. Iulianus. ff. de condi. indeb.* Sed hic nulla actio competebat; ergo, &c. Aut non eſt cauſa expreſſa, & datur actio, ſed obſtat exceptio, vt *l. ſi ob turpem ff de condict ob tur cauſam.* Secundum quod illum text. intelligit Ludouic. Roman. & Bart. *in l. generaliter. ff. de verb oblig.* vnde ſolutum repeti non poteſt, vt *d. l. ſi ob turpem cauſam.* Aut eſt turpis cauſa ex parte promittentis tantum; & tunc talis promiſſio valet, & datur actio, nulla exceptione obſtante, vt ſi ſcholaris promittit aliquid meretrici; nam licet meretrix turpiter faciat officium ſuum, non tamen turpiter accipit; vnde ex parte ſcholaris tantum promittentis conſiſtit turpitudo, vt not. Bart. *in l. affectionis. ff de donat.* & Alexand. *in d. l. generaliter* & gloſſ. *in d. ca. qui venatoribus. 86. diſtin.* reprobata gloſſ. *in l. ea, quæ C. de donat. ante nupt.* quæ contrarium tenebat. Hoc tamen limitatur, niſi eſſet miles vel clericus, vel minor qui promitteret meretrici; quia tunc non datur actio meretrici, vt not. gloſſ. & Brat. *in d. l affectionis.* ſecus autem eſſet, ſi meretrix promitteret aliquid ſcholari, vt haberet rem cum ea; quoniam tunc non datur actio ſcholari; quia ipſe turpiter peteret. vnde ſuccederet regula *d. l. ſi ob turpem.* Ita eſt text. *in l. fin. §. fin. ff. de act. & oblig.* Et quod meretrix turpiter non accipiat, eſt text. *in l. 1. §. ſed quod meretrici. ff. de cond. ob tur. cau.* Aut eſt turpis cauſa ex parte vtriuſque, ſcilicet dantis, & accipientis, vt ſi promitto tibi decem, vt hominem occidas; & tunc valet ipſo iure, & nulla actio datur, *l ſi plagii. & l. veluti. de verb. oblig.* Sed quia turpis cauſa eſt ex parte vtriuſque, ideo ſolutum repeti non poteſt; quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *l. 2. C. de condi. ob tur. cauſam. & d. l. ſi ob turpem. & l. in pari. ff. de reg. iur.* Si tamen ille, qui accepit, accipiendo committeret aliquod delictum, per quod veniebat applicanda pœna fiſco, priuatur eo, quod accepit, & fiſco applicatur; vnde non reuertitur ad dantem, vt not. gloſſ. *in l. 1. C. ad l. Iul. repet.* Et pro iſtis talibus delictis, ſeu turpibus cauſis fideiuſſor accipi non poteſt, & ſi fuerit acceptus, talis obligatio eſt nulla ipſo iure. *l. ſi à reo. §. fin. ff. de fideiuſſ.* Ex quo §. infert ibi ſingulariter Bart. quod ſi dixero tibi, facias tale delictum, & noli curare de pœna; quia ero tibi obligatus, talis obligatio non tenet, & ego non potero conueniri. Quod eſt valde not. quia quotidie accidit. Prædictis tamen adde, quod ſi quis daret aliquid alicui mulieri non meretrici, vt haberet rem cum ea, & illa nollet poſtea conſentire, non habet repetitionem, tanquam cauſa non ſecuta, vt eſt tex. *in d. l. 2. C. de condi. ob tur. cau* ſecus ſi erat meretrix, vt inquit gloſſ. *in d. l. 2. in gloſſ.* 1. licet contra illam gloſſ. videatur text. *in d. §. ſed quod meretrici.* vbi indiſtincte dicitur, quod datum meretrici non repetitur. vnde cogita, an illa gl. poſſet ſaluari. Ex prædictis inferri ad quemlibet accipientem, vt delictum committat; quia licet delictum non faciat, nihilominus ceſſat repetitio.

Promittens non petere ſub certa pœna, ſi poſtea contraueuit, poteſt pars aduerſa vel pœnam petere; & tunc debet pati ſe conueniri, vel exceptionem opponere, & pœnam non petere, vtrunque autem habere non poteſt. *leg. apud Celſum §. Labeo. el. primo. ff de doli except.* Et idem dicas, in hæredibus promiſſoris contrauenientibus, vt not. Alex. *in leg. 4. §. Cato. colum. 1. in fin. de verbo. oblig.* facit *l. cum proponas. la prima C. de tranſact.* niſi fuerit appoſita clauſula, rato manente pacto, vt *leg. qui fidem. ff. de tranſactio.* vel iuramentum, vt *leg. ſi quis maior. C. eod. tit.*

Publicatione facta in cauſa, iam eſt licitum amplius teſtes producere, ſiue examinare timore ſubornationis, *authent. at qui ſemel. C. de probatio. & cap. fraternitatis. extra de teſti.* Quod limita non habere locum, quando quis producit aliquam ſcripturam, & ad aſſertionem eius producit teſtes; quia poteſt hoc facere etiam poſt publicationem, ita not. Alex. *in leg. certi condictio. §. quoniam. ff ſi cert. pet.* per tex. *in cap ſeries.* & ibi per Ant. de But. *extra de teſti.* & Bald. *in l. ampliorem. C. de app.*

Secundo limita non habere locum, quando teſtes producerentur ad corroborationem aliorum teſtium publicatorum, iſtud eſt ſingulare dictum Innoc. *in cap. cum clamor de teſti.* cuius meminit Abb. *in cap. ex tenore. in fin. eod. tit.*

Tertio limita non habere locum in iudice volente ex officio examinare poſt publicationem; quia in iudice ceſſat timor ſubornationis, vt *d. cap. cum clamor.* & not. Bartol. *in l. 2 §. ſi publico. ff. de adult.*

Quarto limita multum ſingulariter non habere locum, ſi pars volens teſtes producere, non dicit teſtificata, licet fuerit facta publicatio. nam tunc ceſſat timor ſubornationis. Ita tenet gl. *in ca. conſtitutus, extra de teſtib.* & Alex. *in conſil. 8 1. 34. vol.* licet Abb. *in d. c. conſtitutus, & in d. c fraternitatis.* tenuerit contrarium. Tamen opin. gl. & Alex. eſt æquior, & communior.

Quinto limita non habere locum in inſtrumẽtis, vel ſcripturis, quæ poſſunt produci poſt publicationem; quia in his non cadit timor ſubornationis, *c. cum dilectus, de fide inſtr.*

Sexto limita non habere locum in cauſis criminalibus, in quibus non ſolum poſt publicationem, ſed etiam poſt concluſionem poſſunt teſtes, & inſtru-

inſtrumenta produci. ita voluit Bart. *in leg. diui fratres. ff. de pœnu.* & Bar. *in leg.* 1 *§ fin. ff. de quæſtio.* Plura autem de concluſione in cauſa vide *ſup. in ver. concluſione in cauſa facta, &c.*

Præſumptio quædam dicitur eſſe iuris, & quædam iuris, & de iure. Præſumptio iuris dicitur, quando ius præſumit aliquid ſuper eo, quod erat dubium, vt not. glo. *in l. vnica §. accedit. C. de rei vxo. act.* & contra hanc præſumptionem admittitur quælibet probatio in contrarium, vt eſt tex. & ibi gloſſ: *in leg. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſa.* Præſumptio iuris & de iure, eſt quando ius præſumit, id eſt, fingit contra veritatem, & vult ita eſſe, etiam ſi contrarium probetur, vt *d. l. vnica. in prin.* vnde contra talem præſumptionem non admittitur probatio in contrarium, vt not. gloſſ. *in d. l. non eſt veriſimile,* niſi per confeſſionem, vt not. Bar. *in l. ſicut poſſidetu. C. de prob.* & Alexand. *in leg. qui iuraſſe. §. ſi pater ff. de iureiur.* & gloſſ. *in leg. in contractibus, in ver. nullo modo. C. de non num. pec.* & Bald. *in leg. quicunque. in fin. C. de apo. pub. lib.* 10. & Doct. *in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt.* & plene per Abb. *in cap. ex qui. de ſponſa.* & vide vnam optimam apoſtillam Franc. de Cur. *in ad li. ad Alex in l cum te. C. de tranſact.* & Bar. *in l. Iul. col.* 1. *ff. de cond indeb.* & Alex. *in leg. à diuo Pio. §. ſi pignora. col.* 1. *ff. de re iud.*

Procurator ante litem conteſtatam poteſt mutari. *l. ante litem ff. de procu.* poſt vero litem conteſt. ex quo eſt effectus dominus litis, reuocari non poteſt, niſi iuſta cauſa interueniente, in tantum, quod etiam morte domini non reuocatur mandatum, vt eſt text. *in leg nulla.* & ibi Bartol. Bald. & communiter Doct. *C. de procurato.* Sunt autem multæ cauſæ de quibus *in l. poſt litem, cum ll. ſequen ff. de procurat.* Nec requiritur libellus in tali reuocatione, vt *leg. in cauſæ. §.* 1. *& ibi gloſſ. in ver. prætoris. ff de procurat.* Sed quid ſi aliquis reuocauerit poſt litem, nulla cauſa apparente, ſed tantum; quia procurator conſentit tali reuocationi, an valeat talis reuocatio, Bartol. *in leg* 1 *colum. fin. C. de ſatiſd.* videtur velle, quod ſic, vbi dicit, quod ſatis iuſta cauſa eſt, ſi reuocatus fuit eo conſentiente. Tamen illam Doct. Bartol. limita procedere ita demum, ſi aduerſarius conſenſerit tali reuocationi, alias non valet, vt not. Abb. *in ca. ex litiu, de procur.* & Pet. de Ancha. *in cap. fin. de procur. lib.* 6. & Fel. *in c. ex parte. de reſcript.*

Pactum ad hoc, vt veſtiatur cohærentia contractus, eſt neceſſe, quod ſtatim apponatur iuxta contractum in ingreſſu, vel egreſſu ipſius, *leg. in bonæ fid. & ibi gloſſ. C. de pact. & l. ſi apud. C. de ædil. actio.* Item debet eſſe de appenditiis contractus, ſcilicet quia debet ineſſe contractui, id eſt rei deductæ in contractum, vt vendo tibi librum, & in venditione promitto tibi ipſum mineare, vel ligare, vt probatur, *in leg. iuriſgentium. §. quin imo. ff. de pact. ibi; ea enim pacta inſunt, quæ legem contractui dant.* ſi tamen dicerem, vendo tibi librum, & promitto ire pro te Romam, tale pactum non veſtiretur cohærentia contractus, quia nihil habet commune cum contractu, ſed quando veſtitur cohærentia contractus, tunc veterem actionem informat, & nouam parit, ſcilicet actionem præſcriptis verbis, vt *d. §. quin imo,* & probatur *in leg.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend* & iſta actio oritur ex ipſo pacto, non autem ex contractu innominato, qui reſultat habita relatione pacti ad contractum, vt quidam dicunt, ita probatur *in d. §. quin imo. ibi. ne ex pacto actio oriatur.* Nam dictio, ex, denotat cauſam proximam, & immediatam, vt not. Bart. *in leg.* 1. *§. ex incendio. ff. de incend. rui. nau* & dixi *ſupra in verſ. dictio, ex.* Item ad hoc, vt veſtiatur cohærentia contractus, eſt neceſſe, quod ſit contra tradentem. Ita voluit Bart. *in l. petens* declarando primam quæſt. gloſſ. *C. de pact.* Item eſt neceſſe, quod pactum contineat quid diuerſum à contractu, alias ſi idem contineat, non veſtitur, nec agitur præſcript. verbis *d. l. petens* ſecundum primam lection. & ibi Alex. *colum.* 2.

Pactum veſtitum cohærentia contractus, non ſemper dicitur informare veterem actionem. nam quando actio vetus continet certum, & pactum continet incertum, puta factum, tunc non informatur vetus actio, ſed bene informatur contractus; quia ex eo prius oriebatur vna actio, & modo oriũtur duæ: vnde ſi vendo tibi librum, cum pacto de mineando, tũc informatur vetus actio, quia vtrũq; eſt factum. & ſic incertum: ſed ſi promitto tibi ſtipulanti librum cum pacto ſimiliter de mineando, tunc non informatur actio, ſed contractus, nam dare librum continet certum, & oritur certi condictio; ſed mineare continet incertum, & oritur actio ex ſtipulatu. *l. vbi autem non apparet. §. qui id, quod de verb. oblig.* vnde non poteſt vetus actio informari, quia certi condictio daretur ad certum, & incertum, quod eſt contra *l g. certi cõdictio. ff. ſi cer. petat.* Ita ſingulariter voluit Barr. *in leg. lecta iuxta finem. ff. ſi cert. pet.* & Alexand. *in leg. in bonæ fidei. col.* 2. *Cod. de pactis.*

Pactum ad hoc vt veſtiatur rei interuentu, debet eſſe in fauorem tradentis, & non contra eum, alias non veſtitur, vt *l. ſi tibi C. locat. & l. certis ann.* *C. de pact.* Et illud proprie dicitur veſtiri rei interuentu, quando habita relatione pacti ad contractum, reſultat contractus innominatus, vel quando ſumus in ipſis contractibus innominatis, vt not. Bar. *in l. in traditionibus. ff. de pact.* Et actio præſcript. verbis, quæ oritur ex tali pacto, oritur ex contractu innominato, qui reſultat, non autem ex pacto. Ita voluit Alex. *in d l. in bonæ fidei. C. de pact.* Tamen quandoque iſtud pactum, ex quo reſultat contractus innominatus, veſtitur cohærentia contractus, vt eſt, quando eſſet pars pretii; quia tunc ineſſet ipſi contractui, vt ſi vendo tibi librũ pro decem, vt

vadas pro me Romam. nam ſi ideo minoris pretii liber vendatur; quia vis ire pro me Romam; tale pactum eſt de ſubſtantia contractus, ſcilicet quia eſt pars pretii, vt *l. fundi partem. ff. de contrahen. empt.* ita voluit Alex. *in d. l. in bonæ fidei.* C. *de pact. col.* 2. Quandoque veſtitur pactum cohærentia traditionis, vt quando iuxta traditionem ponitur aliquod pactum in fauorem tradentis. vt *d. l. in traditionibus. & l rebus. C. de rerum permut. & l.* 1. *§. ſi conueniatur. ff. depoſ.* quod quomodo procedat, vide gl. *in d. l. in traditionibus.* & iſtud pactum etiam largo modo dicitur veſtitum rei interuentu, vt tenet Alex. *in l. legem. C. de pact.* & gl & Bar. *in d. l. in traditionibus.* ex quo quia habita relatione pacti ad contractum, non reſultat cõtractus innominatus, & actio oriens ex eo, eſt præſcrip. verbis, vt *d. l. rebus.*

Permutatio differt à contractu innominato, do vt des, in hoc; quia tũc dicitur permutatio, quando permutatur ſpecies cũ ſpecie, & nemo tenetur dominium transferre *l.* 1. *ff. de rer. permu.* Sed contractus innominatus eſt, quando permutatur genus cũ genere, vel ſpecies cum genere, vel genus cum quantitate, vel ſpecies cum quantitate, dummodo quando permutatur ſpecies cum quantitate, ex vtraque parte veniat dare, alias eſſet contractus emptionis. *l. fi. ff. de condi. ob cauſam.* Reſultat tamen magna vtilitas ex hac differentia; quia actio præſcriptis verbis, quæ datur ex permutatione, eſt bonæ fid. vt *Inſtit. de actio. §. actionum.* ſed illa quæ oritur ex do vt des, eſt ſtricti iuris; quia ibi non numeratur, & vide de his Bar. *in leg.* 2. *in princ ff. ſi cert. pet.*

Publicatione facta poſſunt interrogatoria produci. Ita voluit Spec. *in tit. de teſte. §. nunc de interrogatoriis, &c.*

Procurator, qui pro alio defendit ſiue agit, debet ipſe in ſententia condemnari, vel abſolui, non autem dominus; alias ſententia eſt ipſo iure nulla, vt *leg.* 1. *C. de ſent.* Licet verba executoria debeant proferri in perſonam domini, vt voluit Bar *in d. l.* 1. & gl. *in l. liberto. §. fi. ff. de neg. geſt.* Sed condemnatoria tantum in perſonam procuratoris. Hoc tamen limita procedere in cauſis, in quibus venit irroganda pœna pecuniaria; ſecus vbi veniret, irroganda pœna corporalis; quia tũc dominus damnatur, non procurator. *l. fin. C. de iniur* & not. *in l nihil. C. de procur.* & Bar *in reg. pen. §. ad crimen. col.* 1. *ff. de public. iud.* Et hoc procedit in caſibus, in quibus admitti poteſt procurator in criminalibus, vt quando eſt irroganda pœna à relegatione infra, vt eſt communis opin. Bar. *in d. §. ad crimen.* & tex. & gl. *in leg.* 1. *ff. an per ali. cau. appellat.* Item poteſt procedere in perſona illuſtri, quæ in cauſa iniuriarum poteſt comparere per procuratorem, & eſt ſpeciale in ea, vt *d. leg. fin. Codic. de iniur.*

Princeps quando concedit moratoriam alicui, tenetur ille, cui eſt conceſſa, ſatiſdare, de ſoluendo, adueniente tempore, vt *leg. vniuerſa. Cod. de preci. Imp. off.* Quod limita multum ſingulariter non procedere, quando concederet cauſa paupertatis: vnde conſilium datur impetranti vt ſemper faciat imponi in reſcripto clauſulã, paupertatis cauſa; quia per talia verba non tenetur præſtare fideiuſſorem, ita ſingulariter voluit Bart. nouel. *in tracta. dotium, in* 8. *parte. in* 12. *priuilegio.* arg. eorum, quæ voluit gl. *in leg. vnica. §. cum autem. in ver. cautione. C. de rei vx. act.* quod etiam voluit Bald. *in l. diuortio. §. interdum. ff. ſolut. matr.* & hoc infertur ex his, quæ dixi ſupra *in verb cautio differ, &c. in fin.*

Princeps concedens alicui priuilegium pro ſe, & hærede ſuo in ſingulari numero, videtur concedere tantum primo hæredi, non autem hæredi hæredis. Ita tenet Bar. *in leg.* 1. *ff. de conſti. prin.* & vide vnam *addit. Barb. ad Abb. incip. not. bonam in capit. in præſentia. col.* 8 *de probat.*

Procurator quando admittatur in cauſa criminali, vide *ſup. in verſ. procurator qui pro alio defendit, &c.*

Probatio ſemper incumbit ei, qui dicit, *leg.* 2. *ff. de probat. & Inſtit. de legat. §. quod autem.* non autem ei, qui negat *leg. actor. C. de probat.* Fallit tamen prima regula, quando ille, qui dicit, haberet præſumptionem pro ſe; quia non tenetur probare, vt eſt in vxore, quæ præſumitur acquirere de bonis mariti, vt *l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. etiam. C eod. tit.* Fallit regula in negante ius; quia probare debet. nam habet tunc præſumptionem contra ſe; quia in iure omnia præſumuntur permiſſa, niſi reperiantur prohibita. *l. nec. non. §. quod eſt. ff. ex quibus cau. manum.* vnde illa regula *d. l. actor.* habet locum in negante factum, vt dicit ibi glo. & plenius Bald. & gl. *in d. leg.* 2.

Particeps criminis an admittatur ad accuſandum, vel ad teſtificandum contra alium participem, vide *infra in verſ. Teſtis particeps, &c.*

Procurator producens inſtrumentum an videatur probaſſe de mandato? dic, aut producit ſcripturam, in qua apparet de mandato, & ſic portat mandatum in ſcriptis; & tunc creditur ei, & plenè probat de mandato, nec poteſt aduerſarius dicere, tu non es illa perſona, de qua fit mentio in hac ſcriptura, ita voluit Bald. *in leg. ſi quæ per calumniam. in fin. verbu. C de epiſc. & cler.* Aut producit inſtrumentum cauſæ; & tunc ſemiplene probat de mandato; quia poſſet eſſe penes eum depoſitum, ita voluit Bartol. *in leg.* 1. *C. de procurat.* & ſic per conſequens res efficitur dubia, vnde exigitur cautio de rato, vt *d. l.* 1. Idem, ſcilicet quod non admittatur ſine cautione de rato, tenuit Bartol. *in leg. vulgo. in fin ff. de admi. tuto.* & Bartol. *in l.* 3. *§. cauſa. ff ad Carbo.* & Bald. *in d leg.* 1. *colum. fin. Cod. de procur.* & gloſſ. *in c. coram d. off. deleg. in gloſſ.* 1. *& in cap.* 1. *de procurator.* Quod ſingulariter limitat Imol. *in d. cap. coram,* vbi eſſet talis perſona, quæ erat ſolita exercere officium procuratorium, alias non admitteretur etiam cum cautione de rato. Idem voluit Alex. *in d. leg. vulgo.*

& Alex. *in d. l. 1. colum. 2.* argum. text. *in leg. plenum §. equitii. ff. de vſu & hab.* niſi conſtaret traditionem eſſe factam à domino illius inſtrumenti; quia tunc non requireretur cautio de rato, vt Alexand. *in locis præalleg.* Fallit tamen hoc in marito, qui per poſſeſſionem inſtrumenti præſumitur habere mandatum in rebus paraphernalibus, nec tenetur cauere de rato, vt *leg. fin.* & ibi Bald. *Codic. de pact. conuen.* & vide Bald. & Paul. de Caſtr. *in l. Mæuia. ſol. mat.*

Procurator habens mandatum de emendo nomine domini, ſi emerit nomine proprio; acquirit ſimiliter domino perinde, ac ſi eius nomine contraxiſſet, & hoc propter potentiam mandati. *l. pign. §. fin. ff. de vſucap.*

Procurator actoris, ſi conſtat de mandato, licet non teneatur ſatiſdare de rato; tamen tenetur ſatiſdare de defendendo, ſcilicet in caſu, quo fuerit reconuentus, vt *leg. 1. in fin. iuncta gloſſ. C. de ſatiſd.* & not. gl. *in cap. 1. de procur. in gloſſ. 1. in fin.* Item procurator rei tenetur ſatiſdare de iudicato ſoluendo, etiam ſi habeat mandatum, vt *d. leg. 1. in fi. & leg. 2. & ibi gloſſ. C. de procur.*

Procurator, qui non ſatiſdedit in cauſa principali, an poſſit compelli ad ſatiſdandum in cauſa appellationis? dic, quod non. nam ſatiſdatio debet peti ante litem conteſt. vt *leg. ita demum.* Codic *de procur.* vel incontinenti poſt. *argum. leg. quotiens. ff. ſolut. matrimon.* ex interuallo autem poſt peti non poteſt; cum procurator ſit effectus dominus litis. *leg. poſt litem. ff. de procurat.* Cum ergo non fuerit petita ante litem conteſtat. in cauſa principali, ſequitur, quod minime poteſt peti in cauſa appellationis. ratio eſt; quia appellatio reſcindit iudicatum, & ponit cauſam in eo termino, qui erat poſt litem conteſtat. vnde omnia, quæ fieri poterant poſt litem conteſt. in cauſa principali, poſſunt fieri in cauſa appellationis, vt voluit Bart. *in d. l. ita demum.* Et hoc limita procedere, quando non eſt petita in cauſa principali: ſi autem eſt petita, & præſtita in cauſa principali, poteſt peti etiam in cauſa appellationis; quia lata ſententia in principali, eſt finita, vnde rurſus peti debet. Ita voluit Bart. *in l. 2. in fin. C. de procur.* per tex. *in l. cum apud Sempronium ff. iudic. ſol.*

Pupillus non poteſt eſſe in iudicio ſine tutoris authoritate, adeo, quod ſi compareat ſine authoritate tutoris, ſententia lata in tali iudicio, & omnia acta redduntur ipſo iure nulla. *l. clarum. C. de auth. præſt. & l. 1. C. qui legi perſo. hab. ſtan. in iud.* Quod multum ſingulariter limita procedere, quando ſententia eſſet lata contra pupillum; ſecus autem ſi pro eo; quia tunc valet etiam ſine tutore, vt eſt text. *in l. non eo minus. C. de procurat.* & not. gl. *in d. l. 1.*

Pupillus non poteſt confiteri nec negare aliquid in iudicio ſine tutoris authoritate, *l. clarum. C. de auth. præſt.* etiam in cauſa criminali, vt *l. certum, §. pen. ff. de confeſſ.* vel ſaltim ſine curatore ad litem vt not. Bald. *in leg. 1. C. ſi aduerſ. delict.* alias autem talis confeſſio eſſet ipſo iure nulla, vt not. Bald. *in l. vnica. colum. 12. C. de confeſſ.* & Bal. *in d. l. clarum.* vnde apparet, quod non poteſt eſſe contumax; quia etiam ſi compareret ſine tutore, nihil operaretur talis comparitio, vt not. gloſſ. *in l. minor etiam. ff. de minor.* Et prædicta procedunt, etiam ſi pupillus haberet patrem, vt not. Bart. *in l. infanti. colum. 2. C. de iure delib.*

Publicatio bonorum quando fit ipſo iure, an requiratur ſententia declaratoria, vide *ſupra in verſ. Dictio mox. in fin.*

Partis ſeu portionis appellatio in dubio intelligitur de dimidia, ſi non fuerit adiecta quota, *l. nomen filiarum. § portionis ff. de verbor. ſignif.* & not. gl. *in l. 2. §. ſi quis ita ſtipulatur. ff. de eo quod cert. loc.* & Matthæ. *in deciſ. 44 conſil. Neap. col. fin.* Quod limita non procedere, quando hoc nomen proferretur per numerum pluralem cum adiectiuo numerali, vt duas partes; quia in dubio intelligitur duas partes de duodecim. Ita voluit Bartol. *in l. interdum. ff. de hæred. inſtit.* ex quo dat ibi conſilium volenti petere duas partes de tribus, vt exprimat hoc in libello; quia alias intelligeretur de 12. Item limita, quando diceretur aliqua pars, vt not. Alex. *in auth. ex cauſa. col. 10. C. de lib. præter.*

Præſumitur quilibet ſcire id, quod eſt ſibi denũciatum in domo. Ita voluit Iaſ. *in § ſed iſte. col. 18 Inſtit. de actio.* per gloſſ. ſingul. *in l. ſi tutor. C. de peric. tut. in ver. oſtendens.*

Procurator ſimpliciter datus, intelligitur datus ad agendum, & conueniendum. Ita voluit Bart. *in l. quod dicitur, in fin ff. de tutel.*

Procurator poteſt repetere à domino quicquid licite impendit in bonis eius; vnde poteſt repetere etiam illud, quod ſoluit pro concedendo equo, vt iret ad poſſeſſiones ipſius domini, *l. idemque §. idem Labeo. ff. mandati.* Quod limita, niſi procurator eſſet perſona ruſtica, quæ nunquam conſueuerat ire equeſter; nam tunc non videtur licite impendiſſe; vnde non repetit, cum eius conſuetudo ſit attendenda, vt eſt gl *in d. § idem Labeo.*

Pœna mutilationis alicuius membri aliter vel à ſtatuto inducta pro aliquo crimine, debet verificari in membro vtiliori. Ita voluit Aud. de Iſer. *in conſtit. quæ incipit, ſi quis cum armis.* vbi dicebat, quod ſi pro vulnere illato debeat amputari manus, in dubio intelligitur de dextera, & ſi ille erat mancinus, debet ſibi amputari ſiniſtra; quia cum illa cenſetur vulnus feciſſe. Idem voluit Bald. *in l. conuenticula. C. de epiſc. & cler.* vbi dicebat, quod ſi pro aliquo crimine debeat erui oculus, & reus illius criminis habeat vnum oculum, debet ipſi euelli ille oculus bonus. Idem dicebat Bald. *in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug.* de eo, qui habet vnam manum aridam; quia debet ſibi amputari manus bona. Ille enim, qui habet oculum vel manum inuti-

Nnnu 2 lem,

lem, non dicitur oculum vel manum habere, arg. eorum quæ voluit gloſſ. *in l. fin. C. ad leg. Flau. de plag.* quæ dicebat, quod pater habens filium inutilem, dicitur carere filio, & vxor habens maritum inutilem, dicitur vidua.

Pactum, quod quis teneatur de periculo, an includat, quod teneatur de caſu fortuito, vide ſupra *in ver. nomen periculum.*

Pater & filius ſi ambo in inſtrumento dotali fuerint confeſſi dotem accepiſſe, quilibet tenetur pro dimidia. ita voluit Alex *in l. ſi cū dotem. §. tranſgrediamur. col. 2. ff. ſol. mat.* per *l. eos. §. cū in tabulu. de duo. reis.*

Pater, & filius ſi ſimul mortui reperiantur, ſiue morte naturali, ſiue violenta, præſumitur prius mortuus pater, & deinde filius: & hoc eſt verum, ſi filius erat pubes. vt *l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub.* Idem etiam præſumitur de matre, vt *l. cum pubere. eod. tit.* Si autem filius erat impubes, præſumitur prius mortuus filius, ratione debilioris ætatis, ſiue ſimus in patre, ſiue in matre, vt *l. inter ſocerum. in princ. & ibi eſt gloſſ. or ff. de pact. dotal. & d. l. leg. qui duos. §. final. & l. ſi mulier. ff. eod tit. de reb dub.* Et hoc, quando ſumus in dubio; nam ſi contrarium ꝓbetur, ſtamus certo. *ar. l. cōtinuus §. cū ita. de verb. obl.*

Procuratorem an teneatur mittere ægrotus, vide Bart. *in l. ſi quis inſtituatur. §. fin ff. de hæred inſtit.* Et quando quis teneatur mittere procuratorem, vide plene Bart. *in l. 1. ff. de diuer. & temp. præſcript.* & Bart. *in l. fi. ff de in integr. reſtit.* & Doct *in ca. querelam de procur.* maxime per Ab. *ibi.*

Periurus infamis eſt, vt 6. *q. 1. c. infames.* nec poteſt admitti amplius in teſtimonium, vt *in ca paruuli. 22. quæſt. 5. & c. quicunque. 6 q. 1.* etiam ſi fecerit pœnitentiam, vt *c teſtimonium.* & ibi gl *in ver. periuri, de teſti.* Et ratio eſt; quia ſemel periurus, ſemper præſumitur periurus in futurū; *c. ſemel malus. de reg. iur. lib. 6. & l. non omnes. § à barbaru ff de re milit.* & not. gl. *in d. c. paruulus.* Nec obſtat. ꝙ dicitur *in l. 2. C. de reb. cred* quod periurus ſolū Deum habet vltorem; quia illud poſſet procedere, quando iuramentū non eſſet in præiudicium alicuius tertii, vel dic aliter, vt dicit gl *in d. ca. quicunq.* & vide gl *in c. querelā in verſ. periurii. extra de iureiur.* Item periurus perdit probationem per iuramentum. de quo vide Iaſ. *in l. 1 pen. col. ff. qui ſatis. cog.*

Poſſeſſio operatur hūc optimum effectum, quia vbicunq; aliquis teneretur aliquid probare, reuelatur ab onere probandi, & transfundit illud in aduerſarium, ſi eſt in poſſeſſione. ita not. voluit Bar. *in l. 1. § non autem. ff de bo. poſſ ſecundum tab.* & Bar. *in l. ꝗ poteſt. colum. 4. ff. de acq. hær.* & eſt tex. *in c. ſi à ſe. de præb. lib. 6.* & vide quæ dixi *ſupra in verſ. tempus quando eſt fundamentum &c.*

Pauper, vidua, & ceteræ miſerabiles perſonæ poſſunt trahere laicum ad iudicem eccleſiaſticum. ita voluit Abb. *in c. licet ex ſuſcepto. col. 2. de fo. comp.* Quod limita, quando vidua eſſet diues, & ſimiliter pupillus; quia tunc dicuntur perſonę miſerabiles, ſecundum Abb. & ibi per Barb. *in c. ſignificantib. de off. deleg.* Sicut dicimus etiam in dote, quæ non eſt cauſa pia, quando datur mulieri diuiti, vt dixi *ſupra in verſ. legatum factum pro anima.* & hæc not. pro limitatione eorum quæ voluit Alex. *in leg. 4. §. hoc autem iudiciū. col. 1. ff. de damn. infect.*

Producens inſtrumentum vel aliquam ſcripturam, videtur approbare omnia in inſtrumento cōtenta, ſeu in illa ſcriptura. ita voluit Abb. *in cap. cum ſuper. de off. deleg.* vbi refert Innoc. *in cap. cum olim. de cenſib. & in cap. cum venerabilis. de excep* & hoc facit ad id, quod dixi *infra, in verſ. ſcriptura reperta.*

Pactum, quod quis poſſit vbicunque conueniri, non valet. vnde admittitur poſtea pœnitentia, *l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. om. iud.* ex quo dat cautelā Bar. *in l. ſi quis in ſcribendo. C. de pact* quod ad validandum tale pactum, debet quis dicere, quod pecunia poſſit vbiq; ſolui; nam tunc ratione deſtinatæ ſolutionis quis ſortitur forum vbique: vbique enim videtur contraxiſſe. *l. contraxiſſe ff de act. & obl.* vnde ratione contractus vbique poteſt conueniri. *l. 3. ff. de bon. aut. iudic. poſſ*

Percutiens aliquē dormiendo, an puniatur, vide Bar *in l. pen. ad l. Corn. de ſicar.* vbi diſtinguit aut ille erat ſolitus pati hæc in ſomnis, & eſt in culpa, ſi nō præuidit; aut non erat ſolitus pati; & tunc ſecus.

Percutiens Titium credens ſe percutere Sempronium, an teneatur, vide Bar tenentem, quod ſic *in l. reſpiciendum. §. delinquūt. ff. de pœnis. in fi. verbu.* Et ratio poteſt eſſe ſecundum eum; quia dabat operam illicitæ rei; ſecus eſſet ſi licitæ; vnde infert ipſe per illum tex. quod ſi volui percutere feram, & percuſſi hominem; non teneor. Ex quo ſequitur vnum not. dictum, quod ſi voluiſſem percutere hominem in caſu licito, puta bannitum, vel hoſtem, & percuſſi alium, quod non teneor; quia dabam operam rei licitæ, & de delicto caſu commiſſo vide Bald. *in leg. data opera col. 4. Cod. qui accuſ. non poſſunt.* Iaſ. *in leg. 3. §. quod prætor. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus.*

Promittens aliquid dare in tribus vicibus, ſeu in tribus terminis, ſi aliud non apparet, in dubio intelligitur de tribus annis. ita ſingulariter voluit Bart. *in l. 3. ff. de ann. leg.*

Factum nudum appoſitum inſtrumento guarētigiato, producit actionem efficacem, & habet executionem paratam. ita voluit Bald. *in l. 2. in fin. C. de execut. rei iud.* & idem Bald. *in l. ex placito. in fin. C. de re permut.* quē refert Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. col. 8. de verb. obl.*

Propinquus an dicatur vir vxori, & econtra? dic quod non, nec etiam affines ex vtroq; latere dicuntur propinqui. ita not. Bart & Alex. & communiter Doct. *in l. 1. vnde vir & vxor.* & Bartol. *in l. ſi per illum text C. de verbor. ſign.* quod eſt pro ſtatutis requirentibus conſenſum propinquorum. An autem appellatione coniunctorum veniat vir & vxor, vide

vide ibidem Alexand. tenentem, quod ſic, ſed non appellatione proximorum, per *l. cum alienam. C. de legat.*

Pauper, qui ſine ſui dedecore exire non poteſt, habetur pro carcerato, & habet iuſtam cauſam petendi reſtitutionem in integrum, puta, quia erat nudus. gloſſ. eſt iuncto text. *in l. in eadem cauſa. in fine. ff. ex quib. cauſ. mai.* & gloſſ. not. *cap. ſi quis teſtium. de teſtibus.*

Probatio in dubio quando lex de ea facit mentionem, præſumitur de vera, ſcilicet per inſtrumentum vel per teſtes, non autem de ficta. tex. eſt not. *in l. Lucius. ff. de cond. & demonſtr.* & per iuramentum, & vide plene de hoc per Felin. *in rubr. extra, de probat.* & per Alex & Iaſ. *in l. 1. C. de teſtam. milit.*

Pater ſimpliciter tradens rem filio ſuo, in dubio videtur ei concedere in peculium, non autem donare. *l. ſi donatione C. de collat.* & ibi per Doct. & not. Bald. *in auth. ex teſtamento. col. 3. C. eod. tit.*

Pauper non tenetur ſoluere collectas tales, ſecundum Bald *in auth. defuncto ei ea fin. C. ad Tertul. & in l. etiam. C. de execut rei iud.* Imo plus dixit ſingulariter Abb. *in c. peruenit. col pen. extr. de immũ. eccl.* quod officialis deputatus ad exigendum collectas, poteſt illas remittere ratione paupertatis in præiudicium Principis. per gloſſ. ſingularem *in l. omnes. C. de ann. & tribut. lib 10.*

Pater an poſſit grauare filiam in dotem per fideicommiſſum: dic, quod non, niſi tantum ſibi legauerit, quod aſcendat ad ſummam legitimæ. ita intelligitur textus *in l. fin. § filia* alias incipit, *fidei ff. de leg. 2.* ſecũdum Bar. vbi ita etiam intelligit illum tex. Alex. *in l. ù filia.* vbi eſt tex. de hoc. *ff. ad Treb.* & Paul. de Caſt. *in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Treb.* vbi dicit, hãc eſſe communem opin. & ibi Bart. ſimiliter expreſſe hoc firmat. Idem etiam voluit Bald. *in l quoniam nouella. col. fin. C. de inoff. teſtam.* & Bald. *in auth. res, quæ. colum. 2. C. commun. de legat.* Fortificatur hoc ratione, nam cum dos ſuccedat in locum legitimæ, vt *dict. l. quoniam nouella.* ideo ſicut legitima debet haberi ſine aliquo grauamine, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* & not. Abb. *in c. Raynaldus in 1. not de teſtament.* & Bald. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtament.* ita etiam & dos. Dicit tamen Bartol. *in l. Lucius. §. maritus. & in d. §. filia.* quod in eo, quod excedit legitimam, poteſt filia grauari in dotem. Quod limitat multum ſingulariter Bald. *in d. l. quoniam nouella.* quem ſequitur Paul. de Caſt. *in d § maritus.* non procedere, vbicunque filia ex forma ſtatuti dotata non ſuccederet; quia tunc nec in eo, quod excedit legitimam, poteſt grauari in dotem. Scias etiam, vbi viget tale ſtatutum, dos ſuccedit in locum legitimæ, ita not. Bald. *in l. ſancimus. C. de nupt.* ſed quod tunc poſſit grauari, tenuit Paul. de Caſtr. *in conſ. 197. & conſ. 118. & 114.*

Peculium ſi de nouo augeatur, poſtquam eſt ſemel auctum, ſi non eſt in ſolidum ſatiſfactum creditori, poterit creditor de nouo agere actione priſtina, cum adiectione de peculio pro reſiduo. tex. *in l. quæſitum. §. ii, qui ſemel. & in leg. quotiens §. ſi ſemel. & gl. ff. de pecul.*

Præſens quis dicatur, & quis abſens, vide tex. *in l. fin. C. de præſcript. long. temp.* & Abb. *in c. 2. colum. 3. extra, de fideiuſſ.*

Patris appellatione venit etiam auus. tex. eſt *in l. iuſta interpretatione. ff de verbor ſignif* & not. gloſſ *in l. appellatione parentu. eod. tit.* Quod intelligas procedere in fauorabilibus, ſecus in odioſis, ita not. Bartol *in l. patri. ff. de adult.* Idem dicas etiam appellatione parentis. *l. ſi infanti in princ. C de iure delib.* vide tamen omnino Bart. *in l. liberorum. in fin. verbu. ff. de verbor. ſignif*

Pater poteſt reuocare conſenſum datum filio ad donationem cauſa mortis viuo filio, ita not. Bald. *in l. ſenium. C. qui teſtam fac. poſſ.*

Procuratores ſi ſunt plures, an poſſit vnus ſine altero adminiſtrare, vide ſupra, *in verb. executores, &c.*

Pater inſtituens filiam in eo, quod de iure ſibi contingit, an videatur ſe referre ad ius commune, an vero ad ius ſtatuti, vbi eſſet ſtatutum, quod filia dotata extantibus maſculis non ſuccedat. Bald. *in l. quicunque. colum. 3.* tenet, quod intelligitur inſtituta, ſecundum ius commune, ſcilicet, vt habeat virilem; tamen communis opinio eſt in contrarium, & contrarium tenuit ipſe Baldus. *in l maximum vitium. col. pen. C. de lib præt.* & Alex. *in l. Gallus. §. quidã recte. in fin. verbu. ff. de lib. & poſthum.* vbi dicit, quod tale ſtatutum dicitur ius commune illius municipii, in quo viget, Alex. *in l. hæredes mei. §. cum ita. col. 4 & 5. ff. ad Treb.* & Bald. *in l. conſtitutionis. in fin. C. de bon quæ lib.*

Princeps, qui tempore guerræ conceſſit alicui bona rebellium, tenetur facta pace reſtituere omnia ea primis dominis, adeo, quod talis conceſſio in totum annullatur, tex. eſt not & ibi Bald *in c. 1. in verbo, priuilegia. de pace Conſtantiæ* & ibi eſt caſus ſpecialis, per quem in reſtitutione veniunt bona in alium alienata, licet regulariter contra, nam quamuis hoc verbum, *reſtituet*, habeat amplum ſignificatum; *l. 1. C. de ſen. paſ.* tamen non facit venire bona alteri conceſſa, ſeu alienata, vt dicit Alex. *in d. leg. 1.* & plene Andreas de Iſern. *in volum. penult. de vaſ. decrep. ætat.* vbi etiam ponit in verbo, *reddere*, adeo, quod ſi bona illa alienata reuertantur ad fiſcum poſt reſtitutionem, non tamen reſtitui debent, vt ibidem dicit Andr. *in fin. verbu.* & de hoc verbo, *reſtitutio*, vide gloſſ. *in §. cum autem Inſtitut. quibus modis ius patr. poteſt. ſolu. in verb. ſtatum.* & text. *in l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vſur.* & de prædictis vide Bartolum *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.* & ibi Alexand *in antepenult. col. ff. de liber. & poſthum.* ibi vide per Alexandr. aliquas poſt Bart. limitat. ad prædicta.

Præſumitur in regno Siciliæ quælibet ciuitas viuere iure Longobardico, niſi probetur, quod viuat iure Romano, ita tenet Andr. de Iſern. *in prologo feudorum. in verſ. 3 quæritur.* & idem Andr. *in cap. 1. §. ſed quia vidimus. de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. in verſic. bona vacantia. quæ ſint regal.* per *conſtit. puritatem.* contrarium tenet Bald. *in authen. dos data. C. de donat. ante nupt.*

Princeps reſtituens primogenitum, qui propter delictum amiſerat ius primogenituræ, an faciat illam recuperare, vide ſupra, *in verſic. Monachus, &c.*

Princeps quando vtitur clauſula, non obſtante, videtur vti plenitudine ſuæ poteſtatis, ita notat Alexand. *in leg. ex facto. col. 5 ff de vulgar. & pupill.* & Andr. de Iſern. *in cap. 1. §. naturales. ſi de feud. fuer. controuer.*

Pecunia in dubio præſumitur eſſe ſoluentis. ita voluit Bald. *in l. 2. C. pro ſocio.*

Poſſeſſio aliquando ponitur pro ipſo fundo, vt ſi dico, lego tibi poſſeſſionem meam, intelligitur de fundo meo. text. eſt. *in leg. interdum. ff de verbor ſignific. & in leg. 2. C. de probat. & in l loc. rum. & ibi not.* C. *de omni agr. deſer. lib. 11.* & Alexand. *in leg. 1. in princ. colum. 4. ff de acquirend poſſ.* Et ex hoc infert Bart. *in leg. vxorem. § legauerat. ff de leg. 3.* quem ſequitur Iaſon. *in dict. leg. 1. in princip. colum. 9.* quod ſi lego tibi omnes poſſeſſiones meas, intelligitur tantum de immobilibus, vnde mobilia non veniunt; quia ex communi vſu loquendi ita hoc nomen intelligitur. *argument. leg. liberorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. & l. Labeo. ff. de ſupel. lega.* quamuis referant Vltramontanos determinaſſe in contrarium, & male, vt dicit etiam Alexan. *in d. l. 1. colum 7. ff. de acquir. poſſ.*

Pater relinquens filium ſub poteſtate matris, videtur facere matrem tutricem. text. eſt. *in cap. ex parte M.* & ibi Bald *in fin. de appellat.* per quem ita dixit Iaſ. *in l. 1. col. 4. ff de iur. omn. iud.*

Poſſeſſio quamuis dici ſoleat, quod metu amittitur, vt *l. ſed ſi nolit. & l. ſi id quod. §. fin. ff. de acquirend. poſſeſſion.* tamen illud debet intelligi, quando quis timet accedere ad poſſeſſionem, ne inde deiiciatur; ſecus ſi timet propter ſuam perſonam domum ſuam egredi, quia non per hoc amittit poſſeſſionem aliorum fundorum. *leg. licet. C. de acquirend. poſſeſſ.* & notat Alexand. *in l. 3. §. in amittenda. ff. eod. tit.*

Potentius eſt ius, quod quis habet iure proprio, quam iure alieno. *l. ſi filius §. erit. & ibi gloſſ. ff. de fideicomm. libe. & leg. quod principi. cum l. ſequ ff. de leg. 2.* & ex hoc dicit gloſſ. *in l. ſi quid in bello. ff. de capt.* quod vnuſquiſque debet gloriari de eo, quod quiſque acquiſiuit, non autem de ſucceſſione antiquorum ſuorum. Idem dixit Angel. *in leg. iſti quidem §. final. ff quod metus cauſ.* quod plus diligimus illud, quod proprio ſudore acquirimus, quam alieno, idem etiam dixit Iaſ. *in leg. more maiorum. colum. 3 ff de iuriſdict. omn. iud.* & Bald. *in l nemini. C. de aduoc. di. iud.*

Pretium in dubio, quando fit de eo mentio, intelligitur de contractu emptionis & venditionis, ita demum, ſi pretium ſit æquiualens rei. ita dixit Bald. *in l. ex conuentione. C. de pact. & l. ex conuentione. C. de pact. conuen.*

Prorogatio iuriſdictionis iudicis incompetentis, debet fieri de tali cauſa, de qua poterat ille iudex iudicare inter ſuos ſubditos, alias non valet. ita not. Iaſ. per plura allegata *in l. ſi per errorem. in princ. ff. de iur. omn. iud.*

Priuilegium in dubio cenſetur conceſſum ad partis poſtulationem, non autem motu proprio. ita not. Alexand. *in l. 3. in princ ff. quod quiſque iur.* niſi in priuilegio repetiatur clauſula; *motu proprio;* quæ alias probari non poteſt, niſi ibi reperiatur ſcripta, vt eſt textus *in cap ſi motu proprio in fine. de præbend. libr. 6.* primum tamen dictum limita, vt per Alexan. *in d l. 3.*

Princeps confirmans priuilegia alicuius ciuitatis, non videtur confirmare ea, quæ ſunt contra ius, niſi expreſſe de hoc fecerit mentionem, ita ſentit Bald. *in c. 1 colum. 2. per quos fiat inueſt.* & expreſſius Iaſ. *in l. fin. ff quod quiſque iur.*

Procurator non tenetur appellare à ſententia contra ſe lata, niſi contineat euidentem iniuſtitiam; & in dubio ſi non appellat, præſumitur hoc feciſſe; quia ſententia erat iuſta. ita Bald. *in l. inuitus. col. 2. C. de procurat.* quem ſequitur Iaſ *in l. 1 §. ſi procurator. colum. 6. ſi quis ius dic. non obtemp.*

Promiſſio facta in iudicio habet executionem paratam, ita not. Alexand. *in leg. eum. pro quo. ff. de in ius voc.*

Promittens ſoluere non liberatur dando fideiuſſores ita eſt text. *in leg. promiſſor. §. fin. ff. de conſtit. pecun. & l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Quid autem in promittente ſatisfacere, vide Alexand. & Bart. *in leg. 1.* & ibi plene Iaſ. *ff. qui ſatiſd. cog.*

Poſſeſſio an & quando per traditionem vel per expulſionem ſeu per ingreſſionem alterius perdatur? Ad hoc ſciendum, facias hanc concluſionem ſeu diſtinctionem. Aut quis poſſidet per ſe, aut per alium, puta per ſeruum, filium, vel colonum. Primo caſu, ſi tradit rem ſimpliciter; & tunc ſi animo transferendi dominium, puta ſi præceſſit titulus habilis; & tunc transfertur dominium & poſſeſſio. *§. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. & l. traditionibus. C de pact.* Si vero tradit poſſeſſionem; tunc vtramque perdit, & in alium transferr, ſcilicet ciuilem & naturalem. *l. 1. §. per procuratorem. & §. ſi iuſſerim. ff. de acqu. poſſ.* niſi appareret ex animo ſuo, quod voluerit tantum naturalem transferre, vt quando præcedit contractus, de cuius natura hoc venit, ſicut dicimus in precario. *l. & habet §. eum. qui ff de præc.* vel ſolam detentationē, vt ſi locat. *l. ſi quis ante. ff de*

acq

*acquirend. poſſ. ff. & l. officium. ff. de rei vend.* vel ſi commodat, vel deponit, vt *d. l. officium.* transfert etiam naturalem tantum, ſi cõcedit rem in vſumfructum. *l. naturaliter ff. de acquirend. poſſeſſ.* vel ſi concedit in emphyteuſim, vt not. gloſſ. *in l. 3. §. ex contrario. ff. eod. tit.* vel ſi locat ad longum tempus, vt not. gloſſ. *in d. l. ſi quis ante.* & ibi Alex. *col. 4.* & not. gloſſ. *in l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculum. ff. commod.* Si vero expellitur; tunc indiſtincte vtramque perdit. probatur *in l. 1. §. non alii autem. ff. de vi & vi arm. & in l. 1. §. & conſequenter. ff. vti poſſ.* Quod intelligas procedere, ſi non habet animum recuperandi in continenti, alias ſecus; quia ſolam naturalem perderet. gl. eſt ſingularis *in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arm.* quia animus perpenditur, ſi facit præparamenta, vt *in d. gl.* habetur, & hoc de re immobili. Rei autem immobilis indiſtincte amittitur poſſeſſio, quando alicui eſt ſubtracta, vel per vim ablata, *l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ.* Idem ſi eius reſtitutio eſt denegata per commodarium forte, vel depoſitarium, vt eſt communis opinio Alex, *in leg. 3. § ſi rem. & in l. ſi quis rem. ff de acquir. poſſeſſ.* & probatur *in l. ſi rem mobilem. eod. tit.* Idem eſt, quando poſſeſſor timet ſe poſſe repelli ab aliquo; quia tunc etiam ciuilem perdit *l. ſed ſi nolit. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quod intelligas ſane procedere, quando quis timet ſuper re, ſecùs ſi timet de ſua perſona, ne offendatur; quia tunc non perdit ciuilem, etiam ſi ad poſſeſſionem non accedat, ita dixit Alexan. *in leg. 3. §. in amittenda. ff. eod. tit.* per tex *in l. licet C. de acquiren. poſſeſſ* Si vero alius eſt ingreſſus; & tunc, ſi inuenit naturalem vacantem, acquirit naturalem, & dominus nõ perdit ciuilem, *l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff eod tit.* niſi timeat ſe poſſe repelli, vt *dict. l. ſed ſi nolit.* Si vero naturalis non erat vacans; tunc ingrediens nullam acquirit, & poſſeſſor nullam perdit, caſus eſt *in leg. quod meo. § fin ff. de acquiren. poſſeſſ* & ibi per Alexand. niſi ſuſpicetur ſe poſſe repelli, vt ibi notat gloſſ & tex. *in leg. ſi id, quod. §. fin. eod. tit.* Et hæc eſt optima limitatio ad *d. §. qui ad nundinas.* quem ita limitauit Alexand *in leg. ſi colonus. in fin ff. eod. tit.* Et quod ſupra dixi de traditione, dicas hoc procedere, ſiue ſit vera, ſiue ficta, vt per aſpectum ſic ficta dici poteſt, vt *d. § ſi iuſſerim. & d. l. quod meo. §. ſi venditorem.* vel per conſtitutum, vt *dict. l. quod meo. in princip. & l. interdum. in princip. & §. fin. eod. tit.* vel per conditionem, vt *l. qui bona fide. & l. ſi aliquam. ff. eod. titulo.* Amittitur etiam poſſeſſio per ſolum animum nolentis poſſidere, quando quis per ſe poſſidet; & tunc vtraque poſſeſſio perditur *dict. l. 3. §. in amittenda.* & ibi Bartol. & expreſſius Alexand. *in 2. not. & l. ſi quis vi. § differentia. eod. tit.* Amittitur etiam poſſeſſio per obliuionem, quæ præſumitur ex curſu decennii, ſi aliquis per tantum tempus non accedit ad poſſeſſionem ſuam. *l. furtum. §. fundi. ff de vſucap.* not. Alexand. *in l. 1 in princ. & in l. 3. §. ex contractu. colum 3.* & Bart. *in l. ſi de eo. §. ſi forte* & ibi plenius Alexand. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Secundo caſu principaliter, ſcilicet, quando quis poſſidet per alium; & tunc, quis per ſe retinet ciuilem, & per alium naturalem, puta per colonum, ſi ipſe dominus tradit voluntarie, perdit poſſeſſionem. Idem ſi ſolo animo non vult poſſidere, quia perdit eam etiam ſtante colono in fundo. ita dixit Alexand. *in leg. 3. §. in amittenda. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & Bartol. *in leg. quod meo. in princ.* & ibi etiam Alexand. *col. 5.* vbi ita intelligunt gloſſ. *in l. peregre §. quibus. eod tit.* quæ volebat, quod ſolo animo domini tunc non perditur poſſeſſio; quia illud procedit in voluntate coacta & neceſſaria, ſed non ſpontanea. Et hoc procedit etiam in ficta traditione, vt per Bartol. *in d. l. quod meo.* & ad prædicta allegant gloſſ. ſingul. *in leg. 1. §. non alii autem. in verſ. retineo ff. de vi & vi armat.* Si autem dominus ſit expulſus manente colono, & tunc poſſeſſionem non perdit, caſus eſt *in leg. 1 §. ſi quis me vi. ff. de vi & vi armat.* & iſtud aſſumpſit not. Bald. *in leg. fin. in fin. verbis. C. de acquirend. poſſeſſ.* Si autem ipſe colonus vult priuare dominum poſſeſſione, & tunc aut ipſe egrediatur animo deſerendi poſſeſſionem, & dominus perdit naturalem, non autem ciuilem, caſus eſt à contrario ſenſu *in leg. ſi colonus.* vbi gloſſ. & Bartol. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* & hoc de iure ff. ſed de iure C. nullam perdit, per *l. fin. C. eod. titul.* vt voluit Alexand. *in dict. leg. ſi colonus, in princip. & in fin.* ſecus eſſet, ſi egrederetur, non animo deſerendi; quia tunc etiam de iure ff. dominus nullam perdit, vt *dict. l. ſi colonus.* & ibi gloſſ. & notat Bartol. & Alexand. *in dict. leg. ſi de eo. §. ſi forte. eodem titulo.* Aut ipſe colonus perdit poſſeſſionem, id eſt, quia egreditur hoc animo, vt alius ingrediatur; & tunc minime dominus perdit poſſeſſionem, vt eſt gloſſ. *in dict. leg fin.* & ibi hoc declarat Bald. Aut ipſe colonus deiicitur; & tunc dominus perdit omnem poſſeſſionem. textus eſt *in dict. leg. peregre. §. quibus* & ibi Alexand. *in 1. not.* & hoc procedit, quando ciuilis cohæret naturali, quæ per alium retinetur, vt diximus in colono; quia in hoc non corrigit illa l. fin. vt expreſſe dicit Alexand. *in dict. §. quibus. in 1. not.* ſecus ſi ciuilis non cohæret naturali, vt in ea, quam habet vſufructuarius; quia ſi vſufructuarius deiiciatur, dominus non perdit ſuam ciuilem, ita dixit Alexand. *in dict. § quibus. in 10. caſu.* Aut colonus moritur; & tunc dominus ſtatim amittit naturalem: Ciuilem autem non perdit, niſi fuerit negligens in recuperando naturalem: textus eſt *in dict. leg. ſi de eo. §. ſi forte,* vbi per omnes Doctor. Aut colonus tradit poſſeſſionem alteri; & tunc aut vere tradit, & priuat dominum vtraque poſſeſſione, text. eſt *in leg. 3. §. quod ſi ſeruus ff. de acquirend. poſſeſſ.* & gloſſ. *in dict. leg fin. C. eodem titulo.* quæ in hoc minime corrigit: quod intelligas verum, ſi alienando tradit, puta ex titulo, ex quo dominium transferri ſolet, vt eſt textus *in leg. non ſolum. §. pignori. ff. de vſucap.* ſecus ſi non alienando,

vt

vt eſt gloſſ.not.& ibi Alexand. *in leg. qui vniuerſas.§. fin.ff. de acquirend. poſſeſſ.* & prædicta procedunt etiam in colono pupilli tradente. ita not. dixit Alexand. *in l.poſſeſſione.circa fin. ff. eod. titul.* Aut colonus tradit ficte, puta per conſtitutum, vel per conductionem; & tunc dominum poſſeſſione non priuat. textus eſt *in leg.quamuis. §.1.ff. eod. titul.* Quod ſingulariter limita non procedere in tradente ficte, qui nullam poſſeſſionem habebat; ſecus ſi habebat naturalem, ſuper qua requieſcebat ciuilis, vt in poſſidente precario, quia per fictam traditionem non ſolum ipſe perdit naturalem, ſed etiam priuat dominum ciuili, ſicut quando ipſe dominus tradit, iuxta *leg. quadam mulier ff de rei vendic.* ita dixit gloſſ. ſingularis, quam plene ibi ſequitur Alexand. *in leg. interdum § fina. ff. de acquirend. poſſeſſ.* vbi Alexander hoc limitat non procedere, quando ciuilis non requieſcit ſuper naturali, vt in ea, quam habet proprietarius reſpectu vſufructuarii, vt ſupra fuit dictum allegando Alexand. *in d. §. quibus.* Aut conductor vult tradere poſſeſſionem per aſpectum, & priuat dominum poſſeſſ. ita dixit Angel. *in l. quarundam. ff. de acquirend. poſſeſſ.* quem ſequitur Alexand. *in l. quamuis. § ſi conductor. eod tit.* Aut colonus non tradit alteri poſſeſſionem, ſed denegat ſoluere penſionem domino; & tunc priuat eum poſſeſſione. ita dixit Alexand. *in d. §. ſi conductor.* & idem Alexand. *in dict. l. 3. §. ſi rem. eod. tit.* Aut colonus perdit poſſeſſionem auctoritate iudicis, puta quia conuentus ab aliquo non nominauit dominum in iudicio: iuxta formam *l. 2. C. vbi in rem actio.* & tunc dominus perdit poſſeſſionem ſecundum magis communem opinionem Bartol. *in d. l. 2.* & idem Bart. *in leg. officio. ff. de rei vendicat.* & Alexan. *in d. §. quibus* vnum tamen ſcias in hac materia, & adde ad ea, quæ dixi ſupra in primo membro principali, quod inter rem mobilem, & immobilem eſt hæc differentia; quia ciuilem poſſeſſionem rei mobilis perdo etiam ignoranter ſtatim, quod meam cuſtodiam euaſit taliter, quod facta diligenti inquiſitione non poſſet inueniri, *l. 3. §. Nerua filius. & l. ſi rem mobilem. & ibi not ff. de acquirend. poſſeſſ.* Sed rei immobilis, quam per me ſimiliter poſſideo, nunquam perdo ciuilem ignoranter, etiam ſi alius eam occupauerit, niſi ſciam & ſuſpicer me repelli. *l. quamuis. la 2. ff. eod. titulo.*

Præſumitur in dubio creditor approbaſſe fideiuſſorem tanquam idoneum, niſi contrarium probet. ita Alex. *in l. ſi ab arbitrio. ff qui ſat. cog.* per tex. *in l. 3. ff. de fideiuſſ.* licet hoc ſub dubio ponat per *leg fin. §. ius hoc. C. de ſponſal.*

Papa non poteſt ſine cauſa dare poteſtatem Principi ſeculari, vt poſſit iudicare inter clericos, ita dixit Abbas *in cap. præpoſuit. in 3. colum. in fine. de conceſſ. præbend.*

Pœna priuationis iuris nunquam irrogatur, niſi in iure hoc reperiatur expreſſum. *§. cum igitur. in Authent. de non eleg. ſecun. nub* & Alex. *in l. etiam. §. 1. ff. ſol. matrim.* & Iaſ. plene *in l. diuortio. § ſi fundum. eod. titul.* Abb. *in cap fin. de iure patr.*

Proteſtatio non requirit de neceſſitate ſcripturam, niſi in caſibus in iure expreſſis. ita dixit Bald. *in authen preſbyteros. C de epiſc. & cler.*

Paraſceue dicitur dies Veneris ſancti, & dicitur ab apparatu eſcarum; quia Iudæi in illa die ſolent parare eſcas, ſeu cibos pro die ſabbati. ita dixit Abb. *in cap. quia ſuper. de Iudæis.*

Priuilegium generaliter ſublatum à ſtatuto non intelligitur de clauſo in Corpore iuris, ſed de ſpeciali, vide infra *in verb. Statutum. verſ. 72.*

Poſſeſſionis commodum magnum eſt; quia dat facultatem poſſidenti reſiſtendi de facto, & ſuper hoc poteſt implorare officium iudicis, vt eum defendat. Flor. *in l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff ad leg. Aquil.* pro hoc eſt text. ſingularis, & ibi Bald. *in leg ſi ſeruus. C. quod cum eo.*

Pauper, qui non poteſt domum ſuam reficere propter impotentiam, poteſt permittere illam ruere, nec poteſt compelli ad reficiendum ſecundum Paul. de Caſtr. per illum tex. *in leg. ſed an vltro. §. 1. in fin. ff. de negot. geſt.*

## Q.

QVANDO in lege reperitur ratio ſcripta, etiam ſi ſit correctoria, extenditur de cauſa ad caſum ex identitate rationis. vt eſt gl. not *in Clem. 1. in verb. eligatur. de elect.* quam ad hoc allegat Alexan. *in leg ſtipulatio hoc modo colum. 3. de verbor. obligat.* Et hoc habet locum in caſu fauorabili: nam ſecus eſſet in odioſis, vt not. Alexand *in leg properandum. in princ. C. de iud.* faciunt quæ not. Bart. *in leg Marcellus. in fin. illius princ ff. ad Treb.* & idem Bart. *in leg. Gallus. § & quid ſi tantum. ff de lib. & poſthum.* & Doct. *in l. ſi vero. §. de viro ff. ſol matr.* & Iaſ. *in §. omnium. col. 7. Inſt. de action.*

Qui habet plura remedia, ſiquidem ſunt ad inuicem contraria, vno intentato, videtur alteri renunciare. *l. 1. C. de furt. & l. poſt. diem. ff de leg commiſſ. & l. quod in heredem §. eligere. ff. de tribut.* Si vero ſunt ad inuicem compaſſibilia; & tunc vno intentato alteri non renunciatur. *l. propter litem. §. 1 ff. de excuſ. tut. & l. nemo. ff de except. & l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir p. ſſ.*

Qui eximit marmora vel columnas à domo ſua cauſa vendendi ſeu negotiandi, punitur in hoc; quia talis contractus venditionis eſt irritus, & venditor amittit proprium, & emptor tenetur ad duplum, quæ pœna fiſco applicatur. *l. ſenatus. ff. de contra empt.* & ſi talia ſint legata, illud legatum redditur ipſo iure nullum. *l. cætera in prin. & §. 1. ff de leg. 1.* & ratio poteſt eſſe, quam ponit Iuriſconſultus *in l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loc. publ.* ſcilicet, ne ciuitas ædibus deformetur.

Quan-

Quando electa eſt induſtria perſonæ, non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum. *leg. nemo eſt qui neſciat. ff de duob. reu. & leg. inter artifices. ff. de ſolut.* Ex quo datur limitatio ad *leg. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ff de verborum oblig.* vbi dicitur, quod ſi locaui tibi opus faciendum, tu potes alii locare, vt non procedat, quando eſſet electa induſtria perſonæ, per prædicta.

Qui tractat de damno vitando, ſemper præfertur tractanti de lucro captando, ita not. Bart. *in leg. maritum. ff. ſolut. matr.* & Doct. *in leg. cum mulier. eod. tit.* quod ſingulariter limita, niſi ille, qui tractat de damno, incidiſſet in illud damnum culpa ſui, vel ſuo facto; quia tunc non præfertur. ita ſingulariter voluit Bald. per illum text. *in l. 2. C. de cond. ob turpem cauſam.*

Qui literas, quas portabat alii deferendas, aperuit, & alteri oſtendit, punitur pœna falſi: idem eſt, ſi illas literas aliquo modo deleuerit, vel non reſtituit ei, cui dare rogatus erat. Bart. *in leg. Titic. in 2. quæſt. ff. ad municip.* per textum *in l. 1. §. u, qui depoſita. ff de falſ. & leg. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. ff. de pœnu.* Sed ſi ipſe ſolus legit, nec alii oſtendit, punitur crimine ſtellionatus, ſecundum Bartol. *in l. 2. ff. de falſ.*

Quilibet præſumitur viuere per centum annos, niſi contrarium probetur. *l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & notat Abbas *in cap. in præſentia. extra, de ſponſ.* vbi ponit materiam *authent. hodie. C. de repud* ſcilicet, quod mulier nunquam poteſt ſecundo nubere, niſi habeat certum nuntium de marito, qualiter eſt mortuus, ex quo ſemper præſumitur viuere, per *d. l. fin.* ſecus autem eſt in ſponſalibus per verba de futuro, ſi non ſit ſecuta copula carnalis, vt ibidem per Abb. & habetur *in cap. de illis. extr. eod. tit.* Adde tamen, quod iſta præſumptio tollitur per vnum teſtem deponentem de morte. gloſſ. eſt ſingul. quam ibi ſequitur Bart. *in l. 2. §. ſi dubitetur ff. quemadm. teſtam. aper.*

Qui facit actum à lege prohibitum, ſemper præſumitur in mala fide. ita eſt not. doctr. Bartol. *in leg. quemadmodum. C de agric. & cenſ. libr. 11.* & Abb. *in cap. in præſentia in fin. extr. de ſponſ.* & idem Abb. *in c. conſultationibus. extr. de iure patr.*

Qui negat id, quod eſt cauſa ſui beneficii, amittit illud beneficium. text. eſt & ibi Bartol. *in leg ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſ. & leg. ſi vnus §. final. ff. pro ſocio. & leg. ſed hoc ita, in fine. ff de re iudic.* & Bart. *in leg etiam. §. licet ff ſolut. matrim.* quod intelligas, quando conuincitur de mendacio. Limita tamen hoc, niſi eum pœniteret ante litem conteſtat. quia tunc recuperat illud beneficium. ita per Angel. & Alexand. *in d §. ita demum* & plene per Iaſonem *in §. item ſi quis in fraudem. 11. colum. in fin. Inſtit. de actionib.* & vide plura per Iaſ. *in leg. fin. column. 2. C. de fideicomm.*

Qui allegat aliquem caſum ſpiritualem, ſeu fallentiam à regula iuris communis, debet illam probare, *cap. ad decimas. de reſtit ſpol. lib. 6.* de quo vide plene Iaſ. *in l. 2. col. 7. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.*

Qui dicit ſe eſſe talem, debet probare ſe talem eſſe. *l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.* quod ſane intelligas, ſecundum Bald *ibi.* ſi opponatur vel negetur ſe eſſe talem.

Qui facit actum à iure prohibitum, præſumitur calumniari. ita dixit Bald. quem ſequitur ibi Alex. *in l. ſi idem. § quod ſi mutua. ff. de iur. omn. iud.* ſicut etiam accuſans criminaliter, ſi non probat. præſumitur calumniator. ita dixit Bald. *in leg. crimine. C. qui accuſ. non poſſ.*

## R.

RES aliena licet vendi poſſit, *l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* & etiam legari, *l. Gaius ff. de pign. act.* & hoc teſtatore ſciente, alias legatum non debetur, *l. ſi res obligata. ff. de leg. 1 & Inſtit. de legat. § non ſolum.* tamen non poteſt pignorari, inuito vel inſcio domino, *l g. aliena res. ff de pign. act. & l. quæ prædium. C ſi res alien pign. dat. ſit.* Et ratio eſt; quia debitor pignorando eſt neceſſe, quod transferat ius in re, quod non poteſt facere in re aliena, cum ipſe non habeat, vt not. gloſſ. *in leg. rem alienam.* & gloſſ. *in leg. fideiuſſor §. pater. ff. de pign.*

Relicta ab inſtituto cenſentur relicta etiam à ſubſtituto. *leg. licet. de leg. 1.* Fallit, quando teſtator legaſſet ab inſtituto, expeſſo proprio nomine; quia tale legatum non cenſetur repetitum à ſubſtituto, vt not Bartolus *in d. leg. licet* per *leg. ſi plures de leg. 3.* Intelligas tamen prædicta de ſubſtituto vulgariter; nam ſi pupillariter, non cenſentur ab eo repetita. Verum tenetur præſtare ea, tanquam hæres impuberis, & ſic tanquam æs alienum. *leg. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid.* & Bartol. *in d. leg. licet.*

Regula, vbi cœptum fuit iudicium, ibi debet terminari, limitatur, niſi eſſet præiudiciale alterius iuriſdictioni. ita not. Bald. *in cap. Imperia em. §. præterea. el. 3, de prohib. feud. alien. per Freder* & Imol. *in leg. vbi cœptum. de iud.* Item limita vt per Bart. *in l. quamuis. de dam. infect.*

Redhibitoria actio eſt duplex, quædam durat per ſex menſes, & de iſta loquitur text. *in leg. ſciendum. §. final. & leg. ſi tamen ff. de ædil. edict.* quæ competit, quando animal venditum, eſt repertum morboſum: quædam vero datur intra duos menſes; & iſta datur, quando venditor non vult præſtare cautionem emptori de vitiis rei venditæ. nam tunc emptor poteſt redhibere rem intra duos menſes, etiamſi non ſit morboſa, de qua loquitur textus *in leg. ſi venditor. & ibi gloſſ. ff. de ædilit. edict.* Elapſis autem ſex menſibus in prima actione datur actio quanti minoris, quæ durat per alios ſex menſes, vt *d. l. ſciendum. § fin.* & iſta quanti minoris, eſt du-

plex, prætoria, & ciuilis: prætoria datur tantum pro rebus à prætore inductis, ſcilicet pro ſeruis, vt *l.1. in princip. ff. de ædil. edicto*, & pro rebus pretioſis venditis, vt *l. emptori. ff de euictio.* Item durat per annum tantum, ſicut aliæ actiones prætoriæ, vt *Inſtit. de perpet. & tempor. action. §.1.* Item datur quanti minoris eſſet de iure communi, ſed de communi æſtimatione. Ciuilis vero datur perpetuo, & pro omnibus aliis rebus præter ſeruum, & rem pretioſam, & datur quanti minoris emptturus eſſem, & ſic reſpicit affectionem, vt not gloſſ. & plenius Bartol. *in l. Iulian. in princip. ff. de action. empt.* E quibus reſultat alia differentia, quod ſtipulatio duplæ, quæ interponitur pro euictione rerum à prætore inductarum, eſt prætoria, & datur de neceſſitate: imo etiam ſi non fuerit præſtita, eſt præſumptio iuris & de iure, quod ſit præſtita. *l quod ſi nolit §. quia aſſidua ff de ædil. edict.* ſtipulatio vero, quæ datur de euictione aliarum rerum, eſt ciuilis, & voluntarie promittitur de dupla. nam niſi dupla apponatur, venit tantum ſimplum. *l. pen. C. de euict. & d. l. emptori* & not. Bartol. *in l. 4. §. Cato. colum. 7. de verb. obligat.*

Reſtitutio in integrum hodie datur infra quadriennium continuum. *l fin. C. de tempor. in integr. reſt.* licet olim dabatur intra annum vtilem, vt ibi [illegible] tur, & hoc habet locum tam in minoribus quam in maioribus. Intellige tamen, quod intra illud quadriennium debet non ſolum reſtitutio peti ſed etiam cauſa finiri, vt *d. l. fi. in ver. finiendam l. tem. &c.* & ibi not. Bald.

Reſtitutio in integrum competens minori, ſeu mulieri, tranſit ad hæredes. *l. non ſolum* & ib gloſſ & Bartol *ff de in integr. reſtitut & l. Pantonius. in princip ff de acquirend. hæred.* Quod ſic ita procedere, ſi talis reſtitutio incepit competere minori, vel mulieri ante mortem ſuam; nam tunc tranſit ad hæredem, etiam maiorem, ſeu talem, qui non poterat in integrum reſtitui; ſecus ſi non incepit in perſona defuncti, vt not. Bartol *in l. quia tale ff. ſolut. matrim.* & Dyn *in c. priuilegium de regul. iur libr. 6.* Fallit tamen in caſu *d. l. Patonius* vbi de æquitate datur reſtitutio hæredi, quæ nondum inceperat in perſona defuncti, de quo vide Bartol. *in d. l non ſolum* Hæc tamen regula fallit in caſu ſingulari, quem ponunt gloſſ. & Bartol. *in l. pater, fam. ff. de pupil. credit.* vbi ſubſtitutus ſuccedens pupillo, non poteſt per beneficium in integr. reſtit. ſe abſtinere ab hæreditate, licet pupillus potuiſſet, & ratio eſt; quia quando videtur approbaſſe voluntatem defuncti, ſcilicet patris pupilli. vt ibi dicitur.

Res exiſtens in aliqua ciuitate, licet ex vigore alicuius ſtatuti non poſſit alienari in forenſem; tamen ſi teſtator grauat hæredem ſuum, quod vendat fundum ſuum forenſi, valebit venditio, nec talis caſus mixtus comprehenditur ſub ſimplici, cum ſimus in odioſis. *l. vim paſſam. §. præſcripto. ne. ff. de adult.* & dixi *ſupra in verb. mixtum.* ita voluit Alexander *in l. ſi tibi. ff ſi cert. petat.* Ex quo infertur quod res minoris, licet alias non poſſit alienari ſine decreto; *l. lex qua tutores. C. de admin. tut & l. magis puto. ff de re. eo. & toto tit. C. de prædi. minor.* tamen hoc non habet locum, quando teſtator grauaſſet hæredem ſuum minorem vendere; quia tunc valet venditio, etiam ſine decreto. *leg. 1. & l penult. C. quando decret. non eſt.* & de eo, quod dixi in præcedenti not. vide Alex. *in l ſenatus. ff. de leg. 1.* qui melius & plenius loquitur

Res empta ex pecunia aliena non poteſt à domino pecuniæ vendicari tanquam ſua. *l ſi ex ea pecunia. C. de rei vendicat.* quia fieret compenſatio de quantitate ad ſpeciem, quod non eſt permiſſum in iure. *l. ſi conuenerit. la. 2. ff de pignor act.* Fallit tamen in milite qui poteſt rem emptam ex ſua pecunia vendicare. *l. ſi vt proponis. C de rei vendic.* Fallit ſecundo in Eccleſia, vt not Bartol. *in d leg. ſi vt proponis.* Fallit tertio, in minore, & hoc, quando res eſſet empta a tutore vel curatore de pecunia minoris, *l. [illegible] ff. qua. do. ex fact tut.* alias ſecus, ſi ab alio, vt per Bartol. *in d. l ſi vt proponis* Fallit quarto in clerico. vt per Rob. *in conſil 94. vol. . colum. 2.* & probatur ex his quæ not. gloſſ. *in l. miles. in princ. ff de re iudi.* vbi æquiparat militem clerico; quia quemadmodum miles non poteſt conueniri niſi in quantum facere poteſt; ita etiam & clericus, qui eſt miles cœleſtis militiæ. Idem probat gloſſ *in l. ſtipendia C. de execut. rei iud.* quæ dicit, quod ſicut in ſtipendiis militum non poteſt fieri executio, quando ſunt condemnati: ita etiam in præbendis clericorum, niſi in ſubſidium in vtroque caſu. Item probat Bartol *in l. affectionis ff. de donat.* vbi dicit, quod ſicut donatio facta meretrici à milite non valet; ita etiam illa, quæ fit a clerico An autem res empta ex pecunia dotali efficiatur dotalis, & ſic poſſit a muliere vendicari. gloſſ. *in l ex pecunia. C de iure dot.* tenet, quod non, niſi in ſubſidium. Tu autem videas plene Alexand. *in leg ſi cum dotem. §. fin. ff ſolut. matrim.*

Res, quæ prohibetur alienari, prohibetur etiam obligari ſeu dari in emphyteuſim, caſus eſt not. *in l fin C. de reb. alien.* Ex quo infertur, quod tutor, qui prohibetur alienare rem pupilli ſine decreto, prohibetur etiam dare in emphyteuſim. Secundo infertur ad id, quod voluit Alexand. *in l. ſi filiafamil §. ſi vir in quinquennium ff. ſolut. matrim.* quod maritus, qui non poteſt alienare rem dotalem, minime poterit eam in emphyteuſim dare ſeu locare per decem annos; quia talis locatio habet vim alienationis, vt ipſe dicit, cum per eam transferatur dominium vtile. *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. vect.* vide Bartol. *in leg. in quorum. ff. de pignor.*

Res minoris licet vendi non poſſit; tamen ſi fuerit de facto vendita, & minor factus maior. talem

talem alienationem ratam habuerit, confirmatur alienatio, niſi eſſet deceptus vltra dimidiam iuſti pretii *l.*1.*C.ſi mai.fact. alien.rat. hab.* Item limita, niſi minor ſteterit per quinquennium in maiori ætate, & non reprobauit alienationem; quia tacite videtur alienationem ratam habere, ita eſt text. quem reputat ibi ſingularem Bartol. *in l.fin C.eod tit.*

Regula, aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, vt *leg.*2.*§.*1.*ff. ſi certum petat.* Fallit in caſu ſingulari *leg* 2.*§.penult ff. de relig.* vbi ille, qui debebat ſeruitutem per vnum locum poteſt inuito creditori dare per alium locum, ſi ille locus volebat fieri religioſus.

Res debita ſi pereat poſt moram, intra tamen tempus purgationis moræ, an pereat periculo debitoris. vide *ſup. in verb. obligatus ad aliquam rem, &c. iux. fin.*

Rei appellatione an veniat ſpes? Dic, quod ſic, per text. *in l nomina.ff. de hæred vel act. vend.* voluit Franc. de Curt. *in addit. ad Alexan. in leg.*1.*colum.*3.*ff. ſi cert petat.* vnde qui vendit omnes res ſuas, videtur vendere etiam & ſpem. An autem appellatione rei veniant ſerui, & nomina debitorum, vide Angel. tenentem, quod ſic. *in l.*1 *ff de ſtat. hom.* & late per Arch. *in c. ante.* 40. *diſtinct.* & an ſit differentia inter res & bona, vide gloſſ. & Bartol. *in l. fin. de vſufr. leg. & in l. ſi conſtante, col.*1.*ſolut. matr.*

Rei vendicatio datur contra poſſidentem. *l.*1.*C. de alien. iu. mut. cau. fact. l. in rem. ff. de rei vend.* Item contra dolo deſinentem poſſidere. *l. parem. & l qui dolo. ff. de reg. iur. & l. ſin autem. §. ſed & is. ff. de rei vend.* ita demum, ſi poſſeſſor deſiit poſſidere poſt litem conteſtatam; ſecus ſi ante; quia tunc competit actio in factum, *ex tit. de alien. iudic. mutan. cauſ fact.* ita Abb. *in c.*1.*in fin. ext. de alien. iud. mut. cauſ fact.* quem refert Iaſ. *in §. omnium colum.*13. *Inſtit. de actio.* Datur etiam rei vendicatio contra deſinentem poſſidere lata culpa, vel etiam leui poſt litem conteſtatam, ita Bald. *in d l.*1 *columu. fin. C. de alien. iudic. mut. cauſ fa.* Datur etiam contra naturaliter tantum poſſidentem. *l. officium. ff de rei vendic.* & etiam contra ciuiliter tantum, vt *l. cuiuſcunque. §. ſi fundus. ff. de vſufruct.* & contra quemlibet detentatorem, & habentem facultatem reſtituendi, vt *d. l. officium. in fin.* Requiritur tamen in rei vendicatione, quod poſſeſſor ſaltem tempore rei iudicatæ poſſideat, licet tempore lit. conteſt. non poſſederit, vt *d. leg. ſin autem. §. poſſidere.* nam ſi tempore lit. conteſt. poſſidebat, tempore vero rei iudicatæ deſiit poſſidere, non dolo vel culpa, non poteſt condemnari rei vendicatione, vt *d. §. poſſidere.* Quid autem ſi reus conuentus dicat ſe poſſidere; cum non poſſideat: dic, aut actor ignorat; quia putat eum poſſidere; & tunc, ſi reus durauit in eadem voluntate poſt litem conteſtat. non poteſt amplius eum pœnitere, ſed condemnatur. Si vero ante litem conteſtat. diſceſſit à lite, non condemnatur. *l. is qui ſe obtulit. & ibi gloſſ. ff. de rei vendic.* Aut actor ſcit eum non poſſidere; & tunc quandocunque poteſt reum pœnitere, & ſibi imputet actor, qui à ſeipſo decipitur. *l. qui ſe liti. ff. de pet. her. & l. nam & ſi. ff de rei vendic.* An autem ſi lata ſit ſententia contra dolo deſinentem poſſidere, poſſit contra eundem fieri executio, dic, quod ſic, vt not. Bartol. *in l.*1.*§. neceſſario. in fin ff. ſi ventris nomin. mul. &c.* & Bald. *in d. l.*1.*C. de alien. iud. mutan. cauſ fa.* & Bartol. *in l ſi quis miſſum. §. iudex. ff. de damn. infect.* & licet non habeat quod reſtituat, tamen condemnabitur ad intereſſe, vt eſt text. *in dict. § iudex.* Executio autem contra eum, in quem alienatio facta eſt, non poteſt fieri ex eadem inſtantia, ſed ex alia ſic, vt *d. §. neceſſario.* Quid autem, ſi actor tempore lit. conteſt. non erat dominus, ſed tempore rei iud. ſuperuenit ipſi dominium, an poſſit fieri executio ex eadem inſtantia? dic, aut actor intentauit rei vendicationem generaliter, non expreſſa cauſa, puta; quia dixit, dico talem rem ad me ſpectare iure dominii. & tunc quandocunque ſuperueniat dominium, poteſt fieri condemnatio ex eadem inſtantia. Aut intentauit ſpecialiter, & expreſſa cauſa, vt quia dixit, talem rem ad me ſpectare ex cauſa emptionis; & tunc, ait, dominium ſuperuenit ex cauſa de præterito, & ſequitur condemnatio ex eadem inſtantia, aut ex cauſa de præſenti, & tunc ſecus; quia requiritur alia inſtantia: & in hoc differt actor a reo; quia ſufficit reum poſſidere tempore rei iudicatæ, non autem ſufficit actorem eſſe dominum tempore rei iudicatæ, ita ſingulariter voluit Bartol. *in l. & an eandem. §. actiones. in fin ff. de except. rei iudic.* & Angel. de Aret. *in §. omnium. in* 10. *&* 11. *colum. Inſtitut. de action.* & ibi plura vide etiam per Iaſon. *in* 13.*colum.* qui pulchra dicit.

Reſcriptum Principis, quod in totum abſorbet ius alienum, non valet tanquam contra legem. *l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. & l. cauſas. C. de tranſact.* niſi in eo ſit appoſita clauſula; *tali lege non obſtante, &c.* vt *l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg.*3. vel etiam in genere, ſcilicet non obſtante quacunque lege in contrarium diſponente; Secus ſi diceret, non obſtante tranſactione; quia nihil operatur: nec per hoc derogatur legi, debet enim facere mentionem de lege diſponente, non autem de tranſactione. Ita voluit Paul. de Caſtr. *in d. leg. cauſas.* & vide Bartol. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. publ.*

Regula, ſemper malus, &c. limitatur multum ſingulariter non procedere, vbi quis per tres annos retro fuiſſet continuo bonus; quia tunc ceſſat præſumptio, quod malus reputetur in eodem genere mali. ita ſingulariter voluit Angel. *in auth. de monachu. §.*1.*colum.*1. & Iaſ. *in leg. ſi fideiuſſor. §. fin. col. penult ff. qui ſatiſ. cog.* & ibi etiam Alexand.

Oooo 2 Rati-

Ratihabitio retrotrahitur ad tempus geſti negotii.*l.fin.C.ad Macedoni. & cap.cum quis de ſentent. excommun.lib.6.* Quod ſingulariter limita non habere locum,quando actus ratificatur ab eo, cuius nomine geſtus non eſt,quia tunc nõ retrotrahitur, vt voluit Bart. *in leg.ſi vxor.§ ſi quis vxorem.* per illum text.*ff de adult.*& Alexand. *in leg. cum fundus.§. ſeruum tuum.col.5.ff ſi certum petat.* Item limita,niſi interueniat actus impertinens in medio,ſecundum Bartol. *in leg ſi in debitum.§.fin.ff.rem ratam hab.* & Iaſon.*in l. Pomponius § quæſitum ff.de acquiren. poſſ.* & Bald.*in d.l.fin.*

Regula,dolo facis petendo quod reſtituturus es, ad ſciendum, quando habeat locum.diſtingue ſic de mente Bart.*in leg.ſi ſocer.§. Lucius.ff.ſolut. matrim.* Aut quis petit ab eo,cui eſt reſtituturus: aut petit ab vno, & alii eſt reſtituturus. Primo caſu,aut debitum non eſt liquidum, & non obſtat illa regula *l.1 §.rediguntur.ff.quorum legat.* Aut debitum eſt liquidum;& tunc, aut reſtitutio debet fieri incontinenti,& obſtat,vt *leg. dolo.ff. de doli exception. & cap. dolo.de regul.iuris.libr. 6. & leg. in condemnatione.§.final ff.de regul.iuris.* Aut ex interuallo; & tunc,aut erat dilatio, quæ reſpiciebat ipſam obligationem, & non obſtat, vt *l. fin.§.1.ff. vt leg.nom.caueat.* Aut erat dilatio præſtita miſerationis cauſa, de qua *in leg.ſi cum militi.§.1 ff.de compenſat* & tunc, aut ſumus in petente, puta in eo, qui petit id, quod nunquam dedit,& obſtat,vt *dict.§. Lucius.in fi.* Aut ſumus in repetente;& tunc non obſtat, vt *l.1.C.ſi dos conſtan.matr.* Secundo caſu principali,ſcilicet, quando reſtitutio erat facienda alteri: dic,aut ille, qui petit, debet reſtituere tertio, qui tertius tenetur reſtituere idem ei, à quo petitur, & obſtat, vt *leg.ſi donaturus in fine.ff. de condictione ob cauſam.* Aut tertius non tenetur reſtituere ei, a quo petitur, & tunc ceſſat prædicta regula. ita eſt caſus *in d. §. Lucius.*

Regula,dolo facis,&c. an habeat locum in poſſeſſorio, diſtingue de mente Dyni,*in cap.dolo. de regul.iur.lib.6.* quod aut ſumus in poſſeſſorio adipiſcendæ vel retinendæ,& habet locum,vt *l fin ibi: ſin autem,&c.C.de edicto diui Adr.toll.*vbi ſi quis petit ſe hæredem, & alius ſimiliter petit ſe hæredem in ſolidum,qui primo petebat,poteſt repelli; quia dolo facit, petendo id, quod eſt reſtituturus in caſu ſuccumbentiæ. Aut in poſſeſſorio recuperandæ, & non haber locum,vt *l. ſi quis ad ſe fundum. Cod. ad leg.Iul.de vi.& l ſi quis conductionis.C.loc.* quia ante omnia ſpoliatus debet reſtitui, nulla obſtante exceptione, *cap.1.extra,de reſtitut.ſpoliat. & l. ſi coloni. C.de agric & cenſit.* Quod limita,quando opponens ſtatim vellet docere de iure ſuo,ſecundum Bart. *in l.1.ff.quorum legat.* ſed in poſſeſſorio recuperandæ incontinenti non procederet,ſecundum Bald. *in d.l. ſi quis conductionis.* & Dyn.*in dict.cap.dolo,& c.qui ad agendum.*

Reus alicuius criminis, ſi accepit corpus Chriſti in vna die,non poteſt eadem die ad mortem damnari; imo debet expectari per tres dies poſt.ita tenuit Hoſtienſis *in Summa de immun.eccleſ.§.in quãtum.*quem ſequitur Barbat.*in addit.ad Abb.in c ſane. extra,de celeb.miſſ.*

Regula Catoniana habet locum tantum in legatis puris,quæ cedunt à morte teſtatoris; ſecus in his,quæ cedunt ab adita hæreditate, vt in legato vſusfructus.*leg.Catoniana ff.de regul.Caton* & notã gloſſ *in leg.quod in rerum.§.1. de legat.1.* idem eſt in legato facto ſeruo manumiſſo, vel legato, vt *leg. heredes.§. final. & leg.cum legato. ff quando di leg.ced.* Ex quo ſequitur, quod minime habet locum in legatis ſub conditione,vt *leg.cætera.§ 1.de leg.1.*

Repulſa teſtium, quæ non fuit oppoſita in cauſa principali, an poſſit opponi in cauſa appellationis: dic,quod ſic, dummodo opponens non faciat animo calumniandi, ita tenent communiter Doctores *in cap.præſentium. de teſtib.* & Aretin.*in cap.ex parte.eodem tit.* & tenet expreſſe gloſſa & Abbas *in cap 1.de exception.* vbi allegat rationem.nam appellatio reſcindit ſententiam, & reducit cauſam ad eum ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatæ in cauſa principali ſecundum Doctores, *in leg. ita demum. Cod.de procurator.* vnde cum iſta repulſa poterat tunc opponi, non mirum, ſi tunc opponi poteſt,vt ibi per eum. vide tamen Iſern.*in conſtitut.iur.ſp.*vbi limitat illud procedere in repulſa falſi tantum.

Rex quilibet dicitur habere fiſcum.ita Iſer.*in cap. 1.§ ſimiliter.circa princ.de Cap. Corradi.*

Releuium eſt certa pecuniæ quantitas, quæ præſtatur in materia feudali ab hærede feudatarii domino,pro noua inueſtitura, & iſta quantitas debet aſcendere ad medietatem valoris fructuum, & tale releuium ſolum præſtatur ab hærede, non autem ab emptore,vel donatario, hæc omnia declarat Iſern. *in cap. 1.§. ſed ſi plures, per quos fiat inueſtitura.in c.1 §.ſimiliter.de Capit.Corradi.* Sed in emphyteuta eſt quinquageſima fructuum,vt *l.fin. C. de iure emphyteu.*quæ præſtatur ab eo, qui emit à primo emphyteuta de conſenſu domini. & præſtatur ipſi domino,vt eſt gloſſ.*in dict.leg. final. in verb accipere.* & in hoc differt à feudatario; quia ſecundus emphyteuta, dato. quod ſit emptor, præſtat: tamen releuium; vt dicit Iſern. *in dict.§ ſimiliter.* vbi ſimiliter dicit in 2.*colum.* quod releuium debet præſtari, quando hæres iurat fidelitatem domino: & propterea dicit ipſe multum ſingulariter, quod minor non tenetur ſoluere releuium; quia non iurat, niſi quando eſt effectus maior, dato, quod ſit hæres,vt dixit idem Iſern *in cap. primo,paragraph ſi minori.ſi de feudo fuerit controuerſia.* vnde tunc ſoluet releuium. Scias tamen, quod iſta noua inueſtitura debet tunc peti intra vnum annum,& vnum diem, vt declarat Andreas de Iſern.

*in d.§.ſi minori.& in cap.ſancimus,quo tempore miles.* & plenius *in cap.1 in princip.de cap.Corrad.*

Regula reperitur quandoque quæ nullam patitur exceptionem,ita notát Abb.*in cap.licet.7.not. de regularib.*quamuis gloſſ.*in cap.1.de reg iuris. in 6.* dicat nullam eſſe regulam , quæ non patiatur exceptionem.

Res prohibita alienari poteſt in dotem dari , ita tenet Bart.*in leg.filiusfamilias.§.diui.colum. 3.de leg.1.* Quod limitat ibi Alexand. *col.3.*procedere quando prohibitio eſt facta in teſtamento, & deſcendentibus,ſecus ſi in contractu vel extraneis.

Repræſaliæ poſſunt concedi non ſolum ob iuſtitiam denegatam,ſed etiam , quando iudex eſt in mora exequendi iuſtitiam,ſeu princeps. vel dominus,ita Baldus. *in cap. 1. colum. 1. de milit. vaſall. qui contu.eſt.*

Regula, qui prior in tempore, potior eſt in iure,de qua *in leg.ſi fundum. C. qui potior.in pign.hab. & in leg.12.eod.titul.& in leg.potior.& leg qui balneum. ff.eodem tit.* habet locum in creditoribus agentibus actione reali tantum,puta hypothecaria , non autem in perſonali: nam in perſonali creditores concurrunt abſque prærogatiuà temporis , gloſſa eſt not.*in leg.fin.§.in computatione. in verſic. ſeruanda. C. de iure delib.* & gloſſ.*in leg.1.C.de priuil dotis* & gloſſa & Bartolus,*in leg.priuilegia ff de priuil.credit.* & Balduinus *in Margarita ſua in ver.regula,qui prior.*& Dynus *in reg.qui prior de regul.iuris.lib.6.*&Alex.*in l.ſunt qui.col .. ff.de re iud.*

Regula , quæ ſe habet , quod facilius datur retentio,quam actio. *l.iuris gentium.§.igitur.ff.de pact. & leg.1.§.ait autem.ff.de ſuperfic.*limitatur,vt procedat, quando id, de cuius retentione tractatur, erat aliquo iure debitum, ſaltem naturaliter ; ſecus ſi nullo iure ; quia tunc à pari procedunt , & valet tunc argum,cui non competit actio, minime exceptio; & econtra cui competit exceptio , competit & actio,vt eſt text.iuncta gloſſ *in l.legatum.1a 1,§.1. ff.de leg.1.& l.1.§.diuus.* & ibi gloſſ & Bar.*ff.de var.& extraord.cogn* Hanc limit.tradit ſingulariter Alex,*in l. diem functo.col. 1. ff de off.aſſ*

Renuncians generaliter omni remedio ſibi competenti ſeu exceptioni,non videtur renunciare remedio extraordinario , ſed tantum ordinario,& competenti de iure communi , vnde nunquam intelligitur renunciatum officio iudicis competenti de iure ſpeciali.gl.eſt not.*in l.poſtquam liti. in gloſſ.fi. C.de pact.*per quam ita ſingulariter dixit ibi Iaſ. vbi inducit illam glo. ad quinque, & ibi omnino videre eum. Idem etiam dixit Iaſ.*leg.1.col.8.ff.de iur.om. iud.*vbi plura dicta allegat,in quibus competit officium iudicis,quamuis non competat exceptio.

Regula,quæ ſe habet,quod ſemel dominus, non poteſt amplius effici dominus, de qua *in l.ſequitur. § lana.ff.de vſucap.& in l.proprias.C.de legat & in l. & an tandem.§.actiones.ff.de except.rei iudic.& in §.ſic itaque.Inſtitut.de action.& §.ſed ſi rem. Inſtit. de legat.* limitatur,vt non procedat , quando quis vellet deſinere eſſe dominus ex prima cauſa ; quia tunc poteſt ex noua cauſa effici dominus. Ita dixit Alexād. *in l.3.§.ex contrario.colum.2.ff.de acquir.poſſeſſ* Item limitatur,vt non procedat , quando quis eſſet dominus de iure ſpeciali,& reuocabiliter ; quia tunc poteſt effici dominus de iure communi, & irreuocabiliter. *leg.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de capt. & leg.ex ſextante.§.Latinus.ff. de excuſ.*

Reſcriptum ſeu moratoria , vel ſaluus conductus conceſſus alicui debitori , non extenditur ad debitum iuratum , niſi de iuramento ſit facta mentio.ita plene Alexand. *in conſil.38.colum.4.volum.3.* quem ſequitur Iaſon. *in l quotiens C.de preci.Imper.offer.* Sed quando fit mentio de iuramento , tunc reſcriptum deberet concedi a Papa , qui poteſt iuramentum remittere , vt not. Abb. *in cap. conſtitutus.colum.2.de reſcript.* vbi dicit, quod nunquam Papa intelligitur remittere iuramentum , niſi de eo faciat mentionem in reſcripto. Imo plus dixit Alexand. *in conſil. 38.prealleg.*quod tunc reſcriptum præſumitur ſubreptitium. quando in eo non ſit mentio de iuramento. Item ſcias etiam, quod quamuis Princeps vtatur clauſula, *non obſtante.* ſeu qualibet alia derogatoria ; tamen nunquam cenſetur tollere actum iuratum , niſi ſit reſcriptum Papæ, & faciat mentionem de iuramento. ita dixit Abb.*in cap.1.in 6.not.de his quæ fiunt à ma.part.Capit.* per gloſſ.ſingul. *in capit.cum non deceat.in gl ſſ.fin. de elect.lib.6.* & Alexand. *in conſil.27.in fin.colum. volum 1.& conſil.125 volum.1. & conſil.102.colum.2. volum.4.* & Roman. *conſil.435.* & Iaſ. *in d.leg.quotiens.* quæ perpetuo notanda ſunt. Et quod actus iuratus non poſſit tolli per principem ſecularem, vide vnam optimam additionem Franc. Curt. ad Alexandrum. *in l.eum heredes.in princ.ff de acquir poſſeſſ.* & de prædictis vide etiam Anton.Corſet *in Rubrica de iureiurand.in.22.priuilegio.*& Iaſ.*in l.fin.ff. qui ſatiſd.cog.*vbi plene examinat.

Reconuentio , quæ ſtatim liquidari non poteſt , non admittitur contra debitum liquidum. Ita dixit Bald. *in l.neque. C.de compenſatio.* Item in cauſa ſummaria, quæ celeriter , vel executiue expediri debet , non admittitur reconuentio de alia cauſa,quæ maiores dilationes requirit, *cap.cum dilectus.de ord.cog.* & ibi per Ioann.Andr. & Speculator.*in tit. de reconuent.§. nunc dicemus. verſic ſed nec habet locum.* & gloſſ.& ibi Card. *in Cle.ſæpe §.non eſt tamen.de verbor.ſignific.* Et ratio vtriuſque dicti eſt; quia cauſa reconuentionis debet vna & eadem ſententia terminari cum conuentione, vt not. Bartol.*in authent. & conſequenter.C.de ſentent* & Abb. *in capit.1.de mut.pet.* quod tunc fieri non poſſet. Et ex hoc infertur , quod cum cauſa depoſiti habeat executionem paratam, & ſit ſummaria.*l.pen.* & ibi Bar. *C.depoſ.*& Alexan.*in l.ait prætor.§.ſi iudex,ff.de re iud.*

in ea non admittitur reconuentio, & hoc in propriis terminis voluit Bart. *in d. auth. & conſequenter. in verſ. quare verum liceat actori, &c.*

S.

SVbſtitutione pupillari facta pluribus filiis, ſi vnus moriatur, non admittitur ſubſtitutus, ſed alii ſuccedunt ex præſumpta mente teſtatoris. Vnde niſi vltimus moriatur in pupillari ætate, ceſſat ſubſtitutio. vt eſt gloſſ. *in l. ſi pater impuberes. ff. de vul. & pup.* per text *in l. pen. C. de impub.* & vide plene de hoc articulo Alexand. *in l. hæredes mei. §. cum ita in 8. & 15. col. ff. ad Treb.* ſecus eſſet, ſi ſubſtitutio eſſet facta extraneis; quia vno moriente admittitur ſubſtitutus, vt habetur per Alex. *in d. l. ſi pater. & in d. l. pen.* per text. *in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Treb.*

Sententia dicitur habere præſumptionem pro ſe, vt ſemper præſumatur vere, & iuſte lata, vt *l. res iudicata. ff. de reg. iur. & in c. in præſentia ext. de ren.* & not. gloſſ. *in l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.* Hoc tamen intelligas verum, niſi fuerit ab ea appellatum; quia tunc non præſumitur pro ea. vt *in §. illud quoq. in auth. de his qui ingrediad ap.* & not. Abb. *in d. c. in præſentia. in 3. col.* & Alex. *in l. qui Romæ § fratres. col. 4. de verb. obl.* & idẽ Abb. plene *in c. quoniam contra. col. 10. ſuper gl. fi. de prob.* & idem dicas in laudo, à quo reclamatur ad arbitrium boni viri, vt non præſumatur pro eo, vt dicit Alex. ibidẽ *in d. §. duo fratres. colu. 7.* & pro præſumptione ſententiæ vide text. *in l. Herennius. §. Gaia ff. de euict. & c. cum inter. de re iud.*

Subſtitutio pupillaris facit ſubſtitutum ſuccedere principaliter ipſi pupillo, adeo, quod veniunt in tali ſubſtitutione non ſolum bona teſtatoris, ſed etiam bona pupilli aliunde quæſita. *l. ſed ſi plures § ad ſubſtitutos ff. de vulg. & pup.* quia dicitur eſſe teſtamẽtum pupilli. *l. 2. in prin. eod. tit.* Sed per conſtitutionẽ fideicomm. ſucceditur tantum teſtatori, & non veniunt bona inſtituti. *l. coheredi. §. cum filia. in fi. eo. tit.* & not. Alex. *in d. §. ad ſubſtitutos.* Idem dicas ſemper, quando aliqua ſubſtitutio compendioſa valeret, ſiue iure directo, ſiue per fideicom. vltra pubertatẽ, qua ſucceditur teſtatori, & veniunt tantum eius bona, non autem inſtituti. *l. centurio. in fi. eod. tit.*

Sententia lata ex conſilio doctoris, ſeu periti in arte, nunquam tranſit in rem iudicatam. Idem ſi lata eſſet ex præſumptione iuris. vt eſt text not. *in l. ſi qui adulteri C. de adul.* Idẽ in ſententia lata ex falſis atteſtationibus, vt *l. diuus. ff. de re iudic.* & vide Alex. *in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſol. mat.* Et licet Abb. tenuerit cõtrarium, *in c. propoſuiſti. de probat.* tamen reprehenditur per Alexan. *in prealleg. l.* & per Doct. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* & facit totus titulus. *ff. ſi ex falſ. inſtr.* Idem dicas de ſententia lata ex dictis teſtium deponentium de credulitate; quia nunquam tranſit in rem iudic. *ita dixit Barbat. in c. quotiens. in addit. ad Abb. de teſti.* vbi allegat Anton. de Bar. qui hoc dicit *in d. c. propoſuiſti.*

Socius etiam in caſu, quo eſſet conuentum quod non poſſit à ſocietate diſcedere, poteſt diſcedere, ſi alter ſocius eſt ipſi ita iniurioſus, quod nullo modo poſſit eum pati; nec tenebitur pro ſocio in tali caſu. *l. ſi conuenerit. §. 1. ff. pro ſocio.*

Statutum prohibens mulierem contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum, videtur prohibere etiã quaſi contrahere, & ſic per conſequens adire hæreditatem, iuxta text. *in l. 3. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſ. eat.* ita tenet Bartol. *in l. multum §. 10. ff. de acq. hæred.* quem ſequitur plenius Iaſ. *in § omnium. col. 2. Inſt. de act.* & hoc propterea; quia quando vna ratio tantum eſt in ſtatuto, extenditur ad caſum impropriũ ex identitate rationis, vt eſt gloſſ. *in clem. 1. in ver. eleganter. de elect.* & vide Abb. *in c. qua fronte. de appell.* Tamen communis opin. eſt in contrarium, vt tenet Alex. *in l. mutum. §. 1.* & ibi etiam Fran. de Arc. qui reſpondet ad contraria.

Senatuſconſultum Macedon. ita demum habet locum, ſi id, quod filiusfam. accepit mutuo, non erat in ſuo expenſurus, alias diceretur factus locupletior: ſufficit enim, q ex pecunia non ſit effectus pauperior, vt teneatur. *l. in pupillo ff. de ſolut.* ſicut etiam dicimus in filiofam. accipiente pecuniam mutuo cauſa ſtudii *l. Macedoniani. C. ad Maced.*

Statutum faciens mentionem de hærede, an extendatur ad bonorum poſſeſſorem, videtur, quod non; nam ſtatutum debet intelligi ſtricte in proprio ſignificatu, non autem in fiſco. *l. 3. §. hæc verba. de neg. geſt.* Sed certum eſt, quod bonorum poſſeſſor nõ eſt proprie hæres, *Inſtit. de bon. poſſ. §. quos. autem.* vbi dicitur, quod eſt loco hæredis. & hæc dictio, *loco.* denotat impropriẽtatem. vt eſt gloſſ. *in l. mercis appellatione. ff. de verb. ſign & l. hæreditatis. & l. hæredis. eod. tit. & l. ſeruos § eum qui. de leg. 3.* Tamen in contrarium eſt communis opin. vt refert Bartol. *in l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb.* Et ratio erit, quam ponit ibi Alexan. nam ſtatutum loquens in vno caſu, extenditur etiam ad alium caſum, qui ſublata ſignificatione vocabuli largo modo comprehenderetur in caſu expreſſo. text. eſt. *in l. filium habeo. ff. ad Macedon.* ſed ſublato hoc nomine hæredis remanet bonorum poſſ. ergo, &c. Idem etiam tenent Bald. & Alex. *in l. 1. C. vnde lib* & doct. communiter *in l. in conditionib. primum locum. §. ſi patronis ff. de cond. & demon.*

Subſtitutio pupillaris ſi fuerit facta per hæc verba, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, talis mihi hæres eſto, non vitiatur, vt eſt gloſſ. & ibi etiam per doct. *in l. 1. in princ. ff. de vulg. & pupill.* Et ratio dubitandi erat; ex quo enim per ſubſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo, & non teſtatori, teſtator ponendo illam dictionem, mihi videtur voluiſſe alterare naturam ſubſtitutionis pupillaris, Tamen reſpondetur duabus rationibus; quia licet ſubſtitutus ſit hæres pupillo, hoc tamen eſt

imme-

immediate,ſed mediate teſtatoris; quia hæres hæredis,&c.*l. fi.C.de hæred.inſti.* Secunda ratio eſt, quia illa dictio,*mihi*,remouetur de medio,& habetur,ac ſi non fuiſſet appoſita,*l.ſi ita ſcriptũ.4.§.qui filio.ff.de bonor.poſſeſſ ſecundum tab.* ex quo infertur, idem eſſe in vulgari ſubſtitutione, ſi teſtator dixerit, ſi hæres non erit. talis ſibi hæres eſto; quia per vulgarem ſuccedit teſtatori,vnde dictio illa,*ſibi*,remouetur de medio. Sed cum hodie ſoleant Notarii conficere teſtamenta in tertia perſona, vt Titius fecit teſtamentum, & ſibi inſtituit talem, & ſi hæres non erit talis, talis ſibi eſto hæres, ſemper illa dictio,*ſibi*,intelligitur,ſcilicet teſtatori in dubio. ita ſingulariter decidit Bartol. *in l. cum in teſtamento. ff de auro,& argento leg.* vbi plures notab. quæſtio ponit.

Subſtitutio pupillaris facta in dimidiam vel in partem bonorum, non dato alio cohærede ſubſtituto, extenditur ad totam hæreditatẽ. *leg. cohæredi. §.fin.ff de vulg.& pupill.* Et ratio eſt, ne pupillus decedat pro parte teſtatus & pro parte non, quod ius non patitur in pagano.*l.ius noſtrum.ff.de reg.iur.* ſecus autem, ſi teſtator dixit, ſi hæres erit & in pupillari ætate deceſſerit,Gaius hæres eſto in dimidiam, & nolo,quod plus petere poſſit;quia tunc ſubſtitutio vitiabitur, nam teſtator videtur velle fieri contra *d l.ius noſtrum*.quod ſibi non permittitur,*l nemo poteſt.de leg.1.*ita voluit Bartol. *in l. quotiens.§.ſi duo ff.de hered. inſtit* Similiter dicimus in inſtitutione,vt,ſi teſtator inſtituit Titium in fundo tantum, nullo dato cohærede, quia hæres efficietur in totam hæreditatem, ratione prædicta. *l.1 §. ſi ex fundo ff de hæred. inſtitut* niſi teſtator prohibuiſſet, eum plus petere;quia tũc inſtitutio vitiatur,vt voluit Bartol *in d. § ſi duo, & in ſuo conſilio.* 177. *incip. Mathiolo Gratioli.* Si vero eſſet datus cohæres, valeret inſtitutio in illa parte tantum. *l. quotiens. C. de hæred.inſt.*

Subſtitutio pupillaris facta per hæc verba,ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, bona mea perueniant ad Titium, an habeat locum tantum in bonis teſtatoris,an etiam in bonis pupilli aliunde quæſitis. Et circa hoc Bartol. *in leg ſi ita ſcriptum §.qui filio ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab.* indiſtincte vult,quod illa verba, *bona mea, &c.* habeantur, ac ſi non fuiſſent adiecta,& ſubſtitutus admittatur etiam ad bona pupilli: tamen Bartol. reprobatur,vt tenet Alexand.*in l.1.colum.1.ff de vul.& pupil.*& vera opin.eſt ſecundum eum,vt diſtinguamus, aut teſtator vſus eſt verbis directis,vt ſi filius impubes mortuus fuerit,Titius hæres eſto in bonis meis, vel bona mea capiat.& tunc habet locum, quod dicit Bartol *in d.§.qui filio* Aut vſus eſt verbis obliquis, vt Titio bona mea reſtituantur; & tunc ſubſtitutus admittetur tantum ad bona teſtatoris. Et ratio eſt;quia hæc ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria, per quam non ſuccedit in bonis pupilli, *l. cohæredi.§.cum filia.ff de vulg. & pupil.* videtur rogatus veniens ab inteſtato, vt reſtituat detracta Trebellianica. Aut vſus eſt verbis communibus,vt bona mea perueniant ad Titium,vel Titium in bonis meis ſubſtituo,quæ verba poſſunt trahi ad directam & fideicomm. & tunc trahuntur ad eam partem, in quam ſonat verba teſtatoris. *argum cap. ſi pater. de teſtam lib.6* Cum ergo iſta verba poſſunt trahi potius ad fideicomm. quam ad directam,patet;quia teſtator dicẽdo,bona mea, videtur voluiſſe ſubſtitutum admitti ad bona ſua tantum, ſicut fit per fideicommiſſariam, vt ſupra dixi, ideo ſuccedat ſubſtitutus tantum ad bona teſtatoris ita dicit ibi Alex. & vide aliqua per Bald. *in l. precibus. colum* 8. C. *de impub.*

Subſtitutio pupillaris ſi fiat per hæc verba,ſi filius meus in pupillari ætate moriatur, volo, quod omnia bona mea Titio reſtituantur [illegible] dentur rogati venientes ab inteſtato de reſtituendo, *l.cohæredi.§.cum filia.ff.de vul.& pupill* & dixi *ſuprà proximo nota.* an debeant, ſeu poſſint detrahere Trebell.dic, quod non; nam qui omne dicit nihil excludit.*l. iulianus.de leg.*3 Vnde cum teſtator voluerit omnia bona ſua reſtitui, videtur prohibuiſſe Trebellianicam detrahi;quia ſi detraheretur, non omnia reſtituerentur, quam Trebellianicam poteſt teſtator prohibere, vt nor.Bartol *in l. Marcellus.ff.ad Trebellian* & Abb *in cap Rainaldus de teſtam* ad exemplum Falcidiæ,vt C.ad l Falcid *auth.n.ſed cum teſtator.* validum enim eſt argumentum de Falcidia ad Trebellian.*l.pater filiam & l Titia.in fin.ff ad leg. Falcid.* & de prædictis vide Bart. *in l. centurio. column.* 8.*ff.de vulg & pupill.*

Subſtitutio pupillaris continet in ſe tacitam vulgarem, & econtra *l nam hæc iure. ff. de vulg. & pupill.* Quod tamen limita non habere locum,quando teſtator vtranque expreſſit,vt ſi dixit inſtituo filium meum hæredem, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Gaium, & ſi hæres non erit, ſubſtituo ipſi Mæuium,nam tunc exiſtente vulgari,admittitur tantum vulgaris ſubſtitutus: exiſtente vero pupillari admittitur tantum pupillariter ſubſtitutus, vt eſt text.ſing.*in l.cum ex filio.§.filio.de vulg.& pupill.* & eſt ratio;quia expreſſa prouiſio hominis tollit tacitam prouiſionem legis. *l. ex facto.§ item quæro. ff. eod. tit.* Ex quo inferebat Bart.*in l.1.in princ in fi. verbis & in l 2.in 2.colum.eod tit.* quod teſtator ſi facit ſubſtitutionem pupillarem ei,cui fieri non poterat, puta maiori 14 annis,vel extraneo, quod talis ſubſtitutio valebit in vim vulgaris. Quod tamen limitat ibi Alex. *& in l.verb.eod.tit.*procedere,ſi teſtator non fecit mentionem de pupillari ætate,puta; quia dixit,Semproni Plocii hæres eſto vt *l.fin.C.de hære. inſtit.*ſecus ſi dixiſſet,ſi in pupillari ætate deceſſerit; quia tunc vitiatur ſubſtitutio.

Subſtitutio pupillaris eſt talis naturæ, quod per eam

eam ſucceditur pupillo *l. Papinianus.§ ſed nec impuberes.ff.de inoffic.teſtam.* & tam bona pupilli aliunde quæſita, quam bona teſtatoris ſpectant ad ſubſtitutum, *l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vulgar.& pupillar.* Quod limita non procedere in milite, qui poteſt facere, quod ad ſubſtitutum pertineant tantum bona à ſe profecta. Et ratio eſt; quia quemadmodum ipſe poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte non *l.ſi miles vnum ex fundo.ff. de milit. teſtam.* & not. *in l.ius noſtrum ff de regul. iur.* ita et am poteſt facere, quod filius eius decedat pro parte teſtatus & pro parte nō vt not.gl *in d § ad ſubſtitutos.*

Subſtitutio fideicommiſſaria eſt talis naturæ, quod in ea tantum bona teſtatoris veniunt. *l. cohæredi.§.cum filia in fin.ff.de vul.& pupill.* Ex quo ſequitur notab.illatio, quod quando paganus facit ſubſtitutionem compendioſam per verbum, *ſubſtitutio*, alicui pupillo, ex quo intra pupillarem ætatem valet iure directo, poſt vero trahitur ad fideicommiſſum, vt not.gloſſ. *in l.centurio de vulg.& pupill.* intra pupillarem veniunt omnia bona tam pupilli, quam teſtatoris; Vltra vero tantum bona teſtatoris, detracta Trebellianica, vt *d.§ cum filia.*

Subſtitutio fideicommiſſaria non continet ſub ſe tacitam vulgarē regulariter, vt ſi inſtitutus fuerit rogatus reſtituere hæreditatem, & moritur antequam adeat, non admittitur ſubſtitutus ex tacita vulgari directa, ſed applicatur venientibus ab inteſtato. *l eam quam. C. de fideicom* & ibi eſt gl.fin.& tex. *in l.ille à quo. §. 1.in fin.ff adTreb & l.ſi eius § ſi quis rogatus. eod.tit.* Fallit tamen regula, ſi inſtitutus fuerit mortuus poſt aditam hæreditatem antequam reſtituēret; quia tunc non applicatur venientibus ab inteſtato, ſed hæres eius cogitur adire. & reſtituere; Si vero nullus ſit hæres: tunc fideicommiſſarius poteſt per ſe adire. & ita loquitur tex. *in l. pen.§.cum autem.C.ad Treb.& l.non iuſtam.eod tit.* ſecundum quod intelligit gloſſam *in d. leg. § 1* quæ dicit etiam, quod ſi inſt tutus fuit coactus adire & ipſe fraude diſtulit adire, & ante mortuus eſt quod hæres cogitur adire, & reſtituere, vel ſi nullus eſt hæres, ipſe fideicommiſſarius poteſt per ſe adire, per *d.l. non iuſtam.* ſed quando inſtitutus non vult adire; tunc non eſt locus ſubſtitutioni directæ vulgari tacitæ, ſed hæres compellitur adire, nec detrahit Trebellianicam *l. quia poterat ff ad Trebell. & l.nam quod. §. qui compulſus, eodem tit.* Fallit etiam prædicta regula in milite, cuius ſubſtitutio fideicommiſſaria trahitur ad directam vulgarem. *l. neque enim.§.fin. ff de mil.teſtament.* Fallit etiam fauore libertatis, vt ſi quis rogauerit reſtituere hæreditatem ſeruo cum libertate. & mortuus eſt ante aditam hæreditatem; quia tunc diſtinguitur, aut teſtator ſtatim deceſſit poſt mortem inſtituti, & tunc admittitur ſeruus; quia ex quo teſtator poterat ſibi prouidere de hærede, & non prouidit; videtur mutaſſe voluntatem. Caſus eſt *in l.tractabatur. ff.de milit. teſtam.* & hanc diſtinct. ponit Bar. *in l.1. colum. 6.ff de vulgar. & pupillar.* Tamen communiter reprobatur, vt veritas ſecundum omnes, vt diſtinguatur totum econtra; quia quando teſtator potuit prouidere & non prouidit de hærede, videtur voluiſſe illum remanere hæredem, quem primo inſtituerat.

Subſtitutione vulgari facta filio impuberi, ſi primo repudiat hæreditatē, quo caſu ſuccedit ſubſtitutus in bonis teſtatoris. an ſi poſtea moriatur in pupillari ætate, ſubſtitutus ſimiliter admittatur ad bona pupilli ex tacita pupillari? Dic, quod ſic, vt voluit Bart. *in l.1.in 6. col.in fi.ff de vulg.& pupill.* niſi mater pupilli eſſet in medio; quia tunc non admittitur ex tacita pupillari. *l. precibus. C.de impub. & al. ſubſt.* Si autem teſtator faceret pupillarē expreſſam, & pupillus repudiat; tunc ſubſtitutus admittitur ex tacita vulgari *l.nam hoc iure.de vulg & pupil.* & ſuccedit teſtatori, etiam ſi mater ſit in medio; quia cū per vulgarem ſuccedatur teſtatori, mater ſemper excluditur: ſecus ſi mater teſtatoris eſſet in medio, quemadmodum per pupillarem tacitam mater pupilli non excluditur; quia per eam ſucceditur pupillo; ita per vulgarem tacitam nō excluditur mater teſtatoris, cū per eam ſuccedatur teſtatori: moriente vero filio in pupillari ætate, admittitur ſubſtitutus ad bona pupilli ex expreſſa pupillari; vnde cum ſit expreſſa, mater excluditur. Hæc omnia voluit Bart *in d. leg 1 col.7.de vulgar.& pupill.*

Sed contra prædicta facit; quod habetur *in l.quādiu.ff de acquir.hæred.* vbi, donec eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento, ceſſat ab inteſtato: ſed in caſu prædicto mater teſtatoris ſuccedit ab inteſtato, & nihilominus excludit ſubſtitutum venientem ex tacita pupillari, & ſic ex teſtamento; ergo, &c. Reſpondeo, quod ſubſtitutus ſuccedens ex tacita pupillari non venit ex expreſſa voluntate teſtatoris, ſed ex coniecturata, & præſumpta; quia ius præſumit teſtatorem voluiſſe admitti ex tacita eum, quē ex expreſſa ſubſtituit; Eodem modo & ius præſumit teſtatorem potius voluiſſe matrem admitti ad luctuoſam hæreditatem filii, quam ſubſtitutum ex tacita pupillari, *l.fin. C de inſti.& ſub.& d.l. precibus.* ſed vna præſumptio tollit aliam *l. ſi qui adulterii. C. de adult.* vnde in hoc caſu vna præſumptio tolletur per aliam & fortiorem.

Subſtitutione pupillari facta, ſi pupillus repudiat, quo cauſu eſt locus tacitæ vulgari, an per eam ſuccedatur pupillo. Videtur, quod ſic, nam idem iuris eſt de contento, quod eſt de continente. *l.1.§. illud.ff.de vi & vi ar.* vbi licet illud interdictum non detur pro rebus mobilibus; tamen ſi aliquis fuit deiectus de poſſeſſione, in qua erant res mobiles, habebit interdictum tam pro poſſeſſione recuperanda, quam pro rebus mobilibus, & ſic tam pro continente, quam pro contento: vnde cum ſubſtitutio pupillaris contineat tacitam vulgarem, *l.nam hoc*

*hoc iure.ff. de vulgar. & pupill.* & per pupillarem ſuccedatur pupillo; ergo etiam per tacitam vulgarem. in contrarium eſt veritas, vt voluit Bart. *in d. l. 1. colum. 6. de vulgar. & pupill.* Nec obſtat *d. §. illud.* quia illud eſt ratio, ne iudicium diuidatur, & ſic eſſet contra *l. nulli. C. de iudic.* & Bart. *in l. quidam. ff. ſi certum pet.* vnde cum ibi ſit diuerſa ratio; ergo diuerſum ius. *arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat.*

Subſtitutio vulgaris facta filio tollit ſuitatem, *l. ſi filius hæres. de lib. & poſthum.* Hoc tamen eſt verum, quando eſt facta in caſu voluntatis; nam in caſu impotentiæ tunc ſecus, licet etiam tunc tacite intelligatur caſus voluntatis, vt dicit Bartol. *in l. 1. colum. 2. de vulgar. & pupill.* Hoc eſt, quod voluit Bartol. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſth.* & Bald *in l. cum proponas. C. de hæred. inſti.* & Bal: *in l. apud hoſtes. C. de ſuis & leg.* Eodem modo per dationem cohæredis extranei tollitur ſuitas. *l. apud Iulianum. §. idem Iulia. ff. ad Trebell.* & Bartol. *in d. l. 1. colum. 7.* non tamen in totum tollitur effectus ſuitatis; quia quo ad tranſmiſſionem hæreditatis etiam non aditæ ad hæredes, non tollitur ſuitas, vt not. *in l. ſi fratris. C. de iure. delib.* & voluit Bartol. *in l. ſi filius qui patri. de vulgar. & pupill.*

Stipulatio ſeu legatum incertum, licet alias non valeat, vt *l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot.* & ibi gloſſ. tamen fallit primo in cauſa pia; nam relictum ad pias cauſas valet etiam incertum, & æſtimabitur arbitrio boni viri, vt not. gloſſ. *in cap. nos quidem. extr. de teſtament.* Fallit ſecundo in cauſa alimentorum, quæ æſtimabuntur ſecundum qualitatem perſonæ, & facultates promittentis *l. ſi cui annuum. ff. de annu. leg. & ibi gloſſ.* Fallit tertio in cauſa dotis, vt *d. §. gener.* nam cum dos ſit cauſa pia, *leg. cum his. §. ſi mulier. ff. de condict. indeb.* idem iudicatur de ea, quod de aliis cauſis piis. Fallit quarto in promiſſione ad refectionem viæ, vt *leg. quidam ff. de leg. 2.* Fallit quinto in legato cauſa ſtudiorum. *l. Stichus. ff. de leg. 3.* & not. Alexand. *in addit. ad Bartol. in l. eum qui. ff. de an legat.* & Bal. *in l. 1. in fin. ff. ſolut. matrim.* & vide Bartol. *in l. ita ſtipulatus, colum. 2.* & ibi plenius per Alex. *colum. 6. de verb. obligat.* Fallit vltimo de iure canonico, de quo iure valet quælibet promiſſio incerta, vt not Abb. *in c. 1. extr. de dec.* & Felin. *in c. cum. iuramento. extra de homic. & in cap. 1. colum. 3. de pactu.*

Soluens pecuniam cito perdituro, an liberetur, vel obliget alium ſibi credendo. Dic, quod ſi mutuo pecuniam perdituro in certum malum, & determinatum vſum, & hoc ſocio, puta daturo ſcorto; & tunc non repeto, *leg. ſi quis eum ſciret.* & ibi per Bartol *ff. pro emptor.* ſi vero ignoro determinatum vſum; tunc obligatur accipiens, vt ibi habetur. Sed ſi ſoluo debitum cito perdituro; tunc indiſtincte liberor; & ratio eſt, quia primus actus eſt voluntarius, ſecundus vero neceſſarius, ita not. Alexand. *in leg. ſi cum dotem. §. 1. ff. ſolut. matr.* Sed ſi mutuo pecuniam in ludo, ex quo incertum eſt, an vincatur, an vero amittatur, non dicor mutuaſſe cito perdituro: vnde ſi debitor vincit; repetam: ſi vero amittit, non repetam: ita dicit Alexand. *in d. §. 1.* quibus adde, quod etiam ſi res vendita in ludo, fuerit euicta, non tenetur venditor de euictione, *l. fin. §. 1. ff. qua rerum act. non dat.*

Sequeſtratio regulariter eſt prohibita de iure, debet enim reus condemnari, non autem bona eius ſequeſtrari, *l. vnica. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* Fallit tamen in caſibus, de quibus per gloſſam *in d. leg. vnica.* ſcilicet ſi eſſemus in re mobili, & reus eſſet ſuſpectus, ne fugiat cum illa re, vt *leg. ſi fideiuſſ. § fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Fit etiam ſequeſtratio, quando eſſemus in re mobili vel immobili, & debitor eſſet ſuſpectus de diſſipando rem vel fructus. *leg. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matr. & leg. Imperatores. ff. de appellat.* Item in iſtis caſibus eſt neceſſe, quod præcedat cauſæ cognitio de tali ſuſpicione. Item requiritur, quod conſtet de debito ſaltem per ſemiplenam informationem, ſeu probationem, vt dicunt Alexand. & Iaſ. *in d. §. fin. colum. 3.* alias ſequeſtratio non tenet, licet Bartol. *in l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* tenuerit, quod debitum probari debeat per inſtrumentum, qui communiter reprobatur per præfatos doct. & per Abb. *in cap. 2. in fin. ext. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* An autem in tali ſequeſtratione requiratur partis citatio? dic, aut periculum eſt in mora, & non requiritur. Ita voluit Bald. *in d. l. vnica.* Aut periculum non eſt in mora; & tunc requiritur. *arg. l. de vnoquoque ff. de iudic.* ita loquitur Card. *in clement. 1. in 22. & 25. quæſt. de ſeq. poſſ. & fruct.* ita concordat Alexand. *in d. §. fin.* Ad primum dictum facit; quia, quando periculum eſt in mora, multa conceduntur contra ius commune. *l. ait prætor. § ſi debitorem. & ibi Bart. ff. quæ in frau. cred.* nam tunc procedi poteſt etiam die feriata ad honorem Dei in tali ſequeſtratione, vt not. Iaſ. *in §. 1. Inſtit de act.* ſuper gloſſ. *in verb. in iudicio. & in d §. fin.* Adde alium caſum, in quo admittitur ſequeſtratio, quem ponit Specul. *in tit. de ſequeſt. poſſ. in fin.* ſcilicet quando ſumus in venditore nolente tradere, niſi prius dato ſibi pretio, & emptor nollet pretium dare, niſi prius re ſibi tradita; nam res debet ſequeſtrari. Aduerte tamen, quod per ſatiſdationem idoneam impeditur ſequeſtratio etiam in caſu præmiſſo, vt *d. §. fin.* & gloſſ. & Bart. *in d. l. litibus.* Imo etiam per dationem fideiuſſoris reuocatur ſequeſtrum, vt dicit Alexand. *in d §. fin.* qui fideiuſſor debet præſtari de iudicio ſiſti, & de re non barratanda, vt dicit gloſſ. *in d. §. fin.* Et hoc verum, quando ſequeſtrum eſſet factum pro lite agitanda; ſecus ſi eſſet factum pro debito ſoluendo; quia datio fideiuſſoris tunc non reuocat ſequeſtrum, *l. ſi pecuniæ. §. fin. vt in poſſ. legat.* Item non reuocatur ſequeſtrum per ſatiſdationem, quando eſſemus inter perſonas, in quibus non cadit ſatiſdatio, vt inter patrem & filiam

filiam. *l. Imper. 1. ff. ad Trebell.* ita dicit Bald. *in d. l. vnica.* item non reuocatur ſequeſtrum per ſatiſdationem, quando fuiſſet factam propter ſcandalum: puta; quia partes deueniebant ad arma, & rixas. vt not Abb. *in d. c. 2. in fin.* An autem iudex poſſit quem cogere, vt accipiat ſequeſtrum? Dic, quod non, vt not. Bartol *in d. l. litibus.* & Alexand. Iaſ. *in d. §. fin.* Conclude ergo, quod talis ſatiſdatio, per quam euitatur ſequeſtrum, ſeu reuocatur, debeat eſſe de re reſtituenda in caſu victoriæ ſine vlla procraſtinatione. Idem de iudicio ſiſti & de re non diſſipanda; alias talis ſatiſdatio, quæ iſta non contineret, non impediret ſequeſtrum. ita dicit Alexand. *in d. §. fin.* & ibi vide plene de hac materia. vide etiam Ioann. Andr. *in leg. locupletari. de reg. iur. in 6. in mercurial.* & Abb. *in d. capit. 2.* & adde, quod contra contumacem poteſt fieri ſequeſtrum de re petita. vt not. Abb. *in c. ex litteris. colum. pen. de do. & contum.*

Scriptura reperta in libro mercatoris præſumitur ſcripta de voluntate eius, niſi ipſe probet contrarium ita voluit Alex. *in l. nuda ratio. in fi.* poſt Bart. *ff. de don.* Ad quod facit, quod in ſimili voluit Bart. *in l. cum tabernam. § 1. ff. de pignor.* vbi dicit, quod ex eo, quod quis retinet apud ſe aliquam ſcripturam, præſumitur illam acceptaſſe, & probat plene contra ipſum. idem voluit Abb. *in c. 3. colum. 6. extr. de fide instrum.* & ibi vide vnam optimam apoſtillam poſt eum, quæ eſt Barba. idem voluit Bald. *in Rub. C. de fi. instrum.* & plene per Bar. & Doct. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Ex quibus poſſet reſultare magna vtilitas, quod ſi forte aliquis mercator neſciret ſcribere, & retineret librum ſuarum rationum ſigillatim ſcriptum manu alterius, quod non poterit poſtea dicere, ego neſciebā, quæ erant ſcripta in libro; quia ex eo, quod retinet illum, præſumitur approbaſſe omne, quod in eo continetur; quia præſumitur etiam approbaſſe perſonam ſcribentis. arg. eorum quæ voluit gloſſ. quam reputat ibi ſing. Alexand. *in l. inuiti. ff. de teſtib.* quæ dicebat, quod licet alias infames & inhabiles poſſunt reprobari à teſtimonio; tamen hoc non haberet locū, quando tales teſtes eſſent adhibiti in aliquo inſtrumento de conſenſu partium; quia tunc faciunt plenam fidem, nec poſſunt reprobari; quia præſumuntur à partibus approbari, quod eſt notandum. & vide omnino Iaſ. *in § ſi minus. col. 2. Inſtit de actio.*

Succumbens in cauſa principali & condemnatus ad expenſas, an ſi poſtea obtineat in cauſa appellationis, teneatur ad expenſas in quib. fuit condemnatus in cauſa principali. Dic, aut ſententia in cauſa appellationis eſt lata ex eiſdem actis, & tunc recuperat etiam expenſas, in quibus fuit condemnatus in cauſa appellationis, ita loquitur gl. *in l. ſi. ff. de re iud.* quicquid dixerit Innoc. *in c. ſæpe. ext. de reſt. ſpol.* Aut fuit lata ex diuerſis actis, & tenetur ad illas expenſas. ita voluit Ang. de Aret *in § hæc autem. colum. 4. Inſtit. de pœn. tem. litig.* Quis autem iudex condemnat ad expenſas, vide Abb. *in cap. reprehenſibilis de appell.*

Sententia lata, præſumitur in dubio lata, ſeruata iuris ſolemnitate ſeu ordine, vt litis conteſtationem præceſſiſſe, & alia de quibus per Bar. *in l. prolatam. C de ſent.* quod verum, niſi ab ea fuerit appellatum; quia tunc non præſumitur pro ſententia, pendente appellatione. vt voluit Alex. *in l. ſciendum. in 5. col. de verb. oblig.* licet alias pro ſententia præſumatur. *c. in præſentia. ext. de renunc.* & vide de hoc quod dixi plene *ſupra, in verſic. ſententia dicitur.*

Solemnitas extrinſeca, quæ nunquam in actu præſumitur, *l. quæcunque. § fin. ff. de publican.* & not. Bart *in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* præſumitur per diuturnitatem temporis, id eſt, per decem annos. ita voluit Alexand. *in d. l. ſciendum col. 4.* per gl. not. *in l. ſi filiusfam. C de petit hæred.* Ex qua gloſſ. habes perpetuo notare, quod vbicunque in aliquo actu requiritur conſenſus alicuius, licet non appareat de conſenſu; tamen ſi fuerit lapſum tempus decem ann. ille conſenſus præſumitur, niſi tractaremus de præiudicio tertij; quia tunc 30. anni requiruntur. vt dicit Alex. *in d. l. ſciendum. col. 4.* per tex. *in ca. peruenit. de empt. & vend.*

Stipulatio facta ſub conditione, adiuncto die, an ceſſante conditione, & remanente die, pariat actionem cum effectu ante diem. Diſtingue, aut ſtipulatio incipit à præcedente conditione, aut à præcedente conuentione. Primo caſu vt ſi dixero, ſi intra Kalendas Martii non dederis mihi Stichū, promittis mihi dare decem, ſubdiſtingue: aut conditio eſt implenda ex facto ipſius promittentis, vt in caſu propoſito; & tunc ſi Stichus mortuus eſt ante Kalendas, & ſic conditio defecerit ante diem, illa decem non poſſunt peti ante diem cum effectu; quia obſtat exceptio. Et eſt ratio; quia ex quo illa pœna promiſſa ſuccedit in locum ipſius cōditionis, idem debet iudicari de pœna, quod de ipſa conditione. *arg. l. ſi eum § qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* quæ conditio non erat neceſſe impleri, niſi vſque ad diem; ergo eodem modo & pœna non poteſt peti, niſi adueniente die. & ita loquitur tex *in l. in illa. 1. Reſp. de verb. oblig.* ſecundum quod dicunt ibi doct. & gloſſ. *in l. hoc iure eod. tit.* Aut conditio erat implenda ex facto tertii, vel ex caſu fortuito, vt ſi Titius intra menſem conſul factus non fuerit, dabis decem; & tunc, ſi conditio ante menſem defecerit, puta per mortē Titii, dic, quod ſtatim poteſt agi ante diem, etiam cum effectu. ita loquitur tex. *in d. l. hoc iure.* ſecundum veram intelligentiam. Et ratio diuerſitatis eſt; quia in caſu præcedenti vtrumque, tam conditio, quam pœna, erat implenda per factum eiuſdem: & ideo transfunditur pœna in locum conditionis, vt dixi, quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus. *l. in rem. §. Item quæcunque. ff. de rei vend.* In ſecundo caſu eſt ſecus; cum ſit diuerſa conditio à

pœna;

pœna; quia erat implenda ex facto tertii, propterea pœna non transfunditur in conditionem, & ideo ſtatim peti poteſt. Secundo caſu principali, ſcilicet quando ſtipulatio incepit à præcedenti conuentione, vt promittis mihi Stichum, & ſi eum non dederis intra menſem, dabis decem; tunc ſi Stichus moritur ante diem, vel ſi tempore ſtipulationis erat mortuus, in totum permittitur ſtipulatio pœnalis, nec poſt, nec ante diem agi poterit *l. ſi homo mortuus ff. de verb. oblig.* Bart. *in d. l. in illa.* eſt autem ratio diuerſitatis; quia quando incipit à conditione, illud, quod eſt in conditione, non eſt in obligatione *l. ita ſtipulatus. & l. in executione. §. pen. de verb. oblig. & l. ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* & l. 1. *§. item ſi ita ff. ad leg. Falc.* Vnde deficiente conditione, in cuius defectu committenda erat pœnalis ſtipulatio, committitur ipſa pœna; ſecus quando ſtipulatio incipit à conuentione; quia vtrumq; eſt in obligatione, & vnum ſuccedit loco alterius, vt dixi, & probatur *in l. ſi quis à ſocio ff. pro ſocio. & l. prædia ff. de actio. empt.* Et illam regulam, quæ ponitur *in d. l. in illa in princip.* limita non procedere, quando tempore ſtipulationis cõditio erat purificata; quia Stichus erat mortuus, quoniam tunc ſtatim poteſt peti pœna, vt not. gl. final. *in d. l. hoc iure.* vel ſi conditio fuerat concepta impoſſibilis, vt ſi cœlum digito nõ tetigeris intra menſem, dabis decem; quia ex quo ab initio talis conditio eſt purificata, non expectatur dies, vt *d. l. in illa in fin.* Item omnia, quæ ibi dicuntur, limita non habere locum in pœna legali; nam ſiue ſtipulatio incipiat à conditione, ſiue à cõuentione, nunquam agitur niſi adueniente die. *cap. licet canon. &c. commiſſa. de electio. lib. 6.* Item limita non procedere, quando nulla pœna eſſet appoſita, vt ſi ſtipulatus fueris inſulam mihi fieri intra menſem; quia tunc venit intereſſe, quod non poteſt peti, niſi finito menſe. *l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. de verb. oblig.* & hoc ipſo iure peti non poteſt, ſed quando eſt pœna appoſita, poteſt peti, tamen obſtat exceptio, vt not. Al. *in d. l. in illa.* Quod eſt vtile ſcire: nam quando competit exceptio, ſi fuiſſet actum, & non fuiſſet appoſita, iudicium procederet, vt dixi *ſupra in verſ. debitor in diem.* ſecus quando nõ competeret actio, quia ſi tunc iudex vellet opponere, iudicium non procederet, vt eſt gl. & ibi Doct. *in l. vbi pactum. C. de tranſ.* probatur *l. inſulam intra biennium. de verbor. oblig.* & habetur *in l. cum puterem. ff. fam. erciſ.* Item regulam *d. l. hoc iure.* limita nõ habere locum, quando in ſtipulatione fuiſſet appoſita hæc dictio, *tunc*, vt ſi dico, ſi Titius conſul intra mẽſem factus non fuerit, tunc dabis decem; quia pœna non poteſt peti, niſi adueniente die, & ratio eſt, quia dictio, *tunc*, denotat extremitatem temporis. *l. 4. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. & l. vxori vſuſructus villæ. ff. de vſufruct. legat.* & vide quæ dixi *ſupra in verſic. dictio tunc, &c.* ita dicit Bar. *in d. l. in illa.* Secundo limita *d. l. hoc iure.* non procedere, quando dies apponeretur diſpoſitioni, & non conditioni; quia tunc expectatur dies, vt promittis mihi decem Kalendis Martii, ſi cœlum digito non tetigeris, vt *l. cum tale. §. Mæuia.* & ibi Bar. *ff. de condit. & demonſtr.* & Alexand. *in d. l. in illa.* & hæc not. pro euidentia *d. l. in illa.*

Stipulatio ſeruitutis quædam fit per verbum, vt promittis mihi ire agere, quædam per nomen, vt, promittis mihi iter & actum, & iſtæ ſtipulationes ita differunt; quia prima continet merum factum, vt *Inſtitut. de ſtipulat ſeru. §. ſed cum factum.* Secunda vero continet ius, vt *l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de verb. obligat. & l. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Ex quo reſultat, quod ſtipulatio facta per verbum non tranſit ad hæredes, nec ad ſingularem ſucceſſorem, vt not. Bart. *in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. & in l. veteru. C. de contra. & comit. ſtipul.* nam cohæret tantum perſonæ ſtipulatoris, niſi in ſtipulatione fiat mentio de hærede, vt *d. § ſi quis ita.* Sed quando fit per nomen, tunc, ex quo continet ius, tranſit ad quemcunque. *l. cum hæredes. ff. de acq. poſſ. & l. 2. §. 1. & 2. ff. de verb. oblig.* Prædicta tamen ſingulariter limita non habere locum, quando ſeruitus conſtitueretur ratione affectionis; quia licet per nomen conſtituatur; non tamen tranſit ad hæredem. iſte eſt caſus notab. *in l. pater filia. in fi. ff de ſer. legat.* vbi ſi pater legat filiæ ſuæ ius eundi, non tranſit ad hæredem.

Stipulatio alternatiua ſummarum, ſi in ea fuerit reſponſum in minori quantitate non vitiatur, ſed valet in illa minori. *l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante. ff de verbor. obligat.* quod tamen non habet locum quando ſtipulator reſeruaret ſibi electionem, vt ſi diceret, promittis mihi dare 10. aut 20. ad mei electionem, & promiſſor dicat, promitto tibi decem; nam tunc non valet ſtipulatio, quemadmodum in alternatiuis ſpecierum, vt *d. § ſi ſtipulante.* Iſtud fuit ſingulare dictum Bar. *in l. ſi duo rei. ff. de verb. obligat.* cuius facit mentionem Alex. *in l. 1. § ſi ſtipulanti in fi. verbis, eod. tit.*

Stipulatio facta à partibus animo ſtipulandi, ſi non valet vt ſtipulatio, puta, quia deficit in forma, minime valet vt pactum nudum. ita loquitur tex. *in l 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* & gloſ. *in l. iuriſgentium. § igitur. ff. de pact.* & Bald. *in ſuo tract. de conſtituto, verſic. ſequitur de forma. &c.* vbi dicit, quod ſi promitto tibi 10. per ſtipulationem, talis promiſſio non valebit iure ſtipulationis, nec pacti; ſecus ſi non fuiſſet dictum per ſtipulationem; quia valeret vt pactum nudum, facit *l. an inutilis. ff. de acceptilat.*

Stipulatio an poſſit confici per ſcripturam, vt ſi ſcribo, promittis mihi dare decem, & tu reſcribis, promitto, dic, quod non, per *l. 1. in princip. ff. de verb. oblig.* vbi requiritur vtrumq; loqui debere Præterea ſi hoc eſſet, ſequeretur, quod mutus per accidens poſſet ſtipulari, ſi ſciret ſcribere, ſicut poteſt teſtari, vt *l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſſ.* quod tamen ex-

preſſe negatur *in d.l.1.* Nec obſtat tex. *in l.non figura. ff.de actio. & oblig.* vbi dicitur; quia tantum operatur ſcriptura, quantũ verba; ideo ſcripturis obligamur, id eſt, non characteribus illis, ſed verbis, quæ ſcripturæ ſonant; nam illa lex habet locum in caſibus, in quibus pro ſubſtantia non requiruntur verba, vt dicitur in ſtipulatione. Sed quid ſi in ſcriptura erãt ſcripta decem, & ego dixi, promittis mihi, quod cõtinetur in hac ſcriptura, an valeat talis ſtipulatio? dic, quod non; quia non ſolum verba requiruntur, ſed etiam debet exprimi res, quæ promittitur. *l.5.§. ſtipul de verb.obligat* vbi dicitur, quod eſt neceſſe exprimi, quod quis eſt facturus vel daturus.

Stipulatio facta ſine cauſa an valeat? dic, quod ſic, ſi cauſa probari poteſt, alias reus abſoluitur, vt eſt gloſſ. *in l.generaliter.C.de non num.pec* Si tamen eſt facta à ſciente, valet, etiam ſine probatione cauſæ, in vim donationis. *l.Campanus.ff.de oper.lib.* & Bart. *in l.nuda ratio.ff.de donat.* Quid autem in donatione, dic, quod non valet ſine cauſa, vt *d.l.nuda.* Quid in confeſſione? Dic, quod extra iudicium non valet ſine cauſa; & hoc quo ad plenã probationem, inducit tamẽ ſemiplenam, vt not. *in l 3.§.eiuſdem. in verſ. ſpeciem.ff.de teſtib.* & Alex. *in d.l.nuda ratio.* Niſi fuerit geminata confeſſio; quia tunc valet etiam ſine cauſa, vt not. Bar. *in l.cum ſcimus. C de agri.& cenſit.li.* 10. & Alex. *in d.l.nuda ratio.* facit *l. Baliſta ff. ad Trebell.* Si vero eſt facta cum cauſa, inducit condemnationẽ. *ca.ex parte.extra de confeſſ.* Quid autem de cautione? Dic idem, quod non valet ſine cauſa, vt eſt gl. *in d.l. generaliter.* Omnia autem prædicta facta in iudicio etiam ſine cauſa, veſtiuntur calore iudicii. Ad quod ſciendum, vide Alex. *in Rubrica, de verb.oblig* & doct. *in d.l.nuda.* & Alex. *in l.cum oſtendimus. ff. de fideiuſſ. tut.* & Bal. *in repet.l.tale pactum.§. qui prouocauit ff.de pact.* & Alex. *in conſil.4. vol.1.*

Statutum puniens loquentem cum bannito, an extendatur ad mittentem epiſtolam, vel nuncium? videtur, quod non: nam ſtatutum debet ſtricte intelligi. *l.3.§ hæc verba.ff.de neg.geſt.& l.fin.C.de his qui ven.ætat.impetr.* Sed aliud eſt loqui, & aliud mittere epiſtolam. Præterea in pœnalibus non fit extenſio. *l.interpretatione.ff.de pœnis.* Hanc quæſt. mouet Alex. *in l.1.in princip.ff.de verbor.obligat.* Tenet tamen contrarium referendo Ludouic. Roman. ibi ſcilicet, quod mittens epiſtolam comprehendatur in ſtatuto. Nec obſtant prædicta; quia verum eſt, quod non ſit extenſio in ſtatuto ſiue in pœnalibus, niſi, non faciendo extenſionem, de facili poſſet eludi diſpoſitio pœnalis; nam ſtatutum ideo vetat loqui cum bannito, vt euitentur forte ſſe ſeditiones, & crimina læſæ maieſtatis, quæ ita poſſunt euenire per locutionem, ſicut per epiſtolam, & nuncium; ita eſt gl. in ſ. not. *in capit quamquam. de vſur.lib.6.* ad prædicta facit text. *in c.clerici.81. diſtinct.* vbi ſtatutum puniens clericum loquentem cum monialibus, punit etiam ipſum mittentem epiſtolam. facit etiam text. & ibi gloſſ. *in cap.conſtitutionem.de ſent. excom.in 6.* vbi ſtatutum puniens loquentem cum excommunicato, punit etiam mittentem epiſtolam.

Scriptura priuata ſi eſt conuentum, quod faciat fidem, an habeat vim publici inſtrumenti? Dic, quod ſi eſt dictum, quod fidẽ faciat, & ei plene ſtetur; & tunc valet, vt priuata ſcriptura, & plene probat, non autem vt publicum inſtrumentum.

Si autem eſt dictum, quod habeat vim publici inſtrumenti; tunc non inſtrumentũ, quia alias partes poſſent creare Tabelliones, quod non permittitur, niſi Principi, vt not. Bart. *in l.nec ei.§.eorum.ff de adopt.* Sed bene habebit vim, & fidem inſtrumenti, vt not. Innoc. *in capit.cum P.Tabellio.extra, de fide inſtrument.* & omnes clauſulæ conſuetæ apponi in inſtrumento, cenſentur appoſitæ in tali ſcriptura per illa verba. Vnde etiam & hypotheca cenſetur appoſita. ita fuit determinatum in Sacro Conſilio Neapolitano per ea, quæ voluit Bald. *in l.1.c.l.7 ff.ſolut.matr.* qui dicebat, quod in omni inſtrumento cenſentur appoſitæ omnes clauſulæ requiſitæ. Vnde etiam & hypotheca. Sed partes voluerunt illam ſcripturam habere vim publici inſtrumenti; ergo cenſentur voluiſſe, quod cenſeantur appoſitæ omnes clauſulæ, apponi in quolibet inſtrumento conſuetæ, ſicut partes poſſunt ſimiliter facere, quod dicto vnius teſtis ſtetur, vt not. Alex. *in l.1.§.fi.ff.de ver.oblig.* qui teſtis facit fidem etiam ſine iuramento; cum ſit à partibus approbatus. Ita ſingulariter voluit Bart. *in l.Lucius.ff.de fideiuſſ.*

Statutum imponens pœnã referendo ſe ad aliud ſtatutum, facit fidem, etiam ſi aliud ſtatutum non appareat, dummodo in hoc ſtatuto fuerit pœna expreſſa; & ratio eſt, quia ille, qui facit ſtatutum, eo tempore quo fecit ſecundum, poterat illud facere ex ſua poteſtate, & etiam illud, de quo fecit mẽtionem, vnde licet primum non inueniatur, ſtatur ſecundo. Eodẽ modo dicimus in qualibet alia diſpoſitione principis, referente ſe ad aliam. ita voluit Bart. *in l.admonendi ff.de iureiur.* ſuper gloſſ. *in verſ. conſtitutionibus.* per illam gl. & hæc not. pro limitatione *authent ſi quis in aliquo.C.de eden.* ad quod facit *l.eum qui.§.Iulianus.el.1.ff.de conſt.pec.*

Statutum faciens mentionem de alienatione, non comprehendit contractum emphyteuticum. Nec obſtat. *l.fin.C.de rebus alien.non alien.* quia largo modo appellatione alienationis venit emphyteuſis, ſed ſtatutum debet intelligi ſtricte, *l.3.§.hæc verba ff.de negot.geſt.* ita not. gl. *in l.1.C. de iure emphyt. in verb. alienationis.*

Statutum faciens mentionem de creditore, an habeat locum in creditore ex delicto, vide *ſupra in verſic.creditor proprie dicitur, &c.*

Subrogatum an ſapiat naturam ſui ſubrogati? dic, aut ſumus in his, quæ principaliter ſunt de natura actionis priſtinæ; & ſubrogata actio ſapit tunc naturam eius. *l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.*

*cautio.* & *l.1.§. ſi quis ſub conditione.ff. vt leg.nom.cau.* & *leg.ſi ſerui legati nomine.ff.de legat.* 1. Aut in his, quæ ex poſt facto eueniunt, vt vſurę, quę veniunt ex tẽpore moræ; & non ſapit naturam actionis priſtinæ. *leg.nouatione.* & *ibi gloſſ. de nouation.* & not. gloſſ. & Bart. *in l.certi condict.in princip.in verſic. ex omni cauſa ff.ſi certum petatur.* & plene Bald. *in dict. §.qui iniuriarum.* Fallit, quando acceſſorie vna actio cumulatur alteri; quia tunc quoad omnia tam principaliter, quam ex poſt facto emergentia, ſapit naturam principalis actionis. *l.1.§.belliſſime.ff.vt legat.nom.cau* & not. Alexand. *in d.l.certi condict.colum.* 3. & plene Bartol. *in leg.1.§. hac actio.ff.ſi quis teſtam. liber eſſe iuſ fuer.* Hæc autem, quæ dixi, debent intelligi, quando principaliter vna actio ſubrogatur alteri, &c.

Stipulatio facta per creditorem à debitore conſtituto in mora, facit debitorem purgare moram, vide ſupra *in verſ.debitor conſtitutus,&c.*

Satiſdatio, & cautio quomodo differant, vide ſupra *in verſ.cautio. differt,&c.*

Stipulatio ſimpliciter facta ſiue imperſonaliter, in dubio acquiritur ſtipulanti, *leg.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus.ff.de verbor.oblig.* Quod limita, niſi præceſſiſſet contractus, de cuius natura eſt, quod ſibi, & alteri acquiratur; quia tunc ſtipulatio regulatur ſecundum naturam præcedentis cõtractus; vt ſi pater ſtipulatus eſt ſimpliciter dotẽ reddi ſoluto matrimonio, per talem ſtipulationem acquiritur ſibi, & filiæ, ita voluit Bart. *in l.poſt dotem.in 3.lect.ff.ſolut. matr.* quia de natura talis contractus eſt, quod ſibi, & filiæ quæratur actio de dote, vt *l.2.§.quod ſi in patru.ff ſolut.matr.* & quod ſtipulatio intelligatur ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum naturam præcedentis contractus, probat tex. *in l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.* & *l.inter ſtipulantem.in princ.de verbor. oblig* & *l.damni infecti quidam.ff.de damn.infect.* & *l.ſi legati ſerui.de legat.1.* & *l.1.§.ſi quis ſub conditione.ff.vt legat.nom.cau.* & *l ſtipulatio iſta.§.hac quoque ff.de verbor.oblig.* & *l.ſi vno.in princ.ff. locati.*

Subſtantialia iudicii non poſſunt per partes remitti, ſiue eis renuntiari. Bart. *in authent.offeratur. in penult.quæſt.C.de lit.conteſt.* ſunt autem ſubſtantialia, de quibus loquitur tex. *in l.prolatam.C.de ſent.*

Spurius quomodo poſſit hæres inſtitui, & quæ cautela detur ad validandum talem hęredis inſtitutionem, vide Bart. *in l.ſi is, qui duos.in fin.ff.de lib.leg.* & Bart. *in l.fin.ff de his, quib.vt indign.*

Statutum recipit extenſionem, vbi eſt identitas rationis, vt not.gloſſ. *in l.ſi conſtante.in princ. in verb. mariti ff.ſolut.matrimon.* etiam in odioſis, vt *leg.1.§. exercitum.* & *ibi gloſſ.ff.de infam.* & vide Alexand. *in l. properandum.in princ.C. de iud.*

Sententia tam in criminalibus, quam in ciuilibus poteſt, & ſufficit, quod feratur ſuper facto: de criminalibus probat text. *in l 1.§.1.ff. ad Turpill.* vbi iudex concludens in ſententia aliquem calumniatum eſſe, videtur ipſum de calumnia condemnaſſe. De ciuilibus autem ex crimine deſcẽdentibus, probat tex. & ibi Bart. *in leg.viro atque vxore.ff.ſolut.matrim.* de ciuilibus mere not. Alex. *in d.l.viro.* per tex. *in leg.ex diuerſo.§.1.ff.de rei vend.* vbi iudex declarando fundũ petitum eſſe meum, videtur poſſeſſorem mihi condemnaſſe cum fructibus ad reſtitutionem. Ex quo inferebat Lud. Rom. *in d.l.viro.* idem eſſe in libello, per *l.vt fundus.ff.communi diuid.* & *l.ſi prætor. in princ.ff.de iud* de qua materia vide quæ dixi ſupra *in verſ.libellus an poſſit concludere,&c.*

Scholaris an dicatur habere domicilium in loco ſtudii? dic, quod ſi apparet, eum nõ habere animum reuertendi amplius, inde ſtatim ibi contrahit domicilium; ſi vero apparet eum habere animum reuertendi, ad domum ſuam; & tunc etiam ſi per mille annos ibi moraretur, nunquam diceretur ibi habere domicilium, ſi vero ſumus in dubio; & tunc ſi ſtat in loco ſtudii per decem annos, dicitur ibi contraxiſſe domicilium, ita voluit Bart. *in l.lex Cornel. §.ſi tamen.ff.de iniur.*

Sententia, quæ abſoluit reum ab obſeruatione iudicii, eſt interlocutoria, ita dicit gl. *in l.* & *harum. ff.ſi ſeru.vend.* & Bart *in l.Titia.ff.de accuſ.*

Statutum dictãs, quod pro contractu emptionis & venditionis ſoluatur certa gabella, intelligitur in dubio velle emptorem teneri ad ſoluendum gabellam, vt probatur *in l.debet in fi ff.de ædil.edict.* per quẽ tex. ita dixit Bald. *in rubr C.de reb.cred.* & *in leg.ſi prædium.C de ædil act.* ſecus autem eſſet, ſi ſtatutum diceret, quod pro pretio rei venditæ ſoluatur gabella; quia tunc venditor tenetur, ſecundum Bart. *in l. ſed ſi hoc.§.cuidam.de cond.* & *demonſtr.*

Sententia continens plura capitula, facit, quod quot ſunt capitula, tot dicantur eſſe ſententiæ, ita eſt gloſ. *in l.etiam.§.1.ff.de minor.* Ex quo ſequitur intellectus ad *leg.in hoc iudicio ff.famil.erciſc* vt dicit ibi gloſſ. quam licet ibi dicatur, quod ſententia non poteſt valere pro parte, hoc debet intelligi, quando vnicum capitulum continet, ſecus ſi plura, ita dicit Bart. *in leg.Carmelia.* & *ibi gloſſ.ff.de iure patr.* & gloſſ. & Abb. *in c.placet.de conuerſ coniug.* & Bartol. *in l.fin.§. fin de verbor.oblig.* Ex quo ſequitur vnum ſingulare dictum, quod dicebat Alex. *in leg quiRomæ.§.duo fratres,col.8.de verbor.oblig.* quia tunc poteſt ab vno capitulo ſententiæ appellari, & ab alio non; & ita dicit ipſe, quod faciunt periti aduocati; quia ſi appellaretur à tota ſententia, poſſet iudex ad quem confirmare ſententiam pro parte, & pro illa parte reus teneretur ad expẽſas, & vide de prædictis aliqua per Bart. & Alex. *in l.ſi conſtante.§.fin.ff ſol matrim.* & hæc ſunt vtilia, pro his, quæ dicam infra *in proximo not. in fin.*

Sententia licet regulariter non valeat pro parte, vt *l.in hoc iudicio ff famil.erciſcun.* quod intellige, vt dixi ſupra *in proximo not.* tamen reſtringitur ad petita, ſi fuerit in plus lata, quam erat petitum, vt ſi petii de-

decem, & iudex condemnauit ad viginti, reſtringitur ſententia ad decem; quia in maiori ſumma minor ineſt. ita dixit Alex. *in l. Paulus. la. 2. ff. de re iu.* Ex quo habes limitationem ad regulam, quæ ſe habet, quod ſententia debet ſequi formam libelli, vt *l. vt fundus. ff. communi diuid. & l. fin. C. de fideicomm. lib.* licet cõtra Alex videatur facere tex. *in l fi. ff. de iuriſ dict. omn. iud.* tamen potes ibi reſpondere, quia iudex ibi non habebat facultatem iudicandi vltra certam ſummam; vnde ſi iudicauit, ſententia eſt nulla, nec vtile per inutile vitiabitur, cum ſimus in inſeparabilibus, vt *in d. l. in hoc iudicio arg. leg Padius. & quæ ibi not. ff. de arbit.* Ex eo tamen, quod dixi ſupra *proximo not.* ſequitur vnum valde ſingulare, quod poſuit Abbas *in c. 1. col. 3. extra, de ſentent. & re iudic.* quod licet ſententia continens expreſſum iuris errorem, ſit ipſo iure nulla, vt *l. 2. C quando prouoc. non eſt neceſſ* tamen quando continet plura capitula, & error reſpicit vnum tantum, vitiabitur quo ad illud tantum, non quo ad alia, quod eſt not.

Subſcribens ſe in aliqua ſcriptura, tanquam principalis, approbando eam, videtur totam ſcripturam propria manu ſcripſiſſe; vnde ex illa ſcriptura poteſt conueniri tanquam ex ſcripta manu propria, ita tenet Ang. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.* quem ſequitur ibi Alexan. *colum. 2. ff de verbor obligat.* quod tamen eſt verum, ſi ſciuerit tenorem ſcripturę, alias non cenſetur eam approbare, præſumitur tamen ſcire, niſi contrarium probet, vt dicit Alexan. *in d. § Chryſogonus. in 3. col.* & Bart. *in leg. 1 §. fi. ff quemadm. teſtam. aper.*

Statutum loquens, quod de ciuitate non extrahatur frumentum ſub certa pœna, non extenditur ad eum, qui extrahit pro ſuo vſu, ita tenet Alex. *in l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. 1.* vbi ſimiliter tenet, quod ad ſciendum, an quis portet pro ſuo vſu, ſtatur iuramento extrahentis, per gloſſ. *in Clem. 1. in verſic. negotiandi de cenſibus.* Adde tamen in hac materia, quod pœna ſtatuti non ligat iuſte ignorãtes, ita not. Barrol *in l. fin ff. de decret. ab ord fac.* & Andr. de Iſer. *in rub. quæ ſint reg in fin. col.* & de prædictis vide Bald. *in leg. cum proponas. col. fin C. de naut. fœn.*

Statutum, quod inter affines cauſæ compromittantur, an habebit locum inter virum, & vxorem, vide Bald. tenentem, quod ſic, *in l. affinitatis. C. com. de ſucceſſ.* vbi vult etiam, quod ſoluta affinitate per diſſolutionem matrimonii, ceſſat tale ſtatutum, per gloſſ. *in l. ſed hoc ita. ff de re iud.*

Sententia interlocutoria quando non affert graue præiudicium parti abſenti, poteſt fieri, parte non citata, alias ſecus, ita not. Bart. *in l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procõſu.* & Abb. *in cap. auditis. colum. 2. de procur.*

Sententia non eſt neceſſe, quod pro ſui validitate contineat cauſam in ſe expreſſam, ita not. Abb. *in c. ſicut. col. 2. de ſenten. & re iudic.* & Bart *in l. quod ait. §. ignominiæ. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not infam.* Fallit tamen in caſibus tactis per Abb. *in d. c. ſicut.* Sed quantum ad grauamen partis diſtinguitur, aut cauſa apparebat ex actis, & non eſt neceſſe, aut non apparebat, & tenetur in ſyndicatu, ſi non appoſuit iudex. ita dicit Bart. *in d. §. ignominiæ. & in d §. pœna grauior.*

Subſtitutus datus alicui, qui eſt cohæres eiuſdẽ, ita demum admittitur ad ſubſtitutionem, ſi partem ſuam hæreditatis acceptet, alias ſecus. text. eſt *in leg. qui plures, la. 1. ff. de vulgar & pupill* & not. Alex. *in leg 1. C. de impub.* facit *l. quidam Eulogio. C. de iure delib.*

Subſtitutio facta per hæc verba, Titium inſtituo, & Seium ipſi ſubſtituo, continet tantum vulgarem, non autem fideicommiſ. ſed ſi eſt talis perſona, in qua poteſt cedere pupillaris, continet etiam pupillarem. ita notanter dixit Alexand. *in l. Gallus. §. quidam recte colum. 2. de lib. & poſthum.* per text. *in l. nam hoc iure. poſt princip. ibi; in vulgarem tantummodo caſum. de vulg. & pupill.* & ponit Bart. *in d. §. quid. in recte. circa finem.*

Scholaris, qui funerauit alium ſcholarem ſocium ſuum, vel fecit ibi expenſas in infirmitate, an poſſit retinere libros, donec ſibi ſatisfiat, vide ſupra *in verſ. hoſpes, qui funerauit. &c.*

Statutum puniens producentem falſos teſtes, vendicat ſibi locum etiam in producente vnum falſum teſtem. ita voluit Bart. *in l. 3. §. negotia.* per illum text *ff. de negot. geſt.* & Alex. *in l. Gallus. §. quod ſi is.*

Subſtitutio facta duobus in ſimul inſtitutis, ſi deceſſerint, vel ſi hæredes non erunt, an vno moriente, faciat admitti ſubſtitutum, an vero cohæredem? dic, quod regulariter ſubſtitutus admittitur, text. eſt *in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Trebell. & in l. fin. § filium. de leg. 2.* & notat Alex. *in l. Gallus. §. etiam ſi parentem. in fin. col. de liber. & poſthum.* niſi cohæres eſſet perſona, quæ veriſimiliter ex tacita voluntate defuncti eſſet præferenda ſubſtituto, vt *l. penult. C. de impub & aliis ſubſtit. & l. hæredes mei. §. cum ita.* & ibi per Alexand. *ff. ad Trebell.*

Subſtitutio breuiloqua non continet ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ita dixit Bart. *in l. . C. de impub.* & ibi etiam Alexand. per text. *in l nam hoc iure. §. 1. in verſic. tantummodo ff de vulgar. & pupillar.* vnde ſi eſt facta perſonis inparibus, continet tantum vulgarem, licet fideicommiſ. potuiſſet æqualiter fieri omnibus. ita etiam Alexand *in l. precibus. col. 1. C. de impub.*

Subſtitutio pupillaris facta perſonæ, cui fieri nõ poteſt, reſoluitur in vulgarem tantum, ita not. dixit Bart. *in l. fin.* per illum text. *C. de hæred inſtit.*

Statutum, quod filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis, videtur velle dotem compenſari cum legitima, & non excludere filiam à legitima, vt not. Bald. *in l. ſancimus C. de nupt.* Vnde quamuis filia ſit infans; tamen poteſt petere dotem. vt legitimam, ante nubilem ætatem, & moriens tranſmit-

tit

ſic illam ad hæredes ſuos, ita dixit Alex. *in conſ. 55. colum. fin. vol. 2.* licet Bart. videatur ſentire contrarium *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſt.* vnde etiam tunc pater non poteſt filiam grauare in dotem, vt ibi dicit Alex. & hæc adde his, quę dixi ſupra *in verſ. pater an poſſit grauare.*

Sententia lata non expectata relatione nuntii; qui partem citauit ad ſententiam audiendam, eſt nulla, ſecundum Bar. *in l. hęc autem. §. 1. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eat.* quem refert & ſequitur Iaſ. *in leg. ne quicquam. §. vbi decretum. col. 5. ff. de offic. proconſ.*

Statutum ſemper debet intelligi, vt aliquid addat iuri communi, ita not. Bartol. *in l. 4. §. prætor ait. colum. 2. ff. de damn. infect.* & Bart. *in l. 2. ff. de vſucap.*

Sententia lata parte non citata, non valet, non ſolum lata contra abſentem, ſed etiam pro abſente, vt not. Bart. *in l. ea, quæ. C. quomodo, & quãdo iud.* quod limita nõ procedere in interlocutoria, quæ ſemper valet, quando fertur pro abſente non citato, ſecundum Angel. *in l 1. C. quibus non ob long temp. præſcript.* quem ſequitur Iaſ. *in l ne quicquam. §. vbi decretum. colum. 11. in 19. fallen. ff. de offic. proconſul.*

Sententia, quæ continet errorem, qui apparet ex actis, eſt ipſo iure nulla, ita Bart. *in l. 1. ff quæ ſenten. ſine appellat. reſcind.*

Statutum factũ à Duce, Comite, vel Barone, vel Epiſcopo, vel magiſtratu, dicitur ius prætorium, ita not. Bart. *in l. 5, in princ. ff. de verb. obl.* & ibi Alex idem Bart. *in l. fin. ff de pœnis.* & Alex. *in l. more. col. 2. ff. de iuriſd. omn iud.* & Ro. *in conſil. 36* & hoc poteſt eſſe vtile ad id, quod not. Alex. *in l. ſi quis id, quod. colum. fi.* vbi refert, quod quando pœna debetur ex edicto prætoris, in dubio debet applicari parti.

Statutum faciens mentionem de damno dato, puta, quod ſtetur iuramento damnũ paſſi, non extenditur ad furtum, de quo vide ſupra *in verſ furtum non venit.*

Sententia producit actionem in factum, *l. actori. C. de rebus cred. & l. miles § fin. & ibi gloſſ ff. de re iudi.* & vide gloſſ. *in Clem. fin. in gloſſ 1, de appell* quæ etiam ſentit, quod ex interlocutoria non oritur actio in factum, ſed tantum exceptio, quod qualiter procedat, vide Alex. *in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non opt. col. 1.* & gloſſ. *in l. nam & poſtea, §. fin. ff. de iureiur.* ſed quando iudicatur ſuper reali, cõpetit etiam actio in rem vtilis ex ſententia, ita tenuit Alex *in l. 1. col fin. C. de iud.* per tex. *in l. ne in arbitris. verſ. & in his omnibus. C. de arbitr. & in leg. ſi duo. §. Iulianus. ff. de iureiur.* & vide Bart. *in l. miles. §. fin.* & ibi Alex. *ff. de re iud.*

Scholaris tenetur defendere opin. magiſtri ſui, ita dixit Bart. *in l. dicere. ff. de arbitr.* & Abb. *in c. 1. col. 6. de poſtul. prælat.* vbi plus dicit, quod ſcholaris, qui ſequitur opin. magiſtri ſui, non incidit in aliquam pœnam, nec tenetur ad aliquas expenſas, quamuis erronea eſſet opin. ita etiam dicit Iaſ. *in l. generaliter. in fin. ff de in ius voc.*

Statutum tollens omne priuilegium, non intelligitur de clauſo in corpore iuris, ſed de priuilegio ſpeciali, quod in iure non reperitur, ita dixit Alex. *in l. miles. in princ. ff. de re iudic.* & Bart. *in l. hæres abſens in princ ff de iud.*

Sententia arbitri, quæ eſt expreſſe contra leges vel ſacras conſtitutiones, eſt ipſo iure nulla, ſicut ſententia iudicis, gloſſ. eſt not. *in l. diem proferre. §. ſtari.* quam ibi ſequitur Bald. *ff. de arbitr.*

Stylus curiæ facit ius, & poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, vbi non reperitur ius commune in contrarium. ita dixit Abb. *in cap. ex literis. in 3. colum. de conſtit.*

Statutum quando venit expreſſe ad derogationem iuris communis, non interpretatur ſecundum ius commune, ſecundum Alex. *in conſil. 20. colum. fin. volum. 1.*

Statutum ſeu lex ciuilis diſponens ſuper prohibitione alicuius actus, nunquam videtur diſponere ſuper actu iurato, ſecundum Alex. *conſil. 27. col. pen. & fin. vol. 1.* & vide ſupra *in verſ. reſcriptum.*

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, inducit notorium, ſecundum Alex. *conſ. 33. in fin. vol. 2.*

Statutum debet intelligi, vt lædat ius commune minus, quam poteſt, *l. 2. C. de noxal.* & Alex. *in conſil. 40. colum. fin. verſ. & hoc. volum. 1. & conſil. 50. col. pen. verſ. 2. vol. 1.*

Subſtitutus pupillaris ſi moritur non adita hæreditate pupilli, ſuccedit mater pupilli. Corn. *in conſil. 28. vol. 4.*

## T.

TVTOR datus in teſtamento filiis, intelligitur datus etiam poſthumis, *l. ſi quis filiabus. ff. de teſtam. tut.* ſecus autem, in legato, vt *l qui quartam. §. fin & l. qui filiabus. iuncta. gloſſ. ff. de leg 1.* Et ratio diuerſitatis eſt, quia legata fiunt propter affectionem, quam teſtator non ita potuit habere in naſcituris, ſicut in iam natis: ſed tutor datur ratione filiationis; ſed ita eſt filius poſthumus, ſicut natus; ergo intelligitur etiam de poſthumo, & hanc rationem diuerſitatis ponit gloſſ. *in d. l qui filiabus.*

Teſtes, qui non fuerunt producti in cauſa principali, an poſſunt produci in cauſa appellationis ſuper eiſdem capitulis. Bartol. *in l. per hanc. circa fin. C. de temp. appell.* tenet, quod non, ſed ſuper diuerſis ſic. idẽ tenet Abb. *in c. fraternitatis. extr. de teſtib.* quia ſubeſt timor ſubornationis. iuxta *authen at qui ſemel. C. de prob* Tamen in contrarium tenuit Bald. *in l. eos. §. ſi quid autem. C. de appell. & in d. l. per hanc.* & ibi etiam Angel. Idem etiam tenet Ang. *in conſil 153.* Et hæc eſt communis opin. contra Bartol. quam etiam tenet Franc. de Curt. *in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. in 12. col.* vbi dicit hanc communiter obſeruari in practica, & qui neſciret, deluderetur. Nec obſtat, quod dicit Abb. *in d. c. fraternitatis.* quia illa opinio vendicat ſibi locum in foro canonico; ſecus autem in foro ciuili. Ad rationem de timore ſubornationis vide

Bald.

Bald.*in d.§ ſi quid autem.*vbi reſpondet, quod not. quia eſt multum quotidiana, & quilibet ſolet errare, & opin. Bart. ſeruatur in practica, & eſt communis opin. con Bald.

Teſtes an poſſint produci poſt publicationem, ſi pars non didicerit teſtificata, gloſſ. *in c. conſtitutus. extra de teſtibus.* tenet, quod ſic. Tamen Abb. ibi eam reprehendit, & tenet contrarium, & *in c. fraternitatis. eod. tit.* vbi plene examinat hunc articulum, & finaliter concludit, quod non poſſunt produci. Et ratio eſt; quia pars videtur tacite renunciaſſe productioni, conſentiendo publicationi; & quia ius præſumit ipſam didiciſſe ſtatim, quod facta eſt publicatio, niſi publicatio fuiſſet nulla, puta facta parte inuita, vel non citata, vel die feriata; quia tunc habetur, ac ſi non fuiſſet facta, niſi pars didicerit teſtificata; quia tunc non poſſet teſtes producere, etiam ſi publicatio fuiſſet nulla, ita tenet Bart. *in auth. at qui ſemel. C. de probat. col.* 3. vide tamen multas limitationes quando teſtes poſt publicationem poſſunt produci, per Andr. Sic. *in d. c fraternitatis. in addit. ad Abb.* adde ad prædicta Anchar. *conſil.* 123.

Teſtator ſi dicat legatario, eſto contentus tali fundo, an fundus videatur ſibi legatus, & an alia legata videantur ſibi adempta per hæc verba? Dic, quod fundus eſt legatus, ſed per hæc verba alia legata non videntur ſibi adempta, niſi dixerit, quod plus petere non poſſit, vel appoſuerit dictionẽ, tantum, vel duntaxat, ita ſingulariter dixit Bart. *in leg. fideicommiſſ. § ſi quis ita. ff. de leg.* 3. vel niſi dixiſſet, pro omnibus rebus, quæ tibi legaui, ſis contentus tali fundo. *l. Paulo Callimacho. §.* 1. *de leg.* 3.

Teſtes in caſu, in quo non tenentur reddere cauſam dicti ſui, ſine interrogatione. iuxta ea, quæ not. *in l. ſolam. C. de teſtib. & in c. cum cauſam. & ibi per Abb. extr. de probat.* ſi ſponte reddiderunt cauſam, faciunt maiorem fidem, quam illi, qui deponunt ſine cauſa, etiam ſine interrogatione, ita ſingulariter tenet Bald. *in l. Presbyteri C. de epiſc. & cler. col. fin.* vbi dicit, quod ſi vnus haberet duos teſtes, qui reddiderunt cauſam, & aduerſarius alios duos, qui non reddiderunt cauſam, præferuntur illi, qui reddiderunt cauſam, etiam ſponte, quod dictum eſt multum ſingulare, quod refert & ſequitur Andr. Barba. *in d. c. cum cauſam. in addit. ad Abb. col.* 4. & ibi vide pulchram addit. in hac materia.

Teſtis deponens ſuper adulterio non probat, niſi reddat cauſam dicti ſui, etiam non interrogatus; & eſt ratio; quia talis probatio conſiſtit in intellectu; quo caſu, ſi teſtis non reddit cauſam, non probat. ita not. Bald. *in l. ſolam. C. de teſtib.* & Andr. Barb. *in c. cum cauſam. in addit. ad Abb. extra. de teſtibus. & in cap. præterea. in addit. eod. tit.*

Teſtator faciens inſtitutionem videtur magis diligere inſtitutum primo gradu, quam ſubſtitutum, & magis ſubſtitutum in ſecundo gradu, quam in tertio, *l. Publius. §. fin. ff. de condit & demonſtr.* & magis videtur diligere filium natum, quam naſciturum, gloſſ. eſt *in l. qui filiab. ff. de leg.* 1. adde Alexand. *in conſil.* 1. *col.* 6. *vol.* 1.

Teſtes ſeniores licet dicantur magis idonei, quã iuuenes, vt not. gloſſ & Bart. *in l. cum quid. ff. ſi certum pet.* facit *l. fin. ff. de fid. inſtrument.* tamen ſi probatum fuerit, quod iuuenes ſint perſpicaciores, maior fides adhibetur iuuenibus, & facilius admittentur ad dignitates, vt *Authent. de monachis. §. fin.* Iſta tamen excellentia debet probari ſaltem per 15. teſtes. ita voluit Rom. *in l. ſi vero. § de viro. in 6 fallent. ff. ſolut. matrim.* per tex. *in l. vnicuique. & ibi gloſſ C. de proxim. ſac. ſcrin.* licet alias gloſſ. *in l. Gallus in princ verſ. ſi filius. de liber. & poſthum.* dicat, quod quanto iuniores, tanto perſpicaciores.

Teſtis vnus quandoque facit maiorem probationem, quam plures; vt ſi aliquis habet vnum teſtem ſingularem, poteſt petere ſibi deferri iuramentum ſuppletorium, & ſic habebit plenam probationem. iuxta *l. admonendi. ff. de iureiur.* Sed ſi haberet plures teſtes ſingulares, etiam ſi mille eſſent; tunc ex quo dictum vnius diminuit dictum alterius, non poteſt dari iuramentum ſuppletorium, ita ſingulariter voluit Bald. *in l. de quibus. colum.* 26. *ff. de legib.* Quod limita procedere ita demum, ſi erat ſingularitas talis, per quam dictum vnius infringebat dictum alterius; vt ſi vnus teſtis dicat, mutuum fuiſſe factum in vno loco, & alius in alio loco; ſecus ſi eſſet ſingularitas adminiculatiua, vt ſi vnus dicat, vidi mutuum fuiſſe factũ, & alius, vidi confeſſionẽ de mutuo; nam tunc poſſet deferri iuramentum ſuppletorium. ita not. Alex. *in conſil.* 21. *volum.* 3 *quod eſt not.* & de hac ſingularitate adminiculatiua loquitur Bald. *in l.* 1. *col.* 4 *in fin. C. de teſtam.* & idem Bald. *in l. pecunia. Cod. de ſolut.* & de prædictis omnibus vide plene per Lanfranc. *in repet. l. admonendi. col.* 5. *ff de iureiuran.* & per eundem Lanfranc. *in Clem. diſpendioſam. col.* 3. *de iud.* & Alex. *in conſ.* 11. *vol.* 4.

Teſtis deponens Titium cultiuaſſe, ſeminaſſe, & penſiones exegiſſe, videtur probaſſe de dominio, ita not. Bartol. *in leg. Titia. per illum text. ff. de ſolut.* Quomodo autem probetur poſſeſſio, vide Bart. *in leg. ſtipulatio iſta §. hac quo. de verborum obligat.* & ibi per Alexand. & vide omnino Lanfranc. *in repet. l. admonendi. col.* 15. *ff de iureiuran.* & Bartol. *in leg Celſus. ff de vſucap.*

Teſtis interrogatus; quis erat præſens in tali loco, ſi prius dicat, Titius & Sempronius, deinde rurſus interrogatus dicat, nullus, non dicitur varius, nec poteſt puniri de falſo; quia ſecunda reſponſio debet intelligi ſecundum primam, ſcilicet; nullus præter illos duos. ita not. voluit Alber. de Roſat. *in leg non erit. §. dato. ff de iureiuran.* & Alexand. *in l. ſtipulatio iſta. §. hac quoque. de verbor. oblig* licet in contrarium faciat, quod quando teſtis diuerſa dicit, in dubio accipitur pro vero illud, quod facit contra ipſum, vt not. Bart. *in l. eos. ff. de falſ.* ergo potius debet

bet attendi ſecunda reſponſio, quod non obſtat; quia teſtis poſtquam ſemel eſt interrogatus, non debet iterum interrogari, vt voluit Bart. *in leg. 1. colum. 2. ff. ſi certum pet.* Cum ergo non tenebatur reſpondere, ideo ſecunda reſponſio ſibi non præiudicat. *l. ornamentorum. ff. de aur. & argent. leg.* quod facit ad illud quod habetur *in §. ſerui. verbo iuncta gloſſ. Inſtit. de libertin.* vbi probatur, quod vbicunque aliquis actus poteſt fieri ſine interuentu alicuius perſonæ, licet poſtea interueniat, nõ vitiat, facit quod not. Alexand. *in leg. vinum. in fin. ſi certum pet.* vide ad primum dictum Bald. *in leg. data opera. col. 11. verſic. ſed hic quæro. C. qui accuſ. non poſſ.* & Alexand. *conſ. 180. in fin. vol. 5.*

Teſtis debet deponere per alterum ex quinque ſenſibus corporeis. ita not Bart. *in leg. 1. col. 1. ff. ſi certum pet.* Alexand. *in conſil. 132. colum. pen. vo. 5.* vere, vel præſumptiue; vt ſi interrogatus, quomodo ſciat Titium eſſe diuitem, dicat, ſcio; quia ſum vicinus, non per hoc ius pręſumit ipſum ſcire eius diuitias, ac etiam eas vidiſſe; quia præſumitur ſcire facta vicini. *l. ſi ita. §. fin* & ibi Bart. *ff. de fundo inſt. & l. ſi vicinu. C. de nupt. & l. filium. ff. de hu, qui ſunt ſui vel ali. iur.* & ſic præſumptiue deponit de ſenſu corporeo. Sic etiam dicimus in conſanguineo, qui præſumitur ſcire facta cõſanguinei, vt *l. octaui. ff. vnde cog. & l. de tut. C. de in integ. reſt. min.* Et hanc regulam, quod vicinus pręſumatur ſcire facta vicini, limita procedere in actis ſucceſſiuis; nam ſecus in momentaneis; quia non præſumitur ſcire, vnde ſi dicat teſtis, ſcio Titium contraxiſſe; quia ſum vicinus; non probat; quia cõtractus vnico momento fieri poteſt. ita not. Alex. *in d. leg. 1. col. 4. & 5. ff. ſi cert pet.* idem voluit multum not. Bald. *in l. 1. in fin. C. de colluſ. deteg.* vbi dicit, quod ſi teſtis dicat, ſcio Titium commiſiſſe ſtuprum; quia ſum vicinus; non probat. & Alex. *conſil 71. col. 3. vol. 1. & conſ. 50. circa fin. col. vol. 5.*

Teſtis deponens de auditu auditus, non probat, vt ſi dicat, ſcio; quia audiui dictum à Sempronio; quoniam debet deponere de auditu proprio. Fallit tamen *in leg. ſi arbiter. ff. de probat.* vbi ad probandum tempus, cuius memoria non exiſtit, ſufficit probare per auditum alienum, idem probatur *in leg. 2. § idem Labeo. el. 2. ff. de aqua plu. arc. & ibi eſt gloſſ.* Alias autem deponens de auditu alieno nullam fidem facit, vt eſt gloſſ. *in l. teſtium. in verſ. præſto. C. de teſtib.* Et ex hac *l. ſi arbiter.* habes, quomodo articulandum ſit ad probandam memoriam, vel non memoriam; quia debes articulare, quod communiter hominũ memoria in contrarium non reperitur, ſicut etiam in probando valorem alicuius rei, debes articulare, quod ex communi hominum æſtimatione res tanti ſolet æſtimari. vt habetur *in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc. & ibi per Doct.* Limita tamen multum ſingulariter hanc materiam, quod licet teſtis deponẽs de auditu alieno non probet; tamẽ facit aliqualem præſumptionem, per quam transfertur onus probandi in aduerſarium, dictũ fuit ſingulare Archid. *in c. non videtur. 22. qu. 5.* cuius meminit Rom. *in ſingulari. incip. teſtimonium de auditu, &c.* & Franc. de Curt. *in repet. l. admonendi. col. 40. ff. de iureiur.* & Fel. *in c. tam literis. col. pen. in fin. de teſtib.*

Teſtis deponens extra articulum, non probat. *cap. de teſtibus. extra de teſtib. & ibi not.* & Bart. *in leg. ſi duo patroni. § idem Iul. ff. de iureiur.* & tunc dicitur deponere extra articulum, quando id, quod dicit, nihil facit ad articulum: alias ſi attingit aliquantulum articulum, bene probat. ita ſingulariter voluit Ang. *in l. iam dubitari ſuper gl. in ver. non ab re. ff. de hered. inſtit.* quem refert Alex. *in l. 1. col. 3. ff. ſi cert. pet.*

Teſtis deponens per viſum illud, quod debebat deponere per auditum, an probet? videtur, quod non, per *l. 1. poſt princ. ff. de hu, quæ in teſt. del.* vbi non ſufficit percipere ſenſu illud, ad quod viſus requirebatur, & ita tenet Paul. de Caſtr. *in l. 1. ff. de verb. oblig.* adde Bald. *in l. ſolam in 7. qu. & in l. teſtium. in 2. q. C. de teſtib.* Tamen in contrarium voluit Bart. *in l. fin. C. de peri. nominat. libr. 11.* vbi dicit, quod teſtis deponens per factũ illud, quod debebat deponere per viſum, bene probat, & idem ſequitur Bald *in l. non omnium ff. de leg.* quem refert Alex. *in d. l. 1. in princ. in fin verbis. ff. de verb. oblig.* & vide Alex. *in l. quod meo. § ſi venditorem. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & Abb. *in c. cum cauſam. colum 6. de teſtib.*

Tranſactio facta per pupillum cum eo tutore, qui debebat prius cõueniri ratione ordinis, de quo *in leg. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſtr.* prodeſt aliis contutoribus, vt not. gloſſ. *in leg. 1. C. de tranſ.* nam agenti pupillo contra alios, obſtabit exceptio, non autem exceptio tranſactionis, ſed exceptio cedendarum; quia poſſum dicere, cedas nobis actiones, quas habes contra illum; quam cedere non poteſt; cum nullam habet; quia tranſactione eſt ſublata: vnde per indirectum illa tranſactio proderit aliis; quia nunquam ſoluere tenetur, niſi prius actione ſibi ceſſa. Ex quo reſultat vtilitas; quia cum hæc exceptio cedendarum ſit dilatoria non poteſt opponi poſt litem conteſt. vt *l. exceptionem. C. de probat.* ſecus eſſet in exceptione tranſactionis, quæ eſt peremptoria. *leg. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condict. indeb.* vnde poſſet opponi vſque ad ſententiam. *l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſ.* ita voluit Ant. de Alex. *in d. l. 1. C. de tranſact.*

Teſtis particeps delicti non admittitur ad teſtificandum contra participem eiuſdem delicti. *l quoniam & ibi per Doctor. C. de teſtibus.* & Bart. *in leg. 1 §. ſi ſeruus ff. de quæſtio.* Similiter nec vnus ad accuſandum alium admittitur. *l. ſi filium. C. de lib. cauſa.* quod limita, vt ſingulariter habetur per Abb. *in c. fin. in 2 not. extr. de teſtib. cog.*

Tranſactio generalis facta ſuper petitione ſpeciali non extenditur vltra rem petitam. *l. ſi decreta. C. de tranſact.* ſi vero fuerit petitio generalis, & tranſactio ſpecialis, ſimiliter non præiudicat, niſi ſuper

quo tranſactum eſt, *l. age, cum. C. eod. tit.* ſi vero fuerit tranſactio generalis; & petitio generalis, & proſecutio tantum ſpecialis; tunc ſimiliter non præiudicat, niſi quatenus eſt facta proſecutio. *l. licet.* quæ eſt *l. 2. C. de iudic.* Sed ſi tam petitio, quam tranſactio, quam etiam proſecutio fuit generalis; tunc præiudicat in omni eo, quod poterat in illa generalitate includi, ſiue fuerit de eo cogitatum, ſiue non. *l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſaction.* Quod limita non habere locum, quando aliquid fuiſſet dolo occultatum per partem; quia in generali tranſactione illud non continetur. *leg. tres fratres. ff. de pact. & l. ſi quis rationis. & l. non ſolum. §. ſi hæres. & l. Aurelio. §. Gaius. ff. de lib. leg.* Item non continentur ea, quæ poterant per tranſigentem vendicari, *l. fin. §. Titia. ff. de lib. leg.*

Terminus datus alicui ad agendum, vel ad defendendum operatur, quod ſi intra illud tẽpus pars ipſa non compareat, videtur liti renunciaſſe, & non auditur amplius. *l. ea. C. qui accuſ. non poſſ. & l. Titia. ff. de accuſ.* & gloſſ. & Bart. *in l. poſtquam lit. C. de pactis, & l. diffamari. C. de ingen. & man.*

Tranſactio an poſſit fieri ſuper alimentis, vide ſupra *in verſ. alimenta quædam debentur, &c.*

Teſtator relinquens vxorem ſuam maſſariam, vſufructuariam, & patronam cum pacto, quod non poſſit alienare aliquid, per hæc verba videtur ſibi reliquiſſe non ſolum vſumfructum, ſed etiam proprietatem, ad hoc, vt verba teſtatoris aliquid operentur, iuxta *l. ſi quando de legat.* 1. ita not. Alex. *in l. ſi conſtante in princ. ſolut. matr.* & Bald. *in l. Proculus. ff. de vſufr.* per illum text. vbi grauamen iniunctum vſufructuario, quod altius ædes tollere non poſſit, operatur, vt ſibi videatur data proprietas; nam clarum erat, quod etiam ſine illis verbis non poterat altius tollere; ſicut etiam ſine illa prohibitione alienationis vxor non poterat alienare.

Teſtator vbicunque in teſtamento ſuo exprimit verba vulgaria, & Notarius ſcribens teſtamentum redigit illa in latinum, talia verba debent accipi ſecundum iura, ita ſingulariter voluit Bartolus *in leg. ſi quis filiabus. ff. de teſtament. tut.* vbi dat cautelam, quando aliquis deponit vt teſtis, faciat iudex verba illius ſcribi vulgaria, prout emanant ex ore ipſius, & non facit redigi ea in latinum, & hoc not. pro teſtamentis ruſticorum, quæ melius eſſet, ſi vulgaria ſcriberentur; quia plerumque imperiti Notarii ſolent redigendo ea in latinum apponere aliqua verba, quæ poſſent eſſe contra voluntatem teſtatoris, & nihilominus ſtatur ſemper verbis teſtamenti, & vide Abb. *in cap. ex literis. de ſponſal.* & Alex. *in conſil. 2. col. 10. vol. 1.*

Tertius comparens pro ſuo intereſſe in iudicio, an impediat proceſſum iudicii, & an impediat executionem ſententiæ, & an poſſit producere nouos teſtes, etiam poſt publicationem, vide ſupr. *in verſ. iudicio cœpto cum aliquo, &c.*

Tempus quando eſt fundamentum intentionis alicuius, debet omnino ab eo probari, alias ſuccumbit. gloſſ. *in l. eum actum. in fi.* quam ibi multum laudat Bart. *ff. de neg. geſt.* & Bar. *in l. non ſolũ §. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nunc.* Bald. *in l. ſi non ſinguli. in fin. C. ſi plures vna ſent. & l. matrem. C. de probat.* vt ſi teſtator facit duo teſtamenta, in quorum vno inſtituit Titium, in alio vero Sempronium, ſi Titius dicit poſterius eſſe teſtamẽtum, in quo ipſe fuit inſtitutus, cum non appareret, quod eſſet prius, nec quod poſterius, ipſe debet hoc probare, ſecundum Bart. *in l. 1. §. non autem ff. de bon. poſſ. ſecũdum tab.* Fallit tamen quando ille, qui dicit teſtamentum eſſe poſterius, eſſet in poſſeſſione bonorum; quia præſumitur pro eo, & contrarium tenetur probare aduerſarius; ita ſingulariter dixit Bar. *in d. §. non autem.* quem ſequitur Iaſ. *in rubr. C. qui admitti. col. 3.* Ex quo ſequitur, quod ſi ſtatutum dicat, quod intra menſem liceat hæredi adire hæreditatem, & non vltra, ſi reperitur hæres in poſſeſſ. & vltra menſem, eſt præſcriptio pro eo, & contrarium debet probare aduerſarius. Fallit etiam, quando non præſumẽdo pro eo iudicaretur delictum, quia ad hoc vt euitetur ſuſpicio delicti, pro eo præſumitur. ita dicit Bart. *in d. §. ſed vt probari.* & plene Abb. *in c. in præſentia. col. 3. extr. de probat.* vt ſi ſtatutum dicat, quod a medietate menſis Maii liceat ire ad paſculandum, alias contrafaciens puniatur in centum, ſi modo accuſat Titius, quod iuit ad paſculandum, ipſe opponendo dicit, qualiter acceſſit de menſe Maii; non tamen à medietate inf. præſumitur pro eo, vt delictum euitetur. & iſta eſt optima limitatio ad regulam, quæ ſe habet, quod dubia probatio non releuat probantem, quæ eſt *in l. neq; natales. C. de probat. & in l. non hoc. C. vnde cognat.* ſecundum Abb. *in d. c. in præſentia. col. 3.*

Teſtes ſingulares plene probant in cauſa vſurarum, ita ſingulariter voluit Bald. *in l. 1. col. 4. C. de teſtib.* & Lanfranc. *in Clem. diſpendioſam. col. antepen. de iud.* & eſt optima limitatio ad regulas iuris communis, item teſtes ſingulares plene probant de hæretica prauitate ſecundum Bald. *in l. 1. C. qui. num. tut.* & Andr. Sicul. *in addit. ad Abb. in c. licet ex quadam. de teſtib.* & Bald. *in l. actor. C. de prob.* Item teſtes ſingulares admittuntur, vbicunque habent probare vnum totum. nam licet dicant diuerſa, tamen ſi dicta eorum tendunt ad illud totum, plene probant. ita tenent Abb. *in d. c. licet ex quadam.* & Lanfr. *in d. Clem. diſpendioſam.* vbi exemplificat de probanda poſſeſſ. ſi vnus teſtis dicat, vidi eum arare & ſeminare, alius dicat, vidi colligere fructus, plene probãt ſecundũ quod dicit Bart. *in l. Titia ff. de ſol.* & idem Bart. *in l. Titia. ff. de ſol.* & idem Bar. *in l. Celſus. ff. de vſucap.* & hæc etiam ratio militat in vſuris, ſecundum Lanfr. *in d. Clem.* & plura de ſingularitate teſtium, vide Bald. *in leg. teſtium. C. de teſtib.* & And. Sicul. *in loco præallegato.* contra tamen prædicta vide omnino Alex. *in conſil. 77. quod incip. inſpecto. col. 3. vol. 2.*

Teſta-

Teſtator in teſtamento faciens mentionem de hærede, in dubio intelligitur de eo, qui eſt hæres ex teſtamento, non autem ab inteſtato, *l. ſi in teſtamento. & ibi eſt optima gl. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* & not. Alex. *in l. 3. de legat. 1.*

Teſtator legans fundum pluribus, & prohibens quemlibet partem ſuam alienare, intelligitur prohibere alienationes in extraneos, & ita verificatur illa dictio, *aliis*; vnde poteſt quilibet partem ſuam in collegatarium alienare, text. eſt optimus & ibi Bart. *in l. pater filium. § quindecim. de leg. 3.*

Teſtator legans & prohibens alienare, vt ſupra dictum eſt proxime, ſcil. partem ſuam, videtur prohibere alienare etiam eam, quæ obuenit alicui ex legatariis per ius accreſcendi. ita ſingulariter voluit Alex. *in l. ſi mihi & tibi. in prin. de leg. 1.* ſi iure emptionis obuenit, vt *d. §. quindecim.*

Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & de eodem actu deponere, ita voluit Bald. *in l. de quibus. antepen. col. ff. de legib.* quem ſequitur Alex. *in leg. 2. in fin. verbu. C. de bon. poſſ. ſecundum tab.* quod not. quia ex hoc habes, quod teſtis in dubio non præſumitur ſingularis, adde Soc. *conſ.* 171. *col. 3.* & Alex. *conſ.* 156. *col. 4. in fin. vol. 5.*

Teſtis deponens de auditu verborum facit plenam fidem, etiam ſi paries vel cortina erat in medio, & etiam ſi non viderit loquentes, dummodo habuerit notam vocem loquentis. ita voluit Abb. *in c. ex litteris. col. 1. de conſuet.* quod intellige in omnibus caſibus præterquam in teſtamento, & ita verificatur gl. *in l. 2. §. item Labeo.* ſecundum Bart. *ibi. ff. de aqua plu. arc.* Sed in teſtamento oportet, quod teſtes videant teſtatorem; quia propter infirmitatem ſolet variari vox. *l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam.* licet ſecus ſit in codicillis, & donatione cauſa mortis. ſecundum Matthæſ. *in notis ſuis.* 123. quem ſequitur Alex. *in d. l. ſi non ſpeciali.* Ex quo infert ibi Iaſ. ſingulariter, quod ex quo hodie communiter in teſtamento apponitur clauſula codicillaris, quod teſtamentum poſſet ſeruari, etiam ſi teſtes non vidiſſent teſtatorem ſaltem iure codicillorum. quod facit ad id, quod voluit Abb. *in cap. præterea. de teſtib.* vbi plene tradit regulam, quomodo probatur adulterium, & dicit, quod ſimiliter teſtes probant plene, etiamſi paries erat in medio, & ipſi vnus poſt alium per rimulam viderunt ſolum cum ſola, &c.

Teſtis deponens de vno videtur probare de reliquo, quod frequentius ſolebat eſſe connexum cum illo, de quo depoſuit, licet raro fuerit ſine eo. ita dicit gl. *in leg. neque natales. C. de probat.* quam reputat ad hoc ſingularem Alex. *in l. non hoc. C. vnde cog. & in l. 1. col. 5. ff. ſi cert. pet.*

Teſtis deponens de negatiua, quam non coarctat loco, & tempore, redditur ſuſpectus de falſo. ita voluit Innoc. *in c. cum eccleſia. circa med. de cauſ. poſſ. & propriet.* quem ſequitur Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. col. 11. de verbor. obligat.* & Alexand. *in l. 2. ff. quod quiſque iur. & in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* adde Alex. *in conſ.* 105. *in fin. vol. 3.*

Teſtamentum eorum, qui dabant, ſeu vendunt res ad credentiam, vt carius vendant, & ſic ante tempus vendunt, non valet ipſo iure. Ita ſingulariter voluit Abb. *in c. ad noſtram de empt. & vendit.* quia tamen cenſetur vſurarii. *c. nauiganti. extra, de vſur. &c. quamquam de vſur. lib. 6.*

Teſtis deponens vnum cum iuramento, ſi poſtea in articulo mortis deponit contrarium, & dicit ſe falſum dixiſſe, non præiudicat primæ depoſitioni, vnde ſtatur primo dicto. ita voluit Bald *in Auth. ſi dicatur. C. de teſtib.* & Bart. *in leg. ſi quis in graui. §. 1. ff. ad Syllan.* & Bald. *in leg. generaliter. in vlt. not. C. de non num. pecun.*

Teſtis quando repulſatur vt criminoſus, debet examinari, & ſpecificari crimen per repulſantem, alias repulſa non procedit, ita voluit Bart. *in l. 1. in fin. C. de teſtam.* & Bal. *in auth. ſi dicatur. in fin. C. de teſtit.* & Bart. *in l. teſtium. § leg. Iulia. ff. de teſtib.* & text. *in cap. præſentium, § teſtes. de teſtib. in 6.*

Teſtes poſſunt examinari etiam die feriato ad honorem Dei. gloſſ. eſt not. *in Clem. 1. de offic. deleg. in gloſſ. 1.* & Specul. *in tit. de feriis. §. 2. verſic. quid ſi tunc teſtis, &c.* & eſt titus, qui incipit, *Item, quid ſi detur terminus, &c.*

Tranſmiſſio hæreditatis, quæ fit ex potentia ſuitatis, habet locum non ſolum, quando filius ſuccedit patri, iuxta tex. *in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. & l. ſi fratris. C. de iure delib.* ſed etiam quando frater eſt pupillariter ſubſtitutus fratri ſuo impuberi; quia mortuo pupillo ſi moritur frater ante aditam hæreditatem, ex ſubſtitutione tranſmittit ad quemcunque hæredem ſuum illam ſucceſſionem fratris ſui. ita ſingulariter dixit Alex. *in d. l. ſi fratris. & l. quoniam ſororem. C. de iure deli.* per *l. qui duos. ff. de reb. dub.* Scias tamen, quod emancipatus etiam hodie non tranſmittit ex potentia ſuitatis. ita Bald. *in auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & leg.* & Alex. *in l. ſi emancipati. C. de collat.* & idem Alex. *in d. l. ſi fratris.* & Iaſ. *in l. emancipata. col. 2. C. qui admitt.* quamuis contra Bar. voluerit decidere *in l. ventre. col. pen. ff. de acqu. hæred.* item licet datio cohæredis extranei tollat effectum ſuitatis, *leg. ſi filius qui patri. de vulgar. & pupill. & l. apud Iul. §. idem Iul. ff. ad Trebel.* tamen hoc non habet locum quantum ad tranſmiſſionem, ita not. Bart. & Alex. *in d. l. ſi fratris.* & Alex. *in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit.* item datio ſubſtituti vulgaris tollit effectum ſuitatis, etiam quantum ad tranſmiſſionem. *l. ſi filius hæres. & ibi per Dd. ff. de lib. & poſth.* Quod limitat ſingulariter Bal. *in l. cum proponas. col. 2. C. de hær. inſt.* quem ſequitur Alexand. *in d. l. fin.* procedere, quando ſubſtitutio fuit facta per verba, ſi hæres non erit; ſecus ſi per verba, ſi hæres eſſe non poterit. An autem datio ſubſtituti vulgaris impediat alias tranſmiſſiones, ſcilicet illam, per quam tranſmittitur ius deliberandi, per *l. cum in antiquiorib. C. de iure delib.* &

illam, de qua loquitur titulus, *de his qui ante aper. tabl* dic, quod non, ſecundum Bald. *in d. l. cum proponas.* vbi dicit idem eſſe in iure accreſcendi, ſcilicet, quia non impedit tranſmiſſionem. & hoc procedit fortiſſima ratione; nam ſubſtitutus nõ excludit tranſmiſſionem; & tamen excludit ius accreſcendi. *l. 2. §. ſi duo. ff. de bonor poſſeſſ. ſecundum tab. & l. pen. ff. de iniuſt. rupt.* ergo militat regula, ſi vinco vincentem te, &c. Eſt & alia tranſmiſſio, quæ fit per reſtitutionem in integrũ ratione minoris ætatis. vel ex clauſula generali, de qua loquitur Bart. *in l. ſi infanti. in fi. C. de iure delib. & in l qui duos.* Adde quod ex potentia ſuitatis tranſmittitur etiam portio obueniens filio iure ſtatuti excludentis filias à ſucceſſione, ſecundum Alex. plene *in conſ. 20. volum. 1.*

Tutores ſi ſunt plures, an poſſit vnus ſine alio adminiſtrare, & quid in curatoribus, vide ſupr. *in verb. executores, &c.*

Teſtator legans pecuniam eccleſiæ, vt ex ea emat ſibi fundum, videtur tacite prohibere alienationẽ illius fundi; vnde eccleſia nullo modo poterit fundum illum alienare. ita not. dixit Bald. *in leg. fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* quem ſequitur Alexand. *in l. filiusfamilias. §. diui. colum. 2. de legat. 1.* per text. *in l. Titio centum. in princ. ff. de condit. & demonſtrat.* Nec obſtat, quod dato, quod teſtator videatur prohibuiſſe; remanet tamen nudum præceptum, quod non impedit alienationem, vt *d. §. diui.* quia quando res eſt prohibita alienari de iure communi, ni ſi in caſibus ſpecialibus, teſtator poteſt apponere nudum præceptum, quod operabitur prohibitionem in illis caſibus ſpecialibus ita dixit Alex *in d. §. diui. col. 1.* per tex. *in §. ſanctiſſimas. in Authen. de alien. & emphyt.* Ad prædicta dicit not. Franc. de Aret. *in conſ. 22.* quem refert, & ſequitur Franc. de Cur. *in addit. ad Alexand. in d. §. diui. colum. 1.* quod teſtator relinquens pecuniam in patrimonio ſuo, & mandãs, quod de ea ematur fundus, videtur prohibuiſſe alienationem illius fundi. Illud autem, quod dixi allegando *§. ſanctiſſimas*, videtur eſſe de mẽte Bartol. *in d. §. diui.* in tertia apposit. quam facit *de leg. 2. C. de vſuc. pro empt.*

Teſtamentum inter liberos ſemper cenſetur habere clauſulam codicillarem, etiam ſi non reperiatur in eo ſcripta. ita voluit Alexand. *in leg. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. in fin. Cod. de teſtam.* Idem etiam in teſtamento ad pias cauſas, ſecundum Baldum *in l. ſi iure. C. de teſtam. manu.* quem ſequitur Iaſ. *in l. non dubium C. de teſtam.* vbi ita ampliat. *l. in teſta. ff. de fideicomm. lib.*

Teſtis familiaris & domeſticus admittitur ad probandum ea, quæ domi in ſecreto, vel in naui aguntur. *l. conſenſu §. ſuper plagiu. C. de repu.* per quem text. ita dicit Bart *in leg. quotiens. C. de naufrag. lib. 11.* & habetur *in cap. 1. de teſtib.* & in quibus caſibus admittatur, vide plene Iaſ. *in leg. ſed ſi quis. in princ. ff. ſi quis caut.* Limita tamen hoc procedere, quando deponit de actu, qui veriſimiliter ſolet fieri in domo, alias ſecus; quia non probat, etiam ſi in domo fiat, ita not. voluit Alex. *in conſ. 151. col. 1. vol. 5.* & vide plene per Socin. *in conſil. 17. volum. 1.* & Alex. *in conſil. 64. verſ. reſtat. vol. 1.*

Teſtis de auditu facit fidem ad probandam conſanguinitatem. gloſſ. eſt. *in c. de parentela. 35 quæſt. 6.* & plene Alex *in conſil. 82. volum. 1.* Item ad probandum conſanguinitatem ſufficit, quod quis fuerit habitus, & reputatus communiter vt conſanguineus, ita Bart. *in l. non nudu. C. de prob.*

Teſtes, quorum vnus deponit de viſu vel numeratione, & alius de confeſſione, non iunguntur; vnde non faciunt plenam probationem. ita not. Abb. *in cap. cum cauſam. de probat.* & Alexand. *in conſil. 13. volum. 1 colum. fin.* Eſt ergo neceſſe, quod duo teſtes probent confeſſionem, ad hoc, vt iungantur, vt not. plene Abb. *in cap. fin. extra, de ſucceſſ. ab inteſt.* & Bart. *in l. admonendi. circa penult. colum. ff. de iureiur.* vbi dicunt de confeſſione facta parte abſente extra iudicium, quæ probata per duos teſtes facit ſemiplenã probationem, vt not. Bald. *in leg. cum falſa. C. de iure & fa. ignor.* in criminalibus autem confeſſio extra iudicium probata per duos teſtes facit indicium ad torturam, vt not. gl. *in l. capite quinto.* & ibi Bart. *ff. de adult.* vide omnino Alexan *conſil. 36. vol. 5.* vbi ſi vnus teſtis deponit de vna confeſſione, & alius de alia, non iunguntur, & Alex. *in conſ. 21. vol. 4.* & Iaſ. *in repet. l. admonendi. col. 114.*

Taxatio expenſarum poteſt fieri parte non citata, ita per Bart. *in l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.* & Iaſ. *in l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. 10. in 17. fallen. ff. de offic. procon.*

Tutor conſtituens actorem cum conſenſu pupilli, ſeu procuratorem, an ſolus ſine pupillo poſſit ipſum reuocare? dic, quod ſic, ex quo poterat ipſum conſtituere etiam ſine pupillo. ita dixit Bart. *in leg. neque tutores. circa fin C. de procur.* & hic fallit regula, contrariorum eadem eſt diſciplina, &c.

Tutor, procurator, & curator generalis non poſſunt transferre poſſeſſionem rei per conſtitutum tutorio nomine, vel procuratorio. ita tenuit Alex. *in l. 1. in princ. in fin. col.* & ibi expreſſius Iaſ. *col fin ff de acquir. poſſ.* & eſt optima limitatio *ad l. quod meo. & l. interdum eod. tit.*

Teſtis non iuratus quamuis falſum dicat; non tamen punitur de falſo, ita voluit Bald. *in l. iuriſiurandi. in fin. C de teſtib.* & Bald. *in c. 1. col. 2. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oriatur.*

Teſtis ſuſpectus cenſetur etiam amicus inimici mei, ita dixit Bart. *in l. ſciendum. ff. de legatio.* quem ſequitur Alexan. *in l. qui iuriſdictionu. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.*

Teſtis conſanguineus admittitur, quando litigantes ſunt in pari gradu conſanguinitatis, puta, ſi duo fratres litigant; nam tunc propter æqualitatem affectionis ceſſat ſuſpicio. ita dixit Bart. *in l. qui.*

*teſtamento.§.quacunque.in fin.ff.de teſta.*& Bar.*in l.qui iuriſdictioni.in princ.ff.de iuriſd.om iud.*per text.not.*in l.non ſolum.§ 1.ff.de rit.nup.*adde Alex.*in conſil.156.colum.3. vol.5.*

Teſtis citatus ſi non vult comparere, iudex poteſt ſibi apponere comminationem, vt compareat ſub pœna confiſcationis bonorum.ita dixit Bald.*in c.2.de teſt.cog.*quem refert & ſequitur Iaſ. *in l.1.in 2. col.pen.ff.ſi quis in ius vo. non obtem. & in §. n videtur. colum.pen.ea.l.*

Teſtes, quorum vnus deponit de vno actu facto vno tempore,& alius de alio ſimili,facto tamen diuerſo tempore,ſunt ſingulares,& non coniunguntur,vt ſi vnus dicit,quod vidit Titium commiſiſſe adulterium tali die,& alius vidit alio die; nam ſimul & eodem tempore debent eſſe præſentes. tex. eſt & ibi gl.*in c.nihilominus.3.q.9.ibi gloſſ.limitat.*niſi eſſemus in actu ſucceſſiuo, & vnus vidit vno tempore,alius alio;quia tunc coniunguntur,vt ſi viderit adulterium per foramen vel rimam,&c.& de prædictis vide pulchre per Alex. *in conſil.36.col.2.vol.5.* vbi idem dicit in confeſſione probanda.

Tutor non poteſt adminiſtrare, niſi prius faciat illa ſolemnia,quæ enumerat Bar. *in l. legitimos.ff. de legit. tut.* ſi tamen aliquis actus eſt factus in vtilitatem pupilli,valet, etiam ſine ſolemnibus. ita not. dixit Bart.*in d.l.legitimos. in fi. verbo.* quod facit ad id,quod habetur *in l.non eo minus.C.de procur.*

Teſtis productus, qui alias fuit domeſticus,ſed fuit expulſus de domo,ad hoc,vt produci poſſit,nõ probat,ex quo fuit ad hoc procuratus, & talis cautela nihil prodeſt,vt voluit Bart.*in l.1.§ ſi ſeruus.lo.2. ff.de quæſtio.* vbi ponit generalem,& nota. regulam, quod vbicunq; quis facit mutare conditionem teſtis,vt dicatur idoneus,nihil agit. idem etiam dixit Iaſ.*in l ſi vero,in prin. col.fi.ff.qui ſatiſd. cog.* vbi plura ſimilia inducit,ex quibus apparet, non eſſe veram cautelam,quam ponit Bald. *in l.dictantibus. C.de teſtam.*qui dicebat, quod quando quis vult producere procuratorem in teſtem,reuocet mandatum, & valebit eius depoſitio.

Teſtis domeſticus, & alias ſuſpectus admittitur in criminalibus ad probandum innocentiam & defenſionem rei.ita per plura tenet Iaſ *in l.non ſolum.§. ſciendum.ff.de ope.no.nun.*& Alex.*conſ.5.col.3.vol.* .

Tempus ad appellandum ſ. dierum x. habet hoc priuilegium,vt idem iudicetur de eo,quod de tempore pendentis appel. vt nil poſſit in vtroque tempore innouari, & omnem attentatum interim reuocatur,etiam appell. pendente,caſus eſt *in cap.non ſolum,de appell lib.6.* & not. Alex.*in l.3.§.ſi ſeruus.col. penult.ff.de acquiren. poſſeſſ.* quod præcedit in cauſa appellationis ; ſecus in attentato pendente cauſa nullitatis, quia non reuocatur, niſi cauſa cognita, & finita,ita dixit Alex.*in l.4.§.condemnatum.col.4.ff. de re iud.*

Teſtis,qui non vult teſtificari, tenetur parti ad intereſſe.Ita dixit Spec.*in tit.de teſte.§.ſequitur.in fin.* quem ſequitur Barbat.*in add.ad Abb.in c.dilectorum. extr.de teſti.cog.*

Terminus aſſignatus alicui ad comparendum non currit,niſi à die ſcientiæ;ita dixit Alex.per plura *in l.1.col.1.ff ſi quis caut.*

Teſtibus duobus deponẽtibus de metu plus creditur,quam mille deponentibus de ſpontanea voluntate,ita dixit Iaſ.*in leg.ſed ſi quis.§.quæſitum,col.3. ff.ſi quis caut.* vbi plures allegat,maxime Innoc. *in c. ſuper hoc,de renun.*adde Alex.*in conſil.156.col.1.vol.5.*

Teſtis accipiens pecuniam,vt teſtificetur, committit falſum,etiam ſi verum dicat,gl. eſt *in l.1.in pr. in verſ.Item qui aduocationem.ff. de falſ.* quam ſequitur Bar.*in l.diuus.ff.de re iud.*

Tutor ſine pupillo non poteſt cedere actionem, niſi pupillus ſit abſens,vel fari non poſſit. Ita Spec. *in tit.de procu.§ ſequitur.ver. Item tutor.*

Teſtis,vt inimicus,repellitur non ſolum, quando conſtat de inimicitia, ſed etiam vbi eſt ſuſpicio de odio:& hoc in criminalibus, ita dixit Alexand. *in conſil.99.vol.1.*allegans Innoc. ita tenere *in c. cum P.de accuſ.*

Teſtis ſi dicit,ego non dixi,vt ſcripſit Notarius, cui credatur,vide Alex.*in conſil.70. & 74. colum. penul. vol.1.*& Abb.*in c.cum.cauſam. in fi.de teſtib.*& Ab. *in c.ad audientiam.colum.2.de praſc.* & Alex. *conſil.65. col.fin. vol.2.*

Teſtis, qui non fuit interrogatus ſuper interrogatoriis partis aduerſæ facto iudicis , poteſt peti, vt repetatur,etiam poſt publicationem , ita Alex. *in conſil.41.col.fin.volum.4.& conſil.174. colum.penult. volum.2.*

Teſtes vltro,& ſponte ſe offerentes ad teſtimonium,præſumuntur ſuſpecti. Alex.*in conſil.68 col.2. & 6.vol.2* & Bart *in l.poſt legatum.§.his vero.ff. de his quib.vt indig.*

Teſtis omni exceptione maior dicitur is,contra quem nulla poteſt opponi exceptio, & idem dicitur idoneus.Alex.*in conſil.70.col.4.in fin. & ſeq. vol. 2.in conſil.18.colum.3.volum.*&c. Abb.*in c. at ſi clerici. col.12.de iud.*

Teſtis , qui nimis animoſe venit ad deponendum, præſumitur ſuſpectus. Alex.*in conſil.154.col.fin. vol.*&c. qui ſe ingerit.*l. vxori §.1 ff.de fal.* & Alex.*in conſil.14.vol.3.*

Teſtes,quorum vnus deponit de tempore, alius dicit nõ recordari ſunt conteſtes, quando tempus non eſt de ſubſtantia Alex *in conſil.156.col.4.vol.5.* & Abb.*in c.cum omnes.col.9.de fi. inſtr.*

Teſtis deponens non veriſimile eſt ſuſpectus de falſo.Alex.*in conſil.153.col.4.vol.5. & conſil.120.col 3. eo.volum.*

Teſtis quando deponit , attenditur eius ratio, non autem dictum: vnde quando ratio non eſt ſufficiens,infringitur dictum teſtis. Alex. *in conſil.*10. *col.3.vol.5.*

Teſtis, qui iurauit dicere veritatem ſuper omnibus, ſi falſum dixit in vno articulo, non creditur ſibi etiam in aliis. ita Bald. *in rub. de contra. inueſt col. 2. & in l. fin. 4 opp. C. de edi. di. Adri. tol.* & Alex. *conſil. 44. col. 3. in fin. vol. 2. & in conſil. 93. col. pen vol. 5.* vbi ſimpliciter dicit, quod teſti periuro in vno non creditur in aliis. vide Alex. *conſil. 88. col. fin. vol. 5. & conſil. 27. vol. 2. col. fin. & in conſil. 99 col. 6. verſic. & ſic videtur. vol. 5.*

Teſtis falſus, qui deponit de homicidio contra innocentem, punitur vt homicida. ita Bald. *in c. 1. §. iniuria. in fin. verbu. de pac. iur. fir.*

Teſtes an poſſint recipi ſine publicatione ſui nominis, vide Abb. tenentem regulariter, quod non. *in c. praterea, de ſponſal.*

Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur, quam mille negantib. niſi coarctarent negatiuam, vt per Abb. *in c. in noſtra. in fi de teſtib.* & Bald. *in l. data opera. col. 12. C. qui accuſ. non poſſ.* & Abb. *in c. cum in tua. in 3. not. de teſtib.*

Teſtis vnus facit plenam probationem in cauſis breuioribus, & in iudiciis poſſeſſoriis. Idem in fama, ſecundum Matth. *in 2. not.* quem ſequitur Iaſ. *in repet l. admonendi. col. 96. ff de iureiur.*

Teſtis deponens ita eſſe in iudicio ſuo, non probat, ſecundum Alex. *in conſil. 74. col. 3. in prin. vol. 1* & habetur *in deciſ. 341. conſil. Neap. in 2. dubio.* vide Iaſ. *in Rub. ff. de iureiur. colum. 2.* & Alex. *in conſil. 10. col fin. volum. 2.*

Teſtibus deponentibus in ſpecie magis creditur, quam deponentibus in genere, ſecundum Alex. *in conſil. 88. col. 2. & conſil. 150. col. 6. vol. 5.*

Teſtes licet alias probent, etiam ſi non recordentur de tempore; tamen quando in vna cauſa eſſent examinati plures teſtes, & omnes vnanimiter dicerent, non recordari de tempore, non probant. Ita not. dicit Alexand. *in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua. pluuiar.*

Teſti deponenti de tempore dubitatiue magis creditur, quam ſi certitudinarie deponat, propter veriſimilitudinem obliuionis temporis. Ita Alex. *in conſil. 65. col. pen. in princ. 2. vol.* Tranſmiſſio non fit de hæreditate patris per filium habentem auum paternum ex potentia ſuitatis ad matrem. Paul de Caſtr. *in conſil. 468. vol. 1.*

Tranſmiſſio hæreditatis filii non aditæ non fit per patrem ad hæredes ipſius patris, Paul. de Caſtr. *in conſil. 359. col. fin. vol. 2.*

Tranſmiſſio ex potentia ſuitatis, quæ fit per filium ad filiam ſuam, non operatur, vt illa filia excludat amitam à ſucceſſione patris, ſtante ſtatuto, quod ſoror excludatur à ſucceſſione patris propter maſculos, & licet frater adiens potuiſſet excludere, non tamen eius filia excludit. Ita pulchre tenet Socin. *in conſil. 116. col. 7. in fin ver. Tertio. vol. 1.* & Iac. de Aret. & Salic. *in l. 1. C de adult.*

Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis creditur. Fel. *c. in noſtra col. 2. de teſtib. & l. ob carmen. § fin. & l. 3. §. item diuus. ff. de teſtib. c. in noſtra. cum ibi not. eo. tit.* & Alex. *in conſil. 65. colum. 3. volum. 2.*

## V.

VENDITIO facienda creditoribus in bonis debitoris, debet tali ordine fieri; quia primo venduntur mobilia, & ſe mouentia, ſecundo immobilia, tertio nomina debitorum. *l. à diuo Pio §. in venditione. ff. de re iud.* Sed an ipſi creditores debeant eligere meliora: dic, aut volunt vendere ipſa bona, ſeu ponere ea ſub haſta; & tunc debet incipere à minus damnoſis; non enim eſt æquum, vt pro modico debito vendantur bona meliora, & magni pretii, vt tenet Bart. *in d. §. in venditione.* Aut accipiunt ea in ſolutum, puta, quia debitor non eſt ſoluendo, & non reperitur emptor; & tunc in rebus priuati poſſunt eligere meliores, vt *in Auth. de fideiuſſ. §. quod autem, & C. de ſolut. auth. hoc niſi* Et ratio eſt; quia grauantur in vno; quoniam accipiunt inuiti aliud pro alio, contra *l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. pet.* ergo debent releuari in alio, vt meliores eligant. *l. eum qui. ff. de iureiur.* Hoc tamen non habet locum in minimo debito, vt dicit Bald. *in auth. hoc niſi.* In rebus vero eccleſiæ debent non meliores, ſed mediocres eligere, vt *C. de ſacroſ Eccl. auth. hoc ius porrectum.* faciunt ad præ dicta quæ not. Bart. *in d. §. mutui. & in d §. quod autem.*

Vulnerans prius, ſi poſtea alius occiderit, an teneatur de vulnerato, vel de occiſo: dic, aut certum erat, vulneratum ex illo vulnere moriturum, aut dubium; ſi erat certum, tenetur vterque de occiſo, *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* ſi vero erat dubium, primus de vulnerato tenetur, & ſic regulariter. *l. lege. §. 1. ff. de ſicar.* niſi fecerit animo occidendi; quia tunc tenetur de occiſo. *l. 1. § 1 ff de ſicar.* Secũdus vero vulnerans & occidens tenetur de occiſo. *l. item Mela. §. Celſus. ff. ad l. Aqu & l. huic ſcriptura. §. 1. eo. tit.* Si tamen aliquis non mortaliter vulnerauerit, ſed eius negligentia in adhibendo medicum, vulneratus eſt mortuus, non tenetur de occiſo. *l quis occiderit. § fi. ff. ad l. Aquil.* An autem lethaliter vulnerans poſſit condemnari ante mortem vulnerati, quando certum eſſet eum ex vulnere moriturum: dic, quod ſic, ſi fecerit animo occidendi, & hoc ſecundum ius commune, *leg. is qui cum telo, C. de ſicar.* ſecus autem de iure ſtatuti dicentis, quod occidens puniatur; quia tunc debet ſubſequi mors Ita voluit Bart. *in lege damni. §. Sabini. §. de dam. inf. ſl.* Quomodo autem cognoſcetur, an ſit vulnus mortale, dic, quod iudex ſtabit peritis in arte, ſcilicet medicis, vt dixit Bar. *in l. fi. in fi. ff. de ſicar.* per tex. *in l. ſemel. C. de re mil. lib. 17.* & vide Abb *in c. propoſuiſti. & ibi per Can. extra de prob.*

Vſusfructus, quem quis habet in ſeruo, prodeſt ad hoc ſcilicet, quod quicquid acquirit ſeruus ex re vſu-

re vſufructuaria, vel ex operib. ſuis, acquiritur vſufructuario: reliquum vero proprietario acquiritur, *l. ſi ſerui. ff de vſufruct.* Sed in vſurario ſecus; nam quicquid acquirit ex re vſurarii, tantum acquiritur vſurario, *leg. per ſeruum. ff de vſu. & hab.* vel etiam ex operis ſerui adhibitis in re vſurarii tantum, non autem in re aliena. text. eſt not. *in l. plenum. §. fin. ff. de vſu. & habit.*

Idem dicas in operis ſerui legatis; quia non differunt ab vſu. *leg. penult. ff. de oper. ſer.* licet videatur contra text. *in l. 1. §. ſed operis. ff. ad legem Falcid.* Tamen dic, vt ibi habetur, & dictum eſt in vſufructuario. idem dicas in bonæ fidei poſſeſſore. *l. qui ſcit. §. fi. ff. de vſuc. & l. 1. C. de rei vend.*

Vſucapio cœpta per defunctum poteſt per hæreditatem iacentem compleri. *l. cœptam. ff de vſuc.* ſecus autem ſi non erat cœpta. *l. fin. §. eo. tit. de vſuc.* & not. gl. *in d. l. cœptam.*

Vxor quicquid acquirit conſtante matrimonio, in dubio præſumitur acquirere de bonis mariti, & hoc ratione euitandæ ſuſpicionis turpis quæſtus. *leg. etiam. C. de donation. int. vir. & vxor. & leg. Quintus. ff. eod. titul.* ſecus autem eſt in tutore; quia non præſumitur acquirere de bonis pupilli. *l. ſi defunctus. C. arbit. tut.* nam in eo non cadit ſuſpicio turpis quæſtus, in filiofamil. vero diſtinguitur, vt not. gloſſ. *in l. cum oportet. circa princip. in verſic. ex eius. C. de bonis quæ lib.* & gloſſ. *in §. 1. Inſtit. per quas perſo. nob. acquir.* In omnibus autem iſtis caſibus poteſt ita diſtinguere, aut præſumendo, quod illud, de quo quærimus, eſſet acquiſitum de bonis propriis, non euitatur coniectura delicti; & tunc non præſumitur acquiſitum de bonis propriis, aut euitatur coniectura delicti, & præſumitur acquiſitum de bonis propriis. ita diſtinxit Chriſtoph. *Inſt. per quas perſo. nob. ius acq. in addi* quæ incipit, *an ſit dare caſum, &c.*

Venditor nõ poteſt eſſe teſtis pro emptore quando de euictione ageretur; quia teſtificaretur in cauſa propria. *l. 1. §. in propria. ff. quando ap. ſit.* & ſic contra *leg. omnibus. C. de teſti. & leg. nullus. ff. eod. tit.* Sed quando non tractaretur de euictione, bene poſſet eſſe teſtis, *leg. eos, & ibi gloſſ. ff. fin. regun.* & gloſſa *in d. leg. nullus.*

Verbum, *inſtituo*, dicitur eſſe directum, pertinens tantum ad inſtitutos in primo gradu, non autem extenditur ad ſubſtitutos, niſi expreſſe appareat de voluntate teſtatoris *l. 1. in prin. & ibi Doct. ff. de vul. & pup.* Sed contra hoc videtur, quod ex propria ſignificatione vocabuli ſubſtitutio dicatur inſtitutio, per tex. *in l. mulier. §. fin. ff de condi. inſtit.* vbi ſi ego inſtituo te hæredem ſub conditione, ſi me hæredem inſtituiſſes, & tu non in primo gradu, ſed in ſecundo me ſubſtituiſti, erit adimpleta conditio, ſed cõditio debet impleri in forma ſpecifica. *l. qui hæredi. & l. Mauius. ff. de condi. & demon.* ergo ſubſtituendo me habetur ac ſi vere me inſtituiſſes. Præterea inſtitutio eſt genus ad ſubſtitutionem, patet; quia ponitur in diffinitione tanquam genus, vt not gl. *in rub. de vulg. & pup.* vbi dicitur, quod ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio; ergo ſubſtitutio eſt propre inſtitutio, ſicut dicimus in homine, qui diffinitur per animal, vt genus, & eſt vere, & proprie animal. & ſic per prædicta verbum, inſtituo, proprie denotat idem, quod ſubſtituo, licet in dubio intelligeretur de inſtitutione in primo gradu; ſicut dicimus de domino, quod proprie pertinet tam ad vtile, quã ad directum: & tamen in dubio intelligitur de directo. *l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vectig.* Tollendo primum motiuum, arguitur contra ipſum à conſequenti deſtructo, ſi eſſet verum, quod inſtitutio eſſet ſubſtitutio, ſequeretur, quod omnis inſtitutio eſſet conditionalis: patet, quia quælibet ſubſtitutio fit ſub conditione, quod tamen eſt abſurdum, quia omnis inſtitutio eſt pura, niſi inſit in ea conditio tacite, vel expreſſe. *l. 1. in fin ff. de condit. & demon.* Ad *l mulier. § fi.* reſpondetur, quod ibi loquitur de conditione de præterito, quæ non dicitur proprie conditio, ſed ſtatim infirmat, vel confirmat actum, vt *Inſtit. de ver. obl. §. conditiones.* proprie enim conditio dicitur de futuro, vt not. Bart. *in d. l. 1. col. 1. ff. de condit. & demon.* cum ergo illa non ſit proprie conditio, non curatur, quod non ſit impleta forma ſpecifica.

Vſusfructus mihi competens ſi fuerit à me tibi conceſſus, an finiatur morte mea vel tua: Dic, aut ille vſusfructus inceperat in perſona mea; quia iam erat mihi acquiſitus; & tunc morte mea finitur. *l. neceſſario. §. fin ff. de peri. & com. rei ven.* & ita intelligitur. *§. finitur. Inſtit de vſufr.* Aut non adhuc inceperat in perſona mea, ſed tamen habebam actionem, & illam tibi ceſſi, vel debitorem vſusfructus delegaui; & tunc morte tua finitur. tex eſt not. & ibi glo. *in l. ſi vſufr ff. de nouation.*

Vendito equo, intelligitur vendita etiam & ſella cum omnib. ornamentis, quæ fuerunt ſuper equo per duos dies ante venditionem. Ita not. Iaſ. *in l. de quib. col. 26 ff de legib.* vbi dicit, quod poteſt agi redhibitoria intra duos menſes, ſi ſella non tradatur; ſicut dicimus in vacca vel equa vendita; quia intelligitur etiam venditus vitulus, vt not. Bart. *in l. ſi vt certo. §. vſque adeo. ff. commo.* & prædicta tenet etiam Bart. *in l. eum, qui. §. non ſolum. ff. de furt.* & Alex. *in addit. Bart. in l. limes. ff. de acti. emp.*

Verbum, *promiſit*, inuentum in aliqua ſcriptura ſiue publica, ſiue priuata, ſemper intelligitur per ſtipulationem, vt *Inſtit. de inutil. ſti § ſi ſcriptum* & Bar. *in l ſciendum. ff. de verb. oblig.* ſecus in verbo, conuenit; quia intelligitur per pactum nudum, vt *l. lecta.* & ibi hoc not. Bart *colum. 2 ff. ſi cert. petat.* & ibi etiam per Alexand. & Doctor. & quod dixi de verbo, *promiſit*, intelligas, ſi eſt prolatum à Notario, vel à parte; ſecus ſi profertur à teſtibus, quia intelligitur per pactum nudum, *l. 1. C. de vſu.* ſecundum quod illum

illum text. intelligit Bart. *in d.l. ſciendum.* & Franc. de Cu~. *in d. l. lecta. in addit. ad Alex in addit.* q̃ incipit: *premiſit, &c.* & quod verbũ, *premiſit,* importet ſtipulationem, probatur *in leg. ea quæ ff. de do. inter vi. & vx.* per quem text. & per ea quæ not. Bart. *in l. 1. in princ. de verb. obl.* dum opponebat de *d. l. ea quæ.* inferebat ſingulariter Franc. de Aret. *in d. l.* 1. quod ſi quis mitteret epiſtolam alicui in qua confiteretur ſe promiſiſſe decem Sempronio, quod talis epiſtola eſt ſufficiens probatio ad condemnationem; quia intelligitur per ſtipulationem. per text. *in l. Publia. §. ſi. ff. de depoſ. & l. 1. C. de contra. & commit. ſtipulat.*

Vſurarium debitum, transfuſum in debitum non vſurarium, an ſapiat naturam debiti primæui vſurarii, vide *ſupra. in ver. debitum ex vna cauſa.*

Vicinus an, & quando præſumatur ſcire facta vicini, & conſanguineus facta conſanguinei, vide *ſup. in verſic. Teſtis debet deponere.*

Venditor generis, an teneatur dominium transferre, vide quæ dixi *ſupra in verſ. contractus emptionis & venditionis.*

Vſuræ ſunt permiſſæ etiam de iure canonico, quando petuntur pro intereſſe; ſed tunc non eſt vſura, vt eſt gloſſ. *in l. ſocium, qui in eo ff. pro ſocio & in l. curabit.* C. *de actio. empt. & in l. 2. C. de vſu.* & not Bar. & Alex. *in l. inſulam. §. vſuras. ſol. matr.*

Vendens aliquã rem, poteſt etiam pro vno nummo non ſoluto rem retinere, & non tradere, vt eſt gloſſ. *in l. res bona fide. ff de contra empt.* facit. *l. ſi ſtulas. §. qui fundum. eo. tit.* Similiter dicimus in creditore, cui erat factum pactum de vendendo pignore; nam etiam pro vno nummo nõ ſoluto, poteſt illud vendere, *l. quandiu.* C. *de diſtra. pig.* Eodem modo, ſi quis tenetur implere aliquam conditionem, puta per dationem, ad hoc, vt legatum conſequatur, nunquam implere videtur, niſi totam pecuniam, ad quam fuit grauatus, ſoluerit. *l. cui fundus ff. de condit. & demon.* Hoc tamen fallit, ſi per errorem calculi non fuiſſet tota pecunia ſoluta; nam tunc eſt impleta conditio, non ob errorem. *l. quamuis ff. de cond. & demon.*

Vehemens opinio æquiparatur ſcientiæ, gloſſ. eſt not. *in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. here.* ita dicunt doct. *in l. certum ff ſi cert. pet.* per quod dictum ampliant illam *l. certum.* Hæc autem ſcientia non habet locum in reſte, in quo non ſufficit vehemens opinio, niſi vere ſciat per ſenſum. ita voluit Bar. *in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dam. inf. ct. in f.* facit gl *in l. 2 §. idẽ Labeo. in verſ. ſciant. ff. de aqua plu. ar.*

Venditor ſi facit pactum, quod non teneatur de euictione, non obſtante tali pacto, tenetur ad reſtitutionem pretii, vt eſt tex. ſing. *in leg. emptorem.* & ibi Bart. *in §. qui autem. ff. de actio. empt.* & Aretin. *in §. quædam Inſt. de actio. colum. 3.* Fallit hæc regula in actione famil. erc. vbi per tale pactum non tenetur quis etiam ad pretii reſtitutionem, vt eſt gl. *in l. ſi familiæ, in v. r. rei. & ibi Bald. C. famil. erciſ.*

Venditor an teneatur ſoluere expenſas pro re empta, ducenda ad domum emptoris, an vero ipſe emptor, vide Bart. *in l. item illa. in fi. illius princ. ff. de conſt. pec.*

Venditor, qui conuenitur de euictione, non poteſt opponere exceptionem fori ſui, ſed tenetur defendere emptorem in foro ipſius emptoris *l. venditor. ff. de iud.*

Vxor, quæ conuenit maritum ſuum vergentem ad inopiam, iuxta *l. ſi conſtante. ſol. matr. & l. vbi adhuc. C. de iure dot.* an poſſit conuenire ipſum in ſolidum; an vero in quantum facere poteſt? videtur, quod in ſolidum, quia etiam dos exacta debet deſeruire oneribus matrimonii, vt *d. l. vbi adhuc.* & not. gl. *in d. l. ſi conſtante.* Si ergo maritus habet vnde ſe alat, non debent deduci, ne egeat, cum egere non poſſit. Sed dic contra; quia ſoluto matrimonio mulier poſtea poteſt retinere bona exacta in ſolutum, & ſic præiudicaretur viro; quia ſol. matr. non haberet, vnde ſe alaret, & per hoc apparet maritum etiam conſtante matrimonio debere exigi in quantum facere poteſt, Ita tenet Bar. *in d. l. ſi conſtant. in 8. q vlt. partis.* & ibi etiam Alex. *col.* 10. quod limitat ibi Bar. non procedere, quando ageretur actione reali, puta, quia dos extaret; quoniam quẽadmodum in vera reſtitutione, quæ fit ſol mat. non habet hoc beneficium, quando res dotales extant, vt not. Bart. *in l. maritum ff. ſolut. matr.* ita nec in ea, quæ fit conſtante matrimonio.

Vulnera plura dicuntur eſſe ex diuerſitate membrorum inciſorum; vnde licet quis vnico ictu plura menbra percuſſerit, de pluribus tamen vulneribus tenetur. ita tenet Bart. *in l. ſi gemina. ff. vi. bo. rapt.*

Verbum, *intelligitur,* denotat fictionem. *c ex ſtudiis. & ibi gloſſ. extr. de præſump.* & not. Abb. *in c. ſi. co 1. de fo. comp.* ſicut dicimus etiam de verbo, videtur. *l 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm.* de ver. intelligitur, vide Iaſ. *in l. 3. §. ex plurib. ff. de acq. poſſ. col. 5.*

Venditor in venditione fundi tenetur exprimere vicinos, & cuius qualitatis ſint, an boni viri, an vero mali, *l. quod ſæpe. §. fin. ff. de contra empt.* quod intellige procedere, quando actum eſſet, quod confines demonſtrarentur, vt *l. cum ſeruo. § fin. & ibi gloſſ. ff. eod. tit.* nam tunc, prout dicit ibi gloſſ. teneretur etiam venditor, an ipſe habeat alium fundum vicinum; quia ſi forte ipſe eſſet malus vir, emptor non emeret.

Venditor re tradita, ſi ſibi nõ ſoluatur pretium, non poteſt rem vendicare, ſed præciſe agere ad pretium, *l. in titulo C. de rei vend.* & in hoc fallit illa regula, frangenti fidem fides frangatur eidem, de qua *in l. cum proponas. la 2. C. de pact.* ſcilicet vt non procedat facta executione, ita voluit Alex. *in d. l. cum proponas.*

Verbum *relinquere,* proprie verificatur in vltima voluntate, *l. 1. in fin. ff de tab. exhib.* & not Andr. de Iſer. *in c. 1. col. 3. de his qui ſtud. dar. poſſ.* Scias tamen, quod

quod quando verbum, *relinquo*, ponitur in vniuerſitate bonorum, importat hæredis inſtitutionem, vt per Alex. *in conſil.* 140. *col.* 1. *vol.* 1. ſicut etiam in verbo, *lego*, vt per Bar. & Doct. *in l.* 1. *ff de leg.* 1. & eſt tex *in c. Raynut. de teſtam. & in l. hu verbu. ff. de hær. inſtit.* & Alex *in conſil.* 76. *vol.* 3. *col.* 6.

Verbum, *ſolitum*, differt à conſueto: nam ſolitum verificatur in vno actu tantum, vt not. Bart. *in l.* 1. *C. quomodo, & quando iud.* & Bart. *in l. Mela.* §. *ſed ſi alimenta. vbi eſt. text ff. de alim. & cib. leg.* ſed conſuetum requirit ad minus duos actus *l.* 3. *& ibi gloſſ. C. de epiſc. aud.* & Bar. *in repet l. de quib. ff. de legib. & in repet. l. conſuetudinis. C. quæ ſit long. conſuet.* & idem Bar. *in d.* §. *ſed ſi alimenta.* quod eſt perpetuo not. & vide omnino, quod in hac materia voluit ſingulariter Bald. *in l. bines. C. de aduoc. diuerſ. iud.*

Verbum, *concedo*, an importet dominii translationem? dic, quod ſic, tex eſt *in l. prohibere.* §. *plane. ff. quod vi aut clam.* & not Bart. *in l. vxori.* §. *fin. de leg.* 3. & Alex. *in l. donatione. col.* 6. *C. de collat*, & vide Abb. *in c. cum venerabilis. de except. & in c. paſtoralis. de don.*

Vſucapio an currat ei, qui conſtituit omnia bona ſua precario nomine poſſidere? & videtur, quod non; quia non retinet ciuilem poſſeſſionem, ſed eam tranſtulit in creditorem. *l. interdum.* & ibi per doct. & *l. quod mec. ff. de acquir. poſſ.* ſine qua vſucapio non procedit. *l ſine poſſ. ff. de vſucap.* In contrarium eſt veritas, & ita tenuit Bar. *in l. Celſus. col.* 4. *ff. de vſucap.* quia creditor poſſidet quantum ad debitum cõſeruandum ad ſuam vtilitatem: ſed quantum ad dominium acquirendum, poſſidet ad commodum debitoris, & ita etiam tenet Papien. *in ſua pract. in forma. reſponſio. rei conuent. in ver. praſcriptionis, col* 4. & de hoc eſt tex. expreſſus *in l. qui pignoris. ff. de acqui. poſſ.* & gl. *in l. qui cum ff. pro empt.*

Vidua luxurioſe viuens amittit omnia priuilegia primi tori. ita dixit Bald. per illum tex. *in l. hu ſolu. C. de reuoc. don.* vnde perdit forum viri, quod alias ſequeretur ſi caſte viueret. *l. filii.* §. *vidua. ff. ad muni.* & not. Alex. & Iaſ. *in l. cum quædam. ff. de iuriſd. om. iud.* & ad hanc materiam adde vnum dictum Bald. *in l. fi. C. de bon. mat.* qui dicebat, quod vidua adhuc cenſetur durare in matrimonio, quamdiu cuſtodit lectum vidualem. Idem etiam dicit Alex. *in d. l. cum quædam.* & Bart. *in d.* §. *vidua.*

Vagabundus dicitur is, qui non habet certam habitationem. vt not. Bart. *in l.* 4. §. *prætor ait. in* 1. *not. ff. de damn. infect.*

Viri appellatione in dubio venit adultus; ſed ſi ponatur cum aliqua determinatione, puta, vir talis mulieris, intelligitur de marito. ita dixit Bart. *in l. cum quis.* § *codicilli. in fi. ff. de leg.* 3.

Verba generaliter prolata debẽt reſtringi de habilitate, ita dixit Bart. & Alex. *in l.* 2. §. *prætor ait. qui ſat. cog.*

Venditor, qui promiſit tradere rem liberam & expeditam, licet non poſſit conueniri de euictione, quando non fuit ſibi denunciatum, vt *l. emptori. C. de euict.* tamen poteſt prima actione ex empto conueniri ad intereſſe; quia rem non tradidit liberam, vt promiſit, ſi fuerit forte per hypothecam auocata, gloſ. eſt not. *in l. ex prædiis. C de euict.* & Bald. *in l* 1. *ad fin. C. de peric. & com. rei vend.* facit dictum Bar. *in l. qui concubinam.* §. *ſi hæres. ff. de leg.* 3. & in terminis Iac. But. *in l. ſi tibi. C. de euict.*

Venditor vendens rem, in dubio præſumitur eam vendere liberam, etiam ſi hoc non exprimat. gl. eſt not. & ibi etiam Bal. *in l. ex prædiis. C. de euict.*

Verbum *ſufficit*, importat, vt nihil aliud requiratur ad eſſentiam actus, ſecundum gl. *in cap. ſtatutum. in princip de reſcript. lib.* 6. & Abb. *in c. cum locum.* 2. *not. de ſponſal.*

Verbum, *infinitum*, eſt aptum comprehendere omne tempus, etiam futurum, ſecundum gloſſ. *in l.* 5. §. *ſtipulatio. de verb oblig.* & Alex. *conſil.* 28 *col.* 3. *vol.* 1. & Bart. *in l. quicquid. ff. de com. præd.* & Abb. *in cap. ex literis.* el. 1. *de ſponſal.*

Verbum, *diſcrete*, non importat liberam poteſtatem, ſed arbitrium boni viri, ſecundum Alex. *in conſil.* 53 *col.* 1. *vol.* 1.

Verba generalia non ſunt obligatoria. Alexand. *conſil.* 135. *col.* 3. *vol.* 1.

Vicinus dicitur, qui diſtat per locum, vſque ad quem poteſt audiri vox hominis clamantis, ſecundum Bart. *in l. ſi tertium. ff. de aqua plu. arc.*

Venter, qui non eſt paritutus ſuum, an mittatur in poſſeſſionem ex edicto de ventre in poſſ. mit. gloſſ. & Paul. de Caſtr. *in l. cum quidam,* §. *quod dicitur. col. fi. ff. de acq. hæredit.*

# SINGVLARIA, ET IVRIS NOTABILIA

## DOM. ROBERTI MARANTÆ VENVSINI, I.V.D.

MANDAVI Titio, vt tibi aliquid furto ſubtraheret, qui Titius ignorabat furtum committi; quia forte dixi, rem eſſe meam, Titius ſubtrarit. Quæritur, an teneatur actione furti, vel ante teneat ego qui mandaui?

Et videtur, quod ſic; quia mandans delictum cōmitti, tenetur, ac ſi ipſe deliquiſſet, vt per Bar. *in l. non ſolum.§.qui mandato.ff.de iniur.* & per Bal. *in l.non ideo minus.C.de accuſ.* & per Abb. *in c.mulieres.col.3.d. ſent.excom.* & idem Bar. *in l.is demum.ff.de reg.iur.* facit etiam tex. *in l.2.omnia noſtra.C.de veter.iure enucl.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod neuter tenetur actione furti: nam mandatarius non; quia non competit ſibi deſcriptio furti; quoniam non cōtrectauit ſcienter animo lucrandi. Mandans minime, ex quo furtum non fuit factum, datur ergo ſolum actio in factum contra mandantem ſubſidiaria ad intereſſe. Caſus eſt *in l.ſi is qui rem.§.ſi tu Titiū. ff.de furt.* per quem ita dixit Bart. *in l.ſi quis id quod. circa fin.de iuriſd.om.iud.* & etiam tex. *in l.ſi quis perferendum.ff.de furt.*

Creditor alicuius, quando aliter nō poteſt ſuum debitum conſequi, ſi quid furatur de bonis debitoris, vt poſſit ſibi ſatisfieri, an teneatur actione furti?

Et videtur, quod ſic, quia non debuit ſibi propria authoritate ius dicere. *l.extat.ff.quod met.cauſa l.meminerint. & l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.* & maxime, quia hic concurrunt omnia requiſita in furto. & eſt tex. *in l.1.ff.de furt. & Inſtit.de obligat.quæ ex delict.§.1.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod non teneatur furti, licet teneatur actione iniuriarum. Ita not. dixit Alex. *in conſil.127.col.2 vol.4.* vbi etiam dicit, quod non peccat in foro poli, quod nota pro ſaluando cliente à pœna furti, maxime corporali. & idem Alex *in conſil.136 col.3.vol.1 & Inſtit.de oblig. quæ ex delict.§.furtum.ibi; furtum ſine animo furandi, &c.* & hoc maxime, ſi debitor erat litigioſus, & potens. de quo vide pulchre Cæpol. *conſil.6.*

Extat capitulum regni, quod incipit: *ad hoc, quod noſtrorum.* dictās, quod fur ſubtrahens vltra vnciam furcis ſuſpendatur. Pone, ꝙ aliquis præſtitit opem furandi vltra vnciam, an debeat furcis ſuſpendi? Et videtur, ꝙ ſic. nam præſtans opem furi punitur eadē pœna, qua ipſe fur, ſecūdū Bar. *in l.is qui opē ff.de furt. & in l.is cuius oper.ff.de adul. & in l.nihil intereſt.ff.de ſic.*

In contrarium eſt veritas, ſ. quod non puniatur ad mortem, dummodo nihil de re furtiua ad eum peruenerit. Et eſt ratio; quia non extendit manus furtiuas ad aliena, prout requirit dictum capitulū, punitur tamen de furto extraordinarie, ſ. pœna poſita *in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.* ita dixit Iſern. *in c.1.§.1 qui quinque.circa fin.de pace tenend.* & de iſtis dantibus operam rei illicitæ, vide Ioan. And. *in add. Spec.in Rubrica, de treug & pace.*

Mandaui tibi, quod Titium vulnerares, expreſſe prohibendo, ꝙ non occidas, tu voles mandatum exequi, vulneraſti & occidiſti. Quæritur, an ego mandans tenear de occiſo? Et videtur, quod non; quia quando mandatarius excedit fines mandati, non tenetur mandans, ſed ipſe mandatarius. *l.diligenter.ff.mand.* quia ex quo nō teneor de occiſo, &c.

In cōtrarium eſt veritas, ꝙ imo tenear de occiſo; & ratio eſt; quia ſeruare fines mandati non erat in poteſtate mādatarii; quia quodlibet vuln⁹ poteſt eſſe mortale, vnde regula cōtraria ꝓcedit, quādo erat in poteſtate mandatarii ſeruare fines mandati. Caſus eſt *in c.fin.de hom li.6.* per quem ita dixit Bal. *in l. non ideo minus.col fi C de accuſ.* & Abb *in c.ſentētias.ne cler.vel monach* Hoc aūt intellige ſane procedere, vt teneatur mādans de homicidio culpoſo, non autē doloſo. Vnde nō punitur pœna mortis, ſed mitiori, prout de hoc ſunt quatuor cōſ. Cæp.35.36.37.& 38. vide gl.fin. *in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.* & per Alex. *in l in ſuis ff.de lib.& poſt.in 1 not.* & per Iaſ. *in l.1. col.7.C.de ſer.fug.* An autem quis teneatur vltra quā voluerit delinquere. vide Bald. *in l.quoniam.C.ad l. Iul.de vi pub.* & vide Dec. *conſ.482.in 4.vol.col pen.*

Di

Dicit capitulũ regni incip. *mulier dotarium*, quod mulier, quæ promiſit dotem marito & dedit, vel nõ promiſit, nec dedit, lucratur dotarium, ſeu tertiariam. Pone mulier promiſit dotẽ, & partẽ ſoluit, & in alia parte fuit datum tempus ad ſoluendum cõſenſu mariti in capitulis matrimonialibus, ante lapſum tempus ſoluitur matrimoniũ morte viri, mulier petit integrum dotarium ab hæredib. viri, qui dicunt ꝙ non lucrifecit, niſi pro ea parte, qua dotẽ ſoluit. Quæritur, quid iuris? videtur dicendũ, quod hæredes bene dicunt, per tex *in auth. ſed quæ nihil. C. de pact. conuent.* not. gl. *in d. c. mulier dotarium.* vbi clare dicitur, quod pro ea parte, qua ſoluit dotem, pro ea lucratur dotarium, & non vltra. & idem voluit Bart. *in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod totum dotarium debeatur. Et ratio eſt propter tempus adiectum ſolutioni, per quod nõ poteſt imputari culpa mulieri, quare totam dotẽ non ſoluit. ita de hoc eſt *deciſ. conſil. Neap. n.* 333 Secus autem eſſet, ſi tempus non fuiſſet appoſitum ſolutioni. *d. §. ſane.*

Factum eſt bannum per officialem ciuitatis, vt cõmuniter fieri ſolet, ꝙ null9 ambulet de nocte, vel portet arma ſub pœna torturæ, ſeu quatuor ictuum chordæ. Quidam portabat arma, vel fuit inuentus de nocte, an vigore dicti bãni poſſit de iure torqueri? Et videtur, ꝙ ſic, per ea, quæ habentur *in l. ſi quis ius dic. non obtemp.* & maxime cum officiales ſoleant habere iuriſdictionem meri & mixti imperii.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod torqueri non poſſit. Ratio eſt; quia officiales iurant ſeruare iura, conſtitutiones, & ſtatuta. Vnde non poſſunt alterare pœnas iuris, maxime creſcendo eas in grauius; quia iudici non licet imponere noua genera pœnarum, vt dicit Bald. *in l. incredibile. C de pœnis* & iſtud in terminis voluit Par. *in tract. ſynd in cap an in cauſa pecuniaria in ver. tortura* & Afflict. *in proœm. conſtit. in princ. col.* 11. *in fi.* & Bald. *in l. programmata. C. comminat. vel Epiſt.*

Stante c. regni, *ad hoc, quod noſtrorum*, quod ille, qui ad res vltra vnciam valentes furtiuas manus extenderit, furcis ſuſpendatur.

Quæritur, an mulier committens furtum vltra vnciam, debeat furcis ſuſpẽdi? Et videtur, quod ſic; quia licet capitulum loquatur per genus maſculinum; tamen concipit fœmininum. *l qui duos de leg.* 3. Nec obſtat, quod ſimus in odioſis; quia ex quo eſt odium rationabile, adhuc maſculinum concipit fœmininum. *l. ſi quis id quod de iuriſdict. omn. iudic.* & Bart. *in l* 1 *de verb. ſign.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod non cõprehendatur mulier. ita in terminis tenet Alex. *in conſil.* 135. *col. pen. vol.* 1.

Mater tutrix filiorum ſuorum, quæ iam tutelam adminiſtrare cœpit, ſi tranſit ad ſecunda vota, non petito tutore pupillis, & reddita ratione ſuæ adminiſtrationis, an bona ſecundi mariti ſint obligata ipſis pupillis pro adminiſtratione facta per vxorẽ? Et videtur, quod non; quia maritus non obligatur ex facto vxoris, & econtra, vt toto tit. *ne vxor pro marito.* & facit titulus *ne filius pro patre.* & etiam titulus *res inter alios act.* Nec quis debet prægrauari ex facto alieno. *l. non debet alteri. ff. de regul. iur. l. filius. C. de pactis. l. tranſactione matris. C. de tranſact.* facit text. *in l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſtam.*

In contrarium eſt veritas. ſ. quod imo bona ſecũdi mariti ſint obligata pupillis: & hoc eſt introductum in fauorem pupillorum, vt contrahentes matrimonium cum vidua ſint diligentes in perquirendo, quod tutor petatur, & rationes reddantur. Caſus eſt not. *in l. ſi mater. C. in quibus cauſ. pign. tac. contrah. & in l.* 2 *C. quãdo muli tut. officio ſung. & in Auth. de nupt. §. ſin autem tutelam.* voluit Spec. *in tit. de tutore. §. nunc dicendum, verſic. vt autem ex his plenius.*

Titius fuit accuſatus de quodam crimine, porrecto libello, & facta litis conteſt. accuſator producit capitula ſiue poſitiones, ad probandum crimen, & petit accuſatum debere examinari ſuper illis poſitionibus tanquam principalem. Quæritur, an accuſatus poſſit ſuper dictis poſitionib. reſpondere? Et videtur, quod ſic, alias haberetur pro confeſſo. *c. ſi poſt præſtitum. de confeſſ. lib.* 6. not. Bart. *in l.* 2. *§. quod ſi actor. C. de iur. calum.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod non teneatur reſpondere; quia non debet quis ſe ipſum prodere, reſpondendo poſitioni criminoſæ, & contrarium legitur in ciuilibus; quia in criminalibus non tenetur reus inſtruere aduerſarium & releuare eum ab onere probandi. ita dicit Bald. *in l accuſationem. col* 3. *C. qui accuſ. non poſſ.* gloſſ. *in d. c. ſi poſt præſtitum, in verb. rationabili, circa finem.* Bald. *in l.* 2. *col. pen. & fin. in §. quod obſeruari. C. de iuram. cal.* Et hoc habet locum, quando proceditur per viam accuſationis: Si autem per inquiſitionem; & tunc ſi crimen eſt notorium, ſeu famoſum, tenetur reus reſpondere, & compellitur, alias ſecus. Ita not. diſtinguit Abb. *in c.* 2. *col. pen. & fin. de confeſſ.* Adde Spec. *in tit. de poſitio §.* 7. 18. *&* 19. gloſſ. & Doct. *in c. cum I. & A. de re iudic.* Præfata limita, niſi deferretur iuramẽtum deciſiuum; quia tunc tenetur reſpondere, ſecundum Bald. *in d. §. quod obſeruari. col. fin.* vbi ita intelligit. *l. Marcellus. ff. rerum amot.* Item limita non procedere, quando accuſatus interrogatur ſuper libello ad litis præparationem ante litem conteſt. quia tenetur reſpondere, ſecundum Bald. *in d. §. quod obſeruari. col. fin.* Scias tamen, quod quando tenetur quis reſpondere in criminalibus, non admittitur reſponſio, per verbum, *credit*, ſed debet de veritate reſpondere, vt *in d. §. quod obſeruari. in fin.*

Quidam fuit accuſatus de aliquo crimine; fuit citatus ad reſpondendũ ſuper libello accuſatorio; qui comparens non vult reſpondere, iudex vult eum ſubiicere tormẽtis, vt poſſit extorquere ab eo reſponſum. Quæritur an poſſit? Et videtur, quod

 non;

non; nam tortura non poteſt alicui inferri, niſi præcedentibus legitimis indiciis, nec eſt à tormentis inchoandum. *l.1. & ibi Bart. ff. de quaſt.* de quibus indiciis debet dari copia accuſato antequam torqueatur *c. qualiter & quando. el. 2. §. debet. de accuſ.* & Angel. *in tract. malef. in ver. fama publica, col.* 6. Præterea tortura non infertur, niſi publicato proceſſu. ita tenet Par. *in tract. ſynd. capit. ſequitur. queſt. 11. fin. in verſic. tortura.*

In contrarium eſt veritas, quod imo poſſit torqueri, nec obſtant contraria; quia illa procedunt, quando quis torquetur ad eruendam reſponſionem delicti; ſecus, quando torqueretur ad eruendam reſponſionem negatiuam; vel affirmatiuam. Ita in terminis voluit Bald. *in l. accuſationem, col. 3.* C. *qui accuſ. non poſſ.* quem refert & ſequitur Par. *in loco ſuperius allegato.* Et aduerte, quia debet præcedere trina monitio, & mandari ſub pœna quatuor ictuum chordæ, & vide *deciſ. conſil. Neapolit.* 145. *per Capicium.*

Dicit pragm. quod cauſæ inter coniunctos compromittantur. Quæritur, an habeat locum in ſpurio? Et videtur, quod non; quia quo ad hoc ſpurius non dicitur coniunctus, ſecundum Bal. *in l. id, quod pauperibus, colum. fin. C. de epiſcop. & cler.* & Bald. *in l. actiſ. C. de fideicom.* gloſſ. *in Clem. 1. verſic. liberi, de baptiſmo.* & Innoc. *in cap. nonnulli. §. ſunt & alii de reſcript.*

In contrarium eſt veritas. ſ. quod ſi compromiſſum petatur contra ſpurium à coniuncto legitimo, debet fieri in odium ſpurii, ſi vero ipſe ſpurius contra legitimum, non auditur. ita procedunt contraria, & ita diſtinguit Alex. *in conſil. 60. col. 3. in 2. vol.*

Dicit ſtatutum, quod nullus poſſit tenere capras in villa ſub certa pœna, aliquis tenet ibi hircos, an incidat in pœnam? Et videtur, quod non; quia in iure fœmininum non concipit maſculinum; valde enim exemplo turpiſſimum eſt, vt dicit tex. *in l. ſi ita ſcriptum eſt ff. de leg. 2.* gloſſ. *in clem. attendentes in verb. ſcidiſſe de ſtatu mona.* & maxime in pœnalibus, vt in caſu propoſito.

In contrarium eſt veritas, & ratio eſt; quia quando in vtroque caſu eſt ratio indifferens, fœmininũ cõcipit maſculinum, vt in caſu noſtro. ita tenet Iaſ. *in l. ſi quis id quod, col. 7. ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi allegat ita tenere Anton. de But. & Alb. de Roſat.

Quidam fuit confeſſus extra iudicium homicidium commiſiſſe ſimpliciter, probatur hæc confeſſio extraiudicialis per duos teſtes, quæritur, an poſſit tormentis ſubiici? Et videtur, quod ſic; quia confeſſio extra iudicium facit indicium ad torturam. gl. & Bar. *in l. capite quinto. ff. de adult.* Bart. *in l. quoniam. ff. de his qui not. infam.* Abb. *in c. quam ſit graue. de exceſ. prælat.*

In contrarium eſt veritas in caſu propoſito; quia ad hoc, vt confeſſio extra iudicium faciat indicium ad torturam, debet eſſe conformiter facta cum loco & tempore, alias nullum facit indicium, & ita prædicta intelliguntur; quia debet confeſſio eſſe iuncta cum ratione veriſimili. ita not. dicit Par. *in tract. ſynd. in cap. quia cõmuniter. in ver. tortura.* & ſentit Bal. *in l. bona fid. col. 2. ver. modo quaro. C. de reb. cred.* Sed licet nõ faciat indicium; tamen poteſt ex ea extra ordinem puniri cõfeſſus, tanquam glorians de delicto, ſecundum Par. *in d. cap. quia communiter. in fi.* per ea quæ habentur *in d. c. quã ſit graue. de exceſ. prælat.*

Familiaris quidam vel coniunctus cõmiſit vnum delictum, habens tractum ſucceſſiuum, quod delictum reſultat in fauorem domini ſui, vel coniuncti, vt quia impedit teſtes examinari contra coniunctum vel dominum ſcienter. Quæritur, an tale delictum præſumatur committi de voluntate cuniũcti, vel domini, taliter, quod ipſe teneatur: Et videtur, quod non; quia regulariter dominus non tenetur ex delicto famuli, quando aliter non apparet de eius mandato, vt per Bar. & Doct. *in l. 1. §. familia. ff. de publican.* gl. *in c. cum ad ſedem, in verſic. interdum, de reſt. ſpol.* Similiter nec coniunctus debet teneri ex facto coniuncti. *l. crimen ff. de pœnis. l. ſancimus. C. eod. tit.* & in dubio non præſumitur delictum. *l. merito. ff. pro ſocio.*

In contrarium eſt veritas; ſcilicet quod tenetur coniunctus vel dominus, & poteſt compelli, vt faciat delictum ceſſare, ac etiam punitur; quia ex quo dicit, & non prohibet, præſumitur fieri de eius voluntate, cum reſultet in eius fauorem. Caſus eſt *in c. conſtitutus. el. 1.* & ibi per Abb. *de teſtib.* & Iaſ. *in l. ciuitas. ff. de reb. cred. col. 1.* Et hoc procedit in delictis habentibus cauſam ſucceſſiuam, vt ſupra; ſecus ſi momentaneam, vt in homicidio; quia non tenetur. ita habetur *in locis præallegatis.*

Teſtator fecit teſtamentum in ſcriptis clauſum, in quo appoſita fuit clauſula codicillaris, & quod valeat omni meliori modo, via, &c. prout communiter ſolet apponi, demum reperitur, quod non valet, vt teſtamentum in ſcriptis, quia forte deficit ſubſcriptio teſtatoris, vel aliquod ſigillum, vel aliqua ſolemnitas; tamen ſunt omnes ſolemnitates requiſitę in teſtamento nuncupatiuo. Quæritur, an valeat vt teſtamentum nuncupatiuum. Et videtur, quod non; quia ex quo teſtator elegit viam teſtandi in ſcriptis, videtur renunciaſſe nuncupatiuo. Vnde deficit eius voluntas in nuncupatiuo, vt tenet Bar. *in l. fin. ff. de iure codicill.* facit pro hoc quod habetur per Bar. *in l. contractus, in 1. col. in fi.* vbi dicit, quod eo ipſo, quod partes quęrunt Notarium, cenſentur velle contrahere in ſcriptis, adeo, quod non valet aliter contractus, niſi ſcriptura interueniat.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod imo tale teſtamentum valeat, vt nuncupatiuum; quia non eſt putandum, quod teſtator voluerit ſe aſtringere ad vnam viam teſtandi. Ita not. tenet Cyn. *in l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſtam.* & ibi cum ſequuntur Alex. & Iaſ. & communiter Mod. &

Ang. & Imol. *in l. §. fin autem. ff de hæred. inſt.* & Alex. *in con.* 176 *col.* 1 *vol.* 5. Et multo fortius hoc procedit, vbi eſſet illa clauſula codicillaris, *omni meliore modo, &c.* per quam manifeſte apparet, quod teſtator voluit ſe adſtringere ad ſpecificata, & ſic ad teſtamentum in ſcriptis. ita Alex. *in conſil.* 113. *vol.* 3. Et quod dicta clauſula operetur, vt in vim nuncupatiui valeat, tenet expreſſe Alex. *in d. conſ.* 176. idem ſentit Bart. *in l.* 1. *in* 3. *col ff. de iure codicill.* vbi dicit, quod dicta clauſula ſupplet defectum ſolemnitatis omiſſæ, & not. *in l. codicillis. §. fin de leg.* 3. Nec obſtant contraria, quia procedunt, quando aliud conſtaret de voluntate teſtatoris. Nec obſtat, ſi id, quod ago, non valet vt ago, *d. l.* 1. *§. ſi quis ita. ff. de verb. obligat.* quia illa regula non procedit, quando contrarium apparet per dictam clauſulam. vt not Doct. maxime Alexand. *in d. §. ſi quis ita.* dum loquitur de iuramento, quod tantundem operatur.

Agens ad legatum ſibi factum in teſtamento inualido contra hęredem, ſi ſuccumbit eo, quod teſtamentum non valet, & appellatur, an poſſit in cauſa appellationis intentare petitionem hæredit. contra eundem, aſſerendo ſe eſſe hæredem ab inteſtato. Et videtur, quod non: quia iudex appellationis nō poteſt iudicare, niſi ſuper meritis primæ cauſæ. ſecundum Bart. *in l.* 2. *in fin.* C *ſi aduer. lib.* ſed iſta cauſa petit. hæred. eſt penitus diuerſa à cauſa principali &c.

In contrarium eſt veritas; & ratio eſt; quia agendo ex teſtamento, quod putabatur valere, ignorabat ius ab inteſtato ſibi competere: vnde non videtur illi iuri renunciaſſe. *l. mater. de inoff teſtam.* ita eſt *dict. conſil Neap. in terminis nu.* 53.

Vir & vxor acceperunt ſimul in emphyteuſim pro ſe, & eorum liberis, vxor habebat filium ex alio marito, an iſte filius ſuccedat in emphyteuſim. Videtur, quod non, propter illam dictionem, *eorum*, per quam videtur diſpoſitio verificari ſolum in vtriuſque filiis.

In contrarium eſt veritas, vt determinat Bald. *in auth. qui rem. colum.* 2. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* & aſſignat rationem, quia talis debet eſſe maternus amor, vt pariter prouideat filiis ex quocunque matrimonio procreatis.

Venditor fundi promiſit emptorē de iure, & de facto defendere, prout communiter apponi ſolet clauſula in inſtrumentis venditionum. Modo quidam vult per violentiam expellere emptorem; an venditor teneatur eum defendere cōtra illum violentum, & armata manu, ſi opus fuerit. Et videtur, quod ſic, ex quo enim ſe obligauit etiam de facto defendere, tenetur vigore ſuæ promiſſionis.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod per talem promiſſionem non videtur promiſiſſe factum alienum. Vnde talia verba, de facto, debent ciuili modo intelligi, ſcilicet aſſiſtere liti, & ſubminiſtrare expenſas, & teneri in caſu, quo res fuerit euicta: in curia iudicis, quæ omnia ſunt facti, non autem tenetur contra violentiam defendere; quia iſte dicitur caſus fortuitus, qui non cenſetur promitti in contractu. ita in terminis tenet Bald. *in l. ſi. C. de act. empt.* quod vltimum intelligitur de incuria iudicis, ſcilicet, quando venditor fuit in culpa in non appellando; alias ſecus, quia non tenetur, &c.

Quidam commiſit vnum delictum habens tractum momentaneum, puta homicidium, ſtetit per 10. annos, & non fuit de eo inquiſitus, poſtea inquiritur, & conuincitur, an debeat pœna mortis condemnari Et videtur, quod ſic, per titulū *ad leg. Corn. de ſicar.* & per *conſtit. terminum vitæ.* & per regulam, quæ ſe habet, quod homicida ſemper expectet, quod facit, tex. eſt *in l.* 3. *C. de Epiſc. aud.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod mitiori pœna puniatur, non enim pari pœna puniuntur delicta de recenti commiſſa, & antiqua per decem annos, tex. eſt *in l. ſi diutino. ff. de pœnis.* vbi per gloſſ. & Bartol.

Quidam litigans in iudicio occupatus aliis negotiis, conſtituit procuratorem, & ſe abſentauit, pars aduerſa intendit velle illum examinare facere in cauſa vt principalem, & ſic eſt mittendus ad eum examinator. Quæritur, cuius expenſis debet mitti ad eum examinandum? Et videtur, quod expenſis petentis, ſicut diximus in teſtibus, qui debent examinari, & produci expenſis producentis. *l. quoniam liberi.* & ibi habetur. *C. de teſtib.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod expenſis ipſius abſentis; & ratio eſt, quia non debet per ſuam abſentiam fieri deterior conditio ipſius aduerſarii. *l.* 2. *§. defendi.* & ibi Bart. & Doctor. *ff. ex quibus cauſis in poſſ. eat.* ita in terminis voluit Bald. & Ang. & Alber. *in l. ſi actor. ff de procurat.* & Anchar. *in capit. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. in* 6. *& in deciſion. conſil. Neapol.* 177.

Vtrum Epiſcopus poſſit excommunicare aromatarium miſcentem farinam fabarum in cera, & illam vendentem. Videtur, quod non, quia non debet ſe immiſcere in iuriſdictione laici ſibi non ſubditi. Item, quia licitum eſt miſcere talia, ſecundum Bart. *in l.* 1. *C. de condit. in pub. hor. lib.* 10. Et aduerte, quia tex. iſte habet locum in fiſco tantum.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod Epiſcopus poſſit eum punire pœna pecuniaria, vel alia arbitraria, propter peccatum. ita tenet Abb. antiquus *in c.* 1. *de empt. & vend.* quem ſequitur Fel. *in cap. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ord. in* 2. *colum.* quod not. quia per hoc poſſes extendere iuriſdictionem Epiſcopi ad omnes ſimiles caſus contra committentes fraudes in iſtis vtenſilibus, quæ venduntur, quod dictum domini Abb. refert Ioan. Andr. *in Nouell. in c.* 2. *de empt. vendit.* & Roman. *in ſingul.* 450. *incip. fuit interrogatus.* item puniuntur vendentes venenoſa aromata. tex. eſt *in l.* 3. *§. alio.* & ibi Angel. *ff. ad leg. Corn. de ſicar.*

Stante pragmat. quæ incipit; *odia. verſ. de compromiſſ.*

*miſſ faciendũ inter coniunctos.* quæritur, ſi cauſa fuit bis compromiſſa, & expirauit, an debeat tertio cõpromitti. Et videtur, quod ſic, nam ſtante tali ſtatuto, & ſi millies expiraret compromiſſum, millies deberet cauſa compromitti, quia ſtatutum ſemper loquitur. ita dicit Alex. *in conſ.7 c.col.2.vol.*& Bald. *in conſ* 487.*vol.4.*& Iaſ.plene *in l.ſi quis ex arg. §.prætor ait col.2. ff.de edendo.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod vigore dictæ pragmat. non debet cauſa vltra bis compromitti; quia cum dicta pragmatica apponat tempus trium menſium, finito tempore ceſſat eius diſpoſitio, ita in terminis deciditur *in deciſ. conſil. Neap. numer.* 46.

Quidam fuit condemnatus, quod erueretur ſibi oculus dexter, executor errore ductus eruit ſibi ſiniſtrum. Quæritur, an debeat etiam dextrum eruere? Et videtur, quod ſic; quia non eſt ſatisfactum ſententiæ.

In contrarium eſt veritas. ita tenet Bart. *in l.eleganter.§ qui reprebos.de pign.act* & Par. *in tract. ſyndic. verſ.executio.* Iaſ. *in l.Iulianus ff.de condict.indeb.col.*10. Non obſtat contrarium; quia loquitur, quando poteſt in priſtinum reſtitui ſtatum; quia tunc debet reiterari executio; ſed quia oculus ſiniſter nõ poteſt reſtitui, ideo non eſt effodiendus dexter in præiudicium delinquentis.

Vtrum in regno Siciliæ ſit neceſſe appellare in ſcriptis, quando non appellatur eadem die à ſententia diffinitiua, & vtrum ab interlocutoria ſit omnino appellandum cum expreſſione cauſarum grauaminis? Et ad vtrunque quæſitum videtur dicendum, quod ſic; nam primum probatur ex not. per Bart. Imol. & Doct *in l.1.§.libellis.ff. de appell. recip per cap cerdi de appell. libr.6.*

In contrarium eſt veritas, & hæc eſt noua ponderatio; quia vbi viget ſtatutum, vel conſtitutio, quod in cauſis nõ ſeruent iuris ſolennitates, poteſt quandocunque appellari intra decem dies, & ſine expreſſione cauſarum grauaminis, & ſine ſcriptis. Ratio eſt; quia iſtæ ſunt ſolennitates iuris poſitiui, quæ cenſentur ſublatæ. ita not. tenet Ang. *in conſil.* 266. *verſ.2. quia dicta conſtit.&c.* adde ad hoc & Phil. *in c.vt debitus.col* 8.*de appellat.* ſed in regno habemus capitulum, *deteſtantes.* quod introduxit iſtud; ergo, &c. & ego fortius pondero capitulum illud ibi; *vel quacunque via cauſas deuolui contingat, &c.* quia per illa verba comprehendit cauſas deuolutas etiam per viam appellationis.

Pater legauit filio ſuo ſpurio certũ fundum pro alimẽtis iuxta expoſitionem *c.cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam pol.per adult.* An per tale legatum cenſeatur relicta proprietas, non ſolum vſuſfructus. Et videtur, quod ſic; quia quando legatur fundus pro alimentis vel ad alimenta, cenſetur relictus quo ad proprietatem, vt not. Bart. *in leg.donationes §.ſpecialis.ff. de donat. & in l.Titia cum teſtamento.§.fin.de legat.2. & in l.4.de alimen. & cib. leg.* & Iaſ. *in l.cum hi.§.ſi vni.ff. de tranſact.*

In contrarium eſt veritas in ſpurio, & eſt ratio, quia non eſt capax proprietatis. ita not. Bald. *in l. eam, quam.col.9. C.fideicomm.*

Maritus legauit vxori decem ſaccos frumenti, donec caſtè, & honeſte vixerit quolibet anno, modo vxor nubit, vel intra duos menſes moritur, non expectato anno, an debeat habere omnes decem ſaccos frumenti pro toto anno, an vero pro rata tantum temporis, quo ſtet vidua. Et videtur tantũ pro rata temporis, ſcilicet, pro duobus menſibus, quia non impleuit verba teſtatoris, qui fecit mentionem de quolibet anno.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod pro toto anno debetur: Vnde habebit omnes decem ſaccos frumenti. Caſus eſt *in l.à vrbe. de annu legat.* per quem ita decidit Signo. de Homo. *in conſ.5: in c.quidam nomine Iacobus. in fin* & eſt ratio; quia tale legatum pro primo anno eſt purum, ergo ſtatim ceſſit dies. ſecundum Bart. *in l.Titia cum teſtamento.§.fin.in fin.ff. de leg.2.* & Alex *in conſ.40.col.1.vol.1.*

Duo erant fratres in eiuſdem patris poteſtate conſtituti; vnus forte, qui habebat peculium caſtrenſe, vel quaſi, mutuauit alteri fratri certam pecuniæ quantitatem, deinde frater debitor in repetitione opponit exceptionem Macedoniani. Quæritur, an obſtet: Et videtur, quod ſic, *toto tit. ad Maced.* qui ad hoc fuit inductus.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod teneatur cum effectu, & dicta exceptio non poſſit opponi. gloſſ. eſt ſing. *in l. frater à fratre ff. de condict. indeb.* in gloſſ. magna poſt princip quam ibi ad hoc ponderat Sal. & ſequitur Iaſ. *ibi in 16.colum.* & ita limitatur titulus ad Macedon. vt non procedat in fratribus, quando ſunt in eiuſdem patris poteſtate, & rationem aſſignant doct. *ibi*, & maxime Iaſ.

Pater dedit dotem filiæ ſuæ, & in continenti fuit ſtipulatus in caſu ſoluti matrimonii, eam ſibi & hæredibus ſuis reſtitui, non autem filiæ euenit caſus ſoluti matrimon. per mortem filiæ, liberis ſuperſtitibus, pater petit dotem ab eius genero vigore dictæ ſtipulationis. Quæritur, an poſſit? Et videtur dicendum, quod ſic; nam licet alias non exiſtente ſtipulatione non poſſit petere obſtante conſuetudine Martini, tradita *in l.dos à patre. C. ſoluto matrim.* tamen propter dictam ſtipulationem in continenti factam, filia amiſit ius conſolidationis, & per conſequens ad hæredes nihil tranmiſit; quia actio remanet in ſolo patre, vt not. Bart. *in l. poſt dotem. col.4. & §.ſoluto matrim. & in l.penult. § filia. eodem tit.*

In contrarium eſt veritas in hoc regno, vbi viget ſtatutum, quod filia dotata non ſuccedat patri ſtantibus maſculis, vt eſt conſtitutio regni, *in aliquibus,* quo caſu dos debet eſſe libera penes filiam, cum ſuccedit loco legitimæ; vnde talis ſtipulatio

reddi-

redditur patri inutilis, & tam ipſe, quam eius hæres poſſunt per filiam & hæredes ſuos cogi, vt talem ſtipulationem remittant, & poſſunt hæredes filiæ repellere patrem agentem vigore dictæ ſtipulationis, & etiam petere ab eo dotem, quam non aſſignauit. Vnde dictus gener tanquam adminiſtrator ſuorum filiorum, hæc omnia facere poteſt. ita pulchre tenet Socin. *in conſil.9.colum.8.& 9.volum.1.* & Alexand. *in conſil 140.colum.2.verſic.præterea,volum.2.* & Bald. *in l.fin.colum.2.C.de dotis promiſſ.* & Lud.Rom. *in d.l poſt mortem.*

Rex conceſſit Titio feudum pro ſe, & ſuis filiis maſculis & fœminis, moritur Titius relicto filio, & filia; certum eſt, quod filia non ſuccedit exiſtente filio, vt *cap.1.§.filia.de feud.ſucceſſ.* Sed pone, quod filius moriatur abſque liberis, an eius ſoror ſuccedat in feudo? Et videtur, quod ſic; quia conceſſio fuit facta æqualiter pro filiis maſculis & fœminis, Vnde cenſetur filia habilitata, vt ſaltem ceſſante maſculo ſuccedat.

In contrarium eſt veritas; quia ex quo filia fuit ſemel excluſa, propter exiſtentiam maſculi, cenſetur perpetuo excluſa, adeo, quod feudum reuertitur ad Regem, non obſtante dicta confeſſione ita facta. Caſus eſt *in c.1 §.quin etiam Epiſcop.vel Abb. in vſib.feud.* & ibi expreſſe Bald. & And.de Iſern. idem etiam tenet Socin. *in conſilio 19.colum.2. volum.1.*

Si quis fideiuſſit pro aliquo, & deinde ſuperuenerunt graues inimicitiæ inter ipſum & reum principalem. An poſſit petere per hoc ſe liberari à fideiuſſione. Et videtur, quod non; quia non debet eſſe præiudicium tertio, & ſic creditori. *l.ſi quis in ſuo §.legis.C.de inoffic.teſtam.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod propter inimicitias non tenetur quis ſtare vlterius in fideiuſſione, ſed poteſt ab ea eximi, ita tenet Ludou. Rom. *in cōſil.459.verſi.4.allegat.* Ioan.Andr. *in addit. Spec. in tit.de iudic.in § ſpecialia.in addit.qua incipit, hic notat.quod cum lex,&c.*

Fuit factum legatum alicui, ſi cum Titio moraretur, & ſic ſub conditione, legatarius vult cum Titio commorari, vt legatum conſequatur. Vxor dicit, ego volo, quod ſtes mecum. Quæritur, an legatarius ab vxore impeditus, poſſit habere legatum? Et videtur, quod non; quia ex quo non implet conditionem in forma ſpecifica, vt tenetur, non debet habere legatum, text. eſt *in l. Mauius. de condit.& demonſtrat.* Veritas autem eſt, quod debet morari legatarius de die cum Titio, & de nocte cum vxore, vt ei reddat debitum, & habebit legatum. Si autem haberet neceſſe etiam de die cum vxore morari, vt quia forte vxor eſſet infirma; tunc etiam de die cum vxore morando, & non cum legatario, conſequeretur legatum, & conditio in eo appoſita, haberetur pro impleta; quia per eum non ſtat. ita habetur per Bart. *in l.Mauia.§.vxor.ff.de annu legat.*

Maritus ex frequenti petitione vxoris donauit ipſi rem quandam, & tradidit, qui paulo poſt mortuus eſt. Quæritur, an talis donatio ſit confirmata morte viri? Et videtur, quod ſic, per text. *in l.Papinianus ff.de donat.inter vir.& vxor.*

In contrarium eſt veritas; quia ob importunas preces mulieris, præſumitur maritum donaſſe calore iracundiæ. Vnde morte non confirmatur, ſecundum Bald. *in l.1.§.ſi vir.col.pen ff.de acquir.poſſ.*

Procurator producit mandatum, quo cauetur, quod dominus conſtituens promittit habere ratum omne totum, & quicquid legitime geſtum fuerit per eum. Dubitatur, an tale mandatum valeat, & an poſſit impugnari per illud verbum, *legitime*, & videtur, quod valeat, & impugnari non poſſit, nam ipſo iure conſtituens procuratorem, non cenſetur mandare ſibi illicitum, ſed ſolum, vt faciat illud, quod iuris eſt, vt not. Bart. & Alex. & communiter moder. *in l.3.§. ſi procurator.ff.quod quiſque iuris.* ergo apponendo illud verbum, *legitime*, expreſſit illud, quod tacite inerat, quæ expreſſio non debet actum vitiare. *l.hac verba.de leg.1.l.non recte.C.de fideiuſſ.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod imo tale mandatum, non valeat, & admitti non debeat, ita tenet Bartol. *in l. quæ omnia. §. plane.ff. de procurat.* Alexand. *in l.qui bona.§.ſi alieno. colum.fin. ff.de damn.infect* gloſſ. *in Clemen.1.* & ibi etiam Cardin. *in 7.quæſt.de procurat.* & Canon. *in cap.fin de dilatio.* Idem etiam ſi dixiſſet in mandato, promitto ratum habere, quod vtiliter geſtum fuerit; quia talem procuratorem poteſt aduerſarius impugnare, & eſt nullum tale mandatum tanquam captatorium. ita tenet Bald. *in Rubrica.C.de exercit. colum.1.in fin.& in l.cum mandati.C.mandat.* & gloſſ. not. *in cap.relatio.21.quæſt 1.*

Quando imploratur brachium iudicis ſecularis, pro executione ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, licet non poſſit cognoſcere de iniquitate ſententiæ; poteſt tamen cognoſcere de eius nullitate, & ſic eam repertam nullam, non exequi. ita tenet Angel. *in conſil.275.*

Licet primo videatur facere in contrarium; quia eius officium non ſtat in cognoſcendo, ſed tantum in exequendo. vide Par. *in tractat.ſynd in verſic. brachium.* & late per Afflict. *in proœmio conſtit.reg.in princip.colum.12.& ſeq.* vbi ponit de hoc quatuor veras concluſiones.

Debitor obligatus ad ſoluendum cum iuramento intra certum tempus non ſoluit in termino propter difficultatem; quia modum ſoluendi non habuit, ex cauſa impotentiæ volebat poſt terminum petere abſolutionem a iuramento, & opponere contractum, dubitatur, an poſſit. Et videtur, quod non; quia abſolutio à iuramento debet peti ante terminum ſolutionis, poſt enim non conceditur, ex quo incidit iam in periurium petens. vt not. Abb. *in c.1.*

*in*

in 2.col. & ibi Felin. & Canon, communiter *de iureiurando*.

In cōtrarium eſt veritas; quia difficultas ſeu culpa excuſat in non ſoluendo à periurio, *cap. breui.* & ibi Abb. & Canon. *de iureiur.* not. Bald. *in l. obſeruari. §. proficiſci. col. fin. in 33. qu. ff. de officio proconſ.* Vnde poteſt in hoc caſu peti abſolutio; cum nō dicatur periurus ſtante difficultate, ita tenet Fel. *in c. 1. col. antepenult. verſ. tertius caſus. de iureiur.* & contra loquuntur ſecundum eum, quando quis dolo incidit in periurium; quia doloſe non ſoluit in termino cum poſſet, vide quæ habentur *in cap. licet. in fin. ſi de feud. fuer. controu.*

Extat vulgata iuris regula, quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, & poſtea ſuper illa re conueniri. *l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iuliam. de vi.* Modo accidit, quod ego ſteti ſpoliatus per vnum annum poſſeſſione mea, fui poſt annū reſtitutus. Dubitatur, an poſt reſtitutionem poſſim ſtatim per aduerſarium inquietari ſuper illa re. Et videtur dicendum, quod ſic; quia ex quo aduerſarius meus omnia adimpleuit, reſtituendo mihi poſſeſſionem, nihil videtur illi obſtare, quare nunc me reconuenire non poſſit.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod ſtatim me moleſtare non poſſit, ſed debet me ſinere manere tanto tempore in pacifica poſſeſſione, quanto ſteti ſpoliatus, vnde non poterit me moleſtare, niſi elapſo anno à die reſtitutionis. ita tenet Abb. *in c. venerabili. col. 2. de offic. deleg.*

Quidam fuit accuſatus vel inquiſitus de homicidio, examinatus in proceſſu dixit, ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, faciendo vnicam confeſſionem, non diuidendo ipſam, vt quia dixit, occidi me defendendo, non probato aliter de homicidio per teſtes; dubitatur, an ex tali confeſſione poſſit ad mortem damnari?

Et videtur, quod ſic, quia ex quo occidendo habet præſumptionem iuris cōtra ſe. *l. 1. C. de ſicar.* poteſt dicta confeſſio acceptari, quatenus facit contra confitentem, licet ſit vnica, & ipſi confitenti incumbat onus probandi, quod fiat ad defeaſionem, vt not. Bart. *in leg. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de lib. leg.* Vnde quia pœna homicidii eſt pœna mortis, vt in conſtit. *terminum vitæ*, ergo debet ad mortem puniri propter talem confeſſionem.

In contrarium eſt veritas; quia ex quo confeſſio fuit qualificata tali qualitate, quæ delictum purgat, quamuis eam ſcindendo remaneat contra confitentem iuris præſumptio; tamen ex tali vehementi præſumptione non poteſt capitaliter damnari confitens, ſed mitius. ita ſingulariter tenet Abb. *in c. auditis. col. penult. de reſcript.* & ibi Fel. *col. 18. in fin.* & idem *in c. cum venerabilis. col. 4. in fin. de except.* & illud dictū ſequitur Alex. *in leg. non ſolum. §. ſciendum. de nou. oper. nunc.* & Soc. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupill. col. 11. quod not.* & vide Thom. Gram. *voto. 2. in princ.*

Creditor præſentauit inſtrumentum contra debitorē, in quo erat ſcriptum, quod ad preces & petitionem creditoris erat extractum, non autem dicebatur ad preces vtriuſq; partis: dubitatur, an valeat? Et videtur, quod ſic; nam ſufficere debet rogitus illius, in cuius vtilitatem factus eſt contractus; quia alias ille, in cuius præiudicium tendit, nunquam rogaret Notarium extrahere contra ſe.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod tale inſtrumentum non valeat; quia quando contenta in inſtrumento dependent à voluntate duorum, prout in caſu propoſito, vt in debito contrahendo, requiritur de ſubſtantia, quod vtraq; pars roget Notarium, quod inſtrumentum faciat; quia alias Notarius non poteſt conficere inſtrumentum contra debitorem, eo non mandante. ita tenet Alex. *in conſil. 110. eximie Doctor. vol. 2.* & Abb. *in c. 1. vol. antepen. & pen. de fide inſtrum.* ſecus eſt, quando inſtrumentū dependet à voluntate vnius, prout eſt proteſtatio, & aditio hæreditatis, & ſimilis; quia tunc ſufficit rogitus tātum illius. Et ex hoc dico, vtile eſſe, quod Notarii in fine cuiuslibet contractus apponant illa verba, & illam clauſulam, ſcilic. quia ambæ partes voluerunt, quod de præſenti contractu poſſim extrahere publicum inſtrumentum, & deinde in extractione fateatur, qualiter ad preces vtriuſq; partis factum eſt inſtrumētum; quia creditur ſibi, alias non valeret, ſi dixit, ad preces vnius vt ſupra.

Muſcipula tranſiens cum igne ad domum alienam, ſi damnum facit, & incendium, an teneatur dominus muſcipulæ; & dic, quod non. ita not. dixit Abb. *in c. ſi egreſſus. in fin. de iniur.*

Iudex cum vellet ferre ſententiam in aliqua cauſa, citauit partem, & in citatione non dicebatur, quod veniat ad audiendam ſententiam, ſed ſolum quod veniat ad audiendum intentionem curiæ. Dubitatur, an valeat talis citatio. Et videtur, quod ſic; nam non refert, quid ex æquipollentibus fiat. *l. ſi mater.* & ibi Bart. & gloſſ. & Doctor. *C. de inſtit. & ſubſt.* & gloſſ. *in leg. præſes. C. de ſentent.* Bart. *in l. ab emptione. colum. fin. ff. de pact.* vnde quando iudex citat ad audiendum ſuam intentionem, perinde eſt, ac ſi dicat ad ſententiam; cum ſententia ſit intentio, & declaratio voluntatis iudicis; ergo debet citatio valere, &c.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod talis citatio non valet, niſi expreſſe dicatur ad ſententiam, vnde ſi ferretur parte non comparente, eſſet ipſo iure nulla, tanquam lata parte non citata, ita eſt *deciſ. Rotæ. numero. 347. incip. retento eodem themate.* & tenuit Felin. *in capit. conſuluit. colum. 6. verſic. ſecundo not. de offic. deleget.* pro hoc eſt gloſſ. *in Clement. ſæpe. in verſ. ad id. de verborum ſignificat.* & text *in cap. 2.* & ibi Gemin. *in 6. not. de dolo & contumac. libr. 6.* & Alexand. *in l. filius famil. §. diui. colum. fin. de leg. 1.*

Teſtis productus, ſi ex aduerſo interrogetur, an ſit

ſit affinis producentis, & dicit cum iuraméto, quod non, & deinde contrarium probatur, an vitietur eius dictum? Videtur, quod ſic, ex quo enim eſt periurus in vno, non creditur ei in reliquo, *l. qui falſa, vel vana. ff de teſtib.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod non corruat eius dictum. ita not. tenet Ang. *in conſil.* 194.

Vtrum Epiſcopus poſſit excommunicare laicos, ſeu teſtes laicorum nolentes deponere in ſeculari. Videtur, quod non, quia iudex ſecularis habet ſua remedia ciuilia ad compellendum teſtes; ideo iudex Eccleſiaſticus non debet ſe intromittere, ponendo falcem in meſſem alienam. *cap. venerabilem l. de electio.*

In contrarium eſt veritas: nam teſtis tacens veritatem peccat mortaliter, & ratione peccati poteſt Epiſcopus excõmunicare eum, donec deponat veritatem. ita tenet Abb. *in c. ad noſtram. el. 2. colum. 1. de iureiur.* vbi dicit plus, quod quando aliquis non poteſt habere teſtes ad probandum ſuum negotium; quia ignorat teſtes, qui ſciunt factum, fieri faciat proclama per Epiſcopum, vt quicunque ſcit veritatem de tali negotio, debeat comparere in iudicio ad deponendum ſub pœna excommunicationis. & eſt optima practica. *Additio.* Idem dicit ipſe Author *in ſuo Speculo, part. 4. diſt. 11. nu.* 54.

Tutor, curator, vel procurator, habens generale mandatum vendidit vnam rem tutorio nomine, & illam ſe conſtituit precario poſſidere, vel conducit, vel conſignat, an per hoc transferatur poſſeſſio. Et videtur, quod ſic; quia per iſtos modos fictos transfertur poſſeſſio vera, vt not. gl. & doct. *in l. 3. in prin. ff. de acq. poſſ.*

In contrarium eſt veritas, quod iſtæ perſonæ, quę gerunt negotia aliena, non poſſunt transferre poſſeſſio. per actus fictos, ſed per ſolam actualem immiſſionem. ita tenet Bartol. *in l. 1. in princip. colum fi. de acquiren. poſſ. ff.* & ibi etiam Alexand. *colum. fin. quod not.*

Dicit conſtitutio regni, *in aliquibus*, quod filia fœmina nõ ſuccedit patri ſtantibus maſculis, dummodo ſit dotata de bonis paternis; Nunc oritur dubium, pater inſtituit filiam hæred. in teſtamento vna cum maſculis, filia mortuo patre ſtatim moritur hæreditate non adita. Quæritur, an hæreditatem tranſmittat ad hæredem ſuum quemcunque ex potentia ſuitatis iuxta *l. fratri. C. de iure delib. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit* Et videtur, quod non; quia per dictam conſtit. filia deſinit eſſe ſua patri. vt not. Bartol *in l 1. §. ſciendum. de ſuis & leg.* ergo non tranſmittit de potentia ſuitatis; ſicut dicimus in filio emancipato, qui etiam hodie non tranſmittit ex potentia ſuitatis, vt tenent communiter doct. *in l. ventre. de acquir. hæred.* Bald *in authen. in ſucceſſione. de ſuis & legit* Alexand. *in d. l. ſi fratri, & in l. ſi emancipati. colum quinta. de collat. Iaſ. in l. emancipata colum. tertia.* C. *qui admitti.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod imo filia tranſmittat, & non eſt verum, quod deſinat eſſe ſua; imo remanet ſua, non obſtante dicta conſtitutione. Nec obſtat dictum Bartol. *in d. §. ſciendum*, quia procedit, quando ſtatutum in totum excluderet filiam a ſucceſſione: ſecus ſi iubet eam dotari, prout vult dicta conſtitutio. ita tenet Alexand. *in conſil.* 131. *volum. 1.* Iaſon *in l. ſi arrogator. colum.* 11. *ff. de adop & in d l. ſi emancipati. colum. antepen.* Præterea dicta conſtitutio loquitur ab inteſtato, ceſſat ergo condito teſtamento, vt ibidem habetur, & in tantum hoc eſt verum, quod etiam valet tale teſtamentum ſolum cum duobus teſtibus tanquam inter liberos. vt not. Alexand. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. col. fin.* C. *de teſtam.*

Fuit impetratum reſcriptum à ſuperiore contra quendam pauperem, & in impetratione nulla fuit facta mentio de eius miſerabilitate; Dubitatur, an tale reſcriptum dicatur ſubreptitium? Et videtur, quod non; quia non oportet, imo releuat de eo facere mentionem, paupertas enim non impedit creditorem conſequi ius ſuum, qui debitor pauper carceretur, ſi non ſoluit. vt *toto titul. qui bon. ced poſſ.* vnde non debet exprimi in reſcripto impetrantis, niſi illud, quod poſſit mouere animum ſuperioris; ad non ita reſcribendum, vt per Fel. *in c. ex litteris. col. 5. de reſcript.*

In contrarium eſt veritas; quia non valet reſcriptum, ſi in impetratione non fiat expreſſa mentio de miſeria in ſpecie, qua eſt affectus ille, contra quem impetrat. ita not. tenet Felin. *in c ſignificantib. col. 2. in fin. de officio deleg.* allegans ita tenere Inno. *ibi.* & Card. *in conſil.* 136.

Quilibet de iure tenetur purgare viam ante domum ſuam, dicit text. *in l. ædiles. de via. ſ. ul l. fruend.* Modo dubitatur, vtrum conductor teneatur purgare viam ante domum conductam. Et videtur, quod non; quia iſtud onus ſpectat ad dominum, ſed conductor non eſt dominus; ergo, &c.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod teneatur purgare: verum expenſas, quas facit, excomputat locatori in penſione domus. ita Bartol. *in d. l. ædiles.* & Cæpol. *in tra. ſerui. in tit. de ſeruitute via in 25. quæſtio.* vbi idem tenet de refectione viæ.

Gabellarius macinæ farinæ ſeu molendinorum debebat percipere certũ quid pro quolibet modio farinæ nomine gabellæ, cum eſſet in fine anni ſuæ conductionis, diminuit ipſam ſolutionem, & notificauit publice cunctis volentibus ire ad macinandum, quod ſoluant ſolum medietatem gabellæ, ad hoc, vt alliciat plures ad macinandum: Dubitatur, an poſſit iſtud facere in præiudicium cõductoris ſequentis anni. Et videtur, quod ſic; quia pro toto illo anno gabella eſt ſua, & in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mand.* & diminuẽdo videtur donare medietatẽ ſolutionis. quæ donatio cuilibet eſt permiſſa de re ſua, *toto tit. de donatio.*

In contrarium eſt veritas, quod hoc facere non poſſit; quia corrumpit fructus anni ſequentis, & præiudicat futuro conductori quod facere non poteſt conductor. *l. & hæc diſtincta. §. cum fundum. ff. locat.* ita in terminis tenet Salic. *in dict. §. cum fundum.* vbi etiam Bartol. ſentit; nam tanto pauciores ibunt in anno ſequenti ad macinandum, & iſtud dictum ſolus ſequitur Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam. §. nec pignori. ff. ſi certum petatur,* cum etiam re propria non liceat vti ad alterius iniuriam, vt tenet Felin. *in c. cum acceſ. in fin. de conſt.*

Teſtator habebat duos equos; dixit, vnum ex equis meis lego Titio, alium Sempronio, non ſpecificando quem vni. & quem alteri legaret. Modo eſt contentio inter legatarios, quis primo debeat eligere. & videtur dicendum, quod hæres eligit; quia in dubio electio eſt debitoris. *l. plerumque. in fin. ff. de iure. dot.*

In contrarium eſt veritas, quod electio ſpectat ad legatarios, & qui primo nominatus eſt per teſtatorem, prius eligat. ita tenet Bart. & Alexan. *in l. qui duos. de leg. 1.*

Quidam fuit conuentus ſuper quodam prætenſo debito, qui comparuit, & in litis conteſtatione dixit, nego me eſſe debitorem, niſi probetur. Actor probauit debitum, & ſic reus fuit condemnatus, qui volebat appellare. Quæritur, an poſſit. Et videtur, quod ſic; nam appellatio eſt defenſio, quæ nemini eſt neganda. *c. cum ſpeciali. § porro. de ap.* & tenet Socin. *conſ. 195. col. 3. vol.* .. vbi plus dicit, quod licet alicui denegetur audientia per principem, non tamen cenſetur denegari appellatio.

In contrarium eſt veritas in caſu propoſito; nam dicendo, nego niſi probetur, videtur confiteri in cauſa, probabitur; quia hoc importat illa dictio, niſi, vt dicit Bart. *in l. actione. C. de tranſ.* Vnde facta probatione, reperitur reus confeſſus, & conuictus; ergo appellans non auditur. *l. 2.* & ibi gloſſ. & Bald. *quando app. non recip.* ita in terminis tenet Bald. *in c. cum acceſſiſſent. de conſtit.* dicens, quod imperiti aduocati ignorant hanc practicam, quod ſequitur Iaſ. *in d. l. actione. col. 1.*

Ruſticus quidam vel idiota productus erat in iudicio, vt ſe examinaret ad inſtantiam partis, ſuper poſitionibus vt principalis, ille volebat reſpondere in præſentia ſui aduocati, vel procur. Dubitatur, an poſſit? Et videtur, quod non; nam quando examinatur principalis, non debet ibi adeſſe ſuus procur. vel aduocatus, ne eum inſtruat, vt not. Bartol. *in l. ſi poſtulauerit. § haberi. ff. de adult.* & de hoc eſt ritus magnæ curiæ 283. *quod quandocunque.*

In contrarium eſt veritas; quia illud non habet locũ in ruſtico, vel idiota, poteſt enim in eius examinatione intereſſe ſuus procur. ne decipiatur in reſpondendo, ita tenet Hoſt. *in c. dilecti. & iud.* & Soc. *in l. 1. de vulg. & pup. col. 1.*

Mulier alienauit fundum dotalem cum iuramento vel alienanti conſenſit, & iurauit; certum eſt, quod non poteſt ipſa mulier alienationem reuocare propter iuramentum. *c. cum contingat. de iureiur.* Dubitatur, an mortua muliere hæres eius poſſit huiuſmodi alienationem reuocare. Videtur, quod nõ; quia iuramentum defuncti licet quo ad reatum periurii non liget hæredem. vt not Abb. *in c. veritatis. col. fin. de iureiur.* tamen quo ad roborationem contractus tranſit ad hæredem. ita not. Bald. *in authen. ſacramenta in fin. C. ſi aduer. vend.*

In contrarium eſt veritas quia in iſto caſu iuramentum non validat contractum, ſed tantum obligat iurantem, vt non poſſit contrauenire. ita habetur *in d. c. cum contingat.* Vnde cum ſit perſonale ex parte iurantis, vt tenet Card. *in cle 1. in ver. nos, in 3. q de iureiur.* & doct. *in d. c. veritatis.* & Bartol. *in l. generaliter. C. de reb. cred.* extinguitur cum eius perſona, & hæres mulieris non tenetur illud ſeruare, imo poteſt alienationem reuocare. ita deciſit Calder, *in conſil.* .. *in titul. de iureiur.* contrarium & verius tenet Abb. *in d cap. cum contingat. colum. 7. & 8. de iureiur.*

Quidam Notarius fecit inſtrumentum, in quo non appoſuit iuramentum, nec apparet in eo deſcriptum. Quæritur, an præſumatur appoſitum; maxime ſi eramus in tali caſu, in quo requirebatur pro validatione contractus, vt in alienation. feudi dotalis. Et videtur, quod ſic; quia Notarius rogatus, quod apponat clauſulas, & ſi non apponit, habentur pro appoſitis. *l. fin.* & ibi Bald. *C. de fideiuſſ. l. quod ſi ne ſit. §. ſi nummos. ſi cer pet. col. 5.* vnde cum iuramentum ſit clauſula conſueta apponi in contractibus, habetur pro appoſita.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod iuramentum nunquam habetur pro appoſito, niſi expreſſe appareat deſcriptum in inſtrumento, ita tenet Ant. de Bur. *in c. pen. de iureiur.* Socin. *in conſil. 85. colum. 3. volum. 1.*

Quidam iurauit ſuper contractu vſurario, vel alio à iure reprobato, vult contrauenire, & petere abſolutionem. Quæritur, an id poſſit per procur. obtinere. Videtur, quod non; quia in tali actu ſpeciali requiritur præſentia principalis, ſicut dicimus in compaternitate, quæ per procur. contrahi non poteſt, vt not. Bar. *in l. Gallus. §. forſitan. in fin. ff. de lib. & poſthum.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod peti poſſit per procur. & obtineri. ita tenet Fel. *in c. 1. col. pen. in noua queſt. de iureiur.* Non obſtat dictum Bartol. quia contrarium communiter tenetur, ſecundum Bald. *in l. 1. §. ne autem C de cadu. tol.* Felin. *in c. licet ex quadam. colum. 3. de teſtib.* ſicut etiam dicimus in abſolutione ab excommunicatione, quæ poteſt peti per procur. vt not. Abb. & Canon. *in c. cum deſid. res. de ſent. excomm. & in c venerabilem. de elect.* Bald. *in leg. poſt mortem. §. 1. de adopt.*

Subſtitutus pupillaris mortuo pupillo egit contra

ita hæreditatis poſſeſſores vigore ſubſtitutionis, probauit ſolum eſſe mortuum illum, cui fuerat ſubſtitutus, non tamen probauit, quod fuerat mortuus in pupillari ætate. Dubitatur, an poſſit obtinere. Videtur; quod non, quia pro fundamento ſuæ intentionis eſt, quod pupillus ſit mortuus impubes, merito debet hoc probare. ſecundum Bart. *in l. hoc iure. de ver. obl.* Præterea ſemper ætas debet probari maior vel minor per eum, qui ſe fundat in ea, *l. ſi minorem.* & ibi Bart. & Bald. *C de reſt. in integ. l. cum te.* & ibi Bald. C. *de probat.*

In contrarium eſt veritas, ſcil. quod obtinet ſubſtitutus, eo ipſo, quod probat pupillum ſimpliciter mortuũ, & incumbit parti aduerſæ illum eſſe mortuum maiorem. ita tenet Soc. *in conſ. 89. col. 4. vol. 1.*

Mulier adminiſtrauit tutelam pupilli in caſu ſibi permiſſo. iuxta *auth. matri. & auia*, non fecit inuentarium, nec librum rationum, nunc conuenitur, vt rationes reddat. Quæritur, an poſſit capi, & carcerari, vt pupillo ſatisfaciat, videtur, quod non; quia mulier pro debito non carceratur. *C. de diuer. iud. auth. ſed hodie.*

In contrarium eſt veritas, quia poteſt carcerari, & in vinculis cauſam dicere. iuxta *l 3. §. tutores. de ſuſpect. tut.* ita etiam tenet Ludo. Rom. *in con ſ. 118. colum 2.* & ſentit Bart. *in l ſi qua ſub conditione. colum. 5. circa fin. ff de teſta. tutel. & in d. auth. matri, & auia. colum. pen.* & dicit ibi Rom. quod eſt ſpeciale pro debito tutelari, vt poſſit carcerari.

Quidam vendidit omnia iura ſua, vel vendidit mihi omnia bona, quæ habet, & habere ſperat, facto hoc contractu fuit ſibi legata res, vel erat piſcator, & cepit multos piſces proiecto rete in mari. Dubitatur, an teneatur mihi dare dictam rem vel dictos piſces vigore cõuentionis. Et videtur, quod ſic, ex eo, quia promiſit quæ habet, & habere ſperat: vnde videtur etiam futura promiſiſſe.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod non teneatur; nam talis promiſſio refertur ſolum ad ea, quæ habere ſperat ex ſpe ordinata, ſeu cauſata præcedenti, non autem ex cauſa de futuro. Ita dicit Bal. *in l. ſpecie. C. de donat.* vbi idem dicit in renũciatione iuris, quod quis habet, & ſperat habere.

Debitor non obligauit bona ſua in inſtrumento, verum dedit poteſtatem creditori ſuo ingrediendi bona ſua, propria authoritate, in caſu contrauentionis, an per hoc cenſeatur bona ſua obligaſſe. & videtur, quod non; quia inſtrumentum non probat, niſi quatenus eius tenor ſe extendit, & in eo reperitur deſcriptum, vt not. Bal. *in l. ad probationem. l. 1. C. de prob & in l. legem. C. loca.* faciunt not. per doct. *in c. translato. de conſt.*

In contrarium eſt veritas; quia per pactum de capiendo, cenſetur obligari bona, caſus eſt *in l. creditor. § poſt diuiſionem. ff. qui poti. in pig. ha.* ita tenet Bal. *in l. creditores. C. de pign.* Alex. *in d. § poſt diuiſionem, in addi. ad Bart.* quod tamen limita in bonis ipſius debitoris tantum, non autem ſui hęredis, licet expreſſe faciat pactum de capiendo bona ſuorum hæredum, non tamen cenſetur ea obligare, ita de hoc eſt *deciſ. 120. conſil. Neap.*

Aliquis citatus fuit contumax, iudex in pœnam ſuæ contumaciæ mandauit ſuis colonis vel inquilinis, quod non deberent de fructibus ei reſpondere, nec de penſionib. item fecit mandatum generale, quod nullus iret ad colendum eius agros. Dubitatur, an id facere poſſit? videtur, quod non; quia iudex non poteſt imponere noua genera pœnarum, vt not. Bal. *in l. incredibile. C. de pœnu.* vnde ſatis eſt, quod poteſt eum mulctare, vel coercere captis pignoribus. *l. 1. §. quod ergo. ff de vent. inſpic.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod vltra illas pœnas poteſt hanc etiam iudex irrogare contra contumacem. Caſus eſt, & ibi hoc expreſſe dicit Abb. *in cap grauamen. de ſentent excommun.*

In regno Siciliȩ viget conſtitutio incip. *in aliquibus*, diſponens, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, dummodo ſint dotatæ. Accedit, quod pater inſtituit hæredes filios in teſtamento. Dubitatur, an cenſeatur etiam filias inſtituiſſe. & videtur, quod ſic; quia in materia fauorabili maxime in vltimis volunt, maſculinum concipit fœmininum. *l ſi ita ſcriptum, de leg. 2.* & plene per Doct. *in leg. ſi quis id, quod, de iuriſd omn. iud.* Præterea dicta conſtitutio loquitur ab inteſtato, non autem condito teſtamento, vt ibi per And. *col. 3.*

In contrarium eſt veritas, quia teſtator cenſetur diſponere ſecundum d. conſtitutio. vnde filiæ non cenſentur inſtitutæ, nec veniunt ad ſucceſſionem. ita tenet Ancha. *in leg tres fratres.* poſt Bald. *ibi in princ. ff. de pact.* & Alexand. *in conſil. 127. volum. 1.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 410. volum. 2.* Iaſ. *in l. ſi id quod, in 3. col, fallen. ff. de iuriſd omni iudic.* & Corne. *in conſil. 197. colum. 4, in fin. volum. 1.*

Citatus fuit aliquis, vt comparere deberet in iudicio ad inſtantiam actoris, in tali die, adueniente die non comparet reus, actor inſtat; vt procedatur in eius contumaciam. Iudex vult facere gratiam citato, & exſpectare ipſum in die ſequenti, & differre actum. Quæritur, an poſſit actore inuito & contradicente, videtur, quod non, quia ſemel eſt acquiſitum ius actori per contumaciam rei, ne procedatur ad vlteriora, vt eſt prouiſum *in reg. pragm. Relatione*, non poteſt ergo iudex inuito actore ſuperſedere: imo ipſum grauare videtur, & poſſet appellare.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod iudex poteſt reum expectare de iure, ſi vult, & totum hoc ſtat in eius arbitrio. Caſus eſt *in c. conſuluit.* & ibi Abb. & Fel. *in 1. not. de officio deleg.*

Res prohibita alienari vt emphyteutica, vel feudalis, vel prohibita à teſtatore ſub pœna priuationis, vel alia pœna, ſi alienetur, & non tradatur, an alienans incidat in pœnam, videtur, quod ſic,

 quia

quia eo ipſo, quod eſt completus contractus alienationis, videtur eſſe contrauentum, & facta eſt alienatio, per ea quæ habentur *in leg. contractus. C. de fide instrum.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod non incidat in pœnam, niſi traditio interuenerit, ita tenet Bald. *in c. 1. § aut ſi libellario col. fin quibus mo. feu amit.* vbi idem dicit procedere in pignore vel hypotheca, vt requiratur traditio, ad hoc vt vulgans incidat in pœnam. ita dicit Bald. *in c. imperial. in. colu. 1. in fin. de proh. feud. alien. per Feder. & in c. 1. §. fin. colum. fin. quæ ſit prima cauſa benef. ami.* & Alex. *in conſil. 175. viſo. themate. col. 2. vol. 2.*

Teſtator inſtitutis filiis hæredibus mandauit poſt mortem filiorum bona ſua fratribus ſuis reſtitui, habebat fratres vtrinque coniunctos, & ex vno latere tantum. Quæritur an omnes iſti fratres cenſeantur vocari ad illa bona? videtur, quod ſic, quia ita eſt frater, qui eſt vtrinque coniunctus, ſicut qui eſt ex vno latere tantum. *leg. Iuriſc. §. 2. gradu ff. de gradib.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod primo ſuccedant vtrinque coniuncti, & his deficientibus, ſuccedunt alii, iſta præſumitur mens teſtatoris, vt ſit conformis diſpoſitioni iuris, quæ traditur *in auth. ceſſante. C. de leg. hære d.* & ibi Paul. de Caſtr. ita tenet Soc *conſil 49. co. 1. volum. 1.*

Duo hæredes erant in quodam teſtamento inſtituti, vnus partem ſuam adiuit, alius repudiauit; qui adiuit, vult repudiare portionem ſemel agnitam, ad hoc ne portio repudiata eo inuito ſibi accreſcat, vtrum poſſit? videtur, quod non; quia ſemel hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres *l ſicut maior. C. de re pud. hær.* Item, qui adit vnam partem cogitur adire alteram; quia eo inuito ſibi accreſcit. *leg. teſtamento. C. de impub. & l ſubſtit.*

In contrarium eſt veritas; quia vigore partis vacantis, poſtea poteſt, ſi vult, repudiare partem etiam aditam. Caſus eſt *in l. cum hæreditate ff de acq. hæred.* & ita limitatur *d. l. ſicut maior.* Non obſtat *d. l teſtam.* quia loquitur, quando cohæredes erant inuicem ſubſtituti; nam tunc ex quo ius ſubſtitutionis concurrit cum iure accreſcendi, inducit præciſam neceſſitatem, vt declarat Iaſ. *in d. l. teſtamento.*

Si inſtrumentum continet pactum de capiendo, & conſtitutum precarii, an poſſit fieri executio, contra principalem debitorem, vel contra tertium poſſeſſorem eo non citato, & inſtrumento non liquidato, videtur, quod non; quia inſtrumentum non liquidum non meretur executionem, ſecundũ Bart. *in l. creditores. colum. 4. C. de pign. in l. proinde. §. notandum. ad l. Aquil.* Bald. *in l. 2. C. de excepti rei iud. col. fin.* Item non fit executio contra tertium poſſeſſ. non citatum, ſecundum eundem Bart. *in d. l. creditores. colum. 6.*

In contrarium eſt veritas, & prædicta procedunt, vbi non eſſet conſtitutum precarii, ſed dictum conſtitutum operatur, quod creditor poſſit capere propria authoritate negocio non liquidato, & etiam contra tertium poſſeſſ. non citatum. Ita ſingulariter tenet Fran. de Aret. *in conſ. 21. col. pen. & fin* & Soc. *in conſil. 82. col. vol. 3.* & Matth. de Affl. *in conſt pacis cultum. col. 7.*

Quidam attulit malum nuncium alicui mercatori, puta de bello venturo, vel peſte, vel hoſtiũ incurſu, vel ſimili, falſo, & doloſe, propter quod ille mercator credens ei fuit coactus vendere merces ſuas viliori pretio, vel de loco ad locum transportare, & ſic fuit paſſus magnum damnum, ſeu intereſſe. Dubitatur an ei teneatur, qui malum nuncium attulit, vel pone caſum, quidam attulit nuncium alicui abſenti, quod eius pater, filius, vel frater erat mortuus, propter quod ille fecit multas expenſas funerales, vtrũ teneatur eas reficere, videtur, quod non; quia imputandum eſt ei, qui nimis cito credidit illud mendacium, nam non debet quis eſſe nimis credulus, vt habetur *in l 1. de eo per quem factum erit, & l. cum ſeruus. § ſeruum meum. ff. ... l. miles. §. pene. ff. de adult. & in c. ſi quid 56. dist.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod teneatur ad omnia damna, & intereſſe. Ita tenet Ang. *in d. l. 1. de eo per quem.* quem ſequitur Iaſ. per ea quæ habentur *in l 2. ff. quando act. de pecu. eſt an.* Non obſtant contraria, quia dolus illius præponderatur culpæ credentis *l item ſi obſtetrix. §. fin. ff. ad l. Aquil.*

Inquiſitus de delicto renunciauit omnibus iuribus ſuis, & remiſit ſe gratiis curiæ, vel alius in caſu forte ciuili renunciauit iuribus ſuis, & remiſit ſe gratiis declarationi miſericordiæ alicuius, ſub ſpe gratiam conſequendi, & poſtmodum nullam gratiam obtinuit. Quæritur, an debeat reſtitui ad priſtinum ſtatum, non obſtante renunciatione, vt poſſit vti iurib. ſuis. Et videtur, quod non; quia ad eius ſemel renunciatum non datur regreſſus. *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod reſtituitur ac ſi non renunciaſſet, ita tenet Socin. *conſil. 96. col. 7. verſ. 7. in 1. vol* & Ang. *in l. fin. ff. de præto. ſtip. & in l. ſi eum. ff de ſeruitut.*

Quidam donauit omnia bona ſua vbicunque exiſtentia, an videatur donaſſe nomine debitorum, videtur, quod ſic; quia appellatione bonorum ea veniunt *l. nam quod. § fin. cum l. ſeq. & l ſi ex legat. §. ſi quis bona ff ad Treb.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod non veniunt nomina debitorum, propter illud verbum; *exiſtentia*; & verum eſt, quia quando iſte terminus bona, ſimpliciter profertur, comprehendit nomina debitorum: ſecus quando iungitur cum verbo, exiſtentia, vel ſimili. Caſus eſt *in l. Gaius, de leg. 2.* per quem ita dixit Soc. *in conſil. 101. col. 2. in 1. vol.* & Bart. *in l 1. ff. de ſtat. homin.*

Quidam confeſſus fuit extra iudicium ſe commiſiſſe delictum, & talis confeſſio emanauit in præſentia:

ſentia magnæ multitudinis hominum vltra numerum decem. Dubitatur, an ex tali confeſſione, poſſit damnari, & videtur ſine dubio, quod non; quia confeſſio extraiudicialis non eſt ſufficiens ad condemnādum, ſed ſolum facit indicium ad torturam, vt eſt gloſſ. & Bart. *in l. capite quinto. ff. de adult.* & Bar. *in l. quoniam. ff. de his qui not. infam.*

In contrarium eſt veritas; quia ex quo eſt emanata coram multitudine hominum, facit plenam probationem, & eſt ſufficiens ad condemnandum; quia tranſit in vim notorii, per ea quæ tradit Bald. *in Auth. quod locum in 10 q. C. de collat.* vbi dicit, decem teſtes facere notorium, & Felin. *in c. at ſi clerici, col. 6. verſic. fallit tertio. de iudic.* vbi allegat, ita tenere Ant. de But. *in c. veſtra, de cohab. cler & mul* & idem dicit Felin. *ibidem.* quando confeſſio fieret coram ſyndico repræſentante populum, & idem Fel. *in c. olim. col. 4. de reſcript.*

Quidam coniunctus puellæ, ſine mater, vel etiam extraneus dotauit ipſam, quæ habebat patrem, qui forte erat abſens, nec fuit ſtipulatus, vel pactus, vel aliter proteſtatus dotem ſibi reſtitui. Quæritur, an talem dotem poſſit aliquo modo repetere. Et videtur, quod non; quia cum non fuit aliter ſtipulatus, vel pactus, cenſetur donaſſe, vt eſt text. *in l. vnica §. accedit. de rei vxor. actio* & præſertim in coniuncto, qui, niſi proteſtetur, videtur donare; ſicut dicimus in alimentis, vt per Bart. & Doct. *in l. Neſennius, de neg. geſt.*

In contrarium eſt veritas. Nec obſtant contraria, quæ habent locum, quando onus dotandi ſpectat ad ipſam puellam, vel alimentandi; ſecus quando patrem habet; quia ex quo ad eum pertinet tale onus, poteſt dotans a patre repetere dotem actione neg. geſt. ita tenet Bal. Nouel. *in tract. de dot. in 3. priuilegio. 6. partis,* & eſt pulchra limitatio ad *d. §. accedit.* & idem dicimus in alimentis, per text. *in l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agno. §. ſi mater.* & ſentit Bartol. *in dict. l. Neſennius.*

Actor egit rei vend. ad aliquam rem, quam reus alienauit, vel permutauit, pendente iudicio. Modo actor petit à iudice, quod debeat aliam rem de bonis rei ſubrogare, in locum rei alienatæ, & ſuper illa facere executionem, an poſſit, & videtur, quod non, quia actor habebat dominium directum ad illam rem alienatam, & non ad aliam, ratione cuius dominii habebat rei vindicationem.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod ratione rei alienatæ, quæ haberi poteſt, alia ſubrogatur, in qua fit executio. Idem in re permutata; quia illa cenſetur ſubrogata. ita tenet Abb. *in c. eccleſ. col. 1. vt lit. pend.* & Matth. *in conſt. eorum fraudib. col. 4.*

Debitor contraxit quoddam debitum liquidum cum creditore, de quo non fecit ſibi inſtrumētum, neque cautelam. Quæritur poſtea per creditorem, vt faciat inſtrumentum de debito. Quæritur, an teneatur, videtur ſine dubio, quod ſic, per ea, quæ not. Bart. & Doct. *in §. eleganter, l. fin. ff. de dam. infect.* vbi communiter doct. tenent, quod compellitur debitor ad faciendum inſtrumentum de debito creditori.

In contrarium eſt veritas in Regno, per ritum magnæ curiæ. *item quod ſi qui debitores.* per quem eſt diſpoſitum, quod debitor, vigore inſtrumēti poteſt incarcerari, & ſic habet executionem paratam in perſonam, vnde vigore talis ſtatuti poteſt debitor denegare inſtrumentum publicum, quando ab initio iſtud non conuenit, & hoc procedit etiam, vbi eſſet periculum de morte teſtium, vel alia iuſta cauſa petendi dictum inſtrumentum, ita dixit Ang *in l. in omnib. ff. de iud* quem ſequitur Alex. *in d. §. eleganter. col. 7.* vbi dicit eſſe mirabile.

In cauſa criminali eſt probatum crimen per vnum teſtem de viſu, & per confeſſionem extraiudicialem. Quæritur, an ex tali probatione poſſit reus damnari, videtur, quod ſic; quia iſtæ ſunt duæ ſemiplenæ probationes, quæ iunguntur ad faciendam vnam plenam, ſecundum Bart. *in d. l. admonendi. col. antep. ver. aduerte,* & Alexan. *conſil. 11. vol. 4. & deciſ. 12. conſil. Neapol.*

In contrarium eſt veritas, quod duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis non iunguntur in criminalibus. gl. *in c. veniens. el. 1. de teſti.* & ibi Abb. & Ial. *in d. l. admonendi. col. 115, 116 & 120.*

Teſtator reliquit vnam rem particularem & appoſuit clauſulam, quod teſtamentum valeat omni meliori modo, pro vt communiter apponi ſolet. Quæritur, an valeat tale teſtamentū? videtur, quod non, quia debuit relinquere titulo inſtitutionis, alias filius cenſetur prçteritus. *§ hoc quoque capitulum. in Auth. vt cum de ap cog.* not. Bart. & Doct. *in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod dicta clauſula operatur, vt relictum cenſeatur factum iure inſtitutionis, vt teſtamentum valeat, ſecundum Bald, *in l. quoties. ff. de hæred. inſt.* & Alex. *in conſil. 113. vol. 5.* & Paul. de Caſtr. *in conſil. 345.*

Filius hæres patris inuenit vnam rem in hæreditate, quam pater poſſidebat ſine titulo, eandem filius poſſidet per decem annos. Nunc allegat ſe præſcripſiſſe titulo pro hærede, & dicit ſe poſſediſſe, non vt filium, ſed vt agnatum. An præſcripſerit. Et videtur, quod non; quia ſuus hæres non probat titulo pro hærede. *l. 2. §. filium. ff. pro hæred. l. nihil. C. eo. titul.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod prodeſt ſibi præſcriptio, & contrarium loquitur, quando dicit ſe poſſediſſe, vt filium, & ſuum hęredem, ſecus ſi vt agnatum, iſtud fuit ſingulare dictum Bal. *in rub. extra de præſcrip. colum. 4.* quod multum exclamat Alex. *in l. in ſuis. col. 2. de lib. & poſth. & in l. 1. col. 2. C. qui admit.* & mod. *in tract. præſcrip. in Repet. l. Celſus. nu. 49. de vſucap.*

Quidam emit rem pupilli, vel minoris ſine de-

certo, poſſedit per aliquos annos, & fructus percepit, ſi poſtea res ab eo vendicatur, ex quo alienatio non valuit, an teneatur etiam fructus reſtituere? videtur, quod ſic; quia emens contra iuris diſpoſitionem, præſumitur in mala fide, vnde non facit fructus ſuos. *leg. quemadmodum, de agri. & cenſi. lib. 11. & leg. vbi lex ff. de vſucap & ibi per Doctores.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod ſi iſte fuerit in bona fide, vt quia ſaltem errauit in iure, credendo licere fieri talem alienationem, facit fructus ſuos. gloſſ. eſt ſingul. *in leg. 2. C ſi quis igno. rem minor.* not. Alexand. *in l. 1. §. vir vxor. colum. pen ff. de acqu. poſſeſſ.* Aliud forte eſſet dicendum in emptore rei Eccleſiæ; quia ex quo non acquiſiuit poſſeſſionem, *l. iubemus. in fin. C. de Sacroſanct. Eccleſiis.* not Bartol. *in dict. §. ſi vir vxori.* minime deberet facere fructus ſuos, de quo vide per Iaſon. & Modern. *in d. §. ſi vir.*

Quidam paſſus iniuriam acceſſit ad iudicē cauſa accuſandi offendentem, & demum non accuſauit, ſed ſtetit pro tunc. Quæritur, an poſſit vlterius eum accuſare de illo crimine? videtur, quod ſic; quia non videtur deſtitiſſe, ex quo accuſationem non propoſuit.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod non poteſt vlterius accuſare. ita tenet Bart. *in l. miles §. ſocer. ff. de adul.* & Abb. *in cap. licet. pen. not. de accuſ.* & ibi Felin. & Ana.

Dicit ſtatutum, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, quod de proximioribus intelligitur, ſecundum Bal. *in leg. fin. C. de verb. ſignif.* pone, quod proximiores nolint conſentire ſine iuſta cauſa, an ſine eis mulier contrahere poſſit? videtur, quod non; quia tale ſtatutum ſubſtulit adminiſtrationem mulier, & ſolemnitas requiſita, ſi omittitur, vitiatur contractus. *l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact.*

In contrarium eſt veritas; nam ſi proximiores nolunt conſentire, debet iudex alios ſubrogare loco ipſorum, vt not. Bal. *in l. vidua. C. de nup.* Alex. plene *in l. ſi cum dotem. §. si autem tempore ff. ſoluto matrim.* & ibi etiam Bar.

Item poteſt ipſe iudex præſtare ſuam authoritatem, ſeu decretum, in contractu, in locum non conſentientium, & valebit contractus, vt not. Bald. *in rub. C. de contrahen. emp. in pen. q. & in l. 1. & l. in copulandis. C. de nup. & in c. 1. in prin. de conſuet. recti feud.* Si tamen conſanguinei viderunt contractum eſſe mulieri damnoſum, & ob hoc nollent conſentire, poſſunt tunc appellare à conſenſu, & decreto iudicis Ita pulchre dicit idem Bald. *in l. 1. colum. fin. C. qui admitt.* & Alexan. *in addit. ad Bald in d. l. 1. C. de nup.* Eodem modo, quando conſanguinei eſſent in partibus remotis, poteſt iudex in locum abſentium conſentire, & valet contractus, ita dicit idem Bald. *in l. tranſactione. in fin. C. de tranſ.* An autem conſanguinei poſſint præſtare huiuſmodi conſenſum per procuratorem? dic, quod non, ſecundum Bald. *in d. l. 1. C. qui admit. col. fin.*

Quidam emit ſcienter rem prohibitam alienari, puta rem dotalem vel feudum, & ſtipulatus fuit de euictione expreſſe. Quæritur, an euicta re teneatur venditor ſaltem ad reſtitutionem precii? videtur, quod ſic; nam licet emens ſcienter non habeat recurſum de euictione; tamen ſecus eſt, quando fuit expreſſe ſtipulatus, vt *in l. ſi fundum. C. de euict.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod venditor ad precium non teneatur, & quod dicitur *in d. l. ſi fundum.* habet locum, quando venditur res aliena, quæ non prohibetur alienari. *l. rem alienam. ff. de contra. emp.* ſecus in re alienari prohibita, ita not. dicit Inno. *in c. cum contingat. col. 18. de iureiur.* & Andr. de Iſer. *in c. 1. in prin. de inveſt. de re alien. fact* & gloſſ. *in cap. Imperialem. in prin. in verſ. bona fide, de prohib. feud. alien. per Fred.*

Stante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, dubitatur, quanta erit legitima filiorum, ſi forte eſſent tres maſculi, & tres fœminæ: nam ſi fœminæ computantur in numero, erit ſemis: ſi vero non, erit triens. iuxta *auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam* Et videtur dicendum, quod fœminæ non computantur in numero; quia per ſtatuta videntur excluſæ, vnde deſinunt eſſe ſuæ parti; ſecundum Bart. *in d. §. ſciendum ff. de ſuis & legit.* legitima ergo filiorum erit triens. vide Capi, *in deciſ. conſ. Neapoli. 158.* & Matth. *in conſtit. in aliquibus. in 5. not. in 13. quæſt.*

In contrarium eſt veritas, quia cum tale ſtatutum eſt inductum fauore filiorum, non debet in eorum odium interpretari. *l quod fauore. C. de legib.* vnde fœminæ computantur, & ſic legitima filiorum erit ſemis. ita tenet Paul. de Caſtr. *in conſ. 52. vol 1.* & circa hoc vide Angel. *in §. fin in fin. Inſtit. de inoff. teſtam. in ſimil. q* & Fran. Cur. *conſil. 5.*

Filius viuo patre liberauit eius debitorem, deinde mortuo patre, ſi ſucceſſit vt hæres. Quæritur, an teneatur habere ratam dictam donationem, quæ patri præiudicare non potuit? videtur, quod ſic; quia ius ſuperueniens filio debet validare actum præcedentem, per ea quæ not. Bartol. *in l. cum vir de vſucap.*

In contrarium eſt veritas, quod ſicut talis liberatio non præiudicat patri, ita etiam neque filio hæredi. ita tenet Iaſ. per plura *in l. filius. C. de pact.* vbi plures allegat.

Teſtator poſſidebat rem alienam iuſto titulo, & bona fide, & ſic erat in actu vſucapiendi, & mortuus eſt, hæres adimpleuit vſucapionem, quæritur, an poſſit ad illā rem agere petitione hæreditatis iuxta *l. non tantum. ff de pet. hær.* Et videtur, quod ſic, nam per eam defunctus habebat Publicianam.

In contrarium eſt veritas, quia talis res non venit petitione hæred. ex quo nunquam fuit in dominio defuncti, ſed ſolum hæredis, vnde hæres debet agere

rei

rei vendicatione, non autm petit hæred. alias ſuccumbit. tex. eſt & ibi Bart. Bal. & Doct. *in d. l. & non tantum. § quod ſi. ff. pro empt.*

Teſtator legauit fundum Titio in graui infirmitate exiſtenti, & ſubſtituit ipſi per hæc verba; ſi Titius morietur, legatum veniat ad Mæuium. Titius conualuit ex illa infirmitate, deinde ex alia infirmitate mortuus. Quæritur, an Mæuius ſuccedat in legato? videtur, quod ſic; quia definite locutus eſt, ſi morietur, non couſtringendo ſe ad illã infirmitatẽ.

In contrarium eſt veritas, quia ex quo tempore legati erat infirmus, cenſetur teſtator cogitaſſe de illa infirmitate, & non de alia, tex. & gloſſ. eſt *in leg. alumnæ. ff. de alim. legat.*

Quidam contraxit cum minore, & dubitans ne minor per reſti. in integ. contractum reſcindat, vult agere contra ipſum, vt contractum approbet, vel reprobet, ne diu maneat in ſuſpenſo, an poſſit: videtur, quod non; quia nemo inuitus compellitur agere, nec iure ſuo priuari, nec illi renunciare: nam ſi habet quadriennium, *l. fin. C. de tempor. in integ. reſt.* non debet ante tempus moleſtari.

In contrarium eſt veritas, quo caſu ſi approbat, perdit beneficium reſt. in integ. ita in terminis tenet Bart. *in l. Iulianus. § ſi quis. el. 1. ff de actio. empt.*

Iudex protulit ſententiam, & in ea ſe fundauit ſuper quadam ſcriptura nominata in actis, ſed non producta, ad quam ſe retulit, & ſecundum eam pronunciauit, dubitatur, an talis ſententia valeat: videtur, quod non; quia iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata. *l. illicitas. § veritas. ff. de officio præſid.* & ſcriptura ad hoc vt probet, debet in actis produci re & vero, ſecundum Bald. *in l quotiens § fin ff. de prob.* alias iudici non creditur, niſi liqueat ex actis. *c. quoniam contra. de probat.*

In contrarium eſt veritas, quod imo talis ſententia valeat; quia iudex poteſt moueri ex ſcriptura nõ producta, ita tenet Alexand. *in l. a ſt prætor. §. 1. ff de re iud. colu. 3.* & Felin *in c cum venerabilis. col. 11. de excep.* vbi plus dicit, quod iudex poteſt moueri ad ſententiam, ex confeſſione facta per partem viua voce, licet non appareat ex actis. ita tenet Bald *in l. 1. col fin. C. de manu. vind* Non obſtant contraria; quia probationes non ſunt de ſubſtantia ſententiæ, & valet ſine probationibus. ita per Alex. *in d. § 1. per l poſthumus. §. ſi quis ex hu. ff. de inoff. teſt. & l. cum putarent. ff. fam. er.* & tenet Felin. *vbi ſupra.* & Bald. *in l. eum & minores. colum. 2. in fi. C. ſi aduer. rem iudic.* & Alex *in leg. prolatam C. de ſentent.*

Fuit accuſatus vel inquiſitus quidam, quod blaſphemauerit Deum, & fuerunt contra eum examinati nonnulli teſtes, accuſatus volebat eos repulſare pro ſui defenſione: dubitatur, an poſſit? videtur, quod ſic, per text. *in c. præſentium, de teſtib. & in c. præſentium, eo tit in lib. 6.* vbi generaliter permittitur repulſa teſtium Item ho. fit ad defenſionẽ, quę nemini eſt deneganda, vt habetur *in c. paſtoralis. de re iud.*

In contrarium eſt veritas; quia blaſphemanti non conceditur repulſa, & in ſui odium omnis defenſio tollitur. ita tenet Pat. *in tract ſynd. verſ. condemnatio. col. 4. in fin.* ſicut dicimus in crimine læſæ maieſtat. vt not. Bart. *in l. in quæſt. ff. ad l. Iul. maieſt.*

Aliquis ſtetit ad ſeruitia alicuius, in eius domo morando, & ibidem alimenta capiendo, nec fuit facta aliqua promiſſio de ſalario. Quæritur, an poſſit petere aliquid pro ſeruitiis? videtur, quod ſic; quia nullus labor debet eſſe irremuneratus. *l pen. § illo. C. de neceſſ ſer. & in l fin. ff. de actio. & obl.* facit gloſſ. *in l. exceptio. C. loca.* tenet Bald. *in l. precib. col. 4. C. de imp. & aliis ſubſt.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod nullum ſalarium petere poteſt, ſi non conuenit de eo; nam ſeruitia præſtita compenſantur cum alimentis ita in terminis tenet Paul. de Caſt. *conſil. 346. vol. 2.* Bald. *in conſil. 256 in fin. vol. 3.* Decius *in conſil. 132. in fin.*

Mutuauit Titio cẽtum, ex quibus emit quoſdam pannos, vel merces, vel fundum: dubitatur, an illæ res emptæ ex mea pecunia ſint mihi tacite hypothecatæ, vt aliis creditoribus præferar? videtur, quod ſic, per gloſ. *in auth. quo iure C quip t in pi. hab.* quam ſequitur Alex. *in l. ſi cum dotem. . fin. vol. fin. ſol mat.* & Iaſ. *in l. creditor. ſi cert pet.*

In contrarium eſt veritas; quod non ſint hypothecatæ. text. eſt & ibi Bald. *in l quamuis la 3. C. de pign.* Nec obſtant contraria: quia loquuntur, quando expreſſe datum eſſet mutuũ ad hoc pro illis rebus emendis, quia tunc ſunt tacite hypothecatæ, ſecus quando datur ſimpliciter, ſicut dicitur, quando mutuatur expreſſe pro refectione domus vel nauis, quia tunc eſt tacite hypothecata, vt *d. l. creditor. & l. 1. in quibus cauſis pign. tacite contrah.* & mutuans iure præfertur creditoribus, etiam anterioribus. *l. interdum, & ibi gloſſ. qui pot. in pig. hab.* ſecus ſi quis mutuat pro faciendo domum de nouo, quia non habet hypothecam, vt eſt gloſſ. *in d. l. interdum.* Iaſ. *d. l. creditor,* & Bart. *in l. quod quis. de priuil. cred.*

Habens immunitatem à collectis vel priuilegium exemptionis, ſi ſcribitur in libro ſoluentium collectas, & ſcit, & non contradicit, an, quando impetitur, vt ſoluat, poſſit allegare ſuum priuilegium exemptionis, videtur, quod ſic; quia priuilegium non perditur minore tempore decem ann. ſaltem per ea quæ not. Bart *in l. fin. ff. de con prin.*

In contrarium eſt veritas, quia eo ipſo, quod ſcit, debet intra decem dies appellare, alias priuilegium ſibi non prodeſt, & tenetur ſoluere. ita ſingulariter dixit Ang *in l. 1. §. ſi quis tus. ff. quando appell ſit,* & illum text & dictum ſequitur Alexand. *in conſil. 101. col. 6. vol. 1.*

Teſtis cum iuramento depoſuit ſe ſcire, quod Titius mutuauit Sempronio centum, non depoſuit aliqui de cauſa ſcientiæ; quia non fuit interrogatus; deinde repetitus dixit, ſe non vidiſſe fieri dictũ mutuum, nec præſentem fuiſſe in eo, verum ita credit pro-

dit pro certo, & vehementer opinatur, ex quo ita fertur per ciuitatem, vel ita audiuit à perſonis fide dignis. Dubitatur, an iſte teſtis ſit periurus. Et videtur quod ſic, nam teſtis debet deponere de eo, quod ſenſu percipit, videlicet per alterum ex quinque ſenſibus, *l. qui teſtamento.§ fin ff. de teſtam.* & ibi Bart. *& in l.1. colum 3. ff ſi cert. petat.* & Alex. *in conſil.* 132. *col. penul. volum.* 5, vnde quia depoſuit ſe ſcire mutuum, quod non vidit, & talis actus nõ poteſt percipi, niſi ſenſu viſus, ſine dubio eſt dicendum, quod ſit periurus, & puniri poſſit.

In contrarium eſt veritas, quod non ſit periurus; nam licitum eſt teſti etiam aſſertiue deponere cum iuramento illud, quod non vidit, ſed vehementer opinatur, vel audiuit dici ab aliis, ita tenet Archid. & ibi Gemi. *in c. beat.* 2. *q.* 7. per tex. *in c. Iulianus.* 15. *q.* 3. Iaſ. *in l. certum. colum. fin. ſi cert. pet.* nam ſcire, non ſolum dicitur quis, quod vidit, ſed etiam quod vehementer opinatur. ita Bald. *in l. ſi quis extraneus. §. ſciendum in fin. de acquir. hared.* & gloſſ. *in l. Pantonius. § rei perduellionis ff. eod. tit.* Sed contrarium in hoc ſentit Bart. *in l. qui bona. §. ſi alieno ff. de damn. infect. colum. fin.* vbi dicit, quod in teſte verbum, *ſcire*, accipitur, pro veritate, non autem pro vehementi opinione, & ita tenet Alexan. *in l.* 1. *colum.* 7. *ff. ſi cer. pet.* Vnde puto concordari poſſe, quod in criminalibus ſi ageretur cõtra teſtem de falſo, prout in caſu propoſito, procedat opin. Archi. quia verba impropriantur, vt ſaluetur dictum teſtis, ne in falſum incidat, per ea quæ not Rom. *in conſil.* 301. *col.* 1. & Fel. *in c. cum tu. de teſtib.* Sed in ciuil. ad ſciendum, an teſtis probet, vel non, teneo opin. Bart. & Alex. quod eius dictum per verbum, *ſcire*, pro veritate accipiatur.

Teſtis examinatus in aliqua cauſa, depoſuit falſa, iudex ſine accuſatore inquirit contra eum, & cõuincit ipſum de falſo, quæritur, an puniatur pœna ordinaria legis Corneliæ? videtur quod ſic, per *l. eos. ff. de falſ.* & per *l. qui falſa ff. de teſtib.* vbi teſtis falſum deponens, punitur l. Corn. de falſis.

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod talis teſtis puniatur ſolum pœna extraordinaria, ad arbitrium iudicis, & contrarium procedit, quando procedit per accuſationem. ita ſingulariter dicit Ang. *in §. & licet, in Auth. de teſtib.* per gloſſ. *in d. l. qui falſa.* & gloſſ. *in l. nullum. C. de teſtib.* vbi hoc clare probatur, quod not. pro limitatione *conſtit. reg. eos qui ſcienter*, per quam punitur ad mutilationem manus, & ſic hæc videtur pœna ordinaria; nam illud procederet, quando accuſatur; ſecus ſi inquiritur ex officio, & ita dicit ſe obtinuiſſe in facto, circa interpretationem ſtatuti, Bertachi. *in ſuo repertorio, in verb. falſitas. in verſic.* 37.

Clericus conuenit laicum in iudicio ſeculari, fuit lata ſententia contra clericum; quia conuentus fuit abſolutus, & iudex laicus condemnauit clericum in expenſis, an talis condemnatio valeat? & videtur, quod non; quia clericus non poteſt per iudicem laicum condemnari, *c. ſi diligenti, de foro compet.* imo iudex laicus, qui condemnat, debet excommunicari, *c. nullus*, & ibi per Felin. *eod. tit.*

In contrarium eſt veritas; quia iſta condemnatio venit acceſſorie ad cauſam principalem, vnde ſicut permittitur abſoluere laicum in cauſa principali, ita etiam condemnare clericum in conſequentiam ad expenſas. ita tenet Innoc. *in cap. at ſi clerici.* & ibi Felin. *col.* 6. *in fin. de iudic.*

Cuſtos animalium dat damnum in pratis alienis, immittendo animalia in ea, vel per negligentiam patiendo animalia ingredi. Quæritur, an teneatur dominus animalium? videtur, quod non; quia ipſe hoc non mandauit, nec conſenſit, nec tenetur dominus regulariter ex delicto famuli. *l.* 1. *§. familia.* & ibi Bart. *ff. de public.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet quod dominus teneatur ad emendam damni, propter eius malam electionem; quia ſibi imputatur, cur talem cuſtodem elegit. ita tenet Ang. de Aret. *Inſtit. ſi quad. pauper. fec. di. col.* 2. per *leg. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius. ff. ad l. Aquil.* facit gloſſ. fin. *in l. iubemus. C. de ero. milit. an. la* 2 *lib.* 12. & de contentis in hoc ſingulari, vide Bar. *in l. ne quid. ff. de incend. ruin. nau* & gloſſ. *in leg. vtique. §. culpa. de rei vendic.* & Bart. *in leg. debet. ff. de nau. caup. & ſtab.* Nec obſtat contrarium; quia quando famulus delinquit in officio, ad quod præpoſitus, tenetur dominus. vt dicit Bart. *in d. §. familia.*

Iudex fecit præceptum litigandi in iudicio, quod debeat reſpondere poſitionibus aduerſarii, & quod dicat verum, alias ſi falſum dicet, puniet ipſum in centum aureos, vel habebit poſitiones pro confeſſatis. Quæritur, an ſi contingat falſum reſpondere, poſſit iudex pœnam comminatam exigere? videtur, quod non, per ea quæ habentur *in tit. C. comminat. epiſt.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod poteſt pœna exigi, & hoc tenet Bart. in terminis *in leg. ius alimentorum §. ſed ſi non conſtat. ff. vbi pupill. ed. ac. debeat.* quod not. ad faciendum puniri cauillosum calumniatorem.

Quidam litigator habebat inſtrumentum faciens pro victoria ſuæ cauſæ, noluit illud præſentare in princip. litis, ſed diſtulit vſque ad fin. & poſtea ipſum præſentauit: dicit aduerſarius, ſi tu præſentaſſes inſtrumentum ab initio, ego non litigaſſem, nec feciſſem tot expenſas, quibus me fatigaſti; vnde peto, quod non audiaris, niſi refectis expẽſis. Quæritur, quid iuris? Et videtur quod non teneatur; nam de iure permittitur ipſi vſq; ad concluſionem producere inſtrumentum *cap. cum dilectus, de fid. inſtrum.* vnde quia fecit lege permittente, non meretur pœnam. *l. Gracchus. C. de adult.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod teneatur ad expenſas, ſi potuit ab initio cauſæ præſentare, & doloſe diſtulit. ita dicit Felin. *in c. exceptionem, colum. penult. de except.* referendo Bald. per illum text. ibi

ibi vbi plus dicit, quod iſte aduerſarius ſuccumbēs, non teneturad expenſas, niſi a tempore præſentati inſtrumenti idem habet locum in eo, qui opponit aliquam exceptionem peremptoriam in fine cauſæ, quam poterat opponere ab initio; quia non auditur, niſi refectis expenſis, ſecundum Felin. *in d. cap.* & Bald. *in l. cogit. eclum. pænult. C. de petit. hæredit.* & ſic not. caſum, in quo victor ad expenſas condemnatur.

Promiſſio facta pacto nudo, ſi ex non obſeruantia ipſius paratur aliquod damnum ei, cui facta eſt, an producat actionem? videtur quod non; quia ex pacto nudo non oritur actio. *l. iuriſgentium. §. nuda. & §. quinimo. & §. igitur ff. de pactis.*

In contrarium eſt veritas, in caſu propoſito, ſcilicet, quando is, cui factum eſt pactum, pateretur damnum. ita tenet Bart. per illum text. *in leg. eleganter. ff. de dolo. §. ſeruus.* & Alex. *in l. ſi conuenerit. col. 2. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & ibi Socin. *col* 5. declarant, de quo intereſſe intelligatur, & Decius *in c. 1. col. 3. in fin. de iudic.*

Delegatus procedit in cauſa poſt datam reſcripti interrogatorii, antequam reſcriptum ſibi præſentetur, deinde pendente proceſſu præſentatur ſibi reſcriptum. Quæro, vtrum proceſſus antea factus, valeat. Et videtur, quod ſic; quia per rerum naturam erat certum poſt datam reſcripti, & ſi aliquid dubium haberet proceſſus, eſt ſublatum per productionem reſcripti poſtea factam, quæ videtur omnia ratificare.

In contrarium eſt veritas, quia iuriſdictio non acquiritur delegato, niſi à die præſentationis reſcripti. vnde proceſſus antea factus cenſetur factus à priuato, & non valet. ita tenet Bald. *in l. eum, qui. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Hoſtienſ. *in cap. ex conqueſtione. de reſtitut. ſpol.* & Philip. Dec. *in cap. ſuper. el. 2. in vltimo not. de appellat.* & Felin *in c. ſi citatus. col.* 8. *de reſcriptis.*

Maritus obligauit ſe cum iuramento, & pœna, curare, & facere, ita quod non excuſetur feciſſe ſuum poſſe, quod eius vxor habeat renunciare bonis paternis, & maternis, tandem fecit omnē ſuum conatum, ſed vxor non vult renunciare: an teneatur ad pœnam? Videtur, quod ſic, ex eo, quod promiſit ſe curaturum, & facturum, maxime ſtante iuramento, quod importat illam clauſulam, de qua *l. ſtipulatio iſta.* & ibi per Bart. Alex. & Doct. *de verb. obligat.*

In contrarium eſt veritas, ſcilicet, quod ſi probat ſe feciſſe omnem ſuum conatum, non tenetur ad pœnam, nec eſt periurus, & ita fuit deciſum *in deciſ. 293. conſil. Neap.* difficultas enim à pœna, & à periurio excuſat, vt ibi dicitur, & conſuluit Franc. de Aret. *in conſil.* 142. facit gloſſ. *in l. qui autem. de conſtit. pec.* vbi promittens ſe curaturum, promittit factum ſuum, non alienum.

Debitor obligauit creditori generaliter omnia bona ſua, & deinde poſt certum tempus emit à Titio vnum fundum, habita ſibi fide de precio, creditor agit hypothecaria tanquam ſibi hypothecato vigore generalis hypothecæ, concurrit venditor, & dicit ſe habere tacitam hypothecam ſuper eodem fundo, ex quo precium non fuit ſibi ſolutum. Dubitatur, quis erit potior, videtur, quod venditor præferatur: nam donec pretium ſibi ſoluatur, videtur habere quaſi pignus in re vendita, & poteſt eam retinere. *l. Iulianus. §. offerri. ff de actio. empt.* vnde ipſi primo debet ſatisfieri. ita Bald. *in l. pro debito. C. de bon. auth. iud.*

In contrarium eſt veritas, quod creditor vigore anterioris hypothecæ præferatur, nec eſt verum, quod venditori ſit tacite hypothecatus: imo nullam habet in eo hypothecam. textus eſt *in l. quidam fundum ff. de in rem verſo.* & ita tenet Bald. *in l fin. C. commod & in l. in rebus. col. 2. C de iure doti.* & Iaſ. *in l. creditor. la. 1 ff. ſi cert. pet.* Bart. & Alex. *in leg. ſi cum dotem. §. fin. ſol. matrim.* Hoc tamen fallit, quando venditor feciſſet ſibi obligari dictum fundum, quia tunc præfertur creditori anteriori, per text. *in l. licet.* & ibi Ang. *Qui pot. in pign. hab.* & tenet Franciſ de Cur. *in addit ad Alex. in d. §. fin.* & ita per *d l. licet.* limitatur *l. ſi generaliter. C. qui pot. in pign. hab.* vbi dicitur, quod creditor habēs generalem anteriorem hypothecam, præfertur poſteriorem ſpecialem habenti. Non obſtat *§. offerri.* quia loquitur ante traditam rē emptori, & ſic non erat tranſlatū dominium. Non obſtat dictum Baldi, *in d. l. pro delito.* quia reprobatur communiter, ſecundum Iaſ. *in d. l. creditor.*

Dicit ritus magnæ curiæ, quod quando inſtrumentum eſt liquidum, & iuratum, poteſt creditor carcerari facere debitorem, donec ſoluat. Quæritur, an poſſit impedire cadauer debitoris defuncti, ne ſepeliatur vigore dicti inſtrumenti, donec fuerit ſibi ſolutum, per text. *in Authent. vt defunct ſeu fun. cor.* vbi clare deciditur, quod creditor non poteſt pro debito iniuriam aliquam corporibus debitorum defunctorum inferre, facit tex. *in l. fin. C. ad l. Iul. maieſt.*

In contrarium eſt veritas, quod vbi extat ſtatutum, quod vigore inſtrumenti debitor carceretur, poteſt etiam eius corpus ſequeſtrari, donec ſibi ſoluatur, & contrarium procedit de iure communi, ſecus autem de rigore ſtatuti. ita tenet Ang. *in d. tit. vt defunct ſeu funer. in princip.* & gloſſ. & Archid. *in c. ſunt quorum. 2. quæſt. 6.* & Anton. de Butr. *in cap. ex parte. el. 2. de ſepul.* & Cardin. Alexand. *in c. qua fronte. col. 2. de appellat.* & Luc. de Penn. *in l. Circenſium. in fin. de decur. lib.* 10.

Quidam vendidit vnum territorium confirmatum cum expreſſione confinium, declarando ſeu demonſtrando, quod erat decem iugerum; deinde apparuit, quod erat quindecim; an illa quinq; ſint venditoris, ita vt non cenſeantur vendita, videtur, quod ſic; quia venditio eſt taxata ad certum nume-

rum iugerum, vnde quicquid eſt vltra numerum, debet eſſe venditoris. *l. Rutilia Polla. ff. de contra. empt.*

In contrarium eſt veritas; quia quicquid eſt intra fines expreſſos, cenſetur venditum, & maxime ſi precium correſpondeat valori totius rei, vt eſt *dec. 68. conſ. Neap.* Vnde diſtinguendum eſt, an venditor inceperit a numero vel menſura, dicendo, vendo tibi decem iugera terræ, exiſtentis iuxta tales fines, quæ eſt decem iugerum; & tunc ſecus, vt in caſu noſtro; quia illa falſa demonſtratio non vitiat. Ita in terminis decidit Bald. *in rub. C. de contra. empt. col. fin.* & Paul. de Caſtr. *in l. ſi Iulianus. §. ſi Titius fundum. ff. de act. empt & in d. deciſ. 68.*

Prælatus aliquis, vel Eccleſia conceſſit rem in emphyteuſim, finita emphyteuſi res ad prælatum reuertitur, qui vult eam alteri concedere; ſed ille, cui primo fuit conceſſa, petit ſibi eam reuocari pro æquali pretio. Quæritur, an teneatur prælatus potius primo, & eius deſcendentibus, quam alii extraneo concedere, videtur, quod non, per text. *in l. ne cui. C. locat. l. dubium. C. de contr. empt.*

In contrarium eſt veritas, quod tenetur, ſcilicet primo concedere, alias poteſt appellare. Ita tenet Lud. Rom. *in conſil. 22. col. pen.* & Bart. *in l. 1. ff. de priuileg. credit. & l. 1 § permittitur. ff. de aqua quotid. & aſtiu.* ad quod facit gloſſ. *in cap. bona. in ver. in tanta, de poſtulat. prælat.* quæ dicit, quod ille, qui poteſt habere gratiam, pōt appellare, ſi ſibi non concedatur.

Agitur contra debitores daciorum, & collectarum, iudex vult procedere de plano, & via executiua, & ſine citatione. Quæritur, an poſſit? & videtur, quod non; quia ab executione non eſt inchoandum. *l. 1. C. de execut rei iudic.* Item citatio nemini tolli poteſt, cum ſit defenſio, vt *in Cle. paſtoralis. de re iudic.*

In contrarium eſt veritas, vt expreſſe tenet Bald. *in conſil. 434. incip. licet. vol. 3.*

An inſtrumentum, in quo ſunt deſcripti teſtes inhabiles, & non fide digni, plene probet, videtur, quod ſic; quia teſtes inſtrumentarii cenſentur approbati à partibus per rogationem, vt in gloſſ. *in ver. ſupplicis §. ſi vero non huiuſmodi. in Authent. de teſtib.* & not. Bald. *in l. parentes col. 1. C. de teſtib.* & idem Bald. *in l. ad teſtium col. 2. §. 1. ff. de teſtam.*

In contrarium eſt veritas, in regno per *conſtit. inſtrumentorum robur.* quæ requirit, quod teſtes ſint probatæ, & bonæ opinionis; vnde debent eſſe omni exceptione maiores, alias inſtrumentum non probat, & poteſt hæc exceptio opponi etiam ad impediendam executionem inſtrumenti, ſecundum formam ritus, prout declarat Matth. de Afflict. *in d. conſtitut. inſtrumentorum robur. colum. 9.*

* *
*

EXPLI-

# EXPLICATIONES, SEV DECLARATIONES VARIÆ,

## EIVSDEM D. ROBERTI MARANTAE,

Ad diuerſas leges, & paragraphos. Et primo ad *l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.*

### EXPLICATIO.

PRæmitte, quod ſtipulatio incipit à præcedenti diſpoſitione alternatiua, & ſequitur conditio pœnalis alternatiua; tunc ſufficit vnum impleri, vt pœna euitetur, ſed ſi incipit à diſpoſitione copulatiua, & ſequitur cõditio pœnalis alternatiua, vtrũq; impleri debet. Idẽ ſi incipit à præcedenti cõditione alternatiua: quia vtrunq; impleri debet, vt *ſub ea. l. §. cũ ita, & ibi gl. 1.* Et ſi dicis, ꝙ ad veritatẽ alternatiuæ, &c. ſed vno impleto eſt factũ illud, aut illud, ergo debet pœna ceſſare: dico, retorquẽdo idẽ; quia conditio dictat, ſi illud aut illud factũ nõ fuerit, &c. vnde vno impleto, & alio non, verũ eſt illud, aut illud factũ non eſſe, & ſic eſt purificata conditio pœnalis; ergo pœna ſolui debet. Secũdo præmitte, ꝙ ad veritatẽ alternatiuæ ſufficit vnam partem eſſe veram, vt tota oratio reddatur vera, ad veritatem copultaiuæ debet vtrunque eſſe verum, in tantũ, ꝙ ſi vnum eſt falſum, tota oratio redditur falſa. primum probatur hic *in verſ. quod quamuis.* vſque ad *ver. ſicut.* ſecũdum probatur *in d. verſ. ſicut.* Tertio præmitte, ꝙ alternatiua æquiparatur particulari, & propterea in ea ſumitur ſignificatio ex aliquo, ſ. ex aliquo membro ipſius alternatiuæ, non ex vtroque; ſed copulatiua æquiparatur vniuerſali, ideo ſumitur ex vniuerſo, & ſic ab vtroque, vt hic *in verſ. quia cum, & verſic. ſicut* vſque ad *verſ. animaduertẽdum.* Vnde in alternatiua, ſi vnum factum non eſt, pœna concepta committitur, ſi verbis negatiuis concepta in coniunctiua, ſi vtrumq; factum non eſt, committitur pœna: & ſic rectè conſiderando idem eſt in effectu in vtraque; quia ſemper ad euitandam pœnam debet vtrunque impleri. Sed ratio capitur diuerſimode, quia in alternatiua ſumitur ex aliquo non adimpleto, quo caſu nihil adimpletum videtur; quia tota oratio verificatur negatiue, vno negatiue verificato: ſed in coniunctiua ſumitur ex vtroq; non adimpleto, & idem eſt effectus. Quarto præmitte, quod ſi diſpoſitio concipitur negatiue, ſequente poſtea conditione pœnali alternatiua, neutrum debet fieri, vt euitetur pœna: ſed ſi præcedat diſpoſitio affirmatiua, debet vtrumque fieri vt euitetur pœna, & in primo caſu fit conditio per hæc verba, ſi illud aut illud factum non fuerit: in ſecundo caſu fuit facta conditio per verba, ſi quid eorum factum nõ fuerit, &c. vt hic, & in effectu idem eſt ſenſus, qualitercunq; fiat conditio, quia in prima neutrum fieri debet propter verba negatiua, in ſecunda vtrũque propter verba affirmatiua: vnde rectè conſiderando, hæc differentia conditionis ſtat potius in verbis, quam in effectu. Pone ergo caſum, vt in glo. permiſiſti me non impedire, & rem à me non petere, & ſi illud aut illud factum non fuerit, id eſt, obſeruatum, promiſiſti pœnam. Item promiſiſti mihi ſcribere librum, & foſſam fodere, & ſic affirmatiue, & ſi quid eorum factum non fuerit, promiſiſti pœnam, quæritur, quomodo differant iſta duo? Reſpondet ad 1. quod quamuis altero facto, vt quia me tantum non impedis, verificatum ſit, te illud aut illud feciſſe, vt per hoc videatur dicendum te euadere pœnam; quia ad veritatem alternatiuæ, nõ ideo tamen verum non erit, te hoc aut illud non feciſſe, quia ad veritatem alternatiuæ, &c. ſed pœna tunc irrogabatur, quando illud aut illud non feciſſes, ſed faciendo vnum tantum, verum eſt, quod illud aut illud non feciſti, ergo incidis in pœnam, & ſic eſt verum vtrumque contrarium, ſcilicet, te illud aut illud feciſſe, & te illud aut illud non feciſſe, & poſſunt hæc ſtare ſimul, quia oratio ſumitur ex aliquo, vnde ſufficit vnum eſſe verũ, vt tota oratio ſit vera, ſicut duæ orationes contrariæ poſſunt ambæ eſſe falſæ, vt ſi dicatur, omnes puberes, &c. vel omnes impuberes, &c. quia in vtraque eſt vnum falſum, & totam orationẽ reddit falſam, quia tunc ſumitur ex vniuerſo, id eſt, ex oratione vniuerſali.

In *verſ. animaduertendum.* ponitur deciſio quæſtionis, ſcilicet quod debemus animaduertere, qualiter ſit concepta conditio pœnalis, quia ſi per hæc verba, ſi illud, aut illud factum non fuerit, habemus quærere, an aliquid factum non ſit, ſcilicet vt euitetur pœna, & hoc præcedente oratione negatiua, effectus eſt, vt neutrum fiat, vt pœna euitetur, id eſt, vt me non impedias, nec rem petas. In ſecundo caſu, vbi eſt dictum, ſcilicet ſi quid eorum, &c. præcedente oratione affirmatiua, effectus eſt,

vt vtrunque fiat, vt euitetur pœna: nec in primo prodeſt aliquid non feciſſe, ſi aliquid factum ſit, id eſt, non ſufficit obſeruari vnum, ſcilicet me non impedire, ſi aliud obſeruatum non ſit; quia rem petiſti à me, nam ex hoc ſolo committitur pœna; quia ſumitur ex aliquo, ſcilicet ex hoc membro non obſeruato, nec in ſecundo prodeſt aliquid feciſſe, vt quia librum ſcripſiſti, ſi aliquid factum non ſit, vt quia foſſam non fodiſti; quo caſu ex hoc vltimo committitur pœna; quia verum eſt, quid eorum factum non eſſe.

*In verſ. proinde*, facit ex hoc conſequentiam ad aliud exemplum, vt ſi iudex inquirat contra aliquẽ de furto, adulterio, & homicidio, & interroget eum, feciſti quid eorum, quæ obiiciuntur tibi, ille reſpondet, non, perinde eſt ac ſi vniuerſaliter reſpondiſſet, nihil eorum feci, quæ mihi obiiciuntur, & ſic illa particularis negatiua æquiparatur vniuerſali negatiuæ; ſicut quando dicitur, ſi quid eorum, &c. nam vno non facto, habetur, ac ſi nihil ſit factum; & ſic æquiparatur ſimiliter vniuerſali negatiuæ ad pœnam committendam.

## Caſus eſt *l. Periculi pretium. ff. de naut. fœn.*

PRIMO pro intelligentia eſt præſupponendum, quod vſuræ centeſimæ dicuntur illæ, quæ finito anno aſcendunt ad ſummam ſortis, & iſtarum vſurarum ſtipilatio permittitur, quando creditor recipit in ſe periculum pecuniæ, vt quando ſumus in pecunia traiectitia, id eſt, quæ per mare portatur: ita hoc declaratur *in leg. eet. §. 1. & ibi gloſſ. in verb. tertiam. C. de vſur.*

Secundo eſt præmittendum, quod vſuræ non debentur regulariter pacto nudo, niſi per ſtipulationem. *l. quamuis. C. de vſur.* Hoc tamen fallit, quando quis recipit vſuras, vt pretium periculi, vt hic; & quando ſumus in pecunia traiectitia; quia tunc ſolo pacto debentur. *l. in quibuſdam. & ibi gloſſ. ff. de naut. fœnor.*

Tertio præmitte, quod in contractibus, in quibus habet locum condictio ob cauſam, non conſideratur iſtud pretium periculi, nec promittitur iſta ſtipulatio vſurarum centeſimarum, quia ſi ille, qui accipit pecuniam, implet ex parte ſua, ceſſat repetitio tanquam cauſa ſecuta, non propter ſuſceptionem periculi, vt not. gloſſ. *hic.* ſi autem non implet, habet locum condictio ob cauſam ad repetendum ſortem traditam.

Quarto præſuppone, quod quando aliquid eſt traditum ex donatione cauſa mortis, ſi donans moritur, remanet irreuocabiliter penes donatarium, ſi vero conualeſcit, & tunc habet condictionem ob cauſam ad repetendum illud donatum, ita probatur *in l. ſi alienam. & ibi gloſſ. & in l. qui mortis. & in l. ſenatus. §. 1 ff de donat. cauſ. mort.* His præſuppoſitis pone ſic caſum. Mutuaui tibi pecuniam cum hoc pacto, vt ſi nauis ex Aſia venerit, pecunia ſit tua irreuocabiliter, & ſic non tenearis mihi reſtituere eam; ſi vero non venerit, tenearis mihi reſtituere pecuniam vna cum vſuris centeſimis, an valeat tale pactum. Et dicitur, quod ſic; quia creditor ſuſcipit in ſe periculum in caſu, quo nauis veniret, quæ conditio dicitur pœnalis; quia ſi extat, affert pœnam creditori. ex quo pecuniam amittit, ſi non extat, affert pœnam debitori propter vſuras centeſimas, quas ſoluit; vnde illæ vſuræ dicuntur pretium periculi, & ideo permittuntur creditori ad inſtar pecuniæ traiectitiæ, & hoc permittitur, dummodo in illam ſpeciem cõtractus non cadant, id eſt, dummodo ex tali conuentione non reſultet aliquis contractus ex illis, ex quibus naſcuntur condictiones, id eſt, actiones perſonales ad repetendum, prout eſt conditio ob cauſam, vt ſi do tibi pecuniam, ſi ſeruum manumittas, vel ſi Capitolium non aſcenderis, quaſi velit dicere, in iſto caſu non conſideratur periculi pretium; nam ſi tu adimples ex parte tua, ego non habeo repetitionem tanquam cauſa ſecuta, & non propter periculum; ſi vero non imples, habeo condictionem ob cauſam ad repetendum; & ſic tunc ſentit Iuriſconſultus, quod non valeret hoc pactum vſurarum centeſimarum. Idem etiam, ſi dono tibi cauſa mortis pecuniam, vt ſi moriar, ſit tua; ſi vero conualuero reſtituas mihi. nam tunc minime conſideratur periculum; quia ſi ego morior, erit tua ex cauſa donationis cauſa mortis: ſi vero conualuero, habeo condictionem ob cauſam ad repetendum, per iura præallegata.

Deinde ſequitur *verſ. nec dubitabis.* Nunc reuertitur ad primum caſum, ſcilicet quando creditor ſuſcepit in ſe periculum, & ponit duo exempla, primũ eſt, ſi aliquis piſcator erogauit ad apparatum, putà ad emẽdum ſibi retia, vel alia neceſſaria ad piſcandum, & ego mutuaui ipſi pecuniam ad hoc, cum pacto, vt ſi cepiſſet piſces, redderet mihi pecuniam cum vſura centeſima; ſi vero nihil cepiſſet, non teneretur mihi aliquid reſtituere.

Secundum exemplum eſt, ſi mutuaui pecuniam athletæ, id eſt, alicui pugnatori, qui volebat ſe exercere in pugna, vel in aliquo duello, cum hoc pacto, vt ſi viciſſet, redderet mihi pecuniam cum vſura centeſima, ſi vero non viciſſet; tunc ad nihil teneatur in omnibus iſtis caſibus, ſcilicet in primo poſito in princ. legis, & in iſtis duobus, eſt permiſſa pactio vſuræ centeſimæ propter periculum, quod creditor ſuſtinet, & valet promiſſio, etiam pacto nudo ſine ſtipulatione; licet regulariter ſit ſecus, vt ſupra dixi.

## Caſus in *l. Octaui. ff. vnde cognati.*

AD intelligentiam præmitte, quod bonorum poſſeſſio, vnde cognati, defertur cognatis ſolum, vſque ad ſeptimum gradum, & non vltra. *leg. 1. §. hac autem. ff. vnde cognat.* Sed vnde agnati defertur

ttt bon. poſſ. agnatis vſque ad decimum gradum, vt *in §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognat.*

Secundo eſt præmittendum, quod agnati poſſunt petere bonor. poſſ. vſque ad centum dies à die mortis teſtatoris ſiue defuncti, vt habetur *in l. 2. C. qui admit.* quibus centum diebus elapſis ſunt excluſi à dicta bon. poſſ. & poſſunt venire per ſucceſſorium edictum, quia ſuccedunt ſibi ipſis, & veniunt per aliam bonorum poſſeſſ. ſcil, vnde cognat. intra alios centum dies, vt *l. legitimus. ff. vnde cogn.* quia omnis agnatus eſt cognatus, ſed non è contra. *l. inter agnatos. ff. vnde legit.*

Tertio eſt ſciendum, quod quando agnati excluſi tempore, vt ſupra, vel capitis diminutione veniunt per vnde cognati, retinent vnum priuilegium agnatorum, & alterum admittũt. Priuilegium quod retinent, eſt, quia non obſtante, quod veniant, vt cognati, tamen admittuntur vſque ad 10. gradum, ſicut agnati. Priuilegium, quod amittunt, eſt, quia non admittuntur tanquam proximiores, ſed ita demum, ſi non ſit alius cognatus, qui ſit in gradu proximior eis, vnde ſi agnatus excluſus, qui modo admittitur vt cognatus, ſit in octauo gradu, poteſt admitti ad bon. poſſ. vnde cognati, licet cognatus vere, qui nunquam fuit agnatus, non admitteretur; verum ita demum admittitur, ſi non extet aliquis cognatus, qui ſit in viciniori gradu, puta in 6. vel 7. gradu, quia tunc talis agnatus per illum excluderetur, & hoc voluit dicere iſta lex.

Vnde iſtis præſuppoſitis, ſic pone caſum. Quidam fuit mortuus ab inteſtato, ſuperſtite ſibi vno agnato, qui erat in octauo gradu, ad quem de iure fuit delata bon. poſſ. vnde agnati, cum competat vſque ad 10. gradum, vt ſupra, & defunctus non habebat filios, nec alium proximiorem agnatum, iſte agnatus fuit capite diminutus, vel fuit tempore excluſus à petenda bon. poſſ. vnde agnati; quia paſſus fuit labi centum dies, volebat nunc venire per vnde cognati, & ſic ſuccederet ſibi ipſi, erat dubium, an poſſit. Ratio dubitandi erat, ꝙ non; quia iſte erat in octauo gradu, qui gradus eſt excluſus à ſucceſſione cognatorum. Iuriſconſultus determinat in contrarium. Et ſic conſtrue tex. poſſeſſio, ſcilicet vnde cognati, defertur agnato octaui gradus, & ſic id; quamuis non extiterit hæres iure legitimi hæredis, id eſt, quamuis non potuerit eſſe bon. poſſeſſor legitimus, ſcilicet per vnde agnat. Deinde ſequitur, vt proximo autem agnato, quamuis extiterit hæres, non defertur, id eſt, iſta bon. poſſ. vnde cognati, non defertur ei, vt proximo agnato, quamuis potuerit venire vt cognatus, etiam in octauo gradu; quia ſi reperit aliquem cognatum viciniorem, puta in 6. gradu, non admittitur vt proximus, quia ille, qui eſt in 6. eſt proximior eo, & excludit ipſum, & ideo Iuriſconſult. poſuit caſum in agnato octaui gradus, vt decideret caſum magis dubitabilem.

Deinde ſequitur §. *fratru.* in quo ſic pone caſum. Quidam habebat vnum nepotem ex fratre præmortuo, mortuus fuit ſine filiis, fecit teſtamentum, in quo inſtituit illum nepotem, & vnum alium hæredem, iſte nepos quærebat reducere teſtamentum ad cauſam inteſtati, ad hoc vt ipſe ſolus ſuccederet tanquam proximior, allegauit teſtatorem patruum ſuum fuiſſe mutum, & ſurdum, & ſic non potuiſſe teſtari; vnde volebat petere bon. poſſ. vt proximus cognatus, quæ debet peti intra centũ dies, vt ſupra dixi; ex die mortis teſtatoris erant elapſi centum dies; verum iſte nepos ſe excuſabat, & dicebat, quod non habuit notitiam infirmitatis teſtatoris, ſ: quod erat mutus, vnde volebat nunc incipere computare centum dies ſibi, ex die ſcientiæ; cum iſti dies ſint vtiles, & non currunt ignoranti, vt *d. l. 2. C. qui admitti.* dubitatur, an poſſit. Dicit Iuriſconſultus, ꝙ non, ſed debet ſibi computare dies à die mortis teſtatoris, vnde ſibi imputet, quare non petiit ante lapſum termini; quia non eſt veriſimile, quod vóluerit ignorare infirmitatem defuncti, cum ſit eius coniunctus, ſcilicet nepos, qui de iure præſumitur ſcire facta, & infirmitates conſanguinei ſui.

## Ad intelligentiam *l. 3. §. Item ſi reipublicæ. ff. ad leg. Falcid.*

TOTA difficultas huius §. conſiſtit in habendo intellectum, quæ dicantur vſuræ trientes, ideo præſuppono, quod vſuræ trientes deſcendunt ab vſuris centeſimis. nam vſuræ centeſimæ ponuntur vt vnum totum, ſupra quod tranſcendi non poteſt in materia vſurarum, vnde ponuntur ad ſimilitudinem aſſis, vt ſicut as habet ſemiſſem, beſſem, & trientem, ita etiam dicimus vſuras ſemiſſes, beſſes, & trientes, & omnes dependent à centeſimis, ſicut ab aſſe, vnde oportet ſcire, quæ dicantur vſuræ centeſimę. Et ſecundum opin. quam plurium doct. vſuræ centeſimæ dicuntur illæ, quæ in termino vnius anni aſcendunt ad ſummam ſortis, vt ſentit gl. *in l. eos, in ver. Tertiam. C. de vſur.*

Et ſecundum hanc expoſitionem vſuræ trientes comprehendunt tertiam partem centeſimarum, ſcilicet, quæ in tribus annis aſcendunt ad ſummam ſortis, & ita hoc exponitur per gl. & Alex. *hic*, & magis communiter Doct. ſecundum quam expoſitionem ponitur hic caſus, quod teſtator legauit reipublicæ decem in annos ſingulos, & dubitatur qualiter debet computari hoc legatum quo ad detractionem Falcidiæ, & dicitur hic, ꝙ videtur tantum eſſe legatum, quantum ſufficiat ſorti ad vſuras triẽtes eius ſummæ quæ legata eſt, colligendas. Vnde vult dicere, quod illud cenſetur legatum, ꝙ aſcendit ad ſummam ſortis, ex qua poſſint colligi vſuræ trientes, ponendo, quod ſumma legata ſit quantitas vſurarum trientum, & ſic ponẽdo, quod vſuræ conſiſterent in decem, ſors eſſet de triginta; nam de triginta percipiuntur decem anno quolibet pro vſuris trientibus, quia hæc eſt tertia pars centeſimarum,

ſum, vnde cenſentur legata 30. in caſu propoſito, & ſic Falcidiç nomine detrahentur ſeptem cum dimidio; quia tanta ſumma eſt quarta pars 30. & iſte eſt intellectus gloſſ. & Doctor hic verum, quia iſte intellectus caret ratione, & habet multas ll. contrarias, & per hunc nimis grauaretur hæres; quia haberet Falcidiam ſolum pro tribus annis, & non vltra; ideo dominus Soc. hic dedit alium ſingularem intellectum ad hunc §. & quia nimis obſcure loquitur, ideo declarando ipſum vna cum iſto. §. dicendum eſt hoc modo.

Et primo eſt aduertendum, quod non eſt verum, quod vſuræ centeſimę, ſunt illæ, quę aſcendunt ad ſummam ſortis, prout voluit hærere intentum hic §. nam verius quo ad hanc materiam dicuntur illę, quæ ſoluuntur ad rationem vnius pro centenario quolibet menſe, & ideo centeſimæ dicuntur; quia quolibet menſe ſoluitur centeſima pars ſortis nomine vſurarum, & ſic vnum pro centenario, ſecundum quam computationem elapſo anno aſcendunt ad ſummam 12. pro centenario, & hoc probatur ex his, quæ dicit Imperator *in Auth. de vſur. naut. §. 1.* vbi dicit, quod vſuræ nauticæ ſoluuntur ad rationem octauæ partis ſortis, & ſic octaua pars centenarii aſcendit ad ſummam 12. vnde illæ poſſunt dici vſuræ centeſimæ, ſcilicet quando ſoluentur 12. pro centenario vno anno, & ſecundum hoc vſuræ trientes conſiſtent in tertia parte centeſimarum, ſcilicet in tertia parte 12. vnde erunt quatuor, & inde concluſiue illæ dicuntur vſurę trientes, quando anno quolibet ſoluuntur ad rationem quatuor pro centenario. Et ſecundum hanc expoſitionem poteſt poni caſus, quod circa detrahendam Falcidiam, quādo teſtator legauit 10. anno quolibet reipublicæ, debet cenſeri tantum eſſe legatum, quanta eſſet ſors vſurarum trientum, poſito, quod decem eſſent vſuræ trientes, nam ſi facias computationem ad rationem ducatorum quatuor pro centenario, erit ſumma ducentorum quinquaginta, quo ad detractionem Falcidiæ; vnde hæres in effectu detrahet ducatos 62. pro ſua Falcidia; quia tanta ſumma eſt quarta pars 250. vnde ſi poneres, quod bona teſtatoris non valerent pluſquam 250. tanta erit Falcidia, & ſic in effectu hæres habebit quartam partem bonorum teſtatoris in caſu propoſito, tam reſpectu dominii, quam fructuum; tres autem quartę iudicantur, vt de rebus reipublicæ, & ſic reſpublica habebit tres quartas redditruum dictorum bonorum, & quarta pars erit hæredis. Concluſiue ergo ſequitur, quod illa decem legata æquiparantur vſuris trientibus, & ſoluentur tanquam redditus bonorum valentium ducatos 250. quorum bonorū quarta pars cenſetur hæredis, ſimiliter quartam partem fructuum detrahet; & quia tres partes cenſentur, ac ſi eſſent reipublicæ, ideo tres partes fructuum habebit reſpublica, & conſequenter illa decem annua, quæ iudicantur, vt de fructibus bonorum hæreditariorum, ſoluentur anno quolibet in effectu, hoc modo ſcilicet, quia hæres ſoluet 8. quolibet anno reipublicæ, & ſecundo detrahet pro Falcidia, quam habebit tanquam de fructibus rei ſuæ, ſcilicet quartæ partis bonorum teſtatoris, poſito vt ſupra, quod bona valuiſſent 250. quando fuerunt legata decem. Idem ſi teſtator haberet centum in bonis, & legaret quatuor annua; quia tria tantum ſolueret, & vnum ſibi retineret pro Falcidia; quia centum eſſent pro ſorte vſurarum trientū in quatuor ſecundum ſupra dictas computationes, & hæc fuit mens Soc. & videtur magis æquus intellectus.

## Ad intelligentiam *l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebell.*

PRIMO præſuppono, quod circa imputationem in Falcidiam & Trebellianicam, ita iura diſtinguunt; nam in Falcidia, quæ detrahitur de legatis particularibus, imputantur regulariter ea tantum, quæ capiūtur per hæredem iure hæreditario, id eſt, ea quæ capit vt hæres titulo vniuerſali, non autem ea, quæ habet iure legati. *l. quod autem, & l. in quartam. ff ad l. Falcid.* Sed in Trebellianica imputantur omnia, quæ capiunt iudicio teſtatoris, quomodocunque, & ſic plus fauetur Falcidiæ, quam Trebellianicæ, vt *d. l in quartam.* & ibi gloſſ. *in ver. à cohærede* & Bart. verum in hoc eſt differentia; quia quando ſumus in prælegato, ſi quidem conſiſtit in pecunia, & tunc totum imputatur in Trebell. ſiue accipiatur à cohærede, ſiue de pecūnia hæreditaria: ſi vero conſiſtat in ſpecie, vt in prædio; & tunc pro parte tantum hæreditaria imputatur in Trebell. pro parte vero, quam percipit à cohærede, non imputatur, ita nor. gloſſ. *in d. l. in quartam.* & ibi etiam Bart. & ita deciditur *in hoc §. nummis.*

Secundo præſuppone, quod quando teſtator inſtituit duos hæredes æqualiter, & grauat vnum de reſtituendo ſuam portionem alteri cohæredi, accepto vno prędio hęreditario, ex hoc oritur duplex fideicom. vnum, ſcilicet de dimidia parte hæreditatis, ad quam tenetur hæres cohæredi, & aliud de illo prædio, ad quod tenetur è conuerſo ille cohæres cohæredi pro hęreditaria portione. caſus eſt *in l. fideicom. §. cum eſſet. de leg. 3.*

Tertio pro intelligentia *verſic. diuerſa.* pręſuppone, quod quando teſtator facit duos hęredes æqualiter, omne dominium rerum hęreditariarū eſt eorundem hæredum pro dimidia, adeo, quod adita hęreditate in qualibet re hæreditaria, vnus habet dominium pro dimidia, & alius pro alia dimidia. *l. cum hæred. ff. de acq. poſſ.*

Quarto pro intelligentia *verſic. cum autem,* eſt ſciendum, quod quando teſtator facit duos hæredes, & vni cohęredi facit prælegatum de aliqua re hęreditaria, debet illud pręlegatum eſſe tantæ ſummæ, vt omnino alteri cohæredi, cui nihil eſt prælega-

legatum, remaneat quarta pars ſuæ portionis iure inſtitutionis; alias ſi illud prælegatum abſorberet etiam quartam partem cohæredis, & ſic eſſet vltra dodrantem illius portionis, poſſet cohæres illud legatum diminuere & retinere ſibi vſque ad quartam partem ſuæ portionis iure Falcidiæ, vt *in toto tit. ff. ad l. Falcid.* Ex quo apparet, quod hoc nomen, *Falcidia*, poſitum in princip. huius §. ponitur improprie pro Trebellianica, ſed in fine huius §. in *verſic. cum autem* ponitur proprie pro Falcidia, quæ detrahitur de legatis particularibus, & ſic de illo prælegato prædiorum.

His præſuppoſitis, pono caſum, ſecundum gloſſ. ad hoc, vt intelligatur text. & gloſſ. Teſtator habebat hæreditatem valentem 40. aureos, inſtituit hæredem Titium vniuerſalem, ſuper tota hæreditate, eundemque Titium rogauit, vt dictam hæreditatem reſtitueret Seio, acceptis à Seio centum vel de burſa ipſius Seii, vel de pecunia hæreditaria, nam in hoc non eſt differentia, vt dicit alia gloſſ. *in verſ. rogatur.* & etiam Alex. *hic.* Titius adiuit hæreditatem, & reſtituit Seio, habitis centum aureis ſecundum diſpoſitionem teſtatoris, dubitatur, an illos centum aureos computet ſibi in Trebell. & dicitur, quod ſic. nam totam illam pecuniam percipere videtur iure Falcidiæ, id eſt, Trebell. iudicio teſtatoris, perinde ac ſi de bonis hæreditariis retinuiſſet quartam partem, & 30. reſtituiſſet: vnde aliud detrahere non poteſt.

Sequitur *verſic. quod tunc quoque.* vbi ponitur caſus, pone, quod Titius, & Seius ambo ſunt hæredes inſtituti æqualiter in dicta hereditate, & Titius rogatus eſt reſtituere Seio partem ſuam, acceptis quinquaginta aureis, dicit idem eſſe, ſcilicet quod dictos quinquaginta aureos computabit ſibi Titius in Trebell & nihil aliud habebit, cum habeat partem quartam ſuæ portionis, quæ erat 200. aureorum.

Sequitur *verſic. diuerſa.* in quo pone caſum, retento eodem themate, quo Titius & Seius ſunt inſtituti hæredes, & in hæreditate erat vnum prædium valoris 50. aureorum, grauauit hæredem Titium de reſtituendo portionem ſuam Seio, retento dicto prædio hæreditario, dubitatur an totum illud prædium debeat ſibi imputare Titius in Trebell. & dicit, quod non; quia diuerſa cauſa eſt prædiorum, ſcilicet à pecunia retentorum, ſcilicet ex diſpoſitione teſtatoris pro hæreditaria parte, ſcilicet quam reſtituit Titius Seio, quaſi dicat, non eſt ita, quando teſtator iubet retineri prædia hæreditaria, ſicut quando iubet retineri pecuniam. Et ratio diuerſitatis eſt; quia pecunia omnis retineri poteſt de portione Titii, quaſi dicat, per pecuniam poteſt quælibet res æſtimari. *l. ſi ita fideiuſſorem ff. de fideiuſſ.* vnde iſte Titius habendo quinquaginta in pecunia, poteſt ex ea excomputare in portionem ſuam, & ſic in illis 200. aureis, quos reſtituit, & poteſt fingere, quod ab illis detraxit illos 50. aureos, quod non eſt ſic in prædio; nam in eo medietatem habet Titius iure hæreditario, & aliam medietatem habet Seius iure hæreditario; vnde quando Titius retinet iſtud prædium, illud habet iure, ſcilicet pro medietate habet iure proprio, & tanquam hæres, aliam medietatem habet iure prælegati à cohærede, qui dominium habebat pro medietate: vnde illam medietatem, quam habet iure hæreditario, ſibi computat in Trebell. & ſic 25. aureos. Illam vero, quam habet à cohærede iure prælegati, debet habere præcipuam; vnde deducet alios 25. aureos de portione, quã reſtituit Seio, & quæ ſit ratio diuerſitatis inter pecuniam, & prædium, vide gloſſ. *in l. in quartam. in verſ. à cohærede. in fin. ad l. Falcid.*

Sequitur *verſic. Cum autem*, vbi conſiſtit tota difficultas, in quo pone caſum, vt ſupra: verum illud prædium valebat 380. aureos, & ſic eſt varietas caſus, quia primo remanebat Seio quarta pars ſuæ inſtitutionis, non obſtante præſtatione prædii, nunc autem non remanet, quia valor prædii abſorbet fere totam hæreditatem, adeo, quod in reliquo hæreditatis remanent ſolum 20. aurei, quorum 10. contingunt Titio iure hæreditario, & alia 10. Seio iure hæreditario, ſi Titius modo reſtituit partem ſuam Seio, tenetur Seius ſibi dare illud prædium, in quo Seius habet medietatem iure hæreditario, vt ſupra.

Diſponit hic ergo Iuriſconſ. cauſa vitandi circuitus, quod ex quo Titius erat debitor Seio iure reſtitutionis ad illa 10. quæ remanebant ipſi Titio iure hæreditario, quæ erat grauatus Seio reſtituere, & econuerſo Seius erat debitor Titio ad medietatem illius prædii, quam medietatem habebat Seius iure hæreditario, & ad eam tenebatur Titio iure prælegati, ideo debet inter eos fieri compenſatio pro iſta cõcurrenti quantitate, id eſt pro iſtis 10. ſcilicet vt Seius retineat ſibi alia 10. ex illo prædio, & ſic ex parte ſua quam habet in illo prædio, & Titius ſibi retineat illa 10. quæ tenebatur reſtituere, & ſic fiet inter eos compenſatio. Vnde hucuſque habebit Seius 20 tantum aureos de tota hæreditate; & quia reſtituendo reliquum Titio vigore prælegati, reperitur Seius fraudatus in Falcidia, quam debet habere iure inſtitutionis, quæ Falcidia aſcendit ad numerum 50. aureorum vſque ad quem numerum Falcidiæ deficiunt Seio 30. aurei, ideo poteſt Seius defalcare de dicto prædio, quatenus ſuperfluum eſt, ſcilicet, vltra dodrantem dictos ducatos 30. & ſic complete ſibi numerum quinquaginta aureorum pro ſua Falcidia; reliquũ vero reſtituit Titio, & hoc volunt dicere illa verba, in ſuperflo prædiorum, &c. de reliquo vero pro concurrenti quantitate fit compenſatio. vt ſupra, ſcilicet in illis 20. & ſic iſtud allegat, quod de genere ad genus, vel de quota ad quotam fit compenſatio.

Ad

## Ad intelligentiam *l. in naue Saufeli. ff. locati.*

PRÆMITTE pro intelligentia, quod actio oneris auerſi dicitur proprie, quando conductor ſuſcipit in ſe periculum rei conductæ; tunc enim tenetur locatori hac actione. Verum ad hoc, vt competat hęc actio, plura requiruntur; primo quod ſuſceperit periculum conductor, & ideo dicitur oneris auerſi, quia omnem aduerſam fortunam in ſe ſuſcipit conductor, vt declarat gloſſ. *in l. qui officii. §. fin. ff. de contra. emp.* Secundo requiritur, quod tale periculum ſuſcipiatur in re aliena, non autem in propria, vt probatur hic, ibi; *quippe cum eius. &c.* Tertio requiritur, quod nulla alia actio competat, quia eſt ſubſidiaria, & non datur, vbi alia competit, vt declarat hic Paul. de Caſtr. qui dicit hanc l. poſſe exemplificari in iſtis mercatoribus, qui ſuſcipiunt periculum nauium onuſtarum, aſſecurando eas pro certa pecunia, nam tales poſſunt teneri actione oneris auerſi ſecundum eum.

Secundo præmitte, quod licet alias res ſemper pereat periculo domini, & obligatus in genere non liberatur per interitum. *l. incendium. C. ſi cert. pet. & l. pignus. C. de pigno. act.* tamen quando aliquis eſt obligatus ad genus reſpectu certæ ſpeciei, perempta illa ſpecie liberatur. *l. Titia textores. § fin. & l. quidam § pen. ff de leg. 1.* Eodem modo quando eſt obligatus in genere ſubalterno; quia perempto toto illo genere liberatur. *in l. in ratione §. incertæ. ff ad l. Falcid.*

Tertio præmitte, quod conductor tenetur ſolum de dolo, lata & leui culpa, non autem de leuiſſima, ex quo contractus locationis fit gratia vtriuſque. *l ſi vt certo. §. nunc videndum. ff commo.* & dicitur hic in fine.

His præſuppoſitis pone caſum hoc modo: Tres erant mercatores, qui volebant vehere certã quantitatem frumenti in quandam regionem, adiuerunt quendam Saufelum dominum nauis, & cum eo conuenerunt de vehendo dictum frumentum, quo ipſi volebant; qui Saufelus conduxit dictum frumentũ vehendum, pro certo pretio inter eos conuento; facta conuentione dicti mercatores appoſuerunt frumentum in naui, forte centum modios, pro quolibet, & illud ſimul commiſcuerunt in eodem loco & tradiderũt Saufelo, vt tantundem eis poſtea reſtitueret: facta contributione frumenti, deuenerunt ad quendam portum, & vnus ex illis tribus mercatorib. voluit ſibi recipere ibi partem ſuam, cui Saufelus conſignauit centum modios frumenti pro parte ſua, & deinde dedit vela, & ibat in locum deputatum cum frumento aliorum duorum: cum eſſet in itinere nauis onuſta ſubmerſa fuit, & ſic frumentum deperditum eſt: Modo iſti duo mercatores agebant contra Saufelum actione oneris auerſi, dicentes, tu Saufele commiſcuiſti totum frumentum, & ſuſcepiſti illud in poſſe tuo; quia tenebaris nobis reſtituere tantundem; ergo dominium in ſe tranſiuit; vnde ratione dominii, quod habebas, videris ſuſcepiſſe periculum in te, & ſic debes teneri de interitu actione oneris auerſi, ſaltẽ ad reſtituendum illud, quod alteri reſtituiſti, quod non eſt deperditum, vt ſaltem pro rata illi cẽtum modii diuidantur inter omnes tres. Quæritur, an Saufelus teneatur ad aliquid? Reſpondet Iuriſconſul. præmittendo prius, quod rerum locatarum duo ſunt genera, quaſi dicat, poſſunt locari res altero de duobus modis, quandoque ita locatur res, vt eadem reddatur, vt quando locantur veſtimenta fulloni: quandoq; locatur, vt non reſtituatur eadem in ſpecie, ſed eiuſdem generis, vt quando datur argentum poſtulatum, id eſt, bene purgatum & purum fabro, vt crateram vel anulum faciat: nam videtur ea intentione datum fabro, vt faciat crateram tanti ponderis, & eiuſdem bonitatis, ſiue faciat ex illa maſſa argenti, ſiue ex alia ſimili. In primo caſu domini manere, ſupple, reſpondi, in ſecundo in creditum iri, id eſt quia tranſit dominium in accipiẽtem, & propterea tranſit in creditum, ſ. in generale creditum, ſicut dicimus in mutuo, *l. 2. §. 1. ff. ſi cert pet.* Idem dicimus in depoſito, quod quandoque tranſgreditur fines depoſiti. *l. Titius. ff. depoſ.* vt eſt, quando deponitur pecunia non in ſacculo, ſed ad numerum, vt reſtituatur tantundem in genere; nam tunc tranſit dominium in accipientem contra naturam depoſiti. *d. l. Lucius.*

Hoc præſuppoſito ponit deciſionem ad caſum, ibi, ſecundum quem videri, ſupple, reſpondi, triticum factum Saufeli, id eſt tranſiuiſſe in eius dominium, ex quo fuit commiſtum, & tenebatur vnicuique mercatori ad tantundem, & ſic fuit recte datũ, ſcilicet mercatoris quia cum Saufelus eſſet dominus, potuit de eo diſponere dando illi petenti partem ſuam.

Sequitur *verſic. quod ſi ſeparatim,* vbi ponit diuerſum caſum, ſcil. quando dicti mercatores non confundiſſent frumentum ſimul, ſed vnuſquiſque poſuit partem ſuam in naui ſeparatim in cupis vel aliis vaſis ſeu tabularis, ita vt portio vniuſcuiuſque cognoſci poſſit. Tunc dicit Iuriſconſul. non potuiſſe vos permutationem facere, ſupple dictum verbum, reſpondi, quaſi dicat, quando frumentum erat diuiſum, non potuit Saufelus accipere partem vnius & dare alteri, & aſtringere vos mercatores inuitos ad permutandum, l. vt ille, cuius portio fuit alteri data, accipiat portionẽ illius, qui habuit partẽ ſuam, & ſic eſſet quædã permutatio, quæ nõ põt fieri inuitis dominis; nã tunc quando frumentũ remanſit diuiſum, nõ tranſiuit in dominiũ Saufeli, ſed quęlibet portio remãſit in dominio eius, à quo fuit inuecta in nauim. Et ex hoc ſequitur, quod ſi Saufelus tradidit portionem vnius alteri, poteſt ab eo vẽdicari per eum, cuius prius fuerat. Et ſi quęratur,

an

an tūc habeat locum actio oneris auerſi? dicit quod non, ibi; & ideo ſe improbare actiones oneris auerſi, ſupple, reſpondi, quaſi dicat, dictus Saufelus tunc conuentus hac actione poterit illam improbare, & dicere, quod contra eum non competit, ex quo datur rei vindicatio contra alium. Et quod non competat hæc actio, probat Iuriſconſul. per argumentum à ſufficienti partium enumeratione; quia ſiue merces fuerunt ita traditæ nautæ Saufelo, vt tranſiret in eum dominium, & iret in creditum, non videtur eſſe onus auerſum, id eſt non videtur nauta ſuſcepiſſe periculum per modū oneris auerſi, & ratio eſt illa, ſcilicet quippe, cum eius fuiſſent, ſed illa actio habet locum, quando quis ſuſcipit periculum in re aliena, non quando in re propria, vt hic, & ſupra dixi. Siue eadem res, quæ tradita eſt, reddi deberet, ſcilicet prout fuit *in verſic. quod ſi ſeparatim*. tunc locator habet actionem furti contra nautam; quia contrectauit rem alienam alteri tradendo inuito domino, & ideo ceſſat actio oneris auerſi, quæ dicitur ſubſidiaria, vt ſupra.

Sequitur *verſic. ſed ſi ita*. hic ponit deciſionem caſus noſtri, ſcilicet quod ſi fuit ita datum frumentum Saufelo, vt in ſimili poſſet illud ſoluere, ſcilicet ſoluendo tantundem in genere ſuo, prout fuit in iſto caſu, tenetur conductor, ſcilicet ipſe Saufelus ſolum de culpa, ſcilicet leui; quia iſte fuit contractus locationis, qui celebratur gratia vtriuſque, in quo ſolum leuis culpa venit, nec per hoc poteſt dici in culpa Saufelus, quod vni tradidit partem ſuam; nam hoc habebat omnino neceſſe facere, quia cum haberet reſtituere frumentum, erat ei neceſſe incipere ab vno, cui reſtitueret. vnde quia reſtituit lege permittente, non eſt in culpa, licet fecerit eius conditionem meliorem cæteris; quia iſtud caſu euenit propter ſubmerſionem nauis, & de iſto caſu non tenetur Saufelus. Nec obſt. quia ipſe erat effectus dominus frumenti, & erat obligatus in genere; quia erat obligatus in genere ſubalterno, ſcilicet ad reſtituendum frumentum de illo, quod erat in naui, vnde eo toto perempto liberatur. Item poteſt dici obligatus ad genus cōtemplatione certæ ſpeciei, id eſt cōtemplatione illius frumenti quod erat in naui, quo perempto liberatur, vt ſupra dixi in ſecundo euidentiali, & ſic remanet concluſio ex iſta l. quod dictus Saufelus nauta non teneatur aliqua actione, nec oneris auerſi, nec locati, ſed penitus liberatur propter caſum.

## Ad intelligentiam *l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati.*

PRÆMITTE pro intelligentia, quod obligatio, rem reſtitui, eſt diuidua quoad ipſam obligationem. Verum quo ad ſolutionem eſt indiuidua, vt ſi duo ſunt obligati ad eandem rem ex depoſito vel commodato, quilibet tenetur pro parte, & pro parte fit condemnatio; tamen ſoluendo partem non dicitur liberatus, niſi totam rem præſtet; & hoc quando ſumus in ſpecie commodata. Caſus eſt *in l ſi duo. in fi. ff. depoſ.* & not. Bart. *hic col. 2. & 3.*

Secundo præmitte, quod in cōtractibus, in quibus venit reſtitutio rei, cōſideratur duplex obligatio, ſ. primitiua, quæ naſcitur principaliter ad rem reſtituendam, & ſecundariam, quæ naſcitur ex poſt facto ratione doli, vel culpæ ad æſtimationem vel ad intereſſe. Quo ad primitiuam obligationem, quando ſunt plures commodatarii eiuſdem ſpeciei, quilibet tenetur pro parte, licet vnus præſtando partem non liberetur, vt ſupra per *d. l. ſi duo.* Quo vero ad ſecundariam obligationem, quando ambo committunt dolum vel culpam, quilibet tenetur in ſolidum, tanquam duo rei, & vno ſoluente alius liberatur, vt *hic in fin.*

Tertio præmitte, quod vſus rei conſideratur dupliciter, primo modo reſpectu perſonæ vtentis; & tunc dicitur indiuiduus, & pro parte tunc haberi non poteſt. *l. vſus pars. ff. de vſu & hab.* ſecundo modo reſpectu rei, ex qua percipitur vſus; & tunc eſt diuiduus, & poteſt haberi pro parte, vt *hic*, ſecundum Bart. *in 1. opp.*

His præmiſſis, totus iſte §. diuiditur in duas partes principales. In prima loquitur de obligatione primitiua, quæ contrahitur ad rem reſtitui, in qua concludit, q́ quilibet tenetur pro parte. In ſecunda loquitur de obligatione ſecundaria, quæ contrahitur ad æſtimationem, vel ad intereſſe, ratione doli vel culpæ, in qua concludit, quod quilibet teneatur in ſolidum. Secunda, ibi; ſed eſſe verius ait, &c.

Pone caſum. Titius commodauit duobus vnum vehiculum, dubitatur, qualiter iſti duo teneantur ad reſtitutionem vehiculi, & ſic ex obligatione primitiua, an in ſolidum vel pro parte. Iuriſc. volens decidere hunc caſum, quod teneantur pro parte, facit vnum aſſumptum arguendo, & in argumento, omittit maiorem, quæ debet eſſe talis, contractus cōmodati eſt contractus, qui re contrahitur. *§. Item is cui. Inſt. quibus mo. re contra. ob.* ſed in huiuſmodi cōtractibus nō poteſt quis obligari in plus, quam accepit. *l. cum vltra. C. de non num. pec.* Sed in propoſito iſti duo commodatarii non habent vehiculum penes ſe in ſolidū, ſed pro parte, q́ probatur; quia dominium vel poſſeſſio eiuſdē rei nō poteſt eſſe penes duos in ſolidum; ergo ſequitur concluſio quod iſti commodatarii minime debent teneri inſolidum ad reſtitutionem, ſed tantum pro parte. & ſic ex illo aſſumpto ſequitur tacite deciſio huius caſus.

Sequitur *verſic. Nec quemquam* hic iuriſconſul. reſpondet cuidam tacitæ obiectioni, quæ tendit contra id, quod dixerat, quod duo non poſſunt eſſe domini in ſolidum; nam videmus, quod duo poſſunt habere vnum fundum pro communi & indiuiſo, & tamen nullus cognoſcit partem ſuam; ergo dominium eſt penes eos inſolidum. Ad hoc reſpondet,

verum eſſe, quod non ſunt domini partis corporis, ſcilicet viſibilis. i. non ſunt domini talis partis, quæ poſſit ad oculum demonſtrari; non tamen ſequitur ex hoc, quod ſint domini inſolidū, ſed potius ſunt domini partis intellectualis, quia habent dominium totius corporis ſimul, non inſolidum, ſed pro parte indiuiſa, quæ percipitur iudicio intellectus.

Sequitur *verſicul. vſum autem balnei.* hic tollit vnum aliud obiectum. Similitudo prædicta debet procedere in dominio, & poſſeſſione; & verum eſt, quod non poteſt eſſe penes duos inſolidum; ſed nos loquimur in contractu commodati, in quo non transfertur dominium, nec poſſeſſio, ſed ſolum vſus; & tamen vſus poteſt eſſe penes duos in ſolidum, vt videmus in vſu balnei vel theatri; ergo iſti commodatarii debent teneri inſolidum. Ad hoc reſpondet, quod longa differentia eſt inter vſum balnei, vel plateæ, & vſum vehiculi; quia in primo caſu, ex quo locus eſt amplus, non vtitur minus vnus quam alius, quaſi dicat, poteſt vnus vti inſolidum, & alius inſolidum, quia vnus non præſtat impedimentum alii, & ſic quilibet percipit vſum inſolidum, abſque impedimento. Verum in vehiculo paruo non eſt ita, quia in effectu quilibet habet vſum pro parte, conſiderando vſum diuiduum reſpectu rei, non autem reſpectu perſonæ, vt ſupra dixi, quod patet, quia vnus non tenet omnia loca vehiculi, quoniam vnus ſtat in vna parte vehiculi, & alius in alia, nec vnus poſſet vti vehiculo in ſolidum, quia alterum impediret vti inſolidum, & in hoc differt à balneo, quia licet videatur idem in balneo, ſcilicet quod vnus non occupat omnia loca balnei; tamen eſt illa ratio, quia quilibet vtitur inſolidum, & vnus non impedit alium. Ex tota ergo iſta narratione ſequitur concluſio ad primum caſum, ſcilicet quod tenetur pro parte, & non inſolidum.

In ſecunda parte ibi; *ſed eſſe verius.* Pone caſum, quod dicti commodatarii ambo commiſerunt dolum, vel culpam in illo vehiculo, adeo, quod ipſum perdiderunt vel deuaſtauerunt, & ſic tenentur ad intereſſe, quæritur, an quilibet teneatur inſolidum in iſta obligatione ſecundaria.

Et concludit, quod ſic, quia iſte dolus, vel culpa reſpicit totam rem, & non poteſt conſiderari pro parte, vnde merito inſolidum tenentur tanquam duo rei, & vno ſoluente alius liberatur, & ſi res cōmodata eius ſurripiatur, competit ambobus actio furti contra ſurripientem, licet hodie ſit mutatum, quia ponitur in arbitrio domini, iuxta tex. *in l. maniſeſtiſſimi § ſin autē. & §. ſi in ſecunda. C. de furt.* & iſta eſt vera caſus poſitio, ſecundum Bartolum, Baldum, Paul. de Caſtr. & communiter omnes hic antiquos & mod. quicquid teneant gl. *hic*, quia earum intellectus communiter reprobatur,

## Ad intelligentiam *l. Placet. C. de pedan. iud.*

PRÆMITTE, quod cauſæ ſimplicis iuriſdictionis diuiduntur quo ad terminos huius l. in tres ſpecies, licet Bartol. in l. *Imperium.* facit ſex gradus. Prima ſpecies continet cauſas maximas, prout ſunt cauſæ liberales. Secunda continet cauſas medias, prout ſunt cauſæ vltra trecentos ſolidos, de quibus nō cognoſcunt minimi magiſtratus, vt *in §. & iudicare in Auth. de defen. ciuit.* licet Bartol. *in d. l. placet.* iſtas cauſas ponat cum cauſis liberalibus: tamen male loquitur; quia ſecundum ſuam expoſitionem cauſæ mediæ eſſent à trecentis aureis infra, quod eſt contra text. *in d. §. & iudicare.* & melius loquitur ipſe *in d. l. Imperium. col. fin.* Tertia ſpecies continet cauſas minimas, ſcilicet à trecentis aureis infra. In prima & tertia ſpecie nihil eſt mutatum hodie à iure antiquo; quia cauſæ maximæ nec olim, nec tempore *d. l. placet.* potuerant delegari; quia hodie per ius authenticorum poſſunt, vt ibi not. gloſſ. Item cauſæ minimæ & olim, & hodie poſſunt delegari, vt not. gloſſ. 1. *in d. l. placet.* Totum dubium remanet de cauſis mediis.

Secundo præmitte, quod olim cauſæ mediæ poterant indiſtincte delegari, etiam ob leuiſſimas occupationes, ſed per illam leg. eſt hoc correctum; quia præſes debet per ſe cognoſcere, & non delegare iſtas cauſas. Verum ne nimis reſtringatur poteſtas præſidis, eſt ſibi conceſſum, quod poſſit delegare cognitionem, reſeruata ſibi ſententia, etiam ſine occupatione. Si tamen eſſet occupatus ob cauſarum multitudinem vel ob publicas occupationes; tunc poteſt delegare etiam ſententiam.

Diuido iſtam l. in quinque partes. In prima ponit relationem iuris antiqui, & eius correctionem, vſque ad *ver. iſta tamen.* In ſecunda ponit vnam limitationem ad hanc nouam correctionem, vſque ad *ver. quod non ita.* In tertia parte excipit à dicta limitatione cauſas meri, & mixti imperii vſque ad *ver. quod vſque adeo.* In quarta parte reſpondet tacitæ obiectioni, & concedit præſidibus delegandi, reſeruata ſententia, vſq; ad *ver. dum tamen.* In quinta parte à dicta conceſſione excipit cauſas liberales.

Caſus ita ponitur. Coram præſide prouinciæ ventilabatur quædam cauſa vltra trecentos ſolidos, quæritur an poſſit illam delegare. Dicit Imperator, quod olim poterat, hodie nō. Dicit enim: placet nobis, præſides adhibere examen ſuæ notionis de his cauſis, in quibus ipſi quidem non poſſent cognoſcere, ſcilicet de facto propter occupationes antehac, id eſt olim dabant iudices pedaneos, id eſt volumus, quod præſides hodie ipſi cognoſcant, & non delegent de illis cauſis, de quibus cum ipſi non poſſent cognoſcere propter aliquas forte leues occupationes, & antehac indiſtincte delegabant, & per hoc eſt correctum ius antiquum, & lo-

& loquitur de cauſis mediis Hic eſſet continuanda pars, ſcilicet *ver. quod vſque adeo.* ſecundum Iac. de Aret. tamen ego lego per ordinem.

Sequitur ſecunda pars *in ver. ita tamen.* hic ponitur limitatio, ſcilicet ita demum procedit hęc prohibitio delegandi, ſi pręſes non eſt occupatus propter multitudinem cauſarum, vel alias publicas occupationes, nam ſi occupatus eſt propter iſtas magnas occupationes, poteſt delegare penitus, etiam quo ad ſententiam, ſecundum communem intellectum Bart. Bald & Iac. de Aret.

Sequitur tertia pars *in ver. quod non ita.* hic reſtringit iſtam limitationem, ſcilicet vt intelligatur ſolum in iſtis cauſis mediis; non autem in cauſis meri & mixti Imperii, in quibus iudex procedit ex ſuo officio nobili; quia iſtas nullo modo poteſt delegare, etiam propter publicas occupationes, niſi in ſolo caſu abſentiæ, vt *leg. 1. §. huius rei. ff. de officio eius.*

Sequitur quarta pars, quæ eſt valde obſcura, ſuper qua facio vnum obiectum. Tu imperator cupis honorare præſides, & tamen hic diminuis eorum iuriſdictionem; quia prohibes eos delegare poſſe cauſas medias, & ſic iſte *ver. quod vſque adeo.* reſpicit principium l. Reſpondet Imperator, quod vſque adeo in præſidium cognitione retinendum eſt, vt eorum iudicia non diminuta videantur, id eſt, iſta prohibitio delegandi cauſas medias, eſt ita intelligenda, vt non videatur eſſe diminuta poteſtas præſidis, ſed magis aucta & honorata, ſcilicet quod ſi vult delegare cognitionem cauſarum mediarum, poteſt reſeruari ſibi ſententia, quia reſeruando ſententiam eſt ſibi honor in iudicando, & ſic remanet ſua poteſtas libera in delegando cognitionem, ſicut olim, & remanet honoratus in iudicando, & ex hoc patet, quod correctio iuris antiqui ſolum procedit in ſententiando, non autem in cognoſcendo, & propterea iſte verſic. debet coniungi cum principio leg. verum quando iudex delegat reſeruata ſententia, debet cauſam audire ter, per *authent. ad hæc. C. de iudic.*

Sequitur quinta pars ibi; *dum tamen.* hic excipit cauſas liberales ab iſta conceſſione, ſcilicet eſt permiſſum præſidibus delegare cauſas, reſeruata ſententia, dum tamen non delegent cauſas liberales, ſed ipſi diiudicent, & cognoſcant de dictis cauſis, ſicut de cauſis meri Imperii, ex quo iuſtę ſunt cauſæ maximę, & differũt à mediis, & iſte eſt verus ſenſus huius tex. ſcilicet, vt ille *verſ. dum tamen.* referatur ad proximum ver. quicquid dicant glo. & alii doct. qui inuoluunt verum intellectum iuris text.

## Super *l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid.*

PRo faciliori ingreſſu ad declarationem iſtius *§. quod vulgo,* qui prout exorditur hic Bart: eſt valde difficilis, & iuuenibus horribilis, opportunum putaui præmittere, primo aliqua ad materiam tituli facientia, & deinde ſpecialius pręmittere ad intelligentiam huius §. cum enim iſte §. ſit ſituatus in tit, *ad l. Falcid. in l. in ratione. la* 1. & non ſit principium tituli, non poſſet de facili haberi totalis cognitio caſus iſtius §. niſi aliqualis cognitio principii materiæ ipſius tituli pręcedat. *arg. l. argentarius §. edi. ſupra de eden.* vt facit ille ſummus edictorum interpretator Vlpianus *in l. 1. ſup. de neg. geſt. & in l. 1. ſup. de min. & in l. 1. ſup. ad l. Aqu. & in quam pluribus aliis titulis.*

Vnde ad intelligentiam Rubricę, & totius tituli pręſuppono, quod poſt leges conditas in ciuitate Romana ſuperueniente diſcordia inter nobiles, & plebeios Romanos, per quam plebs ipſa ſeceſſit in montem Auentinum, & ibi per ſe creabat officialẽ, qui tribunus appellabatur, ad cuius ſuggeſtionem plebs ipſa leges faciebat, quæ leges, plebiſcita appellabatur, prout hæc omnia dicit tex. *in l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de orig. iur.* quæ plebiſcita compoſita poſtmodum pace per legem Hortenſii Regis, cœperunt habere vim legis generalis, vt habetur *in §. plebiſcitum. Inſt. de iure natur.* & probatur *in l. 1. ſupra ad l. Aquil.* vbi lex Aquilia dicitur vnum de plebiſcitis. *& in l. plebiſcito. ſupra de offic. præſid.* Eo autem tempore, dum plebs diuiſa manebat, fuit creatus quidam Tribunus plebis, qui Falcidius appellabatur, ad cuius ſuggeſtionem fuit facta dicta lex Falcidia, quæ accepit denominationem à Falcidio Tribuno, ſicut lex Aquilia accepit denominationem ab Aquilio Tribuno, vt *d. l. 1. ſupra ad l. Aquil* ſicut etiam Senatuſconſultum Trebellianum accepit denominationem à Trebellio conſule. *l. 1. inf. ad Trebell.* & hoc ſecundum vnam expoſitionem, quam facit tex. *in c quadam. 1. diſt.* quam etiam tenet Pet. Phil. Cor. *in conſil. 236. col. 2. in 3. vol.* Et ſecundum iſtam expoſitionem lex Falcidia dicitur plebiſcitum.

Secunda expoſitio eſt, quod lex Falcidia fuit condita à populo Romano, ad interrogationem cuiuſdam Falcidii conſulis, & ab eo accepit denominationem, & hoc probat tex. *in l. 1. in prin. in ver. rogatum, iuncta gl. 1. ſup. eo.* & ſecundum hanc expoſitionem eſt vera lex, vt *in §. lex eſt. Inſt. de iure natur.*

Tertia expoſitio eſt, quod lex Falcidia dicitur à falce; ſicut enim falx reſecat granum; ita hęc lex reſecat legata. Et hanc expoſitionem approbat Bart. *in d. l. 1. in princ. ſup. eo.* ea ratione attenta, quod etiam Trebellianica appellatur quandoque Falcidia à falce Et quælibet expoſitio poteſt eſſe bona.

Venit autem iſta lex Falcidia ad correctionem legis antiquę duodecim tabularum, per quam erat indiſtincte permiſſum teſtatoribus totam eorum hæreditatem diſpergere in legatis, & hæres ſcriptus nihil habebat: nam cauebatur in lege 12. tab. vti legaſſet ſuæ rei quiſque, ita ius eſto. *l. verbis. ff. de ver. ſign. & Inſt. de leg. Falcid. in princip.* Vnde eueniebat,

bat, quod hæredes ſcripti videntes, quod nihil ad eos perueniebat de hæreditate, repudiabant hæreditatē, & ſic homines decedebant inteſtati. Quod conſiderans Falcidius ille Tribunus plebis vel conſul, ſecundum aliam expoſitionem, introduxit legem Falcidiam, prohibendo teſtatoris diſponere vltra dodrantem, & hoc ex decreto plebis, vel populi Romani, prout fiebant plebiſcita, vt leges. Et ſi vltra diſpoſuiſſet teſtator, introduxit reſeruationem quartæ partis, ita, quod in omnem euentum hæredi remaneat quarta pars iure Falcidiæ, quam habet iure inſtitutionis. Et ſic facit Falcidia inducta propter publicam vtilitatē; nam intereſt reipublicæ, quod homines decedant teſtati, iuxta ea, quæ habentur *in l.1.C.de ſacroſan.Eccleſ.* Hæredes enim propter illud emolumentum quartæ partis nō repudiabunt hæreditatem, vt declarat Bald. *in l.1. col.fin. C. comm. de leg.* & eſt tex. *in l.1.§.Secundo c. ſup. eo. & Inſt. ad l.Falcid. in prin.*

Item eſt ſciendum, quod iſta detractio Falcidiæ conſiderari poteſt tripliciter; nam quandoque teſtator legat vltra vires hæreditarias; & tunc bis fit defalcatio, nam ante omnia defalcatur illud, ꝙ eſt vltra vires, & adæquantur legata virib. patrimonii. & hæc prima defalcatio fit etiam de legatis ad pias cauſas, ſecundum Bar. *in auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid.* quia in hoc non ſubeſt æquitas iuriſgentium, ſ. vt ſoluantur legata vltra vires, vt declarat Soc. *in rub. inf. ad Trebell. in 1. col.* Demum adæquatis legatis cum viribus patrimonii, poſtea fit ſecunda defalcatio per legem Falcidiam pro quarta parte, tex. eſt *in l. ſi poſt miſſionem. & l. in quantitate. § fin. inf. eo.* & iſta ſecunda non fit de legatis piis, ita procedat *d. auth. ſimiliter.*

Quandoque & ſecundo teſtator legat totum ſuum patrimonium, & nihil vltra; & tunc fit vnica tantum detractio, ſcilicet quartæ partis de ſingulo legato pro Falcidia. *l.1 in prin. ſup. eod.*

Quandoque & tertio teſtator legat vltra dodrantem, non tamen totum patrimonium abſorbet, vt quia aliquid remanet hæredi, puta vna vncia; & tūc non fit defalcatio totius quartæ partis, ſed tantum pro rata, ita vt hæres conſequatur ex legatis duas alias vncias, vt habeat integrum quadrantem, & non vltra, ꝗ hæc omnia declarantur per Iuriſconſultum *in d.l. in quantitate. §. fin.*

Iſtis primo præſuppoſitis quantum ad materiam tituli, deſcendo propius ad materiam. §. *quod vulgo.* & ad hoc, vt aliquantulum eius difficultates aperiantur, antequam ponam caſum, præſuppono primo pro eius intelligentia, quod in detrahenda Falcidia de hæreditate alicuius, debet ante omnia deduci æs alienum, non ſolum, quod extraneis debetur, verum etiam, quod debetur ipſi hæredi, & etiam funeris impenſa. tex. eſt *in lege 1. §. fin. ſupra eod. & l. irritum. C. ad leg. Falcid.* & de eo, quod remanet, detrahitur Falcidia. Pono exemplum, ſi teſtator habet 400. in bonis, & eſt debitor ad 200. certe ſi Falcidia detraheretur de tota hæreditate, hæres deberet habere centum pro Falcidia. Sed non eſt ita; quia ante omnia deducuntur illa 200. tanquam æs alienum, & de aliis 200. hæres detrahit Falcidiam, & ſic habebit ſolum quinquaginta. Et ex hoc cauſatur primum dubium huius §. *in verſ. quamuis, &c.* quia ſi legata in primis tabulis ſoluuntur vt æs alienum; ergo non deberent pati Falcidiam; quia ante omnia deduci deberent; & tamen aliter hic determinatur, per rationem, quam dicam in poſitione caſus.

Secundo præſuppono, quod ſi teſtator facit vnum hæredem, & ab eo facit multa legata, & deinde iſte hæres facit alium hæredem; & facit alia legata, tenetur ſecundus hæres ſoluere integra legata primi teſtamenti, tanquam æs alienum, & de illis non detrahit Falcidiam. ita probatur in iſto §. pro ratione dubitandi, quæ ſumitur *ex l.1. §. fin. ſupra eod.* ſed de legatis factis in ſecundo teſtamento poteſt detrahere Falcidiam. Et iſta erat ratio dubitandi in iſto §. quia duo videbantur hic teſtamenta, ſcilicet vnum patris, & aliud filii: ergo legata in teſtamento patris deberent ſolui integre tanquam æs alienum, & non deberent poni in contributionem ad faciendum conſequi maiorem Falcidiam hæredi; & tamen determinatur contrarium, & rationem videbimus in poſitione caſus.

Tertio præſuppono, quod ſi teſtator, qui facit ſubſtitutionem pupillarem tempore mortis ſuæ habebat 400. in bonis, & facit legata à pupillo, & etiam à ſubſtituto; tunc omnia damna vel augmēta, quæ ſuperueniunt in hæreditate, cedunt in damnum vel augmentum hæredis, & ſic ſubſtituti, nō autem legatariorum; vnde ſi quando moritur pupillus, reperiuntur ſolum 300. in hæreditate, ſubſtitutus hæres nihil habebit pro ſua Falcidia; quia illa centum, quæ ſunt diminuta, excomputantur ſibi in Falcidiam, & omnia 300. tenetur ſoluere pro legatis, & ſi in plus eſſet diminuta hæreditas, tenetur illud plus refundere de propriis facultatibus vſque ad ſupplementum 300. pro legatis, vt dicit hic Alex. *in 2. colum.* Idem è conuerſo, ſi hæreditas pupilli eſſet aucta vltra 400. nam tunc hæres ante omnia detrahit illud augmentum, & poſtea centum pro Falcidia, & reliqua 300. ſoluit legatariis, de hoc eſt tex. *in l. in quantitate. in princip. inf. eod.*

Quarto præſuppono, quod quando in eodem teſtamento ſunt facta legata aliqua pure, & aliqua ſub conditione, quæ ſimul iuncta excedunt dodrātem; tunc hæres ſoluendo legata pura, poteſt petere à legatariis cautionem, quod adueniente conditione aliorum legatorum, habeant ſibi reſtituere illud, quod plus acceperunt iure Falcidiæ. de hoc eſt tex. *in l.1. §. interdum ſup. eod. & in l. in quantitate. § ſed & ſi legata. inf. eod.* Et ſi conditio purificatur antequam ſoluantur pura, tunc fit omnium cōtributio, & de omnibus Falcidia detrahitur, vt *d. §. interdum.*

Quin-

Quinto præmitto, quod quãdo teſtator facit aliqua legata ab inſtituto, & aliqua à ſubſtituto pupillari, legata facta à filio inſtituto cenſentur pura; ſed relicta a ſubſtituto, cēſentur ſub cõditione in eodē teſtamento relicta, videl. ſub conditione, ſi pupillus moriatur in ætate pupillari; vnde ſubſtitut⁹ tenetur ſoluere legata à pupillo tãquam pura, & legata à ſe, tanquam conditionalia, & cõditione purificata per mortē pupilli, hoc probatur in iſto §. *quod vulgo. in fi.*

Sexto præſuppono, quod licet ſubſtitutio pupillaris dicatur teſtamentum filii, & ſic duo videãtur teſtamenta, alterū ſc. patris, & alterū filii; tamen in rei veritate vnum eſt teſtamentum, adeo, ꝙ de omnib. legatis in relictis tam in teſtamento patris, quam filii, iudicatur tãquam de relictis in vno, & eodem teſtamento, tex. eſt *in l. patris & filii. ſupr. de vul. & pup.*

Septimo & vltimo præſuppono, quod de iure Digeſtorū, ac etiam de iure antiquo Codicis, hęres nõ tenetur ad legata vltra vires hęreditarias; non enim tenetur de ſuo ſoluere, caſus eſt *in l. 1. §. ſi ii qui 400. infra, ad Tre. & l ſi vniuerſ. C. de legat.* Hodie tamē eſt correctum per ius Authenticorum, nam tenetur indiſtincte vltra vires hæreditarias, ſi non conficit inuentarium, per *auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Fal.* & habetur plene *in l. fin. C. de iure delib.* & not. Alex. & cõmuniter Doct. *in d. §. ſi ii qui 400.*

Iſtis ſic pſuppoſitis, diuido hũc §. in quatuor partes. In prima parte enunciando ponit quandam regulam cum quęſito. In ſecunda ponit vnū effectum, qui reſultat ex illa regula, qui effectus eſt contributio legatorum. In tertia ponit alium effectum, quē declarat per exemplū. In quarta reſpondet cuidã tacitæ obiectioni. Secũda incipit ibi; *quãuis enim, &c.* Tertia ibi; *ſecundū quod, &c.* Quarta ibi; *nec adrē, &c.* Ego puto melius dici, quod in prima parte ponitur vnum quæſitū de poteſtate & effectib. vulgaris regulę; vnde omnes Dd. diuidētes hunc tex. qui dicũt; quod in prima parte ponitur regula vulgaris, puto, quod non bene loquuntur; quia IC. non ponit hic iſtam regulã deciſiue, ſed potius enunciatiue, & ſolum quærit, quem effectum habeat iſta regula, præſupponendo, quod alibi habetur hæc regula, & non hic, vt patet euidenter ex verbis l. In 2. parte reſpõdet ad quæſitum, ponendo vnum effectū, præmiſſa prius ratione dubitãdi, ibi; *quamuis enim, &c.* In tertia parte ponit vnam conſequentiam, quę poteſt ſequi ex dicto primo effectu, ibi; *ſecundum quod, &c.* In quarta reſpõdet tacitæ obiectioni, ibi; *nec ad rē. &c.* Et ſic eſt melius dicere in 3. parte, quã vt dicunt Dd. ſc. quod ibi ponatur ſecundus effectus regulæ; quia ita conſequētia contingens non reſultat immediate à regula, ſed potius ab effectu regulæ, ſc. à cõtributione legatorum. & hæc eſt melior diſtinctio iudicio meo, quam illa, quam facit hic Bart. & Doct.

Et per iſtam nouam diſtinctionem infero, quod poſitio caſus, quam facit gl. 1. hic non eſt bona; quia concludit ad illud quæſitum, ſcil. vtrum ſubſtitutus poſſit detrahere duas Falcidias, ſcilic. vnam ex teſtamento patris, & aliam ex teſtamento filii. Et non eſt hæc intentio Iuriſcõſulti, velle quærere de hoc Nã iſtud narrat enunciatiue, vt dixi. Sed potius eius intentio eſt, velle quærere, quem habeat effectum hęc regula enunciata; & reſpondet, quod habet effectū contributionis legatorum, vt *in tex.*

Vnde caſus in terminis & magis cõueniens literę ita poteſt figurari. Teſtator habebãt 400. in bonis, inſtituit filium pupillū hęredē, & legauit ab eo 200, & fecit ſibi ſubſtitutionem pupillarem, ſubſtituēdo ſibi Mæuiū, à quo ſubſtituto legauit alia 200. Mortuo teſtatore fuit mortuus pupillus, antequã legata à ſe relicta ſolueret, & ſic factus eſt locus ſubſtitutioni. Subſtitutus adiens hæreditatem inuenit eã totam eſſe exhauſtam legatis; vnde volebant detrahere Falcidiam, & ad hoc vt haberet maiorem Falcidiam, dicebat, ego volo contribuere legata facta in primis tabulis, cum legatis, factis in ſecundis; quia contributione facta reperitur hęreditas quadringētorū, tota diſperſa legatis, vnde volo de omnib. detrahere quartam partem, & ſic habere centūpro Falcidia. Ex aduerſo replicabant legatarii, in primis tabulis, & dicebãt, iſta ſunt duo teſtamēta; vnde legata relicta in primis tabulis debēt ſolui vt æs alienū; ſed nos habemus, quod Falcidia detrahitur deducto ære alieno. *l. 1. §. fin. ſupr. eod. & l. irritū. C. eodem.* vnde ſoluas primo iſta prima legata ducentorum integra, & deinde deducas Falcidiam de aliis ducentis reſtãtibus, & ſic habeas ſola quinquaginta pro tua Falcidia. Ex aduerſo replicabat hæres, quod iſta non ſunt duo teſtamenta, imo habētur pro vno. *l. patris & filii. ſupr. de vul. & pup.* vnde merito debet fieri contributio legatorum ad maiorem Falcidiam detrahēdam. Stante ergo iſto cõflictu, & reluctatione inter hęredem ſubſtitutū & legatarios primarum tabularum, fuit habitus recurſus ad Papinianum ICtum, vt deberet hunc caſum decidere. Corã quo fuerunt producta iura, & allegationes vtriuſq; partis. Et primo pro parte hæredis dicebatur, quod in iure eſt vna vulgaris regula, ꝙ in tabulis patris & filii vna Falcidia detrahitur; ergo ambo teſtamenta reputãtur pro vno; nam ſi duo eſſent teſtamenta, duæ Falcidiæ deberent detrahi. Ergo de omnib. legatis debet iudicari, ac ſi in vno teſtamento eſſent relicta, & per cõſeqnens debet fieri eorum contributio. per *d. l. patris & filii.* Ex aduerſo pro parte legatariorum in primis tabulis dicebatur, quod imo iſta duo ſunt teſtamēta, vt dicit tex. *in §. igitur. Inſt. de pupil ſubſt.* vnū ſcilic. patris, & alterum filii; ergo legata primarum tabularum debentur vt æs alienū, & ſic ante omnia debent integra ſolui, & de reliquo detrahi Falcidia. per iura ſuperius allegata; & hoc videbatur decidendum pro ratione dubitandi. Verum iſta ratione dubitandi nõ obſtante, Papinianus IC, determinat contra legatarios. Et primo format quæſitum ſuper regula vulgari, ſcil. illud, quod vulgo dicitur in tabulis patris & filii,

filii vnam Falcidiam ſeruari, quam poteſtatẽ habeat videndum eſt, id eſt, videamus, & diſcutiamus, quẽ effectum habeat illa vulgaris regula allegata pro hęrede, quod vna tantum Falcidia detrahitur de teſtamento patris, & filii, & hæc eſt prima pars.

Sequitur ſecũda pars *in verſ. quamuis.* & hic ponitur reſponſio ad quæſitũ, præmiſſa ratione dubitandi, & dicit in effectu, quod dicta regula habet hunc effectum ſcil. contributionis legatorum. Quamuis enim ſubſtitutus, quę à pupillo relicta ſunt, cũ filius hæres extiterit, vt æs alienum quodlibet debeat, tamen, propter ea, quæ data ſunt in tabulis ſecundis contributioni locus eſt. Quę verba declara hoc modo; licet. n. ſubſtitutus teneatur ſoluere legata à pupillo, vt æs alienum; ex quo iſtud erat debitũ pupillare, & licet à pupillo debeatur vt legatum; tamen à ſubſtituto debetur vt æs alienũ, & in rei veritate ex perſona propria ipſe ſubſtitutus non detraheret Falcidiam, ſicut non detrahitur ex ære alieno, ſecundũ opin. Dyn. & Bart. hic ſubtiliter intellectam: tamen propter ea, quę data ſunt, id eſt, propter legata facta à ſubſtituto, quæ abſorbent totã hęreditatẽ, eſt locus cõtributioni legatorum; quia ſubſtitutus mixtim ex perſona ſua, & ex perſona pupilli deducet Falcidiã. Ex perſona ſua videl. pro legatis à ſe, & ex perſona pupilli pro legatis à pupillo, ex quo iſtud ius ſtabat etiã radicatũ in pupillo, quia non tenebatur ſoluere legata à ſe, niſi præſtita cautione, de qua *in l. 1. §. interdũ ſup. eod.* ſc. pro legatis conditionalibus factis à ſubſtituto; ergo purificata conditione ante ſolutionem legatorum ſubſtitutus ſuccedit in illud ius pupilli, & ſic poteſt dicere, ego volo coniũgere legata & ex perſona mea detrahere ex legatis à me: ex legatis vero à pupillo, ex perſona pupilli; quia ex mea non poſſunt, ex quo debeo illa vt æs alienũ. Et iſte eſt verus intellectus, & cõmunis, & valde ſubtilis, quem tenet hic Bar. *in 4. oppoſit.* & ſic legata in ſecundis tabulis ſunt cauſa contributionis, & detractionis Falcidiæ. Ideo dicit, propter ea, quæ data ſunt, &c. nam ſi nihil legatum eſſet in ſecundis, nullum ius detrahendi quæſitum eſſet nec pupillo, nec ſubſtituto; quia bona inſtantia ſufficiebant.

Poteſt etiã dari alia expoſitio, quæ tangitur à gl. videl. quando nulla alia legata facta eſſent in ſecundis tabulis, ſubſtitutus teneatur ſoluere integra relicta à pupillo, vt quodlibet æs alienũ, ſc. ſine detractione Falcidiæ; & ratio eſt; quia inſpectis illis primis legatis, quę cõtinebãt ſola 200. nõ erat opus detrahere Falcidiam; quia hæredi remanẽt alia ducẽta; tamen propter ea, quę ſunt relicta in ſecundis tabulis, ſc. à ſubſtituto, eſt locus contributioni, id eſt, quia ſecũda legata debent coniungi cum primis, & facta iſta coaceruatione, de omnibus deducitur vna Falcidia, & ſic centũ, & ſic legata in ſecundis tabulis ſunt cauſæ deductionis Falcidiæ, quia illa complent exceſſum dodrãtis, & ideo dicit, proptera quę, &c. Nec obſtat, quod relicta in primo teſtamento debentur vt æs alienum; quia fateor, quando duo ſunt teſtamenta; ſed hic eſt vnum; ideo fit cõtributio legatorum, & vna Falcidia detrahitur, tanquam de legatis factis in vno teſtamento. Verũ licet iſta ſecunda expoſitio videatur magis clara, tamen non bene euacuat contrarium. de hoc eſt tex. qui videtur ſibi ipſi contradicere dum fateatur ſubſtitutum debere vt æs alienum, &c. vt dicit hic Bart. *in 4. oppoſit.*

Sequitur tertia pars ibi; *ſecũdum quod.* hic ponitur vna conſequentia contingens, quæ poteſt ſequi ex primo effectu contributionis. Dicit enim ſecũdum quod poteſt euenire, ne ſubſtitutus quicquam retineat, vel vt longe plus habeat quartam paternæ hæreditatis. quid ergo ſi non ſufficiat pupilli hęreditas legatis, cum patris ſufficiet? De ſuo quadrante nimirum dabit ſubſtitutus, quæ pater legauit de ſuo.

Et pro declaratione huius tertiæ partis aſſume, quod dixi ſupra *in 3. euidentiali.* Nam ex iſta contributione poteſt ſuccedere, quod quandoq; ſubſtitutus nihil habeat de tali hæreditate, & poteſt ſuccedere, quod vltra quartam habeat, & totũ hoc depẽdet ex augmento & diminut. one hæreditatis pupilli; nam ad Falcidiam detrahendã ſemper inſpicimus valorem, qui erat tẽpore mortis teſtatoris, vt *d. l. in quantitate in princ.* omnia enim damna, & augmenta poſtea ſuperuenientia, non proſunt, nec nocent legatariis, ſed tantum hæredi. Quid ergo ſi non ſufficiat, &c. quaſi dicat, ſi teſtator habeat 400. in bonis, & omnia legauit in primis & ſecundis tabulis, mortuo teſtatore pupillus tantũ vixit, quod conſumpſit centum de iſta hæreditate, vel augmentauit eam in cẽtum: certe ſi conſumpſit, hæreditas patris ſufficiebat legatis; quia tempore mortis patris erant in eſſe omnia 400 quę ſufficiebant legatis. detracta tamen Falcidia; ſed hæreditas pupilli non ſufficit, propter illam diminutionẽ; quia ſola 300. ſuperſunt, in hoc caſu ſoluet de ſuo quadrante legata, quæ pater legauit de ſuo patrimonio, id eſt. quia ſubſtitutus ſoluet integra 300. legatariis, & illam diminutionem computabit ſibi in Falcidiam, & ſic in ſuum quadrãtem, vnde in effectu nihil habebit. Vnde ſoluet legata de ſuo quadrante, id eſt, de ſua Falcidia cõplebit omnia 300. & ſibi nihil retinebit. Et econuerſo quando eſſet augmentum, ante omnia deducet illud augmentum, & poſtea detrahet Falcidiã de 400. & ſic habebit alia cẽtum, & reliqua 300. ſoluet legatariis, & in iſto caſu habet longe plus, quam ſit quarta hæreditatis. Et ſic patet, quomodo iſta contributio quandoque eſt damnoſa, & quandoque vtilis hæredi.

Sequitur quarta pars ibi; *nec ad rẽ, &c.* vbi reſpondet tacitæ obiectioni, quæ talis eſt: Subſtitutus per hoc reperitur grauatus in ſecũdis tabulis vltra vires hæreditarias; nam in hęreditate pupilli ſunt tantum 300. & ipſe detrahit Falcidiã, vt de 400. & ſic tenetur vltra vires, quod non fit ſecũdum iſta iura, vt dixi ſupra *in 5 euidẽtiali.* nam deberet detrahere Falcidiam de illis 300. quę reperiuntur ineſſe in hæreditate

tate pupilli. Ad quod reſpondet, quod iſta obiectio non facit ad rē; quia in hac parte iuris, id eſt, in iſta iuris quæſtione legata, quę in ſecūdis tabulis relinquuntur, quaſi in primis ſub cōditione relicta intelliguntur. Quod declara. Non obſtat, quod ex nullo teſtamēto prę̨ſtatur vltra vires, &c. quia ſubſtitutus nō grauatur hic per ſecundas tabulas; nam cum vnicum cenſeatur teſtamētum, illa 200. relicta à ſubſtituto, cenſētur relicta in primis tabulis ſub cōditione, ſc. ſi filius moriatur in pupillari ętate. Sed per primas non grauatur vltra vires; quia in hęreditate patris erāt omnia 400. per ſecundas minime grauatur; quia in eis non ſunt relicta, ſed tātum in primis ſub conditione iam purificata per mortē pupilli. Sic ergo facta contributione ſoluet legata primatum tabularum, tamquam pura, & ſecundarum tamquam conditionalia, purificata conditione, detracta Falcidia de omnibus quadringentis, & ſibi imputatur, quod adiuit hæreditatem damnoſam; quia illa centum conſumpta excomputabit ſibi in Falcidiam habito reſpectu ad valorem hæreditatis, qui erat tempore mortis teſtatoris, vt *d. l in quantitate. in princ. & l. in ratione. §. incerta. infr. eod.* Iſtud ergo, quod ſoluit vltra vires, venit contingenter, & non eſt in conſideratione, per prædicta.

Expedita poſitione caſus, antequā veniam ad notabilia Alexan. pondero inprimis hunc tex. ibi; *quod vulgò dicitur in teſtamēto patru & filii, &c.* ad corroborationem eorū, quæ dixi in diuiſione tex. quod Iuriſconſultus hic non ponit regulam decidendo, ſed potius quærendo de effectu ipſius regulæ. Hoc patet, quia alibi Iuriſcōſultus vtitur ſimili dicēdi modo in quā pluribus locis, vt *in l. non ſolum. §. quod vulgo. infr. de vſurap. & in l. 2. §. quod vulgo. infr. pro hærede.* vbi enunciando refert regulam vulgatam, quod nemo poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, ad effectum, vt declaret, quando procedat dicta regula, & tamē ibi non ponitur deciſiue dicta regula, ſed traditur alibi deciſiue, ſcilicet *in l. 3. §. illud infr. de acqu. poſſ. & in l. cum nemo. C. eo. tit. de acquir. poſſ.* Et iſta proprie fuit intentio Iuriſconſulti hic, ſcilicet declarare, & quęrere, quando procedat, & quem habeat effectū hæc regula vulgaris, &c. quæ nō ponitur hic, ſed alibi, imo multoties aliquid ſolet in iure vulgo dici, & tamē non eſt verū ſimpliciter, ſed habet maximam reſtrictionē, vt dicit tex. *in l. quod vulgo. infr. pro empto.* iſta enim ſūt potius verba narratiua legis, & non diſpoſitiua, à quibus verbis narratiuis nō licet arguere, vt eſt tex. *in d. c. ſi Papa. de pri. lib. 6.* & gl. & ibi per Modern. *in l 1. C. quando non peten. par.* & gl. *in c. auditu. de elect.* & gl. *in c. 2. de dolo & contumac. lib. 6.* & Raph. Cum. *in l. qui Romæ. §. Callimachus. infra, de verbor. oblig.* & Oldr. *in conſil 158.* & Philip. Dec. *in cōſil. 152. col. 2.* & Bart. *in l. extat. colum. final. ſupr. quod metus cauſa.*

Tanto magis, quia legislator quantum ad hanc regulam vulgatem, non complet ſuam orationem, ponendo, ſeu decidendo, ſeu potius quęrendo & interrogando, & is, qui interrogat, non ponit, nec decidit, vt not. Bart. *in l. 1. ſupr. de inter. act. & in leg. 2. §. quod obſeruari, col. 2. C. de iur. calum.* Doct. *in l. ſi aliquam. infr. de acquir. poſſ.*

Ex his infero ad vnum, quod quotidie emergit in practica, nam in iudicio ſolēt fieri poſitiones, & interrogationes, quę interrogationes fiunt regulariter circa pręparatoria iudiciorum, de quibus loquitur totus titulus, & maxime *l. vbicunque.* & ibi Bar. *ſupra de inter. act.* ſcilicet ante litē conteſtatā, & etiā in alia parte iudicii, quando æquitas mouet iudicē, vt not. Specul. *in tit. de poſit. §. 3.* Poſitiones vero fiunt poſt litem conteſtatam ad merita cauſę. Modo euenit, quod actor poſt litem cōteſtatā ad merita cauſę facit nonnullas interrogationes, ſuper quib. petit interrogari reum vt principalem, quę interrogationes reſpiciunt factum principale ipſius cauſę. & non facit illas ponendo, ſed interrogādo, quęro, an reus teneatur illis reſpondere? Poſſet aliquis prima facie dicere, quod ſic, quia in quacūque parte iudicii poteſt principalis interrogari, per *d. l vbicunque.* Tamē in contrarium eſt veritas; quia quando pars vult interrogari facere aduerſarium ſuper principali negotio, poſt litem conteſtatam, debet de hoc facere capitulum deciſiuum per modū poſitionis, & non interrogationis, adhoc, vt ipſemet affirmet, quod ponit, per quam affirmationem poſſet in aliquo reum releuare, alias non tenetur reus reſpōdere. ita tenet Bald. *in l. data opera, col. 11 in fine. C. qui accuſar. nō poſſ.* & eſt gloſſ. *in c. iudicantē in verb. interrogandi. 30. q. 5.* Et iſtud dictum valde exclamat Paul. de Caſtr. quē ibi ſequitur Iaſ. *in l. iudices C. de iudic.* & dicit, quod pauci hoc ſciunt, & faciet tibi honorē, quando practicabis, & multotiens vidi aduocatos iuuenes in hoc errare; quia aduerſarius facit iſtas interrogationes, & ipſi non aduertunt opponere contra eas.

Secundo ex prædictis infero ad vnū aliud magis ſingulare dictum, habemus diſpoſitionem iuris cōmunis traditam *in cap. 2. de confeſſ. libr. 6.* quod is, qui non vult reſpondere poſitionibus, habetur pro cōfeſſo, concurrentibus illis, de quibus ibi. Et hoc etiam eſt cautum in regno per ritum magnæ curiæ, *in num. 250. incip. Item ſeruat ipſa curia, quod ſi quis, &c.* Verum in vltima citatione debet inſeri tenor articulorum, & à tali decreto non appellatur, vt ibi habetur. Pone modo, quod aliquis facit interrogationes, & non poſitiones, pars eſt contumax, nec aliter opponit, an poſſit haberi pro confeſſa? Dic, quod non, per prædicta, ex quo non tenebatur reſpondere, ita tenet Bald. *in l. ſicut in fin. C. de rep. hæred,* & Paul. de Caſtr. *in l. ſum. C. eod. tit.*

FINIS.